# SACRÆ

# DECISIONES

*Ex Originalibus summo studio, & diligentia deprompta; adiectis Summariis, ac Indice locupletissimo.*

*Cum* ANNOTATIONIBVS *eiusdem ad singulas ferè decisiones.*



Sumptibus Claudij Landry.

*M. DC. XXII.*



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

# LVDOVICO LVDOVISIO

## S. R. E. CARD. CAMERARIO

### ARCHIEPISCOPO BONONIENSI

& Gregorii XV. Fratris filio,

*OLIVERIVS BELTRAMINVS.*

FOelicitatem tuam (Ludouice Cardinalis Amplissime,) qui aduentitiis æstimat bonis, quibus te Deus Opt. Max. cumulauit; non ille propriam Magnitudinis tuæ vim mihi quidem percipere videtur. Etenim quòd ex nobilissimis Parentibus in præcipuâ Italiæ Ciuitate natus sis: quòd Christi Vicarium tam arctâ cognatione contingas: quòd in publicæ curæ partem ab illo adscitus Romanam Purpuram communi omnium plausu indueris: quòd dignas isto loco, & gradu opes diuina planè in te manus effuderit; potes tu quidem habere commune cum multis, qui te æquo tot per sæcula, vel loco, vel munere præiuêre. Illa verò singulariter tua sunt, quibus non vulgi solùm, qui inanium aspectu rerum plerúmque capitur, sed sapientum oculos incredibili admiratione suspendis: Animi scilicet celsitudo tanto fastigio par. Constantia rebus humanis maior. Prompta ingenij vis atque maturitas, cuius illustria iam tunc argumenta capta sunt, cùm tu adolescentulus Doctoris laureâ insignitus, per biennium in florentissimo Patriæ Gymnasio publicè, ac summâ cum laude leges interpretatus es. Prudentia, qua tum in priuatis, tum in publicis muneribus, castigatissimi iudicij specimen quotidie magis ostendis. Et sanè qui Patruum tuum viderũt, dum Legati Apostolici munere Mediolani fungeretur, tuâ adhuc adolescentis operâ apud Principes, Principúmque Oratores, in grauissimo illo de Italiæ pace negotio, tantâ cum partium approbatione vtentem: qui viderunt, cùm inde Romam reuertisti, non expleto anni curriculo, te non modò Referendarium Vtriusque Signaturæ creatum, sed etiam inter grauissimos patres congregationum Boni Regiminis Ecclesiastici Status, Sacræque Consultæ adlectum esse facilè diuinarunt, qualis esses aliquando futurus, si tantæ virtuti campus quàm amplissimè laxaretur. Quid de tolerantiâ, ac sedulitate dicam in negotiis obeundis, quorum causa non modò honestas voluptates, sed etiam necessarias conseruan-

dæ vitæ horas tibi interdum carpis, ac subtrahis? quo fit, vt celeritatem in conficiendis negotiis admirentur omnes, nec quisquam à congressu tuo discedat, qui opinionem tui non augeat & amorem. Quid de Magnificentiâ, quâ familiam tot Viris eruditissimis, lectissimísque cõstantem foues, atque amplificas? Quid de eo (quod super hæc omnia splendet in te Cardinalis Illustrissime) simplici, incorruptóque amore, ac studio Veri omni simulatione carentis: ex quo fit, vt plus homines credant vni prolato abs te semel verbo, quàm iuriiurando, aut scriptæ cautioni, qua obligatam multorum fidem habere possent? Quid de singulari in Patruum, ac Principem tuum fidelitate; cuius causâ, illius decori, atque amplitudini quodlibet ipse priuatũ tuum commodum, vtilitatémque postponis? Hinc aureum illud, omníque posteritati memorabile, de eligendo Pontifice Diploma, quod tu sub ipsa Pontificatus initia Patruo tuo, inditâ tibi è Cœlo mente suggessisti, eadémque quâ cœpisti constantiâ perficiendum curasti. Hinc illa profusa liberalitas, qua sicut aliàs in Poloniâ contra Turcas, ita nunc in Germaniâ aduersus hæreticos acies instruuntur: & hîc Romæ priuatim ac publicè multis ægrorum, egenorúmque hominum millibus subuenitur. Hinc etiam illa dignorum Virorum tam ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalatus culmen, quàm ad cæteras Dignitates, & munia perpetua promouendi consuetudo. In quo profectò quod esse maius Fidei argumentum potest erga Principem, quàm egregios ei suppeditare, atque admouere Viros, quos ille ad honorum gradus, omnium consensu plausúque sustollar, cùm in optimis eligendis prima laus Principis sita sit. Nec aliò spectat Conuentus ille honestissimus, quem Academiæ nomine, intra Quirinales habitationis tuæ sedes habere soles, vbi te inspectante, Viri huius Vrbis, hoc est, Orbis Terræ eruditissimi, tuâ benignitate inuitati, horis æstiui ardoris feruentissimis (quod tempus alij ludicris amœnitatibus transmittunt) sacris pulcherrimísque de rebus, scitúque & vsu dignissimis disceptant; Hanc enim hominum frequentiam, quasi ingeniorum experimentum esse voluisti, vt disceres, quinam tibi meritò ornandi, extollendíque videantur. Sed quamuis hæc ampla ac magnifica sint, vltrà tamen protenditur magnitudo animi tui, atque Orbem ipsum Terrarum, quàm amplus est, mente & curâ complexus studuisti, vt ea (quam nemo vnquam dignè, satisque laudauerit) de propagandâ Fide Congregatio institueretur, in quam adlectis Viris Sapientissimis atque inter eos Prouinciis omnibus non Christiani modò, sed Vniuersi Terrarum Orbis opportunè diuisis, in id sedulò atque ardenter incumbitur, vt Catholicæ Religioni vbicumque locorum laboranti, optimis cõsiliis, documentísque, & præterea ope, ac pecuniâ consulatur. Vt sanè in spem venire possimus, industriâ ac sedulitate potissimum tuâ, fœlix illud tempus appetere iampridem Christi Domini Oraculo prænunciatum, in quo fiat vnum Ouile, & vnus Pastor. Ego verò fœlicitatẽ nostri huius sæculi tibi ex animo gratulaturus, ingentem iampridem in te obseruantiam, atque obsequiũ meum, non habui quâ ratione melius in præsentiâ præstarem, quàm vt in lucem proferrem

proferrem Patrui tui Decisiones, lucem sanè maximam ingeniis allaturas Quæ quò magis ad hanc vsque diem expetebantur ab omnibus, eo propter difficultatem, morámque temporis, quod in iis transcribendis insumi necesse est, apud pauciores, nec sine mendis, erratísque ob inscitiam, aut festinationem Scriptorum, plerúmque reperiebantur. Et quoniam ipse, qui priuatis studiis meis has ipsas Decisiones, tanquam normam, legémque propositas semper habui, Authorémque ipsum præcipuo cultu consectatus sum, Annotationes aliquot in eas confeceram; non inutile existimaui has Obseruationes cum Decisionibus in publicum deriuare: vt omnes intelligant, nihil in eis assertum, ac decisum esse, quod siue antea, siue postea à Iureconsultis, atque ab ipsa Romana Rota, magno sanè consensu, & commendatione admissum, approbatúmque non sit. Hunc autem laborem meum, qualiscumque ille sit, certè quod cum Ludouisianis Decisionibus sit coniunctus, benignè, animi potius mei, quàm virium æstimator, amplectere. Sic te, Patruúmque tuum Pontificem Maximum Optimúmque diuina Bonitas cuius causæ vos vnicè studetis, diutissimè sospitet.



# ELENCHVS
# SEV TABVLA DECISIONVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

### A.

*BVLEN. iurisiuisitandi mercurij 28. Iunij 1600. dec. 4.*
*In ead. ven. 10. Nouemb. 1600. dec. 8.*
*Acheruntina Archipresbyteratus ven. 30. Martij 1607. dec. 505.*
*Acheruntina Archipresbyteratus lunæ 8. Nouembris 1610. dec. 482.*
*Albanen. successionis lunæ 20. May 1601. dec. 55.*
*Alben. Parochialis, seu Iurispatronatus lunæ 27. Iunij 1605. dec. 222.*
*Amerina fideiussionis ven. 21. Maij 1612. dec. 560.*
*In ead. merc. 27. Iunij 1612. dec. 564.*
*Anconitana assecurationis nauis lunæ 4. Maij 1602. d. 126.*
*Anconitana attentatorum veneris 27. Nouembris 1609. dec. 435.*
*Anconitana bonorum merc. 19. Martij 1608. dec. 361.*
*Anconitana bonorum lunæ 16. Feb. 1609. dec. 402.*
*In ead. ven. 26. Iunij 1609. dec. 425.*
*Anconitana bonorum S. Apollinaris lunæ 29. Nouembris 1610. dec. 485.*
*Aquinaten. beneficij lunæ 19. Aprilis 1602. dec. 51.*
*Aquinaten beneficij ven. 21. Feb. 1605. dec. 89.*
*Ead. ven. 2. Maij 1603. dec. 108.*
*Aquinaten. beneficij ven. 9. Decemb. 1605. dec. 250.*
*In ead. ven. 28. Aprilis 1606. dec. 252.*
*Aquinaten. beneficij lunæ 29. Nouemb. 1604. dec. 196.*
*Aquinaten. beneficij ven. 9. Martij 1607. dec. 298.*
*Aquilana beneficij lunæ 28. Ian. 1601. dec. 40.*
*Aquilana beneficij lunæ 2. Decemb. 1602. dec. 78.*
*Aquilana beneficij ven. 6. Feb. 1604. dec. 153.*
*Ariminen. fideicommissi lunæ 26. Martij 1612. dec. 551.*
*Ariminen. legati lunæ 21. Maij 1607. dec. 316.*
*Augustana sepultura lunæ 20. Nouembris 1606. dec. 276.*
*Auriacen. Præpositura ven. 18. Aprilis 1608. dec. 364.*

### B.

B*Eneuentana parochialis merc. 17. Maij 1606. dec. 258.*
*Beneuentana parochialis ven. 30. Martij 1607. d. 306.*
*Bergomen. liberationis à subiectione lunæ 29. Febr. 1601. dec. 17.*
*Bergomen. liberationis à subiectione lunæ 9. Aprilis 1601. decis. 2.*
*In ead. lunæ 14. Ian. 1602. dec 39.*
*Bergomen. pensionis lunæ 19. Martij 1601. dec. 20.*
*Boianen. pensionis lunæ 11. Decemb. 1606. dec. 282.*
*Boianen. pensionis lunæ 10. Martij 1608. dec. 337.*
*Boianen. pensionis ven. 4. Decembr. 1609. dec. 440.*
*Bononien. Apothecarum ven. 1. Feb. 1602. dec. 41.*
*Bononien. apothecarum lunæ 13. Ian. 1603. dec. 82.*
*Bononien. apothecarum merc. 19. Nouem. 1603. dec. 134.*
*Ead. lunæ 24. Nouemb. 1603. dec. 135.*
*Bononien. apothecarum lunæ 17. Maij 1604. dec. 170.*
*In ead. lunæ 14. Iunij 1604. dec. 179.*
*Bononien. apothecarum ven. 17. Decemb. 1604. dec. 101.*
*Bononien. census ven. 26. Feb. 1604. dec. 256.*
*Bononien. census seu attentatorum lunæ 10. Decembr. 1607. dec. 345.*
*Bononien. conseruationis indemnitatis ven. 25. Maij 1607. dec. 318.*
*Bononien. de Formagliariis lunæ 19. Nouemb. 1604. d. 197.*
*Bononien. de Formagliariis lunæ 20. Decemb. 1604. d. 202.*
*Bononien. fideicommissi de Mangiolis ven. 30. Martij 1602. dec. 556.*
*Bononien. iurispatronatus ven. 28. Ian. 1611. dec. 494.*
*Bononien. legati lunæ 19. Martij 1607. dec. 301.*
*Bononien. legati lunæ 17. Decemb. 1607. dec. 346.*
*Bononien. macelli lunæ 11. Martij 1602. dec. 45.*
*Bononien. macelli ven. 11. Aprilis 1603. dec. 101.*
*Bononien. macelli seu de Canobiis ven. 20. Iunij 1603. d. 123.*
*Bononien. oleorum lunæ 30. Martij 1609. dec. 408.*
*Bononien. de Passis lunæ 22. Ian. 1609. dec. 422.*
*Bononien. pecuniaria lunæ 27. Ian. 1603. dec. 86.*
*Bononien pecuniaria, seu bonorum ven. 1. Martij 1602. decis. 44.*
*Bononien. pecuniaria lunæ 24. Aprilis 1605. dec. 104.*
*Ead. lunæ 9. Iunij 1603. dec. 120.*
*Bononien. pecuniaria ven. 20. Feb. 1604. dec. 155.*
*Bononien. pecuniaria ven. 14. Maij 1604. dec. 168.*
*Bononien. pecuniaria ven. 27. Iunij 1605. dec. 214.*
*Bononien. pecuniaria ven. 5. Maij 1606. dec. 253.*
*Bononien. pecuniaria merc. 6. Iunij 1607. dec. 321.*
*Bracharen. beneficij merc. 6. Nouemb. 1602. dec. 72.*
*Bracharen. beneficij lunæ 3. Martij 1603. dec. 94.*
*Bracharen. beneficij merc. 29. Octob. 1603. dec. 127.*
*Bracharen. beneficij ven. 28. Nouemb. 1603. dec. 137.*
*In ead. merc. 10. Decemb. 1603. dec. 143.*
*In ead. 19. Ian. 1604. dec. 150.*
*Burgen. Canonicatus ven. 22. Aprilis 1605. dec. 213.*
*Burgen. Canonicatus lunæ 6. Martij 1606. dec. 242.*
*Burgen. Canonicatus ven. 9. Iunij 1606. dec. 262.*
*Burgen. Canonicatus ven. 19. Ian. 1607. dec. 287.*
*Burgen. Canonicatus ven. 30. Martij 1607. dec. 307.*
*Burgen. Canonicatus lunæ 25. Iunij 1607. dec. 331.*
*Burgen. Canonicatus ven. 1. Feb. 1608. dec. 353.*
*Burgen. reductionis beneficiorum lunæ 15. Nouemb. 1610. dec. 483.*
*Burgen. Sancti Sepulchri lunæ 9. Aprilis 1612. dec. 566.*
*Burgen. Vnionis de Elines lunæ 2. Aprilis 1602. dec. 557.*
*Burgen. decimarum de Bellonado lunæ 26. Ian. 1604. d. 152.*
*Burgi S. Sepulchri lunæ 28. May 1607. dec. 319.*
*Burgi S. Sepulchri lunæ 4. May 1609. dec. 430.*
*Burgi S. Sepulchri ven. 29. Aprilis 1612. dec. 522.*
*Burgi S. Sepulchri ven. 25. Iunij 1610. dec. 475.*

### C.

C*Alaguritana de Amurio lunæ 22. Aprilis 1602. d. 49.*
*Calaguritana de Amurio ven. 12. Decemb. 1603. decis. 145.*
*Calaguritana beneficij de Cuacci ven. 1. Iunij 1611. dec. 515.*
*Calaguritana beneficij de Cuacci merc. 1. Feb. 1612. dec. 538.*
*Calaguritana beneficij de Cuacci lunæ 28. Nouemb. 1611. dec. 527.*

# Index Decisionum.



In

In ead.

*Romana*

# Index Decisionum.



S.

FINIS.



# DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

*CORAM R. P. D. ALEXANDRO LVDOVISIO, nunc GREGORIO XV. Pontifice O. M.*

## VLIXBONEN. BENEFICII.

*Veneris 9. mensis Iunij 1600.*

### ARGVMENTVM.

Iudex nulliter procedit, nisi seruet formam rescripti, maximè quando forma est posita sub conditione, ante cuius purificationem nulla competit iurisdictio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudex procedens non seruata forma rescripti nulliter procedit.*
2 *Et præsertim quando forma est posita sub conditione.*
3 *Iurisdictio non competit ante purificationem conditionis.*
4 *Sententia dicitur notoriè iniusta, quando non iustificatur ex actis.*
5 *Iudex non potest se mouere ad iudicandum extra acta, nec extra iudicium se informare.*
6 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, tanquam notoriè iniusta nunquam transit in iudicatum.*
7 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoriè nulla.*
8 *Nec est necesse à tali sententia appellare.*

### DECISIO I.

DOMINI dixerunt sententiam A. C. esse reuocandam, cùm enim in Breui ipsi mandaretur, vt ad illius executionem procederet, si, & postquam literæ prouisionis Alphonsi fuissent coram eo præsentatæ, procedendo ad executionem absque dictarum litte-
1 rarum productione, † & sic forma rescripti non seruata, nulliter processit. *c. cùm dilecta. de rescript. c. Pisanis. de restit. spoliat. c. venerabilis. de offic. deleg.* Abb. *in c. causam. n. 10. de re iudic.* Ang. *cons. 138. n. 2.* Dec. *cons. 603. n. 10.*
2 † Præsertim cùm præsentatio literarum posita fuerit sub conditione, Ægid. *decis. 668.* Lap. *alleg. 27. num. 10.*
3 Alex. *cons. 218. n. 1. lib. 2.* † ante cuius purificationem nulla competit iurisdictio, glos. *in clem. 1. in verbo, reperierint, de offic. deleg.* Card. *in clem. 1. n. 18. de concess. preb.* Anchar. *cons. 36. n. 4. vers. Item ex alio capite.* Dec. *d. cons. 603. n. 9. in fin.* Gozad. *cons. 2. n. 16.* Vlteriùs reuocandam dixerunt, quia cùm non fuerit probatum Episcopum gaudere alternatiua, sententia non iustificatur ex actis, † & ob id dicitur notoriè iniusta. [a] Paris. *cons. 54.* 4
*n. 2. lib. 4.* Cæs. de Grass. *decis. 2. de solut.* fuit dictum in a
vna Romana Vineæ de Scappuciis 15. Martij 1572. coram Binarino.

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd sententia dicitur notoriè iniusta, nisi iustificetur ex actis, vltra allegata in decisione, dicit Gabr. *cons. 28. n. 6. lib. 2.* Cæs. de Grass. *decis. 13. in fin. de sent. & re iud.* Rot. *decis. 689. n. 2. par. 1. in recen. decis. 659. n. 16. par. 2. in recen.* vbi testatur de stylo Rotæ; & plenè fuit decisum in Romana officij 23. Ianuarij 1608. coram Scotto impress. penes Marches. de Commiss. *tom. 1. fol. 22.* † vbi redditur 5
ratio, quia iuxta aliam opinionem, quam sequitur Rota, non potest Iudex se mouere ad iudicandum extra acta, nec potest se extra Iudicium informare, Rot. *decis. 445. n. 8. par. 1. diuers. & decis. 404. sub n. 1. par. 1. in recent.* † Hinc 6
sententia, quæ non iustificatur ex actis, nunquam transit in iudicatum, tanquam notoriè iniusta, Rot. *decis. 260. n. 7. par. 1. in recent. & decis. 594. n. 4. par. 2. in recent.* † Imò 7
sententia, quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoriè nulla, Seraph. *decis. 1261. n. 5.* qui testatur de inueterata Rotæ obseruantia; & dixit etiam Rota in d. Romana Officij coram Scotto. vbi † propterea dicitur, non esse ne- 8
cesse à tali sententia appellare, quia appellatio non est necessaria, quando sententia est nulla *l. 1. C. quando prouoc. non est necesse.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Taruisina Parochialis.

*Veneris 16. Iunij 1600.*

### ARGVMENTVM.

Papa non attentat. Litis mentio censetur facta per clausulam (*cuius statum*) & quid, si lites sint plures. Quando persona loquentis veniat in generali sermone.

## *SVMMARIVM.*

1 *Attentatorum vitio non possunt notari litteræ Apostolicæ.*
2 *Papa non attentat.*
3 *Dictio* ( ideoq; ) *est causalis.*
4 *Sententia lata expressa falsa causa est nulla.*
5 *Subreptitiæ sunt literæ non facta mentione litis.*
6 *Clausula* ( Cuius litis statum ) *operatur, vt censeatur facta sufficiens mentio litis.*
7 *Persona loquentis non comprehenditur in dispositione.*
8 *Hoc non procedit, quando identitas rationis suadet, vt etiam persona loquentis contineatur.*
9 *Nec quando fauorabile est loquenti, quòd comprehendatur, regula enim solùm procedit, quando esset præiudiciale, & damnosum.*
10 *Numerus singularis habetur pro genere, & continet pluralem, quando non sumus in materia odiosa.*
11 *Procurator ad litẽ censetur constitutus ad lites in plurali.*
12 *Numerus singularis continet pluralem, quando est eadem ratio in pluribus, quæ est in vno.*
13 *Litis mentio indefinitè facta sine aliqua restrictiua continet non vnam tantum sed plures lites.*
14 *Beneficium aliud est & aliud fructus Beneficij.*
15 *Attentata potest esse possessio capta vigore prouisionis Apostolicæ, quamuis Papa non attentet.*
16 *Clausula* ( Cuius litis statum) *licèt præseruet gratiam à subreptione ob non factam mentionem de lite, non tamen operatur, vt possit capi possessio, absque vitio attentatorum,*
17 *Clausula* ( cuius litis statum, &c. ) *non præseruat à subreptione, nisi fiat specifica, & indiuidua mentio de re iudicata.*
18 *Limita, si res iudicata iam esset deducta in controuersiam, tunc enim sufficit facere mentionem de lite per huiusmodi clausulam.*

## DECISIO II.

FVit conclusum sententiã Nuncij esse reuocandam,
1 quia declarat literas Apostolicas attentatas † quæ
tali vitio notari non possunt, Thom. de Tan. *decis.*62.
2 † Papa enim non attentat. [a] Aegid. *decis.*749. *in fine.*
a Rot. *decis.*15.*sub num.*4.*de rescript.in nouis.* Paleott.*decis.*
146. [a] & quatenus reuocat possessionem, & alia inde
secuta, quia tamen illa reuocat ex eo, quòd litteræ sint
3 attentatæ, vt denotat illa dictio † (*ideoq;*) quæ est causalis,
Bar. *in l.demonstratio.§.quod autem sub. num.*9. *ff.de*
4 *condit. & demonst.* [b] † cùm sit lata expressa causa falsa,
b est nulla, Rota. *decis.*27. *de re iudicat.in antiq.* Felyn. *in
cap.inter cæteras, num* 5.*de re iudic.* Aym. *cons.*134. *in fin.*
5 Non obstat, † quòd litteræ dicantur subreptitiæ non
facta mentione litis, & possessio postea capta sit attentata
vt fuit resolutum coram D.meo Penia in causa Vrgellen.
Archidiaconatus 13. Aprilis 1592. quia vltra
quòd Nuntius non fuit motus ex subreptione litterarum,
sed ex eo tantùm, quòd fuerunt impetratæ lite
6 pendente, & essent attentatæ, cessat subreptio, † quia
facta fuit mentio litis cum clausula (*Cuius statum, &c.*)
Gemin.*cons.*120.*num.*6. Acchil.*decis.*9.*de rescript.* & fuit
dictum in vna Zamoren. fructuum 12. Nouembris
1584. coram R.P.D.Seraphino. & in vna Militen. pensionis
coram R.P.D.meo Millino 13. Nouembris 1595.
c [c] Nec placuit Dominis, quod opponebatur, verba illa
7 (*inter aliquos*) † non comprehendere personam impetrantis,
& loquentis, ad trad. *in l.inquisitio C. de solut. &
in l. inquisitio. C. de solut. & in l. Paulus §. finali ff. de
pignor.* quia vltra quòd non applicatur casui nostro,
8 cùm persona loquentis sit Papa, fuit dictum † regulam
non procedere, quando identitas rationis suadet,
vt etiam persona loquentis contineatur, Salic. *in d.leg.
inquisitio.* Cagn. *in l.frater à fratre. num.*114.*ff.de condit.
indebit.* Gabr. *de verb.signific.conclus.*9. *num.*7. Menoch.
*de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*44. *numer.*28. *& seq.* † & 9
quòd regula procedit, quando verba loquentis continerent
aliquid odiosum, seu aliquod onus, quia non
censetur quis in dubio velle se ligare, aut sibi præiudicare,
Aym. post Socin. quem allegat *cons.*274. *num.*11.*in
fine, & num.seq.* Menoch. vbi supra *num.*31. *& cons.*2.
*num.*75. at hic fauor est, quòd comprehendatur; quia
aliàs impetranti concessio non prodesset. Menoch. *d.
cons.*2.*num.*78. Nec refragatur, quòd essent duæ lites,
vna inter Moniales, & Burnaccinum, alia inter easdem,
& Episcopum Taruisinum, & propterea non sufficiat
mentio litis, *ex decis.*3. Cæs. de Grass. quia imò † no- 10
merus singularis habetur pro genere. Glos. *in rubrica
Inst. de act.* & continet pluralitatem, quando non sumus
in materia odiosa. *l.cùm inter veteres*; vbi Bal. *not.
C.de fideic.l.qui filiabus.§.*1. & ibi Ias.*nu.*4.*ff. de leg.*1. † & 11
propterea Procurator ad litem constitutus censetur
institutus ad lites in plurali, vt post Specul. tradit ibi
Ias. *numer.*5. † & quando est eadem ratio in pluribus, 12
quæ est in vno, semper numerus singularis continet
pluralem. Aym.*cons.*161 *num.*4. sicut è contra, Decius
*cons.*362 *nu.*2. † maximè quia fuit facta mentio litis in- 13
definitè sine aliqua restrictiua, Ias.*d.§* 1.*sub nu.*5. *& cons.*
215 .*col.*3. *vers.non obstat* 2. *lib.*2. Decisio Cæs. de Grass.
non facit in contrarium, tùm quia nihil firmat, sed relinquit
particulariter dubitandum, tùm quia ibi erat
expressa lis super beneficio, nil mirum, si non comprehendebat
litem super fructibus, † aliud enim est bene- 14
ficium, aliud fructus beneficij, Cald. *cons.*6. *circa med.
vers. Item constat, quod aliud de proba.* & licèt diceretur
(*& super aliis quibusdam rebus*) non sufficiebat ista generica,
& obscura expressio.

## *ANNOTATIO.*

Papa non attentat ex allegatis *in hac decis.* quibus additur 15
a Rota *decis.*641.*num.*12 *par.*1.*diuers.* Lancel. *de attent.par.*2.
*cap.*4.*de attent.lite penden. in præfat. numer.*399. *& in d.
cap.*4. *limit.*12. Verùm notandum est, quòd licèt Papa
non attentet prouidendo, benè potest esse attentata
possessio capta vigore dictæ prouisionis, vt infr. *decis.*
10 & fuit dictum in Terdonen. Iurisp.13 Maij 1616. coram
R P.D.Pamphilio, & in Conchen.Benefi.de Trieste
20.Decemb. 1619. coram R.P.D. Coccino Decano.
b Crau. *cons.*192.*num.*21.*vers.Tertiò arguitur.*
Quod clausula cuius litis statum operetur sufficientem
mentionem litis, Mantic. *decis.*213.*nu.*8. Rota *decis.*605.
*nu.*11.*par.*2. *in recentior.* latè Marta in suo Claus. *claus.*
174 *part.*1. vbi plures decisiones Rotæ cumulat, &
plura ponit circa huiusmodi clausulam.
Aduertendum tamen est, quòd † licèt præseruet gratiam 16
à subreptione ob non factam mentionem de lite, non
tamen operatur, quòd capi possit possessio, absque vitio
attentatorum, vt fuit dictum in dicta Terdonen. Iurispatr.
13. Maij 1616. coram R.P.D. Pamphilio, & in
dicta. Conchen. Benefic. de Trieste 20. Decemb. 1609.
coram R. P. D. Coccino Decano; sicut nec † præser- 17
uat à subreptione, si non fiat mentio de re iudicata,
quia res iudicata requirit specificam, & indiuiduam
mentionem, Marta *d. claus.* 174. *in fine,* & fuit dictum
in Abulen. Capellaniæ 21. Aprilis 1602. coram Cardinali
Lancellotto Iuniore, & in Toletana Benef. 14.
Nouembr. 1605. coram Iusto impressa penes Marches.
de Commiss. *tom.*1. *fol.*384. Hoc tamen non procedit,
† si res iudicata esset iam deducta in controuersiam, 18
quia tunc sufficit facere mentionem de lite per clausulam
(*cuius litis statum*) vt fuit dictum in dicta Burgen.
præeminentiarum 3. Martij 1608. coram R.P.D.
Coccino Decano.

*Oliuerius Beltramians.*

## Romana Iurispatronatus.

*Lunæ 26. Iuny, 1600.*

### ARGVMENTVM.

Extractio à successore fieri potest sine solemnitatibus; & stante antiquitate non est necessaria recognitio. Notariatus in antiquis probatur ex ostensione plurium Instrumentorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Successor in officio potest Prædecessoris sui scripturas publicare sine citatione, & decreto, aliisq; requisitis.*
*Et quòd sit successor, statur assertioni ipsius extrahentis, & num. 4.*
2 *Recognitio non est necessaria stante antiquitate.*
3 *Notariatus in antiquis satis probatur ex ostensione plurium instrumentorum eiusdem notarij.*
4 *Recognitione non indigent instrumenta vltra 100. annos, dummodò habeant faciem instrumenti publici, etiam si non concurrant adminicula.*
5 *Recognitione non indiget scriptura etiam priuata, quando est antiqua vltra 100. annos.*
6 *Recognitione vt non indigeat Instrumentum vti antiquum, debet excedere 100. annos.*
7 *Recognitio formalis non est necessaria in Instrumentis vltra 70. vel 80. annos, sed sufficiunt adminicula.*
8 *Tempus litis est detrahendum ad effectum antiquitatis instrumenti, quando instrumentum est tale, super quo consistit fundamentum totius causæ; secus autem est, si incidenter in processu litis sit productum.*

### DECISIO III.

DOmini quo ad præsentationes extractus, & publicationes à Secretario Hospitalis, de quibus loquitur decisio bo. me. Otani 1. Febr. 1599. steterunt in decisis, quòd essent in forma probanti, quia fuerunt
1 extractæ à Secretario, † qui non solùm vigore indulti Pauli III. sed etiam de iure communi, vti successor in officio potuit prædecessoris sui scripturas publicare sine citatione, & decreto, aliisque requisitis, Caputaq. *decis.* 170. *par.* 1. Chis. *decisio.* 69. cum adductis in dict.
a decis. [a] Non obstat, quòd Protocolla, seu originales
2 scripturæ non sint recognitæ, † quia, vt in *d. decis.* dicitur, propter antiquitatem non requiritur aliqua reco-
b gnitio. [b] Non obstat, quòd non constet de Notariatu
3 Notariorum rogatorum, † quia, cùm simus in antiquis, satis probatur ex ostensione plurium instrumentorum
c eorundem. [c] Corn. *cons.* 24. *nu.* 15. *lib.* 4. Aym. *de antiqui. temp. par.* 3. § *videmus in genere. num.* 3. Nec etiam obstat, quòd non constet extrahentem fuisse successorē eius,
4 qui fuit de præsentationibus rogatus; quia † hoc satis
d videtur probari ex attestatione ipsius, [d] vt fuit dictū in Gerunden. Vini 13. Maij 1598. coram R. P. D. meo Penia. Quoad alias duas præsentationes, quæ non fuerunt extractæ à Secretario hospitalis, nec à successore in officio; quia fuerunt extractæ cum citatione, decreto iudicis, & aliis requisitis, adhuc idem dicendū videtur.

### *ANNOTATIO.*

a Rota *decis.* 706. *nu.* 6. & *decis.* 649 *nu.* 7. *p.* 2. *in recent.* & *decis.* 217 *p.* 1. *in recent.*

b Quando instrumenta † sunt vltra centum annos, non in-
5 digent recognitione, etiamsi non concurrant alia adminicula, dummodo habeant faciem instrumenti publici. Put. *decis* 12. de fide instrum. Rota *decis.* 613. *sub nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* & in Mediolanen. Iurispr. 13. Febr. 1615. coram R.P.D. Pirouano, & in alia Mediolanen. Decimarum de Varisio 26. Ianuarij 1617. coram eodem, & in Sulmonen. Vnionis 7. Februarij 1620. coram R.P.D. Dunozet. † Ampliatur vt etiam scriptura pri- 6
uata, si sit antiqua vltra centum annos, non indigeat recognitione, vt fuit dictum in d. Sulmonen. Vnionis coram R.P.D. Dunozet. † Et ad istum effectum reco- 7
gnitionis instrumentum non dicitur antiquum, nisi sit vltra centum annos, Puteus *decis.* 151. *lib.* 1. Rota *decis.* 185. *post principium par.* 1. *diuers.* vbi dicitur quòd Rota solet tenere hanc opinionem fuit latè decisum in illis Farfen. territorij 19. Martij 1607. coram Penia.
Quando instrumenta † sunt infra centum annos indi- 8
gent recognitione, Rota *decis.* 703. *num.* 3. *p.* 2. *in recent.* Benè verum est, quòd si sint vltrà 70. aut 80. annos, non est necessaria formalis recognitio, sed sufficiunt adminicula, Rot. *decis.* 693. *sub nu.* 7. *p.* 2. *in recent.* fuit dictum in Bonon. fideicommis. de Cataneis 12. Iun. 1614. coram R.P.D. Pirouano. Notandum tamen est, quòd ad effectum antiquitatis an sit subducendum tempus motæ litis, aliàs Rota variauit; nam quòd sit detrahendum, tenuit Rota *d. decis.* 185. *in princ. vers. secundò dempto tempore litis*, & penes Seraph. *decis.* 76. & fuit tentum in Aretina Capellaniæ 18. Martij 1616. coram R.P.D. Buratto. Contrariam verò opinionem tenuit penes eundem Seraph. *decis.* 928. *n.* 1. & penes Put. *decis.* 349. *n.* 5. *l.* 2. Verum has opiniones Rota ad concordiam reduxit in Tiburtina Castri S. Angeli coram Illust. Card. Lancellotto, vbi fuit dictum, quòd aut Instrumentū est tale, super quo consistit principale fundamentum totius causæ, & tunc detrahendum est tempus litis, aut verò Instrumentum incidenter in progressu litis producitur, & tunc non est detrahendum tempus motæ litis ad effectum antiquitatis.

c Rota *decis.* 613. *sub n.* 7. *p.* 2. *in recent.* fuit dictum in Farfen. Territorij 31. Maij. 1604. coram Card. Millino, & in ead 12. Iunij 1606. coram Penia.

d Rot. *decis.* 649. *num.* 7. *p.* 2. *in recent.* vbi quàm plures aliæ auctoritates allegantur.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Abulen. Iuris visitandi.

*Mercurÿ 28. Mensis Iunÿ 1600.*

### ARGVMENTVM.

Episcopus an possit visitare Hospitale fundatum cum pacto, quòd visitatio spectet ad Priorem illius, & quomodo visitandi ius censeatur concessum cumulatiuè, non autem priuatiuè quoad Episcopū. Et an Visitator generalis cesset, dato Visitatore speciali.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata absque citatione est nulla.*
2 *Actus, qui dederunt causam liti, non tribuunt ius considerabile.*
3 *Protectio, & defensio hospitalis, seu alterius loci Pij alicui relicta non tribuit Iurisdictionem Protectori, nec eximit locum Pium à Iurisdictione Ordinarij.*
4 *Visitatio est actus Iurisdictionis.*
5 *Iurisdictio censetur concessa cumulatiuè, non priuatiuè quoad Iudices Ordinarios.*
6 *Limitatur non procedere, quando Iurisdictio conceditur fauore personæ, in quam exerceri debet, & fauor ipsius est non habere plures, qui eam exerceant.*
7 *Hospitale habetur pro persona.*
8 *Visitatores plures non habere interest.*
9 *Ecclesia erecta cum pacto, quòd subsit Abbati, nihilominus est sub Episcopo, quia non potest ædificans facere, quod Ecclesia Episcopo non subsit.*
10 *Ecclesia statim ac est fundata, est in potestate Episcopi.*

11 *Hospitale erectum cum auctoritate, & consensu Episcopi dicitur ecclesiasticum.*
12 *Episcopus consentiens in limine fundationis, quòd hospitale erigendum sit liberum à visitatione Episcopi, validat dictam ordinationem non solùm in sui, sed etiam in successorum praiudicium.*
13 *Episcopus si aliquam Ecclesiam à se irreuocabiliter eximat, non potest abdicare à se visitationem, & correctionem.*
14 *Declara hoc procedere in ecclesia iam constructa, & adificata, quia tunc agitur de amittendo iure quaesito, secus in fundatione, quia agitur de iure quaerendo, & forsan aliàs non fundasset testator.*
15 *Hospitale fundatum sine auctoritate Episcopi non est locus religiosus.*
16 *Visitatio non competit Episcopo, nisi in hospitali religioso, potest tamen ei competere vti delegato Sedis Apostolica ex forma Concilij Tridentini.*
17 *Visitator specialis vbi datur, generalis visitare non potest: quod maximè est verum, quando datur ad postulationem visitandorum, & ad fauorem illorum: & opinio contrarium sentientium dicitur minùs vera.*
18 *In visitationis materia plurimum attenditur subiectio.*
19 *Visitationis materia est intricata.*
20 *Iurisdictio concessa ad petitionem, & non Motu proprio censetur data non cumulatiuè, sed priuatiuè.*

## DECISIO IV.

SEntentiam Prouisoris Abulen. reuocandam dixe-
1 runt Domini non solùm ex capite nullitatis † pro-
pter defectum citationis, *l. 1. §. item cùm ex edicto. ff. qua*
*sententia sine appellat. rescind. l. de vnoquoque. ff. de re iudic.*
*l. nam ita Diuus. ff. de apot.* Sed etiam ex capite iniustitiæ,
quia in ea dicitur Episcopum esse in quasi possessione
visitandi Hospitale, de quo agitur, quæ tamē quasi pos-
2 sessio non deducitor, nisi † ex actibus, qui dederuot
causam liti, & ios aliquod considerabile noo tribuunt,
vt fuit dictum in vna Hispalen. Iurisp. coram bo. me.
Robusterio 16. Iun. 1586. & in alia Burgen. Iurisdictio-
nis S. Ioannis 4. Decembris 1591. coram bo. me. Orano.
2 • Tùm etiam, quia dicit Visitationem spectare ad Epi-
scopum tanquā Ordinarium iuxta declarationē Con-
cilij, quæ tamen hoc non dicit, & Concilium concedit
hanc facultatem Episcopis tanquam Sedis Apost. De-
legatis. · Circa illud, quod etiam obiiciebatur contra
sententiam, videlicet, quòd ex fundatione spectet ius
visitandi ad priorem, & propterea intret limitatio po-
sita in decisione Congregationis Concilij, nisi aliter sit
in fundatione cautum, Domini non fuerūt concordes,
si concessio facta Priori intelligeretur priuatiuè, vel po-
tius cumulatiuè, allegabantur præcipuè tradita à Gabr.
*cons. 195. lib. 2.* in terminis visitationis Hospitalis faciendæ
per Ordinariū, non obstante, quòd in fundatione eius
cura alteri demandata videretur, qui tamen Gabr. lo-
quitur, qoando alicui esset concessa protectio, & defen-
3 sio, † quæ (vt dicit, & probat ipse) ooo tribuit, nec exi-
mit à Iurisdictione: nil mirum si huiusmodi defensori
4 non competit visitatio, † quæ est Iurisdictionis, Innoc.
*in c. in singulis nu. 1. de statu Monach.* Pauto. *de visit. p. 1.*
*quaest. 1. num. 8.* io casu autem nostro fuit inter alia com-
missa visitatio in specie; Pro Episcopo tamen videtur
5 facere communis regula, † quòd iurisdictio censeatur
concessa cumulatiuè, non priuatiuè ad iudices Ordi-
narios. Bart. *in l. 1. C. de offic. Praef. Vrb.* Bald. *in l. vnica §. vbi*
*autem, num. 6. C. de cad. tollen.* Anchar. *con. 164. sub num. 5.*
*vers. nec ex eo, quòd Populus,* latè Romao. *cons. 395. num. 1.*
cum oonoullis seq. Paolus de Castro *in l. testa. sub nu. 6.*
*C. de testam.* Ias. qui communem dicit *in l. quod in rerum*
*§. si quis post num. 8. ff. de leg. 1.* Felyn. *in cap. Pastoralis post*
*num. 2. vers. Regulariter videtur de officio Ordinarij,* Dec.
*cons. 3. nu. 3.* Ruin. qui de communi testatur, *cons. 7. nu. 5.*
*lib. 4.* † Posset tameo dici regulam limitari, quando iu- 6
risdictio conceditur fauore personæ, in quam exerceri
debet, & fauor ipsius est non habere plures, qui eam
exerceant, Bald. *in l. vnica nu. 7. C. de caduc. coll.* Ang. *cons.*
*375. ad finem vers. fallit quartò.* Aret. *cons. 102. sub numer. 1.*
Felyn. *in d. cap. Pastoralis nu. 2. in fine vers. Limita quintò.*
Corn. *cons. 3. sub nu. 3. vers. secundo, respondet lib. 2.* Afflict.
*decis. 41. nu. 2. in fine, & nu. seq.* Aym. *cons. 411. nu. 34. vers.*
*Septimò iura,* Rimin. Iun. *cons. 715. numer. 9.* Menoch *de*
*praesumpt. li. 2. praesumpt. 18. sub nu. 16. vers. Nonus est casus.*
Hic autem concurrit fauor Hospitalis † quod pro per- 7
sona habetur in hac materia, Bald. *in d. l. vnica sub nu. 7.*
Aret. *cons. 83. num. 4. in fine, & cons. 102. post nu. 1.* Interest
autem Hospitalis, † ne vexetur à pluribus Visitatoribus, 8
Ang. *in l. si testamenta, vers. Si fauore personarum, C. de te-*
*stam.* sentit Bal. *in auth. habita sub nu. 59. C. ne fil. pro patre,*
Maximè quia non solum fuit coocessa visitatio fauore
Hospitalis, sed etiam Prioris pro tempore, qui consti-
tuitur Patronus ipsius Hospitalis, Aogel. *cons. 375.* in
loco supra citato, Gram. *decis. 30. num. 11. in fin. & num.*
*seq.* Aym. *d. cons. 411. nu. 34.* Menoch. *praesumpt. 18. num. 23.*
& fuit dictum in vna Burgen. Iurisdict. S. Ioannis 20.
Decembris 1596. coram bo. me. Orano: Contra Prio-
rem etiam facere videtur dictum † Bart. *in l. quoties §. fi.* 9
*num. 1. ff. de administr. tut.* quem refert, & sequitur Felyn.
*in cap. Cùm venerabilis sub nu. 33. vers. & ideò dixit Bart.*
*de except.* Quòd si aliquis fundat Ecclesiam hoc pacto,
quòd subsit Abbati, quòd nihilominus erit sub Episco-
po. Non enim potest ædificās, aut fundans facere, quòd
Episcopo non subsit, Innoc. *in cap. Lateranensi num. 5. de*
*praeb.* Abb. *in cap. Cùm dilectus num. 4. de consuet. & in c. 3.*
*sub nu. 13 de eccl. aedific. & in d. c. Cùm venerabilis num. 35.*
vbi etiam Dec. *in 10. not. nu. 33. & cons. 121. n. 2.* Facit *cap.*
*Si quidam num. 10. quaest. 1.* Rota *diuers. decis. 10. de testam.*
*in antiq.* sed videtur posse dici prædicta procedere in
fuodatione Ecclesiæ, & beneficij, † quæ statim, ac sunt 10
coostructa sunt in potestate Episcopi, *cap. Omnes Basili-*
*ca 16. quaest. 7. cap. Cùm Episcopus de offic. Ordinarij in 6.*
Dec. *d. cons. 121. num. 1. & in d. cap. Cùm venerabilis nu. 32.*
Non sic forsao in Hospitali quia aut est cum auctorita-
te, & consensu Episcopi erectū, quo casu ecclesiasticum
dicitur, † Bal. *in auth. hoc ius porrectum sub numer. 11. C. de* 11
*sacros. eccl.* Paul. de Castr. *in l. Orphanotrophius in princ. C.*
*de Episc. & cler.* Card. *in clem. 11. in 10. quaest. de praebend.*
Abb. *in cap. Ad haec num. 1. de relig. dom.* † & cùm interue- 12
nerit consensus Episcopi in fuodatione sub tali forma
facta, cōsensus Episcopi validat dictam ordinationem,
non solùm in sui, sed etiam in successorum præiudiciū.
Abb. *in dict. cap. 3.* sub num. 13. Felyn. *in dict. cap. Cùm ve-*
*nerabilis sub nu. 33.* Barbat. *cons. 33. colum. antepenult. vers.*
*Etsi dicatur Episcopus lib. 1.* Rocc. de Curte de *Iurepatr.*
*in verb. pro eo quod sub num. 16. & num. seq.* † Contra ta- 13
men facere videtur, quod tradit Feder. *cons. 111. num. 4.*
vbi si Episcopus aliquam ecclesiā à se generaliter exi-
mat, oon potest à se abdicare visitationem, & correctio-
nem, ad quod tamen responderi potest illud posse pro-
cedere † in ecclesia iam constructa, & fundata, tunc 14
enim agitor de amittendo iure quæsito, secus autem est
in fundatione, quia agitur de iure quærendo: & forsan
aliter noo fundasset testator, nisi cum illa lege, vt beoè
per Barbat. Abb. & Roech. *vbi supra,* sed adhuc repli-
catur ex traditis per eumdem Federic. *cons. 247.* qui ex-
tendit etiam quando Episcopus id ageret in fundatio-
ne ipsius Ecclesiæ, & respondet contrariis: Aut Hospi-
tale hoc fuit siue Episcopi auctoritate fundatum, & tūc
† cùm non sit locus religiosus, Bald. & alij supra citati, 15
Cardin. *cons. 15. numer. 3.* Abb. *cons. 3. numer. 2. p. 2.* † de 16
iure communi non competit Episcopo visitatio, Abb.
*in cap. fin. in 1. not. ib. de Cens.* Gabr. *in praeallega. cons. 195.*
*nu. 15. lib. 2.* & licèt ex forma Sacri Coocilij Tridentini
possit

possit Episcopus huiusmodi Hospitalia, saltem vt Delegatus visitare; tamen Concilium tribuit illi hanc facultatem, dummodò non sit aliter in fundatione cau-
27 tum: Pro Priore autem facere videtur, quia † vbi datur specialis Visitator generalis visitare non potest, Bal. *in l. 1. num. 2. ff. de offic. Conf.* sequitur Felyn. *in d. cap. Pastoralis, num. 2. in fin.* & dicit idem Bal. *in auth. habita num. 98. ne fil. pro patr.* quòd quando datur specialis Visitator per Papam, derogatum est Visitatori generali, qui tamen *num. 59.* dicit hoc verum, quando est datus ad pe-
b titionem Visitandorum, non quando Motu proprio; [b] Ratio diuersitatis est, vt explicat Corn. *cons. 76. post num. 8. lib. 1.* quia quando datur ad postulationem, datur ad fauorem ipsorum, quando datur Motu proprio, potest alia subesse causa, & quòd specialis Visitator, quando est datus fauore visitandi, solus visitet, tradit Ang. *in d. l. testamenta, vers. Si fauore personarum, C. de testamentis.* & facit quòd dicit Iacob. de Aren. *in l. quod in rerum, §. si quis post num. 1.* quem sequitur Oldrad. Alber. *num. 2.* Bald. *num. 2. cum post num. 1. ff. de leg. 1.* quòd Episcopus non potest visitare fratres Humiliatos de Mediolano, quibus per priuilegium fuit indultum, vt per ministrum visitentur; idem tradit Corn. *cons. 30. num. 4. lib. 2.* Ruin. *in d. cons. 7. num. 6.* Troil. de Maluet. *de oblat. par. 2. dubit. 4. num. 13. alias 44. & seq.* Rim. Iun. *cons. 715. num. 10.* Menoch. *d. præsumpt. 18. sub num. 16. vers. Nonus est casus.* Surd. *cons. 59. n. 53. vers. Et exemplum de Visitatore:* Contrarium tamen, quòd Visitator specialis à Papa deputatus non faciat, quominus Episcopus visitet, tradit Anchar. *in cap. si tibi, qui sub nu. 2. vers. Quid ergo si Papa, de rescript. in 6.* sequitur Ias. *in d. l. quod in rerum, §. si quis post, sub num. 6. vers. Breuiter his non obstantibus,* & decisionē Iacobi de Aren. dicit esse dubiam Menoch. *cons. 468. sub num. 14. vers. Respondetur primò,* qui adducit multos dissentientes. Prima tamen opinio proculdubio est vera, & rationibus Iasonis respondet Menochius, *vbi supra*, & quamuis Aret. *in d. §. si quis post,* dubitet de doctrina Iac. de Aren. tamen vt animaduertit Ruin. *d. cons. 7. sub num. 6.* Idem Aret. *cons. 102.* sequitur doct. Ang. quando fauore personæ est datus Visitator: Faciunt pro ista opinione, quæ dicta sunt superius, quando iurisdictio est concessa fauore certarum personarum; præsertim cùm in casu nostro non in specie, sed in indiuiduo concessa sit visitatio, & tradita per Aret. *in d. cons. 102. post. nu. 12.* Aym. *d. cons. 411. nu. 33. vers. Pro hoc magis in terminis:* Quod maximè procedit in Priore Patrono constituto propter Iuspatronatus, quod habet in dicto Hospitali ex dicta fundatione, vt per Io. Bapti. Ferretum *cons. 142. num. 14.* & quia non
28 est persona subdita Episcopo, † talis enim subiectio in hac materia attenditur, Bart. *in l. fin. in fin. C. de reb. milit. lib. 12.* Brun. *cons. 47. col. 2. vers. Postremò prædicta,* Felyn. *in d. cap. Pastoralis, sub num. 2. vers. Considera benè,* Corn. *cons. 3. sub num. 4. vers. Ad hanc intelligentiam maximè confert. lib. 2.* Menoch. *d. cons. 478. sub num. 11. vers. Imò idem dicit,* & docuit Bart. & fuit dictum in illa Burgen. Multa alia possunt pro vtraque parte adduci. Ista enim ma-
29 teria, † vt dicit Ang. *in d. l. testamenta,* est multum intricata, & casus iste continet magnam dubitationem; propterea de ea erit particulariter videndum.

*A D D I T I O.*

a Adrien Decimarum 25. Iunij 1601. coram R. P. D. Corduba, & in Vlixbonen. 12. Nouembr. 1604. coram R. P. D. Ottembergo, & in Burgen. Iurisuotandi 13. Nouemb. 1599. coram Cardinali Mellino, in quibus decisionibus Rot. semper dixit actus qui dederūt causam liti, & multò minus gestos post motam litem, non esse habendos in consideratione.

30 b Quando † Iurisdictio est concessa ad petitionem, non autem Motu proprio, tunc censetur data non cumulatiuè, sed priuatiuè. Rot. *decis. 32. sup. num. 1. p. 1. in recent.* Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de iurisd. n. 5.*

*Octauius Beltraminus.*

Fanen. Lucri Dotis.

*Lunæ 30. mensis Iulij 1600.*

ARGVMENTVM.

Lucrum Dotis à Statuto delatum debetur etiam pro dote promissa, & non soluta, maximè in odium eius, qui soluere debebat. Item si Statutum deferat lucrum conditionaliter; sufficit quod momento temporis conditio extiterit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Lucrum Dotis debitum vigore Statuti, debetur non solùm de Dote data, sed etiam promissa, & non soluta.*
2 *Rubrica habens orationem perfectam potest allegari ad decisionem causarum, & non restringitur à nigro specialiter loquente.*
3 *Lucrum Dotis debetur etiam, vbi pro Dote fuit assignatum nomen debitoris, licèt à marito non fuerit exactum.*
4 *Dos promissa habetur pro soluta in odium non soluentis ad effectum, vt sit locus lucro Dotis ex dispositione Statuti delato.*
5 *Mora non debet alicui commodum afferre.*
6 *Statutum, quòd muliere in matrimonio copulata decedente, maritus lucretur certam partem Dotis, habet locum, quando stat per mulierem, quominus copuletur.*
7 *Mora contrahitur per interpellationem iudicialiter factam.*
8 *Mora committitur non solùm per omissionem, sed etiam per contrauentionem, & hæc est odiosior.*
9 *Statutum deferens marito lucrum dotis conditionaliter, si onera matrimonij sustinuerit, vt habeat locum, sufficit, quòd per modicum tempus maritus sustinuerit onera.*
10 *Conditio sufficit, quòd momento temporis extiterit.*
11 *Statutum de lucro Dotis habet locum etiam in Dote promissa, & non soluta, etiam si statutum vtatur verbo (remaneat) vel etiam si loquatur de dote data.*

D E C I S I O  V.

CONtracta fuerant sponsalia in Oppido Orciani Fanen. Diœc. inter D. Archangelum Angelinum, & D. Stratonicam Lambertinam, in quibus D. Stratonica promittebat dare pro dote, & dotis nomine scuta mille, hoc modo, videlicet, scuta 200. in tot mobilibus, reliqua 800. in pecunia numerata, & non in alia specie, quæ quidem scuta 800. consistentia in pecunia D. Stratonica debebat consequi ab hæredibus primi sui viri, ita vt dicta scuta 800. ipse D. Archangelus posset, & teneretur exigere, & recuperare, & exacta inuestire in aliquo Censu, aut bonis stabilibus, quam dotem D. Archangelus promittebat restituere in casu restitutionis, iuxta formam decretorum Ducis Vrbini, & stylum dicti Oppidi Orciani: secuto matrimonio, per aliquantum temporis vt simul in domo D. Archangeli permanserint, postea recessit D. Stratonica, & intentauit separationem thori, qua pendente, D. Stratonica exegit ab heredibus primi viri dicta scuta 800. quæ nomine proprio illa inuestiuit in quodam Censu, cuius fructus semper exegit, postea mortua est, & D. Archangelus egit in vim Saluiani Interdicti pro consecutione lucri dotalis secundùm Constit. Ducis Vrbini, cuius vigore maritus consequitur tertiam partem dotis vxoris decedentis sine liberis; causa huiusmodi coram me extra Rotam pendente, consului Dominos, an esset in casu isto locus lucro prædicto, & Domini, informante tantùm parte D. Archangeli,

vnanimiter affirmatiuè responderunt, licet enim statu-
1 tum loquatur de dote data †, tamen cum eius rubrica
loquatur simpliciter, & generaliter de dote, maritus
lucrabatur tertiam partem dotis promissæ, & non so-
lutæ, Ias. post Bald. quem allegat in *l. 1. n. 9.* vbi etiam
Dec. *num. 5. in fin.* Purpur. *num. 32.* Alciat. *num. 7. ff. si cert.*
*pet.* Corn. *conf. 67. num. 1. lib. 1.* Rol. *de lucro dot. q. 9.*
Gabr. *conf. 12. num. 3. lib. 1.* Cæphal. inter cons. Pauli
Leonij *conf. 4. num. 24.* Menoch. *lib. 6 præsumpt. in prima*
a *præsumpt. num. 21.* [a] verba enim rubricæ generalia habē-
2 tia, vt in casu isto, † orationem perfectam, ad decisio-
nem causarum allegari possunt, & non restringuntur à
nigro specialiter loquenti, Glos. *in l. 1. C. de capit. di-*
*min. lib. 11.* Paul. de Castr. *conf. 83. num. 4. lib. 2.* Alex.
*conf. 1. num. 7. lib. 4. & in l. 1. num. 4.* vbi & Dec. *num.*
*4. & seq.* Cur. Iunior *num. 5. ff. si cert. petat.* Paris. *conf. 53.*
*num. 94. & seq. lib. 3.* Aym. *conf. 61. num. 1.* Præterea
aut volumus dotem fuisse datam ex eo, quòd fuerunt
assignatæ dictæ pecuniæ exigendæ, vt suprà ab hære-
3 dibus primi viri, & † ita fuit datum in solutum no-
men debitoris, & res est sine dubio, & pro hoc facit
cons. Bart. 133. *statuto ciuitatis num. 3.* Franc. *decis. 108.*
4 *num. 8.* Aut volumus non fuisse datam, & † isto casu di-
xerunt Domini haberi pro data ad effectum, vt D. Ar-
changelus lucraretur tertiam partem propter moram
D. Stratonicæ non consignantis dotem, Bart. *d. conf. 133.*
Bald. *in lib. fin. sub num. 3. vers. ego consului; C. de dot. pro-*
*miss.* Paul. de Castr. *in l. mulier. sub num. 2. vers. Sed quod*
*si statutum, ff. de condit. in deb.* Alexan. *in l. si donaturus §. si*
*quis num. 7. in fine.* Roma. *sub num. 8. vers. & ita consuluit*
*Bart.* Ias. *sub num. 14. vers. Tu intellige, ff. de condit. caus.*
*dat.* Aret. *in lib. rei iudic. §. Socer num. 6. post med. vers.*
*Relinquitur pulchra dubitatio, ff. solut. matr.* Calcan. *conf.*
*31. sub num. 29.* Ruin. *conf. 133. num. 7. lib. 4.* Tiraq. *de re-*
*tract. conuent. ad fin. num. 37.* Rol. *de lucr. dot. q. 7.* Phan.
5 *in eodem tract. in verb. restitution. num. 30.* † ne aliàs ex mo-
ra sua commodorum sentiret, contra *l. relegatorum in fin.*
*ff. de inter. & reli.* & melioris conditionis esset morosa,
quàm soluens contra *l. non solùm ff. de nox. & lib. seruus*
6 *ff. quod vi, aut clam.* † Videmus in simili de statuto, quo
cauetur, vxore in matrimonio copulata decedente,
maritum lucrari dotem, quia habet locum, quando stat
per mulierem quominus copuletur. Bald. *in lib. Non*
*fine, num. 1. in fin. C. de bon. quæ lib.* Paul. de Castr. *conf.*
*154. in fin. l. 1.* Boer. *decis. 22. num. 39.* Rol. *d. q. 7. num. 7.*
7 † de mora autē cōstat manifestè ex interpellatione etiā
iudicialiter facta, *l. quod si & ibi Doct. ff. si cert. petat.* Ias.
*in d. l. si donaturus §. 1. sub num 14. vers. Tu intellige.* Rol.
*de lucr. dot. q. 8.* & ex eo quòd cùm assignasset huius-
modi pecunias exigendas D. Archangelo, ipsa D. Sta-
tonica contraueniendo dictæ assignationi eas exegit,
8 & inuestiuit, vt suprà dictum est: † mora enim com-
mittitur, non solùm per omissionem, sed etiam per
contrauentionem. Aret. *conf. 156. num. 6.* & est odiosior
mota decis. Ped. 71. *num. 38.* Non obstat, quòd statutum
deferat lucrum conditionaliter marito, si onera ma-
9 trimonij sustinuerit, † quia sufficit, quòd per modicum
tempus sustinuerit. Paul. de Castr. *in l. si marito. §. 1. num.*
*2. ff. solut. matr. & in d. l. si donaturus §. 1. sub num. 4. vers.*
10 *Sed breuiter contrarium,* vbi etiam Ias. *num. 19.* † condi-
tio enim sufficit, quòd aliquando etiam momento
temporis extiterit, *l. si quis heredem, C. de instit. & substit.*
*l. heredibus in princ. ff. ad Trebell. l. Gallus §. quæramus,* &
ibi not. *ff. de lib. & posth.* Ruin. *conf. 89. n. 8. lib. 4.* & fuit
in simili dictum in vna Clusina dotis 17. Ianuarij 1598.
coram bo. me. Peregrino.

*ADDITIO.*

a Circa hanc materiam, an statutum de lucro dotis habeat
11 locum etiam in dote promissa, & non soluta † est vi-
dendus Gaspar. Ant. Thes. *quæst. for. lib. 2. q. 75.* vbi fir-
mat regulam pro opinione affirmatiua, testando de
veriori, & multipliciter illam ampliat; prout etiam in
aliquibus casibus illam limitat, & hanc opinionem
pluries tenuit Rot. penes Acchil. *decis. 13. num. 1. & 4.*
*de Const.* & in Asculana dotis 9. Martij, 1603. coram
Card Sacrato, vbi fuit dictum hanc opinionem habere
locum, etiam si Statutum vtatur verbo (*remaneat*) &
& etiam si loquatur de dote data, & idem tenuit Ro-
ta in Senogallien. dotis 23. Ianuar. 1608. coram R.P.D.
Pamphilio, & hanc eandem opinionem tenuit infra
*decis. 22.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Calinien. Hospitalis.

*Lunæ 3. mensis Iulij, 1600.*

## ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Instrumentalis possessio non est manutenibilis existente alio in possessione.*
2 *Locatio non probat possessionem.*
3 *Possessio antiquior est præferenda iuniori, quæ præsumitur clandestina.*
4 *Locatio probat possessionem locatoris inter conductorem, & locatorem.*
5 *Ampliatur etiam non probata effectuatione locationis.*
6 *Locatio probat possessionem etiam contra tertium, si concurrant solutiones affictuum.*
7 *Limita non procedere in præiudicium tertij, de cuius vera possessione constat.*

## DECISIO VI.

DOmini dixerunt Hospitalarios esse manutenendos
in quasi possessione eligendi, & deputandi Magi-
stros, & rectores Hospitalis, cùm in ea reperiantur ab
antiquissimo & immemorabili tempore, & deponunt
testes pro eorum parte examinati, *§. retinendæ. Instit. de*
*interd.* Guidop. *decis. 366. num. 1.* Non obstat prætensa
possessio Francisci, quia † cùm sit instrumentalis, non 1
est manutenibilis, nec alicuius considerationis, existen-
tibus dictis Hospitalariis in possessione, *l. quamuis, §. si*
*conductor,* cum ibi not. *ff. de acquir. possess.* Put. *decis. 372.*
*lib. 2. cum similibus,* & instrumentum locationis bono-
rum dicti Hospitalis † non probat aliquam eius posses- 2
sionem [a] *cap. inter dilectos in fin. de fide instru.* Bal. *in l.* a
*quadam mulier post nu. 1. ff. de rei vend.* Rot. *decis. 1. de fid.*
*instr. in antiquis,* & vbi probaretur aliqua possessio Fran-
cisci, † tamen esset manutenenda illa Hospitalariorum, 3
tanquam antiquior, quia altera præsumitur clandesti-
na, *cap. licet causam,* & ibi not. *de prob.* Bart. *in lib. si duo*
*sub num. 4. vers. Si verò testes, ff. Vti possidetis,* Alex. *conf.*
*110. num. 1. lib. 1.* *Ruin. conf. 55. num. 8. lib. 4.* Afflict. *decis.*
*363. num. 3. & 4.* & fuit dictum in vna Romana Capel-
laniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ 24. Febr. 1576. coram
Cantuccio, & alibi sæpe.

*ADDITIO.*

a Inter locatorem, & conductorem † locatio probat posses- 4
sionem locatoris, Gabr. *de loc. conclus. 4. num. 14.* Menoch.
*de retinend. remed. 3. num. 572.* Rot. *decis. 766. num. 3. p. 2. di-*
*uers.* † Quod procedit etiam non probata effectuatione 5
locationis, vt fuit dictum in Mediolanen. Decimarum, 9.
Iunij 1610. coram Pirouano, quæ est impress. penes Fari-
nacc. *decis. 291. post secundum librum Consil.* & in Romana
damnorum 10. Nouembris 1617. coram R. P. D. Buratto.
Locatio † probat possessionem etiam contra tertium, quando 6
concur

concurrunt etiam solutiones affectuum, Gabr. *de locat. conclus.4. num.2.3.& 7.* Menoch. *de retin.remed.3. num.572.*
fuit dictum in Romana de Iacommellis 29.Ianuarij 1609.
coram Cardin. Sacrato, & in Lucerina beneficij 6.Febr.
7 1609.coram R.P.D.Caual.† Sed aduertendum est, quod si
ista conclusio, ita precisè sumpta, est vera, de facili posset
committi fraus, quia inter duos extraneos fieri posset in-
strumentum locationis, & etiam fingi possent subsecutæ
solutiones in præiudicium veri Domini, & possessoris, &
ideò dicta conclusio non habet locum in præiudicium
alterius, de cuius vera possessione constat. Rot. *decis.62. num.4* inter impress. penes Pacif. de Saluian. iuxta nou.
impress.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census de Cardutiis.

*Veneris 27. mensis Octobris.* 1600.

### ARGVMENTVM.

Plura considerantur pro probanda aditione hæreditatis, de quibus particulariter in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis aditio probatur ex locatione rei hæreditariæ.*
2 *Hæredem se facere dicitur, qui se facit Dominum rei hæreditariæ.*
3 *Verba Notarij præsumuntur verba partium, & maximè quando sunt prolata partibus præsentibus.*
4 *Verba Notarij relatiua, & prolata in personas contrahentium censentur ab ipsis contrahentibus prolata.*
5 *Hæreditatis aditio inducitur ex possessione rei hæreditariæ, vltra portionem prius sibi competentem.*
6 *Frater possidendo rem per prius communem cum alio fratre, non dicitur hæreditatem fratris adire, nisi ea hæreditate vtatur, vti Dominus totius,*
7 *Locatio præsumitur facta vti ab hærede, & Domino, non vti creditore,*
8 *Hæreditatis aditio probatur non solùm ex actibus, qui eam necessariò, sed qui verisimiliter, & præsumptiuè inferunt, nempe ex possessione.*
9 *Declaratio debet præcedere, non sequi actum, qui solet importare aditionem.*
10 *Protestatio declaratoria, vbi de præiudicio tertij agitur, debet fieri vel ante, vel post actum, ante tamen consummationem, & non ex interuallo, maximè quando præsumptio est contra declarantem.*
21 *Hæreditatis ab intestato delatæ aditio facilius admittitur.*
22 *Possessio corporum hæreditariorum non potest referri ad titulum fideicommissi, quando possidetur etiam legitima.*
13 *Possessio capta à fideicommissario propria authoritate, & non de manu hæredis, vel Iudicis, est vitiosa.*

### DECISIO VII.

RESolutum fuit mandatum A. C. esse confirman-
dum, & quia tota difficultas ad id reducebatur, an
Reuerendiss. Episcopus esset hæres Melchioris, quia
ipse negabat adiuisse hereditatem: Visum fuit Dominis
de aditione sufficienter constare, & præcipuè ex eo,
1 quod † Episcopus locauerat Casale Falcognanum,
quod D.Melchior, dum viueret possidebat, §. *pro hærede Instit. de hæred. qualit. & differ.* Bart. *in l. gerit sub num. 21.vers. Si verò non poterat, ff. de acquir. hæred.* Alex. *cons. 32.sub num.1.lib.3.* Ias. *cons.112.lib. 4. num. 2.* Corn. *cons. 103.num. 4.lib. 2.* Marant. *in lib. is potest num. 81. ff. de ac-*
a *quir. hæred.* Natt. *cons.140.sub num.10.* [a] maximè quia in
locatione dixit Casale ad ipsum pro medietate specta-
re, Aret. *cons.136.in princ.* † faciendo enim se dominum 2
rei hæreditariæ, fecit se hæredem, Paul. de Castr. *in l. potuit, num. 4. C. de iur. delib.* Illustrissimus Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.12.tit.11.num.6.* nihil enim est aliud
gerere se pro hærede, quàm gerere se pro Domino, *l. pro hærede ff. de acq. hæred. §. penult. Inst. de hæred. qualit. & differen.* Nec placuit quod obiiciebatur ista esse verba
Notarij, quia † immò præsumuntur verba partium, & 3
aditionem inducunt, Bald. *cons. 263. num.1. & 2. vol.1.* 1
Marant. *in d. l. is potest, num.49.* Menoch. *de præsumpt. lib.4.præsumpt.100.num.24* præsertim quia prolata sunt
ipso Episcopo præsente, vt per Ruin. in his terminis
*cons.115 sub num.7.vers. nec obstat lib.4.* † Facit, quia verba 4
Notarij relatiua, & prolata in personas contrahentium
videntur ab ipsis contrahentibus prolata, Bald. *in l. mandatur sub num.6.C.de rei vendic.* Dec. *cons.450.num.3. & 4.* Non obstat, quòd Episcopus dicat se possedisse
ex fideicommisso paterno, quia de huiusmodi fidei-
commisso est docendum. Alex. *d.cons.32. sub num.1.& 2.*
& vbi etiam possideret vigore fideicommissi non po-
tuisset possidere, nisi pro ea parte, in qua erat hæres
partis, & ita pro tertia parte, † vnde possidendo dimi- 5
diam, & sic plusquam est portio sua, dicitur adiuisse,
Bald. *cons.272.sub num.2.vers. Tertia ratio est, lib.5.* Aym.
*cons.35.num.14.* † Faciunt tradita per Angel. *cons.175.* 6
vbi licet frater, post mortem fratris possidendo rem
per prius communem, non dicatur hæreditatem patris
adire, tamen si ea vtitur, vti Dominus totius, tunc benè
resultat aditio. [b] Tollitur etiam, quòd vti creditor po-
tuerit facere, tum quia de credito deberet constare.
Aret. *d.cons.136.circa princ. vers. Nisi forte constaret.* † tum 7
etiam quia, cum simus in locatione, & in actu, quæ cum
tertio celebratur, præsumitur potius, quòd faciat vti
hæres & Dominus, quàm vti creditor, Bart. *in d. l. gerit sub num.21.vers. Si verò non poterat,* & ibi Aret. *sub num.4. vers. Secundò adde in quantum. Bart.* Bald. *cons. 399. sub nu. 3. vers. Quidam sunt actus indifferentes lib. 3.* Ang.
Aret. *in §. fin. sub num. 2. Instit. de hæred. qualit. & diff.*
Puteus *decis.447.l.1.* & fuit dictũ in vna Romana Ca-
salis, 17.Iunij 1593.corã R.P.D.meo Mellino. Non ob-
stat, quòd possibile fuerit Episcopum possidere alio ti-
tulo, & quòd sufficiat huiusmodi possibilitas ad exclu-
dendum aditionem, quæ ex actu possessionis necessa-
riò non infertur, ex Bald. *cons.17.l.3.* quia † imò aditio 8
probatur non solùm ex actibus, qui eam necessariò, sed
etiam qui verisimiliter, & præsumptiuè inferant, Bald.
*in l. potuit. sub num.18.* & ibi Salicet. *ad fin. C. de iur. delib.*
Menoch. *dict. præsumpt.101. sub num. 2. vers. Et manifestè ad cons.* Bald. 17. *lib.* 3. vltra quòd in suo casu non con-
currebat aliquis actus positiuus, vt ponderat ibi Bald.
*num.1.* nec constabat de aliqua possessione, vt *num. 2.*
fuit dictum quòd vel erat intelligendus Bald. quando
eodem tempore fuisset facta declaratio, & actus, vel
saltem paulò pòst, quo casu non erat mirum, si ex actu
momentaneo non colligitur aliqua aditio, vt fuit di-
ctum coram R.P.D.meo Corduba in Romana Portio-
nis hæreditatis 5. Maij proximè præteriti; vel aliter
intelligendum d. Bald. erit periculosum, vt & ani-
maduertit appostillator ibi quia † imò declaratio de- 9
bet præcedere, non sequi actum, qui solet importare
aditionem, Ang. *in l. sed si quis hac, §. Prætor cel.2.vers. Solum ergo vnum remedium ff. de acquir. hæred.* Rom. *cons.147.in fin.* idem Bal. *cons. vlt. sub. num. 4. vers. quidam sunt actus indifferentes lib. 3.* † Protestatio enim declaratoria, vbi de 10
præiudicio tertij agitur, debet fieri vel ante, Glos. *in l. in concubinatu in verb. testatione ff. de concubin.* Dec. *in cap. Cum M. Ferrarien num.63.* vbi etiam Ripa *sub num.148. vers. Idem in protestatione declaratoria de Const.* Vel post
actum, ante tamen consummationem, *l. si ita sit.* & ibi
Bald. *num.1.* Alex. *num.3.* Aret. *num.1 ff. de Leg.1.* & non
ex interuallo, maximè quando præsumptio est contra

declarantem vt in casu nostro Ang. *cons* 209. *sub num.* 1. Aym. *cons.* 106. *num.* 13. & intercessit tam longum spatium tot annorum, & eò facilius venerunt Domini in hanc sententiam, quia concurrebant plura adminicula pro aditione, & susceptio termini, solutio, oblatio à Procuratore facta de soluendo pro rata hæreditatis, de quibus latè per informantes pro Dominis de Cardutiis, & quia agebatur de hæreditate ab intestato delata,
11 quæ † facilius admittitur. Purpur. *cons* 270. *num.* 13. quia tamen pars opponebat fuisse excessum in mandato, & esse relaxatum vltrà portionem hæreditariam, Domini mandarunt, vt viderem an fuerit excessum.

*ADDITIO.*

a Benè Rota *decis.* 495. *sub num.* 2. *par.* 1. *in recent.* & *decis.* 638. *sub num.* 1. *par.* 2. *in recent.* in quibus decisionibus d decis. Canonizatur.

b Rota *decis.* 638. *sub num.* 2. & 3. *par.* 2. *in recent.* vbi etiam,
12 dicitur † non posse possessionem corporum hæreditariorum referri ad titulum Fidei commissi, quando possideret etiam Legitima, cùm Legitima non sit comprehensa in Fideicommisso.

Item nec ad excludendum aditionem potest referri posses-
13 sio ad titulum fideicommissi † cùm fidei commissarius non possit propria authoritate capere possessionem, sed debeat capere de manu hæredis, vel de manu Iudicis: idcóque possessio esset vitiosa, ita dixit Rota in Anagnina Legati 26. Iunij 1600. coram Card. Mellino.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Abulen. Iuris Visitan.

*Ven.* 10. *mensis Nouembris* 1600.

## ARGVMENTVM.

Visitandi ius concessum censetur cumulatiuè, non autem priuatiuè quoad Episcopum.

*SVMMARIVM.*

1 *Visitandi ius alicui concessum non censetur concessum priuatiuè, quoad Episcopum, nisi expressè dictum sit, quod Episcopus non possit visitare.*
2 *Visitator specialis facit cessare generalem.*
3 *Id procedit in Prælato regulari, cui speciali iure censetur concessa iurisdictio.*
4 *Visitari non potest ordinarius, quando in fundatione fuit dictum, quod per certam personam, & non per aliam fieri debeat visitatio.*

## DECISIO VIII.

QVædam Francisca de Manaeda de anno 1571. in suo testamento fundauit Hospitale sancti Nicolai noncupatum della Coppera, Oppidi de Olmedo Abulen. diœc. eo adiecto, vt ille, qui pro tempore fuerit Prior Monasterij S. Mariæ della Meidrada sit Patronus dicti hospitalis, ad hoc vt ipse illud visitet, & prouideat in eo quidquid sibi placuerit expedire, prout latius in dicto testamento, cuius copia datur; quàm auctoritatem confirmauit, & ampliauit in Codicillis concedendo illi liberam, & generalem potestatem, quam ipsa habet, & prout ipsa facere posset, tam circa executionem omnium in testamento contentorum; quàm circa hospitalis administrationem, stante huiusmodi facultate Priori dicti monasterij concessa, & declaratione Sacræ Congregationis Concil. Tride. cuius copia
1 dabatur his verbis. † Congreg. Conc. censuit ex decreto Conc. c. 8. *sess.* 22. Episcopum posse visitare, nisi alter cautum sit in institutione: Fuit dubitatum an Priori S. Mariæ competat ius visitandi dictum hospitale priuatiuè quoad Episcopum Abulen. & Domini informante tantùm Priore, quia proceditur per contradictas, fuerunt in vnanimi voto contra informantem non esse per huiusmodi facultatem Priori in fundatione concessam, ademptam facultatem visitandi, tributam Episcopo [a] ex dispositione Conc. Trid. *c.* 8. *sess.* a
22. quicquid sit de iure communi, & vnus ex Dominis attulit aliam declarationem Congregationis, quæ ita demum excludit Episcopum, si in fundatione cautum sit, vt Episcopus non possit visitare; quod non fuit factum in casu isto, in quo de Episcopo nulla fit mentio, & licèt sit concessa visitatio Priori, intelligi tamen debet cumulatiuè, non priuatiuè quoad Episcopum, contra quem debet esse expressa prohibitio, vt censuit
Congregatio. † Et propterea, quæ dicuntur de speciali 2
visitatore deputato, quòd faciat cessare generalem ex Doctrina Iacobi de Are. *in l. quod in rerum,* §. *si quis potest,* *ff. de Leg. primo,* & *seq.* vltra quod habet multos cōtradi-
ctores, & procedit in † Prælato regulari, cui speciali 3
iure censetur concessa iurisdictio priuatiuè, Abb. *in c. Pastoralis, sub num.* 6. *vers. Sed in regularibus aliud puto,* & ibi Felyn. *num.* 4. *de officio ordin.* Dixerunt Domini hæc, & alia, quæ de iure communi allegantur, non esse habenda in consideratione, cùm habeamus dispositionem Concilij, quam debemus attendere.

*ADDITIO.*

a Benè Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 99. & 100. vbi refert declarationem Sacræ Congregationis, & ad aliam declarationem eiusdem Sac. Congregationis, quæ videbatur ob-
stare Resp. procedere, quando in † fundatione fuisset di- 4
ctum, quòd per certam personam & non per aliam fieret visitatio, tunc enim bene excluditur Ordinarius à iure visitandi.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Salutiarum Ecclesiæ Sancti Ioannis.

*Luna* 27. *mensis Nouembris* 1600.

## ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa materiam mandati de manutenendo. Item quando sit locus sequestro, & an per sequestrum necessarium amittatur possessio.

*SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum probat possessionem.*
2 *Sequestrum necessarium non priuat possessione, nisi aliter de mente iudicis appareat.*
3 *Sequestrum apponi non debet, vbi apparet certitudinaliter de possessione alicuius.*
4 *Iudex tunc demum priuat possessione, quando ritè, & rectè procedit.*
5 *Possessio antiquior est manutenenda.*
6 *Possessio præsumitur continuata, quando non apparet, quòd quis se habeat pro spoliato.*
7 *Possessio instrumentalis capta alio existente in possessione, nihil tribuit.*
8 *Iudex priuat possessione, absque aliqua expulsione, quando ritè, & rectè procedit.*
9 *In manutentionis iudicio non requiritur titulus.*
10 *In manutentionis iudicio non admittitur exceptio proprietatis.*
11 *Sequestrum appositum auctoritate iudicis præsumitur causa custodiæ, & non priuat possessione.*
12 *Etiam si possessor consentiat dicto sequestro reprobatis decisionibus in contrarium.*
13 *Sequestrum appositum per iudicem in vim Clem. I. de sequestr. possess. priuat possessione.*

14 *Sequestrum appositum per iudicem, eò quia possessio sit vitiosa, seu attentata, priuat possessione.*
15 *Sequestrum voluntarium non priuat possessione, stante clausula*, sine præiudicio iurium suorum.
16 *Sequestrum non debet apponi, quando constat de possessione certa alterius ex collitigantibus.*
17 *Nec etiam sub pretextu metus armorum.*

## DECISIO IX.

DOmini vnanimi voto censuerunt dandum esse
mandatum de manutenendo Monialibus S. Ana-
1 stasij, de quarum possessione † satis constat ex Instru-
mento adeptionis celebrato cum Procuratore, ad id
mandatum habēte, *l. non idcirco*, vbi Bald. *C. de fide instr.*
Rot. *decis. 21. de restit. spoliat. in antiquis*. Cassad. *decis.* 20.
*in fine de praben.* Put. *decis.* 306. *n.* 8. *lib.* 1. Caputaq. *decis.*
334. *n.* 6. *p.* 2. & fuit dictum in vna Cervien. bonorum
coram bo. m. D. Brauo 20. Nouembris 1578. & in vna
Casalen. beneficij coram R.P.D. meo Corduba 11. No-
uembris 1596. & alibi sæpius. Non obstat sequestrum
2 de mandato officialis Salutiarum appositum, quia † se-
questrum necessarium non priuat possessione, nisi ali-
a ter de mente iudicis appareat, [a] Barto. *in l. Interesse. sub
num.* 4. Imol. *post n.* 2. Aret. *post princip. in vers. in glos. super
verbo approbatum ff. de acquir. poss.* Alber. *in l. vnica col.* 2.
*vers. quærit Cyn.* vbi etiam Salicet. *sub n.* 2. *C. de prohibit.
sequest.* Abb. *in c. examinat post n.* 14. *de iud.* Boer. *decis.* 277.
*n.* 9. Gram. *decis.* 51. *n.* 2. Cassad. *decis.* 14. *num.* 12. *super reg.*
Sarn. *in reg. de an. q.* 47. & fuit dictum coram bo. mem.
Cotta in vna Astoricēsi Archidiaconatus 9. Maij 1580.
3 † & tanto minus, quia non debebat officialis apponere
sequestrum, vbi apparebat de possessione monialium.
Bal. *in l. vnica sub n.* 3. *vers. & alia est sequestratio C. de pro-
hib. sequestr. & cons.* 244. *lib.* 3. Dec. *in l. fin. C. de edict. Diu.
Adr. tollen. n.* 7. Bero. *cons.* 51. *num.* 9. *lib.* 3. Gozad. *cons.* 10.
*n.* 42. Vnde etiam si voluisset, non potuisset officialis
moniales priuare sua possessione, per huiusmodi seque-
4 strum iniustè, & sine citatione decretum, † quia tunc
demum iudex priuat possessione, quando ritè, & rectè
procedit, *l. meminerunt*, & ibi not. *C. vnde vi*, tradit *in l.*
5 obstat possessio posterior Francisci, quia † antiquior
*iustè possidet ff. de acquir. pos.* & fuit sæpè resolutum: Non
monialium est manutenenda, *c. licet causam* vbi Felyn.
*sub n.* 8. *vers.* 3. *causa de probat.* Bart. *in l. vnica sub n.* 8. *vers.
si verò vterque probauit. C. vti possid.* Bal. *in l. ordinarij post
n.* 10. *C. de rei vendic.* Ancar. *cons.* 274. *sub n.* 1. *vers. & pro-
cul dubio*, & fuit dictum in dict. Cervieñ. bonorum co-
ram D. Brauo 20. Nouembris 1576. & in vna Romana
Cappellaniæ S. Mariæ Magdalenæ 24. Febr. 1576. co-
6 ram D. Cantuccio: † cum adhuc de præsenti possi-
deant, quia nunquam se habuerunt pro spoliatis, Put.
*decis.* 419. *lib.* 2. & fuit dictum in Romana Census co-
ram bo. mem. Robusterio 28. Febr. 1577. & in vna Me-
diolaneñ. bonorum coram Illustriss. Platto 1. Febr. 1591.
7 † Item quia possessio Francisci, cùm fuerit instrumen-
talis, & de eo tempore moniales essent in possessione,
nihil ei tribuit, Cæs. de Gras. *decis.* 5. *in princ. de caus. pos-
sess. & propriet.* & fuit dictum in vna Seueñ. Pouris Arri-
ghi 12. Iunij, 1573. coram R.P.D. meo Seraphino, & in
vna Romana de Benefacere 5. Maij 1578. coram Illu-
strissimo Blancherto, & alibi sæpè, & licèt capta sit au-
8 ctoritate iudicis, † quo casu sine aliqua expulsione pri-
uat possessione, Ang. *in l. qui vniuersas §. Item cùm prætor
in fine ff. de acquir. possess.* tamen hoc non operatur decre-
tum iudicis non ritè, nec rectè interpositum, vt fuit di-
ctum in vna Pennen. & Adrieñ. beneficiorum 4. Iulij
1584. coram R.P.D meo Seraphino. Quæ circa inuali-
ditatem tituli monialium adducuntur, sunt extranea
9 ab isto summarissimo iudicio, † in quo non requiri-
tur titulus, vt fuit dictum coram bo. me. Illustriss. Lan-
cellotto in vna Bononieñ. Iurisdict. die 1. Febr. 1574.
† Nec admittitur exceptio defectus proprietatis. Fer- 10
rett. qui alios allegat *cons.* 7. *num.* 3. & 4. & fuit dictum
in illa Romana census coram Robusterio superius alle-
gat. & ex prædictis est etiam reuocandum sequestrum,
vt concludit Bald. *in dicto cons.* 244. *in fine.*

### *ADDITIO.*

a Et quòd sequestrum necessarium † appositum, iudicis au- 11
ctoritate, non priuat possessione. Sarn. Reg. *de an. q.* 47. *n.* 4.
Rot. *decis.* 516. *n.* 2. *p.* 1. *in recent.* Mant. *decis.* 252. fuit dictum
in Alerian. beneficij 27. Ianuarij 1605. coram R P.D. Coc-
cino, & in Calag. beneficij de Armilla 11. Ianuarij 1608.
coram Card. Sacrato, vbi redditur ratio, quia sequestrum
præsumitur appositum causa custodiæ.

Amplia hoc procedere † etiam si possessor consenserit se- 12
questro, nam cùm dictus consensus sit in executionem
decreti iudicis, qui non intendit priuare possessione, sed
solùm causa custodiæ apponere sequestrũ, propterea nec
d. consensus partis priuat possessione, vt benè fuit consi-
deratum in dicta Calaguritana de Armilla coram Card.
Sacrato, quam postea Rota secuta fuit in Carthaginens.
Canonicatus 25. Maij 1609. coram Card. Lancell. ex qui-
bus decisionibus credo censeri reuocatas decis. Alerien.
beneficij 27. Iunij 1605. coram R.P.D. Decano, vbi Rota
dixit possessorem consentientem sequestro apposito iudi-
cis auctoritate per petitionem expeditionis censeri ami-
sisse possessionem, & idem videtur sensisse Rota in causa
Celsonen. Præceptoriæ 24. Nouembr. 1606. coram Iusto,
quod etiam prius Rota tenuit in Vlixbonen. benefic. 15.
Decemb. 1574. coram Robusterio, quasi quòd huiusmodi
sequestrum per huiusmodi consensum fiat voluntarium,
& reuera non videntur dictæ decisiones subsistere pos-
se, nam sunt fundatæ in eo, quòd propter consensum se-
questri, sequestrum fiat voluntarium, & quòd sequestrum
voluntarium regulariter priuet possessione, ad decis. Rot.
46. *num.* 2. & 3. *p.* 1. *diuers.* cui rationi benè respondet
Rota in d. Calagur. de Armil. vt scilicet habeat locum
conclusio in sequestro merè voluntario, apposito ex par-
tium voluntate, non autem in sequestro voluntario, præ-
cedente iudicis decreto, quia sicut iudex non intendit
per dictum sequestrum priuare possessione, ita nec etiam
consensus præstitus dicto sequestro hunc effectum ope-
rari debet, & in specie, quòd sequestrum appositum cau-
sa custodiæ, etiamsi sit voluntarium, non priuet possessio-
ne, tradit Socc. Iun. *cons.* 68. *sub num.* 147. vbi de comm. te-
statur *lib.* 3.

Sequestrum iudicis priuat possessione, quando est apposi- 13
tum per iudicem in vim *Clem.* 1. *de sequestr. poss.* ita fuit
dictum in d. Calagur. de Armil. & in d. Carthag. Cano-
nicatus.

Sequestrum appositum per iudicem ex eo, quia possessio sit 14
vitiosa, seu attentata, priuat possessione, Seraphi. *decis.* 314.
*num.* 3.

Sequestrum voluntarium non priuat possessione, quando 15
adest protestatio, sine præiudicio suorum iurium, seu sal-
uo iure possessorio, Card. *in Clem. vnic. n.* 32. *de sequestr.*
fuit dictum in Pampiloneñ. Vicariæ de Huarte 4. Maij
1607. coram R.P.C. Marcomonrio, & in Imolen. Præce-
ptoriæ 1607. coram R.P.D. Manzanedo.

Et in his terminis est indubitata opinio, quòd consentiens 16
sequestro apposito à iudice cum prædicta clausula præ-
seruatiua sibi non præiudicat in sua possessione, vt fuit di-
ctum in Celsonen. Præceptoriæ 24. Nouemb. 1606. coram
Iusto.

b Quando constat de possessione certa alterius ex colliti-
gantibus, tunc non est sequestranda possessio, sed danda
manutentio possessori, Bal. *in cons.* 244. *lib.* 3. Capic. *decis.*
96. *n.* 11. latè Rot. *decis.* 293. *sub n.* 8. *p.* 1. *in recent.* † Amplia, 17
vt hoc casu nec etiam sub prætextu metus armorum sit
deueniendum ad sequestrum, Capic. *d. decis.* 96. *num.* 11.
Grat. *cons.* 10. *num.* 11. *lib.* 1.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Taruisina Parochialis.

*Luna 27. mensis Nouembris, 1600.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### SVMMARIVM.

1 *Attentata possessio est sequestranda.*
2 *Possessio capta in vim prouisionis Apostolica potest esse attentata, licèt ipsa prouisio non sit attentata.*

### DECISIO X.

DOmini vnanimiter dixeruot sequestrum aliàs per ho. me. Oraoum super possessione Parochialis, de qua agitur, appositum, non esse reuocandum, quia
5 possessio Brunacini capta, lite pendente, meritò † sequestrata fuit. Cassad. *decis. 3 in fin. de rest. spoliat. A. A. in opto. titul. de sequestr. ex offic.* §. 3. *&* 6. Caput. *decisio.* 70. *p.* 1. *&* 153. *p.* 3. quæ attentata adhuc durant. Quamuis enim fuerit reuocata senteotia Nuocij, quatenus declarabat prouisionem Papæ atteotatam, tamen licèt ea non potuerit cadere in vitium attentati, possessio eius vigore capta benè potuit esse, prout fuit, attentata, vt fuit dictum in vna Vrgellen. Archidiaconatus coram R. P. D. meo Peoia [a] die 15. Aprilis 1592. Et
a quamuis etiam sententia fuerit reuocata in eo capite, in quo declarauit possessionem attentatam, quia tamen seotentia in hoc fuodabatur, & exprimebat falsam causam, declarauit enim possessionem, & alia inde secuta oulla, quia literæ erant attentatæ: Propterea Domioi die decima sexta Iunij proxim. præteriti dixerunt senteotiam in isto capite esse reuocandam, tanquam latam, expressa causa oulla, non quòd re vera non adessent attentata. Non obstat, quòd lis erat super iure cooferendi ioter Mooiales, & Episcopum, & propterea
2 non afficiebat prouisum † Apostolicum, de cuius prouisione non controuertebatur, quia à principio, vsque in finem fuit in causa, vt patet ex processu.

### ADDITIO.

a Vide supra *decisionem* 2. & ibi additionem.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Nullius Parochialis, seu Concursus.

*Luna 4. mensis Decembris, 1600.*

### ARGVMENTVM.

Appellari non potest à Concursu, nisi vbi Episcopi iudicium apparet dolosum, & plures examinantur qualitates, ex quibus vnus alteri præferri debeat.

### SVMMARIVM.

1 *In Concursu ad Parochiales non admittitur appellatio à iudicio, & electione Episcopi, nisi quando dolose, & irrationabiliter iudicat, qua irrationabilitas, & dolus liquidè probari debent.*
2 *Clausula* (constito) *requirit plenam probationem.*
3 *Pro Ordinarij iudicio præsumitur.*
4 *Doctoratus qualitas magna est, & illius ratione quis in Concursu est præferendus.*
5 *In Concursu non solùm debet haberi pra oculis scientia, sed etiam mores, & prudentia.*
6 *Pro irrationabilitate ordinarij excludenda sufficit, quod possint in electo concurrere maiores qualitates.*
7 *Dignior quis non censetur ex eo, quòd alias habuerit curam animarum, quia hoc solùm probat eius sufficientiam sed non dignioritatem.*
8 *Dignum & idoneum sufficit eligere, omisso magis idoneo, iuxta opinionem aliquorum ex Dominis.*

### DECISIO XI.

CVm vacasset Parochialis Ecclesia S. Alexandri Terræ Durantis, & in Concursu idonei reperti, & approbati fuissent, inter alios Iacobus Michalonis, & Benedictus Lauinus, Episcopus Sempronien. deputatus à Sacra Congregatione Concilij Tridentini elegit Iacobum, vti magis idoneú, cui Abbas dictæ terræ Durantis ad qoem ius conferendi spectat, Parochialem contulit; Benedictus à prætensa mala electione appellauit, & causam appellationis obtinuit committi Reuerendissimo Vrbis Vicario, qui decreuit nouum Concursum, in quo cùm Iacobus non comparuisset, fuit Beoedictus examinatus, & idoneus declaratus, & postea tulit sententiam, in qua declarauit benè fuisse appellatum ab electione facta per Episcopum Semproniensem, & collationem Iacobo factam reuocandam, dictumque Benedictum esse ad Abbatem remittendum, qui ei collationem faciat de dicta Parochiali, fuit ab hac senteotia appellatum pro parte Iacobi, & causa coram me introducta in Rota, io qua cùm dubitassem, an sententia Vicarij esset confirmanda, vel infirmanda, Domini vnanimiter responderunt esse infirmandam, cùm † enim ex Constitutione Pij V. non concedatur 1
simpliciter appellatio à Iudice Episcopi, sed tunc demum quando dolosè, & irrationabiliter iudicat, vt probant verba Constitutionis expressa aliàs ad hoc ponderata in vna Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Illustrissimo Cardinali Arigono, de nulla irrationabilitate, & dolo Episcopi Sempronien. 2
apparet, & tamen liquidò constare deberet, [a] cùm † in a
dicta Bulla ponatur in conditione, ibi (*constito prioris eligentis irrationabili iudicio*) *leg. Lucius* & ibi not. *ff. de Condit. & demonstrat.* Alex. *in l. Imperator sub numer.* 4. *&* 5. *ff. de leg.* Dec. *in rubr. de probat. numer.* 155. & fuit dictum in vna Pampilonen. beneficij 17. Maij 1577.
coram Illustriss. Blanchetto, † pro iudicio enim Ordi- 3
narij præsumitur in *c. præsentia de renunc.* [b] quod etiam b
colligitur ex dicta Constitutione; & fuit dictum in illa Rauennat. & quod de ordinario dicitur, censuerunt Domini habere locum etiam in Episcopo Sempronien. subrogato propter litem ioter Archiepiscopum Vrbinaten. & Abbatem Castri Durantis super iure inuestiendi Concursus, *ad d. leg. si eum* §. *qui iniuriarum. ff. si quis caut.* Noo obstant qualitates consideratæ in Benedicto, quia illæ non faciunt illum digniorem pro obtinenda Parochiali, quia intelliguntur cæteris paribus, & potuerunt præponderare qualitates, quæ concurrebant in persona Iacobi, quòd esset Philosophus, Pœnitentiarius, exactor Synodalis, & Doctor,
quæ † qualitas Doctoratus magna est *l. magist. C. de pro-* 4
*fess. c. quanto de magistris*, cuius ratione erat præferendus, vt fuit dictú in voa Ciuitatis Castelli Parochialis,
coram bo. me. Orano 16. Iunij 1589. [c] vltra quod aliàs c
in Vrbe in Coocursu Benedictio aduersario, & aliis concurrentibus fuit ad Canonicatú electus; Cùm enim
Episcopus eum elegerit, dicendú est cognouisse † qua- 5
litates maiores io ipso concurrentes, circa mores, prudeotiam, & alia, quæ vltra scientiam præ oculis habere

debet

debet in huiusmodi electione tam de iure communi, *cap. cum in cunctis de elect.* quàm ex dispositione Sacri
6 Concilij Tridentini, *cap.18. sess. 24.* † [d] Sufficeret
d enim, quòd possint in electo concurrere maiores qualitates ad excludendum dolum, quod satis est in hac materia, vt dicitur in dicta Rauennateñ: Imbecillitas oculorum, quæ obiicitur Iacobo: non est talis, quæ reddat illum inhabilem à Cura, nec facit, quòd Benedictus melius videns sit illi præferendus. Non obstat, quòd
7 Benedictus texerit Ecclesiam Parochialem, quia † hoc respicit ipsius sufficientiam, sed non concludit, quòd in Concursu veniat præferendus, vt fuit dictum in Beneuentana Parochialis 13. Iunij 1590. coram bo. me. D.
8 Orano. † Dixerunt etiam aliqui ex Dominis sufficere, quòd eligatur idoneus, & dignus, omisso etiam magis idoneo, & digniori, *cap. cum nobis de elect. c. nisi cum quidam §. pro defectu de renunciat. c. fi. de præsumpt.* cum aliis benè deductis per Coua. *in reg. peccatum, in 2. p. §. 7. nu. 3. & 4. de Reg. iur. in 6.* quia aliàs, omnes electiones essent litibus, & controuersiis suppositæ, & in pluribus præsentatis fuit decisum in vna Fauentina Iurispatr. coram Reuerendissimo Perusino 8. Iunij 1588. & in terminis nostris fuit dictum in illa Rauennateñ. sæpius allegata. [e]

*ADDITIO.*

a Rota. *decis. 537. sub num. 14. vers. & adeo p. 1. in recent.* vbi aliæ decisiones referuntur.

b Gonz *super reg. 8. glos. 4. n. 117. 125. & 132.* Rota *d. decis. 537. sub numer. 14.* fuit dictum in Camerinen. Concursus 19. Nouembris 1605. coram R. P. D. Ottombergo, & in Fauentina Parochialis vigesimo-octauo Iunij 1613. coram R.P.D. Pirouano.

c Rota. *decis. 677. pag. 4. in rec.* quæ etiam qualitas Doctoratus in hac materia Concursus fuit considerata in Tuden. Parochialis vigesimo-octauo Aprilis 1603. coram Cardinali Sacrato.

d Et quòd ex sola scientia maiori non redarguatur electio Episcopi de irrationabilitate, quia sunt inspiciendi etiam mores, & prudentia, & cætera ad gubernandam Ecclesiam, opportuna Rot. *d. decis. 537. sub nu. 14. p. 1. in recent.* vbi refertur declaratio Sac. Congregationis, in qua fuit dictum esse præferendum eum, cuius mores noti probatique sunt ei, cuius vita ignoratur, licet Doctori, & idem etiam fuit dictum in Fauētina Parochialis 28. Iunij 1613. & 13. Ianuarij 1614. coram R.P.D. Pirouano.

e Est satis controuersa quæstio inter Doctores, an sustineatur electio de digno facta, omisso digniore, quam latè tractat Rocch. de Curte *de Iurep. in verbo Honorificum numer. 40. & sequent.* & latissimè Garz. *de benefic. pag. 7. cap. 16.* pro cuius resolutione sunt constituendæ tres conclusiones.

Prima est, quòd in foro conscientiæ eligens dignum omisso digniore, mortaliter peccat, quia offendit iustitiam distributiuam, latè Paris. *de resign. lib. 4. quæst. 11. num. 35.* fuit dictum in Toletana Canonicatus 18. Maij 1584 coram felic. record. Clemente VIII. & in Vallisoletana Præeminen. 24. Nouembr. 1603. coram Card. Pamphilio.

Secunda conclusio est, quòd in Curatis, & Parochialibus etiam in foro exteriori debet eligi magis dignus, aliàs electio est nulla, vt fuit dictum in Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1603. coram Cardinali Sacrato, & in Ripana Parochialis 1. Iunij 1609. coram R.P.D. Ottombergo, & disponit Concil. Trident. *sessione 24. cap. 18.* & magis expressè Bulla Pij V. super prouisione Parochialium, & ideo non mirum, si in hac decisione non fuit firmata simpliciter conclusio, quòd sufficiat elegisse dignum, sed tantùm dicitur fuisse opinionem nonnullorum ex Dominis, quam ego credo periculosam ex supra deductis.

Tertia Conclusio est, quòd in aliis beneficiis, præterquam in Parochialibus, sufficit in foro exteriori eligere dignum omisso digniori, & in his terminis procedunt DD. in decisione allegata, & latè Paris. *dict. quæstio. 11. numero quadragesimo.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Vineæ de Vicecomitibus.

*Veneris 11. mensis Ianuarij, 1601.*

### ARGVMENTVM.

Creditor admitti debet ad licitandum, & debitor dans de læsione tenetur illam probare.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor admitti debet ad licitandum. Declara, vt numero 3.*
2 *Læsio est probanda ab allegante.*
3 *Creditor an admittatur ad licitandum solùm in subsidium, quando non adest alius ablator.*

### DECISIO XII.

DOmini dixerunt sententiam Rotalem esse confirmandam; de eius enim validitate non ambigitur, & de iustitia constat, quia cùm D. Marcus Antonius fuerit à Iudice ad licitandum admissus, pro † ut admit- 1
ti debuit, licèt ipse esset creditor, *l. 2. C. si in caus. iud. pignor. capt. fueris* vinea [a] fuit illi formiter deliberata,
seu adiudicata. Nec releuat, quod obiicitur de læsione, 2
† quia probanda erat ab hospitali, *l. 2.* & ibi not. *C. de* a
*rescind. vendit.* & fuit dictum in his terminis in vna Assisien. Subhastationis 7. Aprilis 1593. coram Illustrissimo Blāchetto, meritò, ea non probata, fuit D. Marcus Antonius absolutus ad *l. qui accusare,* cum ibi not. *C. de eden. & l. fin. C. de rei vendic.*

*ADDITIO.*

a Surd. *cons. 256. sub num. 5. & 6.* Gratian. *discept forens. cap. 7. num. 7.* fuit dictum in Romana de Roncionibus 5. Decem-
bris 1608. coram Ortembergo †, sed hoc procedit solùm 3
in subsidium, quando non inuenitur emptor, qui offerat iustum pretium, ita limitauit Rota in Mediolanen. euictionis, 4. Febr. 1600. coram Cardinali Mellino. Verùm hæc limitatio est reprobata per Surd. *cons. 256. sub num. 6.* cuius opinio mihi videtur verior per rationes ibi per eum ponderatas, præsertim ex eo, quia non est iustum quòd creditor in pari causa sit deterioris conditionis quàm Tertius.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Clodien. Beneficij.

*Ven. 12. mensis Ianuarij 1601.*

### ARGVMENTVM.

Valor beneficij de quo tempore debeat probari, & quæ probatio requiratur in valore obtentorum, & an narratiua, quòd quis retineat duo incompatibilia absque dispensatione, debeat per impetrantem iustificari.

*SVMMARIVM.*

1 *Valor debet probari de tempore impetrationis.*
2 *Confessio Auctoris itā demum nocet successori, si successor indigeat, vel vti velit iure ipsius.*
3 *Perinde valere, obtentum lite pendente, non facta mentione litis, non suffragatur, prout nec suffragatur, nisi iustificetur.*
4 *Valor verus non probatur ex taxa librorum Cameræ.*

5 Na

5 *Narratiua per non excessum, non iustificatur per probationem de ascensu.*

6 *Valor obtentorum probatur ex leuioribus probationibus, benè verum est, quòd debet esse in suo genere probatio concludens, & perfecta.*

7 *Inhabilitas ad obtinendum beneficium non inducitur ex perceptione fructuum duorum beneficiorum incompatibilium iuxta opinionem, quam seruat Rota, licèt contrarium seruet Cancellaria.*

8 *Narratiua, ex qua faciliùs Papa fuit motus ad concedendam gratiam, est iustificanda.*

*Amplia etiamsi contineat negatiuam.*

9 *Negatiua ob non publicationem resignationis est probanda per impetrantem.*

10 *Negatiua dispensationis probari potest per diligentias Registri.*

11 *Narratiua, quòd quis obtineat duo beneficia incompatibilia sine dispensatione, debet per impetrantem probari.*

12 *Negatiua narrata est iustificanda, etiamsi sit difficilis probationis.*

13 *Negatiua dispensationis, tunc demum ex diligentiis factis in Registris Cancellariæ iustificatur, quando est talis, quæ non, nisi à solo Pontifice concedi potest.*

## DECISIO XIII.

GRatiam Caroli Antonij non esse iustificatam resoluerunt Domini, nam valor beneficij impetrati,
qui dicitur non excedere duc. 24. non probatur ex narratiua facta à Francisco Agatheo in sua gratia, quia illa
fuit de anno 1593. impetratio autem Caroli Antonij fuit
1 de anno 1586. & † valor debet probari de tempore
impetrationis. Oldrad. *cons.* 58. *num.* 1. *&* 168. *num.* 2. Rot.
*decis.* 10. *de concess. preb. in antiq.* Felyn. *in cap. ad aures sub num.* 17. *de rescript.* Caputaq. *decis.* 320. *par.* 3. Cott. *dec.* 283. & fuit dictum in vna Hispalen. Præstimoniorum.
20. Maij 1570. coram R. P. D. Decano, & in vna Coochen. Archypresbyteratus 11. Decembris 1592. coram
R. P. D. meo Penia, & propterea, nec etiam probatur per narratiuam, seu confessionem Francisci, quæ pariter fuit
de diuerso tempore, videlicet, de anno 1589. vltra quod
2 † confessio auctoris, ita demum nocet, si successor indigeat, vel vti velit iure ipsius, Ias. *in §. item Seruiana sub num.* 89. *vers. Istud tamen intelligite Institut. de act.* Fabr.
*decis.* 46. Guidop. *decis.* 52. quod in casu nostro non contingit. Non etiam iustificatur gratia, quoad valorem
obtentorum respectu S. Sebastiani de Vrbe, cuius fructus narrantur non excedere ducat. 24. nulla adest probatio, & licet obtinuerit gratiam, Perinde valere, ad-
3 uersus hanc narratiuam, tamen, vltra quod fuit † obtenta lite pendente, non facta mentione litis, debet ipsa
4 iustificari, & † taxa librorum Cameræ non probat verum valorem. Cassad. *decis.* 19. *super reg.* & fuit dictum
in vna Cameracen. vnionis. 19. Ianuarij 1575. coram
bo. me. Illustrissimo Cardinali Lancellotto, præsertim
quia taxa est de anno 1574. Item quia in taxa ponitur
valor scutorum 100. & propterea quando probaret valere centum, non tamen probaret, quod non excederet
5 120. vt fuit expressum, quia † narratiua, quæ fit per non excessum, non iustificabitur per probationem de ascensu, vt fuit dictum in vna Toletana Quintæ Partis. 28.
Iunij 1585. coram Cantuccio in Auenionen. Præposituræ. 30. Maij 1599. coram R. P. D. meo Litta in Eugubina Dismembrationis. 7. Iunij. 1599. coram R. P. D.
6 meo Penia, † & licet in probando valorem obtentorum sufficiat leuior probatio. Ægid. *decis.* 764. Caputaq. *decis.* 277. *num.* 7. *par.* 2. tamen debet esse in suo genere perfecta, & concludens, vt fuit dictum in vna
Abulen. beneficiorum 30. Octobris 1595. coram Blanchetto. Narratur etiam, & minus probatur possessio, &
perceptio fructuum eodem tempore Decanatus, & Parochialis; narratiua enim Ordinarij, vltra quod non
concludit de eodem tempore, non probat talem possessionem; & de perceptione fructuum eodem tempore nullibi probatur, † quæ etiam probata non induceret 7
inhabilitatem secundùm opinionem, quam tenet Rota,
licet contrarium seruet Cancellaria, vt habetur *decis.* 3.
*de except. in antiquis.* Rursus quia Carolus Antonius
expressit, quòd Io. Baptista retinebat hæc duo beneficia, absque dispensatione † ista narratiua videtur iustifi- 8
canda, tamquam pars gratiæ, ex qua facilius fuit motus
Papa ad illam concedendam, Felyn. *in cap. ad aures de Rescript.* Ægid. *decis.* 76. Put. *decis.* 245. *num.* 1. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 128. *par.* 1. etiam quòd contineat negatiuam,[a] vt fuit dictum in illa Salamantina Pensionis. 25. a
Iunij 1582. coram bo. me. Bubalo de impetrante † ob 9
non publicationem resignationis, qui hanc negatiuam
habet probare.[b] Tantò magis, quia non sumus in ne- b
gatiua improbabili, † cùm probari possit per diligen- 10
tiam Registri, vbi omnes gratiæ appositæ registrantur.
Corn. *cons.* 191. *num.* 2. *lib.* 1. Mohed. *decis.* 9. *de caus. possess. & propriet.* Caputaq. *decis.* 45. *in fine, &* 193 *n.* 3. *par.* 3. † & 11
in terminis, quòd narrans aliquem possidere duo incompatibilia sine dispensatione, debeat huiusmodi negatiuam[c] probare tradit Paris. *cons.* 138. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 4.[d] c
In hoc tamen Domini non fuerunt concordes, & fuit d
allegatus Rebuff. in forma dispensationis ratione ætatis. *num.* 14. qui tenet contra Paris. fuit allegata etiam Decisio Auximana Molendini. 13. Iulij 1572. de agente ex statuto prohibente alienationem in Forensi sine licentia, quòd non teneatur probare licentiam non interuenisse, sed sufficiat probare alienationem in Forensem; & propterea si erit necessarium, de hoc particulariter videbitur: Quæ autem obiiciebantur de non iustificatione in eo, quod narratur Decanatum esse beneficium incompatibile cum Parochiali, Domini resoluerunt non attendere propter decisionem Sacræ Congregationis Concilij Tridentini, quæ declarauit Decanatum, de quo agitur, esse dignitatem, & requirere residentiam.

### *ADDITIO.*

Et quòd narratiua consistens in negatiua sit † probanda 12
a latè Marescott. *var. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. *& seq.* Paris. *de resig. lib.* 10. *quæst.* 3. *num.* 5. fuit latè dictum in Acheruntina Parochialis 19. Aprilis 1613. coram Cardinali Sacrato vbi fuit dictum id procedere, etiamsi probatio negatiuæ sit valde difficilis.

b Et fuit dictum in Iporegien. Cappellaniæ 31. Ian. 1607. coram Penia, & in d. Acheruntina Parochialis, vbi aliæ decisiones referuntur.

c Cassad. *decis.* 5. *num.* 4. *&* 5. *super regulis*, fuit dictum in nullius Cantoriæ 13. Ianuarij 1603. coram Litta. † Dotandus 13
tamen est tunc demum ex diligentiis factis in Registris Cancellariæ, & Datariæ probari negatiuam non Dispensationis, quando Dispensatio est talis, quæ non solet concedi à Nunciis, nec à Legatis, sed solùm à Pontifice; ita fuit dictum coram eodem Sanctissimo in Burgen. Canonicatus, 1. Febr. 608. de quibus infra, & in eadem coram R. P. D. Ottembergo 24. Maij 1610.

d Rot. *decis.* 179. *num.* 4. *part.* 2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Mediolanen. Prioratus.

*Mercurij 24. mensis Ianuarij* 1601.

### ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis, quando alius adest in possessione, non suffragatur, & potest dari de possessione tertij, etiam ad excludendam possessionem instrumentalem. Tertius attentat, quando habet causam à parte.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Legalitas probat Notariatum de tempore Rogitus instrumenti, ad cuius validitatem est posita.*

2 *Possessio instrumentalis alio existente in possessione, non est alicuius considerationis.*

3 *Amplia sufficere, quòd tertius sit in possessione ad excludendam possessionem instrumentalem alicuius.*

4 *Excipere in hoc casu licet de possessione tertij, quia talis exceptio est exclusiua iuris agentis, cùm impossibile sit, quòd duo eandem rem simul insolidum possideant.*

5 *Exceptio iuris tertij, ipso iure exclusiua iuris agentis, semper admittitur.*

6 *Tertius non attentat. Hoc non procedit, quando tertius habet causam à parte, quæ est in lite.*

7 *Causam quis dicitur habere ab alio in materia beneficiali, si sit prouisus per illius cessionem, secus si per obitum.*

DECISIO XIV.

DVbitaui an iura Comitis Alexandri essent in forma probanti, & sufficienter recognita, & an illi
esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini ad primam partem Dubij responderunt affirmatiuè,
quia instrumentum habet etiam requisita, & est sufficienter recognita manus Notarij, de cuius notariatu
constat ex legalitate similiter recognita, in qua dici-
1 tur, quòd fuit, & est Notarius, † & debet intelligi de
tempore rogitus, cùm sit posita in hoc instrumento ad
illius validitatem, & fides Gorgonzoli, & aliæ suspiciones adductæ visæ fuerunt minus sufficientes ad tol-
lendam fidem instrumenti. Quoad secundam partem
2 Dubij Domini nihil firmarunt, † licèt enim videretur
constare de possessione per instrumentum adeptionis.
*l. cum prædia. ff. de acquir. possess.* Put. *decis.* 360. *nu.* 8. *lib.* 1.
Caput. *decis.* 334. *n.* 6. *p.* 2. quia tamen de dicto tempore Cardinalis Vicecomes erat in possessione, posses-
sio instrumẽtalis nõ est alicuius considerationis. *l. quãuis*
§. *si cõductor*, cũ ibi not. *ff. de acquir. poss.* Put. *decis.* 372. *lib.*
3 2. Caputa. *decis.* 333. *p.* 2. & fuit sæpius decisum. † Et licet
dare de possessione tertij ad excludendam possessionem
instrumentalem partis, vt fuit dictum in Maceraten.
hæreditatis 27. Nouembris 1589. coram bo. me. Robu-
4 sterio, † agenti enim possessorio obstat exceptio, quòd
a [a] tempore, quo ipse prætendit possidere, tertius possi-
deat. Rot. *dec.* 21. *de restit. spoliat. in nouis.* Paris. *cons.* 1. *nu.*
b 174. *sub nu.* 1. *lib.* 1. [b] quia cùm impossibile sit, quod duo
eandem rem possideant insolidum. *l.* 3. §. *ex contrario. ff.*
5 *de acquir. poss. c. inter dilectos, de fide instr.* † ista exceptio
iuris tertij est exclusiua iuris agentis, quæ semper ad-
mittitur. Bart. Socin. & alij *in l.* 2. *ff. de except. rei iudic.*
c Paris. *cons.* 70. *n.* 14. *lib.* 3. Caput. *dec.* 254. *part.* 3. [c] Rursus
contra possessionem Com. Alexandri opponebatur,
quòd fuit capta lite pendente, Immò post inhibitionem Rotalem, & breue præseruat inhibitiones emanatas, & executioni demandatas ante Datam ipsius:
prout erat ista; & propterea non fuit locus executioni
dicti breuis, vt fuit dictum in vna Vallisoletana Scolastriæ 5. Iulij 1599. coram R. P. D. Lancellotto. Nec
6 releuat, quod dicitur † tertium non attentare. Rot. *de-
cis.* 2. *vt lite pendent. in antiquis.* Achilles *decis.* 28. *de
appell.* quia Comes Alexander habet causam (vt ipso
dicit) à Cardinali, & tertius habens causam à parte attentata. Afflict. *decis.* 354. *num.* 21. Ant. August.
d *decis.* 1. *lib.* 1. [d] quia tamen de possessione Cardinalis in
actis non constat, & quæ etiam de attentata possessione
dicuntur, videbantur aliquibus ex Dominis habere difficultatem, præsertim propter Clausulam (*sine vitio attentatorum*) appositam in breui, nihil fuit resolutum super concessione, aut denegatione mandati de manutenendo.

*ADDITIO.*

a Mohed. *decis.* 20. *de rest. spol.* & in Cremonen. præbendæ 21. Maij 1607. coram Card. Lancell. & fuit dictum in Vamrien. Canonicatus 17. Maij 1610. coram Card. Sacrato, vbi amplius fuit dictum probari possessionem tertij etiam præsumptiuè, præsumendo illam continuatam de vno tempore ad aliud, *iux. l. siue possidet. in C. de probat.*

b Bart. *in l.* 1. §. *fin. in fin. ff. vti possid.* fuit dictum in Romana prædictis domus 13. Iunij 1603. corã Cardinali Sacrato.

c Bart. *in d. l.* §. *fin. in fin. ff. vti possid.* Thes. *dec.* 4. *nu.* 1. Surd. *cons.* 151. *num.* 54.

d Rot. *decis.* 1146. *p.* 3. *lib.* 3. *diuers.* & Rot. *decis.* 705. *num.* 3. *part.* 1. *in recent.* & in Bononien. Iurisp. 4. Iulij 1608. coram
R.P.D. Remboldo, † in quibus decisionibus fuit dictum 7
aliquem censeri habere causam ab alio in beneficialibus, si fuit prouisus per cessionem illius; secus si per illius obitum.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Romana spolij Domorum.

*Lunæ 29. mensis Ianuarij* 1601.

ARGVMENTVM.

Spoliatus non restituitur, vbi facto proprio à possessione cecidit. Renunciatio requirit insinuationem, vbi renuncians remisit aliquid de iure suo; & alia, de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Extremum secundum probatur per sustentationem litis, saltem concurrentibus adminiculis.*

2 *Spolio agere non potest, qui facto proprio cecidit à possessione.*

3 *Renunciatio non extenditur ad iura non expressa.*

4 *Pro exclusione renunciationis est capiendus omnis possibilis intellectus.*

5 *Renunciatio iuri competenti ex testamento in effectu est donatio.*

6 *Insinuatio est necessaria etiam in renunciatione sapiente donationem.*

7 *Iuramentum non extendit dispositionem extra limites suos; sed tantùm maius vinculum addit.*

DECISIO XV.

FVit conclusum Capitaneum Iulium esse restituendum ad possessionem domorum, de quibus agitur
respectu vsusfructus, quia de primo extremo deponunt concludenter quinque testes; secundum † autem 1
probatur per sustentationem litis. Caputaq. *decis.* 369.
*part.* 2. & fuit dictum in caussa Tuden. Decimarum.
17. Nouembris 1589. coram Illustrissimo Platto, saltem quando, vt hîc, concurrunt adminicula, vt fuit
resolutum in vna Regien. bonorum. 14. Aprilis 1578.
coram Illustrissimo Blanchetto. Non obstat quòd Capitaneus Iulius renunciando iuri, quod sibi competeret
ex testamento, & contra testamentum filij, illudque ratificando, videatur cecidisse à possessione facto pro-
prio, & † propterea non veniat restituendus. Alex. 2
*cons.* 92. *num.* 5. *lib.* 2. Soc. *in l. rem, qui nobis num.* 8. *ff. de
acquir. poss.* Cassad. *decis.* 4. *num.* 6. *de rest. spoliat.* Put. *de-
cis.* 277. *numer.* 4. *lib.* 3. quia fuit dictum, quòd † re- 3
nunciando testamento filij, non propterea renunciauit testamento fratris, & iuri sibi ex eius dispositione
debito, *l. nec his.* §. *fin. ff. de acquir. hæred. l. suum, Cod. de iure delib.* Ruin. *consil.* 141. *post numer.* 3. *lib.* 4. renunciatio enim nunquam trahitur ad non expressa.
Cald. *consil.* 5. *de præb.* Dec. *consil.* 379. *numer.* 3. *Aym. consil.* 253. *numer.* 5. Nec illa verba (*in reliquis testamentum suum sortiatur effectum*) visa fuerunt Dominis
sufficientia, pro renunciatione dicti iuris; sed placuit

ram Sanctissimo in vna Syracusana illegitimitatis 19. Octobr. 1573. Accedit in casu nostro expressa mens Papæ, vt patet ex verbis dispensationis, ibi, matrimonium cootraxerunt, & consumaruot, ac prolem susceperunt, & sic post mattimooium cootractum, & cousu-
3 matum. † Vodè cùm Ioannes ante matrimonium esset susceptus, Papa approbando matrimonium, etiam ab initio, & legitimando prolem, non intelligitur eum legitimasse, nec potuit ex matrimonio subsecuto effici legitimus; cùm esset natus, & conceptus de tempore, quo propter concubinatum matris cum patruo non poterat esse matrimonium. Præpos. *in c.tanta in 7.q.* vbi etiam Abb. *num.* 14. *qui filij sint legit.* Socin. Iuoior *cons.* 31. *num.* 42. *lib.* 2.

*ADDITIO.*

Hæc decisio fuit confirmata coram Card. Pamphilio 19. Aprilis 1602. impress. penes Farinae. *decis.* 174. *post* 2. *lib. cons.* vbi fuit dictuio, quòd dispensatio in radice matrimonij, comprehendit tantùm prolem susceptam in figura matrimonij, non autem natum, & conceptum ante matrimonium.

Et in hac materia dispensationis in radice matrimonij,
4 † quæ, & quando dicatur, & quæ, & quando habiliret sic legitimatum ad succedendum, etiam in præiudicium tertij, & etiam in terris Imperij extra statum Ecclesiasticum, est videndus Gutierez *de matr. c.*74. Sanchez *de matr. lib.*8. *disp.*6. *& disp.*7. Gar. *de benef. p.*7. *c.*2. *num.*39. *& seq.* & latissimè tota hæc materia tractatur in duabus decisionibus Rotæ, scilicet *in decis.* 455. *p.*1. *in recent. & in decis.*687. *p.*2. *in recent.*

5 Dispensatio ad contrahendam † cum legitimatione prolis continet duas gratias separatas; vnam respectu matrimonij; alteram respectu legitimationis prolis; vnde licèt quoad matrimonium oon posset gratia sortiri effectum, puta quia alter ex coniugibus iam prædecessisset, valebit quoad legitimationem prolis, etiam in præiudicium venientium ab intestato. Rot. *decis.* 207. *n.*2. *&* 3. *p.*1. *diuers.* Seraph. *decis.* 1121. Gonz. *super reg.* 8. *glos.*1. §.9. *num.*57.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bergomen. Pensionis.

*Lunæ 19. mensis Martij 1601.*

### ARGVMENTVM.

Clericatus qualiter probetur, & qualiter probetur quòd pensionatius non incesserit in habitu, & quando teneatur incedere.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericatus probatur per testes de fama, & communi reputatione.*

2 *Item probatur per remissionem de eo factam à Curia sæculari ad Ecclesiasticam.*

3 *Negatiua, quod Pensionarius non incesserit in habitu, ex qua deducitur priuatio pensionis, cùm sit materia obiectiua, & pœnalis, debet plenè, & concludenter probari.*

4 *Pensionarius non amittit pensionem ex eo, quia non incedat in habitu, nisi constet de exactione pensionis, quia bulla Sixti V. priuat tantùm illos pensionarios, qui pensiones exigunt, vel per quos stat quominus exigant.*

### DECISIO XX.

FVit conclusum peosionem deberi Aloysio; nec obstare oppositiones de Sotosinis: Nam quoad defe-
1 ctum clericatus, † fuit dictum satis constare de Clericatu per testes de fama, & communi reputatione. Ægid. *decis.*114. Rot. *decis.*14. *de prob. in antiq.* Caputaquen. *decis.*177. *n.*8. *p.*1. Guidob. *decis.*132. [a] Quam multùm a
† adminiculatur remissio facta de eo vti Clerico à Cu- 2
ria sæculari ad Ecclesiasticam, de qua deponunt testes, vt fuit dictum in vna Neapolitana Canonicatus 9. Decembris 1585. coram R. P. D. meo Decano. Quoad aliam oppositionem, quòd Aloysius non incesserit in habitu, visum fuit Dominis hoc non satis concludenter
probari: † cùm tamen deberetur concludentissimè, 3
quia est materia obiectiua inferens ad pœnam priuationis Pensionis, Rot. *dec.* 8. *&* 9. *de except. in nou.* Cassad. *super reg. num.*3. Paris. *cons.*104. *in princ. lib.*4. testes enim, qui deponunt non vidisse illum in habitu laicali, noo coocludunt; quia cùm in actis constet Aloysium vsque ad annum 1590. fuisse militem Lauretanum, & etiam deinde obtinuisse indultum à S.D.N. quòd per annum in habitu Clericali non teneretur incedere, testes, qui non specificant tempus, quo illum viderunt in habitu laicali, non dicuntur necessariò concludere, quia possibile est, quod illum viderint de tempore, quo erat
miles, vel quo iuuabatur prædicto indulto. † Præterea 4
bulla Sixti V. priuat tantùm illos pensiooarios, qui pensiones exigunt, vel per quos stat, quominus exigantur; hîc autem non probatur exactio pensionis in Aloysio; sed potiùs apparet de non exactione, nec etiam visum fuit Dominis constare, quòd per ipsum steterit, quominus pensionem exigeret, vt benè deducunt informantes pro ipso.

*ADDITIO.*

a Mohed. *decis.* 21. *in fin. de renunciat.* Rot. *decis.*613. *num.*4. *p.*1. *in recent. & decis.* 116. *num.*3. *p.* 2. *in recent. & decis.* 736. *num.*4. *p.*2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Donationis propter nuptias.

*Veneris 13. mensis Martij 1601.*

### ARGVMENTVM.

Lucrum dotis non solutæ, sed tantùm promissæ an debeatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum de lucro dotis habet locum, tàm in dote data, quam in promissa.*

2 (Siue) *est dictio ampliatiua.*

3 *Copula, &, auget, & ampliat.*

4 *Dos non soluta propter moram non soluentis, habetur pro soluta ad effectum lucri.*

### DECISIO XXI.

LAurentius Carpinus duxerat in vxorem Paulinam de Acconciolis cum promissiooe dotis scut. mille soluendorum in fine quinque annorum; mortuus fuit Laurentius paucis diebus post lapsum quinquennium, dote tamen non soluta, Paulina superstes conuenit hæredes Laurentij pro quarta, quam prætendebat fuisse lucratam, tàm quoad proprietatem, quàm quoad vsumfructum ob prædecedentiam viri sine liberis, Causa coram me extra Rotam peodente, consului de more Do-
minos, an esset locus lucro prædicto, qui affirmatiuè re-
sponderunt: Potissima ratio fuit, † quia statutum *c.*151. 1
*lib.* 1. cùm deferat simpliciter lucrum, nulla habita distinctione dotis datæ, vel promissæ, de vtraque est intelligendus Bald *in l. mulier. n.*3. *ff. de condit. inst.* Sal. *in l. Cùm te, sub n.*4. *C. de donat. ante nuptias.* Paul. de Castr. *in l. si donaturus.* §. *si quis in debitum. n.*3. vbi etiam Alex. *n.* 7. Ias. *n.*14. *ff. de condit. caus. dat.* Socin. *cons.*32. *nu.*7. *lib.*3. Achill. *decis.*13. *de Const.* & fuit dictum in vna Clusin. dotis, 12. Ianuarij 1558. coram bon. mem. Peregrino. [a] Non obstat statutum in *c. sequenti*; qoia vltra quod a se

se refert ad præcedens, vt patet ex illis verbis, *vt prædi-
ctum est, lucretur*, & propterea intelligi debet secundùm
terminos relatos *l. asse toto. ff. de heredib. instit. l. in testa-
mento*, vbi Bart. *ff. de condit. & demonstr.* loquitur etiam
ipsa generaliter, & indistinctè in principio (*dotem, & do-
nationem propter nuptias vir, & vxor post consumatum ma-
trimonium, vt prædictum est, lucretur*) & verba quæ se-
quuntur, *sine dos fuerit in pecunia numerata*, &c. non ve-
niunt ad restringendum, sed potius ad ampliandum;
2 prout est de natura dictionis † illius (*sine*) *l. cum quis de-
cedens, §. fin.* vbi Bart. *ff. de leg. 3.* Bal. *in l. cum quidam. sub
nu. 4. C. de verb. sign.* Alb. de Perga. *de proposit. n. 133.* quod
etiam dicendum est de illis verbis (*& si dos simpliciter
per mulierem*, &c.) cùm pariter sit de natura illius copu-
3 læ † (*&*) augere, & ampliare dispositionem, *l. ea tamen
adiectio. ff. de leg. 3. not. in l. Gallus. §. etiamsi parentis. ff. de lib.
& posth.* Bal. *in l. sed etsi. in fin. ff. pro Soc.* Ruin. *cons. 79. nu.
b 9. lib. 3.* Paris. *cons. 7. num. 29. lib. 3.* [b] & iste vltimus casus
de dilatione pendente fuit expressus ratione maioris
dubij; minus enim dubium erat, quòd esset locus lucro,
quando dos erat sine dilatione promissa, quàm quan-
4 do erat dilatio finita, quia † tunc ad effectum dicti lu-
cri propter moram non soluentis habetur pro soluta.
Bart. *cons. 133.* Bald. *in l. fin. sub num. 3. vers. Ego consulus. C.
de dot. promiss.* Paul. de Castr. *in l. si mulier. sub num. 2. vers.
Sed quid si statutum ff. de condit. instr.* Aret *in l. rei iudicat.
§. Socer. num. 6. post med. vers. Relinquitur pulchra dubitatio.
ff. solut. matrim.* Calcan. *cons. 31. sub num. 29.* & fuit di-
ctum coram me in vna Fanen. Lucri dotis 3. Iulij anni
præteriti.

*ADDITIO.*

a Vide additionem supra ad *decisionem 5.* vbi hæc eadem conclusio firmatur.

b Rot. *decis. 333. num. 6. in recent.* vbi dicitur, quòd copula (*&*) stat augmentatiuè, & intelligitur vltra specificata.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Fulginateñ. nullius executionis.

*Ven. 30. mensis Martii* 1601.

ARGVMENTVM.

Executio non potest fieri contra tertium possessorem, & præsertim stante protestatione per ipsum facta, ne executio fiat in bonis per eum possessis.

*SVMMARIVM.*

1 *Executiua via non potest procedi contra tertium.*

2 *Et tantò magis stante protestatione tertij, ne fiat executio in bonis per ipsum possessis.*

3 *Tertius possessor ad euitandam executionem, non tenetur docere de titulo suæ possessionis, sed ille, qui vult contra eum exequi, debet docere de iure sui debitoris, super bonis à dicto tertio possessis.*

4 *Possessor non cogitur docere de titulo suæ possessionis.*

DECISIO XXII.

FVit conclusum sententiam A. C. esse confirmandam,
iustè enim recauit executionem factam contra Pe-
1 tesios, † contra quos vti tertios non potuit procedi via
executiua, Aret. *cons. 86. in fine.* Alex. *in l. à Diuo Pio. §.
Si super rebus sub nu. 28. vers. Et pro hoc benè facit. ff. de re
iudic.* Galles. *ad for. Cam. in 2. p. quæst. 2. num. 3.* & fuit di-
ctum in vna Romana Computorum 18. Martij 1594.
2 coram R. P. D. Mellino, † præsertim quia protestati fue-
runt, ne executio fieret in bonis per ipsum possessis se-
cundùm cautelam, de qua per Ang. *in d. §. Si super rebus.
n. 1.* vbi etiam latè Castr. *n. 2.* propter quam protestatio-
nem tantò magis reddebatur nulla executio postea fa-
cta. Bald. *in l. hoc maritorum, nu. 5. vers. Quaro nunquid pen-
dente protestatione. C. ne vxor pro marit.* Alexandr. *in d. §.
Si super rebus. sub n. 9. vers. addatis, quòd Bald.* & Ias. *n. 9.
ad finem.* [a] Non obstat decretum de exequendo, nisi ipsi a
de Petesiis docuissent de eorum titulo, quia fuit noto-
riè iniustum, † ex quo enim ipsi possidebant, onus in- 3
cumbebat volentibus facere executionem docere de iu-
re sui debitoris super dictis bonis. Bart. Bal. & alii *in d. l.
ob maritorum.* Bart. *in d. §. Si super rebus, nu. 4.* Ang. *ad fin.*
Paul. de Castr. *n. 8.* Alex. *n. 9.* Ias. *n. 9.* Paul. de Castr. *cons.
143. sub n. 3. vers. Etsi quæritur l. 1.* nemo † enim cogi- 4
tur docere de titulo suæ possessionis, quando non agitur
de eo canonizando, *l. cogi. C. de pet. hæred.* Caputaq. *decis.
394. par. 2.*

*ADDITIO.*

a Et dixit Rota in Romana Vineæ, 13. Febr. 1609. coram R. P. D. Caualerio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Vineæ.

*Lunæ 2. Mensis Aprilis* 1601.

ARGVMENTVM.

Subhastatio fieri debet præsente pecunia.

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio facta non præsente pecunia, est nulla.*

2 *Præsentia pecuniæ est de forma in subhastatione, & ideò eius omissio vitiat ipso iure subhastationem.*

3 *Verbum* (Oportet) *excludit arbitrium, & inducit necessitatem.*

4 *Procurator ad vendendum constitutus potest vendere habita fide de pretio, secus tamen est si in mandatis committatur, quòd vendat præsente pecunia.*

5 *Subhastatio valet, facta non præsente pecunia, si creditor consentiat.*

6 *Consensus iste est necessarius in ipso actu deliberationis, nec valet expost præstitus, & vide rationem.*

7 *Subhastatio valet non præsente pecunia, si ita esset de consuetudine regionis, quæ tamen debet in specie probari.*

DECISIO XXIII.

DOmini non dubitarunt † venditionem, & delibe- 1
rationem pignoris à Iudice factam, non præsente
pecunia, esse nullam, cùm hoc sæpius fuerit à Rota fir-
matum, & præcipuè in Tiburtina Castri Sambuei. 27.
Ianuarii 1578. coram Sanctissimo, & in Fanen. seu Imo-
len. bonorum. 25. Iunii 1593. coram R. P. D. Litta, & in
alia Perusina dotis 1. Iulii 1598. coram R. P. D. Penia, [a] a
cùm enim *in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor. ff. de re iudicat.*
iunctis ibi trad. per Doctores, caueatur, quòd præsente
pecunia ad huiusmodi venditionem deueniri debeat,
aliàs auferatur res ab emptore, perinde, ac si venditio
facta non esset, necessariò dicendum venditionem, sine
interuentu pecuniæ esse nullam, prout arguebatur in d.
Tiburtina: Addebant Domini, quòd † cùm qualitas ista 2
præsentis pecuniæ requiratur in tempore quo ipsa ven-
ditio celebratur, præsumitur pro forma inducta, ita vt
eius omissio vitiet ipso iure. Bart. *in l. vniuersa, sub nu. 3.
C. de precib. Imp. offer.* Bald. *in rub. C. de rescind. vendit. nu.
5.* Aret. *cons. 69. num. 2.* Felyn. *in cap. cùm dilecta. sub num.
6, vers. Quartum signum. de rescript.* Non obstat, quod
Bart. *in d. §. sed si emptor velit esse de consilio*, quia eius di-
ctum communiter non tenetur, & propterea in dicta
Tiburtina Rota expresse ab eo recessit, repugnat enim
verbis illius text. dùm dicit, *oportet res pignore capt.*
&c. † verbum enim *oportet* excludit arbitrium Iudicis, 3

4 intellectus traditus per informantes, & † omnis alius
ponus est sumendus, quàm ille, per quem inducitur re-
nunciatio: Imol. *conf.* 49. Aym. *consil.* 290. *vol.* 2. *vers. Quintò licet.* Vlterius fuit dictum, quòd quando Ca-
5 pitaneus Iulius voluisset illud remittere, † ista in effe-
ctu fuisset donatio. *l. si quis*, vbi Bart. *ff. de nouat. l. ficut.* §. *an pacisci, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. l. si mulier.* & ibi Bald. *ff. de Leg.* 3. Alex. *consil.* 21. *numer.* 7. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 60. *num.* 14. *lib.* 3. Socin. qui loquitur in terminis similis renunciationis, cum approbatione testamenti, *consil.* 20. *sub nu.* 8. *lib.* 3. & fuisset nulla tùm propter defectum solemnitatum, quas requirit Statutum Vrbis in contractu donationis; tùm propter non
6 adhibitam insinuationem, † quæ pariter in huiusmodi
renunciatione requiritur. *l. in ædibus*, §. 1. *ff. de donat.* Bald. *in l.* 1. *in princ. nnmer.* 2. *&* §. 1. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu.* cum cumulatis à Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. donatione largitus. num.* 176. *C. de reuoc. donat.* Exceptio periurij opposita non intrat; quia cùm renunciatio comprehendat tantùm ius testamenti filij, iura-
7 mentum † illud non extendit; sed ei intra suos limites
manenti addit tantùm religionis vinculum. Oldrad. *conf.* 238. *num.* 2. Dec. *consil.* 408. *num.* 9. Paris. *conf.* 110. *num.* 36. *lib.* 1. Vltra quòd Statuta de donationibus loquentia annullant iuramentum, vti fraudulenter appositum.

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ* 12. *Mensis Febr.* 1601.

Non indiget alio Argumento, nec Summario.

### DECISIO XVI.

IN causa vertente inter Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Marcum Antonium Columnam ex vna, & olim Melchiorem Francionum, quæ fuerat commissa bo. me. D. Orano cum facultatibus A. C. dubitauit D. Oranus, an dictis facultatibus locus esset in casu, & ad effectum, de quo agitur, & Domini die 28. Maij 1599. dixerunt intrare dictas facultates pro contentis in apocha, reseruatis exceptionibus d. Franciono sibi competente, etiam respectu temporis: Eadem causa coràm me in locum D. Orani suffecto introducta placuit Dominis, vt partes iterum super eodem dubio audirentur, quo 11. Febr. 1601. proposito Domini perstiterunt in eadem resolutione. Nam quòd intrarent facultates non erat dubium; quia in Apocha legitur obligatio Cameralis Francioni. Verùm quia contra eam opponebantur multæ exceptiones, & præsertim quòd esset finita obligatio, reseruarunt Domini eas particulariter discutiendas.

## Bergomen. Liberationis à Subiectione.

*Lunæ* 19. *Mensis February* 1601.

### ARGVMENTVM.

Subiectio Ecclesiæ parochialis alteri Ecclesiæ parochiali non præscribitur minori spatio 40. annorum, nec ex subiectione, quoad certos actus; infertur ad subiectionem quoad alios.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subiectio vnius parochialis ad alteram debet planè probari.*
2 *Subiectio, cùm sit quid Iuris, non probatur per testes, nisi reddant rationem.*
3 *Subiectio non probatur ex vocatione ad synodum, nisi constet, quòd fuerit quis vocatus vti subiectus. Item constare debet de effectuatione scilicet, quòd vocatus paruerit.*
4 *Subiectio, vt præscribatur, requirit spatium 40. annorum.*
5 *Subiectio quoad certos actus non infert subiectionem quoad alios.*
6 *Subiectio non habet certam formam à iure; sed eam sumit à consuetudine.*

### DECISIO XVII.

VIsum fuit Dominis non probari rectorem Parochialis Ecclesiæ loci Sueri teneri accedere ad Ecclesiam Clusoni, & assistere benedictioni Fontis, & celebrationi officij in die Sabbathi Sancti; nec non ab eadem oleum Sanctum recipere. Immò contrarium multum vrgere, quòd Ecclesia Sueri habet proprium Fontem Baptismalem; & quòd eius Rector solitus est illum benedicere, & alias solitas functiones in prædicto die per annos 40. & vltra celebrare, vt probant testes pro eius parte examinati, & testes ex aduerso adducti negant se aliquando vidisse huiusmodi Rectorem assistere benedictioni, & officio in Ecclesia Clusoni, cùm tamen alios viderint: nec adducta pro prætensa sub-
iectione, quæ tamen † concludenter essent probanda. 1
Abb. *in cap. dilectus. num.* 1. *& seq. de cap. Monach. releuant.* ea enim non probantur ex testibus, quia aliqui dicunt simpliciter de subiectione, sine aliqua redditione rationis, alij quòd Rector Sueri interueniebat, & incedebat cum Rectore Clusoni, tamquam illi subiectus, nec reddunt rationem, vnde cognouerint, quòd tamquam subiectus incederet, vel interueniret: vnde
† cùm omnes deponant de subiectione, quæ iuris est, 2
non reddendo causam, non probant. Bal. *conf.* 286. *nu.* 3. *lib.* 2. Ægid. *decis.* 64. Put. *decisione* 282. *lib.* 1. Caputaq. *decisione* 34. *lib.* 1. *in manuscript.* Non obstat Constitutio edita in synodo prouinciali; quia loquitur de Ecclesiis subiectis, qualis non probatur Ecclesia Sueri. Non ob-
stant vocationes ad Synodum; † quia non apparet, 3
quòd isti rectores fuerint vocati, vti subiecti, vltra quod sunt moderni, nec constat, quòd habuerint effectum; quia illis paruerint, prout nec etiam fieri debet vis in literis missiuis, quæ scriptæ sunt ad alium finem, & effectum, quàm ad denotandum huiusmodi subiectionem, vt per informantes: Præterea dato, quòd ista probarent aliquam quasi possessionem subiectionis; non tamen
probarent † cursum 40. annorũ ad eam præscribendam 4
constitutum, & requisitum, vt fuit resolutum in terminis istis in vna Caietana Præcedentiæ die prima mensis Martij 1563. coràm bo. me. Robusterio: & sumus in petitorio, non in possessorio: Accedat quòd vbi
etiam probaretur subiectio ex dictis actibus, † deberet 5
ad illos actus tantùm reduci, quia vt inquit Archidiac.
*in c. plures. in principio* 16. *q.* 1. huiusmodi subiectio † non 6
habet formam certam à iure; sed eam sumit à consuetudine, vnde cùm circa interessentiam, & assistentiam in die sabbathi sancti non appareat de aliquo solito; sed potius de contrario ex aliis actibus ad hoc non est inferendum, quoad oleum sanctum etiam dicitur non probari solitum, quoad Rectorem; sed potius quoad Communitatem Sueri, tùm ex testibus, tùm ex partitis extractis à libris eiusdem Communitatis; vltra quod non probatur, vt supra, tantum tempus, quod ad præscribendum sufficiat.

### *ADDITIO.*

1 Hæc decisio fuit confirmata coràm R. P. D. Manzanedo, 10. Decembris 1608.

*Oliuerius Beltraminus.*

Æsina

## Æsina Pensionis.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensionem, etiam si matrimonium contrahant; & hoc priuilegium illis suffragatur, etiam respectu pensionum in eos translatarum.

### SVMMARIVM.

1 *Pensio cessat per contractum matrimonij. Et num. 6.*
2 *Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensiones non obstante matrimonio.*
3 *Hoc priuilegium comprehendit etiam pensiones iam translatas.*
4 *In translatione extinguitur pensio antiqua, & reseruatur noua.*
5 *Translatarius pensionis sufficit, quòd sit Clericus de tempore translationis.*
6 *Pensio extinguitur per contractum matrimonij, etiam si non sit secuta copula carnalis.*
7 *Etiam si matrimonium fuerit nullum, & de facto.*
8 *Pensio non potest dici extincta per matrimonium, quandiu lis pendet super validitate matrimonij.*
9 *Pensio non extinguitur per matrimonium, quando est reseruata, non vti Clerico, sed vti benemerito.*
10 *Pensio non extinguitur per sponsalia de futuro.*
11 *Pensio translata non est noua pensio, sed antiqua.*
12 *Pensio, dùm transfertur, ideo proceditur per viam cassationis, vt sciatur quis possit exigere, & per cuius obitum sit vacatura.*

### DECISIO XVIII.

ALexander Bonannus miles Lauretanus ex priuilegio huiusmodi militibus per fel. rec. Sixtum indulto transtulerat pensionem Salmarum nouem grani, quam obtinebat super fructibus Canonicatus Ecclesiæ Æsinæ in Hieronymum Bonannum eius nepotem, cui postea officiũ militis Lauretani resignauit: & cũ Hieronymus vxorem duxisset, prætenderetque D. Federicus
1 Ghislerius qui dictum Canonicatum obtinet, † pensionem cessare per contractum matrimonij, prout regulariter solet. Put. *decis.* 459 *lib.* 2. Cæs. de Gras. *dec.* 3. *n.* 9.
a *de praben.* [a] contrarium autem prætenderet Hieronym. vigore prædictorum priuilegiorum, propterea dubitaui: An pensio per contractum matrimonij cessasset. Et Domini sine aliqua difficultate responderunt pensionem non cessasse; quia translatio sine dubio fuit valida, cùm Hieronymus tempore translationis esset Clericus, & non coniugatus: Cúmque postea esset adscriptus inter
2 milites Lauretanos, † quibus fuit concessa facultas retinendi pensiones, etiamsi pro tempore coniugati fierent,
3 huiusmodi impedit extinctionem pensionis, † & nullam dixerunt Domini posse considerari differentiam inter pensiones reseruatas, & translatas, cùm ista etiam di-
4 cantur reseruari, cùm † in translatione extinguatur pen-
b sio antiqua, & reseruetur noua similis extinctæ, [b] & expressè dicitur in declaratione, seu extensione dictorum priuilegiorum per eundem Sixtum editorum; nec refert, quòd sit data facultas transferendi in Clericos non
5 coniugatos tantùm; † quia sufficit, quòd Hieronymus tempore translationis esset talis, licet talis postea esse desierit, *l. quæcunque. § fin. ff. de public. not. in c. Statutum. de rescript. in* 6. Dec. *cons.* 24. *num.* 1. faciunt cumulati per Tiraq. *in tract. cessant. caus. limit.* 4.

*Decisiones Papales,*

### ADDITIO.

a Et † quòd per contractum matrimonij pensio extinguatur. Paris. *de resign. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 15. Rot. in Nolana pensionis 11. Ian. 1610. coram Card. Sacrato impress. penes Marches. de Commiss. *to.* 1. *fol.* 117. & latissimè in Barchinonen. Parochialis 22. Iunij 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commis. *tom.* 1. *fol.* 567. 6

Ampliatur † primò, vt dicta Conclusio habeat locum, etiam si non sit secuta copula carnalis, vt fuit dictum in dicta Barchinonen. 7

Ampliatur † secundò, vt procedat etiam si matrimonium fuerit nullum, & de facto contractum, vt latè fuit dictum in dicta Barchinonen. quam Rota etiam secuta fuit in Tulen. fructuum. 21. Iunij 1619. coram R.P.D. Coccino Decano. 8

Donec † tamẽ pendet lis super validitate, vel inualiditate matrimonij, non potest dici pensio extincta, & non obstante, quòd ipsemet pensionatius sit ille, qui instat pro validitate matrimonij, vt fuit dictum in Barchinonen. pensionis 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commiss. *tom.* 1. *fol.* 622. 9

Limita † conclusionem non procedere in pensione, quæ alicui est reseruata, non tanquam Clerico; sed tamquam benè merito pro seruitiis præstitis; ista enim non extinguitur per matrimonium. Rot. *decis.* 387. *sub num.* 3. *p.* 2. *in recent.* & quòd non habeat locum conclusio in pensione assignata pro seruitio temporali, vti laico. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 105. *& seq.* 10

Pensio † non extinguitur per sponsalia de futuro. Rot. *decis.* 772. *sub num.* 2. *p.* 2. *in recent.* 11

b Gabr. *cons.* 186. *num.* 7. *lib.* 1. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *num.* 255. *& seq.* Nihilominus † reuera, & in substantia pensio translata non est noua pensio, sed antiqua. Rot. *decis.* 733. *sub num.* 1. *p.* 2. *in recent. & decis.* 327. *n.* 4. *p.* 1. *in recent.* vbi fuit dictum, quòd quamuis in translatione pensionis procedatur per viam cassationis antiquæ, & nouæ reseruationis, tamen hoc procedit solùm ad certos effectus, scilicet respectu mutationis personæ, vt sciatur quis possit exigere, & vt sciatur, per cuius obitum pensio extinguatur. 12

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Leodień. Canonicatus.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### SVMMARIVM.

1 *Dispensatio in radice matrimonij legitimat prolem.*
2 *Hoc procedit in prole suscepta in figura matrimonij.*
3 *Et ideo natus in concubinatu non legitimatur ex subsecuto matrimonio approbato à Papa cum legitimatione prolis.*
4 *Dispensatio in radice matrimonij, qua, & quando dicatur, & quando habilitet ad succedendum in præiudicium tertij.*
5 *Dispensatio in radice matrimonij; licet respectu vinculi matrimonij non possit habere effectum, valebit quoad legitimationem prolis.*

### DECISIO XIX.

FVit vnanimiter per Dominos conclusum dispensationem Ioanni non suffragari; licèt enim dispensatio fuerit concessa in radice matrimonij, † quæ illud 1
conualidando ab initio legitimat prolem. Abb. *in cap. per venerabilem. sub num.* 22. *qui filij sint legitim.* Anchar. *cons.* 409. *sub num.* 4. *&* 5. Anton. Rosel. *de legitim. lib.* 2. *sub numer.* 20. Boer. *decis.* 264. *sub num.* 27. *vers. sed quando*; Tamen hoc procedit † in prole suscepta in figura 2
matrimonij, vt dicunt D D. prædicti, & tradit Put. *decis.* 483. *lib.* 2. Thom. de Tan. *dec.* 71. & fuit dictum co-

4 intellectus traditus per informantes, & † omnis alius potius est sumendus, quàm ille, per quem inducitur renunciatio: Imol. *cons.* 49. Aym. *consil.* 290. *vol.* 2. *vers. Quintò licet.* Vlterius fuit dictum, quòd quando Ca-
5 pitaneus Iulius voluisset illud remittere, † ista in effectu fuisset donatio. *l. si quis*, vbi Bart. *ff. de nouat. l. sicut.* §. *an pacisci, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. l. si mulier.* & ibi Bald. *ff. de Leg.* 3. Alex. *consil.* 21. *numer.* 7. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 60 *num.* 14. *lib.* 3. Socin. qui loquitur in terminis similis renunciationis, eum approbatione testamenti, *consil.* 20. *sub nu.* 8. *lib.* 3. & fuisset nulla tùm propter defectum solemnitatum, quas requirit Statutum Vrbis in contractu donationis; tùm propter non
6 adhibitam insinuationem, † quæ pariter in huiusmodi renunciatione requiritur. *l. in adibus*, §. 1. *ff. de donat.* Bald. *in l.* 1. *in princ. numer.* 2. & §. 1. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu.* cum cumulatis à Tiraq. *in l. si vnquam. in ver. donatione largitus. num.* 176. *C. de reuoc. donat.* Exceptio periurij opposita non intrat; quia cùm renunciatio comprehendat tantùm ius testamenti filij, iura-
7 mentum † illud non extendit; sed ei intra suos limites manenti addit tantùm religionis vinculum. Oldrad. *cons.* 238. *num.* 2. Dec. *consil.* 408. *num.* 9. Parif. *cons.* 110. *num.* 36. *lib.* 1. Vltra quòd Statuta de donationibus loquentia anoullant iuramentum, vti fraudulenter appositum.

---

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ 12. Mensis Febr. 1601.*

### Non indiget alio Argumento, nec Summario.

### DECISIO XVI.

IN causa vertente inter Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Marcum Antonium Columnam ex vna, & olim Melchiorem Francionum, quæ fuerat commissa bo. me. D Orano cum facultatibus A. C. dubitauit D. Oranus, an dictis facultatibus locus esset in casu, & ad effectum, de quo agitur, & Domini die 28. Maij 1599. dixerunt intrare dictas facultates pro contentis in apocha, reseruatis exceptionibus d. Franciono sibi competente, etiam respectu temporis: Eadem causa coràm me in locum D. Orani suffecto introducta placuit Dominis, vt partes iterum super eodem dubio audirentur, quo 11. Febr. 1601. proposito Domini perstiterunt in eadem resolutione. Nam quòd intrarent facultates non erat dubium; quia in Apocha legitur obligatio Cameralis Francioni. Verùm quia contra eam opponebantur multæ exceptiones, & præsertim quòd esset finita obligatio, reseruarunt Domini eas particulariter discutiendas.

---

## Bergomen. Liberationis à Subiectione.

*Lunæ 19. Mensis February 1601.*

### ARGVMENTVM.

Subiectio Ecclesiæ parochialis alteri Ecclesiæ parochiali non præscribitur minori spatio 40. annorum, nec ex subiectione, quoad certos actus; infertur ad subiectionem quoad alios.

### SVMMARIVM.

1 *Subiectio vnius parochialis ad alteram debet planè probari.*
2 *Subiectio, cùm sit quid Iuris, non probatur per testes, nisi reddant rationem.*
3 *Subiectio non probatur ex vocatione ad synodum, nisi constet, quòd fuerit quis vocatus vti subiectus.*
*Item constare debet de effectuatione scilicet, quòd vocatus paruerit.*
4 *Subiectio, vt præscribatur, requirit spatium 40. annorum.*
5 *Subiectio quoad certos actus non infert subiectionem quoad alios.*
6 *Subiectio non habet certam formam à iure; sed eam sumit à consuetudine.*

### DECISIO XVII.

VIsum fuit Dominis non probari rectorem Parochialis Ecclesiæ loci Sueri teneri accedere ad Ecclesiam Clusoni, & assistere benedictioni Fontis, & celebrationi officij in die Sabbathi Sancti; nec non ab eadem oleum Sanctum recipere. Immò contrarium multum vrgere, quòd Ecclesia Sueri habet proprium Fontem Baptismalem, & quòd eius Rector solitus est illum benedicere, & alias solitas functiones in prædicto die per annos 40. & vltra celebrare, vt probant testes pro eius parte examinati, & testes ex aduerso adducti negant se aliquando vidisse huiusmodi Rectorem assistere benedictioni, & officio in Ecclesia Clusoni, cùm tamen alios viderint: nec adducta pro prætensa subiectione, quæ tamen † concludenter essent probanda. 1
Abb. *in cap. dilectus. num.* 1. & *seq. de cap. Monach. relevant.* ea enim non probantur ex testibus, quia aliqui dicunt simpliciter de subiectione, sine aliqua redditione rationis, alij quòd Rector Sueri interueniebat, & incedebat cum Rectore Clusoni, tamquam illi subiectus, nec reddunt rationem, vnde cognouerint, quòd tamquam subiectus incederet, vel interueniret: vnde † cùm omnes deponant de subiectione, quæ iuris est, 2
non reddendo causam, non probant. Bal. *cons.* 286. *nu.* 3. *lib.* 2. Ægid. *decis.* 64. Put. *decisione* 182. *lib.* 1. Caputaq. *decisione* 54. *lib.* 1. *in manuscript.* Non obstat Constitutio edita in synodo prouinciali; quia loquitur de Ecclesiis subiectis, qualis non probatur Ecclesia Sueri. Non obstant vocationes ad Synodum; † quia non apparet, 3
quod isti rectores fuerint vocati, vti subiecti, vltra quod sunt moderni; nec constat, quòd habuerint effectum; quia illis paruerint, prout nec etiam fieri debet vis in litteris missiuis, quæ scriptæ sunt ad alium finem, & effectum, quàm ad denotandum huiusmodi subiectionem, vt per informantes: Præterea dato, quòd ista probarent aliquam quasi possessionem subiectionis; non tamen probarent † cursum 40. annorũ ad eam præscribendam 4
constitutum, & requisitum, vt fuit resolutum in terminis istis in vna Caietana Præcedentiæ die prima mensis Martij 1563. coràm bo. me. Robusterio: & sumus in petitorio, non in possessorio: Accedat quòd vbi etiam probaretur subiectio ex dictis actibus, † deberet 5
ad illos actus tantùm reduci, quia vt inquit Archidiac. *in c. plures. in principio* 16. *q.* 1. huiusmodi subiectio † non 6
habet formam certam à iure; sed eam sumit à consuetudine, vnde cùm circa interessentiam, & assistentiam in die sabbathi sancti non appareat de aliquo solito; sed potius de contrario ex aliis actibus ad hoc non est inferendum, quoad oleum sanctum etiam dicitur non probari solitum, quoad Rectorem; sed potius quoad Communitatem Sueri, tùm ex testibus, tùm ex partitis extractis à libris eiusdem Communitatis; vltra quod non probatur, vt supra, tantum tempus, quod ad præscribendum sufficiat.

### ADDITIO.

a Hæc decisio fuit confirmata coràm R. P. D. Manzanedo, 10. Decembris 1608.

*Oliuerius Beltraminus.*

Æsina

## Æsina Pensionis.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensionem, etiam si matrimonium contrahant; & hoc priuilegium illis suffragatur, etiam respectu pensionum in eos translatarum.

### SVMMARIVM.

1 *Pensio cessat per contractum matrimonij. Et num.6.*
2 *Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensiones non obstante matrimonio.*
3 *Hoc priuilegium comprehendit etiam pensiones iam translatas.*
4 *In translatione extinguitur pensio antiqua, & reseruatur noua.*
5 *Translatarius pensionis sufficit, quòd sit Clericus de tempore translationis.*
6 *Pensio extinguitur per contractum matrimonij, etiam si non sit secuta copula carnalis.*
7 *Etiam si matrimonium fuerit nullum, & de facto.*
8 *Pensio non potest dici extincta per matrimonium, quandiu lis pendet super validitate matrimonij.*
9 *Pensio non extinguitur per matrimonium, quando est reseruata, non vti Clerico, sed vti benemerito.*
10 *Pensio non extinguitur per sponsalia de futuro.*
11 *Pensio translata non est noua pensio, sed antiqua.*
12 *Pensio, dùm transfertur, ideo proceditur per viam cassationis, vt sciatur quis possit exigere, & per cuius obitum sit vacatura.*

### DECISIO XVIII.

ALexander Bonannus miles Lauretanus ex priuile-
gio huiusmodi militibus per fel. rec. Sixtum in-
dulto transtulerat pensionem Salmarum nouem grani,
quam obtinebat super fructibus Canonicatus Ecclesiæ
Æsinæ in Hieronymum Bonannum eius nepotem, cui
postea officiũ militis Lauretani resignauit: & cũ Hiero-
nymus vxorem duxisset, prætenderétque D. Federicus
1 Ghislerius qui dictum Canonicatum obtinet, † pensio-
nem cessare per contractum matrimonij, prout regu-
lariter solet. Put. *decis.*459 *lib.*2. Cæs.de Gras. *dec.*3.*n.*9.
a *de praben.* [a] contrarium autem prætenderet Hieronym.
vigore prædictorum priuilegiorum, propterea dubitauit:
An pensio per contractum matrimonij cessasset. Et Do-
mini sine aliqua difficultate responderunt pensionem
non cessasse; quia translatio sine dubio fuit valida, cùm
Hieronymus tempore translationis esset Clericus, &
non coniugatus: Cúmque postea esset adscriptus inter
2 milites Lauretanos, † quibus fuit concessa facultas reti-
nendi pensiones, etiamsi pro tempore coniugati fierent,
3 huiusmodi impedit extinctionem pensionis, † & nul-
lam dixerunt Domini posse considerari differentiam in-
ter pensiones reseruatas, & translatas, cùm ista etiam di-
4 cantur reseruari, cùm † in translatione extinguatur pen-
b sio antiqua, & reseruetur noua similis extinctæ, [b] & ex-
pressè dicitur in declaratione, seu extensione dictorum
priuilegiorum per eundem Sixtum editorum; nec re-
fert, quòd sit data facultas transferendi in Clericos non
5 coniugatos tantùm; † quia sufficit, quòd Hieronymus
tempore translationis esset talis, licet talis postea esse
desicrit, *l.quæcunque.§.fin.ff.de public.not.in c. Statutum. de rescript.in* 6. Dec. *cons.*24. *num.* 1. faciunt cumulari
per Tiraq. *in tract.cessant.caus.limit.*4.



### ADDITIO.

a Et † quòd per contractum matrimonij pensio extingua- 6
tur. Paris. *de resign. lib.*1. *c.*1. *num.*15. Rot. in Nolana pensionis 11. Ian. 1610. coram Card. Sacrato impress. penes Marches. de Commiss. *to.*1.*fol.*117. & latissimè in Barchinonen. Parochialis 22. Iunij 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commiss. *tom.*1. *fol.*567.

Ampliatur † primò, vt dicta Conclusio habeat locum, 7
etiam si non sit secuta copula carnalis, vt fuit dictum in dicta Barchinonen.

Ampliatur † secundò, vt procedat etiam si matrimo- 8
nium fuerit nullum, & de facto contractum, vt latè fuit dictum in dicta Barchinonen. quam Rota etiam secuta fuit in Tulen. fructuum. 21. Iunij 1619. coram R.P.D. Coccino Decano.

Donec † tamẽ pendet lis super validitate, vel inualidita- 9
te matrimonij, non potest dici pensio extincta, & non obstante, quòd ipsemet pensionarius sit ille, qui instat pro validitate matrimonij, vt fuit dictum in Barchinonen. pensionis 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commiss. *tom.*1.*fol.*622.

Limita † conclusionem non procedere in pensione, quæ 10
alicui est reseruata, non tanquam Clerico; sed tanquam benè merito pro seruitiis præstitis; ista enim non extinguitur per matrimonium. Rot. *decis.*387. *sub num.*3. *p.*2. *in recent.* & quòd non habeat locum conclusio in pensione assignata pro seruitio temporali, vti laico. Gara. *de benef.p.*1.*c.*5.*n.*105.*& seq.*

Pensio † non extinguitur per sponsalia de futuro. Rot. 11
*decis.*772. *sub num.*2.*p.*2.*in recent.*

b Gabr. *cons.*186.*num.*7.*lib.*1. Garz. *de benef.p.*1.*c.*5. *num.*255.
*& seq.* Nihilominus † reuera, & in substantia pensio 12
translata non est noua pensio, sed antiqua. Rot. *decis.* 733.*sub num.*1.*p.*2.*in recent.& decis.*327.*n.*4.*p.*1. *in recent.* vbi fuit dictum, quòd quamuis in translatione pensionis procedatur per viam cassationis antiquæ, & nouæ reseruationis, tamen hoc procedit solùm ad certos effectus, scilicet respectu mutationis personæ, vt sciatur quis possit exigere, & vt sciatur, per cuius obitum pensio extinguatur.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Leodien. Canonicatus.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### SVMMARIVM.

1 *Dispensatio in radice matrimonij legitimat prolem.*
2 *Hoc procedit in prole suscepta in figura matrimonij.*
3 *Et ideo natus in concubinatu non legitimatur ex subsecuto matrimonio approbato à Papa cum legitimatione prolis.*
4 *Dispensatio in radice matrimonij, quæ, & quando dicatur, & quando habilitet ad succedendum in præiudicium tertij.*
5 *Dispensatio in radice matrimonij; licet respectu vinculi matrimonij non possit habere effectum, valebit quoad legitimationem prolis.*

### DECISIO XIX.

FVit vnanimiter per Dominos conclusum dispensa-
tionem Ioanni non suffragari; licèt enim dispensa-
tio fuerit concessa in radice matrimonij, † quæ illud 1
conualidando ab Initio legitimat prolem. Abb. *in cap.*
*per venerabilem.sub num.*22. *qui filij sint legitim.* Anchar.
*cons.*409.*sub num.*4.*&* 5. Anton.Rosel. *de legitim. lib.*2.
*sub numer.*20. Boer. *decis.*264.*sub num.*27.*vers.sed quan-*
*do*; Tamen hoc procedit † in prole suscepta in figura 2
matrimonij, vt dicunt D D. prædicti, & tradit Put.
*decis.*483.*lib.*2. Thom.de Tan. *dec.*71. & fuit dictum co-

4 intellectus traditus per informantes, & † omnis alius
ponus est sumendus, quàm ille, per quem inducitur re-
nunciatio: Imol. *cons.49.* Aym. *consil.* 290. *vol.* 2. *vers.*
*Quentò licet.* Vlterius fuit dictum, quòd quando Ca-
5 piraneus Iulius voluisset illud remittere, † ista in effe-
ctu fuisset donatio. *l. si quis*, vbi Bart. *ff. de nouat. l.*
*sicut.* §. *an pacisci, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. l. si*
*mulier.* & ibi Bald. *ff. de Leg.*3. Alex. *consil.*21. *numer.*7.
*lib.*1. Ruin. *consil.*60. *num.*14. *lib.*3. Socin. qui loquitur
in terminis similis renunciationis, cum approbatione
testamenti, *consil.*20. *sub nu.*8. *lib.*3. & fuisset nulla tùm
propter defectum solemnitatum, quas requirit Statu-
tum Vrbis in contractu donationis; tùm propter non
6 adhibitam insinuationem, † quæ pariter in huiusmodi
renunciatione requiritur. *l. in adibus*, §. 1. *ff. de donat.*
Bald. *in l.*1. *in princ. numer.*2. & §. 1. *ff. quibus mod. pign.*
*vel hypoth. solu.* cum cumulatis à Tiraq. *in l. si vnquam.*
*in ver. donatione largitus num.*176. *C. de reuoc. donat.* Ex-
ceptio periurij opposita non intrat; quia cùm renun-
ciatio comprehendat tantùm ius testamenti filij, iura-
7 mentum † illud non extendit; sed ei intra suos limites
manenti addit tantùm religionis vinculum. Oldrad.
*cons.*238. *num.*2. Dec. *consil.* 408. *num.*9. Paris. *cons.* 110.
*num.*36. *lib.*1. Vltra quòd Statuta de donationibus lo-
quentia annullant iuramentum, vti fraudulenter appo-
situm.

---

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ* 12. *Mensis Febr.* 1601.

Non indiget alio Argumento, nec Summario.

### DECISIO XVI.

IN causa vertente inter Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Marcum Antonium Columnam ex vna, & olim Melchiorem Francionum, quæ fuerat commissa bo. me. D Orano cum facultatibus A. C. dubitauit D. Oranus, an dictis facultatibus locus esset in casu, & ad effectum, de quo agitur, & Domini die 28. Maij 1599. dixerunt intrare dictas facultates pro contentis in apocha, reseruatis exceptionibus d. Franciono sibi competente, etiam respectu temporis: Eadem causa corám me in locum D. Orani suffecto introducta placuit Dominis, vt partes iterum super eodem dubio audirentur, quo 11. Febr. 1601. proposito Domini perstiterunt in eadem resolutione. Nam quòd intrarent facultates non erat dubium; quia in Apocha legitur obligatio Cameralis Francioni. Verùm quia contra eam opponebantur multæ exceptiones, & præsertim quòd esset finita obligatio, reseruarunt Domini eas particulariter discutiendas.

---

## Bergomen. Liberationis à Subiectione.

*Lunæ* 19. *Mensis February* 1601.

### ARGVMENTVM.

Subiectio Ecclesiæ parochialis alteri Ecclesiæ parochiali non præscribitur minori spatio 40. annorum, nec ex subiectione, quoad certos actus; infertur ad subiectionem quoad alios.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subiectio vnius parochialis ad alteram debet planè probari.*

2 *Subiectio, cùm sit quid Iuris, non probatur per testes, nisi reddant rationem.*

3 *Subiectio non probatur ex vocatione ad synodum, nisi constet, quòd fuerit quis vocatus vti subiectus.*
*Item constare debet de effectuatione scilicet, quòd vocatus paruerit.*

4 *Subiectio, vt præscribatur, requiris spatium 40. annorum.*

5 *Subiectio quoad certos actus non infert subiectionem quoad alios.*

6 *Subiectio non habet certam formam à iure; sed eam sumit à consuetudine.*

### DECISIO XVII.

VIsum fuit Dominis non probari rectorem Paro-
chialis Ecclesiæ loci Sueri teneri accedere ad Ec-
clesiam Clusoni, & assistere benedictioni Fontis, & ce-
lebrationi officij in die Sabbathi Sancti; nec non ab ea-
dem oleum Sanctum recipere. Immò contrarium mul-
tum vrgere, quòd Ecclesia Sueri habet proprium Fon-
tem Baptismalem, & quòd eius Rector solitus est il-
lum benedicere, & alias solitas functiones in prædicto
die per annos 40. & vltra celebrare, vt probant testes
pro eius parte examinati, & testes ex aduerso adducti
negant se aliquando vidisse huiusmodi Rectorem assi-
stere benedictioni, & officio in Ecclesia Clusoni, cùm
tamen alios viderint: nec adducta pro prætensa sub-
iectione, quæ tamen † concludenter essent probanda. 1
Abb. *in cap. dilectus. num.* 1. & *seq. de cap. Monach. rele-*
*uant.* ea enim non probantur ex testibus, quia aliqui
dicunt simpliciter de subiectione, sine aliqua reddi-
tione rationis, alij quòd Rector Sueri interueniebat, &
incedebat cum Rectore Clusoni, tamquam illi subie-
ctus, nec reddunt rationem, vnde cognouerint, quòd
tamquam subiectus incederet, vel interueniret: vnde
† cùm omnes deponant de subiectione, quæ iuris est, 2
non reddendo causam, non probant. Bal. *cons.*286. *nu.*3.
*lib.*2. Ægid. *decis.*64. Put. *decisione* 182. *lib.* 1. Caputaq.
*decisione* 34. *lib.* 1. *in manuscript.* Non obstat Constitutio
edita in synodo prouinciali; quia loquitur de Ecclesiis
subiectis, qualis non probatur Ecclesia Sueri. Non ob-
stant vocationes ad Synodum; † quia non apparet, 3
quod isti rectores fuerint vocati, vti subiecti, vltra quod
sunt moderni; nec constat, quòd habuerint effectum;
quia illis paruerint, prout nec etiam fieri debet vis in
literis missiuis, quæ scriptæ sunt ad alium finem, & effe-
ctum, quàm ad denotandum huiusmodi subiectionem,
vt per informantes: Præterea dato, quòd ista probarent
aliquam quasi possessionem subiectionis; non tamen
probarent † cursum 40. annorũ ad eam præscribendam 4
constitutum, & requisitum, vt fuit resolutum in ter-
minis istis in vna Caietana Præcedentiæ die prima men-
sis Martij 1563 corám bo. me Robusterio: & sumus
in petitorio, non in possessorio: Accedat quòd vbi
etiam probaretur subiectio ex dictis actibus, † deberet 5
ad illos actus tantùm reduci, quia vt inquit Archidiac.
*in c. plures. in principio* 16. *q.* 1. huiusmodi subiectio † non 6
habet formam certam à iure; sed eam sumit à consue-
tudine, vnde cùm circa interessentiam, & assistentiam
in die sabbathi sancti non appareat de aliquo solito; sed
potius de contrario ex aliis actibus ad hoc non est in-
ferendum, quoad oleum sanctum etiam dicitur non
probari solitum, quoad Rectorem; sed potius quoad
Communitatem Sueri, tùm ex testibus, tùm ex parti-
tis extractis à libris eiusdem Communitatis; vltra quod
non probatur, vt supra, tantum tempus, quod ad præ-
scribendum sufficiat.

### *ADDITIO.*

a Hæc decisio fuit confirmata corám R.P.D. Manzanedo, 10. Decembris 1608.

*Oliuerius Beltraminus.*

Æsina

## Æsina Pensionis.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensionem, etiam si matrimonium contrahant; & hoc priuilegium illis suffragatur, etiam respectu pensionum in eos translatarum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pensio cessat per contractum matrimonij. Et num. 6.*
2 *Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensiones non obstante matrimonio.*
3 *Hoc priuilegium comprehendit etiam pensiones iam translatas.*
4 *In translatione extinguitur pensio antiqua, & reseruatur noua.*
5 *Translatarius pensionis sufficit, quòd sit Clericus de tempore translationis.*
6 *Pensio extinguitur per contractum matrimonij, etiam si non sit secuta copula carnalis.*
7 *Etiam si matrimonium fuerit nullum, & de facto.*
8 *Pensio non potest dici extincta per matrimonium, quandiu lis pendet super validitate matrimonij.*
9 *Pensio non extinguitur per matrimonium, quando est reseruata, non vti Clerico, sed vti benemerito.*
10 *Pensio non extinguitur per sponsalia de futuro.*
11 *Pensio translata non est noua pensio, sed antiqua.*
12 *Pensio, dùm transfertur, ideo proceditur per viam cassationis, vt sciatur quis possit exigere, & per cuius obitum sit vacatura.*

### DECISIO XVIII.

ALexander Bonannus miles Lauretanus ex priuilegio huiusmodi militibus per fel. rec. Sixtum indulto transtulerat pensionem Salmarum nouem grani, quam obtinebat super fructibus Canonicatus Ecclesiæ Æsinæ in Hieronymum Bonannum eius nepotem, cui postea officiũ militis Lauretani resignauit: & cũ Hieronymus vxorem duxisset, prætenderetque D. Federicus
1 Ghislerius qui dictum Canonicatum obtinet, † pensionem cessare per contractum matrimonij, prout regulariter solet. Put. *decis.* 459. *lib.* 2. Cæs. de Gras. *dec.* 3. *n.* 9.
a *de preben.* [a] contrarium autem prætenderet Hieronym. vigore prædictorum priuilegiorum, propterea dubitaui: An pensio per contractum matrimonij cessasset. Et Domini sine aliqua difficultate responderunt pensionem non cessasse; quia translatio sine dubio fuit valida, cùm Hieronymus tempore translationis esset Clericus, & non coniugatus: Cúmque postea esset adscriptus inter
2 milites Lauretanos, † quibus fuit concessa facultas retinendi pensiones, etiamsi pro tempore coniugati fierent,
3 huiusmodi impedit extinctionem pensionis, † & nullam dixerunt Domini posse considerari differentiam inter pensiones reseruatas, & translatas, cùm ista etiam di-
4 cantur reseruari, cùm † in translatione extinguatur pen-
b sio antiqua, & reseruetur noua similis extinctæ, [b] & expressè dicitur in declaratione, seu extensione dictorum priuilegiorum per eundem Sixtum editorum; nec refert, quòd sit data facultas transferendi in Clericos non
5 coniugatos tantùm; † quia sufficit, quòd Hieronymus tempore translationis esset talis, licet talis postea esse desierit, *l. quæcunque. §. fin. ff. de public. not. in c. Statutum. de rescript. in* 6. Dec. *cons.* 24. *num.* 1. faciunt cumulati per Tiraq. *in tract. cessant. caus. limit.* 4.

### *ADDITIO.*

a Et † quòd per contractum matrimonij pensio extinguatur. Paris. *de resign. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 15. Rot. in Nolana pensionis 11. Ian. 1610. coram Card. Saecato impress. penes Marches. de Commiss. *to.* 1. *fol.* 117. & lassimè in Barchinonen. Parochialis 22. Iunij 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commiss. *tom.* 1. *fol.* 567. 6
Ampliatur † primò, vt dicta Conclusio habeat locum, etiam si non sit secuta copula carnalis, vt fuit dictum in dicta Barchinonen. 7
Ampliatur † secundò, vt procedat etiam si matrimonium fuerit nullum, & de facto contractum, vt latè fuit dictum in dicta Barchinonen. quam Rota etiam secuta fuit in Tulen. fructuum. 21. Iunij 1619. coram R.P.D. Coccino Decano. 8
Donec † tamẽ pendet lis super validitate, vel inualiditate matrimonij, non potest dici pensio extincta, & non obstante, quòd ipsemet pensionarius sit ille, qui instat pro validitate matrimonij, vt fuit dictum in Barchinonen. pensionis 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commiss. *tom.* 1. *fol.* 622. 9
Limita † conclusionem non procedere in pensione, quæ alicui est reseruata, non tanquam Clerico; sed tanquam benè merito pro seruitiis præstitis; ista enim non extinguitur per matrimonium. Rot. *decis.* 387. *sub num.* 3. *p.* 2. *in recent.* & quòd non habeat locum conclusio in pensione assignata pro seruitio temporali, vti laico. Garz. *de benef. p.* 2. *c.* 5. *n.* 105. *& seq.* 10
Pensio † non extinguitur per sponsalia de futuro. Rot. *decis.* 772. *sub num.* 2. *p.* 2. *in recent.* 11
b Gabr. *cons.* 186. *num.* 7. *lib.* 1. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *num.* 255. *& seq.* Nihilominus † reuera, & in substantia pensio translata non est noua pensio, sed antiqua. Rot. *decis.* 733. *sub num.* 1. *p.* 2. *in recent. & decis.* 327. *n.* 4. *p.* 2. *in recent.* vbi fuit dictum, quòd quamuis in translatione pensionis procedatur per viam cassationis antiquæ, & nouæ reseruationis, tamen hoc procedit solùm ad certos effectus, scilicet respectu mutationis personæ, vt sciatur quis possit exigere, & vt sciatur, per cuius obitum pensio extinguatur. 12

*Oliuerius Beltraminus.*

## Leodien. Canonicatus.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dispensatio in radice matrimonij legitimat prolem.*
2 *Hoc procedit in prole suscepta in figura matrimonij.*
3 *Et ideo natus in concubinatu non legitimatur ex subsecuto matrimonio approbato à Papa cum legitimatione prolis.*
4 *Dispensatio in radice matrimonij, quæ, & quando dicatur, & quando habilitet ad succedendum in præiudicium tertij.*
5 *Dispensatio in radice matrimonij; licet respectu vinculi matrimonij non possit habere effectum, valebit quoad legitimationem prolis.*

### DECISIO XIX.

FVit vnanimiter per Dominos conclusum dispensationem Ioanni non suffragari; licèt enim dispensatio fuerit concessa in radice matrimonij, † quæ illud 1
conualidando ab initio legitimat prolem. Abb. *in cap. per venerabilem. sub num.* 22. *qui filij sint legitim.* Anchar. *cons.* 409. *sub num.* 4. & 5. Anton. Rosel. *de legitim. lib.* 2. *sub numer.* 20. Boer. *decis.* 264. *sub num.* 27. *vers. sed quando*; Tamen hoc procedit † in prole susceptа in figura 2
matrimonij, vt dicunt D D. prædicti, & tradit Put. *decis.* 483. *lib.* 2. Thom. de Tan. *dec.* 71. & fuit dictum en-

4 intellectus traditus per informantes, & † omnis alius
potius est sumendus, quàm ille, per quem inducitur re-
nunciatio: Imol. *cons.* 49. Aym. *consil.* 290. *vol.* 2. *vers.*
*Quintò.licet.* Vlterius fuit dictum, quòd quando Ca-
5 pitaneus Iulius voluisset illud remittere, † ista in effe-
ctu fuisset donatio. *l. si quis*, vbi Bart. *ff. de nouat. l.*
*sicut.§. an pacisci, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. l. si*
*mulier.* & ibi Bald *ff. de Leg.* 3. Alex. *consu.* 21. *numer.* 7.
*lib.* 1. Ruin. *consil.* 60 *num.* 14. *lib.* 3. Socin. qui loquitur
in terminis similis renunciationis, cum approbatione
testamenti, *consil.* 20. *sub nu.* 8. *lib.* 3. & fuisset nulla tùm
propter defectum solemnitatum, quas requirit Statu-
tum Vrbis in contractu donationis; tùm propter non
6 adhibitam insinuationem, † quæ pariter in huiusmodi
renunciatione requiritur. *l. in adibus*, §. 1. *ff. de donat.*
Bald. *in l.* 1. *in princ. numer.* 2. & §. 1. *ff. quibus mod. pign.*
*vel hypoth. solu.* cum cumulatis à Tiraq. *in l. si vnquam.*
*in ver. donatione largitus. num.* 176. *C. de reuoc. donat.* Ex-
ceptio periurij opposita non intrat; quia cùm renun-
ciatio comprehendat tantùm ius testamenti filij, iura-
7 mentum † illud non extendit; sed ei intra suos limites
manenti addit tantùm religionis vinculum. Oldrad.
*cons.* 238. *num.* 2. Dec. *consil.* 408. *num.* 9. Paris. *cons.* 110.
*num.* 36. *lib.* 1. Vltra quòd Statuta de donationibus lo-
quentia annullant iuramentum, vti fraudulenter appo-
situm.

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ 12. Mensis Febr. 1601.*

Non indiget alio Argumento, nec Summario.

### DECISIO XVI.

IN causa vertente inter Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Marcum Antonium Columnam ex vna, & olim Melchiorem Francionum, quæ fuerat commissa bo. me. D Orano cum facultatibus A. C. dubitauit D. Oranus, an dictis facultatibus locus esset in casu, & ad effectum, de quo agitur, & Domini die 28. Maij 1599. dixerunt intrare dictas facultates pro contentis in apocha, reseruatis exceptionibus d. Francione sibi competente, etiam respectu temporis: Eadem causa coram me in locum D. Orani suffecto introducta placuit Dominis, vt partes iterum super eodem dubio audirentur, quo 12. Febr. 1601. proposito Domini perstiterunt in eadem resolutione. Nam quòd intrarent facultates non erat dubium; quia in Apocha legitur obligatio Cameralis Francioni. Verùm quia contra eam opponebantur multæ exceptiones, & præsertim quòd esset finita obligatio, reseruarunt Domini eas particulariter discutiendas.

## Bergomen. Liberationis à Subiectione.

*Lunæ 19. Mensis February 1601.*

### ARGVMENTVM.

Subiectio Ecclesiæ parochialis alteri Ecclesiæ parochiali non præscribitur minori spatio 40. annorum, nec ex subiectione, quoad certos actus; infertur ad subiectionem quoad alios.

### SVMMARIVM.

1 *Subiectio vnius parochialis ad alteram debet planè probari.*

2 *Subiectio, cùm sit quid Iuris, non probatur per testes, nisi reddant rationem.*

3 *Subiectio non probatur ex vocatione ad synodum, nisi constet, quòd fuerit quis vocatus vti subiectus.*
*Item constare debet de effectuatione scilicet, quòd vocatus paruerit.*

4 *Subiectio, vt præscribatur, requirit spatium 40. annorum.*

5 *Subiectio quoad certos actus non infert subiectionem quoad alios.*

6 *Subiectio non habet certam formam à iure; sed eam sumit à consuetudine.*

### DECISIO XVII.

VIsum fuit Dominis non probari rectorem Parochialis Ecclesiæ loci Sueri teneri accedere ad Ecclesiam Clusoni, & assistere benedictioni Fontis, & celebrationi officij in die Sabbathi Sancti; nec non ab eadem oleum Sanctum recipere. Immò contrarium multum vrgere, quòd Ecclesia Sueri habet proprium Fontem Baptismalem, & quòd eius Rector solitus est illum benedicere, & alias solitas functiones in prædicto die per annos 40. & vltra celebrare, vt probant testes pro eius parte examinati, & testes ex aduerso adducti negant se aliquando vidisse huiusmodi Rectorem assistere benedictioni, & officio in Ecclesia Clusoni, cùm tamen alios viderint: nec adducta pro prætensa sub-
iectione, quæ tamen † concludenter essent probanda. 1
Abb. *in cap. dilectus. num.* 1. & *seq. de cap. Monach.* rele-
uant. ea enim non probantur ex testibus, quia aliqui
dicunt simpliciter de subiectione, sine aliqua reddi-
tione rationis, alij quòd Rector Sueri interueniebat, &
incedebat cum Rectore Clusoni, tamquam illi subie-
ctus, nec reddunt rationem, vnde cognouerint, quòd
tamquam subiectus incederet, vel interueniret: vnde
† cùm omnes deponant de subiectione, quæ iuris est, 2
non reddendo causam, non probant. Bal. *cons.* 286. *nu.* 3.
*lib.* 2. Ægid. *decis.* 64. Put. *decisione* 182. *lib.* 1. Caputaq.
*decisione* 34. *lib.* 1. *in manuscript.* Non obstat Constitutio
edita in synodo prouinciali; quia loquitur de Ecclesiis
subiectis, qualis non probatur Ecclesia Sueri. Non ob-
stant vocationes ad Synodum; † quia non apparet, 3
quod isti rectores fuerint vocati, vti subiecti, vltra quod
sunt moderni; nec constat, quòd habuerint effectum;
quia illis paruerint, prout nec etiam fieri debet vis in
litteris missiuis, quæ scriptæ sunt ad alium finem, & effe-
ctum, quàm ad denotandum huiusmodi subiectionem,
vt per informantes: Præterea dato, quòd ista probarent
aliquam quasi possessionem subiectionis; non tamen
probarent † cursum 40. annorũ ad eam præscribendam 4
constitutum, & requisitum, vt fuit resolutum in ter-
minis istis in vna Caietana Præcedentiæ die prima men-
sis Martij 1563. coram bo. me. Robusterio: & sumus
in petitorio, non in possessorio: Accedat quòd vbi
etiam probaretur subiectio ex dictis actibus, † deberet 5
ad illos actus tantùm reduci, quia vt inquit Archidiac.
*in c. plures. in principio* 16. *q.* 1. huiusmodi subiectio † non 6
habet formam certam à iure; sed eam sumit à consue-
tudine, vnde cùm circa interessentiam, & assistentiam
in die sabbathi sancti non appareat de aliquo solito; sed
potius de contrario ex aliis actibus ad hoc non est in-
ferendum, quoad oleum sanctum etiam dicitur non
probari solitum, quoad Rectorem; sed potius quoad
Communitatem Sueri, tùm ex testibus, tùm ex partitis
extractis à libris eiusdem Communitatis; vltra quod
non probatur, vt supra, tantum tempus, quod ad præ-
scribendum sufficiat.

### ADDITIO.

a Hæc decisio fuit confirmata coram R.P.D. Manzanedo, 10. Decembris 1608.

*Oliuerius Beltraminus.*

Æsina

## Æsina Pensionis.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensionem, etiam si matrimonium contrahant; & hoc priuilegium illis suffragatur, etiam respectu pensionum in eos translatarum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pensio cessat per contractum matrimonij. Et num. 6.*
2 *Milites Lauretani habent priuilegium retinendi pensiones non obstante matrimonio.*
3 *Hoc priuilegium comprehendit etiam pensiones iam translatas.*
4 *In translatione extinguitur pensio antiqua, & reseruatur noua.*
5 *Translatarius pensionis sufficit, quòd sit Clericus de tempore translationis.*
6 *Pensio extinguitur per contractum matrimonij, etiam si non sit secuta copula carnalis.*
7 *Etiam si matrimonium fuerit nullum, & de facto.*
8 *Pensio non potest dici extincta per matrimonium, quandiu lis pendet super validitate matrimonij.*
9 *Pensio non extinguitur per matrimonium, quando est reseruata, non vti Clerico, sed vti benemerito.*
10 *Pensio non extinguitur per sponsalia de futuro.*
11 *Pensio translata non est noua pensio, sed antiqua.*
12 *Pensio, dùm transfertur, ideo proceditur per viam cassationis, vt sciatur quis possit exigere, & per cuius obitum sit vacatura.*

### DECISIO XVIII.

ALexander Bonannus miles Lauretanus ex priuilegio huiusmodi militibus per fel. rec. Sixtum indulto transtulerat pensionem Salmarum nouem grani, quam obtinebat super fructibus Canonicatus Ecclesiæ Æsinæ in Hieronymum Bonannum eius nepotem, cui postea officiũ militis Lauretani resignauit: & cũ Hieronymus vxorem duxisset, prætenderetque D. Federicus
1 Ghislerius qui dictum Canonicatum obtinet, † pensionem cessare per contractum matrimonij, prout regulariter solet. Pur. *decis.* 459. *lib.* 2. Cæs. de Gras. *dec.* 3. *n.* 9.
a *de praeben.* [a] contrarium autem prætenderet Hieronym. vigore prædictorum priuilegiorum, propterea dubitauit: An pensio per contractum matrimonij cessasset. Et Domini sine aliqua difficultate responderunt pensionem non cessasse; quia translatio sine dubio fuit valida, cùm Hieronymus tempore translationis esset Clericus, & non coniugatus: Cúmque postea esset adscriptus inter
2 milites Lauretanos, † quibus fuit concessa facultas retinendi pensiones, etiamsi pro tempore coniugati fierent,
3 huiusmodi impedit extinctionem pensionis, † & nullam dixerunt Domini posse considerari differentiam inter pensiones reseruatas, & translatas, cùm ista etiam di-
4 cantur reseruari, cùm † in translatione extinguatur pen-
b sio antiqua, & reseruetur noua similis extinctæ, [b] & expressè dicitur in declaratione, seu extensione dictorum priuilegiorum per eundem Sixtum editorum; nec refert, quòd sit data facultas transferendi in Clericos non
5 coniugatos tantùm; † quia sufficit, quòd Hieronymus tempore translationis esset talis, licet talis postea esse desierit, *l. quæcunque. § fin. ff. de public. net. in c. Statutum. de rescript. in* 6. Dec. *cons.* 24. *num.* 1. faciunt cumulati per Tiraq. *in tract. cessant. caus. limit.* 4.

### *ADDITIO.*

a Et † quòd per contractum matrimonij pensio extinguatur. Paris. *de resign. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 15. Rot. in Nolana pensionis 11. Ian. 1610. coram Card. Sacrato impress. penes Marches. de Commiss. *to.* 1. *fol.* 117. & latissimè in Barchinonen. Parochialis 22. Iunij 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commis. *tem.* 1. *fol.* 567. 6
Ampliatur † primò, vt dicta Conclusio habeat locum, etiam si non sit secuta copula carnalis, vt fuit dictum in dicta Barchinonen. 7
Ampliatur † secundò, vt procedat etiam si matrimonium fuerit nullum, & de facto contractum, vt latè fuit dictum in dicta Barchinonen. quam Rota etiam secuta fuit in Tulen. fructuum. 21. Iunij 1619. coram R.P.D. Coccino Decano. 8
Donec † tamẽ pendet lis super validitate, vel inualiditate matrimonij, non potest dici pensio extincta, & non obstante, quòd ipsemet pensionarius sit ille, qui instat pro validitate matrimonij, vt fuit dictum in Barchinonen. pensionis 1611. coram R.P.D. Caualerio impress. penes Marches. de Commiss. *tom.* 1. *fol.* 622. 9
Limita † conclusionem non procedere in pensione, quæ alicui est reseruata, non tanquam Clerico; sed tamquam benè merito pro seruitiis præstitis; ista enim non extinguitur per matrimonium. Rot. *decis.* 387. *sub num.* 3. *p.* 2. *in recent.* & quòd non habeat locum conclusio in pensione assignata pro seruitio temporali, vti laico. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 105. *& seq.* 10
Pensio † non extinguitur per sponsalia de futuro. Rot. *decis.* 772. *sub num.* 2. *p.* 2. *in recent.* 11
b Gabr. *cons.* 186. *num.* 7. *lib.* 1. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *num.* 255. *& seq.* Nihilominus † reuera, & in substantia pensio translata non est noua pensio, sed antiqua. Rot. *decis.* 733. *sub num.* 1. *p.* 2. *in recent. & decis.* 327. *n.* 4. *p.* 1. *in recent.* vbi fuit dictum, quòd quamuis in translatione pensionis procedatur per viam cassationis antiquæ, & nouæ reseruationis, tamen hoc procedit solùm ad certos effectus, scilicet respectu mutationis personæ, vt sciatur quis possit exigere, & vt sciatur, per cuius obitum pensio extinguatur. 12

*Oliuerius Beltraminus.*

## Leodieñ. Canonicatus.

*Veneris 23. mensis Febr. 1601.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dispensatio in radice matrimonij legitimat prolem.*
2 *Hoc procedit in prole suscepta in figura matrimonij.*
3 *Et ideo natus in concubinatu non legitimatur ex subsecuto matrimonio approbato à Papa cum legitimatione prolis.*
4 *Dispensatio in radice matrimonij, quæ, & quando dicatur, & quando habilitet ad succedendum in præiudicium tertij.*
5 *Dispensatio in radice matrimonij; licet respectu vinculi matrimonij non possit habere effectum, valebit quoad legitimationem prolis.*

### DECISIO XIX.

FVit vnanimiter per Dominos conclusum dispensationem Ioanni non suffragari; licèt enim dispensatio fuerit concessa in radice matrimonij, † quæ illud 1
conualidando ab initio legitimat prolem. Abb. *in cap. per venerabilem. sub num.* 22. *qui filij sint legitim.* Anchar. *cons.* 409. *sub num.* 4. *&* 5. Anton. Rosel. *de legitim. lib.* 2. *sub numer.* 20. Boer. *decis.* 264 *sub num.* 27. *vers. sed quando*; Tamen hoc procedit † in prole suscepta in figura 2
matrimonij, vt dicunt D D. prædicti, & tradit Pur. *decis.* 483. *lib.* 2. Thom. de Tan. *dec.* 71. & fuit dictum co-

ram Sanctissimo in vna Syracusana illegitimitatis 19.
Octobr. 1573. Accedit in casu nostro expressa mens
Papæ, vt patet ex verbis dispensationis, ibi, matrimo-
nium contraxerunt, & consumarunt, ac prolem susce-
perunt, & sic post matrimonium contractum, & consu-
3 matum. † Vndè cùm Ioannes ante matrimonium esset
susceptus, Papa approbando matrimonium, etiam ab
initio, & legitimando prolem, non intelligitur eum le-
gitimasse, nec potuit ex matrimonio subsecuto effici le-
gitimus; cùm esset natus, & conceptus de tempore,
quo propter concubinatum matris cum patruo non
poterat esse matrimonium. Præpos. *in c. tanta in 7. q.* vbi
etiam Abb. *num.* 14. *qui filij sint legit.* Socin. Iunior
*cons.* 31. *num.* 42. *lib.* 2.

*ADDITIO.*

Hæc decisio fuit confirmata coram Card. Pamphilio 19. Aprilis 1602. impress. penes Farinac. *decis.* 174. *post* 2. *lib. cons.* vbi fuit dictum, quòd dispensatio in radice matrimonij, comprehendit tantùm prolem susceptam in figura matrimonij, non autem natum, & conceptum ante matrimonium.

Et in hac materia dispensationis in radice matrimonij,
4 † quæ, & quando dicatur, & quæ, & quando habili-
ter sic legitimatum ad succedendum, etiam in præiu-
dicium tertij, & etiam in terris Imperij extra statum
Ecclesiasticum, est videndus Gutierez *de matr. c.* 74.
Sanchez *de matr. lib.* 8. *disp.* 6. *& disp.* 7. Gar. *de benef. p.* 7.
*c.* 2. *num.* 39. *& seq.* & latissimè tota hæc materia tracta-
tur in duabus decisionibus Rotæ, scilicet *in decis.* 455.
*p.* 1. *in recent. & in decis.* 687. *p.* 2. *in recent.*

5 Dispensatio ad contrahendam † cum legitimatione prolis continet duas gratias separatas; vnam respectu matrimonij; alteram respectu legitimationis prolis; vnde licèt quoad matrimonium non posset gratia sortiri effectum, puta quia alter ex coniugibus iam prædecessisset, valebit quoad legitimationem prolis, etiam in præiudicium venientium ab intestato. Rot. *decis.* 207. *n.* 2. *&* 3. *p.* 1. *diuers.* Seraph. *decis.* 1121. Gonz. *super reg.* 8. *glos.* 1. §. 9. *num.* 57.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Bergomen. Pensionis.

*Lunæ 19. mensis Martij* 1601.

### ARGVMENTVM.

Clericatus qualiter probetur, & qualiter probetur quòd pensionatius non incesserit in habitu, & quando teneatur incedere.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericatus probatur per testes de fama, & communi reputatione.*

2 *Item probatur per remissionem de eo factam à Curia sæculari ad Ecclesiasticam.*

3 *Negatiua, quod Pensionarius non incesserit in habitu, ex qua deducitur priuatio pensionis, cùm sit materia obiectiua, & pœnalis, debet plenè, & concludenter probari.*

4 *Pensionarius non amittit pensionem ex eo, quia non incedat in habitu, nisi constet de exactione pensionis, quia bulla Sixti V. priuat tantùm illos pensionarios, qui pensiones exigunt, vel per quos stat quominus exigant.*

### DECISIO XX.

FVit conclusum pensionem deberi Aloysio; nec ob-
stare oppositiones de Sorosinis: Nam quoad defe-
1 ctum clericatus, † fuit dictum satis constare de Cleri-
catu per testes de famâ, & communi reputatione. Ægid.
*decis.* 114. Rot. *decis.* 14. *de prob. in antiq.* Caputaquen.
*decis.* 277. *n.* 8. *p.* 1. Guidob. *decis.* 132. [a] Quam multùm a
† adminiculatur remissio facta de eo vti Clerico à Cu- 2
ria sæculari ad Ecclesiasticam, de qua deponunt testes,
vt fuit dictum in vna Neapolitana Canonicatus 9 De-
cembris 1585. coram R. P. D. meo Decano. Quoad
aliam oppositionem, quòd Aloysius non incesserit in
habitu, visum fuit Dominis hoc non satis concludenter
probari: † cùm tamen deberetur concludentissimè, 3
quia est materia obiectiua inferens ad pœnam priua-
tionis Pensionis, Rot. *dec.* 8. *&* 9. *de except. in nou.* Cas-
sad. *super reg. num.* 3. Patis. *cons.* 104. *in princ. lib.* 4. testes
enim, qui deponunt non vidisse illum in habitu laicali,
non concludunt; quia cùm in actis constet Aloysium
vsque ad annum 1590. fuisse militem Lauretanum, &
etiam deinde obtinuisse indultum à S. D. N. quòd per
annum in habitu Clericali non teneretur incedere, te-
stes, qui non specificant tempus, quo illum viderunt in
habitu laicali, non dicuntur necessariò concludere, quia
possibile est, quod illum viderint de tempore, quo erat
miles, vel quo iuuabatur prædicto indulto. † Præterea 4
bulla Sixti V. priuat tantũ illos pensionarios, qui pensio-
nes exigunt, vel per quos stat, quominus exigantur; hîc
autem non probatur exactio pensionis in Aloysio; sed
potiùs apparet de non exactione, nec etiam visum fuit
Dominis constare, quòd per ipsum steterit, quominus
pensionem exigeret, vt benè deducunt informantes
pro ipso.

*ADDITIO.*

a Mohed. *decis.* 21. *in fin. de renunciat.* Rot. *decis.* 613. *num.* 4. *p.* 1. *in recent. & decis.* 116. *num.* 3. *p.* 2. *in recent. & decis.* 736. *num.* 4. *p.* 2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Donationis propter nuptias.

*Veneris 13. mensis Martij* 1601.

### ARGVMENTVM.

Lucrum dotis non solutæ, sed tantùm promissæ an debeatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum de lucro dotis habet locum, tàm in dote data, quàm in promissa.*

2 *(Siue) est dictio ampliatiua.*

3 *Copula, &, auget, & ampliat.*

4 *Dos non soluta, propter moram non soluentis, habetur pro soluta ad effectum lucri.*

### DECISIO XXI.

LAurentius Carpinus duxerat in vxorem Paulinam
de Acconciolis cum promissione dotis scut. mille
soluendorum in fine quinque annorum; mortuus fuit
Laurentius paucis diebus post lapsum quinquennium,
dote tamen non soluta, Paulina superstes conuenit hæ-
redes Laurentij pro quarta, quam prætendebat fuisse
lucratam, tàm quoad proprietatem, quàm quoad vsum-
fructum ob prædecedentiam viri sine liberis, Causa co-
ram me extra Rotam pendente, consului de more Do-
minos, an esset locus lucro prædicto, qui affirmatiuè re-
sponderunt: Potissima ratio fuit, † quia statutum *c.* 131. 1
*lib.* 1. cùm deferat simpliciter lucrum, nulla habita di-
stinctione dotis datæ, vel promissæ, de vtraque est in-
telligendus Bald *in l. mulier. n.* 3. *ff. de condit. inst.* Sal. *in l.*
*Cùm te, sub n.* 4. *C. de donat. ante nuptias.* Paul. de Castr.
*in l. si donaturus.* §. *si quis in debitum. n.* 3. vbi etiam Alex. *n.*
7. Ias. *n.* 14. *ff. de condit. caus. dat.* Socin. *cons.* 32. *nu.* 7. *lib.* 3.
Achill. *decis.* 13. *de Const.* & fuit dictum in vna Clusin.
dotis, 12. Ianuarij 1558. coram bon. mem. Peregrino.
[a] Non obstat statutum in *c. sequenti*; quia vltra quod a
se

se refert ad præcedens, vt patet ex illis verbis, *vt prædictum est, lucretur*, & propterea intelligi debet secundùm terminos relatos *l. asse toto. ff. de heredib. instit. l. in testamento*, vbi Bart. *ff. de condit. & demonstr.* loquitur etiam ipsa generaliter, & indistinctè in principio (*dotem, & donationem propter nuptias vir, & vxor post consumatum matrimonium, vt prædictum est, lucretur*) & verba quæ sequuntur, *siue dos fuerit in pecunia numerata*, &c. non veniunt ad restringendum, sed potius ad ampliandum;
2 prout est de natura dictionis † illius (*siue*) *l. cum quis decedens, §. fin.* vbi Bart. *ff. de leg. 3.* Bal. *in l. cum quidam. sub nu. 4. C. de verb. sign.* Alb. de Perga. *de proposit. a. 133.* quod etiam dicendum est de illis verbis (*& si dos simpliciter per mulierem*, &c.) cùm pariter sit de natura illius copu-
3 læ † (*&*) augere, & ampliare dispositionem, *l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. not. in l. Gallus. §. etiamsi parenti. ff. de lib. & posth.* Bal. *in l. sed et si. in fin. ff. pro Soc.* Ruin. *cons. 79. nu.*
b *9. lib. 3.* Paris. *cons. 7. num. 29. lib. 3.* [b] & iste vltimus casus de dilatione pendente fuit expressus ratione maioris dubij; minus enim dubium erat, quòd esset locus lucro, quando dos erat sine dilatione promissa, quàm quan-
4 do erat dilatio finita, quia † tunc ad effectum dicti lucri propter moram non soluentis habetur pro soluta. Bart. *cons. 133.* Bald. *in l. fin. sub num. 3. vers. Ego consulens. C. de dot. promiss.* Paul. de Castr. *in l. si mulier. sub num. 2. vers. Sed quid si statutum ff. de condit. instr.* Aret. *in l. rei iudicat. §. Socer. num. 6. post med. vers. Relinquitur pulchra dubitatio. ff. solut. matrim.* Calcan. *cons. 31. sub num. 29.* & fuit dictum coram me in vna Fanen. Lucri dotis 3. Iulij anni præteriti.

*ADDITIO.*

a Vide additionem supra ad *decisionem 5.* vbi hæc eadem conclusio firmatur.

b Rot. *decis. 333. num. 6. in recent.* vbi dicitur, quòd copula (*&*) stat augmentatiuè, & intelligitur vltra specificata.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Fulginaten. nullius executionis.

*Ven. 30. mensis Martii 1601.*

ARGVMENTVM.

Executio non potest fieri contra tertium possessorem, & præsertim stante protestatione per ipsum facta, ne executio fiat in bonis per eum possessis.

*SVMMARIVM.*

1 *Executiua via non potest procedi contra tertium.*

2 *Et tantò magis stante protestatione tertij, ne fiat executio in bonis per ipsum possessis.*

3 *Tertius possessor ad euitandam executionem, non tenetur docere de titulo suæ possessionis, sed ille, qui vult contra eum exequi, debet docere de iure sui debitoris, super bonis à dicto tertio possessis.*

4 *Possessor non cogitur docere de titulo suæ possessionis.*

DECISIO XXII.

FVit conclusum sententiam A.C. esse confirmandam, iustè enim recauit executionem factam contra Pe-
1 tesios, † contra quos vti tertios non potuit procedi via executiua, Aret. *cons. 86. in fine.* Alex. *in l. à Diuo Pio. §. Si super rebus sub an. 28. vers. Et pro hoc benè facit. ff. de re iudic.* Galles. *ad for. Cam. in 2. p. quæst. 1. num. 3.* & fuit dictum in vna Romana Computorum 18. Martij 1594.
2 coram R.P.D. Mellino, † præsertim quia protestati fuerunt, ne executio fieret in bonis per ipsum possessis secundùm cautelam, de qua per Ang. *in d. §. Si super rebus. n. 1.* vbi etiam latè Castr. *n. 2.* propter quam protestationem tantò magis reddebatur nulla executio postea fa-



cta. Bald. *in l. hoc maritorum, nu. 5. vers. Quæro nunquid pendente protestatione. C. ne vxor pro marit.* Alexandr. *in d. §. Si super rebus. sub a. 9. vers. addaris, quòd Bald.* & Ias. *a. 9. ad finem.* [a] Non obstat decretum de exequendo, nisi ipsi a
de Petesiis docuissent de eorum titulo, quia fuit notoriè iniustum, † ex quo enim ipsi possidebant, onus in- 3
cumbebat volentibus facere executionem docere de iure sui debitoris super dictis bonis. Bart. Bal. & alii *in d. l. ob maritorum.* Bart. *in d. §. Si super rebus, nu. 4.* Ang. *ad fin.* Paul. de Castr. *a. 8.* Alex. *a. 9.* Ias. *n. 9.* Paul. de Castr. *cons. 143. sub a. 3. vers. Etsi quæritur l. 1.* nemo † enim cogi- 4
tur docere de titulo suæ possessionis, quando non agitur de eo canonizando, *l. cogi. C. de pet. hered.* Caputaq. *decis. 394. par. 2.*

*ADDITIO.*

a Et dixit Rota in Romana Vineæ, 23. Febr. 1609. coram R. P.D. Caualerio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Vineæ.

*Lunæ 2. Mensis Aprilis 1601.*

ARGVMENTVM.

Subhastatio fieri debet præsente pecunia.

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio facta non præsente pecunia, est nulla.*

2 *Præsentia pecuniæ est de forma in subhastatione, & ideò eius omissio vitiat ipso iure subhastationem.*

3 *Verbum* (Oportet) *excludit arbitrium, & inducit necessitatem.*

4 *Procurator ad vendendum constitutus potest vendere habita fide de pretio, secus tamen est si in mandatis committatur, quòd vendat præsente pecunia.*

5 *Subhastatio valet, facta non præsente pecunia, si creditor consentiat.*

6 *Consensus iste est accessarius in ipso actu deliberationis, nec valet expost præstitus, & vide rationem.*

7 *Subhastatio valet non præsente pecunia, si ita esset de consuetudine regionis, qua tamen debet in specie probari.*

DECISIO XXIII.

DOmini non dubitarunt † venditionem, & delibe- 1
rationem pignoris à Iudice factam, non præsente pecunia, esse nullam, cùm hoc sæpius fuerit à Rota firmatum, & præcipuè in Tiburtina Castri Sambuci. 27. Ianuarii 1578. coram Sanctissimo, & in Fanen. seu Imolen. bonorum. 25. Iunii 1593. coram R.P.D. Litta, & in alia Perusina dotis 1. Iulii 1598. coram R.P.D. Penia, [a] a
cùm enim *in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor. ff. de re iudicat.* iunctis ibi trad. per Doctores, caueatur, quòd præsente pecunia ad huiusmodi venditionem deueniri debeat, aliàs auferatur res ab emptore, perinde, ac si venditio facta non esset, necessariò dicendum venditionem, sine interuentu pecuniæ esse nullam, prout arguebatur in d. Tiburtina. Addebant Domini, quòd † cùm qualitas ista 2
præsentis pecuniæ requiratur in tempore quo ipsa venditio celebratur, præsumitur pro forma inducta, ita vt eius omissio vitiet ipso iure. Bart. *in l. vniuersa, sub nu. 5. C. de precib. Imp. offer.* Bald. *in rub. C. de rescind. vendit. nu. 5.* Aret. *cons. 69. num. 2.* Felyn. *in cap. cùm dilecta. sub num. 6. vers. Quartum signum. de rescript.* Non obstat, quod Bart. in *d. §. sed si emptor velit esse de consilio*, quia eius dictum communiter non tenetur, & propterea in dicta Tiburtina Rota expresse ab eo recessit, repugnat enim verbis illius text. dùm dicit, *oportet res pignore capt.* &c. † verbum enim *oportet* excludit arbitrium Iudicis, 3

*l.verbum oportere,ff.de verb. signific.* & potius inducit necessitatem, Glos.*in cap.1 in verb.Oportet.de praescript.in 6.* Franc.*in cap.oblat. num.4.de lit.contest. eodem lib.* & propterea Alex.ibi post *nnmer.5.& nnmer.6.* Ang.*col.1.vers. in textu capiamur.* Imol.*in vlt.not.* Ias.*sub num.5.vers.Ratio quia prima venditio*; & alij expresse dicunt Iudicem non posse vendere, sine praesentia pecuniae. Doctrina Bald.*in l.certa ratione, C. quando prouocare non est necesse*, quòd vbi lex tradit modum annullandi, quod annullatur, non est statim nullum, sed debet cassari, & annullari, non applicatur: nam *in §.sed si emptor.* non datur modus annullandi venditionem, quia ipsa habetur pro non facta, sed dicitur, quòd debet auferri res illi, cui est ven-
4 dita, perinde, ac si vendita non fuisset, nec † etiam potest dici contractus aliquis ex Baldo per informantes allegato *in l.incivile,sub nu.2. C.de rei vendic.* quia loquitur Bald.in procuratore, simpliciter ad vendendum constituto, & propterea secus esse in procuratore, qui in mandatis habeat vendere praesente pecunia, vt dicit Salic. ibi post *nu.4. vers.Primo casu.* Rom.*sing.629.* Vinc. de Henrich.*in d.§.sed si emptor,n.11.* Soc.Iun.*cons.21.sub n. vers.Nec obstat.lib.2.* vnde arguendo à mandato hominis ad mandatum legis ad not *in l. & quia.ff.de iurisd.omnium Iudicū*, sicut procurator ad vendendū praesente pecunia, si habente fidem de pretio, vel aliter sine pecuniae praesentia vendat, nulla est venditio; ita in Iudice dicendum, cui sub eadem forma à lege mandatur, vt procedat ad deliberationem pignoris, ex quibus remanet firma conclusio, deliberationem pignoris, non praesente pecunia factam, esse nullam; An autem deliberatio, & venditio Vineae, de qua agitur, potuerit dici facta praesente pecunia, erit particulariter videndum.

*ADDITIO.*

a Imolen. seu Fauentina bonorum 25. Iunij 1593. coram Litta impress. penes Salust.Tib.in sua praxi Iudiciali. *lib.3.post cap.17.fol.359.* & in Asculana praedij 22.Iunij 1609. coram Cardinali Sacrato.

5 Valet tamen subhastatio † etiam non praesente pecunia consentiente creditore. Rot.*d.257.n.5 & 6.par.4.in recent.* Camerinen. spolij 15. Iunij 1609. coram Card.Sacrato, & in Burgen. Sancti Sepulchri 4. Maij 1609. coram eodem Sanctiss. de qua infra Rot. *decis. 464.num.2 par. 2. in recent.* Grat. *discept. Forens.capite 7.num.6. & capite*
6 *326. num.5.* Aduertendum tamen est, † quòd iste consensus creditoris est necessarius in ipso actu deliberationis, & non sufficeret consensus ex post praestitus, & ratio est, quia requiritur consensus talis, per quem ex tunc in ipso actu subhastationis debitor liberetur à suo creditore; ita fuit dictum in eadem Asculana praedij 22. Iunij 1609. coram Cardinali Sacrato.

7 Sustineretur tamen subhastatio † facta non praesente pecunia, si ita esset de more, & consuetudine regionis, quòd fieret non praesente pecunia, dummodò tamen in specie dicta consuetudo probetur, Gratian. *discept. cap.7. num.5.& 6.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bergomen. Liberationis à Subiectione.

*Lunae 29. Mensis Aprilis* 1601.

### ARGVMENTVM.

Ex quibus probetur Ecclesiam teneri accedere ad aliam in functionibus in die Sabbathi Sancti.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subiectio Ecclesiae probari debet per testes deponentes de quadragenaria.*

### DECISIO XXIV.

FVit conclusum, vna parte tantùm informante, non probari, quòd Ecclesia Cerreti Inferioris teneatur accedere ad Ecclesiam Parochialem Clusoni, & assistere benedictioni Fontis Baptismalis, & aliis functionibus in die Sabbathi Sancti; Constat enim per testes pro parte Ecclesiae Cerreti examinatos Rectorem dictae Ecclesiae quolibet anno per quadraginta annos, & vltra accessisse in dicto die ad Parochialem Ecclesiam Sueri, assistendo benedictioni Fontis, & aliis functionibus, adeò quòd si aliqua considerari potuerit subiectio; ea esset ad fauorem Ecclesiae Sueri, non autem Ecclesiae Clusoni. Non obstant testes ex aduerso examinati, quia aliqui deponunt simpliciter de Ecclesia Cerreti, & quia possunt verificari tàm in Ecclesia Cerreti Superioris, quàm in Ecclesia Cerreti Inferioris, non probant, *l.non hoc, C.vnde legi.cap. In praesentia.de proba.* Et licèt aliqui dicant quendam Presbyterum Syluestrum, qui fuit Rector Cerreti Inferioris, accessisse ad dictam Ecclesiam Clusoni, potuit accedere post resignationem, & de tempore, quo non erat Rector. Praeterea nullus testis deponit de certo, & continuato tempore, per 40. annos, prout requiritur in hac materia, vt fuit dictum in illa Caietana Praecedentiae, die 1. Martij 1563. coram bonae memoriae Robusterio, & in hac causa coram me 19. Mensis Februarij proximè praeteriti.

---

## Mantuana Euictionis bonorum.

*Veneris 4. Mensis Maij* 1601.

### ARGVMENTVM.

Euictio ex quibus dicatur secuta, & quando singularis successor agat de euictione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Euictio dicitur secuta per sententiam.*
2 *Et tanto magis quando est subsecuta realis executio.*
3 *Venditor tenetur ex natura venditionis de euictione, etiamsi non sit promissa.*
4 *Successor singularis non potest agere de euictione.*
5 *Limitatur non procedere stante iurium cessione.*
6 *Item etiam limitatur, quando adest clausula,* ponens *&c.*
7 *Successor singularis potest agere de euictione, quando eius auctor fuit stipulatus pro se, haeredibus, & successoribus.*

### DECISIO XXV.

FVit resolutum, vna tantùm parte informante, sententiam ad fauorem Capituli in partibus latam esse confirmandam, quia de eius iustitia constat, apparet
enim de manifesta † euictione; non solùm per senten- 1
tiam, *l.qui rem, l.qui non iniuria, l.si status, & l.empti actio, C.de euict. l.vtique, ff.de rei vendic.* Glos.*in l.at qui natura, §.cum me absente.in ver.Commiteat.ff. de neg.gest.* sed et-
iam † per realem rei euictionem, & executionem fa- 2
ctam propter solutionem pecuniarum, Glo.*in l.si sensum in princ. in ver.Absit,* & ibi Doct. *ff. de act.empt.l.haberi licere,* vbi Ang. *in princ.not ff.de euict.* Imol.*in l.si fund. per fideicommissum in fin.princ.ff.de leg.1.* Alex.*cons.4. nu. 1.lib.5.* Ias.*in l.quoties,num.48. C.de rei vend.* apparet etiam de intimatione litis *l.1.C. de per. & com.rei vend.l.si controuersia,C.de euict.l.1.C.vbi in rem act.* Cot.*cons.231. nu.10 lib.2.* Quòd autem aduersarii tenerentur de euictione bonorum venditorum patet ex promissione, de
qua in instrumento venditionis, † qua etiam circumscri- 3
pta tenerentur ex natura venditionis, *l.cum dubitatur,* & ibi notat Bal. *C.de euict. l.pacta conuenta, ff. de contr.empt.* Bart.*in l.ex empto.in princ.nu.3.ff.de act.empt.* latè Tiraq

*de rei*

4 *de ret.sign.§.29. Gloss. vlt. num.* 4. Nec dicatur † donatarium, & singularem successorem non potuisse agere de euictione. Bart.*in l.si pro te. §.si pro euictione,num.*1. & ibi
5 Angel. *nu.*7. *de euict.* quia hoc non procedit stante † iurium cessione Capitulo facta prægnantissimis verbis, *l.si res quam ibi nisi cess. ff. de euict.* iunct. ibi not. per Doct. Bart.*in l.Iulianus,§.qui fundum,num.*6. Paul. de Castr. *in fin.* Alex.*sub num.*9. Ias.*num.*14.*& seq.ff.de verbor. obligat.* Dec.*cons.*74. *sub num.* 1.*vers. Isti tamen circuitus.* Capic.
a *decis.*197.*num.*9.& quia adest [a] clausula(*ponens,&c.*)Ang. *in d.l.si res,num.*1.& fuit dictum in vna Mediolanen.Bonorum 24.Ianuarij 1596.coram Illustrissimo Cardinali Arigono.

*ADDITIO.*

a Mediolanen.euictionis, 4.Febr.1600.coram Cardinali Mellino; item successor singularis potest agere de euictione,quando eius auctor stipulatus fuit pro se,hæredibus,& successoribus. Rot.*decis.*589.*num.*5.*part.*1.*in recent.* & admisit Rota in Melitens. nauis 11. Ianuarij 1613. coram Cardinali Sacrato.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi de Celsis.

*Lunæ 7. Mensis Maij* 1601.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur, ex quibus probatur fidei-commissum esse vniuersale; item à fideicommisso vniuersali non censetur recessum per particulare.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommissum censetur vniuersale, vbi substitutio fuit facta inter institutos vniuersaliter.*
2 *Nepotes positi in conditione censentur ex statuto vocati.*
3 *Fideicommissum stabilium censetur particulare, cùm non contineat iura, & actiones.*
4 *A fideicommisso vniuersali non censetur recessum per fideicommissum particulare, cùm non sit inconueniens, quòd vna, & eadem res fideicommisso particulari, & vniuersali sit subiecta.*
5 *Media congruere debent præcedentibus & sequentibus.*

DECISIO XXVI.

FVIT vnanimiter per Dominos resolutum Fideicommissum esse vniuersale, non solùm respectu fi-
1 liorum testatoris, † qui sicut fuerunt vniuersaliter instituti, ita & vniuersaliter cēsentur inuicem substituti,*l.coharedi, §. qua discretis, ff. de vulg. & pupill. l. Lucius, §. pater, & §.Meuia, ff. ad Trebell. l. 1. C. de impub. & al. substit. §. etsi ex disparibus. Instit. de vulg. subst.* Paris. *cons.* 43. *num.*
2 53. *&* 93. *lib.*3. sed etiam † respectu nepotum ipsius testatoris, cùm fuerint in conditione positi, & propterea
3 vocati secundùm dispositionem statuti: † Non obstat, quòd fideicommissum stabilium, de quo in *cap.*23. *testament.* videatur particulare, cùm non contineat iura & actiones. Socin. Iun. *cons.*49.*num.*16.*& seq.lib.*3.quia ex hoc non infertur, quòd fuerit recessum à fideicommisso
4 vniuersali præcedenti, & † quòd sub eo non comprehendantur bona stabilia. Curt. Iun.*cons.*13.*sub num.*8.non
a enim [a] est inconueniens, quòd ponantur sub duplici fideicommisso. Gab.*cons.*133.*num.*19.*in fin. & num. seq. lib.*1. quod clarius ostenditur ex *c.*26. vbi in defectum lineæ masculinæ testator vocat ad successionem vniuersalem primogenitum Iustinianæ suæ filiæ; vnde in necessarium antecedens vocauit etiam substitutos primò vocatos ad vniuersalem successionem, quæ aliter in dictum primogenitum transire non potuisset, vt in simili arguit Dec.*cons.*481.*n.*4. Soc. Iun. *cons.*1.*n.*13.*lib.*3.vt ergo media congruant præcedentibus † & sequentibus ad Glos. 5
*in l.ille,à quo § 1.in vers. Verba.ff. ad Trebell.* dicendum est intentionē testatoris fuisse, vt fideicōmissum semper esset vniuersale, & magis voluerit vinculū vinculo addere, ac augere potiùs, quàm imminuere suam dispositionem. Et sic conclusum.

*ADDITIO.*

a Hoc idem fuit firmatū infrà coram eodem Sanctissimo in Rom.fideic.de Iacubatiis 2.Decemb.1609.de qua infrà.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Gerunden. Canonicatus.

*Lunæ* 14. *Mensis Maij* 1601.

ARGVMENTVM.

Subrogatio debet dari collitiganti in beneficio, nisi lis fuerit calumniosa, & ad hunc effectum lis probatur ex sola citatione ad dicendum contra commissionem, & plura deducuntur ad excludendam calumniam.

*SVMMARIVM.*

1 *Subrogatio est danda collitiganti superstiti, ne detur nouus collitigans.*
2 *Lis probatur ex citatione ad dicendum contra commissionem executam.*
3 *Comparitio citati supplet, & sanat omnem defectum citationis, & num.*9.
4 *Scientia citationis deprehenditur ex constitutione procuratoris constituti ad causam.*
5 *Lis calumniosa non suffragatur ad effectum subrogationis.*
6 *De calumnia non potest constare in principio litis nullis factis probationibus.*
7 *Calumniosus litigator non potest dici, quandiu potest iustificari eius ius.*
8 *Pro calumnia excludenda sufficit quælibet causa colorata, & quælibet causa probabilis.*
10 *Regula, quòd comparitio citati sanat defectum citationis, procedit, etiamsi comparitio esset facta ad effectum excipiendum de nullitate citationis.*
11 *Item etiamsi non principalis mémet, sed procurator compareret.*
12 *Item sufficit sola constitutio procuratoris ad effectum, vt purgetur defectus citationis; dummodò constitutio sit post executam citationem, non autem ante. Declara vt num.*13.
14 *An sufficiat comparitio procuratoris generalis, an verò sit necessarium mandatum speciale in causa, super qua emanauit citatio, fuit in Rota variatum.*
15 *Comparitio citati, vt purget defectum citationis est necesse, quòd verba sint certa, & præcisa respectu illius causæ, secus autem si sint vaga, & generalia.*

DECISIO XXVII.

DOMINI resoluerunt dandam esse Iosepho subrogationem ex † regula, ne detur nouus collitigans, 1
*c.*1.*vt lit.pend. in*6.vt fuit dictum in Collen. Parochialis 15.Decemb.1595. coram R.P.D. Decano; De lite enim inter Michaëlem, & Iosephum constat [a] ex cita- a
tione ad dicendum contra † commissionem executam 2
in personam Michaëlis, *Clem.*2.*vt lit.pend.* Ægid.*dec.*545. Felyn.*in cap.super literis, num.*13.*de rescript.* Cassad.*decis.*1. *num.*4.*vt lit pend.* Non obstat quòd non fuerit reproducta citatio ipso viuente, quia cùm in termino dictæ citationis comparuisset dicendo generalia contra dictam commissionem; comparitio † suppleuit, & sanauit omnē 3

 defe

defectum. Bal. *in l. 1. in 3. notab. ff. de feriis*. Alex. *cons.* 123. *nu. 3. in fine lib.* 2. Felyn. *in cap. illud, nu. 8. de præscript.* Dec. *cons.* 183. *sub nu. 3. vers. Et quia iste citatus.* Ægid. *decis.* 364.
b Caputaq. *decis.* 112. *par.* 1. vltra quòd [b] scientia etiam di-
4 ctæ citationis deprehenditur † ex constitutione procuratoris, quam fecit Michaël ad istam caussam. Rot. *decis.* 11. *de dol. & contum. in nouis.* Felyn. *in cap. cùm contingat, post nu. 8. de rescript.* Cæs. de Graff. *decis.* 84. *num.* 6. Non
5 obstat, quòd obiicitur de calumniosa lite, † quæ non suffragatur ad istum effectum, Bisign. *decis. 2. de rer. permut.* Cassad. *decis. 7. de dolo, & contum.* quia non potuit consta-
6 re de calumnia † in principio litis nullis factis proba-
7 tionibus. Achil. *decis. 7. sub num. 6. vt lite pend.* † nec potest dici improbus litigans, quamdiu potest iustificari. Ægid. *decis.* 103. Cassad. *decis. 3. de restit. spoliat.* & fuit dictum in illa Collen. Parochialis: quòd autem in isto casu non esset lis notoriè iniusta, & calumniosa, imò iustam causam litis dixerunt Domini apparere ex probabili dubio, ad
8 quem turnus pertineret, † ad istum autem effectum sufficit causam litigandi esse coloratam. Rebuff. *super reg. de subrog. litig. Glos. 7. nu.* 3. & quælibet probabilis causa litigandi sufficit ad euitandam calumniam, vt fuit dictum in vna Conchen. Archipresbyteratus die 19. Ianuarij 1598. coram R. P. D. Litta.

*ADDITIO.*

a Seraph. *decis.* 1165. *num.* 1. fuit dictum in Aprutina beneficij 21. Martij 1611. coram R.P.D. Marcomontio.
9 Et quòd per comparitionem † citati purgetur omnis de-
b fectus citationis. Lancellott. *de attentat. in præfat. part. 2. cap. 4. num. 128. & seq.* Seraph. *decis.* 1441. *num.* 4. Rot. *decis.* 81. *num. 4. & decis. 95. num. 1. & decis. 99. num. 2. & decis. 736. num. 1. part. 2. in recent.* & in Tarraconen. Parochialis
10 26. Martij 1604. coram R. P. D. Litta, quod † procedit etiamsi citatus compareret ad effectum excipiendum de nullitate dictæ citationis. Lancellott. *dict. cap. 4. nu.* 230. Seraph. *decis.* 1441. *num.* 4. fuit dictum in Mutinen. bonorum 5. Maij 1607. coram R.P.D. Manzanedo.
11 Et sufficit comparitio procuratoris. Bellam. *decis.* 139. Se-
12 raph. *decis.* 144. *nu.* 4. † Imò sufficit sola Constitutio procuratoris, quia ex hac Constitutione præsumitur citationem deuenisse ad notitiam citati, Sarnen. *Compen. Signatura num.* 68. & fuit dictum in Cæsaraugustana Parochialis. 22. Febr. 1610. coram R. P. D. Pamphilio, quod procedit etiam si longè post citationem fuisset constitutus procurator, vt fuit dictum in Tarraconen. Parochialis 20. Martij 1606. coram Litta, dummodò tamen sit constitutus post factam citationem, ex constitutione enim procuratoris ante citationem non purgatur defectus citationis. Lancellott. *dict. cap. 4. num.* 136. Rot. in Auximana Vnionis 16. Aprilis 1619. coram
13 R. P. D. Caualerio. † Aduertendum tamen est, quòd, etiam ex comparitione procuratoris constituti ante citationem purgatur defectus citationis, si cùm esset generaliter constitutus, comparuit post factam citationem, & deduxit generalitatem ad speciem respectu caussæ, in qua fuit citatus, vt fuit dictum in dicta Auximana Vnionis coram R. P. D. Caualerio.
An verò sufficiat comparitio procuratoris generalis, an po-
14 tius requiratur mandatum speciale fuit † aliàs in Rota variatum; nam requiri speciale ad illam caussam tenet Rot. penes Seraph. *decis.* 1366. *sub num.* 2. fuit dictum in Lauden. deuolutionis. 23. Martij 1594. coram Corduba, & tradit etiam Lancellot. *de attent. part. 2. capit. 4. in præfat. num.* 135. è contra verò sufficere etiam generale mandatum tenet Seraph. *decis. 54. num.* 5. & benè Rota *decis. 736. sub num.* 1. & tenuit etiam Rota in d. Auximana coram R. P. D. Caualerio, & hanc opinionem credo veriorem; nam eò ipso, quòd procurator generalis comparuit post citationem præsumitur habuisse notitiam citationis.
Vlterius est aduertendum, quòd tunc demum per compari-
15 tionem citati sanatur defectus † citationis, quando constat verba comparitionis esse certa, & præcisa respectu illius caussæ; secus autem si sint vaga, & generalia, ita declarauit Rota penes Caputaque *decis.* 162. *Incip. licet per comparitionem, lib. 1. in manuscript.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana Vineæ.

*Veneris 18. Mensis Maii 1601.*

ARGVMENTVM.

Pecunia, *verbum*, quomodo accipiatur in subhastatione, & promissio de accollando non est accollatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Pecunia*, verbum, *in subhastatione non intelligitur strictè pro pecunia, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione.*
2 *Promissio de accollando non est accollatio.*
3 *Depositum factum post multos dies post subhastationem non suffragatur.*
4 *Promissio de vendendo non est venditio.*
5 *Promissio de donando non est donatio.*
6 *Promissio de locando non est locatio.*
7 *Promissio de cedendo non est cessio.*
8 *Promissio de legitimando non est legitimatio.*
9 *Promissio de renouando inuestituram non est renouatio.*

DECISIO XXVIII.

QVoniam in decisione in hac causa facta 2. Mensis præteriti Domini reseruarunt videre, an deliberatio, & venditio Vineæ posset in casu isto dici facta præsente pecunia; ideò cùm de hoc particulariter dubitassem, Domini negatiuè responderunt, † admittendo e- 1
nim verbum *pecunia* non esse in hac deliberatione strictè recipiendum pro ea, quæ ad numerum datur, sed pro satisfactione, iuxta *l. 4. §. ait Prætor, & §. soluisse, ff. de re iudic. l. Prætor, §. si ab eo*, vbi Glos. *in verb. solut. ff. de iure Fisci*; tamen nec in casu isto potest dici interuenisse satisfactio; cùm accollatio census D. Cerrinæ, quæ pro satisfactione adducitur, nullibi legatur: † apocha enim 2
continet promissionem de accollando, quæ accollatio non est, *l. si quis stipulatus sit* * *Stichum, §. fin. ff. de verb. ob-* 2
*lig.* cum alijs per Tiraquell. *de retract. conuent. in fine, nu. 4. & seq.* & promissionem de accollando in genere, quæ propter incertitudinem ex tunc non potest dici accollatio, *l. duo sunt Titii, ff. de testam. tut.* & propterea D. Io. Baptista emptor institit pro declaratione censuum accollandorum, quia autem D. Michael Bonellus non propterea liberatus erat à molestiis sibi illatis, & poterant oriri multæ controuersiæ super huiusmodi accollatione, de quibus per informantes, & res in longius protrahebetur contra *l. à Diuo Pio, §. si emptor, ff. de re iud.* visum fuit Dominis non fuisse venditionem factam præsente pecunia, & intrare nullitatem in superiori decisione in genere firmatam; † nec attendendum depo- 3
situm post multos dies factum, vt fuit dictum in Tiburtina Castri Sambuci, Lunæ 27. Ianuarii 1579. coram Sanctissimo.

*ADDITIO.*

a Sicut † nec promissio de vendendo est venditio, latè 4
Gab. *de empt. concl. 2. per tot.* Surd. *cons. 52. num. 13. & cons.*
369. *num.* 1. nec † promissio de donando est donatio. Rol. 5
*cons. 69. num. 17. & 8 lib.* 3. Thes. *decis.* 333. *num.* 5. nec
† promissio de locando est locatio. Ias. *in l. quoties. limit.* 6
14. *C. de rei vendic.* Tiraque. *de retr. conuent. tit. 16. num.* 15.
nec † promissio de cedendo, est cessio, Rom. *cons.* 86. 7
*num. 7. vers. 1. quia vbi apostilla dat concordantes,* † nec 8
promissio de legitimando filium est legitimatio. Boer.
*decis. 48. sub num.* 10 † nec promissio de renouando in-
uestituram est renouatio. *l. nec cur.* vbi Bald. *C. locat.* Ruin. 9
Senior *cons. 16. nu.* 6. & Rota *infra in dec. 348. num.* 3.

*Oliuerius Beltraminus.*

Gerun-

## Gerunden. Vini.

*Veneris* 18. *mensis Maij* 1601.

### ARGVMENTVM.

Rei suæ Dominus potest de ea ad suum libitum disponere, & Beneficij collatio non mutat vetum statum beneficij, cùm præsumatur facta sine tertij præiudicio.

### SVMMARIVM.

1 *Capitulum, quod est Dominus fructuum, potest augere numerum Præpositurarum, etiam plenis præposituris.*

2 *Collatio non tollit antiquum dominium, quia sola administratio censetur facta collatiua.*

### DECISIO XXIX.

DOmini, vna parte tantùm informante, resoluerunt
1 sine difficultate potuisse † capitulum facere augmentum, etiam plenis præposituris; Cùm enim fuerit sæpiùs resolutum, & in hac causa coram R. P. D. meo Penia 5. Maij 1599. & 24. Nouembris 1600. & in Vicent. Augmenti coram Illustrissimo Blanchetto 16. Octobris, & 14. Decembris 1587. & pariter in Illerdunen. Augmenti coram R. P. D. meo Decano 30. Octobris 1585. Dominium fructuum spectare ad capitulum, & propterea vti Dominum posse de ipsis disponere, ad *l. in re mandata. C. mandati*, glos. *in c. 2. §. 1. in ver. Statutum. de verb. sign. lib. 6.* Felin. *in c. cùm omnes. n. 9. & 10. de constit.* Præpositos autem esse meros administratores, hoc vendicat sibi locum, non minus plenis, quàm
2 vacantibus præposituris, quia collatio † non tollit antiquum dominium, Corn. *cons. 225. n. 2. vers. non enim aufertur, lib. 1.* cùm semper intelligatur sine præiudicio iuris alterius, glos. *in c. cùm olim. in ver. præiudicium, de consuet.* Dec. *cons. 407. nu. 20.* & sola administrario facta fuit collatiua, vt dictum fuit in allegatis decisionibus, & propterea fuit dictum resolutiones in causa hac factas habere locum etiam plenis præposituris.

---

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ* 21. *mensis May* 1601.

### ARGVMENTVM.

Mutato modo, & qualitate administrationis non potest quis conueniri ex prima obligatione, nec iuxta formam illius.

### SVMMARIVM.

1 *Obligatio prima cessat mutato modo, & qualitate administrationis.*

2 *Dispositio noua censetur quoties aliquid additur, vel detrahitur antiquæ.*

3 *Conuentio semper debet intelligi rebus in eodem statu permanentibus.*

4 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem.*

5 *Obligatione Camerali quis conueniri non potest, quando fuit alterata, & mutata prima obligatio, cui erat adiecta.*

6 *Obligatio Cameralis non censetur repetita in noua obligatione.*

7 *Obligatio Cameralis non censetur repetita in tacita relocatione.*

### DECISIO XXX.

DOmini concluserunt obligationem Cameralem fuisse finitam tempore, quo per comestabilem fuit
datus Franciono cohærarius, † quia mutato modo, & 1
qualitate administrationis cessauit prima obligatio, & euasit noua administratio è noua causa prouenïens, Aret.
*cons. 57. col. 2. vers. 2. probatur*, † vbicumque enim dispo- 2
sitioni aliquid additur, vel detrahitur, noua dispositio celebratur. *l. ius ciuile ff. de iustit. & iure. l. si vnus. § pactus. vers. Quòd si non in totum ff. de pact.* Socin. *cons. 82. sub num. 9. lib. 4.* Paris. *cons. 43. sub num. 11. lib. 1.* & faciunt tradita per Socin. *cons. 62. nu. 23. lib. 4.* Non obstat quòd
terminus sit præfixus ad beneplacitũ in disdicta, † quia 3
hoc intelligi debet rebus in eodem statu permanentibus. *l. quæro. § inter locatorem ff. locat. l. quòd seruum ff. de condit. caus. dat. c. penult.* vbi Abb. *de Cleric. non resid.* Minus releuat, quòd post datum cohærarium Francionus administrauerit, & propterea teneatur de administratis rationem
nem reddere, quia hoc non negatur, † cùm quilibet ad- 4
ministrator ad eam teneatur. *l. 1. § officio.* vbi Bal. *ff. de tutel.* Aym. *cons. 218. nu. 1.* † Sed dicitur non posse conue- 5
niri obligatione Cam. postquam per alterationem fuit
mutata, & nouata prima obligatio, cui erat adiecta, † & 6
in ista noua non censetur repetita. Bal. *in l. legem, nu. 2. C. locat.* Ias. *cons. 49. num. 12. lib. 3.* Affli. *decis. 365. nu. 15.* Galles. *ad oblig. Cam. sub tit. de vi instr. oblig. Cam. nu. 58.* a

#### ADDITIO.

a Et ibi modernus Zacchias *de oblig. Cam. quæst. 30. num. 20. & 21.* qui alios cumulat, & in tacita renouatione locationis, in qua aliàs censentur repetita omnia pacta, & conditiones primi contractus, iuxta trad. *per conclus.*
*2. n. 2. & 7.* nõ censeri † repetitam obligationem Cam. 7
dixit Rota in Romana euacuationis 26. Ianuarij 1615. coram R.P. D. Vbaldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana societatis officiorum.

*Lunæ* 12. *mensis Nouembris* 1601.

### ARGVMENTVM.

Pupillus validè obligatur per tutorem, vbi obligatio versa fuit in vtilitatem pupilli, etiam absque solẽnitatibus statutariis. Item an tutor ante confectionem inuentarij dicatur tutor, & an gesta per tutorem, pendente accusatione suspecti, valeant.

### SVMMARIVM.

1 *Tutor validè obligat pupillum, vbi constat de versione pecuniæ in vtilitatem pupilli.*

2 *Versio probatur stante indigentia præcedenti iuncto subsequenti effectu, & nu. 11. vbi datur exemplum.*

3 *Quòd maximè procedit stante breuitate temporis, quod intercessit.*

4 *Tutor etiam ante confectum inuentarium potest administrare, & eius gesta tenent, licèt possit, vt suspectus, amoueri.*

5 *Quòd præsertim procedit, quando Tutor publicè, & palam administrat, & pro tutore se gerit.*

6 *Item etiam de plano procedit in negotio, quod celeritatem desiderat.*

7 *Decretum conditionale, non purificata conditione euanescit.*

8 *Decretum cum intimatione, si intimatio non reperitur facta, non afficit.*

9 *Pupillus obligatur etiamsi solemnitates non interuenerint, quando constat de versione in eius vtilitatem, cùm non debeat locupletari cum alterius iactura.*

10 *Tutori est interdicta administratio pendente accusatione suspecti, quod est verum, vbi concurrit scientia illorum,*

*illorum, cum quibus contrabit.*
12 *Versio ex quibus coniecturis probetur, vide remissiuè.*

## DECISIO XXXI.

DOmini resolnerunt potnisse Gometium obligare
pupillum in societatibus officiorum, de quibus
1 agitur † cum pecuniæ acceptæ, suetint in vtilitatem
pupilli erogatæ, *l. tutor.in principio.ff.de pignor. act.l.si in*
*rem.Cod. quando ex facto tut. gloss.in l. siue, qui.in princi-*
*pio.in vers. obligari*, & ibi Bart. *ff. de pignor. act.* accepit
enim Gometius huiusmodi pecunias pro secatione in-
stantis messis, & secundùm calculum periti de consen-
su partium per iudicem deputati, iuncta fide nobilium
Romanorum nõ extabant in manibus tutoris tot pecu-
2 niæ, quæ sufficerẽt pro recollectione; quo fit, † vt stante
indigentia pecuniæ, & recollectione subsecuta satis pro-
betur pecunias versas in vtilitatẽ pupilli, Bal.*cons.253.n.*
2.*lib.*3.Fed.de Sen.*cons.*119.*n.*4.Rom.*in l.cautas.sub n.*8.
a vbi etiã Alex.*sub n.*11.*&* 12.*ff.de priuil. credit.*[a] † præser-
3 tim propter breuitatẽ temporis, quæ intercessit, *d.l.si vẽ-*
*tri.§.fin.*vbi Bar.*in princip.* Ripa *nu.*10. Ang.*in l.fin.vers.*
*Hoc autẽ limit.C.de pig.* Non obstat quòd obiicitur Go-
metium non fecisse inuẽtarium, & alia solemnia, quia ni-
4 hilominus † tutor erat, & gesta per ipsum tenebant, licèt
potuisset vt suspectus remoueri. Bart.*in l.tutor, qui reper-*
*torium.sub nu.*7.*vers.Contrariũ puto.ff.de administ.tut.* Sa-
lic.*in l.tutores sub nu.*7.*vers.Aut interim administrat.C.eo.*
*tit.* Abb. *in c.ex parte nu.*6. vbi etiam Dec.*nu.*22.*de ap-*
*pell.*Cum.*cons.*15.*circa mediũ vers.& hoc voluit Bart.* Alex.
*cons.*86.*nu.*8.*lib.*2.Ruin.*cons.*89.*nu.*6.*lib.*5. Abb.*cons.*21.
b *nu.*2.Put. *decis.*287.*lib.*1.[b] † Quod eo magis procedit,
5 cùm Gometius palam, & publicè administraret, & pro
tutore se gereret. Socin.*cons.* 153.*nu.*3.*lib.*2.Chissan.*de-*
*cis.*192.Caput.*decis.*223.*p.*3.Accoramb. *decis.* 18.*lib.*2. &
fuit dictum in vna Romana lucri docis coram Cantue-
cio die 13.Decemb.1588. & in vna Foroliuień. Iurispa-
tronatus 25.Octob.1599.corã R.P.D.meo Lancellotto,
præsertim in negotio, quod nõ solùm cõcernebat com-
6 modum pupilli, sed & † celeritatẽ desiderabat, ne messis
iam matura periret, Bar.*in l.legitimos.in fine.ff.de legit.tut.*
Bald.*in l.finali in principio.C.de tut. & curat. qui satis non*
*ded.* Salic.*in l.tutores.in fin.C. de admin.tut.* Dec.*in d.c.ex*
*part.n.*21.Ruin.*cons.*108.*nu.*13.*lib.*1.Thom.de Tan.*de-*
*cis.*28.Non obstat, quòd Gometio fuerit datus adiũctus,
quia fuit datus sub conditione; quòd præstaret cautionẽ,
7 † qua non præstita decretum euanuit, *l. hac venditio.in*
*princ.ff.si certum petatur, l.necessario.§.quod si pendente.ff.de*
8 *per.& comm.rei vend.* † & cùm decretum fuisset factum
cum intimatione, quæ non reperitur facta, non afficie-
bat ipsum Gometium. Put.*decis.*174.*lib.*1. Io.Paul. *decis.*
121.cùm nec etiam appareat ad eius notitiam deuenisse.
9 Caput.*decis.*322.*nu.*4.*p.*2.† Non obstat, quod non inter-
uenerit decretũ iudicis, & aliæ solemnitates statutariæ,
quia placebãt Dominis responsiones datæ per informã-
tes, præsertim stante versione in vtilitatem pupilli. *l.vete-*
*re,& l.prædium.§.emptor.C.de præd.min. l.si pupillorum.§.*
*si obligauerit. ff. de rebus eorum.* ne aliàs pupillus cum
aliorum iactura, & damno locupletaretur. *l. nam hoc*
*natura.ff. de cond. indebit. c.locupletari.de reg.Iur.in 6.* ex
10 quibus etiam tollebatur, † quòd pendente accusatione
suspecti, fuisset ipso iure interdicta administratio Go-
metio, vltra quòd istud esset verum, si interuenisset
scientia illorum, qui dederunt pecuniam, *l.quod si furti.*
*§.1.vers.idem dico,& si sciens.ff.de solut.* Cætera benè tol-
luntur per informantes.

### ADDITIO.

a Odd.*de rest.in integr.p.*2.*q.*51.*art.*5.*num.*57.latè Surd.*decis.*
11 55.*n.*7.& † est optima decisio in Romana pretij grani
28.Iunij 1614. coram R.P.D.Vbaldo, vbi fuit dictum,
quòd si monachi prius indigebant victu, & vestitu, &
postea constat vixisse, & fuisse vestitos, præsumi debe-
re versionem pecuniarum in eorum vtilitatẽ, † & plu- 12
res coniecturas ad probandam versionẽ deducit Me-
noch. *lib.* 3. *præsum.* 55.*nu.*5.*& seq.* & idem Menoch. *de*
*arbitr.cas.*432. *per totum.*
b Rot.*decis.*89.*nu.*8.*p.*2.*diu.* Seraph.*decis.* 1004. *nu.*5.fuit di-
ctum in Romana de Columna 20.Decemb.1610.coram
R.P.D.Pirouano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Gerundeñ. Canonicatus.

*Luna* 12.*Nouemb.*1601.

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### SVMMARIVM.

1 *Subrogatus gratiosè non tenetur iustificare totam gratiam, sed sufficit iustificare Clericatum, & obitum defuncti in possessione, & litem, seu reseruationem.*

## DECISIO XXXII.

FVit conclusum dandum esse mandatum de immit-
rendo Iosepho Texedor gratiosè subrogato ad pos-
sessionem Michaëlis Galli collitigãtis defuncti lite pen-
dente, quia fuit probatus Clericatus, & obitus Michaëlis
in possessione, quod sufficit absque alia iustificatione.
Put.*decis.*495.*lib.*1.Paleot. *decis.* 119.Mohed. *decis.* 324.
& fuit dictum in causa Miranden. Parochialis coram R.
P.D. Penia 17.Maij 1600. & in pluribus aliis.

---

## Cæsenaten. Domus.

*Luna* 19.*Nouembris* 1601.

### ARGVMENTVM.

Fœminæ in territorio Cæsenatens. succedunt in bonis emphyteoticis, vigore breuis Innocentij VIII. etiam quãdo inuestitura est concepta pro masculis.

### SVMMARIVM.

1 *Fœminæ, non extantibus masculis, succedunt in bonis emphyteoticis in Ciuitate, & Territorio Cæsenæ ex Breui Innocentij VIII. & maximè quando non adest aliqua dictio taxatiua, scilicet, pro masculis tantùm, & sub num.*5.
2 *Amplia procedere, etiamsi inuestitura sit pro masculis, quia intelligitur*, donec masculi extent; *illis autem deficientibus succedunt fœminæ.*
3 *Relatio est facienda ad proxima, non autem ad remota.*
4 *Contrahentes censentur se conformare cum dispositione Breuis.*
6 *Fœminæ in territorio Cæsenaten. non sunt exclusæ à successione emphyteusis, etiam si inuestitura sit pro masculis tantùm; quia intelligitur donec extant masculi, & in concursu illorum.*

## DECISIO XXXIII.

REsolutum fuit D.Iuliam esse comprehensam in in-
uestitura, licèt fimus in emphyteusi recepta ab Ec-
clesia, quia, quicquid sit de iure communi, extat clara
dispositio breuis Innocentij VIII. † in quo cauetur in 1
contractibus emphyteoticis in Ciuitate, & Territo-
rio Cæsenæ faciendis, fœminas, non extantibus mascu-
lis, admitti posse, & debere, & in eis comprehendi, &
cõprehensas intelligi.[a] Quod sine difficultate procede- a
re visum est Dominis, cùm dicatur in inuestitura † pro 2
filiis, & nepotibus masculis sine aliqua dictione taxa-
tiua,

tiua, vt fuit in terminis istius Breuis dictum in vna Cæsaneten. bonorum coram R.P.D. meo Pamphilio. 1. Decembr. 1586. Non obstat illa dictio (*tantum*) quia non est apposita ad restringendam concessionem ad sexum masculinitatis; sed ad qualitatem illam de recta linea
3 masculina, † vt referatur ad proxima, & immediata, ad not. *in l. 1. ff. de leg. præst. & in l. hæredes palam.* §. *sed si notam. ff. de test.*
4 † & vt dispositio reddatur consonans Breui, cuius dispositioni credendum est, quòd voluerint contrahentes se conformare. *L. continuus* §. *cum ita. ff. de verbor. oblig. glos. in l. vnica.* §. *accedit. C. de rei vx act.* & fuit dictum in illa Cæsenaten.

*ANNOTATIO.*

a Et de hoc Breui Innocentij VIII. ad fauorem fœminarum in Ciuitate, & territorio Cæsenat. loquitur Mât. *de tac. lib. 22. tit. 17. n. 24.* & quòd in Ciuitate Cæsenaten. fœminæ succedant fuit dictum in Cæsenaten. bonorum, 26. Nou. 1607. coram R.P.D. Ottembergo. & in alia Cæsenaten. Domus 5. Maij 1599. coram Card. Lancellotto.
5 Imò † etiam stante dictione taxatiua (*tantum*) fœminæ non sunt exclusæ; quia intelligitur solùm, donec extât masculi, & in concursu illorum,
6 † illis verò deficientibus fœminæ succedunt, ita dictum fuit in Cæsenaten. bonorũ 7. Maij 1610. coram R.P.D. Ottembergo. Caputaq. *decis. 123. lib. 2. in manuscr.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vicana Iurispatronatus.

*Mercury* 28. *Nouembr.* 1601.

ARGVMENTVM.

Præsentatio facta de absente, & non exhibita Ordinario est nulla; Commissio non extenditur ad personam non expressam, nec trahitur ad causas postea exortas.

*SVMMARIVM.*

1 *Præsentatio facta de absente, & non exhibita Ordinario est nulla, & sub num. 4.*
2 *Commissio non extenditur ad personam non expressam.*
3 *Nec trahitur ad causas postea exortas.*
5 *Præsentatio de absente tenet, si Ordinario sit nota persona circa literaturam declara, vt num. 7.*
6 *Hoc non procedit, quando examen esset de forma, puta in Parochiali.*
8 *Præsentatio de absente tenet, si infra quadrimestre se exhibeat coram Ordinario.*

DECISIO XXXIV.

PRæsentationem Scipionis esse inualidam dixerunt Domini, † quia facta fuit de ipso absente, a & non exhibita Ordinario, Ioan. Andr. *in c. fin. super verbo præ-*
1 *sentatio. de iurepatro.* Lap. *alleg. 75. sub nu. 6.* Rot. *decis. 2. de*
a *iurepatr. in nouis.* Card. *in Clem. vnic. in verb. Præsentatus. in 1. opp. de excess. Prælat.* Mil. *in verb. Patronus debet infra tempus.* Lambert. *de Iurep. art. 1. 4. quæst. princ. 2. pag. lib. 2. nu. 1. & seq.* & fuit latè deductum in vna Regien. Prioratus 16. Iunij 1586. coram R.P.D. meo Pamphilio. Nec obstat, quòd intra quatuor menses comparuerit coram Canonico Quaranta, cui erat delegata causa super Iurepatronatus. Quia cùm fuisset commissa controuersia, quæ agitabatur inter primos præsentatos, non erat propterea illi concessa facultas cognoscendi, & instituendi Scipionem, qui non solùm in rescripto Ordinarij non erat comprehensus, sed nec de eo tempore habebat præsentationem. Clarũ est enim, quòd † rescripta
2 delegatoria non extenduntur ad personam non expressam, *l. 1. in fin. ff. de const. Princ. c. significantis. de rescript. cap. cum P. & G. de off. deleg.* Bart. *in l. 1.* §. *fin. sub nu. 4. ff. quor. appell. non recipiant.* Abb. *in c. 1. nu. 2. de alien. iud. mut. caus.*
*fact.* nec † trahũtur ad causas postea exortas, *c. significauit, & c. fin. vbi glos. in ver. ad futuras. de rescript.* Rot. *decis. 18. de rescript. 32. sub nu. 2. vers. nam licet prohibitum. de procur. in nouis.* 3

*ADDITIO.*

a Præsentatio † facta de absente est nulla. Card. Tusc qui alios refert *in verbo præsentatio concl. 592. nu. 7. & 8.* latè Garz. *de benef. p. 4. c. 1. nu. 1. & seq.* Rota in Regien. Prioratus. 26. Iunij 1587. coram Card. Pamph. & in Iporigien. Plebaniæ 28. Iunij 1610. corã R.P.D. Ottembergo. 4
Si tamen † persona præsentata sit nota Ordinario adeò, quòd certũ sit, quòd examine non indigeat, tenet præsentatio facta de eo absente, vt fuit dictũ in d. Regien. Prioratus coram Cardinali Pamphilio, & in Salamantina Cappellaniæ 17. Iunij 1605. coram Ottembergo. bene Lambert. *de iurepatro. par. 2. lib. 1. q. 11. art. 3. per* 5
b *tot.* Verùm neque † sufficeret, quòd præsentatus esset notus Ordinario, vbi examen esset omnino necessarium, puta quando ageretur de Ecclesia Parochiali & adesset concursus plurium præsentatorum, vt fuit dictum in d. Regiens. coram Pamphilio, & in Antiens. Parochialis 22. Aprilis 1611. Garz. *de benef. p. 4. cap. 1. nu. 22.* Imò † hodie cùm ex dispensatione Conc. Trid. *Sess. 7. c. 13.* non possit præsentatus institui, etiam in simplicibus, nisi præuio examine, ideò videtur, quòd præsentatio de absente facta sit nulla, quãuis præsentatus sit notus Ordinario, ita fuit dictũ in Calaguritana Beneficij de Legarda 22. Iunij 1587. corã Orano, & considerat Garz. *de benef. p. 4. c. 1. num. 24.* † Bene verum est, quòd sufficit, quòd præsentatus absens infra quadrimestre se exhibeat corã Ordinario ad effectum subeundi. Garz. *de benef. p. 4. c. 1. nu. 25.* 6 7 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Taruisina Parochialis.

*Luna* 3. *men. Decembr.* 1601.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Valor Beneficij iustificatur ex semiplena probatione.*
2 *Et ex publica voce, & fama.*
3 *Clericatus, & legitimitas iustificatur ex communi reputatione.*

DECISIO XXXV.

GRatia Io. Baptistæ visa fuit Dominis satis iustificata, tàm quoad valorem; † cùm in hoc sufficiat se- 1
miplena probatio, Cæs. de Gras. *decis. 43. n. 5. & 91. n. 1.* † 2
& publica vox, & fama. Put. *dec. 29. lib. 1.* Caput. *dec. 277. nu. 7. p. 1.* & fuit dictum in vna Rauennaten. Cappellaniæ 1. Iulij 1594. coram P.D. meo Penia, quam † quo- 3
ad Clericatum, & procreationem ex legitimo matrimonio, in quibus sufficit communis reputatio. Rot. *decis. 14. de probat. in antiquis.* Ægid. *decis. 114.* & quoad omnia alia narrata, præterquam quoad vacationem in mense Nouembris, de quo Domini reseruarunt particulariter videre.

---

## Vrgelleñ. Iurisoprandi.

*Luna* 10. *men. Decembr.* 1601.

ARGVMENTVM.

Clausula, *parito Breui*, tollit iurisdictionem iudici non secuta prius paritione, & obstat cuicumque tertio, & non importat, nisi restitutionem possessionis, & fructuum, non autem expensarum.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula* ( parito ) *tribuit Iurisdictionem conditionalem, ita vt nec index procedere, nec pars audiri possit, nisi prius facta paritione.*

2 *Amplia, vt dicta clausula obstet cuicumque tertio venienti ad causam, etiam quòd ad ipsum non spectet paritio.*

3 *Clausula* ( sine retardatione ) *impedit tertium agere, quando non est facta solutio.*

4 *Clausula* ( parito ) *non includit expensas.*

DECISIO XXXVI.

CApitulum Vrgelleñ. non esse audiendum; dixe-
1 runt Domini vnanimiter; quia † illi obstabat
clausula *parito Breui*, quæ tribuit Iurisdictionem con-
ditionalem, ita vt nec iudex procedere, nec pars audiri
possit; nisi prius verificato, quòd fuerit paritum Bre-
ui, Put. *decis.* 16. *vt lite pendente*, & fuit dictum in vna
Hispaleñ. Beneficij 24. Febr. 1584. coram R. P. D. meo
Decano, & in Regien. Beneficij 13. Ianuarij 1597. co-
a ram R. P. D. meo Litta; [a] Vnde cùm Breue contineat
non solùm traditionem possessionis, sed etiam fructuum
restitutionem, per solam traditionem possessionis, non
dicitur fuisse sufficienter paritum. Non obstat, quòd
non pertineat ad Capitulum restituere fructus, quos
non percepit, & quo ad se videatur paritum per tradi-
2 tionem possessionis, quia fuit † dictum clausulam ob-
stare cuicumque ad causam venienti, etiam quòd ad ip-
sum non spectet paritio, quia eadem commissio est
conditionalis respectu omnium, vt fuit tentum in vna
Hispaleñ. Beneficij de Cantellana 8. April. 1585. coram
R. P. D. meo Decano, & in vna Compostellana Paro-
b chialis coram bo. me. Orano 16. Decembris 1596. [b]
3 † Sicuti etiam dicitur de clausula (*sine retardatione*) quæ
impedit tertium agere, quamdiu non est soluta pensio
per titularem. Caput. *dec.* 1. *lib.* 1. *in manuscrip.* Paleott. *dec.*
4 210. † Non est tamen habenda ratio expensarum, quæ
non continentur sub clausula ( *parito Breui* ) vt fuit sæ-
pius resolutum, & signanter in Pampiloneñ. benef. co-
ram Illustriss. Card. Blanchetto 28. Iunij 1587. & in Car-
thagineñ. fructuum 28. Septem. coram bo. me. Robu-
sterio, & in Maioriceñ. Canonicatus, 19. Octobr. 1587.
c coram R. P. D. meo Decano. [c]

*ADDITIO.*

a Gonzalez *super reg.* 8. *in annot. contra nullitates, & attentata n.* 249 *&* 251. Rot. *dec.* 68. *p.* 1. *in recent. c.* 1. Rot. *dec.* 93. *p.* 4. *in recent.* plures cumulat Mart. *de clauf. p.* 1. *clausul.* 91.

b Rota *decis.* 67. *nu* 2. *p.* 1. *in recent.* Mart. *de clauf. p.* 1. *clauf.* 91. *num.* 7.

c Rot. *decis.* 319. *in fin. p.* 2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Taruisina Parochialis S. Theonisti.

*Veneris* 11. *Men. Ianuary* 1602.

ARGVMENTVM.

Obitus in mense reseruato, ad effectum reseruationis, debet plenè probari, & plura adducuntur: ex quibus probatur. Item quando impugnans se possit fundare in eo, quod impugnat.

*SVMMARIVM.*

1 *Obitus, in mense reseruato ad inducendam reseruationem, requirit plenam, & concludentem probationem.*

2 *Testis deponens, quia vicinus, probat obitum.*

3 *Testis deponens vidisse mortuum, probat obitum.*

4 *Item probat obitum, si dicat se interfuisse funeri.*

5 *Mors, in mense reseruato, maximè probatur ex enunciatione Ordinarij, cùm concernat ipsius praiudicium.*

6 *Possessor triennalis non indiget iustificatione iuris sui auctoris.*

7 *Impugnans ius alicuius non potest se in iure illius fundare.*

8 *Fallit, durante lite super impugnatione, dummodò non impugnet in vno eodémque negotio.*

9 *Possessio triennalis inducit præsumptionem alterius tituli validi, licèt appareat de vno titulo inualido.*

10 *Clausula* ( seu quouis alio modo ) *probata vacatione expressa de facto, comprehendit veram vacationem.*

DECISIO XXXVII.

FVit resolutum gratiam Ioannis Baptistæ esse iustifi-
catam quoad vacationem per obitum Syluestri Car-
rarij in mense Nouembris, † licèt enim ad inducendam 1
reseruationem requiratur plena & concludens proba-
tio obitus in mense Apostolico. Put. *decis.* 266. *lib.* 3. &
fuit dictum in vna Pampiloneñ. Benef. coram Cantuc-
cio 8. Martij 1577. in vna Placeñ. Canonicatus 1. Mar-
tij 1599. coram bo. mem. Orano; tamen hîc adest plena
probatio. Quartus enim testis deponit articulum ve-
rum, & subiungit rationem, quia habet vicina ædificia,
& quia sæpissimè conuersatur, † bona est enim Ratio in 2
teste ad probandum obitum, quia vicinus. Purpur. *in l.* 1.
*num.* 97. *ff. si cert. pet.* Corn. *conf.* 10. *sub num.* 2. *vers. Item
Domina Lucia. lib.* 1. Quintus deponit articulum verum,
& dicit, † quòd vidit mortuum, quod licèt sufficiat, vt 3
dicit Bart. *in l. si quidem. sub num.* 1. *vers. item rectè possum,
Cod. solut. matr.* tamen adhuc subiungit, quòd † inter- 4
fuit funeri, quæ est optima ratio in teste, *l. conditionum.
la* 2. *ff. de condit. & demonstr.* Corn. *d. conf.* 10. *sub num.* 2.
*vers. & probatur mors alicuius.* Marant. *in repetit. l. si potest,
num.* 157. *ff. de acquir. hered.* quorum dicta adminiculatur
depositio secundi testis de publica voce, & fama, &
enunciatio Ordinarij in edictis promulgatis pro con-
cursu, quòd Syluester erat mortuus in mense Nouem-
bris, † quæ enunciatio maximi est momenti, cùm con- 5
cernat ipsius Ordinarij præiudicium. Paleott. *decis.* 23. Et
cùm secundus, & quartus testis iuxta quartum, & sextus
iuxta tertium deponant Carrarium † possedisse Paro- 6
chialem per quatuor annos, & vltra pacificè, habitám-
que fuisse dictam Parochialem communi reputatione
pro vacanti per mortem ipsius, satis probatur vacatio per
obitum absque aliqua iustificatione iuris ipsius Carra-
rij, iuxta *allegat.* Lap. 89. Cassad. *decis.* 2. *de caus. possess. &
propr.* Mohed. *decis.* 19 *de renunciat.* Non obstat, quòd
iidem testes deponant Carrarium habuisse titulum à
monialibus, quarum ius Ioannes Baptista impugnat, † 7
& propterea non videatur posse fundare se hac possessio-
ne prædecessoris, *ad reg. ex eo. de reg. iuris in* 6. † quia vnus 8
ex Dominis respondebat, quòd durante lite super hu-
iusmodi impugnatione, non obstante prædicta regula
potest se in ea fundare, vt in terminis fuisse in Rota re-
solutum testatur Sarneñ. *in reg. de annali qu.* 16. *in fine.*
ex traditis per Abbatem *in c. Capitulum. in fine*, quem se-
quitur ibi Felin. *num.* 9. *de rescript.* Verùm hoc procedit,
quando non in vno, eodémque negotio impugnatur, vt
declarat Sarneñ. *in dicta quæstione* 16. Rota *conf* 347. *nu.*
7. qui dicit hunc esse casum illius *c. Capitulũ.* Præterea † 9
stante triennali, licèt appareret de titulo inualido, præ-
sumebatur alius titulus validus. Cassad. *decis.* 3. *de caus.
possess. & propr.* Accoramb. *decis.* 24. *p.* 2. Mil. *in ver. bene-
ficium impetrans*, † vltra quod cùm probetur vacatio ista 10
de facto, saltē intrat clausula, *vel alio quouis modo*, vt fuit
dictum in causa Placeñ. Cappellaniæ 27. Iunij 1597. co-
ram D. meo Penia, quia tamen difficultas hæc non fuit
per informantes tacta, si opus erit particulariter dubita-
bitur.

Dertu

## Dertuseñ. Parochialis de Sorito.

*Veneris 11.men.January 1602.*

ARGVMENTVM.

Notarius potest extrahere acta ab ipso scripta, vel coram ipso producta, & instrumenta, de quibus est rogatus absque citatione, vel alia solemnitate, quamuis non sint ab ipso scripta, sed tantùm subscripta.

*SVMMARIVM.*

1 *Notarius potest sine citatione, & aliis solemnitatibus extrahere suum processum.*
2 *Ampliatur etiam respectu illorum iurium, quæ non fuerunt ab ipso rogata; sed coram eo, vti actuario, fuerunt producta.*
3 *Subscriptio notarij id operatur, vt scriptura dicatur ab ipso facta.*
4 *Notariatus probatur ex legalitate Ordinarij.*
5 *Recognitio facta per habentem notam manum sufficit in scripturis publicis.*

DECISIO XXXVIII.

FVit resolutum processum, & iura per Gabrielem ex-
1 hibita esse in forma probanti, † processus enim potuit per Philippum Notarium actuarium sine citatione, & alia solemnitate extrahi, *l. vnum*, & ibi not. *C. de testam.* tradunt communiter scribentes *in auth. si quis in aliquo C. de edendo.* Rot. *decis. 1. de fid. instrumen. in nouis, & decis. 4. eodem tit. in antiq.* Caputaq. *decis. 170. p. 1.* & fuit dictum in vna Calaguritana Beneficii de Narbosa 13. Ianuarii 1595. coram R.P. D. meo Corduba, & in Burgeñ. Beneficij coram R. P. D. meo Sacrato 7. Februarii 1600. Non obstat, quòd reperiantur in hoc processu, iura non rogata ab ipso Philippo, sed à quodam Iacobo
2 Crispes, † quia cùm fuerint producta coram Philippo, fuerunt de ipsius actis effecta. Marant. qui alios allegat *de ord. iud. p. 6. § decimus actus. sub num. 3. vers. quandoque producens instrumenta*, & propterea vti propria potuerunt ab ipso sine aliqua solemnitate extrahi: Minus releuat, aliqua iura esse non manu ipsius notarii, sed alie-
3 na scripta, † quia sufficit, quòd fuerint ab ipso subscripta. Innoc. *in c. quoniam contra. col. 1. vers. quod scribant pro eo. de probat.* Anchar *cons. 242. sub nu. 3. vers. Item aduertendum.* Alex. *cons. 14. num. 13. lib. 6.* Dec. *cons. 447 nu. 10* & fuit dictum in Arimineñ. Castrorum coram R.P. D. meo Lancellotto. 13. Martii 1600. iura, & instrumenta producta dixerunt Domini esse in forma probanti, habent enim omnia requisita. de quibus per Glos. *in l. generali. in ver. seruiunte de tabulis, l. 10.* & sunt extracta à Notarijs de ipsis rogatis, qui pariter potuerunt ex suis notis exemplum sumere absque alia solemnitate. Bald. *in l. publicati, nu. 2.* vbi etiam Iason *nu. 4. C. de testam.* Abb. *in cap. Albertus n. 5. de testam.* & fuit dictum in vna Dertusen. iuris conferendi coram R. P. D. meo Pamphilio, 24. Ianuarii 1596. Nec placuit Dominis, quod opponebatur contra instrumentum rogatum per Guardiolum,
4 quòd non constet ipsum esse Notarium, † quia satis appatet ex legalitate Ordinarii Valentiæ, Boer. *decis. 154. nu. 4.* *Practic. Papien. in forma opposit. contra instrumentum in 1 vers. Non fuit, nec est. sub n. 2. vers. Super qua proba-*
a *tione.* Aufrer. *ad decis. Tolos. 330.* [a] & adest recognitio duorum testium, qui recognoscunt non solùm perso-
5 nam Notarii, sed etiam eius manum, † cùm dicant illam habere notam, qui modus recognoscendi sufficit in scripturis publicis Put. *decis. 1 de fide instrum.* Achil. *decis. 2.*
b *eod. tit.* [b] Non obstat, quòd Notarius non dicit cuius Re-



gni, & Ciuitatis sit Notarius, quia dicit se creatum ad vniuersam Terram, & dominationem Regis, & in legalitate ponitur, quòd est Notarius Regni Valentiæ, cætera benè tolluntur per informantes.

*ADDITIO.*

a Rot. *decis. 613. nu. 4. par. 2. in recent.* & in Farfen. territorij, 12. Iunij 1606. coram Penia.
b Caputaq. *decis. 27. lib. 1. in manuscript.* & in Ferrarien. bonorum 23. Martij 1601. coram R.P.D. Corduba.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Bergomeñ. liberationis à subiectione.

*Lunæ 14. Mensis January 1602.*

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Subiectio vnius Ecclesiæ ad aliam probari debet, vel per titulum legitimum, vel per quadragenariam præscriptionem.*
2 *Testes examinati sine iuramento sunt nulliter examinati.*
3 *Iuramentum non probatur ex attestatione Notarij per verba enunciatiua* (testis iuratus) *& n. 4.*
5 *Procedit etiamsi Notarius addat* (tactis scripturis.)
6 *Non procedit regula, quando sic de stylo seruaretur, quod iuramentum testis exprimatur per verba enunciatiua, & vide quomodo iste stylus probari possit.*
7 *Item non procedit, quando iuramentum reperitur enunciatum sub termino, & die cadentis citationis ad videndum iurare.*
8 *Item non procedit, quando concurrunt adminicula, & circumstantiæ facti.*
9 *Item non procedit, quando testes sunt recepti in præsentia Iudicis.*
10 *Item non procedit, quando iure militari proceditur.*

DECISIO XXXIX.

DOmini, vna tantùm parte informante; resoluerunt non probare Rectorem Clusoni, quòd Rector Parochialis Ecclesiæ Cerreti superioris teneatur accedere ad Ecclesiam Clusoni, ibique assistere benedictioni Fontis baptismalis in die Sabbathi Sancti, cùm enim de-
buisset hoc probare, vel † per titulum legitimum, vel 1
per quadragenariam præscriptionem, Abb. *in cap. dilectus, n. 11. & 12.* Henrich. Boich. *in fin. de Cappell. Monach.* fuit dictum in Caietana Præcedentiæ, coram bo. me. Robusterio. & in hac causa, coram me bis resolutum videlicet 19. Febr. 1601. ad fauorem Rectoris Ecclesiæ Sueri, & 9. Aprilis eiusdem anni pro Ecclesia Cerreti inferioris. De titulo autem nullo docetur, & minus de præ-
scriptione, quia † vltra, quòd testes fuerunt nulliter exa- 2
minati sine iuramento, *l. si quando, C. de testibus*, iuramentum enim non probatur ex illa attestatione Notarij (*te-
stis † iuratus*) Caputaq. *decis. 123. par. 2. & 285. & 295.* 3
*par. 3.* & fuit pluries decisum, & deponunt aliqui de eorum iudicio, aliqui de auditu, & patiuntur alios defectus, de quibus per informantes: Non etiam probant cursum 40. annorum necessarium ad huiusmodi præscriptionē, ex dec. Robusterii, & aliis in hac causa factis; Imò, nec potuerunt interuenire, considerato initio, videlicet tempore, quo Ecclesia Cerreti fuit separata, & segregata ab Ecclesia Cerreti inferioris, cum qua vna, & eadem erat, quòd fuit de anno 1547. vsque ad tempus litis, quæ fuit mota de anno 1584.

### ADDITIO.

a Regula est, quòd iuramentum testis non probatur per
4 verba enunciatiua Notarij(*testis † iuratus*)Rot.*dec.633.*
*n.4.par.2.in recent. & decis.393.n. 8.p.1.in recent.& decis.*
*784.sub num.1. eadem prima parte,& decis. 215.nu.3. inter*
*impress. post 2.lib.Consil.Farin.*vbi dicitur Rotam ita ser-
uare,&in Romana recuperationis dotis 16.Febr. 1609.
coram Penia, & hoc † procedit, etiamsi Notarius di-
5 cat (*testis iuratus, tactis scripturis*) Verall.*dec.246.p.2.*Rot.
*decis.393. sub num. 8.vers. Etiamsi dicat. par.1.in recent.*
6 Limitatur non procedere † quando sic de stylo seruatur,
quòd iuramentum exprimatur per verba enunciatiua
Notarij.Rot.*d.decis.704 sub num.5.*vbi dicitur hunc sty-
lum satis probati ex attestat. Notariorum, & in Neri-
tonen.habitus 24.Ianuarij 1618.coram Verospo,& ma-
ximè arguitur iste stylus; si altera etiam pars exami-
nauit suos testes,quorum iuramentum fuit eodem mo-
do per Notarium enunciatum,vt fuit dictum in Cala-
guritana Decimarum 7. Nouembris 1614. coram R. P.
D.Caualerio;facit Rot. *decis.393.sub num.17.part.1.in re-*
*cent.*
7 Limitatur secundò non procedere, quando † iuramentum
reperitur enunciatum sub termino,& die cadentis ci-
tationis ad videndum iurare, vt fuit dictum in Clusi-
na pensionis 30.Martij 1576. coram R.P.D Blanchetto,
Rot.*decis.393.sub num.10.& 11.part.1.in recent.*
8 Limitatur tertiò † nō procedere,quando concurrunt alia ad-
minicula, & circumstantiæ facti;tunc enim dicta ver-
ba enunciatiua Notarij probant,Rot.*d.decis.393.*& latè
Rota *decis. 704. part.1. in recent.* in quibus plura ad-
minicula, & circumstantiæ ad istud propositum consi-
derantur.
9 Limitatur † quartò non procedere, quando testes fuerunt
recepti in præsentia Iudicis, tunc enim iuramentum
probatur per verbum enunciatiuum Notarij, *testis iu-*
*ratus*,ita fuit dictum in Bononien.legati 25.Iunij 1601.
coram R.P.D.Corduba,&in Syracusana quartæ 14.Ia-
nuarij 1602.coram Litta,& benè Rota *decis.34.n.3.par.1.*
*in recent.*
10 Limitatur quintò † non procedere,quando iure militari pro-
ceditur,prout in Religione Hierosolymitana Meliten.
quia tunc verba(*testis iuratus*)probant iuramentum, vt
fuit dictum in Neritonen.habitus 24.Ianuarij 1618.co-
ram R. P. D.Verospo,& idem etiam crederem esse di-
cendum, quando proceditur manu Regia,& summa-
riè more militari.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Aquilana Beneficii.

*Lunæ 28.Mensis Ianuarij* 1602.

### ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non existente in possessione,secus si sit capta, dum erat plena possessio, & possessio anterior est manutenibilis.

### SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per instrumenta capta possessionis, quando possessio est vacans.*
2 *Possessio anterior est manutenibilis in concursu posterioris.*
3 *Possessio non amittitur, quando quis non habet se pro spoliato.*
4 *Possessio instrumentalis,alio existente in possessione,nullius est considerationis.*
5 *Possessio anterior præfertur iuniori in materia manutentionis, etiam si iunior esset titulata,& anterior careret titulo.*
6 *Procedit hoc etiam in materia beneficiali, reprobato Menoch.contrarium tenente.*
7 *Titulus in beneficialibus non attenditur in iudicio manutentionis.*

### DECISIO XL.

DE possessione Domitij † constat per instrumen- 1
tum possessionis per ipsum adeptæ die 18. Febr.
1600.*l.prædia.*cum ibi not. *ff.de acquir.poss.*Abbas *in cap.*
*cum veniens.sub num. 5. vers. Item per instrumentum. de*
*præscript.* quod procedit sine difficultate, quia de dicto
tempore possessio erat vacans. Caputaque.*decis.334.nu.*
*5.part.* 2. & fuit dictum in Ipporigien. Cappellaniæ,vl-
tima Aprilis 1574. coram Illustrissimo Cardinali Blan-
chetto,& in eadem repetitum coram Cantuccio 3.Mar-
tij 1578.& propterea Domini,ipso tantùm informante,
dixerunt dandum esse illi mandatum de manutenendo,
non obstante possessione † prætensa Scipionis capta die 2
vltima dicti mensis, & sic posteriore. [a] Bart.*in l. si duo,* a
*num. 4.ff. vti possid.* Alex.*cons.88.sub num.12.lib.5.*Dec.
*cons.* 302. *sub num.7.* fuit dictum in Romana Cappella-
niæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ coram Cantuccio 24.
Febr.1576.& in pluribus aliis, & cùm non probetur,† 3
quòd Domitius vnquam se habuerit pro spoliato, pos-
sessionem corpore, & animo acquisitam sine animo a-
mittere non potuit,*l.3.§ in amittenda. ff.de acquir. poss.*
Put.*decis.360.n.9.lib.1.cum simil.*præsertim † quia pos- 4
sessio Scipionis fuit instrumentalis,& propterea nullius
momenti, cùm Domitius fuerit prius in possessione.
Cæsar de Grass. *decis.5.nu.2.de caus. possess.& propriet.*&
fuit sæpius resolutum.

### ADDITIO.

a Conclusio, quòd possessio anterior præferatur iuniori in
materia manutentionis procedit,† etiamsi iunior esset 5
titulata, & anterior careret titulo Menoch.*de retin.re-*
*med.3.num.728.*Hond. *consil.21. num.1.lib.1.*Surd.*cons.*
*28.num. 63. & seq.* fuit dictum in Romana Tutelæ 18.
Maij 1609. coram Manzanedo,& † hæc ampliatio ha- 6
bet locum etiam in materia beneficiali. Rot.*decis.187.*
*par.4.in recent.* & ideò non est habenda ratio de doctr.
Menoch. *in tract. de retin. remed. 3. num. 73.* qui dicit in
beneficialibus possessionem iuniorem titulatam præ-
ferendam esse antiquiori sine titulo, quia ista doctrina
solùm procedit in petitorio,non autem in possessorio,
saltem summariissimo manutentionis, in quo non at- 7
tenditur titulus etiam in beneficialibus. Rot. *decis.595.*
*n.8.par.1.diuers.& infra in decis.323.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien.Apothecarum.

*Veneris 1. Mensis Febr.* 1602.

### ARGVMENTVM.

Legitimatio infantis,& absentis est valida,si infans,vel absens postea ratificet.

### SVMMARIVM.

1 *Legitimari vt possit absens, & infans, requiritur specialis mentio in facultate legitimantis.*
2 *Amplia,vt nec etiam ratificatio legitimati hoc casu aliquid operetur.*
3 *Sed contra hanc ampliationem est verior opinio, quæ latè firmatur.*
4 *In legitimatione non requiritur præsentia filii,sed sufficit cōsensus postea superueniens.*
5 *Actus nullus potest ratificari,quando nullitas prouenit ex defectu consensus.*

### DECISIO XLI.

COntra legitimationē Philippi inter alia obiiciebatur
† quòd ipse nō fuerat presēs legitimationi,&quòd 1
Gozzadini legitimātes nō haberent facultatē legitimādi
absen-

absentes, quod requirit specialem mentionem. Signorol. *conf.* 127. *n.* 3. *& in vltimis verbis*. Curt. Sen. *conf.* 19. *n.* 15. Cæphal. *conf.* 186. *n.* 21. *cum alijs adductis*, simile videmus in infante, qui in ista materia æquiparatur absenti. Bald. *conf.* 204. *sub n.* 1 *lib.* 2. Ias. *conf.* 125. *col. fin. vers. Tertiò facit. lib.* 4. Ad hoc enim, vt infans legitimari possit debet in facultatibus specialiter exprimi. Dec. qui de communi *conf.* 367. *sub nu.* 2. Ruin. *conf.* 72. *num.* 8. *lib.* 3. Crott. *conf.* 296. *num.* 22. *& seq. lib.* 3. Curt. Sen. qui communem dicit *conf.* 63. *sub nu.* 52. Soc. *conf.*
2 295. *nu.* 11. *lib.* 2. quod adeò verum dicebatur, † vt nec etiam per ratificationem conualidari possit, cùm legitimatio hoc casu sit nulla aliter, quàm per consensum legitimati, ex defectu nempe iurisdictionis legitimantis, vt per Ruin. *conf.* 70. *sub num.* 5. *vers. Nec obstat, quòd auus. lib.* 3. & latius per Bero. *conf.* 171. *n.* 10. *& seq. & conf.* 175. *n.* 7. *&* 8 *lib.* 2. Quibus non obstantibus Domini
3 † dixerunt legitimationem potuisse à Philippo ratam haberi, eamque à ratificatione firmitatem, & robur accipere, § *generaliter. auth. quib. mod. nat. effic. sui.* Barbat. *conf.* 34. *col.* 11. *sub n.* 14. *lib.* 2. Ruin. *conf.* 119. *n.* 5. *lib.* 1. *& conf.* 71. *n.* 5. *&* 90. *n.* 2 *in fine lib.* 3. Cæphal. *conf.* 186. *sub n.* 23. decis. Pedemont. 109. *n.* 21. *in fin*, Pancirol. *conf.* 66. *n.* 10. D. Siluester Aldobr. qui alios allegat, *conf.* 41. *nu.* 9. sicuti etiam videmus in infante, qui in maiori ætate ratificat legitimationem tempore infantiæ factam. Salic. *in l. iubemus. vers. Et adde, quòd sufficit, C. de emancip. liber.* Rom. *conf.* 194. *sub n.* 9. *vers. Ita & pariter in legitimatione.* Alex. *conf.* 11. *num.* 15. *lib.* 7. Dec. *conf.* 367. *n.* 2. *in fin. & n. seq.* Corn. *conf.* 172. *in princip. lib.* 1. Socin. *in l. Gallus*, § *forsitan. n.* 6. *ff. de lib. & posth.* Socin. Iun. *conf.* 97. *n.* 24 *& seq. lib.* 2. Paris. *conf.* 5. *sub n.* 8. *lib.* 2. Achil. *decis.* 4. *qui filij sint legitimi.* Put. *decis.* 2. *eod. tit.* A. Aug. *eod.*
4 *tit.* §. 7. facit, quia † in legitimatione non requiritur præsentia filij, sed sufficit consensus postea superueniens. Bald. *conf.* 146. *sub num.* 2. *lib.* 1. Ang. *conf.* 87. *num.* 2. *ad finem. vers. Sicut non requiritur præsentia.* Alexand. *conf.* 139. *sub n.* 2. *vers. Tamen hoc non obstante, & vers. Et confirmo in proposito, lib.* 1. Socin. *dict.* §. *forsitan. n.* 5. Dec. *conf.* 55. *n.* 7. *& conf.* 367. *sub nu.* 4. *vers. Et in legitimatione non requiritur*, Boër. *decis.* 160 *n.* 5. nec refert, quòd Bald. *conf.* 306. *lib.* 5. videatur velle requiri præsentiam legitimati, nec sufficere ratificationem, quia Bald. ibi obstare fatetur §. *generaliter. Auth. quibus mod. nat. effic. sui*, & propterea confugit ad surreptionem, & discedit à motiuo, quod fecerat super præsentia requisita. Nõ obstat quod dicitur actum nullum ratificari non posse,
5 quia non procedit, quando † nullitas, vt in casu nostro, prouenit ex defectu consensus, tunc enim, quod ab initio non valet, superueniente consensu validatur. Dec. *d. consil.* 367. *sub num.* 4. *vers. Primò, quòd dato*, non enim propter absentiam est absolutè nulla legitimatio, sed pendet à ratificatione, & habet statum implicitum validitatis. Ruin. *conf.* 90. *sub num.* 3. *vers. Et similiter non obstat. lib.* 3. & propterea non obstantibus rationibus supra in contrarium adductis, Rota tenuit ratificationem conualidare legitimationẽ, vt per Achill. *d. decis.* 4. *qui filij sint legitimi.* & Doctores supra allegati loquuntur, quasi omnes in casu, in quo non erat concessa facultas legitimandi infantes, seu absentes, & facultas consideratur ad effectum legitimandi inuitum, vt inuitus, vel ignorans transeat in potestatem patris, quæ est ratio propter quam legitimari non possit, sed non quantum ad hoc, quod cum ratificatione non possit approbare talem legitimationem, Socin. *dict.* §. *forsitan. post numer.* 6. Gabriel. *consil.* 29. *numer.* 13. *lib.* 1. Quicquid dixerit Bero. *in consilijs in contrarium allegatis.* Ruin. enim *in allegato consil.* 70. *sub numer.* 5. *lib.* 3. non aduersatur, quia (vt ipse dicit) legitimatio non erat in casu suo nulla ex defectu consensus, sed ex defectu solemnitatis, cuius suppletio non pendet à potestate patris. An autem constet de aliqua ratificatione Philippi, quæ illi suffragetur ad effectum, de quo agitur, erit particulariter videndum.



---

## Foroliuien. Census.

*Lunæ* 11. *mensis Febr.* 1602.

### ARGVMENTVM.

Solutio an debeat fieri in pecunia antiqua, & iuxta æstimationem antiquæ, vel potius in pecunia noua, quando pecunia antiqua est mutata.

### *SVMMARIVM.*

1 *Solutio, quotiescunque pecunia mutatur in pondere, & bonitate intrinseca, fieri debet de moneta antiqua, si fieri potest, sin minus de noua ad valorem antiquæ, & num.* 7.

2 *Testis, qui ex sua depositione potest commodum reportare, dicitur testis in causa propria.*

3 *Testes deponentes super negatiua debent etiam non interrogati, reddere rationem.*

4 *Testis deponens de negatiua, affirmare debet se vidisse illum actum, ex quo negatiua resultat.*

5 *Testes deponentes de negatiua, debent illam coarctare per verba, quòd aliter esse non posset, quin ipsi sciuissent, seu vidissent.*

6 *Solutio fieri debet secundùm pecuniam currentem tempore solutionis, vel eius æstimationem, quando pecunia in bonitate intrinseca non est alterata, licèt sit alteratus eius extrinsecus valor, & num.* 7.

8 *Moneta, quæ est in obligatione, si reperitur in corpore, eadem debet solui, vel totidem alia, cum qua emi possit illa moneta.*

### DECISIO XLII.

CAtherina Zaffia de anno 1585. emit annuum censum scutorum 13. auri in auro ab Hectore Mengo, de quo tempore in Ciuitate Foroliuij, valor aurei erat bolonenorum 84. qui postea tractu temporis fuit multùm alteratus, & notabiliter auctus; orta fuit controuersia inter Mengum debitorem census, & Alphonsum Zaffium hæredem Catherinæ, quia Mengus volebat soluere dictos bolonenos 84. pro quolibet scuto; Alphonsus autem petebat scutum aureum iuxta formam instrumenti, vel illius valorem pro tempore currentem, propterea dubitaui, quomodo esset soluendus census; debitor dicebat, quòd non solùm solutio pretij census huiusmodi fuerat facta in scutis aureis diminutis, & tonsis; sed etiam quòd generaliter de dicto tempore in Ciuitate Foroliuij, & in tota prouincia Romandiolæ in promissionibus, & in quibuscunque contractibus, quando habebatur mentio de scutis auri in auro, intelligebatur de similibus scutis leuibus, & diminutis, & de huiusmodi fiebant omnes solutiones, & quòd non currebant, nec expendebantur aliqui aurei, qui essent ad pondus Cameræ, sed omnes diminuti, & tonsi, & non leuiter minores iusto pretio, qui postea fuerunt, tempore fœl. rec. Gregorij XIII. per edicta publica prohibiti, & reprobati, & abinde citra currunt, & expenduntur tantùm nummi aurei iusti ponderis, & ob id maioris; Propterea succedit communis conclusio, quòd † quando pecunia in 1
pondere, & bonitate intrinseca mutatur, solutio debet fieri de moneta antiqua, si fieri potest, vel si non potest, de noua, ad valorem tamen antiquæ. Oldrad. *conf.* 250. *n.* 2. Bart. *in l. Paulus. num.* 6. *ff. de solut. & in l. cùm quid. n.*

17. vbi etiam Paul. de Castr. *n. 5.* Alex. *nu. 16. ff. si cert. pe-*
*tat.* Imol. *in clem. fin. sub n. 12. vers. Dic, vt per Bart. de dec.*
Socin. *cons. 198. ante med. lib. 2.* Corn. *cons. 321. sub n. 12.*
*vers. Hoc non obstante. lib. 3.* Aym. *cons. 47. sub n. 6.* Afflict.
*decis. 90. n. 3.* Natta *cons. 302. n. 1.* & in terminis, quando
pecunia fuit diminuta propter tonsionem tradit Abb. *in*
*cap. 4. sub n. 12. vers. Item ex defectu pecuniæ. de iureiuran.*
Imol. *in dict. l. Paulus. in fine.* Domini tamen dixerunt
Mengum non probare solutionem pretij census fuisse
factam in scutis non iusti ponderis, quia quintus testis,
qui id deponit, vltra quod est vnicus, cùm deponat
scuta 200. soluta Thomæ Augustino fuisse scuta leuia,
& ipse recognouerit bonam fidem in dicto censu, &
2 propterea possit † ex sua depositione commodum re-
portare, dicitur testis in causa propria. Bald. *cons. 227.*
*n. 2. lib. 5.* Aym. *cons. 99. n. 2.* patitur etiam alios defectus,
& in persona, & in examine, de quibus per informantes:
Visum fuit etiam Dominis non probari negatiuam,
quòd temporibus articulatis non expenderentur, nec
currerent aliqui aurei iusti ponderis; testes enim, qui
super quarto astruunt hanc negatiuam, nullam reddunt
3 rationem, & tamen testes, qui † deponunt super nega-
tiua, debent, etiam non interrogati, reddere sufficien-
tem rationem. Bald. *in l. cùm hi. §. si integra, ff. de transact.*
Alexand. *cons. 136. n. 6. lib. 1.* Dec. *cons. 101. sub n. 2. vers.*
*Tertio principaliter.* Ripa *in c. cùm Ecclesia Sutrina, n. 88.*
*de caus. possess. & propriet.* Aym. *cons. 2. sub num. 3.* Et cùm
4 testis, qui deponit negatiuam, † debeat affirmare, se
vidisse illum actum, ex quo negatiua resultat, *§. si verò*
*absunt. auth. de hæred. & Falcid.* Bart. *cons. 102. Charissime*
*domine, n. 4.* oporteret quòd isti testes affirmarent se vi-
disse omnes contractus, & omnes solutiones in scutis
aureis factas in Ciuitate Forolinij, ab anno 1580. vs-
5 que ad annum 1591. imò † quod non potuissent fieri
solutiones in scutis iusti ponderis, quin ipsi sciuissent,
& vidissent. Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actúque*
*priu.* cum aliis, quos refert, & sequitur Dec. *cons. 649.*
*post num. 10.* Immo secundus testis admittit, quòd ali-
quando solut offeret in scutis iusti ponderis; dum iux-
tà 16. interrogatorium dicit: (Correuano per il più
scudi d'oro scarsi,) & quartus super quarto quando de-
ponit (che non correua qui d'altra sorte) Accedit fides
plurium nobilium virorum attestantiũ, quòd expende-
6 bantur scuta iusti ponderis, scuta leuia † & propterea
cùm non appareat, quòd aureus in sua intrinseca boni-
tate fuerit alteratus, licèt sit variatus valor, soluendus
est vel aureus ipse, vel eius æstimatio de tempore solu-
tionis, *cap. olim, & cap. cum Canonicis, & ibi not. de cen-*
*sibus.* Gloss. *in cap. quis ignorat, in vers. Tempore nostro,*
*32. quæst. 4.* Bart. *in dict. l. Paulus, & in dicta l. cùm quid.*
Bald. *cons. 213. numer. 1. lib. 5.* Arct. qui dicit communem,
*cons. 11. n. 3.* Corn. *cons. 279. ante med. vers. Tamen conclusi*
*contrarium, lib. 1.* Curt. Iun. *consil. 14. sub numer. 5. vers.*
*Non igitur est dubium*, cum pluribus citatis in illa Ro-
mana aureorum octo Zeccarum 20. Iunij 1597. coram
R. P. D. meo Lancellotto, & fuit dictum in vna Cre-
monen. Pensionis 21. Iunij 1599. coram R. P. D. meo
Mellino, & in pluribus aliis, & sic Domini resolnerunt
solutionem census esse faciendam in scutis aureis, vel
in æstimatione secundùm tempus solutionis, tanto
magis, quia apparet ex solutione vltimo loco facta,
quòd fuit soluta æstimatio aurei currentis, vt in termi-
nis considerat Gabr. *cons. 164. n. 7. lib. 1.* ex traditis per
Bald. *in l. si certis annis, num. 11. C. de pactis.*

*ADDITIO.*

In hac materia mutationis monetæ perpetuò Rota seruauit
hanc distinctionem, quòd aut est mutata bonitas in-
7 trinseca, & est † attendendum tempus obligationis,
aut est mutata bonitas extrinseca, & attendendum est
tempus solutionis, vt latè per Rot. *decis. 597. part. 1. in*
*recent. & dec. 140. part. 2. in recent.* in quibus duabus
decisionibus aliæ decisiones antiquæ cumulantur.
Et quando obligatio est in certa specie monetæ, quæ re-
peritur de tempore solutionis, tunc nulla adest diffi-
cultas, hoc enim casu, vel † est soluenda eadem species 8
in corpore, aut altera quantitas alterius monetæ, cum
qua tamen emi possit illa moneta deducta in obliga-
tione, vt latè in Mantuana pensionis. 12. Iulij 1617. co-
ram R. P. D. Dunozetto; vbi fuit dictum, quòd pensio
reseruata in ducatis de Camera, quia dicti ducati ad-
huc hodie in corpore reperiũtur, licet in modico nu-
mero, est soluenda, vel in dictis ducatis in corpore, vel
in totaliis nummis quanti totidem ducati de Camera
iusti ponderis emi possint, quod idem fuit dictum in
Capuana pẽsionis, 6. Martij 1617. coram Verospo, & in
Placentina Vicariæ. 10. Ianuarij 1620. coram Reue-
rendis. Patre Domin. Remboldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Carpen. seu nullius Bonorum.

*Lunæ 11. mensis Febr. 1602.*

ARGVMENTVM.

Minor an validè in iudicium trahatur extra proprium forum, si non allegat declinatoriam, & an filiusfamilias possit stare in iudicio, absque patris consensu, & ex quibus talis consensus inferatur, & an, & quando minor dicatur indefensus, ita vt sententia contra ipsum lata sit nulla, & an in relaxatione exequutorialium sint seruandi termini substantiales.

*SVMMARIVM.*

1 *Spolium non intrat, quando possessio fuit capta auctoritate Iudicis.*
2 *Fallit quando Iudex nulliter procedit.*
3 *Minor non potest trahi ad iudicium extra patriam, si tamen non allegauit declinatoriam, nec institit remitti causam, valet iudicium.*
4 *Filiusfamilias non potest stare in iudicio absque consensu patris.*
5 *Sufficit tamen, quòd consensus patris superueniat etiam ante iudicium.*
6 *Et si pater consentiat filio impetranti non est necesse quòd eidem consentiat super impetratione litiganti.*
7 *Patris consensus censetur adesse, dum consensit filio constituenti procuratorem ad illam causam.*
8 *Pater si facta sæpius instantia pro habendo eius consensu illum non præstat, habetur pro præstito in iudicio, in quo filius est reus.*
9 *Contra minorem indefensum sententia, & acta sunt nulla.*
10 *Hoc procedit, quando apparet minorem indefensum habuisse legitimas defensiones. Declara, vt num. 16.*
11 *Item procedit, quando non fuit defensus, nec in principio, nec in medio, nec in fine.*
12 *Imò sufficit, quòd aliquando Curator compareat, licèt nihil alleget, & declara, vt num. 17.*
13 *Executoriales possunt validè relaxari absque seruatione terminorum substantialium.*
14 *Attentata est possessio capta post intimationem executorialium non seruatis quatuor terminis seruari solitis.*
15 *Executorialium loco plerumque relaxatur mandatum exequutiuum, maximè in profano.*
16 *Contra minorem indefensum, vt processus teneat sub eo prætextu, quòd ei nulla competant defensiones, debet de hoc notoriè constare.*

## DECISIO XLIII.

1 FVit tentum non intrare spolium, quia † Capitulum
ingressum fuit possessionem auctoritate Iudicis in
executionem rei iudicatæ, *l. iustè possidet, ff. de acquir.*
*poss.* Glos. *in cap. præsentium. in Glos. fin. in fine 7. quæst. 1.*
Bald. *in l. fin. in primo not. Cod. vnde vi,* Felyn. *in cap. dile-*
*ctus. il 1. num. 1. de rescript.* Ruio. *cons. 49. sub numer. 11.*
*vers. Et hac ratione, lib. 4.* & licèt hoc non procedat,
2 quando Iudex nulliter procedit. Bald. *cons. 357. lib. 2.*
Abb. *in capit. conquerente, numer. 8. de restit. spoliat.* Felyn.
*in dict. cap. dilectus, sub num. 1. vers. Fallit secundò.* Aym.
*cons. 18. numer. 8.* Caputaqu. *decis. 186. part. 3.* Cæs. de
Crass. *decis. 1. num. 4. de constitut.* tamen nullitates, quæ
allegabantur, Dominis non placuerunt. Quatenus
enim dicebatur causam commissam in Rota in prima
instantia, & quòd Hercules vti minor ad curiam tra-
3 hi non poterat, per *l. vnicam, Cod. quando Imp. inter pu-*
*pill. & vid.* dixerunt Domini de hoc agendum fuisse
in Signatura, & cùm non allegauerit declinatoriam,
nec institerit pro remissione, sententia, & alia acta te-
nent, Afflict. *super Constit. Neapol. lib. 1. rubr. 37. num. 38.*
4 Dum etiam obiiciebatur Herculem † vti filium fami-
lias non habuisse legitimam personam standi in iudi-
cio, absque consensu patris, & propterea nulliter con-
tra ipsum processum, *l. fin. § necessitate, Cod. de bon. quæ*
*lib.* fuit dictum satis apparere de consensu patris, qui
5 cùm possit † interuenire etiam ante iudicium. Bald.
*in dict. §. necessitate, num. 28.* Paul. de Castr. *sub numer.*
*11. vers. videntur tamen Doctores tenere*, idem Castr. *in*
*l. si cum dote. § eo autem tempore, sub num. 7. ff. solut. matr.*
satis ex eo colligitur, quòd pater eum authorauit, &
legitimum comparitorem fecit ad obtinendam inuesti-
turam, videtur enim etiam cum authorasse ad defen-
dendum à nullitate inuestituræ per Capitulum obie-
6 cta: nam si pater consensit † filio impetranti, non est
necesse, quòd eidem consentiat super impetratione li-
tigandi, vt sunt verba Bald. *in l. iubemus. ante finem. vers.*
*argumento quòd si pater, Cod. de emancip. lib.* facit quod
tradit Bald. *in dict. §. necessitate, sub numer. 29.* ibi, *nisi*
*præiudicium veniat in consequentiam commissorum*, &
quod dicit Salic. *ibidem num. 14.* elicitur etiam consen-
7 sus † patris, dum statim in initio litis consensit filio
constituenti procuratores ad istam causam, pro quo est
dictum Bald. *in l. final. §. sin autem. in fine, Cod. de bonis*
*quæ libr.* quòd si filiofamilias minori pater consentiat
dationi curatoris, censetur consensisse, vt in iudicio
8 stet, & † quando non interfuisset consensus patris, suf-
ficere debuit instantia sæpius facta pro illo habendo,
cùm Hercules in hoc iudicio nullitatis inuestituræ su-
stineret partes Rei. Bart. *in dict. §. necessitate, sub num.*
*4. vers. Sed si filius conuenitur.* Salicet. *sub num. 9. vers.*
9 *Secundo casu, quando conuenitur.* Non obstat † senten-
tiam, & acta contra minorem indefensum fuisse nul-
la, *l. cùm & minores, Cod. si aduersus rem indic. l. contra*
10 *pupillum, ff. de re iudic.* † quia vltra quod hoc ita de-
mum procedit, quando apparet minorem indefensum
a habuisse legitimas defensiones. Fab. *decis. 4. part. 2.* [a] de
11 cuius contrario constat in casu isto, † habet etiam lo-
cum, quando minor non fuit defensus, nec in princi-
pio, nec in medio, nec in fine. Put. *decis. 306. num. 5.*
*lib. secundo.* Fab. *dict. decis. 4.* Imò sufficit, quòd ali-
12 quando curator compareat, licèt † nihil alleget [b] A. A.
b *in titul. de process. cum procuratore, & aliis, vers. licèt cu-*
*rator*, vt in casu isto, tàm in principio, quàm in medio,
& in fine, comparuit modò vnus, modò alter curator,
tam in partibus, vbi cœptum est iudicium, quàm in
curia semper allegando, & opponendo, actitérque de-
fendendo. Tandem ad oppositionem defectus termi-
norum substantialium circa executionem, fuit consi-
deratum non fuisse processum per viam exequutoria-
lium, quæ tamen validè fuissent relaxatæ, absque † il- 13
lorum seruatione, vt fuit resolutum coram Achille in
vna Nullius Iurisdictionis Villarum 12. Nouembris
1550. vt refert Mandos. *in 29. commissione exequutoriali,*
*in prima quæstione.* Benè verum † est, quòd possessio 14
postea capta, non seruatis istis quatuor, post intima-
tionem exequutorialium, seruati solitis terminis esset
attentata. Cresc. *dec. 2. vt lit. pend.* Mandos. *dicta com-*
*missione, quæst. 24.* & fuit resolutum in causa Burgeñ.
Iurisdictionis 12. Ianuarij 1592. coram Rubeo, sed
sumus extra istam difficultatem, quia non fuit in casu
isto capta possessio vigore exequutorialium, cùm loco
earum sit relaxatum † mandatum executiuum, vt 15
plerumque fit, maximè in prosanis. Cassad. *decis. 6. de*
*caus. possess. & proprietat. in fine.* Anton. Aug. *in tit. de*
*exequutor. §. vltimo.*



### *ANNOTATIO.*

a Terracinens. Saluiani 5. Decembr. 1614. coram Reuer. P.
Dom. Dunozzetto; sed † aduertendum est, quòd ad 16
effectum, vt sententiæ latæ contra minorem inde-
fensum, sustineantur sub prætextu, quòd minori nul-
læ competerent defensiones, debet de hoc notoriè
constare, vt fuit dictum in Anconitata bonorum 20.
Nouembris 1610. coram eodem Sanctissimo, de qua
infra.

b Non sufficit, † quòd sit datus Tutor, seu Curator mino-
ri, nisi etiam ille Tutor, & Curator citatus compa-
reat, prout reprobata decisione Put. 306. *lib. 2.* dixit
Rota in Romana de Olphis 25. Octobris 1613. coram
R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Pecuniaria, seu bonorum.

*Veneris 1. mens. Martij 1602.*

### ARGVMENTVM.

Mandatum probatur coniecturis, & præsumptionibus, etiam vbi à statuto requireretur mandatum verum, & plures adducuntur præsumptiones pro probatione mandati.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mandatum probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

2 *Mandatum præsumitur ex scientia & patientia, quod alius nomine suo compareat, & litem prosequatur.*

3 *Et tantò magis quando concurrit etiam præsentia.*

4 *Mandatum præsumitur ex iurium productione. Limita vt num. 10.*

5 *Mandatum præsumitur ex impensa, maximè quando est alicuius considerationis.*

6 *Mandatum vbi ex statuto requiritur, licèt non admittatur mandatum fictum, admittitur tamen præsumptum.*

7 *Protestatio neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, tollitur per comparitiones subsecutas, in quibus non fuit repetita dicta protestatio.*

8 *Protestatio in iudicialibus repeti debet in quolibet actu.*

9 *Mandatum præsumitur ex scientia, & patientia principalis non obstante reuocatione præcedenti, quia censetur tacitè de nouo constitutus procurator.*

10 *Mandatum, ex productione iurium, non præsumitur in persona domestica.*

## DECISIO XLIV.

QVoniam sententia Rotæ Bononieñ. inter alia de-
clarauit nullam sententiam prolatam ab Audito-
re Generali legati, & pro parte D.Aldrouandi instaba-
tur, vt in primis videretur super nullitate dictæ sen-
tentiæ, ideò particulariter dubitaui, an sententia Rotæ
in hac parte esset confirmanda, vel infirmanda, & Domi-
ni vnanimiter responderunt esse infirmãdam; Pro nul-
litate enim dictæ sententiæ duo allegabantur: primùm,
quòd esset lata ad instantiam asserti procuratoris nul-
lum saltem legitimum habentis mandatum, alterum
quòd A.Generalis mãdauerat accedi in rem præsentem
instante D.Aldrouando, & tamen sine accessu, & reuo-
catione dictæ interlocutoriæ tulerat sententiã, sed quo-
ad primum fuit dictum satis constare de mandato sal-
1 tem præsumpto, quod sufficere debet, cùm † mãdatum
probetur præsumptionibus, & coniecturis, Dec. *cons.* 35.
*post n.*8. Gozzad *cons.*11. *n.*13. Cassad. *decis.*3. *n.*4. *ante fi-
nem. de procur.* Cæl. de Grass. *decis.*2. *n.*5. *& 6 .de reb. Eccl.
non alien.* hîc autem multæ, & vrgentes coniecturæ
2 mandati concurrunt: † Primò scientia, & patientia Ia-
cobi, quòd Alexander nomine suo compareret, & litem
prosequeretur. Innoc. & alij *in c. ex parte Decani. de re-
script.* Bald. *in l. Iulianus in 5. q. sub n.*11. *vers. sed ego dico ff.
qui satisd. cog.* Abb. *cons.*7. *sub n.*3. *vers. Sed ego contrarium,*
a *& n. seq. p.*2. Cass. *d. decis.*3. *nu.*5. [a] quod saltem procedit
concurrentibus aliis coniecturis, Accoramb. *dec.*23. *lib.*1.
3 † quando cum scientia, & patientia concurrit præsentia
partis, prout in casu nostro in pluribus comparitioni-
bus, Bald. *in l.*1. *n.*2. *in fine. ff. de neg. gest.* Alex. *in d. l. sepè
4 sub n.*93. *ff. de re iud.* Afflict. *decis.*308. *n.*8. † item quan-
do cum dicta scientia concurrit iurium productio. Put.
*decis.* 358. *lib.*1. *&* 214. *lib.* 2. efficax enim coniectura
mandati ex tali productione oriri solet, Bart. *in l. vulgò
in fine ff. de administr. tut.* Rom. *cons.*486. *sub n.*11. Aym.
*cons.*80. *n.*3. Cassad. *d. decis.*3. *post n.*5. Caput. *decis.* 183. *n.
3. part.*2. Accoramb. *d. decis.*23. & fuit pluries decisum.
b [b] Accedit impensa facta, tàm in sportulis, quàm in pluri-
5 bus aliis actis. † Quæ cùm sit alicuius considerationis
inducit non leuẽ præsumptionẽ mandati. Bart. & Alex.
*in l. cùm seruum ff. de verb. oblig.* Cassad. *d. dec. n.*4. Sarneñ.
*de annal. q.*33. *n.*6. Caput. *decis.*190. *nu.*4. *p.*1. & fuit di-
ctum in vna Romana domus coram Vicecomite 16.
Martij 1580. & in pluribus aliis, multùm etiam coadiu-
uant hanc præsumptionem plures Comparitiones Ale-
xandri, in terminis citationum executarum contra Ia-
cobum, & multæ comparitiones ipsius Iacobi, cum
clausula (*citra reuocationem*) &c. cùm tamen de nullo
alio procuratore ipsius Iacobi appareret, ex quibus om-
nibus, & aliis etiam per informantes pro Iacobo conge-
stis, visum fuit constare de mandato Alexandri. Non
obstat statutum Bononiæ *sub rubr. de modo citat. facien.* §.
*aducientes*, quod excludit ratificationem, vt dicit ibi
Monteren. *in glos.* ex Bal. *in l. si vxorem. C. de condit. inser.*
quia non agitur hîc de ratificatione, sed de mandato,
6 † & licèt Bald. ibi *sub n.*3. videatur velle, quod vbi sta-
tutum requirit mandatum, non admittatur habens man-
datum fictum, tamen non propterea excludi debet ha-
bens mandatum præsumptum, licet enim statutum non
comprehendat casum fictum, comprehendit tamen præ-
sumptum, vt per Curt. Iun. *cons.*4. *n.*17. & statutum non
requirit productionem mandati, sed contentatur ali-
quid aliud fieri, quod in actis scriptum reperiatur, ex
quo veniat admittendus. Vnde cùm iste multa iura pro-
duxerit, multas protestationes in actis fecerit, videtur
satisfactum intentioni statuti, quod etiam dixerunt Do-
7 mini procedere parte opponente. Nec † refert quod
fuerit oppositum neminẽ ex aduerso audiri, nisi docto
de legitimo mandato, quia tollitur per comparitiones
subsecutas, in quibus non fuit repetita dicta protestatio,
vt fuit dictum in vna Romana nullitatis subhastationis
13. Nouemb. 1577. coram Brauo, & in vna Toletana
Primitiarum 27. Febr. 1581. coram R.P.D. meo Seraph.
& in vna Syracusana Quartę 20. Iun. 1566. coram Reuer.
Pat. Dom. meo Pamphilio. In † iudicialibus enim requi- 8
ritur protestatio in quolibet actu, aliàs non protestãs sibi
nocet. Mohed. *decis.*2. *de iud.* quoad secundum caput
nullitatis fuit dictum decretum accessus fuisse condi-
tionale saluis scilicet exceptis pro parte Sabbatini, qui
expressè opposuit non esse locum visioni propter lap-
sum dilationum, vltra quod factum fuit pro die, & hora
declarandis, ad quam declarationem nunquam fuit de-
uentum, facit *decis.* Tholomei 121.

### ANNOTATIO.

a Plenè Mant. *de tac. lib.*7. *tit.*7. *per tot.* & est adeò verũ præ-
sumi mandatum ex scientia, & patientia, vt locum ha-
beat † non obstante reuocatione, quia si post reuoca- 9
tionem procurator vlterius procedat sciente, & non
contradicente principali censetur tacitè de nouo
constitutus, bene Mant. *de tacit. lib.*7. *tit.*22. *n.*2.

b Rot. *dec.*185. *nu.*3. *p.*2. *in recent.* in † persona domestica ista 10
præsumptio non est valdè vrgens, quia potuit subri-
puisse iura. Verall. *dec.*185. *n.*2. *p.*2. Alciat. *de præsumpt.
reg.*1. *præsumpt.*33. *n.*6.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononieñ. Macelli.

*Lunæ* 11. *Men. Martij* 1602.

### ARGVMENTVM.

Inquilinus finita locatione tenetur dimittere domum, & Dominus non tenetur eam relocare, maximè si vult pro se retinere, nisi esset consuetudo in contrarium, quæ tamen consuetudo debet in specie probari.

### SVMMARIVM.

1 *Inquilinus finito tempore locationis tenetur dimittere Domino domum vacuam.*

2 *Locatori ad certum tempus non est debita renouatio.*

3 *Locator quando vult pro se retinere non tenetur renocare, & num.* 7.

4 *Statutum Macellariorum debet restringi ad homines dictæ artis.*

5 *Locator non potest pro se retinere, sed tenetur relocare quando talis esset consuetudo loci.*

6 *Consuetudinem non sufficit probare generaliter, sed oportet probare specialiter in casu de quo agitur, & num.* 8.

## DECISIO XLV.

FVit resolutum per Dominos vnanimiter sententiam
Rotæ esse confirmandam, † quia cùm tempus loca- 1
tionis sit finitum, non est dubium, quin inquilinus apo-
thecam vacuam Domino relinquere teneatur. *l. con-
ductores, & l. si quis conductionis. Cod. locat.* Non obstat
quòd sit debita renouatio ex æquitate, *l.*1. §. *permit-
titur. ff. de aqua quotidiana & æstiu.* iuxta tradita ibi
per Bart. quia illa † non procedit in locatione ad certũ 2
tempus. Soc. Iun. *consil.*9. *numer.*13. *lib.* 3. & † cessat 3
omnis difficultas, quia Dominus non vult eam locare,
sed pro se retinere. Abb. *in capit. bona. sub numer.*28.
*vers. hoc dictum ego limitarem. de postul. Prælat.* Ruin.
*consil.* 132. *numer.*3. *lib. prim.* Mil. *in vers. emphyteusi fi-
nita.* Caput. *decis.* 304. *&* 309. *part.* 1. & fuit resolu-
tum in vna Rauennateñ. bonorum coram illustrissimo

Mantica

a Mantica 20. Nouembris 1587. a † statutum Macella-
4 riorum debet restringi ad homines dictę artis. Alex. *cons.*
*123. n. 5 lib. 4.* & nullo modo afficit Dominum, qui vult
5 apothecam pro se retinere †: consuetudo non proba-
tur, & probari debet in specie, quando Dominus vult
pro se retinere, vt fuit dictum in dicta causa Rauenna-
b teñ. b Non † enim sufficit probare consuetudinem ge-
6 neraliter, sed oportet probare specialiter in casu de quo
agitur. Aym. *cons. 96. num. 4.* Cæs. de Grass. *decis. 6. nu. 5.*
*de preben.*

## *ANNOTATIO.*

7 a Surd. *cons. 205. num. 13.* † vbi de communi, Hond. *cons. 51. num. 42. lib. 1.* fuit dictum in Rauennatens. Bonorum 20. Nouembr. 1597. coram Card. Pamphil. & in Bononiens. Bonorum emphyteoticorum 19. Iunij 1600. coram R.P.D. Penia Ciuitatis Castelli bonorum 21. Maij 1614. coram R.P.D. Dunozetto.

8 b Et † latè fuit dictũ in Ciuitatis Castelli Bonorum 23. Ianua. 1615. coram R.P.D. Dunoaetto.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Dertuseñ. Parochialis de Sorita.

*Lunæ* 11. *Martij* 1602.

## ARGVMENTVM.

Manutentio debet dari ei, qui possidet, etiamsi possideat ciuiliter tantùm.

## *SVMMARIVM.*

1 *Manutentio est danda possessori.*

2 *Possessio probatur per publicum instrumentum alio non existente in possessione.*

3 *Immissionem petens non potest petere manutentionem, quia dum petit immitti fatetur se non possidere.*

4 *Imò si possideret ciuiliter eam amitteret petendo immissionem.*

5 *Executor nulliter procedens non priuat possessione.*

6 *Ordinariè non executiuè est procedendum inter prouisos Apostolicos habentes parem titulum.*

7 *Possessor debet semper citari.*

8 *Executor secundus non potest procedere, vbi processus fuit inchoatus coram primo.*

9 *Manutentio est danda ei, qui non habet se pro spoliato.*

10 *Executor secundus non potest adiri, nisi data negligentia primi. & si primus recusat exequi literas vti subreptitias est appellandum ad Metropolitanum, seu Papam.*

## DECISIO XLVI.

DOmini censuerunt concedendam esse manuten-
1 tionem Gabrieli, † cùm reperiatur in possessione
Parochialis, de qua agitur *l. 1. §. interdictum autem. ff. vti*
2 *possidetis, §. retinendæ. Instit. de interd.* † de possessione
enim ipsius constat ex publico instrumento, quod pro-
bat veram possessionem alio non existente in possessio-
ne *l. prædia.* vbi Bart. *ff. de acquir. poss.* Caputaq. *decis. 334.*
*nu. 5. p. 2.* & fuit dictum in Ipporegieñ. Cappellaniæ co-
ram Illustriss. Blanchetto vlt. Aprilis 1574. & in vna
Cosentina Parochialis 22. April. 1574. coram R. P. D.
Pamphilio, & in vna Aquilana Beneficij 28. Ianua. pro-
ximè præteriti coram me. Imò constat de reali, & effe-
ctuali possessione tempore motæ litis ex ipsa serie facti,
quia cùm Petrus vigore gratiæ nouæ tentasset accipere
possessionem in præsentia iudicis, Gabriel, qui erat in
domo Abbatiæ, noluit obedire iudici, dicẽdo, quod eum
non cognoscebat. & cùm ipse acriter contradiceret, &
repugnaret, iudéxque aperuisset portas Ecclesiæ cum
violentia, his non obstantibus Gabriel semper conti-
nuauit suam possessionem, & propterea fuit opus adire
secundum subexecutorem, qui mandauit Gabrieli, vt
dimitteret vacuam, & expeditam possessionem, aliàs
eum declarabat excommunicatum, à qua sententia fuit
appellatum, & caussa commissa in Rota. Nec potest
Petrus allegare suam anteriorem possessionem, & quod
retinuerit animo ciuilem, quæ in concursu naturalis est
manutenibilis, quia † illi obstat, quod petiit immissio- 3
nem, quæ possidenti non competit. *§. adipiscendæ. Instit.*
*de interd* qui enim petit immitti in possessionem, fatetur
se non possidere. † Imò si possideret ciuiliter eam amit- 4
teret, vt fuit dictũ in causa Bononieñ. de Pepulis coram
Illustriss. Mantica 16. Martij 1588. † & gesta per supra- 5
dictos subexecutores non priuarunt sua possessione Ga-
brielem, ex quo nulliter processerunt. Socin. *in ca. Quo-*
*niam. §. quod si super. num. 152. ante med. vers. secus autem in*
*iudice. vt lit. non cont.* Sarnen. *in reg. de annali. q. 45. num. 3.*
fuit dictum in vna Spoletana domus 19. April. 1580.
coram R.P. D. meo Seraphino, & in vna Mediolaneñ.
Bonorum coram Illustrissimo Platto 1. Febr. 1591. & in
illa Cusentina Parochialis coram R.P.D. meo Pamphi-
lio. † Nulliter enim processit primus subexecutor via 6
executiua contra Gabrielem pariter prouisum aposto-
licum; cùm propter paritatem tituli procedendum es-
set via ordinaria. Put. *dec. 313. lib. 1.* Mohed. *dec. 13. vt lit.*
*pend.* Caput. *dec. 319. num. 2. p. 1.* † & quia Gabriel posses- 7
sor debuit citari. *l. fin. Cod. si per vim, vel alio modo, c. licèt*
*Episcopus. de præb. lib. 6.* Gesta etiam per secundum exe-
cutorem sunt nulla, non solùm propter defectum cita-
tionis, & modum procedendi executiuè, vt dictum est
de primo, sed † etiam quia inchoato processu cum pri- 8
mo executore non potuit secundus procedere, *c. cùm*
*plures, de offic. deleg. in 6.* a & ex aliis capitibus, de quibus
per informantes. Et propterea stantibus huiusmodi nul-
litatibus, & quia † Gabriel nunquam se habuit pro spo- 9
liato, sed semper suam ciuilem retinuit, venit manute-
nendus, vt fuit dictum in illa Agrigentiñ. Benef. 2. No-
uembris 1601. coram R.P.D. meo Corduba.

## *ANNOTATIO.*

a Subexecutor, seu secundus executor † adiri non potest, nisi data negligentia primi; latè Gara. *de Benef. p. 6. c. 2. num. 2. & seq.* vbi plures decis. Rot. per extensum refert, & Rot. *in recent. dec. 773. p. 1.* & fuit dictum in Illarden. Benef. S. Laazari 5. Iulij 1608. coram Card. Sacrato; Ideóque si primus executor pronunciat litteras non esse exequendas vti subreptitias, non potest adiri secundus, qui est solùm datus in casu negligentiæ primi executoris, sed tunc appellandum est ad Metropolitanum, seu ad Papam, ita fuit dictum in Tirasonens. Cappellaniæ coram Card. Pamphilio, quæ reperitur impress. penes Garz. *de Benef. p. 6. c. 2. num. 63.* non enim potest dici executor negligens, qui ex causa recusat exequi litteras Apostolicas. Rot. *dec. 273. sub num. 1. p. 1. in recent.* 10

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Pecuniaria.

*Veneris* 15. *Martij* 1602.

## ARGVMENTVM.

Filiusfamilias non obligatur ex mutuo. Ex ludo non oritur actio, nec ex alio contractu occasione ludi celebrato. Cessionario obstant omnia, quæ obstarent cedenti.

## *SVMMARIVM.*

1 *Filiusfamilias non potest obligari ex causa mutui.*

2 *Ex ludo non oritur actio.*

3 *Amplia vt neque oriatur actio ex contractibus occasione ludi*

*ludi celebratis.*

4 *Cessionarius non debet esse melioris conditionis, quàm cedens.*

5 *Cessionario obstant omnes exceptiones; quæ obstabant cedenti. Declara, vt num. 7.*

6 *Cessio præsumitur simulata, quando est facta ex causa crediti, de quo non apparet.*

DECISIO XLVII.

FVit dictum informante tantùm D. Galeatio manda-
tum contra ipsum relaxatum ab A. C. non esse exe-
quendum, quia si attendimus causam expressam in
obligatione; quæ est mutui, cùm fuerit probatum quòd
1 de tempore obligationis ipse erat filiusfamilias, † clarum
est quòd ex tali causa non poterat obligari vetante Se-
natusconsl. Macedoniano, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad Maced.*
si verò inspiciamus causam veram, ex qua obligatio tra-
hit originem, videlicet ludi alearum, vt probant testes
pro Galeatio examinati, sicuti nulla ex dicto ludo oriri
2 potest actio, *l. fin. C. de relig. & sumpt. fun.* † ita omnes con-
tractus & instrumenta eius occasione celebrata irrita
a sunt, & inania.[a] Paris † Put. *de ludo num. 15. 21. & 41.*
3 Caccialup. *in simili tractatu sub num. 34. vers. Octauus est
casus.* Nec releuat quod D. Cæsar sit cessionarius, quia
4 † non debet esse melioris conditionis, quàm cedens, *l.
in omnibus. §. non debet. ff. de reg. iur.* Natt. *cons. 398. num. 3.*
& exceptiones; quæ competunt contra cedentem, mili-
b tant etiam aduersus cessionarium,[b] Bald. *in l. heredi. §. 1.
5 num. 8. ff. de pact.* Bero. *cons. 32. nu. 46. lib. 2.* † Quinimo
cessio ipsa præsumitur simulata; cùm facta fuerit ex cau-
6 sa prætensi crediti, de quo non apparet. † Bart. *in l. per
diuersas. nu. 11. & seq. C. mand.* Abb. *in cap. ex parte sub nu.
7. vers. quintò præsumitur. de alien. iud. mut. caus. fact.* Put.
*dec. 22. lib. 3.*

*ANNOTATIO.*

a De quo latissimè per Farinac. *q. 109. nu. 203.* vbi dicit instrumentum depositi, permutationis, seu alterius contractus occasione ludi prouenientis non tenere, & subdit non dissentire bannimenta Status Ecclesiastici.

b Hoc est verum quoad exceptiones respicientes rem, secus quoad exceptiones respicientes personam. Seraph. *decis. 512. nu. 1.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Taruisina Parochialis S. Theonisti.

*Lunæ 18. Martij 1602.*

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur super iisdem materiis, super quibus aliàs fuit factum examen, & maximè post publicata dicta testium. Iuspatronatus laicale ex dotatione, & fundatione non cadit sub reseruatione, bene tamen Ecclesiasticum. Manuale beneficium non cadit sub reseruatione, & non dicitur manuale quando confertur in titulum vti vacans.

*SVMMARIVM.*

1 *Remissoria non conceditur quando articuli continent easdem materias, & probationes, quæ fuerunt facta in partibus.*

2 *Testium dicta postquam sunt publicata non admittitur nouum examen.*

3 *Iuspatronatus vt non cadat sub reseruatione est necesse quòd sit ex fundatione, & dotatione.*

4 *Iuspatronatus Ecclesiasticum comprehenditur sub regula octaua.*

5 *Manuale beneficium non cadit sub regula reseruatoria.*

6 *Manuale non potest dici beneficium, quando reperitur collatum in titulum vti vacans.*

7 *Remissoria quando est calumniosè petita est deneganda.*

DECISIO XLVIII.

NOn esse concedendam † remissoriam dixerũt Do- 1
mini, quia articuli continent easdem materias, &
probationes, quæ fuerunt factæ in partibus, & fuit bis
concessa Rota *dec. 16. de testibus in nouis*, Chissaneñ. *de-
cis.* 164. & fuit dictum in vna Taruisina Pensionis 13.
Octobr. 1597. coram R.P.D. meo Litta, & in eadem re-
petitum fuit coram bo. me. Orano de mense Aprilis
1598. † maximè quia dicta testium sunt publicata, *c. fra-* 2
*ternitatis. & c. intimauit. de testibus. Auth. at qui semel. C. de
probat.* Chissaneñ *d. decis.* compulsoriam etiam specialem
denegandam esse dixerunt, quia iura compulsanda non
releuant: priuilegia enim antiqua sunt in forma cõmuni,
& si inferunt ad ius conferendo, hîc nihil obstat Io. Ba-
ptistæ prouiso Apostolico in mense reseruato, si etiã in-
ferant ad iuspatronatus idem dicendum, quia non con-
cludunt iuspat. ex fundatione, & dotatione, prout † re- 3
quiritur ad excludendam reseruationem, Æneas de Fal-
conib. *de reser. in 14. effectu.* Caputa. *dec. 29. lib. 1. in manu-
scrip.* Cott. *dec.* 150. & fuit dictũ in vna Cæsaraugustana
Parochialis 10. Iun. 1566. corã Gropperio, & vbi etiam
concluderent tale iuspatronatus, † quia tamen esset Ec- 4
clesiasticum comprehenderetur sub regula octo men-
sium. Felyn. *in tract. quando lit. Apost. noceant part. in 3. li-
mit.* Æneas de Falconib. *vbi supr.* Non obstat, quòd præ-
tenditur probari istud esse beneficium manuale, & quod
solitæ sunt moniales deputare Cappellanum, † & per 5
consequens non cadere sub regula reseruatoria, Cald. *cõs.
26. de præb.* Simonett. *de reseruat. q. 8.* quia † ista Cappella 6
non potest dici manualis, cùm à monialibus fuerit data
in titulum, vti de vacanti, & in tali statu hodie reperia-
tur, vt constat ex iuribus, & depositionibus testium, &
propterea remissoria, quæ ad hoc probandum petitur, † 7
videtur calumniosè peti, & ob id deneganda. Cassad.
*decis. 3. de dilat.* Chissaneñ. *decis.* 164. *decis.* in causa Zamo-
reñ. non applicatur.

---

Calaguritana de Amurio.

*Lunæ 22. Aprilis 1602.*

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Peritorum relationi standum est circa liquidationem expensarum, quamdiu de errore non doceatur.*

DECISIO XLIX.

LIcèt habeamus liquidationem expensarum ad sum-
mam scutorum 1900. factam per peritos ad id de-
putatos, † quorum relationi standum est, quandiu de er- 1
rore non doceatur. §. *quod autem. Auth. de non alien. aut
permut. reb. Eccles.* & fuit dictum in vna Nepesina exe-
cutionis 26. Iunij proximè præteriti coram R.P.D. meo
Iusto, quia tamen de dicta liquidatione dixerunt Do-
mini esse deducendum valorem ruderum Ecclesiæ an-
tiquæ nec non eleemosynas, & oblationes pro fabri-
ca collectas, quæ ad quam summam ascendant, non li-
quet, non potuit capi resolutio certæ quantitatis ero-
gatæ in ampliatione Ecclesiæ, ad cuius restitutionem te-
netur D. Lupus.

Pampilo

## Pampiloneñ. Prioratus.

*Veneris 26. Aprilis 1602.*

### ARGVMENTVM.

Clausula (*parito Breui*) importat non solùm dimissionem possessionis, sed etiam restitutionem fructuum, qui præsumuntur percepti à possessore, nisi contrarium probetur. Possessio capta sine mandato non suffragatur, nisi postea ratificetur.

### SVMMARIVM.

1 *Clausula* ( parito ) *non solùm importat dimissionem possessionis, sed etiam restitutionem fructuum, & sub num.5.*
2 *Fructus præsumuntur percepti à possessore.*
3 *Possessio non acquiritur sine mandato.*
4 *Possessio sine mandato acquisita ratificari potest.*
6 *Fructus non præsumuntur percepti à possessore, si constat, quòd possessor se non ingesserit in illorum administratione, sed altera persona.*

### DECISIO L.

1 NOn constat de sufficienti paritione breuis, † quia
clausula (*parito*) non solùm importat dimissionem
possessionis, sed etiam restitutionem fructuum, vt fuit
dictum in vna Pampiloneñ. de Sesa 28. Ianuarij 1577.
coram Illustrissimo Blanchetto, & in vna Hispaleñ. Beneficij
24. Febr. 1584. coram R.P.D. meo Decano, & corã
me in vna Vigellen. Iuris optandi 10. Decemb. 1601.
a [a] De perceptione autem fructuũ satis apparet, † ex quo
2 Gundisaluus fuit in possessione, & non docetur se eos
non percepisse, nec ab alio fuisse perceptos. Cor. *dec.* 14.
fuit dictum in vna Compostellana fructuum 6. Martij
1590. coram Illustris. Platto, & in Panormitañ. Archidiaconatus
22. Maij 1592. coram R.P.D. meo Penia, & in
Cusentiñ. Parochialis 12. Nouemb. 1594. coram R.P.D.
b meo Pamphilio: [b] quam fructuum perceptionem adminiculantur
attestatio beneficiatorum, literæ missiuæ Io.
Nauarræ depositarij, & Petri de Vedes, & alia de quibus
per informãtes, per quæ etiam tollitur, quod dicitur possessionem
Gundisalui fuisse instrumentalem, & non habendam
in cõsideratione, quia de eo tempore Ioan prouisus
ab Ordinario erat in possessione; nam apparet de
reali possessione cum perceptione fructuum: vltra quod
non constat de mandato illius, qui acquisiuit possessionem
3 nomine Io. sine quo nõ fuit illi † quæsita possessio,
*l.1. §. per procuratorem, & l. possessio. §. & si possessio, ff. de acquir. poss.* Corn. *cons.* 46. *sub n.11. vers. Nec ista specialitas, lib.*
3. Aym. *cons.* 5. *num.* 16. fuit dictum in vna Mediolaneñ.
fructuum 16. Martij 1590. coram bo. me. Gipsio: Nec releuat,
quòd neque constet de mandato illius, qui nomi-
4 ne Gundisalui accepit possessionem, quia † sufficit quòd
Gundisaluus eam ratam habuerit. Rot. *decis.* 9. *de restit. spoliat. in non.* Alexander *cons.* 110. *sub num.* 2. *vers. præterea testis. lib.* 5. Aym. *vbi supra*; ratificatio autem est clara
ex supradictis, ex sustentatione litis, & responsione ad
monitoriũ A.C. quòd ipse est in possessione, & ex aliis.

### ANNOTATIO.

5 a Plures cumulat Mart. *de* † *clauf.* 1. *par. clauf.* 91. *nu.* 1. iuxta nouam impressionem. Rot. in Tirasoneñ. Canonic. 15. Martij 1610. coram R.P.D. Pirouano.

b Rota *decis.* 169. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* Seraph. *decis.* 1245. *nu.* 6. *& decis.* 1364 *in princ.* fuit dictum in Aleticeñ. 4. Maij 1616. coram R.P. D. Buratto, si tamen constaret, quòd possessor se nõ ingesserit in perceptione fructuũ, puta propter impedimentum, vel etiam voluntariè, tũc
ex possessione non præsumitur fructuũ † perceptio: ita 6
fuit dictum in Romana fructuum 4. Nouembris 1613.
coram R.P.D. Pirouano, vbi fuit dictum, quòd ex quo
constabat de exactore fructuum deputato à Rota, cessabat
præsumptio quòd possessor illos percepisset, &
ibi fuit dictum hoc procedere etiam si non liqueret de
exactione facta à dicto exactore deputato à Rota.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Aquinateñ. Beneficij.

*Lunæ 29. Aprilis 1602.*

### ARGVMENTVM.

Vnio vt præscribatur, quæ requirantur, & aliqua de probatione immemorabilis.

### SVMMARIVM.

1 *Vnio vt præscribatur, requiritur quadragenaria, cum titulo, vel immemorabilis, & sub num.5.*
2 *Testes habentes pro se assistentiam iuris communis sunt præferendi.*
3 *Immemorabilis excluditur per plures actus contrarios, & sub num.6.*
4 *Immemorabilis non probatur per scripturas.*
7 *Immemorabilis non tollitur per actus contrarios, qui sunt vltra centum annos, & vide rationem.*
8 *Immemorabilis non remanet sublata per actus contrarios emanatos, post completam probationem immemorabilis.*
9 *Præscriptio non interrumpitur ex actibus cõtrariis, postquam est completa.*
10 *Immemorabilis probatur per scripturas antiquas, in quibus sit enũciata, dummodò sint ad minus duæ enunciatiuæ, & quæ non emanauerint à personis suspectis.*

### DECISIO LI.

PRoposui dubium aliàs à bo. me. Orano in hac causa
datum an Ecclesia S. Petri præscripserit Ecclesiam
Sancti Eleutherij, ad quod Domini negatiuè responderunt,
quia, cùm in præscribenda vnione requiratur, vel † 1
quadragenaria cùm titulo, vel immemorabilis. Rot. *decis.* 9. *&* 10. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* Felin. *cons.* 2.
*num.* 2. Mil. *in verb. Vnio potest probari per testes.* Cæs. de
Grass. *decis.* 13. *nu.* 12. *de preb.* fuit dictum in vna Tirasoneñ.
Iuris præsentandi ad portiones 17. Martij 1589.
coram Bubalo, in vna Alexandrina Sancti Stephani coram
R.P.D. meo Litta 2. Maij 1597. & in vna Eugubina
22. Iunij 1598. coram R.P. D. meo Penia, [a] hic nec de a
quadragenaria agi potest, cùm de aliquo titulo non doceatur,
nec probatur immemorabilis, quia testes ad eam
probandam inducti, etiam circumscriptis exceptionibus
non concludunt in requisitis à Glos. *in c.1. de præscr. libr.* 6. & habent in contrarium testes deponentes pro libertate
Ecclesiæ, quòd nunquam fuit habita pro grancia,
& membro Ecclesiæ Sancti Petri, † qui, cùm ha- 2
beant pro se assistentiam iuris communis, *cap. quia sæpe. de praben. lib.* 6. in concursu videntur illis præferendi.
Dec. *cons.* 448. *num.* 11. *&* 35. Ruin. *cons.* 147. *num.* 5. *lib.* 5.
& per plures etiam contrarios actus † excluditur præ- 3
tensa immemorabilis. Put. *decis.* 476. *lib.* 2. & fuit dictum b
in illa Eugubina coram R.P.D. meo Penia, & in vna
Caputaquen. vnionis 27. Nouembris 1591. coram eodem.
Actus autem contrarij, & exclusiui præscriptionis
immemorabilis, qui medio tempore interuenerunt,
plures sunt; ex testibus enim, & scripturis appatet Ecclesiam
Sancti Eleutherij, & eius redditus fuisse administratos
à Communitate Castri, seu ab eius officialibus, &
factoribus in publico Consilio quolibet anno deputatis,
inter quos fuit etiam aliquandu deputatus quidam Don
Mutius tunc temporis Archipresbyter Sancti Petri,

Commu

Communitas ipsa construxit, seu in nobiliorem formam reduxit Ecclesiam, recollegit, & per eius depositarium custodiuit eleemosynas, quæ offerebãtur, ex quibus partem inuestiuit in diuersis bonis, vt ex pluribus instrumentis apparet, quorum reditus similiter colligebantur, & conseruabantur; prout eleemosynæ partem in rebus necessariis erogauit, soluendo non solùm aliis presbyteris, sed etiam ipsimet Archipresbytero S. Petri eleemosynam, quando in dicta Ecclesia diuina celebrabant, quæ procul dubio demonstrant dictam Ecclesiam non fuisse granziam, seu membrũ S. Petri, & repugnat vnioni, quia aliàs hæc omnia ad Archipresbyt. S. Pet. spectassent, qui nõ permisisset bona suæ Ecclesiæ, & eleemosynas à laicis administrari, & minus de eorum manibus recepisset mercedem: concurrunt etiam alia pro libertate Ecclesiæ, de quibus per informantes. Non obstãt enunciatiuæ, in quibus enunciatur Ecclesia vti Cappella S. Petri Visitationes, ex quibus colligitur curam dictæ Ecclesiæ fuisse penes Archipresbyterum, inuentarium in quo bona Ecclesiæ Sancti Eleutherij reperiũtur descripta inter bona Ecclesiæ S. Petri; Fides Communitatis, & petitio ab ipsa porrecta Episcopo, in qua enunciando granziam Sancti Petri, petitur, vt excludatur à prouisione facienda de Ecclesia Sancti Petri, & similia, quia vltra quod fuit aliàs dictum coram bo. me. Orano 12. Iunij 1592. ad probandam vnionem non releuare. Saltem non concludunt immemorabilem, tùm quia per actus
4 contrarios excluditur, vt dictum est, † tùm quia ea non
c probatur per scripturas,[c] Io. And. *in c. 1. in fine*, & ibi Gemin. *num.* 16. Franc. *sub nu.* 15. *de præscrips. in 6.* Alexand. *cons.* 16. *nu.* 17. *lib.* 5. Balb. *de præscript.* 2 *par.* 3. *quæst.* 6. *nu.* 25. Aym. *de antiq. temp. par.* 4. Materia *num.* 39. Natt. *cons.* 636. *num.* 103. *& seq.* Rebuff. *de decim quæst.* 13. *num.* 97. fuit dictum in vna Burgeñ decimarum de Scalante 5. Iunij 1591. coram bo. me. Orano, & in vna Tulleñ. Iurisdictionis 22. Martij 1596. coram R. P. D. meo Pamphilio, & in multis aliis, ex quibus Domini concluserunt non probari, quòd Ecclesia Sancti Petri præscripserit Ecclesiam S. Eleutherij.

*ANNOTATIO.*

a Rot. *decis.* 233. *sub num.* 5. *part.* 1. *in recent. & decis.* 672. *numer.* 6. *part.* 2. *in recent.* † fuit dictum in Lucana Iurispa-
5 tronatus de Podiis 21. Martij 1620. coram R. P. D. Dunozetto.

b Rot. *decis.* 314. *num.* 13. *& decis.* 254. *num.* 1. *&* 2. *part.* 1. *in re-*
6 *cent. & decis.* 258. *nu.* 2. *par.* 2. *in recent.* † Aduertendum tamen est, quòd si Actus, qui in contrarium dantur, excedunt centum annos, non elidunt immemorabilem, stat
7 enim simul non extare † memoriam in contrarium, cum actu antiquo contrario vltra centum annos, cùm nec vita hominis, nec memoria vltra centum annos præsumatur se extendere. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 60. *&* 61. & Rot. secuta fuit in Caualicens. feudi 2. Aprilis 1613. coram R. P. D. Pirouano, sicut etiam actus gesti post
8 completã † probationem immemorabilis nihil conferunt ad interrumpendam immemorabilem iam confirmatam, vt fuit dictum in dicta Caualicens. prout generale est in
9 materia præscriptionis †, quòd postquam præscriptio est completa non interrumpitur. Mant. *decis.* 296. *num.* 5. Garz. *de benef. part.* 3 *cap.* 2. *nu.* 107. vbi refert aliam decisionem Rotalem.

c Licèt immemorabilis regulariter non probetur per scri-
10 pturas, † si tamen dentur scripturæ antiquæ vltra centum annos, in quibus enunciatur immemorabilis, ex dictis scripturis probatur immemorabilis, vt fuit dictum in Burgens. Quindenniorum 8. Martij 1599. coram Litta, & in Cordubens. Decimarum 15. Maij 1608. coram R. P. D. Decano, & tradit Marescott. decisiones Rotæ referens varias, *lib.* 2. *cap.* 100. *nu.* 15. *& seq.* sed tamen est necesse, quòd enunciatiuæ immemorabiles sint ad minus duæ, & quòd illæ non habeant originem à personis suspectis. Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 6. *versus finem*, & in his terminis fuit dictum in Cordubens. Decimarum 18. Maij 1618. coram R. P. D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Carpens. seu Nullius Bonorum.

*Lunæ* 13. *Maij* 1602.

ARGVMENTVM.

Alienatio rerũ Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico est nulla, & non præsumitur beneplacitum Apostolicum minori spatio triginta annorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienatio rerum Ecclesiæ, sine beneplacito Apostolico, est nulla.*

2 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur, nisi per spatium triginta annorum.*

3 *Ecclesia tenetur præstare consensum in translatione iuris de vno, ad alium, quamuis in longius protraheretur prima concessio, quando Ecclesia solita est facere similes renouationes, & non aliàs.*

DECISIO LII.

FVit conclusum sententiam Rotalem iustam, rectè
enim fuit declarata † nulla alienatio bonorum, de 1
quibus agitur sine interuentu beneplaciti Apostolici, iuxta *extrauag. ambitiosè. de reb. Eccles. non alien.* ad quod præsumendum non sufficit cursus temporis cum obseruantia, tùm quia obseruantia non probatur; tum
quia requirũtur ad † minus anni 30. vt fuit dictũ in vna 2
Neapolitana Fundaci 1. Iunij 1579. & in pluribus relatis in causa Burgeñ. Pensionis 15. Decembris 1596. coram R. P. D. meo Penia, qui non interuenerunt à die inuestituræ, de qua agitur, quæ fuit concessa de anno 1571. vsque ad annum 1597. de quo tempore fuit hæc lis mota; non enim est sumendum initium à concessione facta de anno 1564. ab hac, de cuius validitate agitur longè diuersa, quæ tempore secundæ inuestituræ euanuit prorsus. Non obstat quòd ista sit cessio, & tran-
slatio iuris in alium, ad quod † cogebatur Capitulum 3
suum præstare consensum, & recognoscere nouum emphyteutam, & eius generationem, quamuis in longius protraheretur, quàm prima, ex Corn & aliis alleg. per informantes pro Hercule, quia loquuntur, quando dominus directus est solitus facere similes renouationes, quod in casu nostro non probatur.

---

Elneñ. Beneficij.

*Veneris* 18. *Maij* 1602.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula* (constito) *contenta in breui non iustificatur sufficienter ex testibus de publica voce, & fama.*

2 *Breuis executioni non est locus cessante reseruatione.*

3 *Clausula* (constito) *in breui requirit plenam, & concludentem probationem, ita vt resultet clara, & aperta reseruatio.*

4 *An iustificetur ex sola iuris præsumptione.*

5 *Præsumptiua probatio non suffragatur, vbi quid est fundamentum intentionis alicuius, iuxta opinionem Rotæ.*

6 *Breuia, de capienda possessione fundantur tota super reseruatione.*

DECI

DECISIO LIII.

Conclusum fuit esse locum arbitrio, & supersedendum in executione breuis, quia fuit nulliter processum ab A.C. propter defectum mandati, tàm Antonii Deriera, de quo nullibi constat, quàm Antonii Gomez, cùm literæ missiuæ (vt ex eorum lectura apparet) non tribuant facultatem sustinendi hanc litem nomine
1 Ioannis, † quia clausula (*constito* [a] &c.) de qua in breui,
2 non fuit iustificata, cùm testes de publica voce, & fama non probent vocationem per obitum Matthæi in mense Aprilis ad effectum reseruationis, Ægid. *decis.* 612. Put. *decis.* 166. *lib.* 3. Paleott. *dec.* 145. fuit dictum in vna Pampiloneñ. beneficii coram Cantuccio 8. Martij 1577. & in causa Gienneñ. Canonicatus 4. & 11. Martii 1587. co-
2 ram Robusterio, & † cessante reseruatione, non est locus executionis Breuis ex deductis in Viceñ. beneficii
b 21. Febr. 1600. coram R. P. D. Pamphilio. [b]

*ANNOTATIO.*

3 a Clausula † (*constito*) in breui requirit plenã, & concludentem probationem, ita vt resultet clara, & aperta reseruatio. Garz. qui decisiones Rotæ refert *de benef. par. 6. cap. 3. num. 64* fuit dictum in Ossen. portionis 17. Decembr. 1617. coram R. P. D. Dunozetto, & in Elnen. beneficij 19. Decembris 1614. coram eodem. Fuit tamen dictum *in decis. 756. num. 4. part. 2. in recent.* sufficienter iustificari † dictam clausulam ex sola iuris præsumptione ea ratione, quia iuris præsumptio dicitur liquidissima probatio, de quo tamen ego semper dubitaui, maximè stante opinione, quam passim sequitur Rota, quod vbi quid est fundamentum intentionis alicuius non sufficit probare præsumptiuè. Rot. *decis.* 102. *num. 6. par. 1. diu.* Seraph. *decis.* 1171. *num. 2. & decis.* 1249. *num. 3.* & fuit dictum in Comen. Decimarum 8. Iunij 1612. coram Illustriss. Cardinali Sacrato.
b Garz. *de benef. par. 6. cap. 3. nu. 9. & 10.* vbi refert decis. Rotæ
5 in † quibus dicitur, quod huiusmodi breuia fundantur tota super reseruatione, & affectatione.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Colimbrien. Fructuum.

*Veneris 17. Maij 1602.*

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Præstimonia sunt Beneficia.*
2 *Possessione beneficij, & Ecclesia apprehensa censetur apprehensa possessio omnium bonorum, & iurium spectantium ad dictam Ecclesiam.*
3 *Hoc procedit respectu bonorum, & iurium vacantium, secus autem respectu illorum, quæ à tertio possidentur.*
4 *Item conclusio procedit solùm respectu illorum iurium, respectu quorum constat Ecclesiam iam esse in possessione.*

DECISIO LIV.

Dandum est Don Ioanni mandatum de manutenendo in possessione percipiendi duas partes ex tribus fructuum patochialis Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ, quia de eius quasi possessione exigendi dictos fructus, constat ex testibus. Præterea supponedo quòd præstimonia sint beneficia, iuxta *dec.* 3. Cassiad. *de preb.* & 4.
1 †. Acchil. *de expect.* eo ipso quòd Don Ioannes adeptus
2 est possessionem † beneficiorum, acquisiuit etiam possessionem omnium bonorum, & iurium ad dicta be-
a neficia spectantium. [a] Anchar. *in reg. sine possessione, numero* 10. *in fin. & numero seq. de regula iuris lib.* 6. Rot. *decis. 1. de rest. spol. in nou.* Aret. *in l. possideri. in princ. post num. 8. ff. de acquir. poss.* Guidop. *decis.* 355. *sub num. 2.* Natt. *cons.* 563. *nu.* 13. & fuit latè deductum in vna Romana Cappellæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ 24. Februarii 1576. coram Caotuccio, vbi etiam fuit dictum dari hoc casu mandatum de manutenendo contra habentem naturalem possessionem.

*ANNOTATIO.*

a Non procedit d. conclusio † nisi respectu bonorum, & 3
iurium vacantium, secus autem quoad iura, & bona, quæ reperiuntur à tertio possessa, latè Rota *dec. 171. n. 3. p. 2. in recent.* vbi plures decisiones cumulantur.
Vlterius, † vt conclusio habeat locum constare debet Eccle- 4
siam esse in possessione rei, & iuris, de cuius possessione agitur, aliàs conclusio non procedit, vt fuit dictum in Pistorien. Prioratus 13. Martii 1615. coram R. P. D. Verospo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Albaneñ. Successionis.

*Lunæ 20. May 1602.*

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Acta diuersæ causæ, & iudicij non sunt transportanda, etiam si multùm conferrent ad causam de qua agitur, & nu. 2.*

DECISIO LV.

Domina Artimisia petit hodie portionem hæreditatis paternæ ex persona D. Victoriæ eius sororis, nec non hæreditatem Virginiæ Auiæ, quæ lis est diuersa ab illa antiqua, quæ agebatur super fideicommisso Honorii inter Ludouicum, & Christophorum eius fratrem, propterea non est necessaria transportatio actorum illius iudicii, quia sæpius fuit resolutum, acta † di- 1
uersæ causæ, & iudicii non esse transportanda, nec de iure, nec ex dispositione Sacri Concilii Triden. vt in Oscen. indulti coram bo. mem. Orano 27. Nouembris 1598. in Cæsenaten. de Caeciaguerris 15. Ian. 1599. coram R. P. D. Litta, & de hoc anno in causa Valentina Baroniæ coram R. P. D. Ottembergo. Non obstat, quòd acta illius iudicii multùm conferant ad hanc causam, quia non ideò sequitur, quòd sint de actis istius causæ, vt fuit dictum in causa Romana Depositi 5. Iunii 1600. coram R. P. D. Coccino, [a] & licèt causæ omnes sint mihi com- 2
missæ, quia nihilominus remanent diuersæ, & potest vnaquæque de per se tractari, sufficit transportare acta illius causæ, quæ est ventilanda, vt fuit dictum in d. Valentina Baroniæ.

*ANNOTATIO.*

a Rot. *dec. 11. & dec. 584. p. 4. in recent.* † fuit dictum in Romana 2
Saluiani 11. Martii 1613. coram Card. Sacrato, Gratian. *disc. cap. 121. n. 16.* & 17.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Ciuitatis Castelli Fideicom.

*Veneris 24. May 1602.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum conditionale transmittitur ex coniecturis, & plures considerantur coniecturæ pro transmissione.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommissum conditionale non transmittitur, nec etiam ad liberos,& n.7.& 11.*
2 *Limitatur non procedere concurrentibus pro transmissione indicijs,& coniecturis, quæ tamen debent esse vrgentissima,& n.12.*
3 *Fideicommissum conditionale transmittitur ex coniectura æqualitatis seruandæ inter vocatos.*
4 *Fratres, & Filij fratrum succedunt defuncto sine filiis in stirpes,& non in capita.*
5 *Testator præsumitur se conformare cum dispositione iuris communis.*
6 *Vocatio in stirpes est coniectura transmissionis.*
7 *Transmissio non impeditur ex eo,quia testator proprio nomine substituerit,si constat de contraria voluntate testatoris.*
8 *Transmissibile facit voluntas testatoris, quod ex sua natura non est transmissibile.*
9 *Et sufficit voluntas tacita,ac coniecturata.*
10 *Transmissio in filium transmittentis facilius,& ex leuioribus coniecturis admittitur quàm in extraneum.*

## DECISIO LVI.

DOmini resoluerunt esse factum locum fideicom-
misso ad fauorem Fælicis, qui licèt non fuerit ex-
presse in testamento vocatus, ad ipsum tamen fuit à
1 Laurentino prædefuncto spes fideicommissi translata; †
quamuis enim fideicommissum conditionale non trans-
mittatur etiam ad liberos,*l.si in personam. C.de fideicom-
miss.*glos.& DD.*in l.vni.C.de his,qui antè aper. tab.* Bar.*in
l.1.sub num.8.vers.alia glossa ponit.ff.de leg.*1.Bal.*cons.*49.
*sub nu.2.vers.& licèt superuiueret,lib.*2.Alex.*cons.*165.*nu.*
4.*lib.*5.& firmauit Rota coram Illustriss.Card. Manti-
a ca in vna Ciuitaten. bonorum 13. Iunij 1591. [a] † hoc
2 tamen non procedit concurrentibus pro transmissione
indicijs,& coniecturis,Bald.*in d.l.vni.sub nu.*10.*vers.nisi
concurrentibus.* & ibi etiam Corn.*circa fin.vers. in eadem.*
Ias.*cons.*233.*col.*1.*vers.vnde quando ex pluribus.lib.*2.Soc.
*in l.in conditionibus* §.1.*sub nu. 4. vers. quinimò non solùm
ff.de cond.& demonstr.*Dec.*cons.*297.*numer.*5.Ruin.*cons.*
28.*sub nu.*5.*vers.& vbi etiam.lib.*2.Paris.qui de commu-
ni *cons.*77.*n.*10.*lib.*2.Caput.*dec.*21.*in princip.p.*2.Placue-
runt autem Dominis coniecturæ adductæ per infor-
3 mantes pro D.Ioanne Baptista Periolo, † & præcipuè
illa, quòd testator substituit Laurentium fratrem suum
superuiuentem,&omnes nepotes masculos ex fratribus
præmortuis, ex quo elicitur perspicua mens testatricis,
quòd admittendo hæredes fratrum præmortuorum
voluerit ob æqualitatem seruandam admitti etiam fi-
lios Laurentii, casu quo ille ante purificatam condi-
tionem decessisset, Ruin.*cons.*145.*numero* 6.*lib.*2. So-
cin. iun. *cons.* 63.*sub numero* 4. *vers. quibus addi potest.
lib.*4.Cur.iun.*cons.*259.*nu.*16. Illustriss. Mantica *de con-
iect.vlt.vol.lib.*11.*tit.*20.*nu.* 25. *cum aliis*, de quibus per
4 informantes. Accedit etiam alia coniectura,quòd † cùm
testatrici ab intestato defunctæ æqualiter fuissent suc-
cessuri Fælix vnà cum fratre ipsius testatricis,& aliorum
fratrum filiis,§.*cùm filius.Inst.de hæred.quæ ab intest.defer.*
& quidem in stirpes §.*Si autem defunctus.vers.huiusmo-
di vero*,iuncta glos.*in ver.parentum in auth.cod.tit.* & *not.*
5 *in auth. cessante C. de legit. hæred.* † testatrix præsumitur
voluisse se conformare cum dispositione iuris commu-
nis,*l.Gallus* §. *quidam rectè*.cum ibi not.*ff.de lib. & posth.*
Alex.*cons.*55.*num.*2.*lib.*4.Ias.*in l.*1.*nu.* 45.*vers.confirma-
tur.ff.de vulg. & pup.* Soc.*in l.cùm auus.num.*95.*vers.&
per hoc etiam patet.ff.de cond.& dem.*& ita in terminis no-
stris arguit Soc.iun *d.cons.*63.*n.* 6.& 7. Additur, quòd
testatrix substituendo Laurentium fratrem pro vna ter-
tia parte, & Cæsarem filium, hæredemque Nicolai
pro alia tertia; pro alia etiam tertia hæredes Baptistæ
etiam fratris, qui plures erant, constat fuisse vo-
catos, & substitutos in stirpes, † quæ vocatio in- 6
nuit esse locum transmissioni.Soc. iun.*cons.*89.*n.*14.*lib.*
3.& alii,quos refert,& sequitur Menoch.*cons.* 333.*n.*33.
qui licèt loquantur, quando testator in vocatione vsus
est illis verbis,*in stirpes*,tamen idem dicendum, quando
iis tacitis re,& effectu ipso substituit in stirpes,cùm vo-
luntas non magis verbis,quàm facto declaretur. *l. Pau-
lus.ff.rem rat.hab.*vt concludit Menoch.*ibi*,ex quibus,&
aliis per informantes adductis saltem,simul iunctis Do-
mini censuerunt esse locum transmissioni. Non obstat,
quod dicitur non posse agi de transmissione, cùm Lau-
rentius fuerit nomine proprio nominatus, quia vltra
quòd Alex.*in l.fin.sub nu.*13.*vers.quam limitationem.ff.de
acquir.hæred.*& alij relati à Menoch.*cons.*209. *nu.* 27.te-
nent hoc operari quidem,vt alius ex vocatione admitti
non possit,non autem esse impedimento transmissioni,
† quando etiam verum sit propter specificam nomina- 7
tionem cessare transmissionem,hoc certè non procedit,
vbi constat de contraria voluntate testatoris,† quæ facit 8
transmitti, quod de sui natura non est transmissibile. *l.
vnic.C.vt actio ab hæred.*Bal.*in l.cùm pariter.in 4. q.sub n.*
26.*C.de inst.& subst.*Ias.*in l.nemo potest.sub n.* 33. *vers.I-
tem addi.ff.de leg.*1.† & sufficit tacita,ac coniecturata vo- 9
luntas.Bald.*in d.l.vnic.cum aliis supra citatis*.Non obstat
decisio Bononien.de Borgogninis, quia vltra quod ibi
agebatur de transmittenda hæreditate in fratrem substi-
tutum,in † casu autem nostro de transmissione in filium 10
transmittentis, quæ ex leuioribus coniecturis admitti-
tur,vt per Aym & alios citatos per informantes, in casu
etiam *d.decisionis* multa concurrebant ad excludendam
transmissionem & apparebat de eoixa mente testatoris
nolentis recedere ab expressa vocatione. In casu autem
nostro omnia clamant pro transmissione.Quæ dicuntur
in materia *l.cùm Auus,ff.de cond. & dem.* sunt satis ex-
tranea à terminis nostris, vt benè deducunt informan-
tes pro D.Ioanne Baptista,per quos etiam benè tollun-
tur omnia ex aduerso deducta.

*ANNOTATIO.*

a Fideicommissum conditionale an transmittatur viden-
dus est Mant. qui latè materiam tractat *de coniect. vlt.
volunt. lib.* 11.*tit.* 10. *per tot.* & amplè etiam Gabr. *de
hæred.instituen. conclus.* 2. & † regula est,fideicommis- 11
sum conditionale non transmitti, nec etiam ad filios,
& descendentes,quod & vltra deductos in decisione
firmat Rot.penes Seraph.*decis.*1014.& *dec.* 1469. *num.*
6 & 16.& *in recent. dec.*100.*num.*2.*p.*1.& *decis.*380.*num.*1.
& *seq.eadem p.*1. & ab hac regula non recedi,† nisi ex 12
vrgentissimis & concludentissimis coniecturis dixit
Rota in omnibus præallegatis decisionibus in quibus
etiam decisionibus plures coniecturæ in specie repro-
bantur, & fuit etiam latè deductum in Anconitana
Fideicom. Caducæi 28. Iunij 1617.& 25. Maij 1618.co-
ram R.P.D.Cauallerio,& coniecturam illam quòd fi-
lij fuerint positi in conditione in specie reprobauit
Rot.in Prænestina bonorum 16.Ianu.1615.coram Card.
Sacrato, prout etiam hanc,& nonnullas etiam conie-
cturas ex mente Rotæ,& DD.reprobat Marescott.*var.
lib.*1.*cap.*27.*nu.* 9.& *seq.*& etiam de hac materia trans-
missionis fideicomm. conditionalis latè habetur in de-
cis. Ariminens. Fideicom. 26.Martij 1612.de qua infra
coram Sanctiss.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Neritonen. pensionis.

*Veneris 24.Maij 1602.*

ARGVMENTVM.

Literæ pensionis sunt iustificandæ contra eum,
qui

qui pensionis reseruationi non consensit, nec pensionem vnquam soluit.

*SVMMARIVM.*

1 *Pensionis litera sunt omnino instificanda contra non consentientem reseruationi pensionis.*

2 *Clausula* (dummodò remaneant mille) *est conditionalis, & in primis, & ante omnia verificari debet.*

3 *Possessio transferentis extinguitur morte.*

4 *Ideò in translatarium non transit.*

5 *Quasi possessio transferentis, qua non ascendit ad annos 30. licèt excedat 20. non sufficit pro iustificatione prasumenda.*

6 *Iustificatio gratia ex tempore, iuxtà generalem obseruantiam Rota, non prasumitur, nisi spatio 30. annorum.*

7 *Titulus prasumitur ex tolerantia Episcopi, qui visitando inquirit de titulis, non enim prasumitur Episcopum permittere aliquem sine canonico titulo possidere diu beneficium.*

8 *Dispensatio prasumitur ex cursu decem annorum concurrente Ordinarii tolerantia.*

9 *De dispensatione cognoscere spectat ad Ordinarium.*

10 *Tempus reseruationis pensionis ad effectum clausula* (dummodò) *est attendendum.*

11 *Pensionarius quando agit contra consentientem pensioni non indiget aliqua iustificatione.*

12 *Hoc procedit, quando reseruatio pensionis est pura, secus si habet clausulam* (dummodò centum, seu mille) *tunc enim etiam contra consentientem est necessaria iustificatio, secus est si adsit clausula* (si ita est,) *& sub num. 14.*

13 *Quod habet locum, siue agatur in possessorio, siue in petitorio.*

15 *Pensionarius, quando agit contra non consentientem, si non reperitur in possessione tenetur iustificare gratiam.*

16 *Si reperitur in possessione non tenetur iustificare in possessorio, sed benè in iudicio petitorio.*

17 *Pensionarius non tenetur iustificare, si prouisus de beneficio in eius impetratione facit mentionem de pensione, quia censetur illam approbare.*

DECISIO LVII.

DOmini dixerunt sententiam Rotalem ex capite iustitiæ esse confirmandam (quia de nullitate reseruarunt particulariter videre) iustitia enim est clara:
1 † nam cùm Episcopus non consenserit reseruationi pensionis; nec eam aliquando soluerit, erant omnino literæ pensionis contra ipsum iustificandæ. Cassad. *decis.* 10. *nu.* 8. *de rescript.* Ant Ang. *in epit. tit. de solut. pensio. num.* 24. *& decis.* 196. *lib.* 3. & fuit dictum in vna Burgen. pensionis 15. Decembris 1596. coram R.P.D. Penia, præsertim
2 † quia habent conditionem (*quatenus remaneant mille*) quæ procul dubio in primis, & ante omnia debuit verificari, vt fuit sæpius decisum, & signanter in vna Sarxanen. pensionis, coram R.P.D. Decano 15. Febr. 1593. & coram bo. me. Gypsio 26. Martij eiusdem anni in vna Salamantina pensionis, & fuit latè deductum in Meluitana pensionis 28. Nouembris 1597. coram R.P.D. Litta, & coram eodem firmatum in hac causa 5. Nouembris
3 proximè præteriti. † Possessio autem transferentis, cùm eius morte fuerit extincta, *l.* 1. §. *Scaeuola. ff. si quis testa. li-*
4 *ber esse iuss. fuer.* † non potuit in translatarios transire, vt in Brixien. & Calaguritana pensionis relatis, & confirmatis in *d. decis* in hac causa facta. in qua etiam fuit firma-
5 tum † pro iustificatione præsumenda non sufficere quasi possessionem transferentis, quamuis excedat 20. annos, postquam non ascendit ad 30. quod prius fuerat resolutum in Brixien. pensionis 28. Nouembris 1594. coram R.P.D. Millino, in præallegata Burgen. & in Lauden. pensionis 29. Martij 1599. coram R.P.D. Penia; ex † genera- 6
li enim obseruantia, vbi agitur de præsumenda iustificatione gratiæ ex tempore, Rota requirit 30. annos, vt fuit dictum in illa Lucana Decanatus coram Sanctissimo canonizata in pluribus decisionibus relatis in supradicta Burgen. pensionis, à qua noluerunt Domini recedere: Non obstant tradita per Abb. & alios *in cap. cùm venissent. de instr.* quia in casu *dict. cap.* Archiepiscopus agebat contra Archidiaconum, & Archidiaconus se defendebat ex titulo præsumpto ex confessione ipsius Archiepiscopi, nil mirum si Archiepiscopus tenetur (vt ibi dicitur) probare defectum tituli: In his terminis procedit etiam Decisio in causa Gerunden. coram R.P.D. Sacrato. Quæ dicuntur de decennali ex allegatione Lapi reducta ad triennium non applicantur, quia fundantur in toleran-
tia Episcopi, † qui cùm visitando inquirat de titulis, non 7
est verisimile, quòd permittat aliquem possidere sine canonico titulo, vt in dicta allegatione Lapi, & Cassad. *decis.* 2. *de caus. possess. & propriet. & decis.* 8 *super reg.* eodem modo respondetur ad cons. Anchar. & decision. Achil.
dum dicunt præsumi † dispensationem ex cursu decem 8
annorum, quia hoc etiam videtur fundari super tolerantia Ordinarij, ad cuius officium spectat cognoscere
de huiusmodi † dispensatione, vt per Felyn. *in cap. illud,* 9
*nu.* 9. *de præscript.* Vltra quod loquuntur, quando cum tempore concurrit communis reputatio. Non obstant decisiones in causa Romana fructuum coram Sanctissimo, quia ibi possessio decennalis deseruiebat pro adminiculo. Adminicula autem, quæ adducuntur, visa sunt satis leuia; ad illud enim quod pro præcipuo allegatur, quòd Sanctissimus super eadem Ecclesia de Anno 1596. apposuit aliam pensionem scutorum 1000. cum clausula (*quòd sit salua pensio antiqua*) ex quo videatur apparere, quod Ecclesia esset talis, quæ poterat vtrumque onus ferre, respondetur quòd quando ista reseruatio faceret aliquam præsumptionem de tempore, quo emanauit,
† tamen nihil infert ad tempus anni 1577. quo fuit pen- 10
sio, de qua agitur, reseruata; & quod considerari debet, vt in terminis fuit dictum in illa Meluitan. pensionis.

*ANNOTATIO.*

In hac materia, † quando pensionarius teneatur ad iustifica- 11
tionem pensionis, plures casus sunt considerandi, primus est, quando agitur contra consentientem pensioni, & tunc pensionarius non indiget aliqua iustificatione. Seraph. *decis.* 1017. *num.* 3. Rot. in Salamantina pensionis 26. Martij 1596. coram R.P.D. Gypsio impr. penes Marchesi *de Commiss. par.* 1. *fol.* 26. Rot. *decis.* 23. *nu.* 1. *& dec.* 517. *nu.* 2. 3. *& seq. par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Eugubina pensionis 7. Aprilis 1617. coram R.P.D. Manzanedo.
Declara hoc procedere, quando reseruatio pensionis est pura, secus si est conditionalis continens clausulam (*dummodò*
*centum*) † quia tunc etiam contra consentientem, est ne- 12
cessaria iustificatio. Rot. penes Serap. *decis.* 1017. *& decis.* 1122. optimè Rot. *decis.* 547. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1 *in recent.* vbi aliæ cumulantur, & ibi redditur ratio, quia consensus habet in ventre eamdem conditionem, quam habet gratia, cui accedit, nempe dummodò remaneant centum, quod etiam
benè considerat Garz. *de benefic. par.* 1. *cap* 5. *nu* 464. † & hoc 13
procedit, siue agatur in petitorio, siue in possessorio exe-
cutiuè. Garz. *locu præalleg.* notandum tamen est † quod ad 14
istum effectum non dicitur reddere pensionem conditionalem clausula, *si ita est*, & *si preces veritate nitantur*, & similia, sed solùm, vbi adest clausula (*dummodò centum, seu mille*) ita Rot. *dec.* 519. *numer.* 4. *par.* 2. *in recent.*
Secundus casus est, quando agitur contra eum, qui non consensit pensionibus & tunc subdistinguendum est, nam aut
pensionarius reperitur in quasi possessione exigendi † aut 15
non reperitur, † si non reperitur, tenetur omnino iustificare gratiam, antequam agere possit ad exactionem pensionis, siue in petitorio, siue in possessorio, prout latè firmat Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 442. *& seq.* per plures numeros, vbi plures decisiones Rotæ per extensum refert, in quibus dicta conclusio firmatur.

16 Aut reperitur † in quasi possessione exigendi,& tunc in pos-
sessorio non tenetur iustificare suam gratiam, prout plu-
res decisiones referendo dixit Rot. *in decis. 547. num. 4.
part. 1. in recent.* quod procedit etiam contra succes-
sorem, qui nunquam soluit, Rot. *dict. decis. 547. num.
4.* ex mutatione enim, & variatione personarum contra
quas possidetur non variatur possessio, nec'tas actoris,
iuxta *decis.* Guidop. 624. quam passim sequitur, prout di-
citur *in decis. 562. numero 1. part. 1. in recent.* In peti-
torio tamen tenetur iustificare, etiamsi sit in quasi pos-
sessione exigendi, vt fuit dictum in Rauennaten. pensio-
nis coram Litta impress. penes. Marches. *de commiss.
parte 1. fol. 614. in* Tudertina pensionis, 3. Iunij 1617.
coram R. P. D. Verospo, & in Romana reseruationis
fructuum 19. Ianuarij 1618. coram R. P. D. Buratto, vbi
dicitur esse necessariam possessionem 30. annorum, vt
pensionarius liberetur ab onere iustificationis, & hanc
distinctionem inter iudicium petitorium, & possesso-
rium in his terminis pluries Rota fecit, & præsertim pe-
17 nes Mant. *decis.* 196. Titularis † si in gratia prouisionis fe-
cit mentionem de pensione, qua grauatum est beneficium
quod impetrat, tunc non tenetur pensionatius ad aliam
iustificationem, quia titularis illam narrando censetur ei
consensisse, ita fuit dictum in Elboren. pensionis 19. No-
uembris 1614. coram R.P.D. Pirouano & in Vlixbonen.
pensionis 11. Martij 1616. coram R.P.D. Andrea.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Sancti Angeli Lombardorum beneficiorum.

*Lunæ 3. Iunij 1602.*

ARGVMENTVM.

Est locus arbitrio ad retardandam exequtionem Breuis ob turbiditatem reseruationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Subrogato gratiose non datur immissio, quando reseruatio non est indubitata, & notoria.*
2 *Reseruatio redditur turbida, dato fumo iurispatronatus.*
3 *Iurispatronatus datur magnus fumus ex sententia ordinarij, cùm eius concernat praiudicium.*
4 *Reseruatio, licèt non excludatur per sententiam Ordinarij canonizatoriam iurispatronatus, tamen ita offuscatur, vt non sit locus immissioni.*

DECISIO LVIII.

FVit tentum esse locum arbitrio ad retardandam exe-
1 cutionem Breuis, quia cùm † non detur immissio
vigore subrogationis gratiosæ, quando reseruatio non
est notoria, & indubitata, vt fuit dictum coram R.P.D.
meo Pamphilio in causa Neapolitana Rectoriæ 13. Fe-
bruarij 1598. & in aliis pluribus relatis in illa Otita-
na Parochialis 18. Iunij 1598. coram R. P. D. meo
2 Corduba, † reseruatio in casu isto redditur multùm tur-
bida, quia adest magnus fumus iurispatronatus ex dedu-
ctis pro Ioanne Donato, & præsertim ex sententia
3 † Ordinarij illius canonizatoria multum considera-
bilis, cùm concernat præiudicium ipsius ordinarij. Rot.
*decis. 11. de iurep. in nou.* Put. *decis.* 172. *lib.* 1. per
4 quam † sententiam, licèt forsan non excludatur re-
seruatio, ea tamen vsque adeo offuscatur, vt non sit
locus immissioni, præsertim iuncta confessione An-
tonij, quasi possessione, & aliis.

---

## Mediolanen. bonorum emphyteoticorum.

*Lunæ 10. Iunij 1602.*

ARGVMENTVM.

Acta transportata præsumũtur integra, & asserenti contrarium incumbit onus probandi non integritatem.

*SVMMARIVM.*

1 *Integritas processus præsumitur, donec probetur contrarium, & n. 5.*
2 *Processus dicitur integer etiam non transportatis instrumentis, vbi adest stylus producendi iura verbalia absque eorum dimissione reali in actis, & n. 10.*
3 *Informationes extraiudicialiter captæ oretenus, non sunt de actis.*
4 *Iura extracta ab actuario lite pendente dicuntur in forma probanti; etiam quòd extrahantur parte non citata, & absque compulsoria.*
5 *Notario asserenti se actuarium creditur.*
6 *Transportata esse omnia acta, seu alia non extare creditur Notario.*
7 *Amplia quod sufficiat Notarium attestari se fideliter extraxisse.*
8 *Transportatio actorum tunc præsumitur integra, quando fuerunt extracta, & tradita à Notario actuario, seu à successore, secus quando ab alio Notario non actuario, nec successore.*
9 *Iudici asserenti acta esse integra non creditur, cùm hoc non spectet ad eius officium.*
11 *Productio iurium realis est quando parte citata fuerunt producta, & fuit dimissa copia, vel originale in actis, alias non facta dicta dimissione productio est verbalis.*
12 *Productio non dicitur realis si iura deponantur penes Notarium, nisi petatur vt registrentur citata parte ad dicendum contra.*
13 *Productio censetur realis stante verbo tenoris, &c.*
14 *Item productio censetur realis stantibus verbis iudicis visis omnibus actis.*
15 *Item censetur realis stantibus verbis* facto produxit, *vel animo rehabendi, vel quando dicitur, quod quis producit instrumentum, quod incipit sic, & finit sic.*

DECISIO LIX.

DVbitaui an acta pro parte D. Traiani, & litis con-
sortum vltimo loco producta sint integra, & in
forma probanti, & Domini affirmatiuè responderunt,
nam quoad integritatem processus illa † præsumitur 1
quamdiu contrarium non docetur, Aym. *de antiq. temp.
p. 2. n. 55.* & fuit dictum in vna Senogallien Syluæ 24.
Maii 1577. coram Cotta, & in vna Calaguritana Bene-
ficii de Narnaia 13. Ianuarii 1595. coram R. P. D. meo
Corduba.[a] Non obstat, quòd fuerint producta plura in- a
strumenta, quæ non fuerunt transportata, † quoniam vt 2
fuit dictum in illa Mediolanen. rescissionis contractus
coram Illustrissimo D. Card. Sacrato 14. Decembr. præte-
riti, notorius est stylus illarum partium producendi iu-
ra verbaliter sine dimissione in actis. [b] Minus † nocet b
defectus informationum captarum à vicario, quia non 3
constat fuisse in scriptis receptas, cùm potuerint orete-
nus capi, ita vt non debuerint, nec potuerint in actis re-
gistrari. Quod autem † sint in forma probanti, licèt sint
extracta lite pendente sine partis citatione, & absque 4
compulsoria, ex eo patet, quòd fuerit extracta à Notario
actuario, Rot. *dec. 1. de fid. instr. in nou.* Aegid. *decis.* 58 Ca-
putaq. *dec.* 170. *p.* 1. & fuit dictum in vna Casalen. Præ-
positura coram bon. memo. Gypsio 4. Martij 1596. & in
Dertusina iuris conferendi, 24. Maij eiusdem anni corã
R.P.D. meo Pamphilio, & in vna Gerunden. vini 13.
Maij 1598. coram R.P.D. Penia. Quod autem Io. Petrus

Scotus

Sootus, qui iura extraxit, sit actuarius, deponunt testes super eius manus recognitione inducti, vltra quod
5 † ipse enunciat se coadiutorem in officio, & tali enunciationi statur, Caputaq. *decis. 245. part. 2.*

*ANNOTATIO.*

a a Et quòd acta præsumātur integrè transportata aliàs pluries tenuit Rot. vt penes Farin. *post secnodum lib. cons. decis. 116. num. 1. & dec. 143. num. 1. & dec. 144. num.* 1. Rot. *dec.* 207. *num. 23. part. 4. in recent.* & latè fuit dictum in Algaren. dismembrationis 4. Decembr. 1617. coràm R.P.D. Remboldo.

6 Notario attestanti de integra transportatione, seu uon extare alia acta creditur, Rot. penes Farinac. *post. 2. lib. cons. decis. 144. n. 5.* & fuit dictum in vna Bracaren. Parochialis 29. Ianuarij 1610. coram Card. Sacrato.

7 Imò sufficeret, quod Notarius attestaretur simpliciter se fideliter extraxisse, vt fuit dictum in Bracaren. Parochialis 29. Iauuarij 1610. coram Card. Sacrato, vbi refertur alia dec. coram Litta.

8 Præsumptio † pro iutegritate processus procedit, quando acta fuerunt à Notario actuario tradita, secus quando fuerunt tradita ab alio, qui non est actuarius, nec successor in officio, quia tunc non præsumuntur integra, vt fuir dictum in Algaren. dismembrationis 5. Iunij 1617. coram R. P. D. Remboldo, vbi amplius fuit dictum non credi † assertioni iudicis, qui dicit
9 acta esse integra, hoc enim spectat ad officium Notarij uon iudicis.

b b Et de hoc etiā stylo Mediolani attestatur, Rot. in Mediolauen. Decimarum 17. Maij 1616. coram R.P.D. Coccino Decano.

10 Et quod † quando iura sunt tantùm verbaliter producta, & non realiter, illa non sint transportanda. Rot. *decis. 561. numer. 10. part. 1. in recent.* vbi aliæ decisionea referuntur.

11 Iura vt realiter dicanrur producta est necesse, † quòd parte citata fuerinr producta, & fuerit dimissa copia, vel originale in actis, aliàs productio est verbalis, & ooo realis, vt optimè considerauit Rota in Placentina deuolutionis 11. Maij 1602. coram Penia, vbi plures cumulantur, quæ decisio reperitur impress. penes Mar-
12 ches. *de comm. part. 3 fol. 157.* nec † ad effectum productionis realis sufficit quòd iura deponantur penes Notarium, nisi etiam petatur, vt registrentur, & pars citetur ad dicendum contra, ita fuit dictum in Mediolanen. Decimarum 27. Maij 1616. coram R.P.D. Coccino Decano.

13 Productio præsumitur realis, quando adest verbum (*tenorem* &c.) vt fuit dictum in Ferrariens. bonorum 9. Maij 1594. coram R. P. D. Lancellotto, & in Vrbeuetana fideicommissi 16. Nouembris 1619. coram R.P.D. Coccino Decano. Gratian. *discept. forens. capit.* 121. *numer.* 33.
14 † Item præsumitur realis stantibus verbis iudicis (*visis omnibus actis*) vt fuit dictum iu Pistorien. beneficij 13. Ianuarij 1617. coram R. P. D. Buratto, prout etiam ex motiuis factis per iudicem colligitur iura fuisse coram eo actualiter producta, & ab eo lecta, vt dici-
15 tur in dicta Pistorien. † Productio etiam censetur realis stantibus verbis (*facto producit*) vel animo rehabendi, vt fuit dictum in dicta Vrbeuetana fideicom. 16. Nouemb. 1619. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi etiam dicitur, quòd quando legitur in actis, quòd quis producit instrumentum, quod incipit sic, & finit sic, tunc productio dicti instrumenti censetur verbalis, non realis.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census.

*Lunæ* 10. *Iunij* 1602.

ARGVMENTVM.

Census non dicitur extinctus per motum proprium Papæ illū transferentis in alium fundum, & tollentis omnes obligationes, & hypothecas contractas super fundo, super quo prius erat impositus, transferendo illas super bonis subrogatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Censum non extinguit, nec fideiussores liberat mutatio fundi censuati, facta mediante subrogatione alterius fundi.*

2 *Pensionis translatio de vno beneficio ad aliud nullum infert pensionario præiudicium de nouo.*

3 *Papa non dicitur consensum extendere, vbi agitur non de inducenda noua obligatione, sed de veteri conseruanda.*

DECISIO LX.

Mandatum esse exequendnm dixerunt Domini, quia fuit relaxatum in vim obligationis Cameræ, de qua non controuertitur. Non obstat, quòd census videatur extinctus per motum proprium S.D.N. per quem omnes obligationes, & hypothecæ super Castro Nomenti cootractæ fuerunt sublatæ, & abolitæ, ita vt Castrum, & eius tennta sint in statu, in quo erant ante contractas huiusmodi obligationes. Quia per huiusmodi verba non fuerunt extiucti census, & hypotheca, sed translatæ ad booa existentia io territorio Mantuæ, quæ in omnibus, & per omnia fuerunt, quoad huiusmodi onera in locum tenutæ, & bonorum Castri Nomeori subrogara cum omnibus clausulis, vinculis, & cautelis in instrumentis obligationum appositis, & propterea perinde est † ac si à principio fuissent census 1
impositi super bonis subrogatis, & eorum occasiooe fideiussores obligati, quoad ipsas enim obligatiooes nihil innouatum est, præter rei mutationem, faciuot tradita in causa Asculana pensionis 1. Februarij 1593. coram R.P.D. meo Pamphilio de translatione pensionis ab vno beneficio ad aliud, vbi fuit dictum respectu
† pensionarij nihil fuisse innouatum, sed tantùm re- 2
spectu beneficij, ex quo pensio soluebatur. Ita vt nullum præiudicium pensionario per talem translatiooem
oriretur. Non obstat, quòd † Papa non extendit con- 3
sensum ex latè deductis in Oxomeñ. peosionis 10. Maij 1598. coram R. P. D. meo Litta, quia non agitur de ooua obligatione inducenda, vt in casu illius decisionis, sed de vereri conseruanda, & ibi non fuit translata obligatio fideiussoris, quia tempore translationis pensionis iam repetiebatur extincta, sed hoc casu obligatio remanet in suo statu, & efficacia.

---

## Dertuseñ. Parochialis.

*Ven.* 14. *Iunij* 1602.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Sequestro non est locus, vbi constat de alterius possessione.*

2 *Possessio ciuilis non amittitur per porrectionem supplicationis, in qua petitur noua prouisio ante registrationem dictæ supplicationis.*

DECISIO LXI.

Dictum fuit nō esse apponendum sequestrū, quia cū ex decisione facta in hac causa 4. Martij proximè
præteriti, appareat † de possessione Gabrielis, non est 1
locus sequestro, sed potius est inhibendum Aduersario, ne illum molestet, Bald. *in l. vnic. sub nu. 3. vers. & alia est sequestratio, C. de prohibit. sequest. & consil. 244. lib. 3.*

D 2 Dec,

Dec. *in l.fin. numer.7. Cod. de edict. Diu. Adr. toll.* Non
obstat, quòd Gabriel habuerit se pro non possessore,
ex quo obtinuit nouam prouisionem, in qua petiit se
restitui, & ita videatur animo amisisse possessionem,
a quia † Domini noluerunt attendere huiusmodi sup-
plicationem, & gratiam pro expedita non habuerunt,
cùm supplicatio non sit registrata, & propterea non ap-
plicatur decisio Illerdeñ. coram R.P.D. meo Pamphi-
lio, nec decisio in hac causa coram me facta, quia in
casu dictarum decisionum fuerunt literæ expeditæ, &
earum executio petita.

---

## Romana Dotis, seu pecuniaria.

*Lunæ 17. Iunij 1602.*

### ARGVMENTVM.

Dotis receptæ confessio facta per virum constante matrimonio probat veram numerationem, etiam in præiudicium tertij, concurrentibus adminiculis, & coniecturis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mariti confessio de dote recepta constante matrimonio tertio non praiudicat.*

2 *Fallit quando concurrunt adminicula, & coniectura.*

3 *Confessio inter personas prohibitas, concurrentibus coniecturis probat.*

4 *Matrimonia ex generali consuetudine non prasumuntur contrahi sine dote.*

5 *Alimentorum prastatio facta vxori à viro inducit coniecturam solutionis dotis coadiuuantem confessionem viri ad effectum etiam praiudicandi tertio.*

6 *Dotis promissio pracedens est potissimum adminiculum ad coadiuuandam viri confessionem, de dote recepta, qua etiam tertio praiudicat.*

7 *Solutio aliquarum partitarum inducit prasumptionem solutionis totius dotis, stante viri confessione.*

8 *Scriptura vera prasumitur in totum, quando in parte vera probatur.*

9 *Solutio prasumitur in causam debitam, dum nil aliud fuit expressum.*

10 *Et dum non apparet de alia causa.*

11 *Prasumptiones fortiores eliduni leniores.*

### DECISIO LXII.

FVit conclusum confessiones receptarum pecunia-
rum ex causa dotis factas ab Alexandro Pagnotta
probare veram numerationem ad fauorem Prudentiæ
vxoris, non solùm contra ipsum Alexandrum, sed etiam
1 contra tertios, quia licèt alias † confessio mariti con-
stante matrimonio tertio non præiudicet, Gloss. *in l. assi-*
2 *duis. Cod. qui pot. in pign. hab.* hoc tamen † non procedit,
quando pro ea concurrunt coniecturæ, & adminicula,
Bald. *in l. 1. sub numer. 4 vers. vnde quæritur. Cod. de pri-*
*uil. dot.* Socin. *consil.* 122. *post numer. 7. lib. 3.* Dec. *consil.*
546. *post numer.* 30. Purpur. *consil.* 461. *numer.* 11. Cur.
sen. *consil.* 70. *numer.* 4 Aym. *consil.* 40. *numer.* 4. Bero.
*consil.* 60. *numer.* 43. *lib.* 2. Mohed. *dec.* 2. *numer.* 2. *de*
3 *confess.* & est generale, quòd † confessio inter personas
prohibitas probet concurrentibus coniecturis, vt latè
per Alexand. *consil.* 18. *numer.* 2. 3. *&* 4. *lib.* 3. Hìc autem
plures concurrunt coniecturæ, & verisimilitudines,
vltra enim illam generalem præsumptionem, quæ ex
4 eo oritur, quòd regulariter † matrimonia sine dote
non contrahuntur, Purpur. *dicto consil.* 461. *sub nu-*
*mero* 10. Socin. Iun. *consil.* 8. *numer.* 12. *lib.* 2. Aym. *dicto*
*consil.* 40. *numer. primo in fin. & numer. sequ.* quam non
neglexit Rota in vna Vrbeuetana Legati coram Can-
tuccio 13. Octobris 1581. & vltra etiam † exhibitio- 5
nem alimentorum, quæ pro coniectura huiusmodi
confessionis adduci solet, Bald. *in dicta leg. 1. sub nu-*
*mero* 4. Aret. *in §. fueras. sub numer.* 45. *Instiut. de act.*
Soc. *consil.* 82. *numer.* 3. *lib.* 3. Purpur. *dicto consil.* 461.
*numer.* 11. Dec. *in alleg. consil.* 563. *post numer.* 10. & fuit
habita in consideratione à Rota in dicta Vrbeuetana,
concurrit † etiam potissimum adminiculum in hac ma- 6
teria, videlicet promissio dotis præcedens, *l. in con-*
*tractibus, §. sed quoniam,* vbi Cyn. *in 2. quæst.* & alij. *Cod.*
*de non numer. pec.* Ioann. Andr. *in addit. ad Speculat. in*
*rubr. de donation. inter vir. & vxor. circa fin. vers. hoc*
*verum.* Paul de Castr. *in leg. 1. sub numero octauo versic.*
*quartum est ff. solut. matrim.* Aret. *in dicto §. fuerat sub*
*numero* 36. *vers. nec etiam obstat opinio communis.* Ro-
man. *consil.* 445. *sub numer.* 15. *vers. vnde si confitetur.*
Ruin. *consil.* 183 *numer.* 4. *lib.* 1. Guidop. *consil.* 204. *nu-*
*mer.* 1. Rub. *consil.* 78. *sub numer.* 10. *vers. tertiò respondeo.*
Affl. *decis.* 402. *sub numer.* 9. *vers. sed in contrarium.* Aym.
*dicto consil.* 40. *post numer. prim.* Alciat. *consil.* 332. *nu-*
*mero prim.* † Accedit etiam alia vrgens coniectura, quia 7
probatur solutio aliquarum partitarum in confessioni-
bus enunciatarum. Dec. *dicto consil.* 563. *numer.* 10. Soc.
*dicto consil.* 82. *numer.* 2. *in fin.* Aym. *consil.* 158. *numer.* 6.
*in fin.* Natt. *consil.* 547. *numer.* 26. quando enim † scri- 8
ptura in parte probatur vera, in totum vera præsumi-
tur. Paul. de Castr. *consil.* 301. *sub numer.* 4. *part.* 1. Paris.
*consil.* 90. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. † Nec releuat, quòd aliquæ 9
solutiones non exprimant causam dotis, quia sufficit,
quòd aliam non exprimant, ad hoc vt censeantur factæ
in causam dotis debitæ, *l. si cùm dotem, §. si pater. ff. solut.*
*matrim.* Brun. *de stat. fœm. exclus. art. 6. num.* 243. præser-
tim cùm de † alia causa non appareat. Aym. *consil.* 158. 10
*numer.* 13. Non obstat, quod dos fuerit solui promissa in
tot Societatibus, quia vltra quod non apparet; quòd
aliquæ Societates eo tempore factæ reperiantur; hoc
non tollit, quod de consensu partium non potuerit so-
lutio fieri, prout facta fuit in pecunia. Coniecturæ, quæ
pro suspicione fraudis ex aduerso adducuntur, possent
haberi in cõsideratione, quando essemus in nuda dotis
confessione, non autem in confessione ita adminicula-
ta, & verificata, præsumptiones † enim quæ sunt pro 11
veritate ipsius confessionis, absorbent & elidunt eas,
quæ pro suspicione possunt considerari.

---

## Romana Dotis.

*Veneris 21. Iunij 1602.*

### ARGVMENTVM.

Dos scutorum quingentorum data moniali dicitur congrua, etiamsi monialis sit nobilissima, & habeat paternum patrimonium amplissimum, & etiamsi alteri sorori nuptæ multò maior dos fuerit constituta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dos monialis congrua dicitur, qua solet monialibus assignari.*

2 *Et cum qua fuit in monasterio recepta.*

3 *Monasterium ingredienti ex communi obseruantia, & naturali aquitate minus datur, quàm nubenti in saeculo, & num. 25.*

4 *Mulier, vt maritum sibi condignum inueniat magna requiritur impensa, & cum longè minori reperitur monasterium, quod illam recipit.*

5 *Dos datur pro oneribus matrimonij.*

6 *Procedit hoc, tàm in matrimonio carnali, quàm in spirituali.*

7 Onera

7 *Onera maiora nuptiis incumbunt, quàm monialibus.*
8 *Monialis enim non eget familia, caret liberis, non quærit pompam, aut honores.*
9 *Dos à monasterio pro alimentis tantùm, & vitæ suffragio recipitur.*
10 *In dotis constitutione plurimum attenditur loci consuetudo.*
11 *Dos congrua dicitur, quæ est iuxta consuetudinem loci.*
12 *Et talis dos sufficit ad satisfaciendum statuto excludenti dotatam.*
13 *Dotem scutorum quingentorum in Vrbe dari consueuisse monialibus est notorium.*
14 *Consuetudo fauens conseruationi familiarum publicam continet vtilitatem.*
15 *Lites suscitandi occasio tolli debet.*
16 *Afflict. decis. 348. reprobatur.*
17 *Monialis dotari debet stante statuto excludente fœminas dotatas.*
18 *Sufficit ad istum effectum constituere dotem solitam ingredientibus monasteria.*
19 *Nobilitatis distinctio non consideratur in monialibus, sed omnes sunt æquales.*
20 *Moniales, cùm eligant in paupertate Christo famulari, ideò circa earum dotes non attenditur quantitas paterni patrimonij.*
21 *Argumentum à dote carnalis matrimonij, ad dotem spiritualis, non valet circa quantitatem.*
22 *Pro congruitate dotis taxanda non est attendendum, quid pater alteri sorori pro dote assignauerit, sed quid assignandum fuisset, & num. 23.*
24 *Legatum dotis relictum in maiori quantitate in casu matrimonij carnalis, quàm matrimonij spiritualis, debetur in eadem quantitate maiori, etiam in casu matrimonij spiritualis, & num. 16.*

## DECISIO LXIII.

SOrori Alexandræ de Maximis in ingressu Mona-
sterij S. Catherinæ de Senis, in quo professionem
emisit, fuerunt à Virginia eius auia pro dote, seu elee-
mosyna assignata scuta 500. quæ dos, cum d. sorori
Alexandræ, seu Monasterio videretur minùs exigua, &
modica, non solùm attenta quantitate patrimonij pa-
terni, ac dignitate familiæ, verùm etiam habito respectu
ad dotem scutor. 14. mil. quam D. Lelius pater assigna-
uerat D. Victoriæ alteri eius filiæ, quæ nupsit in sæcu-
lo, obtinuerunt per Sanctiss. committi causam supple-
menti congruæ dotis Illustriss. D. meo D. Cardinali S.
Marcelli, cui placuit Rotam consulere, an d. sorori
Alexandræ pariter deberetur dos scutor. 14. mil. aut
quanta. Et Domini eum præsupposito, quòd dicta scuta
500. fuerint monasterio soluta (quod pro parte mona-
1 sterij non videtur admitti) censuerunt nullam aliam
dotem deberi, cùm † sufficere debeat habuisse illam,
quæ monialibus tradi solet, Salicet. *in auth. sed quamuis.*
*sub num 4. vers. & ad rationem, Cod. de rei vx.* Iaco. de S.
2 Georg. *in inuest. feud. in vers. qui quidem. in fin.* & † quod
cum tali dote fuerit in monasterio recepta, vt in matri-
monio carnali, concludit Dec. *cons. 26. sub num. 4. vers.*
3 *si verò mulier.* † Communis enim obseruantia, & natura-
a lis æquitas suadet, vt minùs detur ingredienti monaste-
rium, quàm nubenti in sæculo. [a] Bald. *in auth. nisi ro-
gati. sub numer. 11. Codic. ad Trebell. & in l. Deo nobis. nu-
mer. 1. in fin. Cod. de Epis. & Cler.* Paul de Castr. *in l. Titio
centum. §. 1. in fin. ff. de cond. & demonst.* Fulgos. *consil. 53.*
4 *circa med.* Dec. *in cap. in præsentia. num. 234. de probat.*
Ias. *cons. 43. col. 5. lib. 3.* Æquitas † autem in hoc consi-
stit, vt dicit idem Ias. *in auth. si qua mulier. sub numer. 10.*
*Cod. de Sacr. Eccles.* quia quando filia vult nubere requi-
ritur magna impensa, vt inueniat maritum sibi conue-
nientem, cùm tamen pro valde minori reperiat mona-
sterium. Facit quia cùm dos † detur pro oneribus ma- 5
trimonij, *l. pro oneribus, & l. dotis fructus. Cod. de iure dot.*
*l. de diuisione,* vbi glos. & Doct. *ff. solut. matr.* quod habet
locum † non solùm in matrimonio carnali, sed etiam 6
in spirituali, quod per ingressum religionis contrahitur.
Salic. & Iacob. de Sancto Georg. *vbi sup.* Soc. *cons. 222.*
*in fin. lib. 2.* Longè † maiora onera incumbunt nuptis 7
quàm monialibus, vt dicit *Couar. lib. 1. var. resol. cap. 19.*
*numer. 10. in fin.* & docet experientia, quia † Monialis 8
non eget familia, liberis caret, non quærit pompam,
aut honores, & † dos à monasterio recipitur pro ali- 9
mentis tantùm, & suffragio vitæ. Bald. *in auth. res quæ.*
*sub num. 13. Cod. com. de legat.* Soc. *d. cons.* 222. *in fin.* facit
etiam quod † in dotis constitutione plurimum atten- 10
ditur loci consuetudo. Corn. *cons. 316. sub nu. 6. vers. &*
*hoc semper mihi placuit. lib. 1.* Ruin. *cons. 12. num. 13. in fin.*
*lib. 2.* Cæs. de Grass. *decis. 2. n. 15. de constit.* ita vt † dica- 11
tur competenter dotata, quæ habuit dotem secundùm
consuetudinem loci, Dec. *d. consil. 26. sub n. 4. vers. nam*
*conuenit.* & † per talem dotem satisfit statuto excludenti 12
dotatam, Corn. *in præalleg. cons. sub n. 6. vers. si ita quod de*
*com. æstimatione.* Quòd autem † dos scut. 500. esset dos 13
consueta in Vrbe dari ingredientibus monasteria Do-
mini habuerunt pro notorio. Et ita in puncto sæpius iu-
dicauit Consilium Neapolitanum, vt testantur Adden.
ad Affli. *decis. 346.* & habetur *in decisione Neapol. nouissi.*
40. Quam opinionem eo libentius amplexi sunt Do-
mini, non solùm quia nititur æquitate, secundùm Bald.
& alios suprà citatos, quam semper Rota sequi solet, vt
fuit dictũ in vna Syracusana illegitimitatis 10. Septem-
bris 1575. & † fauet conseruationi familiarum, in quo 14
versatur interesse publicum; *l. 1. §. sed si seruus. ff. de ventr.*
*inspic.* Alexand. *consil. 89. sub nu. 3. lib. 6.* sed † etiam quia 15
daretur occasio suscitandi infinitas lites. Non obstat
*dict. decis.* Afflict. 348. quia fuit ab ea recessum, & post ip- 16
sam semper contrarium seruatum, vt testantur præalle-
gati. Non obstat, quòd † monialis debeat dotari stante 17
statuto fœminarum exclusiuo, ex Anchar. & aliis alle-
gatis, quia hoc non negatur; † sed sufficit dos dari so- 18
lita ingredientibus monasteria, quod videtur sentire
ipsemet Anchar. *in alleg. consil. 107. sub num.* 2. dum di-
cit quòd dotanda est respectu spiritualis matrimonij.
Nec facit dignitas familiæ, quia † in monialibus non 19
cõsideratur distinctio nobilitatis, sed omnes sunt æqua-
les, glos. *in c. 1. in gloss. fin.* vbi Abb. *num. 5. de purg. Can.*
idem Abb. *in c. dudum. sub nu. 2. vers. in religiosis verò. de*
*elect.* Dec. *in c. cùm omnes. in prima lect. sub n. 89. & num.*
*sequ.* Prout † nec etiam quantitas patrimonij paterni, 20
cùm elegerit in paupertate pauperi Christo famulari, *c.*
*nimis, el primo in princ. de excess. Prælat.* Nec est atten-
denda dos alteri sorori constituta, quia à † dote carnali 21
ad dotem spiritualis matrimonij, respectu quantita-
tis non bene arguitur per supradicta, nec † curan- 22
dum quid alteri sorori constituerit pater, sed quan-
tum sibi assignandum fuisset, Bald. *cons. 386. viso d. pun-*
*cto. ad fin. lib. 4.* quia † non consideratur excessus in dote 23
habito respectu ad aliam dotem, sed ad ipsam, quæ
constituitur. Ruin. *cons. 56. num. 16. lib. 3.* æquè enim
dotantur filiæ, modò æquè benè collocentur in matri-
monio, licèt plus vni quã alteri tradatur, Alciat. *in tract.*
*præsumpt. regula 1. præsumpt. 7. n. 3.* Non obstat simile de
mille † legatis in casu nuptiarum, & centum in casu 24
ingressus in monasterium, quòd mille debeantur etiam
ingredienti monasterium, [b] quia vltra quod sumus ibi b
in dispositione hominis, & habet particularem ratio-
nem; quia conditio nuptiarum respectu volentis in-
gredi religionem tamquam turpis reiicitur, vt post Ri-
chard. Malumb. quem allegat, dicit Albert. *in lib. Deo*
*nobis. colum. pen. C. de Episc. & Cler.* Alex. *in add. ad Bar.*
*in l. 2. ff. de his qui pœna nom.* Felin. *in cap. in præsentia.*

*sub num.37.verf.sed propter hoc non est recedendum.de prob.* & alij pro monasterio in dicto casu sentientes per tex. *in l.Titia si non nupserit.ff.de cond.& dem.* illa etiam quæstio satis est controuersa, quia non desunt qui contrariam opinionem magis receptam dicant, vt Paul. de Castr. *in d.l.Titia si non nupserit.sub n.2.* Corn.*in l. si ita quis,§.is cui.ff.de leg.2.*Dec.*cons.419.post num.7.* Ias. *cons. 43. col.5. lib.3.* Quam sententiam vidisse Rotam sequi testatur Bartolom.Romul.*in l.filiusfam.§.Diui.sub num. 89.ff.de leg.1.*Nec in contrarium vrget *dec.* Mohed.2. *de consuet.* quia ibi solùm quæritur an probetur illa consuetudo, licèt obiter dicatur illam esse contra ius, cùm communis sit opinio, quod filia debeat habere mille monachando, sicut nubendo.

*ANNOTATIO.*

a Vide Rot.*decis.480.part.1.in recent.* vbi latissimè comprobatur minorem dotē
25 † posse assignari moniali quàm nubenti in sæculo, & Rot. *dec.249. num.7. in fin. part. 2. in recent.* vbi dicitur dotem, quæ datur mulieri nubenti in sæculo debere esse maioris quantitatis, quàm ea, quæ datur moniali, & ita de communi obseruantia testatur Mant.*de tacit.& ambig.lib.12.tit.21.num.39.*

b An sustineatur dispositio testatoris si puellæ nubenti in
26 sæculo † maiorem dotem relinquat quàm si Religionem ingrediatur, & fiat monialis, vide latè Mant. *de conie*ct*. vlt. vol.lib.11.titul.18. numer. 27. & seq.* & latius Gaspar. Ant.Thes. *in suis quæst. forens. quæstion.60.lib.* 10. & latè Sanchez *de matr. lib.1. disput.* 34. & verior opinio est valere, dummodò non constet in odium monasterij, & religionis fuisse minorem dotem relictam, Rot. *dec.480.n. 9.part.2. in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Signina Castrorum.

*Mercurij 26. Iunij 1602.*

ARGVMENTVM.

Periurus à limine iudicij repellitur, etiamsi agatur de sola manutentione possessionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Periurus non est in iudicio audiendus, & nu.10.*
2 *Etiam vbi agitur de sola possessionis manutentione.*
3 *Excommunicationis exceptio obstat etiam in iudicio manutentionis, & num.13.*
4 *Periurus non repellitur ab excipiendo.*
5 *Mandatum de manutenendo petens non dicitur reus necessarius, sed actor originarius, & voluntarius.*
6 *Absolutio à iuramento requiritur, licèt iuramentum annulletur à statuto.*
7 *Statutum allegans debet docere quod casus verseiur in terminis statuti.*
8 *Statutum Vrbis iuramentum annullans stante læsione vltra tertiam est intelligendum, quando adest sententia pro læsione, vel constat euidenter de ea.*
9 *Et ideo antequam constet de læsione obstat exceptio periurij, & num.14.*
11 *Periurus parte non opponente potest stare in iudicio, & iudicium tenet.*
12 *Oppositio non sufficit quod sit facta in partibus, nisi etiam fiat in curia.*

DECISIO LXIV.

DOmini concorditer dixerunt Duci de Comitibus obstare exceptionem periurij, quia regula quod
1 † periurus in iudicio non audiatur, *l. si quis maior. C.de transact.c.paruuli.*vbi gloss.*in verf.causa,22.q.5.*Specul.*de*
*actor.n.16.* [a] habet locum etiam, † vbi de sola manu- a
tentione possessionis agitur, ad tradita per Natt. *cons.* 2
373. *num.37. & seq.* & fuit resolutum in vna Placeñ.
Castri 4.Iulij.1601. corā R.P.D. meo Millino, [b] † prout b
etiam in exceptione excommunicationis tenuit Rota 3
coram R.P.D. meo Litta 31.Ianuarij in Valeñ. pensio-
nis. [c] Non obstat, quòd dicitur † periurium non re- c
pellere ab excipiendo, quia † Dux petendo mandatum 4
de manutenendo non est reus necessarius, sed actor 5
originarius, & voluntarius, vt fuit dictum in Valeñ.
[d] Ad statutum Vrbis *lib.1. cap.149.* quod annullat iura- d
mentum interpositum in contractu donationis sine
certis solemnitatibus, fuit dictum † quòd nihilominus 6
requiritur absolutio, [e] vt in his terminis in constitutio- e
ne Marchiæ tenuit Rota in vna Firmana bonorū, quæ
habetur inter *diuers. manuscriptas decis.* 21. & † debuit 7
prius constare notoriè, & euidenter quod simus in terminis statuti. Ad quod benè facit decisio coram Bubalo in causa Romana legitimæ de Vrsinis 20. Maij 1588.
vbi fuit dictum † statutum Vrbis annullans iuramen- 8
tum stante læsione vltra tertiam intelligendum quando adest sententia, vel euidenter, & notoriè constat de læ-
sione, & propterea † antequam de ea constet, si obi- 9
ciatur de præiudicio necessarium esse docere de absolutione, eodem modo responderunt ad *l.si vnquam. C. de reuoc. donat.*

*ANNOTATIO.*

a Rot *decis.5.num.1.part.2.in recent.& decis.701. num.1. part.1.* a
*in recent.* Ista autem conclusio † quod periurus repella- 10
tur à limine iudicij, † & non sit audiendus, procedit par- 11
te opponente, aliàs processus tenet, Crauet. *cons.199. nu. 15.verf. 3. respondeo.*Seraph. *de priuileg. iuram. priu. vltim. num.18.* fuit dictum in Hispalen. Coadiutoriæ 13. Martij
1615. coram R. P. D. Vbaldo, vbi vlterius † fuit di- 12
ctum oppositionem factam in partibus non sufficere, nisi etiam fuerit opposita in Curia sub termino citationis ad dicendum contra.

b Et fuit dictum in Casertana Beneficij 17. Iunij 1605. co- b
ram R.P.D. Marcomontio.

c Et † de excommunicato, quod non possit petere manu- c
tentionem fuit dictum in Valentina pensionis 31. Ianua- 13
rij 1600. coram R.P.D. Manzanedo impress. penes Marches. *de commiss.tom.3.fol.353.* & Rota *dec.275. sub num.3.* inter impressas penes Farinac. *post secundum lib. consil. & decis.614.sub numer.2. part 2. in recen.* & fuit dictum in Conchen. Archipresbyteratus 19. Nouembr.1605.coram Penia.

d Et fuit dictum coram R.P.D. Manzanedo in d.Valenti- d
na pensionis 30. Ianuarij 1600.impress. penes Marches. *commiss.tom.3.fol.353.*

e Et † quod prius sit petenda absolutio à iuramento an- e
tequam quis possit venire contra proprium iuramen- 14
tum sub prætextu læsionis, latè Gabriel. *consil. 9. per tot. lib.2.* Rota *decis. 102. numer. 9. part. 1. diu.* & plenè Picus ad statutum Vrbis *gloss. 23. numer.22.* prout etiam idem est dicendum quando prætenditur nullum iuramentum ob defectum solemnitatum requisitarum à statuto vt firmatur in hac decisione, quam Rota sequuta fuit in Romana nullitatis Obligationis 2. Iunij 1604. coram R. P. D. Otembergo, Picus *dicta glossa 23, numer. 18. & sequentibus.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Pecuniaria.

*Mercurij 26. Iunij 1602.*

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum initum ad fauorem alicuius, intelligi debet, vt illi prosit, non vt illi noceat.*

2 *Hæc verba* (e tornando benè à detto Monsign. Vescouo) *important pactum ad Episcopi fauorem.*

3 *Soluere anticipate est plus soluere.*

4 *Societate officij extincta, cessat spes lucri ex parte accipientis pecunias, ideò quanto longiori tempore societas durat, tanto maior est spes lucri, decrescente verò tempore minuitur etiam spes.*

DECISIO LXV.

PActum quod Episcopo assignanti maiorem summam scut. 250. singulis mensibus Spinola teneatur
citius & pro rata extinguere societates, Domini intellexerunt
non solùm restringere tempus, sed etiam minuere
quantitatem pecuniæ, quæ solui debuisse ipsi Spinolæ
durante tempore sex annorum, & nouem mensium
extinctioni præfixo, ita vt non debeantur 81. solutiones
menstruatæ secundùm intentionem Spinolæ, sed
1 fiat pro rata defalcatio, † cùm enim pactum sit editum
2 in fauorem Episcopi, vt expresse cantant illa verba † (*e
tornando benè à detto Monsignore*) intelligi debet, vt illi
prosit, nõ vt noceat, *l. in lege in fin. prin. ff. de locat.* Paul. de
Castr. *in l. nulla sub nu. 1. ff. de legi. facit l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. quod fauore. C. de leg.* si autem adhuc deberent
81. solutiones, Episcopus fuisset de suo damno sol-
3 licitus, non solùm soluendo anticipatè, † quòd est plus
soluere, *§. fideiussores. in fin. Inst. de fideiuss. l. si cui. §. fin.* &
ibi glos. *ff. de verb. signif. §. plus autem. Inst. de actio.* sed
etiam in celeri extinctione societatum, cùm enim iam
totum onus tàm fructuum, quàm sortis ex pacto esset
in ipsum Spinolam translatum, & lucrum societatum,
quod per mortem aliquorum contingere potuisset, ce-
4 deret in fauorem Episcopi, † quanto longiori tempore
durabant societates, tanto erat maior spes dicti lucri, &
è conuerso decrescẽte tempore minuebatur etiam spes.
Et hoc Domini pro indubitato habuerunt, circa autem adimplementum tam Episcopi in soluendo, quàm Spinolæ in extinguendo erit particulariter videndum.

---

Romana Cappellaniarum.

*Ven. 28. Iunij 1602.*

ARGVMENTVM.

Collatio, electio, & præsentatio sæpè confunduntur; & vnum pro alio vsurpatur. Et quæ requirantur pro validitate vniuscuiusque. Item Capitulum potest statuere in pertinentibus ad beneficia, quorum collatio ad ipsum spectat, & an ex concessione auctoritatis censeatur concessa coerctio.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba* præsentatio, electio, & collatio *quandoque confunduntur.*

2 *Collatio aliquando sumitur pro præsentatione.*

3 *Et præsentatio pro collatione.*

4 *Impropriè vnum venit sub nomine alterius, quando illa ex eorum propria significatione differunt.*

5 *Verba testatoris disponentis electionem, & præsentationem spectare ad capitulum sine interuentu alicuius personæ intelliguntur de collatione.*

6 *Electio requirit factum alterius, id est, superioris confirmantis.*

7 *Testatoris verba quoties in sensu proprio non possunt operari impropriantur, vt eius voluntas sortiatur effectum.*

8 *Verba debent interpretari, vt congruant personis ad quas diriguntur.*

9 *Collatio alias de iure spectans ad Capitulum vnà cum Archipresbytero, excluso Archipresbytero ex dispositione testatoris tota deuoluitur ad Capitulum.*

10 *Facultas concessa pluribus vno excluso, tota deuoluitur ad reliquos.*

11 *Capitulum, & Canonici habentes administrationem, & distinctionem Cappellaniarum circa ea quæ ad eorum regimen spectant statuere possunt.*

12 *Expressum dicitur, quod ab expresso resultat.*

13 *Facultas concessa Canonicis faciendo pro eorum arbitrio celebrare, & deseruire cappellanos, nisi haberet iunctam aliquam coerctionem, foret inanis.*

14 *Concesso vno, censetur omne aliud concessum per quod deuenitur ad illud.*

DECISIO LXVI.

CVm bo. me. Card. Toledus in suo testamento, in quo hæredem sibi fecit Gloriosissimam Virginem, & Dei Genitricem, ac eius Sanctissimam Imaginem existentem in Basilica S. Mariæ Maioris, mandasset ex omnibus eius bonis vendendis; & in tot locis montium non vacabilium conuertendis erigi plures Cappellanias ad electionem, & præsentationem Capituli, sine aliquo interuentu alterius personæ, nec etiam Archipresbyteri dictæ Basilicæ, & quòd Cappellani sic electi seruire deberẽt Ecclesiæ arbitrio eiusdem Capituli, & Canonicorum; Quorum omnium approbatio, & confirmatio obtenta fuit à Sanctissimo D.N. per suam Bullam sub datũ 3. Kalen. Martij 1597. ortis pluribus controuersiis inter Illustris. Archipresbyterum, & Canonicos occasione dictarum Cappellaniarum, causáque primò ex partium compromisso, postea ex rescripto Sanctiss. mihi demandata, dubitaui in primis de ordine Sãctitatis suæ, an Bulla contineret aliqua, vltra disposita in testamẽto Cardinalis, & quæ: Et Domini, informante tantùm Capitulo, censuerunt nullam adesse discrepantiam, cùm omnia, quæ in Bulla leguntur implicitè saltẽ, & virtualiter contineantur in testamento, ad latè deducta in Cordubeñ. concordiæ 19. Octobr. proximè præteriti coram R.P.D. Litta, & quia difficultas ad tria capita videbatur reduci, ad collationem Cappellaniarum, ac facultatem cõdendi statuta super earum administratione, & directione, & ad correctionem Cappellanorum circa munia, quæ explicitè in Bulla Canonicis conceduntur, fuit dictũ quoad collationem eam satis expressam sub illis verbis (ad
præsentationem, & electionem) quia ista verba † *præ- 1
sentatio, electio & collatio* aliquando confunduntur, vt di-
cit Mil. *in verb. collatio differt*, & sicuti † verbum *collatio*, 2
pro præsentatione quandoque sumitur. Rot. *decis. 27. num. 2. de præb. in nou.* Barbat. *cons. 32. num. 14. lib. 2.* Lambet. *de iurep. 3. art. 9. quæst. princ. 1. par. 1. lib. sub num. 5. & 7.
art. 2. q. princ. 1. par. 2. lib. nu. 3. & 4.* ita præsentatio † pro 3
collatione nõnunquã vsurpatur. Rot. *dict. decis. 27. nu. 1.* Imol. *in cap. fin. post nu. 2. de concess. præb.* Roch. *de iurepatr. in princ. num. 6. circa med. vers. quinimo largè præsentatio.*
Nec refert, quòd istud sit impropriè, † cùm ex propria 4
eorum significatione differant *cap. cùm in illis, §. cùm an-
tem, & ibi not. de præb. in 6. c. fin.* vbi Abb. *de iurepatr.* quia † 5
cùm velit testator electionem, & præsentationem ad Capitulum spectare sine interuentu alicuius personæ, necessariò intellexit de collatione, vt concludit Rota *in d.
decis. 27.* electio † enim requirit factum alterius, hoc est, 6
Superioris confirmantis, *ca. nihil. de elect.* sicuti præsenta-
tio factũ instituentis. *cap. decernimus. 16. quæst. 7.* & † quo- 7
ties verba testatoris in sensu proprio operari non possunt, debent impropriari, vt eius voluntas sortiatur effectum, *l. fundus qui locatus. ff. de fund. instr. l. quibus diebus,*

§. *Dominus*, vbi Soc. *in* 4. *not. ff. de cond. & demonst.* Ro-
man. *conf.* 14. *in fin.* Dec. *conf.* 248. *num.* 5. & ita in pro-
priis terminis arguit Barbar. *in praalleg. conf.* 32. *num.* 15.
Accedit, quòd cùm collatio huiusmodi ad Capitulum
spectasset ex Bulla Pij I V. cuius copia datur, verba illa
8 debent intelligi de collatione † prout congruit personis
Canonicorum, ad quas diriguntur, *l. si vno, ff. locat.* cum
9 aliis ad hoc citatis per Barb. *d. conf.* 32. *n.* 14. & licèt † col-
latio debeatur capitolo vnà cum Archipresbytero, hoc
tamen est sublatum per dispositionem testatoris volen-
10 tis soli Capitulo competere, † & propterea excluso Ar-
chipresbytero, tota collatio, & dispositio ad Capitulum
deuoluitur, *arg. tex. in ca.* 1. *ne Sede vacante, lib.* 6. Quoad
secundum, cùm fuerit Capitulo concessa administratio,
11 † & directio istarum Cappellaniarũ expresse à testato-
re, necessariò sequitur, quòd Canonici in iis, quæ ad eo-
rum regimen spectant, possint statuere, ad Glo. *in c.* 11. *in
verb. statutum de verb. signif.* Fel. *in ca. cùm omnes, sub nu.* 9.
12 *vers. vbi autem Canonici, de const.* & expressum dicitur,
quod ab expresso resultat, *l. si ita, §. qui filio, ff. de bon. pos-
ses. secundum tab.* Bald. *in l. fin. nu.* 23. *in fin. C. de hared. inst.*
Soc. *in l. in ambiguo, nu.* 7. *ff. de reb. dub.* Dec. *conf.* 68. *nu.* 3.
& idem conclusum fuit respectu tertij, & quoad coer-
13 ctionem circa munia, quia † cùm fuerit concessa facul-
tas, & authoritas à testatore Canonicis, & Capitulo, vt
pro eorum arbitrio facerẽt celebrare, & deseruire Cap-
pellanos, ista authoritas sine aliqua coerctione esset
nulla, *l. fin. ff. de offic. eius.* aut saltem redderetur elusoria,
*cap. praterea, de offic. delegat.* vnde concessa huiusmodi au-
14 thoritate, venit † & coerctio, sine qua expediri nõ potest.
*l. ie, ff. de iurisdict. omn. iud. l.* 3. *§. fin. ff. de pen. leg. l. veteres,*
vbi Glos. & Bart. *ff. de itin. actúque priu. cap. suspicionis, de
offic. deleg.*

---

## Rauennateñ. Saluiani Interdicti.

*Veneris* 28. *Iunij* 1602.

### ARGVMENTVM.

Saluiano non est locus, vbi non constat de credito, nec de eo dicitur constare per confessionem viri, de dote recepta, constante matrimonio, factam, quæ præsumitur in fraudem donationis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Saluianum requirit creditum ex necessario antecedenti.*

2 *Dotis confessio facta à viro constante matrimonio, non probat creditum, quia prasumitur in fraudem donationis, & num.* 14.

3 *Donatio inter virum, & vxorem est prohibita.*

4 *Mariti confessio, durante matrimonio, habet prasumptionem contra se, quòd emanauerit in fraudem donationis.*

5 *Maximè, quando maritus fatetur recepisse bona in instrumento describenda, qua non reperiuntur descripta.*

6 *Exceptio non numerata dotis tollitur ex lapsu biennij, sed non ideò sequitur, quod non possit dari de inualidicato confessionis ex prasumpta donatione inter coniuges prohibita.*

7 *Confessio mariti constante matrimonio videtur in dubio facta non spe futura numerationis, sed animo donandi.*

*Hac opinio est valde controuersa, & Rota alias noluit illam firmare.*

8 *Alienatio, siue consensus prastitus alienationi bonorum sibi hypothecatorum, praiudicat agenti Saluiano contra tertium habentem ius offerendi, & cessionem petendi, cùm alienans, siue consentiens alienationi, cedere non possit iura aduersus bona alienata.*

9 *Cedendarum exceptio immissionem impedit ex Saluiano.*

10 *Hares creditor defuncti censetur sibi de bonis hareditariis soluisse, & num.* 15.

11 *Amplia id etiam habere locum in harede, cum beneficio legis & inuentarij quoties apparet adesse bona sufficientia.*

*Hac prasumptio est inducta in fauorem haredis, non in eius damnum, num.* 17.

12 *Inuentarium in re hareditaria non opitulatur.*

13 *Hares cum beneficio legis & inuentarij tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus reperitur in inuentario.*

16 *Hares an possit propria auctoritate pro suo credito sibi appropriare rem defuncti.*

### DECISIO LXVII.

NOn est locus Saluiano interdicto ad fauorem D.
Hortensij; cùm non constet de eius credito, quod
est necessarium † antecedens huius remedij, Ang. Aret. 1
*in §. item Seruiana, in fin. Instit. de actio.* Sarmient. *de redit.
Eccles. par.* 3. *c.* 2. *nu.* 23. *in fin. & duob. seqq.* & fuit dictum
in vna Romana, seu Amerina domus 8. Iunij 1576. co-
ram Cantuccio, & in Romana fructuum millium 40. 4.
Martij 1577. coram Rubeo. Nam quo ad confessionem
dotis † maternæ factam constante matrimonio cùm de 2
promissione nullibi appareat, dixerunt Domini illam
non probare aliquod creditum; cùm potius præsuma-
tur facta in fraudem donationis. Io. And. *in add. ad Spe-
cul. in rub. de donat. inter vir. & vx.* Calder. *conf.* 3. *eod. tit.*
Paul. de Castr. *conf.* 86 *num.* 1. *lib.* 2. Alexan. *conf.* 142. *num.*
3. *lib.* 5. Ias. *conf.* 32. *post prin. lib.* 3. Soc. *conf.* 66. *num.* 7. *lib.* 1.
Ruin. *conf.* 190. *nu.* 5. *lib.* 1. Purpur. *conf.* 478. *num.* 8. Go-
zad. *conf.* 28. *num.* 22. Natt. *conf.* 148. *num.* 4. Paleott. *de-
cis.* 131. Mohed. *decis.* 2. *num.* 1. *de confess.* Caputaq. *decis.* 12.
*in manuscript. lib.* 1. idem fuit dictum de credito scuto-
rum 1300. quia cùm de eo constet per solam confessio-
nem mariti durante matrimonio, & † sit prohibita do- 3
natio inter virum, & vxorem, *l.* 1. *& tot. tit. ff. de donat. in-
ter virum, & vxorem*, præsumitur † contra confessionem 4
quòd in fraudem donationis emanauerit, Alex. *d. conf.*
141. *num.* 4. Cresc. *decis.* 2. *de confess.* Tantò magis quia † 5
maritus confessus fuit habuisse dicta scuta 1300. in tot
bonis in eodem instrumento inferiùs describendis, &
non reperitur huiusmodi descriptio. Non obstat lapsus
biennij, quia illud † benè tollit, vt non possit dari de 6
non numerata dote, non autem quòd non possit oppo-
ni de donatione, & in dubio quando † confessio ema- 7
nauit constante matrimonio videtur facta non spe fu-
turæ numerationis, sed animo donandi. Aret. *conf.* 86. *sub
nu.* 1. *vers. secundo ostenditur.*[a] Fuit etiam dictum obstare a
D. Hortensio alienationem, seu consensum præstitũ alie-
nationi quorũdam bonorum, quæ sibi fuissent hypothe-
cata pro dicta dote, quando de ea constaret, cùm enim
ita † alienando, & consentiendo sibi præiudicauerit 8
quoad talem hypothecam, *ad l. si debitor, ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. solui.* & propterea eam cedere non possit
D. Iottæ, cui competit ius offerendi, & obtinendi cessio-
nem, *l. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solui. l.* 1. *Cod. si
antiq. cred.* obstat † exceptio cedendarum, & impedit 9
immissionem ex Saluiano. *l. Stichum. §. pen. ff. de solut.*
Bart. *in l. stipulatus, §.* 1. *ff. de fideiuss.* Accedit quòd cùm
D. Hortensius † patri successerit censetur sibi de bonis 10
paternis, & hæreditariis soluisse, *l. si ei cui, §.* 1. *ff. de emit.*
Bart. *in l. peculium, la* 2. vbi etiam Paul. de Castr. *sub nu.*
2. *ff. de pecul.* Soc. Iun. *conf.* 170. *sub nu.* 9. *lib.* 2. Alciat. *conf.*
572. *ad fin.*[b] Nec obstat inuentarium, quia, cùm † ex b
eius lectura appareat adesse bona vltra creditum, non 11
impedit huiusmodi solutionem, vt per Gabr. *conf.* 125.
*num.* 12. *lib.* 1. † inuentarium enim in re hæreditaria non 12
opitulatur. Afflict. *decis.* 26. *post num.* 3. & ob id † hæres 13
cum beneficio legis, & inuentarij tenetur habere ratum
factum

factum defuncti, quatenus reperitur in inuentario, Bart. *in l.cùm vir.sub nu.14.vers. Sed si fecit inuentarium, ff. de vsucap.* Dec. *in l.ex qua persona, sub nu.2.vers. & quod dictum est.ff.de reg.iur.* Aym.*cons.225.num.12.*

*ANNOTATIO.*

14 a Est valdè controuersa opinio, an † confessio dotis receptæ facta à marito, constante matrimonio censeatur facta sub spe futuræ numerationis, an animo donandi, adeò quod Gabr.*cons.163.num.8.lib.2.* dixerit non facilè percipi posse, quæ opinio sit communior, & hanc quæstionem latè tractat Menoch. *de præsumpt.lib.3.præsumpt.12.nu.58.* & cùm iam Rota in Spoletana dotis 9. Martij 1609. coram R.P.D. Coccino Decano firmasset, censeri confessionem factam sub spe futuræ numerationis, postea in eadem causa 15. Ianuarij 1610. coram eodem reuocauit d. resolutionem, & noluit amplecti aliquam ex dictis opinionibus, sed solùm dixit quòd quatenus vera esset opinio, quòd confessio dotis, censeretur facta animo donandi, id procederet in dubio, secus autem concurrentibus coniecturis in contrarium, & plures coniecturæ ibi in specie considerantur.

b Surd.*decis.179.num.1.& seq.* Menoch. *cons.183. num.35.* Seraph. *decis.967.*
15 † Rot. *decis.680.num. 6.& 7.par.1.diu.* latè Marescot.*var.lib.1.cap.37.nu.2.& 3.*
16 † sed aduertendum est quòd si hæres vult rem aliquam hæreditariam sibi appropriare pro suo credito requiritur factum Iudicis, Marescott. qui alios refert *d. cap 37. nu. 1.* crederem tamen, quòd valeret etiam appropriatio facta propria auctoritate quando sine dolo, & fraude electionem faceret, Rot. *dec. 71.nu.4.p.1.diu.*
17 Et aduertendum est †, quòd ista præsumptio, quòd censeatur sibi soluisse, est inducta in fauorem hæredis, non autem in eius damnum, Bart. *l.si heres 22.§ fin.vers. item si esset, ff. de fideiuss.* Barbos. *in l. qua dotis, nu.6. vers.conclusionem, ff.sol.matr.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Casalis.

*Lunæ 1. Iulij 1602.*

### ARGVMENTVM.

Explicatur in hac Decisione, quando emptor, necnō creditor immissus vigore Saluiani, ac singularis successor teneatur stare colono.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor non tenetur stare locationi.*

2 *Hoc non procedit quando conductor habet hypothecam pro obseruantia contractus, maximè quando etiam concurrit iuramentum, quod præcisè obligat ad obseruantiam, & tunc tenetur stare locationi, etiamsi indigeret re locata pro vsu suo, num.7.*

3 *Sufficit ad istum effectum hypotheca generalis.*

4 *Emptor soluens de pretio rei emptæ creditoribus venditoris censetur soluere non de pecuniis propriis, sed venditoris.*

5 *Cessio reportare non potest, vbi debitum soluitur de pecuniis debitoris.*

6 *Creditor immissus in possessionem, vigore Saluiani tenetur stare locationi. & num.12.*

7 *Successor singularis, quando non succedit in plenum ius auctoris sui, tenetur stare locationi.*

8 *Successor in re debitoris per sententiam Iudicis tenetur stare locationi.*

9 *l.ex si quis maior, C.de transact. rarissimè practicatur, & qualibet iusta causa excusat à dolo, qui in ea requiritur*

10 *Successor an teneatur stare locationi continenti hypothecam, si velit soluere interesse.*

### DECISIO LXVIII.

LOcauerat D. Maximilianus Caffarellus de anno 1599. duo Casalia ad nouennium D. Mario Fano, quorum alterum anno sequenti vendidit D. Fabritio de Maximis; habita priùs licentia à Sanctiss. cum derogatione fideicommissi, & cum hoc, quòd pretium creditoribus D. Maximiliani solueretur, à quibus iura in d. Fabritium emptorem transferri deberent, facta solutione creditoribus descriptis, & ab eis habita iurium cessione institit D. Fabritius pro habenda vacua, & libera possessione Casalis, vt fuerat sibi in instrumento venditionis promissum, quòd D. Marius conductor impediuit prævio monitorio A.C. à quo cùm fuisset auocata causa, & in Rota coram me introducta, dubitaui an D. Fabritius esset immittendus in possessionem ad effectum expellendi D. Marium, expulsionem prætendebat D. Fabritius ex triplici capite. Primò ex regula, † quòd emptor nō tenetur stare locationi, *l.emptorem, C.de locat.* 1
Secundò, quia vigore iurium, & hypothecarum sibi à creditoribus cessarum non videbatur posse denegari immissio ex remedio vtilis Saluiani. Tertiò, quia cùm D. Marius nō soluerit pēsiones in terminis statutis, & promissis cum iuramento, videtur cecidisse ab omni commodo d. locationis, *iuxta l.si quis maior.C.de transac.* quod videtur posse opponere D. Fabritius, cui fuerunt à D. Maximiliano cessa omnia iura super dicto Casali quomodolibet competentia, vltra quod etiā ipse D. Maximilianus; qui est in causa dat de huiusmodi caducitate. His tamen non obstantibus fuit resolutum D. Mariū non posse expelli, & ad primum de regula *l.emptorem*, fuit dictum, illam limitari, quando conductor habet † hypothecā pro 2
obseruatione contractus, a *l.si creditor.§. vlt. ff. de distr.* a
*pign.* Bar. *in d.l.emptorem, nu.2* Salic. *sub nu.6.vers.aut conductor sui vtilis dominij.* Paul.de Castr. *in l.si filiusfam. §.si vir in quinquennium, sub nu 4.vers.& ideò cùm hodie,* vbi etiam Rom. *sub nu.13.vers.fallit quintò, ff.solut.matr.* Ang. *cons.2.num.12.* Alex. *cons.118.num.20.lib.5.* Abb. *in cap. querelam, sub num. 8. vers. & per hoc datur bona cautela ne prælat. vices suas.* Ias. *in l. quoties, num. 29. Cod.de rei vend.* Marsil. *sing. 321.* Guidop. *quæst. 480. sub num. 5. vers.secundo fallit.* Præsertim obstante iuramento, quod præcisè obligat ad obseruantiam, vt post Ant.de Butr. *in cap.fin.ne prælat.vices suas.* tradit Soc. *cons.90.libr.4.* Grat. *cons.95.num.19.lib.1.* fuit dictum in vna Romana retractus 8. Iunij 1588. coram Illustriss. Mantica, & in vna Romana domus 7. Nouembris 1597. corā R.P.D. meo Pamphilio. Non obstat quod primum instrumentum locationis non contineat specialem hypothecam Casalis, & secundum quod illam contineat, ex multis cōtrouertitur, quia ea, quæ obiiciuntur contra secundum instrumentum requirunt altiorem indagionē, & habet pro se præsumptionem validitatis, & veritatis. Bald. *in ca.1.§. si instrumentum. de nat.feud.* Ias. *in l.si post diuisionem, nu.2. C.de iur.& fact.ign.* Præterea quæstio † illa an requiratur 3
specialis, vel sufficiat generalis hypotheca, est multum controuersa, & quod sufficiat generalis, communem dicunt Io.de Amic. *cons.113.nu.7.* Negus. *de pignor. in 2.par. princ.in 1.membr.sub num.6.* Grat. *d.cons.95.num.12.* Ferd. Loaz *in repet.l.filiusfam.§.diui, nu.441.ff.de leg. 2.* & sine scrupulo procedere videtur in casu isto ex duobus. Primò propter iuramentum appositum habens vim specifici consensus, Io. de Amicis *d.cons.113.num. 12.* Crot. *in d.§.diui, sub num.97.vers.& ista conclusio tantò magis.* Gozad. *cons.100.num.24 in fin.* Soc. Iun. *cons.129. num.11. lib.2.* Secundò, quia non agitur ad effectum vt venditio facta à D. Maximiliano sit irrita, quo casu videtur requiri specialis, sed ad effectum, vt D. Marius pro suo interesse insistere possit, ad quod sufficit generalis hypotheca, vt per Gozad. *d.cons.100. sub num. 24.* Rodet. *in l. post rem iudicatam in 1. limit.nu.18.ff.de re iud.* Quoad secundum

cundum de intribus cessis, & prætenso Saluiano primò
4 respondetur † quòd cùm solutio facta fuerit à D.Fabri-
tio de pretio Casalis non censetur facta de proprijs pe-
cunijs ipsius D.Fabritij, sed de pecunijs ipsius D.Maxi-
miliani debitoris, vt fuit dictum in Romana Saluiani In-
terd. 11. Ianuar. proximè præteriti corã R.P.D. meo De-
5 cano † & propterea per talem solutionem actiones cre-
ditorum extinctæ fuerunt, & nulla potuit interuenire
cessio, Bar. *in l. Modestinus, n. 4* vbi etiam Paul. de Castr.
*sub nu. 4. vers. in nihilum autem, & sub. nu. 5. vers. nam prin-
cipali, ff. de solut.* & fuit dictum in illa Romana Saluiani
Interdicti, & 19 Aprilis præteriti coram R.P.D. meo Iu-
sto in illa Bononień. fideiussionis: 2. vbi cnã esset immit-
tendus D.Fabritius in possessionem ex Saluiano, ne pro-
pterea veniret expellẽdus D Marius, quia cùm ex reme-
6 dio dicti † Interdicti non acquireret plenum ius Casalis
tenentur stare locationi, *l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auth.
Iud. possid.* Bart. *in d. l. filiofam. §. si vir in quinquennium, sub
num. 1. vers. aut ei non est constitutum.* Salic. *in d. l. emptorem,
sub num. 6. vers. aut conductor nullum ius.* Abb. *in d. cap. 1.
querelam, sub num. 8. vers. aut est successor singularis.* Ias. qui
dicit communẽ *in l. diuortio, nu. 34. ff. solut. matr.* Guidop.
7 *decis. 480. sub nu. 5. vers. tertiò fallit.* † & ad id quod ex ad-
uerso replicatur pro parte D.Fabritij. quòd *d. l. in venati-
tione.* loquitur in eo, qui mittitur in possessionem ex pri-
mo decreto, respondet Aretinus *cons. 159. sub num. 16.
vers. si tamen rem locatam,* quòd licèt verum sit textum il-
lum loqui in d. casu, tamen DD. ex eo formãt regulam,
quòd successor singularis tenetur stare colono, quando
8 non succedit in plenum ius authoris sui. † Accedit quòd
D.Fabritius hoc pacto succederet in d. Casali per senten-
tiam Iudicis, quo casu non habet locum *l. emptorem.* Bal.
*in cap. quando frequenter §. fin. in fin. vt lit. non contest.* Ias. *in
l. diuortio, sub nu 34. ff. solut. matr.* Alba. *cons. 108. nu. 6.* quia
in translatione, quæ fit per Iudicem semper intelligitur
reseruatum ius tertij, Bald. *in d. l. emptorem. nu. 5.* Alex. *in
d. § si vir in quinquennium, sub nu. 7. vers. ad hoc tendunt.*
Quoad tertium placnerunt Dominis responsiones datæ
9 per informantes pro parte D. Marij, prælertim † quia *l.
si quis maior.* rarissimè in practica locum habet, cùm
quælibet, etiam iniusta causa, excuset à dolo, qui in ea
requiritur, vt per Ias. *in d. l. si quis maior, nu. 1.* Curt. iun.
*sub num. 17.* & fuit dictum in illa Cornetana bonorum
coram Sanctiss. 26. Iunij 1579. vbi etiam fuit dictum in
dubio iudicandum, non esse locum depositioni *d. legis.*

## *ANNOTATIO.*

10 a Quando † adest hypotheca pro obseruantia contractus successor tenetur stare etiam si indigeret re locata pro vsu suo. Surd. *cons. 103. n. 10.* qui alios refert.

11 Difficultas est † an stante hypotheca possit successor expellere conductorem si velit ei soluere interesse, & pro affirmatiua tenet Valasc. *consult. 76. num. 5.* & latè Surd. *cons. 331. nu. 18. & seq.* vbi dicit hoc procedere non obstante iuramento de non contrauenendo, & non obstante hypotheca, sed Rota in Romana Locationis domus 15. Ianuarij 1610. coram R.P.D. Ortembergo distinxit inter hypothecam specialem, & generalem, & stante hypotheca generali admittit istam opinionem, secus verò stante hypotheca speciali, item etiam stante iuramento sentit d. decis. successorem stare debere locationi non obstante interesse oblato, quia iuramentum præcisè obligat ad obseruantiam contractus, quando præcisè contractus impleri potest, & sine dispendio salutis æternæ, *cap. cum contingat. de iureiur.*

12 Et quòd † creditor immissus ex Saluiano, teneatur stare locationi, dixit Rot. in Romana fideiussionis 13. Martij 1617. coram R. P. D. Andrea. Vbi hæc decisio canonizatur sequendo Ias. attestantem de communi *in l. diuortio. n. 34. ff. de bon. auth. Iudic.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Salutiarum Iurispatronatus.

*Lunæ 1. Iulij 1602.*

## ARGVMENTVM.

Possessio instrumẽtalis, etiam capta Iudicis auctoritate, absque expulsione, non est alicuius considerationis, quando Iudex nulliter procedit. Executor quando dicatur mixtus, & quando liceat ab eius sententia appellare.

## *SVMMARIVM.*

1 *Possessio instrumentalis capta, existente alio in possessione, & eo non expulso, est nullius momenti.*
2 *Iudex priuat possessione absque expulsione.*
3 *Hoc est verum, si ritè, & rectè procedit, secus autem, si nulliter.*
4 *Clausula* (vocatis) *facit executorem mixtum. Contrarium aliàs tenuit Rota, vt num 9.*
5 *Executor, quando adest possessor debet assumere partes Iudicis.*
6 *Possessor non tenetur dimittere suam possessionem ad simplex verbum executoris.*
7 *Ab executoris sententia datur appellatio.*
8 *Sequestro non est locus quando possessio alterius collitigantis est clara, sed inhibendum est alteri ne molestet possessorem.*

## DECISIO LXIX.

DAndum est mandatum de manutenendo monia-
libus de quarum possessione cõstat ex resolutione
in hac causa facta 27. Nouemb. 1600. nõ obstante præ-
tensa possessione Francisci, quia fuit † instrumẽtalis exi- 1
stentibus in possessione, & non expulsis monialibus, &
ob id nullius momenti, *l. si colonus,* & ibi notat. *ff. de ac-
quir. possess.* Dec. *cons. 103. sub nu. 1. vers. sed tamen his non
obstantibus.* Caput *decis. 333. par. 2.* Cæs. de Grass. *decis. 5. in
princip. de caus. possess. & propr.* Nec refert, quòd authori-
tas † Iudicis sufficiat pro expulsione ad trad. per Ang. *in* 2
*l. qui vniuersas, §. item cùm Prætor. in fin. ff. de acquir. poss.*
quia id verum, si Iudex ritè, & rectè † procedat, secus 3
autem si nulliter. Soc. *in cap. quoniam, § quod si super. nu.
125. ante med. vers. secus autem in Iudice. vt lit. contest.* Sar-
nen. *in reg. de annal. quæst. 45. num. 3.* fuit dictum in vna
Spoletana domus 19. Decemb. 1580. coram R.P.D. meo
Decano in vna Lucana Cappellaniæ 17. Iunij 1599. co-
ram R.P.D. meo Pamphilio, & in pluribus alijs Nulli-
tas autem est clara, quia † executor literarum erat mix- 4
tus propter clausulam (*vocatis vocandis*) a Card. *cons. 63.* a
*in princ.* Rot. *decis. 32. de rescript. in antiqu. & 40. eod. tit. in
nou.* Abb. *in cap. exhibita, num. 6. de Iud.* Felin. *in cap. de ca-
tero, num. 10. de re iud.* & quia, cùm moniales essent † in 5
possessione, debuit executor partes Iudicis assumere. Fe-
lin. *in ca. fin. nu. 24. de præsumpt.* † non enim tenebantur 6
moniales ad simplex verbum executoris possessionem
dimittere Achil *decis. 4. nu. 12. de sent. excom.* fuit dictum
in vna Piscień seu nullius 12. Febr. 1578. coram Sãctiss.
& propterea † cùm à sententia huiusmodi executionis 7
fuisset appellatum; prout licuit appellare, Card. *d. cons.
63.* Fel. *in d. cap. de cætero, num. 10. in fine,* executio, &
immissio, post appellationem fuit nulla, *cap. per tuas, de
sent. excomm. cap. licet. eod. tit. in 6.* Lap. *alleg. 2. num. 5. & 7.*
Ægid *decis. 707.* † Nec est locus sequestro cùm posses- 8
sio monialium sit clara, sed est inhibendum Francisco,
ne eas molestet. Bald. *cons. 244. lib. 3.* cum alijs in alia de-
cisione in hac causa facta adductis.

ANNO

### ANNOTATIO.

a Seraph. *dec.* 1363. Rot. *decis.* 386 *num* 1. *& dec.* 525. *n.* 1. *par.* 2. *in*
*recent.* latè Gara. *de benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 40. & licèt re ve-
ra Rota sæpissimè hanc opinionem tenuerit, quòd scilicet
9 clausula (*vocatis vocandis,*) faciat executorem mixtum, †
nihilominus coram Cardinali Sacrato in *decisione* 558.
*par.* 1. *in recent.* optimis rationibus ostenditur clausulam
istam non operari per necesse illum effectum, sed solùm
importare, quòd Iudex non potest procedere extraiudi-
cialiter, sed solùm iudicialiter præuia causæ cognitione,
& partis citatione, retento tamen iudicio executiuo, si-
cut videmus in materia obligationis Cameralis, in qua
executiuè proceditur, citata tamen parte; in practica ta-
men esset difficile obtinere contra primam opinionem
sæpissimè à Rota firmatam, & quæ in hac decisione cano-
nizatur, & plures etiam alias decisiones cumulat Marta
*de clausulis, p.* 1. *clauf.* 196. vbi etiam plura cumulat circa
vim, & efficaciam d. clauf. *vocatis vocandis.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Elueñ. Beneficij S. Saluatoris.

*Mercurij 30. Octobris 1602.*

### ARGVMENTVM.

Alternatiuâ non gaudet Episcopus non residens, etiamsi tempore vacationis beneficij ex accidenti reperiretur in diœcesi, quãdo constat quòd non habebat animum residendi.

### SVMMARIVM.

1 *Arbitrium conceditur ad suspendendum, non ad retractandum executionem.*

2 *Executio attentata, non ex clausula* (arbitrio) *sed alia via, est reuocanda.*

3 *Alternatiua non gaudet Episcopus non probata residentia.*

4 *Episcopus non habetur pro residente, si vt plurimum in alio loco extra diœcesim habitat.*

5 *Recedere non dicitur quis loco, à quo recedit animo incontinenti reuertendi.*

6 *Residentia Episcopi per mensem integrum sufficit, vt ipse gaudeat alternatiua, dummodò residentia per mensem sit cum animo continuò residendi.*

7 *Esse quis non dicitur, vbi est corpore, si mente, & animo abest.*

8 *Animus, licèt sit imperscrutabilis, tamen cognoscitur ex præcedentibus, & sequentibus.*

9 *Termini substantiales, quando sunt malè seruati, eorum defectus sanatur ex reiteratione, quæ fit in citatione ad sententiam.*

### DECISIO LXX.

1 Domini iudicarunt non esse locum arbitrio, quia
† illud conceditur ad suspendendam, non retra-
ctandam exequutionem iam factam, vt fuit sæpiùs di-
ctum, & signanter in Aurieñ. parochialis coram R. P. D.
Lancellotto 23. Aprilis 1600. & in Tudeñ. parochialis 3.
a Decembris præteriti coram R. P. D. Sacrato,[a] nec est
2 verum, quod † obiicitur exequutionem esse factam pen-
dente appellatione, & quando esset facta, non ex clau-
sula *arbitrio*, sed alia via esset reuocanda. Et eò minùs
dixerunt intrare arbitrium, cùm breue sit satis iustifica-
tum, quia vocatio in mense Aprilis, quæ fuit posita in
conditione, est in confesso apud partem, ex quo resultat
notoria reseruatio, quæ non tollitur per alternatiuam
3 Episcopo concessam, & ab eo acceptatam, † quia non
probatur residentia, quæ requiritur, vt Episcopus eius
b priuilegio gaudeat;[b] Imò apparet de eius bona residen-
tia. Et sicut A. C. assumpsit partes Iudicis in admitten-
do exceptionem alternatiuæ, ita etiam debuit assumere
in cognoscendo, an verè, & personaliter resederit, iuxta
eius formam, vt in simili fuit dictum in vna Elueñ.
Prioratus 12. Octobris coram Sanctissimo, quòd au-
tem Episcopus non resideret, licèt de tempore vaca-
tionis fuerit præsens, patet, quia propter officium
Summi inquisitoris, quo fungebatur in Ciuitate Vlix-
boneñ. ibi continuè permanebat, licèt aliquando in
certis temporibus visitaret Ecclesiam Elueñ. vbi per
aliquot dies morabatur exercendo munia Episcopalia,
prout contingit de tempore vacationis, vnde ex hac mo-
ra, quam fecit in ciuitate Eluen. animo reuertendi,
prout reuersus fuit ad Ciuitatem Vlixbonen. † non po- 4
tuit pro residente haberi, *l.* 1. §. *habitare. ff. de his, qui de-*
*iec. vel effud. l. postliminij*, §. *captiuus*, *ff. de cap. & postlim.*
*reuers.* Et fuit in hac caussa dictum 22. Martij 1599. co-
ram Reue. P. D. meo Millino, ex traditis per Arch.
*in capite licèt Canon*, *numero* 5. *de election. in* 6. & per
Corn. *consil.* 244. *numero* 18. *&* 19. *libro.* 2. † facit quia 5
cùm non diceretur recessisse à Ciuitate Vlixboneñ.
à qua recesserat animo reuertendi, *l. qui fugitiuus*, *ff.*
*de ædilit.* §. *in his autem animalibus*, *Instit. de rer. diuis.* &
ita adhuc in dicta Ciuitate diceretur residere Io. And.
vbi supra, Card. *in clem.* 1. *quæst.* 12. *de for. compet.* non po-
tuit eodem tempore haberi pro residente etiam in Ci-
uitate Eluen. Glos. & DD. *in cap. non potest, de preb. in* 6.
cum aliis allegatis per Ripam *respons.* 14. *nu.* 32. *in titulo*
*de legi. & consuet.* Non obstat decisio in caussa Fauentina
Canonicatus coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto,
† quia illi respondetur in decis. D. mei Millini verum 6
esse sufficere præsentiam Episcopi per mensem inte-
grum, ad effectum, vt gaudeat alternatiua, sed debere in-
telligi de tali præsentia, quæ sit cum animo ibi perma-
nendi, quia † non dicitur quis esse, vbi est corpore, si 7
mente, & animo abest, *l. postliminij*, §. *captiuus*, *ff. de*
*capt. & postliminio reuers. cum aliis alleg.* ad id, quod dici-
tur † animum Episcopi non posse cognosci cùm sit im- 8
perscrutabilis, respondetur, quòd imò satis in casu no-
stro declaratur ex præcedentibus, & sequentibus, *l. sed*
*& Iulianus*, §. *preinde*, *ff. ad Maced. l. si seruus plurium*,
§. *fin. ff. de leg.* 1. & à solito Aym. *consil.* 20. *numero* 7. Nec
placuit Dominis nullitas deducta ex defectu termino-
rum substantialium, quia exequutio breuium, & litera-
rum habet suos terminos ad docendum paruisse, primò
pro prima, secundò pro secunda, vsque ad quartum ter-
minum, & vbi † essent aliqui termini malè seruati omnis 9
defectus fuisset sanatus ex reiteratione, quæ fit in cita-
tione ad sententiam, Cassad. *decis.* 8. *in fin. de rescript.* Ca-
putaq. *decis.* 149. *part.* 3. & fuit dictum in Sabineñ. pen-
sionis coram Illustrissimo Cardinali Mantica 17. Decem-
bris 1593.

### ANNOTATIO.

Circa materiam d. decisionis vide latè Gonz. *super reg.* 8. *glo.* 43. *num.* 161. *& seq.*

a Gonzal. *super. reg.* 8 *in annot. contra nullitates, numero* 296. Rota *decis.* 201. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Elnen. translationis 27. Iunij 1614. coram R. P. D. Caualerio.

b An sit probanda residentia Episcopiâ fundante se in alternatiua, vide quod dixi ad decis. 94.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cartagineñ. Beneficii.

*Mercurij 6. Nouemb. 1602.*

### ARGVMENTVM.

Defectus plures narrantur, ex quibus resoluitur iura non esse in forma probanti.

*SVM-*

*SVMMARIVM*

1 *Recognitio iurium requiritur parte citata.*
2 *Notario de citatione à se facta non creditur.*
3 *Citatio facta pro singulis diebus non tenet,& num.6.*
*Hoc est verum respectu totius temporis, sed per paucos dies sustinetur, imò sustinetur, durante toto termino probatorio,& num.6.*
*Citatio est necessaria in extractione iurium.*
4 *Citatio in iurium collatione est necessaria.*
5 *Citatio non censetur remissa ex eo, quia dicatur, quod aduersarius probet, & faciat suas diligentias.*

DECISIO LXXI.

PRocessum vltimo loco per Io. productum, & iura
in eo contenta non esse in forma probanti, sed mul-
1 tis defectibus laborare fuit dictum, † iura enim exhi-
bita non fuerunt recognita citato Ludouico, vt require-
batur. Capit. *decis.* 4. *parte* 3. & fuit dictum in vna Tur-
ritana Tertiariæ 15. Maij 1592. coram Illustrissim. Man-
tica. Non obstat, quòd Notarius asserat se notificasse
decretum Iudicis super dicta recognitione facienda,
2 † quia Notario de citatione à se facta attestanti non
creditur, Card. *consil.* 72. *post num.* 15. *vers. sed Io. And.*
Put. *decis.* 5. *libro* 3. & vbi constaret de huiusmodi cita-
3 tione, † quia facta fuit pro singulis diebus, non vale-
ret. Bald. *consil.* 268. *numero* 1. *parte* 1. Put. *decis.* 258. *in*
*fin. libro* 1. Mohed. *decis.* 4. *de testib.* Cresc. *decis.* 10. *de*
a *dol. & cont. in princip.* Cotta *decis.* 153. [a] fuit etiam nul-
la extractio dictorum iurium ex defectu citationis. Fe-
lyn. *in capit. si instrumenta, numero 6. de fid. instrum.* Mo-
hed. *decis.* 8. *eodem tit.* & licèt quidem Notarius attestе-
tur de notificatione decreti de extrahendo, tamen talis
attestatio sine testibus non probat, vt supra dictum est,
4 † deficit etiam citatio de iure necessaria in iurium col-
latione, vt fuit sæpiùs resolutum, & signanter in Syracu-
sana quartæ coram bon. mem. Gypsio 29 Maij 1592.
& in Corrigeñ. Gabellæ coram Reuerendissim. Paceñ.
26. Febr. 1597. & 24. Nouembris eiusdem anni in
illa Montis Regalis Iurisdictionis, coram R. P. D. Pe-
nia & omissionem istarum citationum, & aliarum, de
5 quibus per informantes † non excusant verba illa Lu-
douici, quod audiebat, & quod pars comprobaret, &
faceret suas diligentias, quia non propterea dixit, se nol-
le citari, vt in fortioribus terminis fuit resolutum in
causa Tudeñ. beneficij die 16. Octobris 1577. coram
Illustrissimo Blanchetto, & in alia Tudeñ. de Zosalo co-
ram R. P. D. Penia.

*ANNOTATIO.*

6 a Rot. *d.* 120. *n.* 2. *& d* 259. *n.* 3. *p.* 1. *in recent.* sed † nihilominus per aliquos paucos dies sustinetur huiusmodi citatio facta pro singulis diebus, & horis. Rot. *decis.* 311. *n.* 3. *parte* 2. *diuers.* Rot. *decis.* 307. *subnumero* 9. *parte* 1. *in recent.* fuit dictum in Beneuentana terrarum 3. Decembris 1599. coram Cardinali Sacrato, & in Toletana hæreditatis 6. Iun. 1618. coram bonæ memoriæ Andrea, in quibus dicitur sustineri per duos dies, item sustinetur dicta citatio pro toto termino probatorio, Seraph *decis.* 1498. *numero* 1. Rot. *decis.* 393. *numero* 6. *par.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Nullius Iurisdictionis 18. Iunij 1617. coram R. P. D. Pirouano, vbi fuit dictum contrarium procedere, quando non esset præfixus certus terminus probatorius, in eo enim casu, in quo restringitur ad terminum probatorium, cessat illud absurdum, quò citatio inducat perpetuam seruitutem, vt considerat Rot. *decis.* 393. *sub num.* 6. *par.* 1. *in recent.*

b Et quòd Notario sine testibus non credatur, Put. *decis.* 5. *l.* 3. Rot. *decis.* 624. *numero* 10. *parte* 1. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Bracareñ. beneficij.

*Mercurij 6. Nouembris* 1602.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Acta præsumuntur integra quamdiu contrarium non doceatur.*
2 *Actus præsumitur perfectus, si aliud non apparet.*

DECISIO LXXII.

ACta esse integra dixerunt † Domini, prout de iu- 1
re præsumuntur, quamdiu contrarium non doce-
tur. [a] Aym. *de antiq. tempor. parte* 2. *numero* 55. & fuit di- a
ctum in vna Senogallieñ. Siluæ 24. Maij 1577. coram
Cotta in vna Calaguritana beneficij de Naruaia coram
Reuerendissim. Paceñ. 13. Ianuarij 1595. & coram
me in vna Mediolaneñ. bonorum emphyteoticorum
10. Iunij præteriti, & est generalis regula, † quòd actus 2
præsumitur perfectus, si aliud non apparet, *l. si is qui,*
vbi Bald. & Imol. *ff. de testam.* Ias. *in rubr. ff. de non oper.*
*nunc. ad fin.* Non obstat defectus prouisionis Gasparis,
& possessionis ab eo captæ, qui tamen in commissione
narratur à D. Matthia, quia licèt narret Gasparem vigore
literarum Apostolicarum Ordinario Braccareñ. dire-
ctarum adeptum fuisse possessionem, ex hoc non
sequitur; quòd processus fuerit factus iudicialiter, &
parte citata, ita vt fuisset necessariò transportandus.
Non obstat decis. Braccareñ. parochialis de Moreira
coram R. P. D. meo Iusto, quæ ex aduerso allega-
tur, quia Domini dixerunt eam procedere in actis
iudicialibus. Processus coram Braccareñ. & Portugal-
leñ. sont transportati, contra quos circa integritatem
nihil opponitur, solùm obiicitur eos non esse in for-
ma probanti, quod non est præsentis indaginis, & erit
suo loco videndum. Non obstat, quòd D. Matthias nar-
rauerit in sua prima commissione Nuncium diffinitiuè
pronunciasse, & acta coram ipso facta non sint in pro-
cessu, quia hæc narratiua habet contra se narratiuam
Comitis in dicta secunda commissione, quæ multum
verisimilis est, quòd fuerit habitos recursus (prout sæpe
in illis partibus contigit) ad Nuncium pro dirimenda
tantùm controuersia Iurisdictionis; præterea dictus
Matthias recessit ab illa narratiua in tertia commissione,
ita vt narrata in prima commissione non sint attenden-
da, & sic conclusum pro integritate Actorum.

*ANNOTATIO.*

a Acta præsumi integrè transportata dixi latè *ad decisionem* 59.

Hortana fideicommissi.

*Veneris 8. Nouembris* 1602.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuisio regulariter non inducit remissionem fideicommissi, & numero* 5.
2 *Maximè non probata scientia testamenti in diuidentibus.*
3 *Amplia vt nec generales clausulæ ad hoc sufficiant pro inducenda remissione fideicommissi.*
4 *Coniunctus re, & verbis præfertur substitutis disiunctis.*

DECI-

### DECISIO LXXIII.

Finea in testamento instituit hæredem vniuersalem
Aegidium, cui quandocunque decedenti substituit
Petrum, & Ioannam suos ex filia nepotes pro vna parte tantùm, & Claudiam, Clementiam, & Lauram eiusdem testatricis filias pro aliis tribus partibus, & voluit quòd si aliquis eorum moreretur sine filiis legitimis & naturalibus vnus alteri succederet mortua Finea testatrice, & successiuè Aegidio hærede, decessit sine filiis Petrus, condito testamento, in quo Pamphilo hærede in proprietate tantùm instituto, domum quandam prælegauit, & vsufructuarios omnium bonorum suorum reliquit Ioannam sororem, & Latinum dictæ Ioannæ filium; orta controuersia inter Lauram, & Pamphilum super domo prælegata, & per appellationem coram Auditore Cameræ deuoluta, cùm fuisset suffragium Rotæ expostulatum, & proposui dubium, An Lauræ competeret ius aliquod super dicta domo occasione fideicommissi per Fineam facti, & quia Pamphilus allegabat pro se instrumentum diuisionis factæ inter ipsos substitutos, Domini dixerunt in eo non posse fieri aliquod fundamentum super remissione fideicommissi
5 † quam regulariter diuisio non inducit, *l. cùm pater, §. hæreditatem, ff. de leg.* 2. Bart. & alij *in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat.* Bald. *cons.* 408. *num.* 12. *lib.* 1. Roman. *consil.* 403. *sub num.* 1. Alexand. *consil.* 208. *nu.* 4.
a *lib.* 1. Crescent. *decis.* 4. *de donat. in princ.* [a] præsertim
2 non probata scientia testamenti, † vt latè per Socin. Iun. *consil.* 118. *num.* 115. *vers.* 3. *loco & seqq. lib.* 1. Paris. *cons.*
3 95. *num.* 10. & 17. *lib.* 3. & † clausulæ generales ad hoc non sufficiunt, vt per Crescent. *d. decis.* 4. Nec sunt prægnantes, vt requiritur, sicuti fuit resolutum in causa Cæsenaten. bonorum coram Illustrissimo Mantica, & in hoc Pamphilus non multùm insistebat, sed allegabat
4 ad exclusionem Lauræ superuiuentiam Ioannæ, † nam cùm Petrus, & Ioanna essent re, & verbis in vna hæreditatis parte coniuncti, in portione Petri decedentis, ipsa Ioanna præfertur aliis substitutis disiunctis, *l. cohæredi, §. qui discretas, ff. de vulg. & pup.* vbi est casus noster, *l. vni, §. si verò quidam, C. de caduc. tollen.* Bar. *in l. Lucius, sub num.* 21. *ff. de hæred. instit.* Bald. *in l. in testamento, nu.* 10. *in fin. C. de testam. milit.* Ias. *in l.* 1. *sub num.* 2. *vers.* 2. *notabiliter limita, C. de impub. & aliis substitut.* Dec. *cons.* 186. *sub num.* 4. *vers.* 3. *non eundo per mendicata.* Ruin. *cons.* 152. *num.* 10. & 11. *lib.* 5. Curt. Iun. *cons.* 161. *sub num.* 4. *vers. confirmatur intentio*, & ex isto capite Domini sine difficultate responderunt Lauræ non competere ius aliquod super domo, modò non excedat portionem Petri, & Ioannæ.

*ANNOTATIO.*

a Latissimè firmauit Rot. 624. *per tot. par.* 2. *in recent.* vbi adessent
5 tant clausulæ prægnantissimæ, & nihilominus † Rot. resoluit non censeri fideicommisso renunciatum, & de hac materia, an & quando censeatur per diuisionem fideicommisso renunciatum, vide latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 115. & Peregr. *de fideicommiss. artic.* 52.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Mediolanen. liquidationis fructuum.

*Veneris* 8. *Nouembris* 1602.

### ARGVMENTVM.

Prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato non tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum ante motam litem, quando reseruatio non erat notoria, nec inserta in corpore iuris.

*Decisiones Papales.*

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus vt non sint restituendi, sufficit, quòd absit mala fides.*
2 *Reseruatio, quando non est notoria, vel clausa in corpore iuris, non causat malam fidem in prouiso ab Ordinario ante motam litem.*
3 *Reseruatio, quando est super vacaturis, non super vacantibus, non inficit prouisionem prouisi ab Ordinario.*
4 *Intrusus dici non potest, qui habet titulum ab Ordinario.*
5 *Fructus, vt non sint restituendi sufficit ab initio bona fides, & color detinendi.*
6 *Antidatæ suspicio in prouisione Ordinarij non causat in prouiso malam fidem.*
7 *Sententiæ verba debent intelligi, prout ius disponit.*
8 *Condemnatus simpliciter ad restitutionem fructuum censetur condemnatus ad fructus, ad quos condemnari de iure debebat.*

### DECISIO LXXIV.

Fuit conclusum fructus liquidandos esse à die moræ 1
litis, † quia ad istum effectum sufficit, quòd absit
mala fides. Rot. *decis.* 4. *sub num.* 1. *de restit. spol. in nou.*
Aegid. *in cap. grauis, num.* 4. *circa med. eod. tit.* & fuit di-
ctum coram bo. me. Gipsio in vna Romana fructuum
20. Nouembris 1585. & in vna Salaman. fructuum 9.
Martij 1587. & coram R. P. D. meo Decano in Sala-
man. dimidiæ portionis 1. Aprilis 1591. [a] Mala fides a
autem D. Marci Antonij ante litem non probatur,
† cùm non appareat, quod habuerit scientiam reserua- 2
tionis, & reseruatio non sit clausa in corpore iuris, vel
super certo corpore beneficij, aut aliàs indubitata, &
notoria, ita vt eius ignorantia allegari non posset, vt
fuit dictum in illa Salamantina fructuum, & in alia Sa-
lamantina dimidiæ portionis, talis enim requirebatur
ad hoc, vt inficeret possessionem dicti prouisi ab Ordi-
nario. Put. *decis.* 180. *lib.* 5. & fuit dictum in Romana
Canonicatus 7. Decembris 1584. coram Sanctissimo, &
in pluribus aliis, † & eo minùs, quia reseruatio, & de- 3
cretum in ea appositum fuit non super vacaturis, sed
super vacantibus, Cassad. *decis.* 2. *num.* 4. *in fin. vers. & intellige de restitut. spoliat.* Put. *decis.* 27. *lib.* 2. & fuit dictum
in dicta Romana Canonicatus. Quæ dicuntur de in-
truso, quòd teneatur ad fructus perceptos † ante mo- 4
tam litem, non habent locum in dicto Marco Anto-
nio, qui suam habet prouisionem ab Ordinario, quam
non discolorat prædicta reseruatio. Put. *dict. decis.* 180.
& propterea iusto titulo accepit possessionem, † & li- 5
cèt postea fuerit detectus iniustus, sufficit, quòd ab ini-
tio habuerit bonam fidem, & colorem detinendi. Rot.
*dict. decis.* 4. *in princip. de restitut. spoliat. in nouis.* Sarnen. *in reg. de annal. quæst.* 57. *sub num.* 4. † Non obstat, quòd 6
prouisio Ordinarij, cùm careat testibus, & subscriptio-
ne Notarij, sit suspecta de antidata, quia ista suspicio
non potest causare malam fidem in prouiso ab Ordi-
nario, qui sciuit non adesse antedatam, nec fuit con-
scius se inuasisse alienum beneficium. Non obstant
verba sententiæ, † quia intelligi debent, prout ius dis- 7
ponit, *l. Herennius, ff. de euict. cap. dilectus de offic. Ordin.*
Bart. *in l. si fundus, §. in vendicatione, sub num.* 4. *ff. de pigno.*
& dictus Marcus Antonius censendus est † condem- 8
natus in eo, in quo condemnari debuit. Aym. *cons.* 74.
*num.* 9. & dixit aliàs Rota in quadam sententia in ea
parte, in qua condemnabat ad fructus perceptos in vna
Romana Vineæ de Macris 25. Iunij 1593. corã Orano.

*ANNOTATIO.*

a Latè Rota *decis.* 320. *per totum part.* 2. *in recent.* vbi ad effectum faciẽdi fructus suos, dicitur sufficere talem qualem

titulum, etiam inualidum, & putatiuum, dummodo non sit reprobus, & benè etiam Rota *decis.528. num.7. par.2.in recent.* vbi dicitur, quòd qualibet causa, etiam temeraria & bestialis excusat à restitutione fructuum, & ibi etiam dicitur, talem qualem occasionem possidendi sufficere, quòd etiam fuit dictum in Elboren. fructuum 16. Febru. 1618. coram R.P.D. Remboldo, vbi dicitor sufficere opinionem erroneam, non solùm in facto, sed etiam in iure, quod etiam firmat Peregr. *de fideicomm. art.49. num.118.* Si tamen titulus esset reprobus puta si saperet vsuram, tunc bona fides non excusat à fructuum restitutione. Seraph. *decis.1006.* sicut etiam idem esset, si lex ab initio resisteret acquisitioni rei Bart. *in l.sed etsi, §. scire, num.4. ff. de pet. hæred.* Boer. *decis.98. num.3.* & admisit Rota in Mantuana fructuum 31. Ianuarij 1618. coram R.P.D. Vbaldo, vbi tamen id temperatur, si possessor ignoraret factum, ex quo oritur d. iuria resistentia, & circa hanc materiam est videndus Menoch. *de recuper. remed. 15. à num. 578. vsque ad finem,* qui plenissimè illam tractat.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Pecuniaria.

*Mercurij* 13. *Nouembris* 1602.

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Procurator non potest sine speciali mandato domino præiudicare.*
*Declara in committendo, sed non in omitendo, num.4.*
2 *Implementi exceptio opponi non potest per eum, qui contractui acquieuit, & num.5. vbi vide rationem.*
3 *Cessio non reportatur, vbi fit solutio de pecuniis ipsiusmet debitoris, & si reportatur quid operetur.*

### DECISIO LXXV.

FVit dictum constare de adimplemento Episcopi, quia appatet de errore calculi Guidotti, qui dum in eius compnto enumerat solutiones menstruas incipit à mense Nouembris; cùm debuisset incipere à præcedenti mense Octobris, & iste error est patens, & in cõfesso apud partes, ex quo sequitur, quòd cùm omissa vnius mensis solutione fecerit debitorem Episcopum in scutos 2. & bol. 92. addita pagha omissa, remaneret creditor in scutis 247. bol.6. Nec facit, quod dicitne etiam errasse omirtendo societatem solutam per D. Spinolam Falconetio; quia cùm illa non includatur in partito, nec sit de assignatis ab Episcopo, non propterea potest dici Episcopum non adimpleuisse, licèt D. Spinola pro eius extinctione extra rationem partiti remaneret creditor Episcopi: Quòd autem huiusmodi Societas soluta non sit de assignatis, & contentis in partito, imò nec esse possit, patet, quia conuentio, & partitum sunt celebrata de anno 1597. pro extinguendis Societatibus præteritis, & hæc Societas fuit contracta de anno 1600. & soluta per D. Spinolam non in vim dictæ conuentionis, sed quia in ipsa Societate fideiussor intercesserat, quod etiam innuit cessio obtenta à Falconerio contra Episcopum, quam non impetrasset, si soluisset in vim partiti nomine Episcopi,
a & de eius pecuniis, ᵃ & Domini non habuerunt in consideratione, quòd procurator Episcopi facta intimatione comparuerit, & dixerit, quòd aduersarius habebat pecunias sibi à dicto Lelio solutas, & quòd de di-
1 ctis pecuniis extingueret; † quia non potuit Domino sine speciali mandato præiudicare. Paris. *cons.86. nu.17.*
b *& cons.108. num.98. lib.4.* ᵇ Nec etiam sufficiebat mandatum Episcopi, quia D. Lelius declarauerat, quòd ex suis pecuniis D. Spinola posset soluere, & extinguere Societates per eum designatas, & eas, ad quarum extinctionem tenebatur Spinola in vim conuentionis initæ cum Episcopo; vnde non potuit dictus procurator in alium vsum conuertere dictas pecunias non solùm præter intentionem Episcopi; sed etiam contra voluntatem dicti Lelij, qui erat illarum Dominus, & destinauerat, prout supra. Non obstat, quòd de non adimplemento constet ex confessione ipsiusmet Episcopi in Instrum. de anno 1599. de quo tempore remanebat debitor scutorum 77. † quia ex calculo Guidot- 2
ti apparet, quòd in fine anni fuit facta integra solutio, quam recipiendo D. Spinola censetur acquieuisse, itavt de non adimplemento amplius dari non possit ad tradita per Aym. *cons.106. nu.2. & 3.* ᶜ Non obstat de- c
fectus, & non adimplementum, deductum ex eo, quòd Episcopus post factam venditionem Officij Præsidentatus plumbi nullum fecit (prout promiserat) assignamentum, quòd succederet loco dicti Officij, quia tunc Episcopus ex facultate sibi in conuentione reseruata abbreuiauit tempus, & fuerunt assignatæ pecuniæ sufficientes pro totali extinctione, ita vt non fuerit locus iteratæ assignationi. Non obstat, quòd Dominus Spinola habeat in manibus paghas decem mensium tantùm, & sic non integri anni, & quòd non teneatur ad extinctionem, nisi in fine anni, quia sufficit, quòd habeat in manibus tantas pecunias, quæ sint satis pro totali extinctione, tunc enim cessat, & non durat ampliùs partitum, nec est expectandus finis anni, sed & in principio, & in medio, & in fine anni, & cùm primum habet omnes pecunias, debet sequi totalis extinctio; quia sic conuentum, stante autem adimplemento pro parte Episcopi, sequitur D. Spinolam debere docere se extinxisse Societates assignatas.

### *ANNOTATIO.*

a Cessio † non reportatur, quando fit solutio de pecuniis 3
ipsiusmet principalis debitoris Castr. *in l.modestinus, n.4. vers.in nihilum autem, & nu.5. vers.nam principali, ff.de solut.* Vinc. de Franc. *decis.5. num.7.* & si fiat cessio, illa non operatur translationem iurium, sed solùm habet vim quietationis, & liberationis. Peregr. *de fideic. art.52. num.34.* Rota *decis.426. num.3. par.2. in recent.*

b Procurator præiudicat Domino, sine speciali mandato in omittendo non tamen in committendo, quia tunc requiritur speciale mandatum, ità distinguit Bald. *in cap.1. col.2. vt lit. non contest.* Ias. *in l.si procurator, in 8. limit. C. de procur.* Tiraq. *de leg. connub. Glos.7. num 78.* Surd. *decis.151. numero 26.*

c Rota *decis.577. num.10. par.2. in recent.* vbi redditur ratio, quia non implementum censetur tacitè remissum.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana affictus.

*Veneris* 15. *Nouembris* 1602.

### ARGVMENTVM.

Per secundum instrumentum continens diuersa pacta, quando censeatur recessum à primo, & an pro fideiussione licitum sit fideiussori aliquid recipere, & quantum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Contractus secundus, continens diuersa pacta irritantia, & cassantia primum contractum, nouat primum, declara vt nu.8.*
2 *Contractus secundus non reuocat, nec innouat primum, nisi*

*nisi quando secundus est validus, quod est verum, nisi secundus contineat expressè reuocationem primi, & num. 9.*

3 *A contractu receditur, de voluntate vtrinsq; partis. Voluntas declaratur etiam ex actu nullo.*

4 *Pro fideiussione licet aliquid recipere; dummodo tamen moderatè recipiatur, & numer. 8. vbi vide limitationem.*

5 *Recipere non licet vltra summam, pro qua quis fideiubet.*

6 *Instrumenta locationum non probant iustitiam affictus.*

7 *Valor probari debet de tempore contractus.*

## DECISIO LXXVI.

FVit conclusum, D. Marium teneri soluere affictum
1 ad rationem secundi instrumenti, † quia à prima locatione fuit recessum, cùm deuentum sit ad secundam continentem diuersitatem affictus, & pactorum,
a *l.pacta nouissima, C.de pact. l.cùm plures, §. locans; ff.locat. l.1.§.fin.ff.de stipul.* ᵃ quod cùm procedat, etiam quando in secundo contractu non sunt verba irritantia, & cassantia primum contractum, fortius erit verum in casu isto, vbi verbis expressis annullatur prima locatio. Non obstat nullitas, quæ obiicitur huic secundæ locationi, quia (vt infra dicetur) non probatur, & ea etiam præsupposita adhuc censetur prima reuocata, quia licèt quando sumus in tacita reuocatione, quæ fit per secundum contractum de eadem re inter easdem partes initum, requiratur, quòd secundus sit vali-
b dus, ᵇ *l.si quis in princ. ff. de leg.1. auth. hoc inter liberos, C.de testa.* Glos. *in d. l. pacta nouissima in ver. nouissima,* vbi etiam Bart. *in 1.lect. circa finem*, secus tamen est,
2 quando secundus † contractus continet expressam reuocationem primi; quia tunc per secundum inualidum reuocatur primus validus, *l. planè la 1. in princ.ff. de leg.1.* Alex. *in l.si quis ante sub numer. 8. ff. de acquir.*
3 *† possess.* cùm enim † de voluntate vtriusque contrahentis à contractu recedatur, *l.si diuersa, ff. de transact.* Paul. de Castr. *in l.si mihi, & tibi §. in legatis, sub num.2. ff de leg.1.* ista voluntas etiam in actu nullo declaratur, *l. fin. ff. de reb.eor. qui sub tutor. l.2. C.de confirm. tut. l. in testamentis, ff.de fidei liber.* Alex. *cons.45. post num.2. lib.1.* Ias. *in l. Dominus, sub num.2. ff. de cond. indeb.* Non obstat, quod dicitur, secundam locationem nullam, quia ob fideiussionem per D. Marium pro ipso D. Maximiliano præstitam, cum maxima tamen D. Marij cautela, & securitate, fuit notabiliter, & cum magna D. Maxi-
4 miliani læsione reductus affictus, & † quamuis liceat pro fideiussione aliquid recipere, *l.hoc iure, §.1.* vbi Bar. *ff.de donat.* Dec. *cons.7. in princ.* Io. de Anan. *in c.fin. num. 4. de vsur.* tamen id procedit, si moderatè percipiatur. Bal. *in l.antiqua, post num.* 2. vbi etiam Sal. *C. ad*
c *Velleian.* ᶜ hîc autem dicitur lucrum transcendere sum-
5 mam, † pro qua fideiussit; quo casu actus iste videtur omnino illicitus, & damnandus, ex traditis in summa Armill. *in ver. fideiussor, numer.15. in Summ.* Siluest. *sub eodem verbo, num.14. cum aliis alleg.* quia ad hoc fuit dictum secundùm instrumentum continere plura pacta D. Maximiliano fauorabilia, quæ in primo non erant posita; ita vt non possit discerni, si & quanta portio prætensæ remissionis tribuenda sit fideiussioni. Nec etiam apparet quanta sit reductio, quia non probatur ad quam quantitatem ascendat iustus Casalis affictus, ille enim non benè deducitur à prima locatione, cùm Domini multum suspicarentur de eius simulatione, vt in venditione, quæ sequi debebat reperirent maius pretium, quæ simulatio, vltra depositiones testium, redditur multùm verisimilis ex eo, quod vtrumque instrumentum fuit eadem die coram eisdem notario, & testibus celebratum, ita vt sub vno, eodemque tractatu
6 vtrumque conclusum videatur. † Nec releuant alia instrumenta locationum, quia per ea non probatur concludenter iustitia affictus. Bald. *in l. 2. num. 58. & seq. C.de rescind.vend.* Imol. *in cap.cùm causa, sub num.28. vers. an autem posset de empt. & vend.* Alex. *in l. Falcidia, §.corpora, num.3. ff. ad l. Falcid.* † & eo minùs probant, 7
quia non percutiunt tempus locationis, de qua agitur, sed sunt de aliis temporibus, *l.si voluntate in fin. C. de rescind.vend. l.3. §. diui fratres, ff.de iur. Fisci* Bar. *in d.l.1. vbi alij, C.de rescind.vend.* Imol. *in d.cap. cùm causa, nu.2.* Soc. *cons.48. nu.1. in fin. & num.seq. lib.4.* Capur. *decis. 264. nu 9. par.3.* & propterea alia non docto, standum est secundo instrumento.

### *ANNOTATIO.*

a Crau. *cons.167. num.9.* & fuit dictum in Romana affictus, † seu Casalis Buccæ 14. Martij 1603. coram R. P. D. meo 8
Coccino Decano, non tamen per secundum contractum intelligitur nouatus primus, nisi secundus contineat incompatibilitatem cum primo, Bald. *in l. pacta nouissima, num.12. C. de pact.* Gabr. *cons.81. num.4. lib.1.* latè Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.134. nu.39. & 40.*

b Et quòd requiratur validitas secundi contractus, vt ex eo inducatur nouatio primi, † Menoc. *d præs.134. num.45.* 9
Surd. *decis.51. num.16.* Rota *dec.715. num.8. par.1. diu.*

c Plenè *Surd. cons.306. per totum.* Mant. *de tacit. lib. 6. tit.6. nu.6.* Rota † *decis. 679. num 2. par.1. diu.* & quia prædicta 10
conclusio est fundata in periculo, quod subit fideiussor, nempè quòd de proprio teneatur, ideo si extaret casus, in quo non caderet huiusmodi periculum, non liceret aliquid licitè recipere, ita declarauit Rota coram eodem Sanctissimo, in Romana affictus 8. Martij 1604. de qua infra *dec.161.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Taruisina Parochialis.

*Mercurij 27. Nouembris 1602.*

### ARGVMENTVM.

Enumerantur plura, ex quibus colligitur beneficium non esse de mensa, nec vnitum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Possessio triennalis inducit præsumptionem tituli.*

2 *Beneficium vnitum, & de mensa non dicitur vacare per obitum Vicarij.*

3 *Status collatiuus excludit vnionem.*

4 *Ecclesia habens Rectorem perpetuum, non potest dici de mensa.*
*Collatiua, & perpetua præsumuntur omnia beneficia.*

5 *Beneficium non probatur esse de mensa ex recognitionibus, & num.10. vbi vide rationem.*

6 *Vnitum non præsumitur beneficium ex donatione de ipso facta; quia donare beneficium, non est vnire, & nu.11. vbi vide decis. in contrarium*

7 *Enunciatiua vnica non probat.*

8 *Enunciatiua moderna, & emanata à personis interesse habentibus non suffragantur.*

9 *Status vltimus attenditur ad effectum, vt videatur an beneficium cadat sub reseruatione.*
*Status vltimus quando sit attendendus, vide totam materiam latè sub nu.12. vbi etiam de quasi possessione conferendi, seu præsentandi.*

## DECISIO LXXVII.

PRoposui dubium in decis. 11. Ianuarij præteriti reseruatum: An constet de tali iure Siluestri Car-

ratij, quòd per eius obitum potuerit vacare parochialis, de qua agitur, & Domini affirmatiuè respon-
1 derunt, † propter eius triennalem possessionem, de
qua non ambigitur, Cassad. *decis. 1. in fin. & decis. 3. numer. 6. de caus. possess. & propriet.* Mohed. *decis. 19.*
2 *numero 1. de renunc.* Et ad id, quod obiiciebat, † illam
Ecclesiam vti vnitam, & de mensa monasterij S. Marci de Monialibus, non potuisse vacare per obitum
Vicarij, *cap. cùm accessissent de const.* Feder. *cons. 187. & 200.* Gem. *cons. 86. num. 5.* Vital. *in clem. vnica de offic. Vic.*
dixerunt quòd, vt fuit firmatum 8. Martij præteriti,
3 † beneficium hodie reperitur in statu collatiuo, & constat de pluribus collationibus Apostolicis, & monalium, quæ excludunt intentionem ipsarum, quod sit
vnitum, & de mensa, & Vicaria perpetua ad earú institutionem; vt per Aret. *cons. 63.* & fuit latè deductum in
Parmen. prioratus 14. Apr. 1600. coram R. P. D. meo
4 Penia, † non enim potest dici de mensa Ecclesię habens
rectorem perpetuum. glos. *in Clem. vnica §. quidam etiam in vers. ad mensam de excess. Prælat.* & cuius fructus Rector percipit, *d. glos.* Innoc. *in cap. de monachis de præb.* Et
multùm mouebant Dominos tres sententiæ Rotales
de anno 1523. ad fauorem prouisi Apostolici contra
moniales, necnon præsumptio, quam habent omnia
beneficia, & præsertim curata, vt sint collatiua, & per-
5 petua, vt fuit dictum in dicta Parmen. Prioratus. † Non
obstant recognitiones, quæ dantur monialibus; quia
istæ inferunt ad subiectionem; subiectio autem non
concludit beneficium esse de mensa, imò potius istæ solutiones de manu Rectoris receptæ persuadent beneficium non esse de mensa, quia si esset Rector ipse de
a manu monialium reciperet fructus: [a] Ad donationem
habitam ab Episcopo respondebant informantes illam
loqui de alia Ecclesia sancti Theonisti, quæ est in ciuitate Taruisij, non de hac, quæ licèt sit eiusdem S. Theonisti, est tamen in Diœcesi: Præterea vbi etiam de hac
6 loqueretur † [b] donare beneficium, est donare ius pro-
b uidendi de beneficio, *c. dilectus in 3. de præben.* Priuilegia
sunt in forma communi, & cum clausulis præseruatiuis, nec inferunt necessariò ad vnionem, minusque excludunt, quòd beneficium sit collatiuum, sed solùm
indicium faciunt pertinentiæ collationis: Non obstat
7 enunciatiua de anno 1364. † quia est vnica, & ob id
non probat, Alex. *cons. 90. sub nu. 12. lib. 6.* & fuit dictum
in vna Sabinen. confinium 14. Octobris 1577. coram
8 Illustriss. Blanchetto, & sæpius in aliis, † aliæ autem
cùm sint modernæ, & proficiscantur à personis interesse habentibus, non suffragantur, vt fuit etiam consi-
9 deratum in dicta Parmen. Prioratus, † præsertim attento vltimo stato, qui inspici debet ad effectum, vt videa-
c tur, an cadat sub reseruatione. [c] Calderi, *cons. 23. de Præb.* Simon. *de reseru. q. 70.* fuit dictum coram R. P. D.
meo Decano in Vicen. Benef. 19. Nouemb. 1599. in Taraconen. Sacristiæ 9. Iunij 1600. coram R. P. D. meo
Iusto, & in d. Parmen.

### ANNOTATIO.

a Et benè Rot. in Taruisina Sancti Theonisti 31. Maij 1613.
10 coram R. P. D. Vbaldo, vbi † clarè dicit, quòd modica recognitio excludit vnionem, quia stante vnione, non quid
modicum, sed fructus omnes spectant ad Ecclesiam, cui
prætenditur facta vnio.
11 b Et quod donare beneficium non sit illud vnire, † sed importet solùm donationem iurisconferendi, dixit etiam
Rota in d. Taruisina Parochialis 1613. coram R. P. D.
Vbaldo. In contrarium tamen quòd ex donationibus de
aliqua Ecclesia factis monasterio, inferatur ad vnionem
dictæ Ecclesiæ monasterio, Rot. *decis. 513. nume. 1. p. 2. in recent. & in decis. 626. numer. 1. p. 1. in recentior.* quæ tamen decisiones possunt ad concordiam reduci, nempè,
quòd simplex donatio non importet vnionem, secus autem quando donatio est concepta per verba valdè prægnantia, & quando alia concurrunt adminicula inferentia ad vnionem.

Et fuit dictum in Tirasonen. Canonicatus 4. Februar. 1608.
† coram Scorto, & in Adrien. beneficij 14. Ianuar. 1609. 12
coram R. P. D. Ottembergo. Rota *decisio. 154. numer. 3. & decis. 233. sub numer. 1. p. 1. in recent.* præsertim in fine, prout generale est, quòd in materia beneficiali attenditur vltimus status, latè Gonz. *super reg. 8. glos. 5. §. 2. nu. 14.*

Et circa hanc materiam vltimi status in materia beneficiali, an, & quando sit attendendus, est videndus latissimè Marescot. *var. Ierosol. lib. 1. cap. 55. per totum*, vbi ponit regulam cum pluribus limitationibus, & refert plures decisiones Rotæ. Præcipuè autem solet attendi vltimus status, quando agitur de sustinenda prouisione iam facta, quicquid sit quoad futuras vacationes, & ideo si vltimus status beneficij sit de libero, sustinetur collatio facta ab Episcopo, non obstante exceptione iurispatronatus. Rot. *dec. 625. p. 2. in recent. & dec. 435. nu. 1. eadem p. 2. in recent.* vbi in fortioribus iam erat resolutum constare de iurepatr. & nihilominus Rota sustinuit collationem Episcopi factam vti de libero propter vltimum statum, & *decis. 154. sub num. 3. p. 1. in recent.* vbi dicitur contraria procedere, quando ageretur principaliter inter collatores de pertinentia collationis, secus quando agitur ad sustinendam collationem Sicut & è contra collatio, vti de iurepatro. facta ad præsentationem patronorum, sustinetur ex solo vltimo statu, iuxta *ca. consultationibus de iurepatr.* & sæpius fuit decisum, & præsertim in Nouarien iurispatr 28. Iunij 1617. coram R P. D. Vbaldo, & coram eodem in Romana iurispat. seu beneficiatus 9. Decembris 1619. & ratio est, quia collatio, electio, præsentatio sunt fructus, & vti fructus spectant ad possessorem, ita latè Gonzal. *super reg. 8. glos. 45. §. 2. à nu. 4. vsque ad 14.* & Garz. *de benef. p. 5. cap. 5. num. 2. & seq.* qui plura cumulant. Si tamen ante factam collationem constaret de iurepatr. vel de libertate beneficij, tunc vltimus status non suffragaretur, nec etiam ad sustinendam collationem de proximo faciendam, quia proprietas absorbet possessionem, iuxta latè deducta in Lucana iurispatr. 25. Ianuarii 1612. coram Penia & Rota *dec. 167. nu. 10. p. 2.* & benè Rota *dec. 515. nu. 2. p. 2. in recent.* Benè verum est, quòd non dicitur de hoc constare, nisi quando adest, vel confessio partis, vel res iudicata, Rota *dec. 269. n. 4. & 5. p. 2. diuers.* Seraph. *dec. 555. nu. 8.* Marescott. *dicto cap. 55. num. 16.* quod ampliauit Rota etiam, quando constaret per publicum instrumentum, prout latè in præallegata Lucana Iurispa. coram Penia.

Prædictis est conformis alia conclusio, quòd vltimus status non sit attendendus, quando constat de anteriori statu præcedenti, nisi status vltimus sit legitimè præscriptus, prout latè firmauit Rota *in dec. 188. sub num. 1. p. 1. in recent.* Circa quod tamen est benè aduertendum, & est distinguendum inter statum beneficii, & inter quasi possessionem conferendi, seu præsentandi, nam quando agitur de statu puta quòd beneficium sit sæculare, vel regulare, curatum, vel simplex, & de similibus qualitatibus, quæ propriè est materia *cap. cùm de beneficio de præben. in 6.* tunc verum est, quòd non attenditur vltimus status, quando constat de statu anteriori contrario, nec etiam ad effectum sustinendi collationem. Si verò agatur de quasi possessione conferendi, præsentandi, eligendi, quæ est materia *cap. querelam de elect. & cap. consultationibus de iurepatr. & c. cùm olim de caus. poss.* tunc sola quasi possessio sufficit ad sustinendam prouisionem, nec attenditur præcedens status contrarius per rationem supra allegatam, quia scilicèt isti actus, vti fructus spectant ad possessorem, & ita benè inter statum beneficii, & possessionem conferendi distinxit Rota *in decisio. 229. sub numer. 2. & 3. p. 1. in recent.* vbi dicitur hanc esse legitimam & veram intelligentiam, *cap. consultationibus de iurepatr.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Aquilana

## Aquilana Beneficij.

*Lunæ 2. Decembr.* 1602.

### ARGVMENTVM.

De iustificatione gratiæ circa obitum in possessione, & circa valorem beneficij, & clericatum.

### SVMMARIVM.

1 *Obitus probatur ex testibus, qui interfuerunt funeri.*
2 *Item ex fide parochi extracta ex libro mortuorum.*
3 *Valor Beneficij probatur per testes de publica voce, & fama.*
4 *Valor obtentorũ iustificatur ex qualibet leui probatione.*
5 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*
6 *Et etiam ex communi reputatione.*

### DECISIO LXXVIII.

FVit cooclusum gratiam Scipionis esse iustificatam,
nam quòd Claudius obierit in meose Octobris, de-
poount coocludenter testes super primo articulo, quo-
1 rum aliqui reddunt bonam rationem, † quia interfue-
runt eius funeri. Bar. *in l. si quidem nu. 2. C. sol. matr.* Bald.
*in c. cum causam nu. 11. vers. item probatur de testibus.* Corn.
*cons. 10. sub num. 2. vers. & probatur mors lib. 1.* concurrit
2 † fides Parochi extracta à libro mortuorum, [a] Imol.
a *cons. 110. in fin.* Rebuff. *in tract. de regist. seu lib. baptis.* vt
vult glos. vnic. *vers. & sic patet*, fuit dictum in Placen.
Capellaniæ 29. Martij 1596. coram R. P. D. Penia, quòd
autem obierit in possessione beneficij deponũt secun-
3 dus, & tertius testis super secundo art. † Valor proba-
tur per omnes testes super quarto, & quinto art. qui de-
ponunt de publica voce, & fama, Ægid. *dec. 675.* Caput.
*decis. 277. nu. 8. lib. 1.* qui etiam testes super iisdem arti-
culis probant valorem obtentorum pariter per publi-
4 cam vocem, & famam, † licèt in hoc sufficiat quælibet
leuis probatio. Ægid. *decis. 684.* fuit dictum in Segobri-
cen. Canonicatus 4. Nouembris 1588. coram Illustris-
5 simo Platto. † Clericatus probatur ex literis Ordinarij.
Rot. *decis. 16. de probat. in antiq.* Felyn. *in c. post cessionem*
6 *num. 3. & 15. de probat.* Gram. *decis. 81. nu 1.* † & ex com-
muni reputatione. Rot. *decis. 14. de probat. in antiq.* An
autem gratia suffragetur Scipioni contra Domitium
prouisum à Capitulo Lateranen. & an illi obstet regula
de annali, erit particulariter videndum.

### ANNOTATIO.

a Obitus probatur ex libro parochi. Rota *decis. 321. num. 3. & decis 621. num. 4. & decis. 700. num 4. p. 1. in recent. & dec. 605. num. 4. p. 2. in recen.* & nedum ad effectum iustificationis, ad quem effectum sufficit leuior probatio, sed etiam ad effectum reseruationis, vt fuit dictum in Terulen. Benef. 7. Iunij 1610. coram R. P. D. Manzanedo, & tantò magis, quando concurrunt etiam adminicula, purà testes de publica voce, & fama, vt fuit dictum in Cæsaraugustana portionis coram Iusto impressa penes Marches. *de com. tom. 1. fol 340.* & in Toletana Cappellæ 18. Maij 1615. coram R. P. D. Pirouano. Circa quod tamen aduertendum est, quòd non sufficeret simplex fides, & attestatio Parochi, sed debet extrahi formiter partita ex eius libro, prout iacet, vt fuit dictum in d. Toletana, & etiam in Esina bonorum 17 Maij 1617. coram bo mem. Andrea.

*Oliuerius Beltraminus.*



## Romana Pecuniaria.

*Lunæ. 9. Decembr.* 1602.

### ARGVMENTVM.

Libri priuati non probant, & maximè quando apparent in aliquo defectuosi, & quid stante declaratione partis, quòd vult stare partitis pro, & contra.

### SVMMARIVM.

1 *Libri priuati prò scribente non probant.*
*Fallit concurrentibus adminiculis, num. 5.*
2 *Libri non probant, quando in aliquibus apparent defectuosi, quia sicut in aliquo apparet erratum, potuit etiam in alio errari, & num. 6.*
3 *Procurator non potest declarare, quod velit stare partitis pro, & contra absq; speciali mandato.*
4 *Declaratio, quod quis velit stare partitis librorum pro, & contra, intelligitur arbitrio boni viri, & ideò si constat de errore, talis declaratio non praeiudicat.*
*Liber priuatus iustificatus in aliquibus partitis an probet etiam quoad alia nu. 7.*

### DECISIO LXXIX.

NOo est standum libris D. Marchionis, † habet enim 1
contra se regulam, quòd pro scribente non pro-
bant, [a] *l. exemplo, C. de prob. not. in l. admonendi ff. de iur.* a
*iur.* eò minus, † quia eorum est suspecta fides tùm ex 2
partitis erroneè conceptis, tùm ex omissis, etiam quòd
fuerint citra dolum, sed per errorem positæ, & omissæ,
quia, quemadmodum in istis fuit erratum, potuit & in
aliis non iustificatis errari, [b] vt fuit dictum in illa Ro- b
mana Tutelæ de Ferratinis 19. Iunij 1600. corã R. P. D.
meo Decano. De errore enim apertè constat, quia Fa-
cius fuit in dictis libris scriptus debitor pro tribus
quartis partibus in argento, & pro alia quarta parte in
quatrenis, cùm tamen in apocha affictus esset constitu-
tus debitor argenti in duabus tantùm tertiis partibus,
& de omissione constat ex partita scutorum 100. facta
in banco Herreri, & Costæ, quæ in libris non reperi-
tur, & propterea cessat, quod de adminiculis dicitur,
quibus iuoctis libri probare solent, quia hoc esset ve-
rum, nisi contra huiusmodi libros d. suspicio vrgeret, 3
vltra quod dd. adminicula non sunt magni ponderis,
& pro maiori parte pendent à Iustitia mensurationis
per peritum factæ, quæ controuertitur, & cessat etiam,
quod dicitur, iustificatis aliquibus partitis, aliàs veras
præsumi [c], vt fuit conclusum in d. Romana Tutelæ, c
per quam etiam patet responsio ad id, quod dicitur li-
brum fuisse approbatum in partitis ad creditum Facij
descriptis, vltra responsiones, quæ particulariter ad hoc
dantur per informantes: Non obstat † declaratio Pro- 5
curatoris Facij, quòd volebat stare partitis pro, & con-
tra, quia non habebat ad hoc speciale, aut sufficiens
mandatum, & fuit facta in alio iudicio, & ad alium fi-
nem, & quando etiam esset legitimè facta, & in hoc iu-
dicio, tamen non præiudicaret, ex quo Facius docet li-
bros errorem continere †, quia illa declaratio, & pro- 4
missio intelligitur arbitrio boni viri, nisi contrarium
doceatur. Butrig. *in l. 1. C. de re iudic.* Paul. de Castr. *in l.
vltima nu. 5. ff. de Prætor. stipulat.* Afflict. *decis. 91. num. 12.*
& fuit dictum coram R. P. D. meo Millino in causa
Romana Cambiorum 15. Maij, & 19. Iunij 1592.

### ANNOTATIO.

a Licèt regula sit, quòd liber scribentis pro scribente non probet, vt firmatur in decisione; tamen receditur ab hac regula, concurrentibus adminiculis, iuxta *deci.* Guid.

 441.

441.*in fine*. Surd.*decis*.199.*n*.10. Rota *decis*.650.*n*.4.1.*par.in recent*.& Rota *decis*.813.*nu*.1.*& seq.par*.1.*diu*.& fuit dictum in Romana pecuniaria 25.Iunij 1618.coram R.P.D.Buratto, adminicula autem solent esse, legalitas scribentis, mors illius, iustificatio maioris partis descriptorum in dicto libro,& similia, de quibus per Guidop.*d.decis*.441.*in fine*,quam Rota,passim in hac materia sequitur, & per Rolan.*cons*.92.*lib*.3.

b Et quòd liber priuatus, seu rationis in aliquo repertus
6 defectuosus,etiam per errorem,non † faciat fidem in cæteris,fuit dictum in Papien.Bonorum 1.Iunij 1605.coram R.P.D.Ottembergo,& in Vrbinaten redditionis computorum 19.Nouembris 1602. coram Illustriss. Lancellotto, & facit simile de inuentario,quòd non probat quantitatem bonorum, si appareat fuisse in eo omissum describi corpus aliquod,etiam si descriptio non fuerit dolosa,sed per errorem,quia sicut fuit erratum circa descriptionem vnius corporis; ita etiam potuit omitti aliud,ita fuit dictum in Romana restitutionis dotis 18. Martij 1602. coram Cardinali Sacrato,& latè in Romana prætensi erroris calculi 21.Iunij 1610.coram Sanctissimo,de qua infra.

c Conclusio communis est,quod verificatis aliquibus par-
7 titis alicuius libri priuati † præsumitur in cæteris verus, Gabr.*de præsumpt.concl*.5.*nu*.1.Menoch.*cons*.508.*n*.21.Surd.*decis*.199.*nu*.3.*& cons*.543.*num*.4.Rota *decis*.813.*nu*.5. *& seq.par*.1.*diuers*.Mantic.*decis*.144.*num*.3.*& decis*.363.*num*.4. Fuit dictum in Aretina Capellaniæ 4.Nouembris 1601.coram Penia, & in Romana pecuniaria 25. Iunij 1618. coram R.P.D.Buratto. Hoc tamen non procedit,quando cæteræ partitæ sunt omnino separatæ,& magni momenti,sed solùm habet locum in connexis, & modici præiudicij, ita dictum fuit in Romana pecuniaria 29.Martij 1593.coram bo.me.Litta, & in Romana Pecuniaria, seu Cambiorum 20.Maij 1611.coram R.P.D.Manzanedo,vbi ad istud propositum dicit partitas censeri connexas, quando procedunt ex eadem causa,& ad eundem effectum, & se inuicem respiciunt, & hanc limitationem etiam tenet Dec.*in l*.1.*num*.4.*C.de edendo*.Rimin.sen.*cons*.583.*circa finem*.Ripa *in l.admonendi nu*.124.*& seq.ff.de iure iuran*.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Fructuum.

*Mercurij* 11. *Decembris* 1602.

### ARGVMENTVM.

Fructus non debentur ex paraferno promisso vxori in pecunia, nec in hoc æquiparantur bona parafernalia,& Dos.

### SVMMARIVM.

1 *Vsura dicitur quicquid accedit sorti.*
2 *Vsura dicitur,quod datur ob dilatam solutionem.*
3 *Parafernalia bona sunt separata,& distincta à dote,nec gaudent priuilegiis dotis.*
4 *Fructus dotis debentur propter onera matrimonij.*
5 *Fructus dotis spectant ad maritum,ad quem spectat supportatio onerum matrimonij.*
6 *Fructus bonorum parafernalium spectant ad vxorem, non ad maritum,maximè quando mulier est competenter dotata,& num.*10.
6 *De parafernalibus non idem est iudicandum, quod de dote,seu augmento dotis.*
7 *Acconcium est diuersum à bonis paraphernalibus & magis accedit doti,quàm bona paraphernalia.*
8 *Fructus bonorum paraphernalium potest maritus conuertere in vsum communem.*
9 *Fructus indebitè soluti sunt imputandi in sortem principalem.*
11 *Acconcium est de appendiciis dotis,& de eo idem est iudicandum,quod de dote.*
12 *Acconcium an sit restituendum, & an, & quando procedat.*

### DECISIO LXXX.

DOminus Octauius Clementinus nuptui tradidit D.Flaminiam suam sororem D. Io. Baptistæ Mutino cum dote sc. 10. mill. & vlterius promisit dare eidem D. Flaminiæ pro suo parapherno scuta 600. de quibus ipsa posset disponere, illisq; vti,ac frui ad suum contentamentum,occasione,& contemplatione d. parapherni D.Octauius soluit sub nomine fructuum magnam pecuniarum quãtitatem excedentem etiam summam scut.600.quos fructus vti indebitos prætendit in sortem computandos, ideò dubitatu an D. Flaminiæ deberentur huiusmodi fructus, & fuit resolutum non
debeti, † quia cùm promissio sit in quantitate, quic- 1
quid illi accedit vsura est, *c.vsura, c.consuluit, & c.quia
plerique* 14.*q*.3. Purpur. *cons*.117.*num*.14. † & quicquid 2
ob dilatam eius solutionem fuit datum,aut promissum, glos.*in l.fraudem.§.qui pro alio in ver.ad comparandam ff. de iur. Fisci*. Bal. *in l.si pro mutua. ff. si cert.pet*. Abb. *in c. consuluit,num*.7.*de vsur*. Nec potest applicari, quod di-
citur de fructibus dotis ex *c.salubriter de vsur*. tú † quia 3
bona paraphernalia sunt separata, & distincta à dote, nec gaudent dotis priuilegiis,Alex. *cons*.27.*nu*.11. *lib*.5. Dec. *cons*.521. *num*.3. Soc.iun. *cons*.83. *sub num*.7. *lib*.3.
† tùm quia fructus dotis debentur propter onera ma- 4
trimonij, *d.c.salubriter*. vbi Abb. *in primo not*. & alij *l.si
marito, ff.fam. herc.* † & propterea sunt Mariti, ad 5
quem spectat supportatio onerum, *l. Dotis fructus. ff.de
iur.dot*. † secus est in fructibus paraphernalium, [a] qui 6
prout ipsa bona,spectant ad vxorem,tàm de iure,quàm a
ex conuentione in casu nostro, in quo ita constituitur D.Flaminiæ paraphernum,vt de illo possit suo arbitratu disponere,nec eius fructus debentur marito in recompensationem onerũ matrimonialium, præsertim quando,vt in casu isto mulier est competenter dotata ad ipsa supportanda,vt,per Bal.*cons*.276.*ante fin.lib*.3. eò minus debentur huiusmodi fructus, quia promissio dd. scutorum 600.facta fuit ipsi D.Flaminiæ, ad ea,quæ in fortioribus terminis trad.Ruin. *cons*.221.*lib*.1. Non obstat, quòd ex aduerso dicitur bona paraphernalia censeri partem dotis,seu appendicem, vel eius augumentum, & idem iuris este de augumento dotis, quod de dote ipsa,quia viget diuersa ratio,vt per Cor.*cons*.240. *num*.4.*lib*.3. bona paraphernalia sunt penitus separata, & distincta à dote,nec appellatione dotis, aut dotalitij veniunt.Dec. *cons*.521.*num*.3. præsertim in casu isto, in quo partes specificarunt quantitatem,& summam dotis, ex quo apparet promissionem scut.600. separatim factam sub nomine dotis non venire, nec in illa contineri Cæphal. *cons*.365. *num*.35. *& seq*. Anan. Alex. &
alij in contrarium adducti loquuntur † in acconcio, 7
[b] vt in cophanis,vestibus, & apparatibus, quæ dantur b
ob causam matrimonij,& est diuersa ratio in huiusmodi bonis, ac in aliis paraphernalibus, illa enim magis accedunt doti,quàm ista,vt per *decis*. Thesauri 195.ex aduerso allegatam, quæ hac distinctione vtitur. Non
obstant,† tradita per Bart.*in l.fin.C.de pact.conuent*.quòd 8
possit maritus fructus bonorum paraphernaliũ in vsus communes conuertere, quia non inde sequitur; quòd fructus isti debeantur marito,seu vxori, tamquam destinati ad onera matrimonij supportanda, vt contingit in fructibus promissæ dotis,& loquitur Bart. in fructibus perceptis ex bonis paraphernalibus de sui natura fructiferis, hîc sumus in parapherno consistente in quantitate,& pecunia, quæ sterilis est, & nullos parit fructus,*cap.eiciens*, & ibi Archid.88. *distinct*. Idem Archid. *in c*.2.14. *q*.3. & sic fuit conclusum fructus istos
non deberi D.Flaminiæ,† & propterea in sortem com- 9
putandos, *l.indebit. C. de vsur*. Dec. *cons*.116. *post num*.5. Rim.sen.351.*in fin.&c.*

ANNO

*ANNOTATIO.*

10 a Quòd fructus † bonorum paraphernalium spectent ad vxorem,& non ad maritum; & an,& quando maritus,si sint cõsumpti,teneatur illos restituere,vide latè Decian. *cons.*84.*lib.*5.Thes. *decis.*187. Meooch. *cons.*454.*n.*25.*& seq.* Hond. *cons.*91.*lib.*1.

11 b Et quoad † acconcium illud censetur de appendiciis dotis,& de eo idem est iudicandum, prout de ipsa dote, Rota *dec.*556.*num.*2.*p.*1.Diu.Thes.*decis.*195 *num.*5.Gratian. *discept Foren.c.*498.*num.*58.

12 Acconcium † non est restituendum, Seraph. *dec.*126. quod est verum, quando fuit datum separatum à dote; secus autem quando ita fuit datum,vt constituat vnicam summam vnà cum dote,Seraph. *decis.*132.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Camerinen. Transactionis.

*Lunæ 16. Decembris 1602.*

### ARGVMENTVM.

Existentia testamenti non probatur per publicam vocem,& famam,& non sufficit probare existentiam; nisi etiam probetur tenor,& requiritur eadem probatio,quæ requiritur in ipso actu testandi.

*SVMMARIVM.*

1 *Existentia testamenti non sufficienter probatur per publicam vocem,& famam.*

2 *Probatio tenoris testamenti requirit eamdem probationem,quæ requiritur in ipso actu testandi.*

3 *Remissoria non est concedenda stante irrelevantia articulorum.*

4 *Testamentum non fuisse conditum redditur valdè verisimile ex eo,quia per longum tempus non fuit repertum, nec fuerunt examinati testes in eo rogati.*

5 *Remissoria denegatur ex capite præsumpta calumnie, declara prout num.* 6.

### DECISIO LXXXI.

DOmini dixerunt denegandam remissoriam, nam articuli super publica voce, & fama asserti testamenti visi sunt irrelevantes, quia transactio fuit inita non sub dubio an esset conditum testamentum, sed sub certo præsupposito, quòd fuisset conditum; licèt non reperiretur; & propterea ex falso præsupposito testamenti fuit resolutum coram R.P. D. meo Iusto 10. Maij præteriti transactionem nullam, falsitas autem causæ, & præsuppositi non tollitur per publicam vo-
1 cem,& famam, † cùm per eam non probetur existentia dicti testamenti, *l.* 3. §. *eiusdem quoque* & ibi glos. *in verb.confirmas ff.de test.*glos.*in c.si testis in* §. *sepè in verbo fama 4.q.3.*notatur *in c.veniens il primo de test.*præsertim cùm non solùm debeat probari existentia testamenti,
2 sed etiam eius dispositio, † quo casu requiritur eadem probatio,quæ in ipso actu testandi,glos.Bart.& alij *in l. cùm proponebatur ff.de leg.*2. latè Illustriss.Card.Mantica *de coniect.vlt.volunt. lib.*12. *tit.* 16. *numer.* 3. *& sequenti-*
3 *bus*, stante † autem irrelevantia articulorum non est danda remissoria, *l. ad probationem*, *C. de probat.* Roman. *cons.*226. *numer.* 3. Cassad. *decis.* 2. *de dilat.* Mohed.*dec.*169.Cæsa de Grass. *dec.* 5. *de dilat.* Videbatur etiam non carere aliqua suspicione calumniæ propter magnam inuerisimilitudinem, cùm Ioannes per tantum temporis spatium steterit in possessione sine
4 contradictione aliqua,& † quasi impossibilis sit, quòd si reuera fuisset factum huiusmodi testamentum, non fuisset repertum, vel saltem examinati testes in eo rogati, vt in his terminis fuit dictum in causa Romana executionis de Anguillaria coram bo. me. Orano 13.
Nouembris 1591. a & † propterea ex capite etiam præ- a
sumptæ calumniæ articuli sunt reiiciendi, & remisso- 5
ria deneganda, Cassad. *decis.* 3. *de dilat.* Chisan. *decis.* 164.&c.

*ANNOTATIO.*

a Ex sola præsumptione † calumniæ Rota non solet de fa- 6
cili denegare remissoriam,Rot. *decis.*348.*n.*6.*p.*1.*in recent. & decis.*503.*a.*3.*& decis.*578.*sub n.*2.*p.*2.*in recent.* Imò simpliciter, quòd Rota ex præsumptione calumniæ non deneget remissoriam fuit dictum in Brixien. Canonicatus 29.Ianuarij 1616.coram R.P.D.Verospio, & in Eboren. fructuum 18.Iunij 1618.coram eodem, quod tamen intellige,quando daretur aliqualis fumus pro exclusione calumniæ, alias est locus conclusioni, quòd propter præsumptionem calumniæ denegetur; ita fuit dictum in Hispalen. præeminentiarum 15. Decembris,1617. coram bo.mem. Andrea. Benè verum est,quòd non sufficit quælibet suspicio calumniæ,sed requiritur vehemens,vel saltem probabilis,Rota *dec.*726.*n.*7.*p.*4.*in recent.*

Pro exclusione calumniæ in materia remissoriæ sufficit sola releuantia articulorum. Rot.*dec.*360.*num.*1.impress.penes Farin. *post* 2.*lib.consil.*

*Olinerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Apothecarum.

*Lunæ 13. Ianuarij, 1603.*

### ARGVMENTVM.

Ratificatio legitimationis inducitur ex sola scientia absque contradictione, & ex multis aliis actibus. Item legitimatio non potest dici nulla ab alio, quàm ab eo, in cuius fauorem est nulla.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitimatio est actus concernens fauorem legitimati.*

2 *Legitimatus ex sola scientia legitimationis censetur ratificare legitimationem.*

3 *Scientia in filio præsumitur facti paterni, maximè facti notabilis,& concurrente longo temporis spatio.*

4 *Legitimatus sufficit, quod ratificet post mortem patris, iuxta veriorem opinionem.*

5 *Ratificatio tacita sufficit.*

6 *Legitimatus,tacitè censetur ratificare,dum acceptat legatum sibi factum vti legitimato.*

7 *Item dum,vti legitimatus,hæreditatem adit.*

8 *Ratificatio legitimati, quæ non tenebat, propter defectum consensus legitimati,operatur retrò vsque ad diem legitimationis,non autem solùm à die ratificationis.*

9 *Item operatur retrò, quando habet implicitum statum validitatis.*

10 *Substitutus non potest opponere, quòd ratificatio legitimationis retrotrahi non possit in præiudicium hæredum,nam ad hæredes solùm spectat dare de tali iure.*

11 *Et requiritur hæredum declaratio.*

12 *Legitimatio,quando impetrata est à patre,non potest impediri eius retrotractio,nec ab hæredibus, nec à substitutis.*

### DECISIO LXXXII.

QVoniam fuit in alia positione firmatum legitimationem Philippi absentis potuisse per eius ratificationem conualidari; dubitaui an constaret de sufficienti ratificatione, & Domini affirmatiuè responderunt,quia † cùm legitimatio sit actus concernens fauo- 1

rem legitimati, Bal. *cons.146. sub n.8.lib.1.* Ias. *cons.125.*
*col.6.vers.tertiò facit lib 4.* cum multis, quos refert, & se-
2 quitur Menoch. *cons.19.sub n. 16.* † sola scientia ipsius
sine contradictione sufficit pro ratificatione, Bal. *vbi*
*supra.* Rom. *sing.194.* Ias. *in l.quæ dotis post num. 30.ff. sol.*
*matr* Dec. *cons.367 sub n.3.vers superius, & quando.* Bero.
*cons.176.n.6.& 26.lib.2.* Soc. iun. *cons 97.num.26.lib.2.*
Boer. *decis.160.in fin.* Couar. *in epit in 2.p.c.8.§.2.sub n.*
13. & tenuit Rota coram bo me. Orano in illa Perusi-
na bonorum de Vbaldis 27. Iunij 1585. de scientia au-
tem Philippi Domini non dubitarunt, quia fuit impe-
3 trata à patre. † & facti paterni notitia in filio præsumi-
tur, tàm ratione coniunctionis, quàm ratione cohabita-
tionis. Bald. *cons.225.post n.2.lib.1.* Anchar. *cons.170.n.7.*
Soc. *cons.264.n.10.lib.2.* Ruin. *cons.50 post num.17 lib.1.*
præsertim facti notabilis respicientis personam, & sta-
tum ipsius Philippi, accedente longo temporis spatio,
quod intercessit inter legitimationem, & mortem pa-
tris. Salicet. *in l.auctoritatem in fin.C.vnde vi.* Dec. *consil.*
*186.n. 12. circa med.* & quia statim post mortem Patris
petiit supplementum legitimæ, & alia fecit, quæ natu-
ralibus non conueniunt; sed pertinent ad legitimos:
Vlterius constat apertè de ratificatione post mortem
4 patris, † quæ secundùm veriorem opinionem sufficit,
vt concludit Ang. *in sua disputatione. quæ incipit Nobilis*
*quidam genere*, quem refert; & sequitur Alex. *cons.139.*
*sub n.2.vers.etiam non impedum lib 1.* Præpos. *in c.p. tan-*
*ta 16 q.qui filij sint legit.* Ias. *cons.156.col.4.vers.item infans*
*potest legitimari lib.4.* Ange. Aret. *in §.fin. sub n.8. vers.&*
*aduertas Instit.de nupt.* Dec. *cons.367.post n.3.* Ruin. *cons.*
*119.n.5.lib.1.& cons.72.n.10.lib 2.* Soc. iun. *d.cons.97.n.*
*27.& seqq.lib.2.* & tenuit Rota in dicta Perusina bo-
5 norum, † vbi pariter dicit sufficere ratificationem taci-
tam, quod etiam voluit Bald *d.cons.146.sub num 8.* Dec.
*cons.367.sub n.3.vers.superius, & quando.* Soc. iun. *vbi sup.*
*num.29.* Paris. *cons.5.n.8.ad fin.lib.1.* Bero *cons.171.n. 5.*
6 *lib.2.ex vulgata l.Pan in ff rem rat.hab.* † Ratificatio au-
tem tacita colligitur ex acceptatione legati apotheca-
rum facti sibi, tanquam legitimato pro portione suæ
legitimæ, Ias. *cons.184.col 5.in princ. vers.sed Cæsar ratifi-*
7 *canis lib.2.* Soc. iun. *d.cons.97.n. 28.* † prout etiam rati-
ficare dicitur legitimationem ille, qui tamquam legiti-
mus hæreditatem adiuit, Dec. *cons.316.sub n.6.vers.cùm*
*ergo, vt narratur.* Paris. *d.cons.5.n.8.in fin lib. 2.* & in ac-
ceptante donationem sibi vti legitimato factam tradit.
Bero. *cons.175 sub n.7.vers.sed in casu currenti lib.2.* item
ex transactione facta, cùm hæredibus patris, in qua asse-
rit se legitimatum, & proptereà sibi competere ius ad
supplementum legitimæ, cùm apothecæ ad eius valo-
rem non ascendant, & ob id fuit illi suppleta. Non ob-
stat, quod dicitur ratificationem istam non trahi retrò,
a sed [a] conualidare legitimationem ex tempore ratifica-
8 tionis, † quia hoc procederet, quando legitimatio non
tenuisset alio defectu, quàm consensu legitimati Ruin.
9 *cons.70.sub n.5.lib.5.* & etiam non habet locum † quan-
do actus non est omnino nullus à principio, sed habet
implicitum statum validitatis, prout fuit resolutum in
alia decisione habere huiusmodi legitimationem. Alex.
*consil.78.n.24.lib.5* Dec. *in l. quod initio in fi.ff.de reg.iur.*
Non obstat, quòd non possit fieri retrotractio propter
præiudicium, quòd fieret, tàm filiis legitimis, & natu-
ralibus hæredibus Iacobi, quibus erat ius quæsitum re-
spectu residui prætensi supplementi, quàm filiis Phi-
lippi, quibus ius erat quæsitum, saltem in spe vigore
substitutionis factæ ipsi Philippo in legato apotheca-
10 rum, † quia quoad hæredes, quando hoc esset verum
procederet respectu eorum præiudicij, & ipsis oppu-
gnantibus. Paul. de Castr. *cons.34 post num.3.lib.2.* Rhin.
*cons.85.sub n.5.vers.secundo etiam dico, & num seq.& cons.*
*93.n.8.lib 3.* Paris. *cons.1.n.152.lib.2.* nec possent substi-
tuti dare de iure ipsorum hæredum; quia ista legitima-
tio, seu retrotractio non est in substantia nulla, sed va-
let, licèt quoad extensionem præiudicij non afficiat hæ-
redes. Ruin. *cons.81.sub n.8.& d.cons.93.n.7.& seq.lib.3.*
Bero. *cons.177.n.81.ad fin.lib. 2.* Ant. Gabr. *de legitimat.*
*conclus.7.n.25.* & † debuisset præcedere eorum declara- 11
tio, Ruin. *d.cons.93.sub.n.8.* Anton. Gabr. *vbi supra n.26.*
præterea tàm respectu substitutorum, quàm hæredum
† respondetur quòd cùm legitimatio fuerit impetrata 12
à patre, retrotractio non potuit impediri nec ab hære-
dibus, nec à substitutis propter voluntatem patris, quæ
legitimationi accessit, Bart. *in l.Gallus.§. & quid si tan-*
*tum, sub n.14.ff.de lib & posth.* Bald. *cons.58.sub n. 6. vers.*
*tertij distinguunt lib.4.* Socin. *in d.l.Gallus.§.si eius, n.5 an-*
*te fin.* Gabr. *cons.103.n.18.lib.2.* stante enim consensu pa-
tris, de cuius bonis agitur, non potest considerari ali-
quod alterius præiudicium, Socin. *ibi.* & fuit dictum in
vna Romana de Ruscio 10. Ianuarij 1602. coram Ru-
bitterio.

*ANNOTATIO.*

a Ratificatio legitimationis an retrotrahatur, Vide Surd. *cons.75.n.7.* Hond. *cons.83.n.43.lib.2.* Gabr. *cons.29.lib 1.*

*Oliuerius Beltramanus.*

---

## Verdunen. Cappellaniæ.

*Mercurij 15. Ianuarij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Nonnulla in materia indulti, & probatione iurispatronatus, necnon probationis iurium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Indultum concedens facultatem conferendi beneficia spectantia ad quamuis alterius dispositionem comprehendit etiam beneficia, quæ sunt de aliorum præsentatione.*

2 *Patronatus datur magnum indicium ex eo, quia in libro antiquissimo reperiatur descriptum beneficium esse de aliorum præsentatione.*

3 *Producens multa iura, non se restringens magis ad vnum, quàm ad aliud, non dicitur in vno fundare suam intentionem.*

4 *Testes examinari possunt super iisdem articulis, etiam publicatis attestationibus, quando nihil deposuerunt super materia, super qua sunt de nouo examinandi.*

5 *Remissoria ex præsumpta calumnia non est de facili deneganda, maximè in tertia instantia.*

### DECISIO LXXXIII.

FVit dictum esse dandam remissoriam, quia articuli
sunt releuantes, & datur magnus fumus, releuantia
articulorum apparet, quia articulatur Cappellaniam,
de qua agitur, esse de iurepatronatus Monialium, quòd
quamuis ecclesiasticum sit, sufficit tamen ad excluden-
dam prouisionem legati, stante indulto Capituli super
beneficiis ad quamuis ipsius dispositionem spectante,
cui non est derogatum per subsequentes regulas, vt fuit
dictum in Verdunen. Canonicatus 10. Aprilis 1581. co-
ram Reuerendissimo Patriarcha Alexandro, † & verba 1
indulti capiunt etiam Beneficia, quæ sunt de aliorum
præsentatione, & de institutione Capituli, tùm propter
eorum generalitatem, tùm ex deductis per informan-
tes. † Pro fumo autem multa adducuntur. Et inter alia, 2
quòd in libro, seu rotulo antiquissimo Capella descri-
bitur de præsentatione Abbatissæ, ex quo magnum su-
mitur indicium pro iurepatronatus ex dictis in causa
Braccaren. de Ginnias die 19. Decembris 1597. coram

R.P.

R. P. D. meo Decano. Non obstat, quòd moniales videantur fundasse suam intentionem in donatione, quia
3 † intet alia iura illam produxerunt, nec ad illam se restrinxerunt, & vt in decis. in hac causa facta dicitur in donatione nullum sit verbum de hac Capellania; Non obstat, quòd sint iidem articuli, quia testes non fuerunt super iurepatronatus examinati, & ex hoc tollitur
4 etiam, quod dicitur de publicatione, † quia si testes non deposuerunt super iurepatronatus, non possunt super eo dici didicita testificata, ex quibus etiam vide-
5 tur tolli præsumpta calumnia, propter † quam non videtur de facili deneganda remissoria, præsertim in vltima instantia.

## Toletana Archipresbyteratus de Mondesar.

*Ven. 24. Ianuarij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Plura de iustificatione gratiæ, *si neutri.*

*SVMMARIVM.*

1 *Lis ad iustificandam gratiam* (si neutri) *probatur ex commissione, & actis, & sufficit de facto verificari.*

2 *Iustificare sufficit gratiam de facto, quando non agitur de illius canonizatione.*
*Declara prout sub n. 6. & 7.*

3 *Valor probatur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama.*

4 *Valor obtentorum dimittendorum non est iustificandus.*
*Amplia, vt num. 9.*

5 *Gratia* (si neutri) *quoad non ius satis iustificatur ex reuolutione, & inspectione actorum.*

7 *Iustificare non sufficit gratiam de facto, dato concursu alterius tituli.*

8 *Vacatio in mense reseruato iustificatur ex semiplena probatione, non dato concursu alterius tituli, aliàs requirit plenam probationem.*

### DECISIO LXXXIV.

a GRatiam (*si neutri*) esse iustificatam dixerunt Do-
1 mini, † lis enim narrata est patens ex Commissione, & actis, & sufficit de facto verificare, Antonius Aug. in *Epit. sub tit. literæ form. in gratia, si neutri, n. 6.* Prouisio ordinarij ad fauorẽ aduersarij probatur ex Instrumento in actis producto, & prouisionem Apostolicam ad fauorem Alphonsi probant literæ pariter in actis pro-
2 ductæ, † cuius gratiæ, cùm non agatur de eius cano-
a nizatione, sufficit iustificatio de facto, a Ægid. *decis. 116. in fin.* & fuit dictum in vna Salamantina Capellaniæ 20. Nouembris 1592. coram R.P.D. meo Decano: Vacatio est in confesso apud partes, quia Petrus obtinuit præsentationem, & institutionem, vti de vacãti, & pro-
3 batur per testes: Idem dicitur de Parochialitate: † valor probatur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama, Ægid. *decis. 664.* Put. *decis. 29. lib. 1.* qui etiam
4 testes probant habilitates Alphonsi, quod † fructus alterius Parochialis de Aliaga, non excedant valorem ducat. 100. non est necessaria iustificatio, cùm sit dimittenda per assecutionem istius, Mohed. *decis. 14. de Pra-*
b *ben.* b Neutri ius competere probatur, nam † quoad
5 Alphonsum satis probatur ex eo, quòd prima gratia non est iustificata, quoad Petrum eius non ius satis probatur ex reuolutione, & inspectione actorum; vt fuit dictum in Fesulana Præceptoriæ 27. Ianuarij 1563. coram Robusterio, & in aliis pluribus.

*ANNOTATIO.*

6 a Narratiuam sufficit iustificare de facto, † latè Garz. *de benef. par. 6. cap. 2. n. 205. & 206. tit. qui plures cumulat.* Amplia, vt etiam clausula (*constito*) in breui Apostolico sufficiat iustificari de facto, ad effectum, vt Breue possit exequi, Rot. *decis. 484. sub n. 1. par. 2. in recent.* Gonsal. *glos. 15. n. 3. 1. num. 60. 61. & 81.*

Non habet locum præallegata Conclusio †, quando adest 7
concursus alterius tituli, Rot. *decis. 484. n. 2. par. 2. in recent.* Fuit dictum in Hispalen. beneficiorum 10. Iunij, & 7. Nouembris 1611. coram R.P.D. Pamphilio, & coram eodem
in Burgen. Canonicatus 24. Ianuarij 1618. † sicut etiam 8
vacatio in mense reseruato, quæ aliàs sufficienter iustificatur ex semiplena probatione, dum non adest concursus alterius tituli, vt fuit dictum in Legionen. Canonicatus, coram R.P.D. Coccino Decano Impress. penes Marches. *de Commis. tom. 1. fol. 347.* dato concursu alterius Tituli requirit plenam probationem, vt fuit dictum in dicta Legionen. & in Burgen. de Pancorbo, coram D. Gypsio impress. penes eundem Marches. *de Commiss. tom. 1. fol. 346.* Secundò non procedit conclusio quando agitur de graui, & perpetuo præiudicio, Rota *decis. 208. n. 2. par. 1. diuers.* & in Algaren. Dismembrationis 11. Ianuarij 1619. coram R. P.D. Remboldo.

Seraph. *decis. 1470. n. 2. & decis. 1393. num. 2.* † Amplia, vt nec b
etiam sit necesse exprimere valorem obtentorum, imò 9
nec ipsa obtenta quando impetrans est paratus illa dimittere, etiam si illa non sint incompatibilia, Rota *decis. 20. de praben. in nou.* & fuit dictum in supra allegata Legionen. Canonicatus coram R.P.D. Coccino Decano, impress. penes Marchesan. *de Commiss. tom. 1. d. fol. 347.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Ferrarien. Bonorum.

*Veneris 24. Ianuarij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Filia quæ renunciauit ad fauorem Patris, reseruato sibi iure succedendi, non potest impugnare testamentum Patris, & reseruatio operatur tantùm quoad ius succedendi ab intestato, & plura de natura reseruationis, & quando tribuat ius reseruanti. Necnon quando hæres in parte, dato sibi cohærede conditionali ante aduentum conditionis dicatur hæres in totum, & postea, eueniente conditione, desinat esse hæres in totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Renunciationes quæ fiunt à filiabus, dum nubunt, respiciunt vtilitatem patris.*

2 *Et Pater in eis tractat de sua successione amplianda, maximè quando stipulatur pro se, & hæredibus.*

3 *Et mens Patris in huiusmodi renunciatione censetur esse, vt possit ad libitum de bonis suis disponere, & n. 6.*

4 *Filia renuncians non habet recursum ad bona renunciata contra voluntatem Patris impugnando illius iudicium.*

5 *Mens disponentis coniecturatur arguendo à communiter accidentibus.*

7 (Possit, & Valeat) *sunt verba facultatiua.*

8 (Successionis) *verbum intelligitur de successione ab intestato, attenta subiecta materia.*

9 (Tamen) *est dictio aduersatiua.*

10 *Aduersatur in eodem genere, & receptis eisdem terminis.*

11 *Reseruationis natura est nullum ius de nouo tribuere, sed, quod prius competebat, conseruare.*

12 *Filia renunciante hæreditatem paternam, fauore masculorum, non propterea cogitur pater masculis relinquere, sed potest testando illis præiudicare.*

13 *Renunciatio filiorum excludit tantum à successione ab intestato.*

14 *Et ideo non prohibetur filia renuncians ex testamento capere.*
*Amplia dupliciter, prout sub num. 32.*

15 *Reser*

15 *Reseruatio intelligitur facta de eo, de quo est renunciatio.*
16 *Reseruatio declarat quid in dispositione continea tur.*
17 *Reseruatio habet vim exceptionis.*
18 *Reseruatio contenta in renunciatione facta per filiam, dum dotatur, reseruat tantùm ius succedendi ab intestato, & remouet obstaculum renunciationis, conseruando, non tribuendo ius.*
19 *Determinatio plura respiciens omnia aqualiter determinat.*
20 *Hæres, qui semel fuit, non potest desinere esse hæres.*
21 *Superfluitas vt euitetur, non est recedendum à natura actus.*
22 *Reseruatio non est inconueniens, quòd nihil operetur, vbi ius reseruanti non competit.*
23 *Reseruationis natura ita conuenit, si ius reseruatum non subsistit nihil operari, quemadmodum aliquid operari, vbi ius reseruatum subsistit.*
*Successio potest stare in suspenso, sub eodem num. 23.*
24 *Hæredis institutio si sit dilata in tempus, vel si sit conditionalis pendente tempore, seu conditione successio stat in suspenso.*
25 *Hæres conditionaliter constitutus, adueniente conditione vsque ab initio fingitur hæres.*
26 *In hæreditate reperiri dicitur etiam res, quæ non est in dominio defuncti, sed tantùm ab illo detinebatur.*
27 *Et pro huiusmodi rebus datur petitio hæreditatis.*
28 *Alienandi facultas operatur, vt possit fieri alienatio in præiudicium vocati.*
29 *Hæres pro parte, si illi sit datus cohæres sub conditione, pendente conditione dicitur hæres in totum, & adueniente conditione desinit esse hæres in totum, & remanet solùm hæres in parte.*
30 *Hæres potest desinere esse hæres ex causa superuenienti, si dicta causa habet originem de præterito.*
31 *Hæres, cui datus est cohæres post mortem, licèt in vita sit hæres in totum, post mortem desinit esse hæres in totum.*

## DECISIO LXXXV.

PRæsuppositis capitulis matrimonialibus initis die
27. Augusti 1548. & instrumento dotis subsecuto
28. mensis sequentis fuit die 14. Ianuarij proximè præ-
teriti coram Reuerendissimo D. Pacen. disputatum an
Illustrissima, & Excellentiss. Domina Anna reseruaue-
rit sibi solùm ius succedendi ab intestato, vel potius sit
vocata in defectum lineæ masculinæ, & Domini re-
soluerunt eam reseruasse sibi solùm ius succedendi ab
intestato, cui resolutioni, cùm D. Anna non acquiesce-
ret, & placuisset Rotæ iterum illam audire, causa per
me super iisdem proposita DD. informante tantùm Se-
renissimo Duce Mutinæ vnanimi voto perstiterunt in
resolutis, visa enim fuit hæc interpretatio non minus
1 menti partium, & naturæ actus, † quàm verbis con-
gruere; quia cùm huiusmodi renunciationes respiciant
vtilitatem patris Corn. *cons. 91 post n. 4. lib. 4.* Couarr. *in
c. quamuis in 3. par. in init. in vers. tertius est casus de pact. in*
2 6. Et pater in eis tractet † de sua successione amplian-
da, Bald. *cons. 439. n. 1. circa med. vers. nam iste tractat. lib. 1.*
præsertim quando stipulatur renunciationem pro se,
3 & hæredibus, Paris. *cons. 16. n. 31. lib. 3.* † verisimilis mens
ipsius esse intelligitur, vt possit de bonis suis pro libito
voluntatis suæ disponere, Aymon. *cons. 41. n. 1. vers. ratio-*
4 *ne.* quia † & filia non habeat recursum ad eius bona
contra eius voluntatem infringendo, vel impugnando
eius iudicium, Rot. *decis. 4. iuxta princip. vers. præsertim,*
5 quia in dubio de pact. in antiq. quod coadiuuatur † ar-
guendo à communiter accidentibus, prout fieri solet
in coniecturanda, & præsumenda mente disponentis,
ad not. *in l. neque natales. C. de probat.* Bald. *cons. 70. n. 2. lib.*
6 5. à communiter † enim accidentibus, & secundùm
communem cursum parentes, qui faciunt renunciare

filias, id agunt, vt ipsi sint in libertate disponendi de
bonis quietatis, tàm in vltima voluntate, quàm inter
viuos, vt dixit Aym. *consil. 229. sub n. 3. vers. tertio nos vi-
demus,* & experientia docet: vnde non est credendum,
quòd voluerit Hercules secum pugnando renuncia-
tione consequi libertatem testandi, & cõuentione ean-
dem sibi auferre, *l. 3. de testamen. mil.* Hoc etiam demon-
strant verba in Capitulis posita † (*possit, & valeat*) quæ, 7
vt in decisione fuit consideratum, cùm sint facultati-
ua, & nullum habeant adiunctum verbum promissi-
uum, non possunt inducere ius nouum, vel vocatio-
nem aliquam ad fauorem D. Annæ, per quam parentes
obligarentur ad relinquendum illi bona sua: Nec ob-
stat, quòd verba ista, licèt ex parte D. Annæ sint facul-
tatiua, ex parte tamen patris videantur importare ne-
cessitatem, iux. trad. per Fortun. Garz. *in l. Gallus in princ.
n. 78 ff. de lib. & posthum.* quia esto, quod astringerent pa-
trem, astringerent tamen in casu, & prout loquitur,
nempè si intestatus decessisset, & extincta esset linea
masculorum, ita vt esset obligatus, si intestatus mortuus
esset, & extincta linea stare reseruationi, quam fecit D.
Anna, vt posset succedere ab intestato eueniente d. ca-
su, † imò etiam vbi essent verba necessitatis, vt quia di- 8
ctum fuisset, debeat succedere, adhuc essent ex natura
actus, qui gerebatur, intelligenda de successione ab in-
testato, Ruyn. *cons. 13. n. 4. lib. 2.* Menoch. *cons. 562. num. 6.*
cum Bart. & multis aliis citatis ab informantibus, præ-
sertim quia verba ista sunt posita consecutiuè ad ipsam
renunciationem ex his, quæ tradit Bero. *cons. 140. n. 40.
lib. 2.* Non enim dubitandum est, quin reseruatio ista
referri debeat ad renunciationem, in qua de successio-
ne agitur potius, quàm ad dotis constitutionem, quæ
nullam habet cum successione affinitatem, fuit etiam
ponderata illa dictio † (*tamen*) quę cùm sit aduersatiua, 9
Bartol. *in l. 1. num. 4. ff. si quis ius. d. c. non obt.* Alexand. *cons.
9. num. 4. lib. 7.* Ias. *in l. 3. § ex contrario num. 4. ff. de acqui-
ren. possessio.* † aduersatur in eodem genere, & retentis 10
eisdem terminis, Bart. *in l. mariti. § final. ff. ad leg. Iul. de
Adult.* Alex. *vbi supra,* Socin. Iun. *cons. 202. n. 14. lib. 1.* Vn-
de sicut renunciatio habet tacitam conditionem, si pa-
ter intestatus decedat, ita & reseruatio. Et quando ver-
ba Capitulorum habuissent aliquam dubietatem, D.
Anna eam fuit interpretata in Instrumento subsequu-
to, in quo adhibito Iudicis decreto, & proximiorũ con-
sensu declarauit istam fuisse meram reseruationem per
illa verba (*reseruato tamen prout reseruauit, & reseruatum
esse voluit*) reseruationis † autem natura est nullum ius 11
de nouo tribuere, sed, quod prius competebat, conser-
uare, Angel. *in l. omnis, n. 2. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*
Socin. *cons. 287. n. 2. lib. 2.* Aym. *cons. 289. n. 3.* Confirma-
tur hæc sententia, † quia si quando filia renunciat hæ- 12
reditati paternæ ad fauorem masculorum, non propte-
rea cogitur pater masculis relinquere, sed potest te-
stando illis præiudicare, Ias. *in l. fin. post. num. 23. C. de pact.*
Dec. *in l. pactum, quod dotale, sub num. 6. vers. Nec obstat,
si dicatur pater. C. de collat.* Aym. *d. cons. 289. sub num. 1.
vers. ex præmissis infertur,* fuit dictum in Romana de
Lante 13. Ianuarij 1578. coram Sanctissimo a multò a
magis dicendum, quòd hoc possit facere in præiudiciũ
filię renunciantis, licèt illi fuerit reseruata facultas suc-
cedendi, vt in fortioribus terminis arguit Menoch. *d.
cons. 562. n. 9.* ne aliàs in hoc sit melioris conditionis fœ-
mina, quàm masculus, & post renunciationem, quàm
ante, & † sicut renunciatio, quam fecit D. Anna, eam 13
tantùm excludebat ab intestato à successione parен-
tum, Bald. *in l. fin. sub num. 15. vers. tu dic hoc verum,* & ibi
Dec. *num. 25. C. de pact.* Cuman. *cons. 48. ante fin.* Ruin.
*cons. 48. post n. 8. lib. 1.* † ita vt ex testamento ipsorum ca- 14
pere non prohiberetur, Bart. *in l. stipulatio hoc modo con-
cepta, n. 4.* Imol. *sub num. 5. ff. de verbor. oblig at.* Bald. *cons.
38. sub num. 1, lib. 2.* cum multis cumulatis per Gabr. *de
iur. dot.*

b *iur. dot. conclus.* 1.*n.*17. b ita dicendum, quòd reseruando successionem, intellexerit de ipsa successione ab intestato, † cùm reseruatio intelligatur facta de eo, de quo
15
16 est renunciatio. Cassan. *consil.* 39. *sub num.* 99. † & sicut reseruatio declarat quid in dispositione contineatur. Bald. *consi.* 107. *colum.* 1. *in fin. verf. praterea extensio lib.* 2. Aym. *consi.* 214. *n.* 14. ita è contra ab ipsa dispositione possumus arguere, quòd in reseruatione comprehendatur,
17 facit, quia † reseruatio huiusmodi habet vim exceptionis. Cassan. *consi.* 55. *n.* 17. Et propterea non debet egredi terminos renunciationis, quam moderatur, & limitat, Bart. *in l. si ea.* §. *qui iniuriarum. ff. si quis caut.* Dyn. *in rub. de reg. iur. in sexto, circa fin.* & ista interpretatio semper capienda est in huiusmodi reseruationibus, quia non solùm conformis est dispositioni iuris communis, & consuetudini, sed etiam æquitati, ne impediat, aut restringat liberam testandi facultatem, vt latè deducit
18 Menoch. *d. consi.* 562. *n.* 4. & 5. † etiam quòd pacta huiusmodi, & reseruationes contineant tantum ius succedendi, quòd filiæ renuncianti competebat ab intestato, non autem ius nouum tribuant, tradunt Angel. *in l. omnes circa princip. versic. in text.* ibi, *suo robore. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum.* Dec. *consi.* 516. *n.* 18. *in fin. & n sequen.* Ruin. *consi.* 40. *n.* 7. & 99. *n.* 10. *lib.* 1. Socin. iun. *consi.* 65. *n.* 79. *lib.* 1. Cagn. *in l. fin. sub num.* 171. *versic. Sic itaque pactum. C. de pact.* cum aliis citatis per informantes. Remouent enim tantùm obstaculum renunciationis consetuando, non tribuendo ius succedendi, perinde ac si renunciatio non emanasset. Cassad. *super Consuetud. Burgun. rubr.* 7. *in glos.* ibi *sil. ne luc. versic aduerte, quòd si fiat.* Socin. Iun. *vbi supra,* facit quod tradit Curman. *consil.* 48. *in fin.* plurimum etiam mouit DD. quòd respectu bonorum maternorum fuit cautum, vt ab eorum successione D. Anna non censeretur exclusa, nisi extantibus tantùm masculis ex eodem matrimonio, quæ verba non exclusionis sunt præseruatiua, & important, quòd illo casu sit sibi saluum ius succedendi
19 ab intestato. † vnde dicendum, quòd etiam in bonis paternis actum sit de excludendo per renunciationem de non excludendo per reseruationem, quia sunt sub eadem dispositione bona materna, & paterna, *ad l. iam hoc iure. ff. de Vulg. & Pupill.* vel saltem, vt vna pars aliam declaret. *l. verum. ff. de pet. haredit. l.* 1. *ff. de reb. dub.* maximè, quia in bonis maternis præcessit dotatio, cuius occasione emanauit renunciatio. Verba etiam (*pro eiusdem D. Anna parte, & portione*) maximè suadent, quòd de successione ab intestato sit conuentum, quia nulla potest considerari eius portio, nisi ab intestato. nec potest fieri, quòd D. Annæ constituatur ius nouum succedendi ex contractu, & in sua portione, quia dicere eius portionem, est dicere portionem illi prius debitam, nec potest considerari certa portio in substitutione, cùm successio ex arbitrio disponentis omninò, non à lege proueniat: Non obstat, quòd ex aduerso dicitur superfluã, & inutilem futuram fuisse reseruationem succedendi Patri ab intestato, & nunquam habituram effectum, cùm conferatur in tempus, quo iam bona erant effecta fratris, & in eius patrimonium translata, ac reperta in ipsius fratris hæreditate, & sic in casu, quo frater iam
20 fuisset hæres † patris, cui non poterat desinere esse hæ-
21 res. *l. si is, qui soluendo. ff. de hared. instit.* † Primò enim dici potest, quòd non est tanta causa fugiendæ superfluitatis, vt recedamus à natura reseruationis, quæ est vt nihil noui inducat, vt sunt verba Alciat. *consi.* 6. *num.* 37. *lib.* 9.
22 Nec † est inconueniens, quòd reseruatio nihil operetur, vbi ius reseruanti non competit, Aymon *consil.* 127.
23 *n.* 7. *in fin.* † & naturæ ipsius ita conuenit nihil operari, si ius reseruatum non subsistit, quemadmodum operari, si subsistit, Aym. *consi.* 15. *sub num.* 2. *verf. Natura enim reseruationis.* Et propterea Dec. Ruyn. & alij supra citati in illa causa Romana maluerunt reseruationem esse vanam, & inutilem, quàm tribuere ius succedẽdi, quod ante renunciationem non competiisset, & dicit Zasius *in l. stipulatio hoc modo concepta, n.* 18. *ff. de verbor. obligat.* quòd si Pater dotat filiam, salua successione parentum, reseruatio nihil operatur, si nullum ius habeat. Secundò respondetur bona non fuisse effecta paterna, nec fratrem fuisse hæredem, quatenus capit portio D. Annæ ab intestato debita, & ab ea non erat D. Anna omnino exclusa; sed successio erat suspensa, & dilata, vt per Aymon. *consil.* 127. *n.* 7. facit, quod in feudo dicit Fulgos. *consil.* 8. *colum.* 3. *in princip. versic. & sanè hæc sententia fores humanior,* † quamdiu enim pendebat conditio, non poterant dici fratres hæredes pro dicta portione, sicut 24
nec ipsa exclusa, quia quemadmodum defectus conditionis ex futuro euentu faciebat hæredes fratres in totum, † ita purificatio eiusdem conditionis ex fictione 25
retrotractiua faciebat illam hæredem, vsque ab initio in sua portione ad ea, quæ de hærede puro, & conditionali tradit Bartol. *in l. planè.* §. *si coniunctim, sub n.* 2. *verf. Primo casu. ff. de legat.* 1. Imol. *in l. filius à patre, sub n.* 6. *versic. tu potes dicere. ff. de liber. & posthum.* Alexand. qui communem dicit *consil.* 162. *n.* 5. *lib.* 2. Ruin. *consi.* 97. *n.* 6. *lib.* 2. & isto casu bona possunt dici paterna verè, quia non transeunt in dominium, fratrum, & fraterna ratione administrationis, quam interim habent fratres, vt dicit Bartol. & alij, *vbi supra,* & non potest dici definere esse hæres frater adueniente conditione, qui retrò non fuit, sed ipsa filia fingitur vsque à principio hæres, *l. quòd dicitur. ff. de testament. milit.* Bartol. *in l. hæreditas ex die n.* 3. *ff. de har. inst.* Non obstant verba illa (*quæ remansissent in hæreditate vltimi morientis*) † quia in hæreditate reperiri, & remanere dicuntur etiam res, quæ non fuerunt in 26
dominio defuncti, sed fuerunt tantùm detentæ, Ang. *in l. si de eo,* §. *si fortè, in fin.* Paul. de Castr. *num.* 3. Imol. *num.* 4. Roman. *num.* 3. *ff. de acquir. possess.* † & pro eis datur 27
petitio hæreditatis, *l. item videndum.* § *fin. cum ll. seqq. ff. de petit. hared.* Corn. *consil.* 207. *post n.* 1. *lib.* 1. Non obstat, quòd dum succedit filia in eo, quod remanet, clarum est, quòd frater potest alienare, & per consequens res sunt in eius dominio, quia respondetur, quòd reseruatio fuit limitata ad illud, quod superest, & propterea in eo tantùm operari potest, Ias. *in l. si fundum per fideicom. num.* 20. *ff. de leg.* 1. Aym. *consil.* 15. *num.* 5. latè Franc. Bec. *consi.* 34 *n.* 26. & habet implicitum consensum filiæ fratrer, vt de aliis bonis disponat inter viuos, & ex † pro- 28
missione huiusmodi potuit ille alienare, & disponere in præiudicium ipsius filiæ, *l. sicut.* §. *venditionis. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol.* Tertiò si velimus fratrem fuisse hæredem à principio in totum, & adiuisse totam hæreditatem, non erit inconueniens, quòd renuncians post aditam hæreditatem vigore reseruationis succedere possit ab intestato, vt per Franc. Bec. *in aliis allegato consi.* 74 & ante eum Claud. Cant. *consil.* 19. & *seq.* Isto enim casu fuit hæres cum sua causa, † ita vt eo decedente si- 29
ne masculis portio D. Annæ ad ipsam deueniat, & purificata conditione frater non tàm dicitur desinere esse hæres, quàm fingi non fuisse, vt per Alberic. *in l.* 2. *n.* 2. vbi etiam Bald. *in* 2. *lect. ff. de petit. hared.* Gomes. *Variarum resolut. tom.* 1. *cap.* 2. *sub n.* 15. *verf. Sed ista opinio,* quia sicut lex dispensatiuè permittit, quòd in totum efficiatur hæres pendente conditione, & dubio euentu, ita etiam dispensat, quòd postmodum possit desinere esse hæres, Ruin. *consil.* 160. *n.* 18. *in fin. lib.* 2. & † ex eo, quòd 30
superuenit ex causa de præterito, potest quis desinere esse hæres. *dicto* §. *si coniunctim, sub num.* 19. *verf. primo, quod est verum,* quòd præsertim in casu isto dici potest in quo D. Annæ contingit habere cohæredem post mortem, postquam reseruauit sibi hæreditatem pro sua portione post mortem vltimi descendentis masculi, iuxta text. singularem, *in l. filius à patre, in secundo responso. ff. de lib. & posthum.* iunctis ibi notatis per Ang. Imol. & alios

31 & alios citatos pet informantes,† qui per illum textum volunt hæredem, cui datus est cohæres post mortem, licèt in vita sit hæres in solidum, post mortem desinere esse pro parte,& non habere locum regulam, *Semel heres*, &c. Ex quibus fuit conclusum Herculem noluisse sibi constringere facultatem testandi, substituendo D. Annam, sed tantùm eidem Annæ esse saluum ius succedendi ab intestato.

*ANNOTATIO.*

a Surd. *cons.144.per totum.*

32 b Surd *decis.14.n.4.& cons.113.nu.* 33.† Amplia procedere, etiam si renunciatio fuerit facta fratri cum iuramento de non succedendo patri, Surd.*d.decis.14.n.4.* Amplia secundò procedere, etiam si filia renunciasset expresse successioni ex testamento, quia talis renunciatio, vti auferens liberam auctoritatem testandi, non tenet, Afflict. *decis.* 350.*n.*8.*& seq.* Surd. *d.decis.*14.*n.*8. & benè fuit dictum in Romana laudi 16.Iunij 1589 coram R.P.D.Gipsio, vbi dicitur, quòd huiusmodi renunciationes iuri succedendi ex testamento habent locum, dummodò consensus illorum, quorum hæreditatibus renunciatur, vsque ad obitum duret, ex alleg. per Tiraq. *in tract. le mort saisit.p.2.declarat.*8. qui consensus eo ipso deficit, dum renuncians, in testamento vocatur, vt *in d.decis.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Pecuniaria.

*Lunæ 27. Ianuarij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Plura de intellectu Statuti Bononiæ, sub rub. *de modo citandi.*

*SVMMARIVM.*

1 *Lis potest incipere cum procuratore.*
2 *Mandatum præsumitur ex productione iurium.*
3 *Mandatum præsumptum sufficit, etiam si dispositio requirat mandatum.*
4 *Ratificatio non excludit quin potuerit præcedere mandatum, quia ratificatio potuit emanasse ad maiorem cautelam.*

### DECISIO LXXXVI.

Domini steterunt in decisis, quia de mandato Alexandri dubitari non potest ex multis coniecturis aliàs deductis, & ex aliis nouiter allegatis per informantes, præsertim, quia etiam Aduersarius illum pro tali habuit, cùm eo præsente fecerit coram iudice multas instantias, & multa decreta obtinuerit, tota difficultas reducitur ad statutum Bononiæ, sub rubrica *de modo citandi*, quod. vltra mandatum, duo requirit, alterum quòd ipsum mandatum ante citationem producatur, alterum quòd apud acta notarij registretur; verùm attenta serie processus visum fuit Dominis statutum non obstare, quia, vt in eo apparet, prima citatio, videlicet ad producendum petitionem, & instrumentum venditionis, & alia iura fuit facta ad instantiam Iacobi principalis, qui in termino dictæ citationis comparuit, prædicta omnia produxit, ac petiit, & obtinuit admitti, ita vt non possit dici aduersarius citatus ad instantiam ipsius Alexandri, vt loquitur statutum, ibi, *ad petitionem*
1 *alicuius qui non sit principalis*, † statutum enim in hoc videtur dare modum incipiendi litem cum procura-
a tore, prout potest incipere. ª Bart. *in l.quamuis n.*10. *& 11.ff. de dam.infecti.* Cassad. *decis.1.n.1.de dilat.* Acchil. *decis.13.in fin.de citat.* & quando 2.Martij 1595. aduersario similiter citato comparuit Alexander, ipse produxit extractum factum per acta prioris notarij suspecti recusati, instrumentum supradictæ venditionis, & alia iura per Iacobum *in* principio litis producta, adeò
† quòd per productionem dd. iurium non solùm docuit de præsumpto mandato, & satisfecit statuto in primo requisito, sed etiam in altero, dùm iubet in actis scribi mandatum, vel aliquid, ex quo de iure alieno nomine aliquis admittendus veniat. Non obstant, quæ de ratificatione dicuntur, † quia Alexander habuit 3
mandatum ex pluribus coniecturis probatum, quod licèt sit præsumptum, est tale, quòd ex productis, & gestis per ipsum in actis, apparet, quòd, vt dictum est, non solùm de iure communi sufficit, sed etiam secundùm statuti dispositionem, † & si Iacobus aliquando dixit se 4
ratificare gesta per Alexandrum, hoc factum fuit sub conditione, quatenus esset opus ratificatione, & ad maiorem, ac abundantiorem cautelam, cætera benè tolluntur per informantes, &c.

*ANNOTATIO.*

a Vide quod dixi in *decisione* 127

---

## Interamnen. Bonorum.

*Lunæ 27. Ianuarij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Milites Hierosolymitani testari non possunt. Priuilegium Pij IV. circa facultatem testandi, concessum Conclauistis, non operatur quoad habilitatem personæ, sed tantùm quoad bona.

*SVMMARIVM.*

1 *Milites Hierosolymitani, non solùm non possunt disponere de bonis, quæ in ipsos peruenerunt intuitu suæ religionis; sed nec etiam de patrimonialibus, aut aliundè quæsitis.*
2 *Milites Hierosolymitani sunt verè, & propriè religiosi, & latè sub num.13.*
3 *Religiosi, prout sunt milites Hierosolymitani, testari non possunt.*
4 *Milites Hierosolymitani non habent velle, nec nolle; quia id totum dependet à voluntate magni Magistri.*
5 *Milites Hierosolymitani, etiam si sint Conclauistæ, non possunt disponere de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, quia priuilegium Conclauistarum nihil disponit quoad inhabilitatem personæ.*
6 *Impedimenta, vbi plura obstant, si vnum tantùm remoueatur, alia remanent.*
*Tot dispensationes requiruntur, quot sunt impedimenta, num.* 16.
7 *Habilitatio in vno præsupponit habilitatem in aliis.*
8 *Dispensatio non comprehendit casum mixtum.*
9 *Conclauistæ non indigent speciali expressione, & ideo veniunt sub generali derogatione.*
10 *Pars vna constitutionis aliam declarat.*
*Vniuersalia verba singula comprehendunt, ac si essent expressa.*
11 *Acquisitio præsumitur potius ex bonis Ecclesiæ per personam Ecclesiasticam administratis, quam aliundè.*
12 *Religiosi vndecumque bona acquirant eorum religioni, & monasterio acquirunt.*
14 *Milites Hierosolymitani emittunt tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, sicut cæteri religiosi.*
15 *Milites Hierosolymitani quicquid acquirunt, religioni acquirunt, etiam respectu bonorum patrimonialium.*
17 *Dispensatio quæ est stricti iuris non extenditur, nec*

ex iden

*ex identitate, nec etiam ex maioritate rationis; quod tamen dupliciter limitatur.*

## DECISIO LXXXVII.

Contrasententiam A. C. opponebatur nullitas, &
iniustitia; quoad nullitatem nihil fuit firmatum,
1 sed tantùm dictum eam esse tostam; quia † Militos
Hierosolymitani non possunt disponere, non solùm de
bonis, quæ ad ipsos peruenerunt intuitu suæ Religio-
nis, sed nec de patrimonialibus, aut alionde quæsitis.
Paleott. *decis.* 8a. Caputaq. *decis. 68. lib. 1. in manuscript.* &
hoc non solùm ex dispositione Statutorum dictæ Re-
ligionis, sed etiam iuxta iuris communis dispositionem,
2 † quia sunt verè, & propriè Religiosi. Abb. *in cap. 2.
num. 3. in fin. de Stat. Monach.* & dicitur in dictis deci-
3 sionibus,[a] & propterea † testari non possunt, *c. cùm ad
a Monasterium in fin. de Stat. Monach. cap. in præsentia de
4 prob. not. in Auth. ingressi, C. de Sacros. Eccles.* † non enim
habent velle, nec nolle; quia in totum dependent à vo-
luntate Magni Magistri, Mohed. *decis. 10. in fin. de caus.
possess. & propr.* quæ est potissima ratio, quare Religiosi
testari non possunt; vt per Bald. *in dicta Auth. ingressi in
2. notab.* Non obstat priuilegium Conclauistarum, quia
5 habilitat † tantùm ad testandum respectu bonorum
acquisitorum intuitu Ecclesiæ, & ex redditibus Eccle-
siasticis, nihil autem disponit circa inhabilitatem perso-
næ; & propterea non suffragatur militi, in quo concur-
rit duplex prohibitio, & ratione bonorum, & ratione
6 personæ. † Vbi enim plura obstant, si vnum remouea-
tur, alia remanent, *cap. ex tuarum, de Auth & vsu pal. cap.
pastoralis, de priuileg.* Gemin. *cons. 33. num.* 8. Put. *decis.*
b 109. *in fin. lib.* 1. &[b] † habilitatio in vno præsupponit ha-
7 bilitatem in aliis *cap. non potest. §. in illud*, vbi Franc. &
alij *de preb. in* 6. & quod in priuilegio dicitur de fructi-
bus Monasterij, præsupponendo terminos habiles, po-
rest intelligi de sæculari Clerico habente Ecclesiam
Regularem in commendam, non autem de regulari
incapaci, cùm nullibi legatur habilitatio personæ re-
8 gularis ad testandum, & dispensatio †. non compre-
c hendat casum mixtum,[c] & dupliciter prohibitum. Put.
*decis.* 39. *lib.* 3. Et vbi ex facultate Conclauistis à Pio IV.
indulta, potuisset Miles Hierosolymitanus testari; illa,
proot omnes aliæ facultates testandi, fuit sublata per
Constitutionem Pij V. non enim dubitarunt Domini
propter generalitatem verborom in illa comprehendi
9 Conclauistas, † qui non sunt tales personæ, quæ indi-
geant speciali expressione, præsertim quia in alia parte
superius mentionem fecit de Conclauistis. Nec obstat
quod ex aduerso dicitur, hoc esse in illa parte, in qua
reuocat priuilegia transferendi pensiones; & propte-
rea quando Papa voluit reuocare priuilegia Concla-
uistarum, id expressit, quod vtique etiam fecisset, si vo-
luisset etiam reuocare respectu facultatis testandi, *ad l.
10 vnic. § fin autem, C. de caduc. tollen.* quia † imò vna pars
Constitutionis aliam declarat, *l. verum, ff. de pet. hared.
l. 1. ff. de reb. dub.* præsertim quia habetur relatio ad su-
pradicta per illa verba (*vt supra concessa.*) & contra-
rium posset procedere, si papa non fuisset vsus verbis
generalibus, & vniuersalibus, quæ ita singula compre-
hendunt, ac si essent specialiter omnia enumerata.
Oldrad. *cons.* 322. *num.* 2. Non obstat, quòd Constitutio
loquatur de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, & non
de proprio labore, prout prætenditur esse ista; quia vl-
tra quod non probatur, quòd sint taliter quæsita, & in
persona, præsertim Religiosa, & paupertatem profiten-
11 te, † censentur potius acquisita ex bonis Ecclesiæ per
ipsum administratis ad tradita per Io. Andr. *in cap.* 3. vbi
Card. *num.* 2. Abb. *num.* 3. *de priuil. cleric.* in personis re-
12 ligiosis non est habenda talis distinctio † cùm bona vn-
decunque illis veniant, Ecclesiæ quæsita dicuntur, *cap.
1. num. 18. quæst. 1. glos. in cap. 1. in glos penult. de testam.* & in
*Decisione Paçalec.*
Equite Hierosolymitano tradit Paleott. *d. decis.* 82. Vn-
de si non erit locus Constitutioni Pij V. intrabit dispo-
sitio iuris communis, secundùm quam nec testari, nec
aliter disponere possunt huiusmodi Milites, vt suprà
dictum est.

### ANNOTATIO.

a Et quòd Milites Hierosolymitani sint verè, & propriè Re-
ligiosi, Rot. *decis. 87. num. 1. par. 2. in recent. & decis. 333. sub
num. 1.* † *& in decis. 887. num. 8. par. 1. in recent.* & fuit di- 13
ctum in Romana Palatij de Laquila 26. Maij 1600. coram
Cardinali Lancellotto, & in Tirasonen. decimarum 24.
Maij 1618. coram R. P. D. Pirouano, & in Vrbeuetana hæ-
reditatis, 14. Aprilis, 1614. coram R. P. D. Manzanedo,
Grat. *Disceptat. cap. 457. num 24. & seq. vbi sub num. 26.* re-
probat opinionem contrariam, *& sub num. 27.* dicit quòd
de eis iudicandum est, vti de cæteris Regularibus pro-
fessis, † emittunt enim tria vota, Castitatis, Paupertatis, 14
& Obedientiæ, Rot. *decis. 491. nu. 5. par. 1. diuers.* Nauar.
*cons. 21. nu. 1. de Regul. Menoch. de Arbitr. cap. 26. num. 16. &
17. in Addit.*
Et propterea quidquid acquirunt, † Religioni acquirunt, 15
prout cæteri Religiosi, Rot. *decis. 333. sub num. 2. par. 2. in
recent.* Fuit dictum in dicta Romana Palatij de Laquila,
vbi fuit dictum procedere etiam respectu bonorum pa-
trimonialium, prout hoc idemmet resoluit ista decisio;
imò acquisitio immediatè fit ipsi Religioni, non autem
ipsis Militibus, prout latè discusso articulo, tenuit Rota
*in dicta decis. 333. sub num. 2.* vbi dicitur esse adhærendum
huic opinioni tanquam faventi Religioni.
b Et quòd requirantur tot dispensationes, † quot sunt impe- 16
dimenta, Surd. *cons. 244. num. 4.* & plures alios refert
Gonz. *super Regul. 8. glos. 13. num. 97.* & hinc fuit resolutum
in Zerulen. pensionis 2. Iunij 1597. coram Penia, quòd di-
spensatio retinendi, & acquirendi pensionem, non ob-
stante matrimonio, non supplebat defectum clericatus,
sed solùm tollebat obstaculum matrimonij.
Dispensatio ideò non comprehendit casum mixtum, † quia 17
mixtum non comprehenditur sub simplici in materia
strictæ, dispensatio autem est stricti iuris, & strictè inter-
pretanda, latè Felyn. *in cap postulasti, num. 8. & 9. de rescript.*
cum aliis per Surd. *decis. 268. num. 21.* adeo quòd non ad-
mittat extensionem, non solùm ex identitate, sed nec
etiam maioritate rationis. Verall. *decis. 8. num. 6. par. 1. in
recent.* Rota *decis. 496. sub num. 2. par. 1. in recent.* Surd. *dicta
decis. 268. num. 20 & seq.* quod tamen limitatur dupliciter:
Primò non procedit, quando dispensatio habet causam
expressam, quæ militat etiam in casu non expresso, Ripa
*in cap. ad aures, num. 41. limit. 1. de rescript.* Sanchez. post
alios *de matrim. lib. 8. disputat. 1. num. 34.* & fuit dictum in
Nullius, seu Caputaqu. pensionis 18. Aprilis 1616. coram
bo. mem. Andrea. Secundò, non procedit in dispensatio-
nibus generalibus, & fauorabilibus, sed solùm in dispen-
sationibus particularibus, & odiosis, Barbos. *in l. 1. par. 1.
num. 19. & 20. ff. solut matrimon.* Sanchez. *d. disput. 1. num. 8.
33. & 36.* & fuit dictum in d. Nullius coram Andrea.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana euictionis.

*Lunæ 17. Februarij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Sors principalis Census repeti non potest inuito debitore, nec etiam sub prætextu non implementi, nisi ratione interesse: Euictio quando dicatur secuta, adeò quòd agi possit de euictione, vel agi possit, quòd res libera tradatur.

### SVMMARIVM.

1 *Heres, si vti talis agat, non tenetur probare se talem, nisi parte opponente; & ad hunc effectum non sufficit apparere, quòd nemo audiatur, nisi docto de legitimo mandato.*

2 *In contractibus nominatis propter non implementum non est locus pœnitentiæ.*
3 *Sors principalis in contractu Census nominato potest peti loco interesse, non vti pretium & num. 10.*
4 *Mora censetur remissa per exactionem fructuum.*
5 *Euicta res dicitur, quando possessori fuit ablata.*
6 *Euictionis actio competit emptori tàm quando euicta est possessio, quàm quando proprietas, vel dominium, vide num. 11.*
7 *Euicta possessione potest agi ad damna, & interesse.*
8 *Euictio, antequam sit secuta, regulariter non potest agi de euictione, & vide num. 12.*
9 *Potest tamen agi, vt res libera tradatur.*

## DECISIO LXXXVIII.

DOmini resoluerunt esse procedendum ad vlteriorem executionem, quia in commissione mandatur, vt constitò de tribus conformibus, & quod sit cœpta executio, ad vlteriorem, & finalem executionem procedatur, apparet enim de tribus sententiis conformibus ad fauorem Domini Sanctini, & de executione cœpta per carcerationem Domini Octauiani. Nec apparet de iniustitia dictarum sententiarum, quæ habeat impedire executionem, licèt plura ex aduerso deducantur. Nam ad id, quod obiicitur Galeatium Fulgineum egisse tamquam hæredem Gallesi, & id non probasse;
1 † Fuit responsum non debuisse probare, parte non opponente, & non negante, Gloss. *in l. 1. in verb. Filium, C. quor. bon.* Bal. *in l. non ignorat, num. 2. C. de his qui accus. non poss.* Lanf. *decis. 513.* & exceptio, quòd nemo audiatur, nisi docto de legitimo mandato, respicit legitimationem personæ comparentis, non agentis. Non obstat, quòd Fulgineus non potuerit repetere sortem princi-
2 palem, tum ex natura census, † tum quia in contractibus nominatis propter non implementum, non sit locus pœnitentiæ, *l. in ciuile,* & ibi Bald. *in princ. C. de rei vend. l. non idcircò, C. de contr. empt.* Doct. communiter, *in l. Julianus, §. offerri, ff. de act. empt.* quia non egit Fulgineus ad rescissionem contractus, nec via pœnitentiæ, voluit ab eo recedere, sed egit ad implementum, & in
3 defectum implementi ad damna, & interesse, † & loco interesse potuit petere sortem principalem census, non vti pretium, sed vti interesse, Bald. *in l. si traditio in 4. quæst. num. 7. C. de act. empt.* Ruin. *cons. 141. num. 9. prope fin. vers. & item etiam sub tali interesse, lib. 1.* Rim. Sen. *cons. 297. num. 10. & seqq.* Et fuit dictum in vna Romana Dotis 11. Februarij 1583. coram Reuerendissimo Pa-
a triarcha [a] Alexandrino, & nihil facit differentia quam conantur constituere informantes pro D. Octauiano, an sit promissa fideiussio pro sorte census, vel pro fructibus, quia in vtraque, si non præstetur, viget ratio pacti non seruati, propter quam intrat obligatio ad inte-
4 resse. Non obstat, † quòd Galeatius exegerit fructus census non præstita cautione, & propterea videatur remissa mora ad decisionem Beneuentan. executionis coram Rubeo, quia hoc procederet, si voluisset Galeatius sortem ex eo, quod pro tempore, quo soluit, non præstitit fideiussionem, sed quia hoc pactum semper loquitur, & non est restrictum ad certum tempus, prout in illa Beneuentana, post solutiones receptas egit, vt præstaretur fideiussio pro futuris terminis, aliàs ad damna, & interesse. Non obstat, quòd malè fuerit condemnatus D. Octauianus, cùm adhuc non esset secura euictio per solum mandatum de associando, quia Domino
5 Sanctino fuerat domus ablata; ideo † satis dicitur euicta cùm dicatur res euicta quando possessori fuit ablata, *l. si seruus venditus, §. 1. & l. habere, ff. de euict.* & datur
6 actio emptori, † tàm quando euicta est possessio, quàm quando proprietas, vel dominium ablatum fuit. *l. emptorem, § idem Eratius, ff. de act. empt.* vbi Castrens. hoc expressè notat, *l. dato in princ. eodem tit.* Bero. *cons. 158. nu. 34. lib. 1.* [b] aut † saltem negari non potest, quin etiam b 7
pro possessione euicta potuerit agi ad damna, & interesse, Cæpb. qui alios allegat, *cons. 168. num. 22.* † præ- 8
tereà quamuis ante euictionem secutam regulariter de euictione non agatur, *l. euicta,* vbi Gloss. *ff. de euict. l. rem. C. eodem,* tamen [c] cùm domus esset Emphyteotica, c
& sciret Octauianus, potuit agere, † vt sibi libera tra- 9
deretur, Alexan. *cons. 67. circ. princ. lib. 3.* Dec. *cons. 483. num. 18. decis. Pedem. 24. num. 4.* & debet ita dari, vt dominium ab ipso auocari non possit, vt fuit dictum coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino in vna Romana Census 15. Martij 1579.

### ANNOTATIO.

a Et † quòd in casu non implementi, vel secutæ euictionis 10
possit tàm in Censu, quàm in alio contractu nominato agi ad restitutionem pretij, & sortis principalis, non vti ad sortem principalem, seu pretium, sed loco interesse, Rota *decis. 741. num. 1. par. 1. Diuers.* & Rota *dec. 329. num. 2. inter impress. penes Cinc. de censib.* & fuit etiam dictum in Perusina dotis coram R. P. D. Ottembergo impressa penes Marches. *de Commiss. tom. 2. fol. 589. sub num. 4.* & tradit Gratian. *Disceptat. Foren. cap. 301. num. 5.* & sic nota modum, quòd indirectè potest agi ad recissionem contractus nominati, propter non implementum partis contrariæ, licèt principaliter, & directè agi non posset, sed agi debeat ad implementum, Seraph. *decis. 591. num. 8. & 9. & decis. 1133. num. 1.* Put. *decis. 1. de transact.* & vide latè Mareschot. *Variar. resolut. lib. 1. cap. 89.*

Seraph. † *decis. 671. num. 6. & 7.* Surd. *decis. 22. num 6. & 7.* Vi- 11
detur tamen obstare decis in Perusina Bonorum 17. Aprilis 1617. coram R. P. D. Buratto, vbi fuit decisum non posse dici rem euictam per immissionem secutam in Iudicio Saluiani, sed responderi potest, quòd huiusmodi immissio ex Saluiano non auòcat possessionem, sed solam detentionem, cùm creditor ex Saluiano immissus non possideat sibi, sed pro debitore, Surd. *cons 481. num. 14.* decisio autem ista, & doctrina suprà allegatæ procedunt, quando verè auocatur possessio.

Quam † regulam constituit Rot. 586. *num. 2. par. 1. diuers.* Surd. 12
*cons. 36. n. 4.* Thesaur. *decis. 85. in princip.* plures autem limitationes ad hanc regulam vide penes *dictam decisionem 586. par. 1. diuers.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Aquinaten. Beneficij.

*Veneris* 21. *Februarij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Plura habentur circa iustificationem gratiæ, *si neutri.*

### SVMMARIVM.

1 *Narratiua, quòd beneficium sit sine cura, non eget probatione, cùm de iure præsumatur.*
2 *Gratia* (si neutri) *quoad non ius impetrantis satis iustificatur ex sola illius confessione, & num. 7.*
3 *Et quoad non ius alterius partis iustificatur ex reuolutione processus.*
4 *Prouisio Apostolica iustificatur ex literis prouisionis.*
5 *Prouisione Apostolica in supplicatione narrata non est necesse iustificare narrata in ea; id enim solùm est necessarium, quando agitur de illius canonizatione, sed sufficit iustificare nudum factum mediante exhibitione literarum.*
6 *Valor obuentorum probatur ex quali quali probatione.*
7 *Debet tamen in sue genere esse perfecta.*
8 *Et locationes non sufficiunt.*

DECI

## DECISIO LXXXIX.

FVit dictum gratiam (*si neutri*) esse iustificatam, nam
1. Iulij 1591. coram bo. me. Orano fuit decisum ha-
bilitates Raynerij ad obtinendum hoc beneficium
fuisse probatas, & fuit etiam dictum valorem esse iu-
stificatum,& dantur testes, qui bene id probant,& licèt
fuerint examinati pro iustificatione primæ gratiæ in-
ualidæ, ex quo tamen fuerunt examinati eodem anno,
quo fuit obtenta gratia (*si neutri*) satis illam, quoad
hoc, iustificant, & per eosdem testes probatur qualitas
1 Ecclesiæ S.Eleutherij, & quòd sit sine cura, † quamuis
ista qualitas non egeat probatione, cùm dè iure præsu-
matur, Ægid.*decis.*676.Staphil. *de lit.grat.par. 2.in tit.de qualit. & stat. benef. in princ.* fuit dictum 16. Nouembris
1571. in vna Calaguritana Congruarum coram Ora-
dino, & sæpius in aliis; de lite apparet ex processu, de
2 non iure ipsius Rainerij, † vltra quod ipse id fatetur,
quod videtur sufficere, vt fuit dictum in Clusina Prio-
a ratus 17.Februarij 1592.coram R.P.D. meo Litta:[a] sa-
tis etiam constat per decisionem in hac causa factam
12. Iunij 1592. coram eodem Oraho, in qua fuit di-
3 ctum illius gratiam esse subreptitiam,& illi non † suf-
fragari. Non ius autem aduersarij satis fuit detectum
ex decisione coram me facta, vbi fuit conclusum non
intrare prætensam præscriptionem, & de nullo alio
eius iure in actis apparet,quorum reuolutio,cùm suffi-
cienter probet negatiuam; Bal. *in l. si contra, num.* 3.C.
*de appellat.* Alex. *cons.*55.*n.* 12.*lib.*5. Dec. *cons.*483. *n.* 5.
satis etiam iustificat gratiam (*si neutri*) quoad non ius
Aduersarij. vt fuit dictum in Fesulana Præceptoriæ 27.
Ianuarij 1563. coram Robusterio in Regien. Prioratus
11. Maij 1597. coram R.P.D. Penia, & in Bracharen.
Parochialis 9.Ianuarij præteriti coram R. P. D. Iusto:
4 [b] Iustificatur † etiam prouisio Apostolica ad fauorem
b Rainerij ex literis prouisionis, Put.*decis.* 241 *lib.* 2. Pe-
5 reg.*decis.*101. *lib.* 2.† & sufficit exhiberi literas absque
aliqua earum iustificatione, cùm non agatur de cano-
nizatione, sed ad effectum per eas probandi impetra-
tionem gratiæ narratam, & sic nudum factum, Ægid.
*decis.*116.*in fin.*Crescen. *decis. 9. de preben.* & fuit deci-
sum in Salamantin. Capellaniæ 20. Nouembris 1592.
6 coram R.P.D.meo Decano.† Valor obtentorum pro-
batur abundè ex testibus, licèt in hoc sufficiat qualis
c qualis probatio.[c] Ægid.*dec.*674.& 680.Cott.*decis.*198.
Put.*decis.*29.*lib.*1. Quæ dicuntur circa subreptionem,&
inhabilitatem personæ,sunt extra dubium, in quo agi-
tur tantùm de iustificatione narratorum, & de illis, si
opus erit, particulariter dubitabitur, &c.

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd ex sola confessione impetrantis iustificetur non
7 ius illius in terminis gratiæ (*si neutri*) sæpius † dixit Ro-
ta,vt *in decis.699.sub num.2.par.2.in recent. & in dec.736.in fine eadem par.2. in recent.* Imò etiam si haberet ius ex pri-
ma gratia, censetur huic iuri renunciare. Rota *decis.* 98.
b *sub n.1.inter impress. per Farin. post 2.lib.consil.* Rota *d.decis.
699.sub n.3.& d. decis.736.sub num. 5. par.2. in recent.*
8 c Licèt † ad iustificandum valorem obtentorum sufficiat
9 qualis qualis probatio † nihilominus debet esse in suo
genere perfecta,vt fuit dictum in Gerunden.beneficij 18.
Martij 1625.coram bo.me. Andrea, & ideò non sufficere
locationes, & attendamenta dixit Rota penes Seraph.
*decis.* 102. *num.* 1.

*Olinctius Beltraminus.*



## Romana Casalis.

*Veneris 21 Februarij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Emptor tenetur tradere venditori rem vacuam, & an hoc procedat etiam respectu iuris conductoris, quando emptor habebat notitiam locationis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emptori tradi debet possessio vacua.*
2 *Vacua non dicitur possessio non solùm, quando alius possidet, sed etiam quando detinet.*
3 *Pro expresso habetur, quòd non potest nisi in vno solo verificari.*
4 *Instrumentum quod non dicit, neque nos dicere debemus.*
5 *Vacua possessio, quam tenetur venditor tradere emptori, non intelligitur respectu iuris conductoris.*
6 *Limita non procedere, nisi in instrumento extarent verba* (vacuam, liberam, & expeditam)
7 *Vacua possessio, quam debet tradere Venditor Emptori, intelligitur respectu iuris detentoris, quòd sit potentius iure Emptoris.*
8 *Emptor quando habet scientiam locationis, tunc venditor non tenetur tradere rem liberam à locatione.*
9 *Emens scienter rem alienam non agit de emtione, & num.* 16.
10 *Euictio est de natura emptionis.*
11 *Emens rem aliquo onere affectam scienter, instantiam venditoris emisse censetur.*
12 *Emptor ex sola scientia locationis obligatur ad obseruantiam locationis, etiam si ignoret hypotecam contentam in instrumento locationis.*
13 *Ignorantia Emptoris circa qualitatem rei emptæ non excusat, quando de facili poterat certiorari.*
14 *Verba generalia restringuntur ex aliis verbis subsequentibus limitantibus.*
15 *Capitula omissa in instrumento censentur consultò omissa, & non sunt attendenda.*

## DECISIO. XC.

PRætendebat D. Fabritius D. Maximilianum teneri
tradere sibi possessionem vacuam, & liberam,etiam
à conductione D.Marij Fani,idque tàm ex legis dispo-
sitione, quàm ex forma conuentionis. † Lex enim sta- 1
tuit possessionem emptori tradi vacuam,*l.2.§.vacua, &
l.3.§.1.ff.de act.empt.* † & dicitur non vacua,non solùm 2
quando alius possidet, sed quando est in possessione, &
detinet,vt dicitur *in dicto §. vacua*,& declarat ibi Gloss.
& Bart. Gloss.*in l.non idcircò in verbo* (in vacuam) *C.de
fid. Inst.* & D.Fabritius non contentus dispositione le-
gis expresse inter alia stipulatus fuit liberari ab omni
prætensione D. Marij, † & cùm ista verba generalia 3
non possint verificari in alia prætensione, quàm con-
ductionis,perindè est,ac si in specie promisisset libera-
ri ab ipsa conductione, *l.2.ff.de lib.& posthum. l.si Domino*, vbi Bart. & alij, *ff.de leg.1.glos. in c.ex parte il primo in
glos. fin.* & ibi Abb. *de offic. deleg.* Sed his non attentis
Domini contrarium censuerunt,quia nullibi in instru-
mento legitur,quòd D.Maximilianus teneatur tradere
Casale liberum,& expeditum à locatione D.Marij,† & 4
quod non dicit instrumentum, nec nos dicere debe-
mus,*l.si verò.§.Viro,ff.solut. matr.l. fideiussores magistratui,
ff.de fideiuss.* Curt. Sen. *cons.* 78. *col. 6. vers. nec etiam nos.*
Non obstat, quòd dicitur, id esse de iure, † quia imò 5
licèt de iure cogatur venditor tradere rem vacuam,
hoc tamen non intelligitur respectu iuris conductoris,

Iaſ. *in l. in conuentionalibus*, §. *ſi quis vacuam*, *in princ. ff.*
6 *de verb. oblig.* † niſi dixiſſet (*vacuam, liberam, & expeditam*) Imol. *ibi in verſ. Si autem quis promitteret*, Iaſ. *ſub. n.*
2. vbi dicit, quod iſta verba non ſunt ſuperflua, ſed
vnumquodque operatur, hæc autem verba in inſtru-
7 mento non leguntur, † & ad id, quod dicitur deberi
vacuam etiam à detentione, vt *in d. §. vacua*. Reſpon-
detur illud procedere, quando ius detentoris eſſet po-
tentius iure emptoris, prout in caſu *d. §. vacua*, in credi-
tore miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto, Angel.
Imol. Alex. & Iaſ. *in d. l. in conuentionalibus*. §. *Si quis va-*
8 *cuam*, † Præterea non procedit propter ſcientiam,
quam habuit D. Fabritius de huiuſmodi locatione, *l. 1.*
*in fin. ff. de act. empt.* benè per Gozad. *conſ. 24. n. 7.* Beto.
*conſ. 2. n. 12. & 15. lib. 1.* cum aliis per Surd. *deciſ. 265. ſub*
a *n. 28.* [a] facit. *l. ſi in venditione in princ. ff. comm. prædiorum*,
9 † & quod dicitur de emente ſcienter rem alienam, qui
non agit de euictione, *l. ſi fundum ſciens, C. de euict. l. ſi à*
*matre, C. de iur. dot. l. ſi fratres*, & ibi not. *C. commun. vtriuſ-*
b *que Iud.* [b] licèt euictio ſit de † natura emptionis, *l. cùm*
10 *dubitatur*, vbi Bal. *C. de euict.* Bart. *in l. qui Concubinam*,
§. *Si hæres. ff. de leg. 3.* Aret. *in §. actionum, n. 32. Inſt. de*
11 *action.* † Emens enim rem aliquo onere affectam ſcien-
ter, ius tantùm venditoris emiſſe dicitur. *l. qui tabernas*,
*ff. de contrah. empt.* Gloſſ. Cyn. & Bald. *in l. 1. C. ſi pig. pi-*
*gnori datum ſit.* Alex. *in l. ſi domus*, §. *fin. n. 4.* vbi etiam
Iaſ. *num. 24. ff. de deleg.* 1. Gozad. *vbi ſupra*, & fuit reſo-
lutum in Tiburtina Caſtri Sancti Poli coram Illuſtriſ-
ſimo Platto. Non obſtat, quod dicitur non ſufficere
ſcientiam locationis, cùm requireretur etiam ſcientia
12 hypothecæ: † quia imò non requiritur ſcientia hypo-
thecæ, cùm ex ſola ſcientia locationis obligetur em-
ptor ad eius obſeruantiam, & hypotheca, aliæque clau-
ſulæ appoſitæ ad eundem finem non obligant Credi-
torem in plus, nec augent obligationem, quæ oritur ex
ſola ſcientia, vt in terminis per Surd. *d. deciſ. 265. n. 37.*
*& ſeqq.* & quod ſufficiat ſcientia in genere rem eſſe al-
teri locatam, tradit Beto *d. conſ. 2. n. 17.* imò ex quo ſciuit
fuiſſe factam locationem, & inſtrumentum ex intima-
tione, & inhibitione ſibi facta ad inſtantiam D. Marij
cogitare potuit etiam de hypotheca, quæ apponi con-
ſueuit, vt in his terminis per Natt. *conſ. 426. n. 16. in fin.*
13 † & ſaltem ex indicatione inſtrumenti de facili potuit
ſcire, & propterea eum non excuſat ignorantia, Bald.
*in l. ſi duo, num. 1 ff. de acquir. hæred.* Non obſtat, quòd
etiam data ſcientia perfecta adhuc teneatur D. Maxi-
milianus, qui ſibi expreſsè cauit ſuper conductione D.
Marij *l. apud Celſum.* §. *Labeo, ff. de dol. except.* Aym. *conſ.*
14 *64. ſub n. 4.* Purpurat. *conſ. 87. n. 2.* † quia promiſſio de
liberando emptorem à prætenſionibus D. Marij, re-
ſtringitur per illa verba ſubſequentia prædictam poſ-
ſeſſionem impedientia. *l. & ſi à ducatur ff. pro ſocio*, Ruin.
*conſ. 197. n. 7. lib. 1.* præſertim cùm dicatur (*præfatam poſ-*
*ſeſſionem*) & ſic relatiuè ad dicta ſuperius. Beto. *conſ.*
*532. num. 7. lib. 3.* nam D. Marius non vult impedire
poſſeſſionem D. Fabritij, nec illam interuertere, ſed po-
tius paratus eſt eam adiuuare, ipſum recognoſcendo
poſſeſſorem, & Dominum, & ſuperius (vt dictum eſt)
fuit factum de ſimplici poſſeſſione, non de vacua, libe-
ra, & expedita, quæ verba cùm in aliis inſtrumentis
15 apponi ſoleant, non videntur hic gratis omiſſa. † Ad ea
quæ dicuntur circa capitula, ſufficit dicere, quòd non
ſunt producta, & quando eſſet aliquid dictum in ipſis,
c cùm non fuerit in inſtrumento [c] appoſitum, prout alia,
videtur conſultò omiſſum, *c. ad audientiam de decim.* Vl-
tra. quòd eſſet videndum, an in dictis capitulis adſit
promiſſio dandi liberam, & vacuam poſſeſſionem, quia
verba videntur ibi appoſita conditionaliter, non diſpo-
ſitiuè. Cætera viſa ſunt Dominis parùm vrgere, & be-
nè tolli per informantes pro D. Maximiliano.

*ANNOTATIO.*

a Idem etiam tenuit Surd. *deciſ. 172. n. 5.* & tenuit etiam Rota ſequendo hanc deciſionem in Romana locationis Caſalis 15. Ianuarij 1610. coram R.P.D. Ortembergo.

b Et † ideò emens ſcienter rem emphyteoticam fideicom- 16
miſſo ſubiectam, & aliam ſimilem, in qua cadit euictio ex natura rei, non poteſt agere de euictione. Rota *deciſ. 152. n. 4. & deciſ. 211. n. 1. par. 2. diuerſ. & deciſ. 682. n. 1. par. 1. diu.* Hond. *conſ. 3. n. 42. lib. 1.* Surd. *deciſ. 208. num. 1.* & latè fuit dictum in Bonon. de Bianchettis 20. Nouembris 1601. coram Card. Mellino.

c Capitulis, an inſtrumento deſuper celebrato magis ſit ſtandum, dixi in annot. *ad deciſionem 168. ſub litera B.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cremonen. Iuriſpatronatus.

*Mercurij 26. Februarij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Attentata poſſeſſio debet ſequeſtrari, ſi non ad inſtantiam partis, ſaltem ex officio Iudicis. Et an cenſeatur renunciatum priuilegio attentatorum, ex eo, quòd attentans fuerit admiſſus ad probandum bonum ius ſuum, & illud probauerit. Et an poſſit dari de attentatis, ſtante clauſula, *appellatione remota*, & ſtante clauſula, *ſine retardatione executionis literarum Apoſtolicarum.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.*

2 *Executorem mixtum facit clauſula*, conſtito, *& clauſulis*, dummodo non ſit alteri ius quæſitum.

3 *Ab executore mixto datur appellatio.*

4 *Et ſi vlterius procedat, executio eſt attentata.*

5 *Attentatorum priuilegio renunciatum cenſetur, quando attentans fuit admiſſus ad probandum bonum ius, & illud probauit.*

6 *Hoc procedit quando paſſus attentata patitur ſententiam tranſire in iudicatum.*

7 *Non autem procedit, quando ille, qui paſſus eſt attentata, dedit de attentatis, & cauſam ſuper eis commiſit*

8 *Attentata ſi non ad inſtantiam partis, ſaltem ex officio Iudicis ſunt reuocanda.*
*Hoc procedit etiam ſi conſtaret de non iure petentis reuocationem num. 12.*

9 *Attentans non debet gaudere commodo vitioſæ poſſeſſionis.*

10 *Clauſula* (appellatione remota) *intelligitur, quando Iudex, ſeruata forma Commiſſionis procedit, & partem non grauat.*

11 *Clauſula* (ſine retardatione exequutionis literarum Apoſtolicarum) *ſolùm operatur, vt Iudex ad quem non præſtet impedimentum Iudici, à quo, ſed non operatur, quod ſi Iudex à quo attentat, non ſint attentata per Iudicem ad quem reuocanda, de quo latè num. 13.*

### DECISIO XCI.

DOmini dixerunt conſtare de attentatis, † & pro- 1
pterea auocandam, & ſequeſtrandam eſſe poſſeſ-
ſionem iuxta obſeruantiam Rotæ, Caſſad. *deciſ. 3. n. 7. de*
*reſt. ſpol.* Caput. *deciſ. 157. par. 3.* fuit dictum in vna Me-
diolanen. Parochialis 27. Iunij 1587. coram Illuſtriſſi-
mo Platto, & ſæpius in aliis, nam de attentatis non vi-
detur dubitandum, quia Ordinarius Cremonen. non
erat merus, ſed mixtus Executor † propter clauſulam 2
(*conſtito de Iurepatronatus, ex fundatione & dotatione*)
& dum

& dummodo non sit alterius quæsitum, & cum narra-
tiua, quod erat præsentatus à medietate Patronorum,
3 & † ab eius sententia dabatur appellatio, vt fuit dictum
in illa Alerien. Attentatorum 20. Decembris 1595. co-
4 ram R.P.D. meo Decano; † & propterea executio fa-
a cta, pendente termino [a] ad appellandum, est attentata,
Ant. Aug. *decis.* 3. Chissan. *decis.* 1. fuit dictum in vna
Toletana Cappellaniæ coram Oradino 9. Iulij 1567. &
in causa Tebesina Beneficij 26. Iunij 1595. coram Illu-
strissimo Blanchetto, & decisio, quæ allegatur in con-
trarium in causa Ipporregien. coram Bubalo, fuit sæpe
5 allegata, & reiecta in his terminis. † Non obstat, quòd
quando attentans fuit admissus ad probandum de suo
bono iure, & illud probauit, videatur tacitè renuncia-
6 tum priuilegio attentatorum, †. quia vltra quod hoc
videtur procedere in eo, qui patitur sententiam transi-
re in iudicatum, vt per Cęs. de Grass. *decis.* 2. *de appellat.* &
in his terminis loquitur decisio Crescentij ex aduerso
7 allegata, † non habet etiam locum, quando ille, qui pas-
sus est attentata, dederit de attentatis, & causam super
eis commisit; quia tunc licèt patiatur discuti de bono
iure, nihilominus est super illis attentatis audiendus,
8 Lancell. *de attent. lit. pend. limit.* 16. *n.* 14. † Et in omnem
euentum, si non ad instantiam partis, saltem ex officio
b Iudicis veniret executio reuocanda, [b] & sequestranda
possessio, Lancell. *vbi supra n.* 22. Cassad. *decis.* 3. *n.* 3. *de*
9 *rest. spoliat.* † Vt attentans non gaudeat commodo vi-
tiosæ possessionis, Archid. *in c. qua ret. num.* 9. *vers. Ex*
*quibus verbis*, 11. *quæst.* 1. Non obstat clausula (*appella-*
10 *tione remota*) † quia intelligitur quando Iudex processit
seruata forma Commissionis, & partem non grauat,
11 *c. pastoralis*, & ibi Doct. *de appell.* † Non etiam obstat
clausula (*sine retardatione executionis literarum Apostoli-*
*carum*) posita in Commissione appellationis, quia hoc
operatur, vt Iudex ad quem non det impedimentum
Iudici à quo, sed non efficit quòd non possit dare de
c attentatis si committatur, [c] quòd apertè probatur ex
ipsa Commissione, in qua conceditur expressè facultas
reuocandi attentata.

*ANNOTATIO.*

a Et quod ab executore mixto detur appellatio, Staphil. *de*
*litera grat. in tit. de noua forma mandat. n.* 3. Mantic. *decis.*
324. *n.* 3. cum aliis cumulatis per Scac. *de appellat. quæst.*
12. *limit.* 11. *n.* 11. & propterea executionem ab eo factam
pendente appellatione, vel intra terminum ad appellan-
dum esse nullam, & attentatam sæpius in Rota fuit di-
ctum, & præsertim penes Seraph. *decis.* 1045. *num.* 4. & fir-
matur in hac decisione.

12 b Etiam † vbi notoriè constat de non iure petentis reuoca-
tionem attentatorum, potest Iudex ex officio illa reuoca-
re, Caputaq. *decis.* 135. *lib.* 1. *in manuscrip.* Rot. *decis.* 235. *n.* 7.
*par.* 1. *in recent.*

13 c Et quòd † Iudex ad quem non obstante clausula (*sine re-*
*tardatione executionis literarum Apostolicarum*) possit per
viam attentati, & per viam manutentionis reuocare exe-
cutionē factam à Iudice à quo, si non sit ritè, & rectè fa-
cta, latè Mart. qui plures decis. Rotæ cumular, *in suo Clau-*
*sural. claus.* 160. *n.* 4. *& seq.* Gatz. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 573.
*&* 574. qui etiam decisiones Rot. cumular, & benè Rota
in Hispalen. coram. R. P. D. Gypsio impress penes Mar-
ches. *de Commiss. tom.* 1. *fol* 366. Sed de veritate huius opi-
nionis, & in specie de hac decisione Cremonen. dubita-
nit Rota in Bergomen. Beneficij 24. Nouembris 1614. co-
ram R.P.D. Vbaldo, vbi fuit dictum, quòd multi ex Do-
minis valdè dubitabant: imò quòd inclinabant in con-
trariam sententiam, quòd stante clausula (*sine præiudicio*
*executionis*) non posset nisi via ordinaria executio à Iu-
dice à quo facta, reuocari; sed nihilominus Rota postea
pluries sequuta fuit primam opinionem, & per viam at-
tentatorum, & etiam manutentionis reuocauit executio-
nem nulliter factam à Iudice à quo, vt fuit latè resolutum
in Verdunen. Vicariæ 1. Iunij 1616. coram R.P.D Burato,
& in Senogallien. Bonorum 14. Aprilis 1617. coram R. P.
D. Remboldo, in quibus decisionibus dicitur, quòd per
d. clausulam censetur reseruata executio Iudici à quo, &
executori, quatenus de iure sit locus executioni, & exe-
cutio ritè & rectè fiat, & non aliter, & hæc opinio eo
magis de plano procedit, si pars obtinuisset nouam Com-
missionem cum facultate manutenendi, vt fuit considera-
tum in dicta Verdunen. coram R. P. D. Buratto.

*Oliuerius Beltraminus.*



---

## Callien. Fructuum.

*Veneris* 28 *Februarij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Fructuum perceptio præsumitur in vim tituli præcedentis, non autem iure familiaritatis, etiam si titulus ille esset nullus. Et propterea confessio perceptionis fructuum iure familiaritatis, dum præcedit titulus, potest hac qualitate familiaritatis reiecta, acceptari.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confessio in responsione ad positiones plenè probat contra confitentem.*
2 *In toto includitur pars.*
3 *Titulus præcedens tollit præsumptionem iuris familiaritatis. & num.* 9.
4 *Etiam si titulus esset nullus.*
5 *Ex titulo præambulo præcedentis conuentionis quis præsumitur percipere fructus.*
6 *Etiam si conuentio esset nulla.*
7 *Ex causa potius necessaria, quàm voluntaria præsumitur actus gestus.*
8 *Confessio, quæ habet contra se iuris præsumptionem, potest in parte tantùm acceptari, & num.* 10.
11 *Hoc non procedit, quando qualitas, quæ habet contra se iuris præsumptionem, esset talis, quæ tolleret actum.*

### DECISIO CXII.

FVit resolutum, informante tantùm Horatio, dan-
dum esse illi mandatum de manutenendo in per-
ceptione medietatis fructuum, de quibus agitur, cùm
de quasi possessione constet ex confessione aduersarij
facta respondendo propositionibus Horatij † quę con- 1
tra ipsum plenè probat, *l. procuratore*, & ibi not. *ff. de*
*instr. act.* Abb. *in c. quamuis, n.* 4. *de re iudic.* Aym. *cons.* 217.
*n.* 9. Non obstat, quòd in responsione fateatur de in-
tegris fructibus, † quia in perceptione omnium fru- 2
ctuum includitur perceptio medietatis, *l. diem proferre,*
*§. si plures, in vers. inde quæritur, ff. de arbitr. c.* 1. *eod. tit. lib.* 6.
Et pars illa confessionis, quæ non annullat, & perimit
ipsam confessionem factam in positionibus reiici po-
test, ita vt alia remaneat, vt fuit dictum in vna Roma-
na Hæreditatis, seu Census 7. Iunij 1588. coram Illu-
strissimo Platto, & stante conuentione inter partes ini-
ta, & beneplacito Apostolico munita, non potest præ-
sumi, quòd Horatius, vel Pater perceperit fructus iure
familiaritatis, sed potius iure proprio, quia † stante ti- 3
tulo cesset præsumptio iuris familiaritatis, Angel. *in l.*
*assiduis. C. qui pot. in pign. hab.* Imol. Rom. & Alex. *in l.*
*qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poss.* Soc. *cons.* 131. *sub*
*n.* 4. *lib.* 1. Cur. Iun. *cons.* 168. *n.* 34. Natt. *cons.* 502. *n.* 14.
etiam † titulus esset nullus, Curt. Iun. *vbi supra*, Ce- 4
phal. *cons.* 4. *n.* 39. *in fin.* [a] & præsumitur percipere † hos 5
fructus ex titulo præambulo dictæ conuentionis, *l.* 1. a
*§.* 1. *ff. de excep. rei iud. l.* 2. *vbi glos. C. de acqu. possess.* latè
Alciat. *præsumpt.* 23. *n* 1. *reg.* 2. † quamuis conuentio 6
esset nulla. Alciat. *d. præsumpt. n.* 5. & fuit dictum in vna
Bononien. Terrarum 29 Maij. 1579. coram Cantuccio,
& sic etiam cessat, quòd respondendo dicitur tacuisse
propter reuerentiam, † quia cùm præsumptio sit, quòd 7

potius ex causa necessaria, quàm voluntaria tacuerit,
Bart. *in l. 2. n. 3. ff. de cond. & demonst.* Aym. *Consil.* 108. *n.*
8 8. *&* 149. *n.* 12. † & propterea confessio aduersarij ha-
beat in hoc contra se præsumptionem; potest quali-
tate reiecta acceptari, Bart. *in l. Aurelius, §. Idem quæsiit,*
*ff. de lib. leg.* Marthes. *not.* 37. *n.* 8. Purpur. *cons.* 242. *n.* 6.
Aym. *cons.* 150 *n.* 5. & fuit dictum in illa Romana Hæ-
b reditatis coram Illustrissimo Piatro [b].

### *ANNOTATIO.*

9 a Socin. Sen. *cons.* 13. *n.* 18. *lib.* 4 † Menoch. *de præsumpt. lib. 6 præsumpt.* 67. *n.* 9. Put. *decis.* 75. *lib.* 3. Rot. *dec.* 104. *n.* 1. *par.* 2 *diuers.*

10 b Et passim Rota sequitur opinionem, quòd † qualitas diuidi possit à confessione, quando qualitas habet contra se præsumptionem iuris, Rot. *decis.* 525. *n.* 2. *& decis.* 772. *n.* 12. *par.* 2. *in recent* & Rot. *decis.* 802 *n.* 3. *par.* 1 *diuers.* Limita hoc non procedere, quando qualitas esset talis quæ faceret, vt quod actum videtur, actum non sit, tunc enim etiam si sit contra iuris præsumptionem, non potest diuidi à confessione, Rot. *dec.* 123. *n.* 7. *& 8 inter impress. penes modern. Perus. Cunc. de cens.* vbi fuit dictum, quòd confessio emissæ professionis cum qualitate metus non poterat acceptari, reiecta qualitate metus, & nihilominus metus est qualitas, quæ est contra iuris præsumptionem.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Rauennaten. fructuum Dotis.

*Veneris 28. Februarij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Fructus dotis quando debeantur post dotem exactam, & quando per taciturnitatem longi temporis censeantur remissi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dotis fructus ad rationem septem pro centenario debentur iuxta formam Statuti Rauennaten.*
*An huiusmodi Statuta valeant. Vide n. 9.*
2 *Fructus dotis etiam post dotem exactam debentur reprobata opinione contraria, & latè sub n. 11.*
3 *Et tantò magis quando fructus debentur ex Statuto.*
4 *Fructus debiti iure actionis peti possunt, etiam post receptionem sortis principalis.*
5 *Fructus peti possunt etiam post receptionem sortis principalis, quando in ipsa receptione creditor reseruauit sibi expressè ius quoad fructus.*
6 *Fructus an censeantur remissi ex taciturnitate longi temporis, est valdè controuersum*
7 *Non censentur remissi, quando sunt debiti conditione ex Statuto.*
8 *Fructus quòd censeantur remissi ex lapsu decennij est fundatum in præsumpta donatione.*
10 *Et ideò non habet locum stante expressa protestatione præseruatiua illorum.*

### DECISIO XCIII.

1 DOmini vnanimiter censuerunt † deberi equiti
Antonello fructus dotis ad rationem septem pro
a centenario iuxta formam Statuti Rauennaten. [a] Cùm
enim habeamus dispositionem Statuti à Sede Aposto-
lica confirmati claram, ab ea non est recedendum, *l. ille*
*aut ille. §. cùm in verb. i, ff. de leg.* 1. Capr. *cons.* 52. *num.* 3.
2 † Non obstat, quòd post dotem exactam non debean-
tur fructus, tanquam accessorij ad dotem ipsam, & of-
b ficio Iudicis debiti, [b] iuxta latè tradita per Gabr. *cons.*
145. *lib.* 2. quia contrarium tenet Bal. Nouell. *de dot.*
*par.* 2. *n.* 11. Io. Lopes *in c. per vestras, in 6. notab.* §. 8. *n.* 6.
& alij quos secuta est Rota in causa Romana consi-
gnationis depositi 24. Maij 1595. coram R. P. D. meo
Penia, in qua fuit plenè hæc materia discussa; & sine
difficultate in casu nostro procedit. † quia cùm fructus 3
debeantur conditione ex Statuto, Paul. de Montepic.
*cons.* 19. *n.* 13. † quando iure actionis sunt debiti, non 4
præiudicat receptio sortis principalis D D. *in l. centum*
*Capua*, vbi Ias. *sub n. 6 vers. vltimo aduerte ff. de eo quod*
*certo loco*, cum aliis per Rimin. Iun. *cons.* 67. *sub n.* 28. † Ac- 5
cedit quòd Eques Antonellus recepit dotem cum pro-
testatione fructuum, cui aduersarius non contradixit, ita
vt per receptionem sortis non fecerit sibi præiudicium
quoad fructus, Ias. de commun. *in l. fin. sub n. 4. vers. quod*
*tenendum ff. de eo quod cert. loc.* † Non obstat, quòd per 6
taciturnitatem longi temporis videatur remisisse, ex
doctr. Bald. *in cons.* 474. *lib.* 3. Quia vltra quod eius opi-
nio est multum controuersa, quicquid sit de eius veri-
tate non potest habere locum in casu isto, † quia fru- 7
ctus sunt debiti conditione ex Statuto, Paul. de Mon-
tepic. *d. cons.* 19. *n.* 13. qui etiam eam limitat, quando sta-
tutum non solùm marito, & vxori, sed etiam aliis con-
cedit actionem, prout Statutum Rauennaten. Vlterius
non potest applicari dictum Bal. quia negatur in facto,
quòd effluxerit decennium à die moræ, Dec. *cons.* 570.
*sub n. 6. vers. 2. respondetur.* Natt. *cons.* 495. *n.* 3 Grammat.
*decis.* 70. *n.* 2. *in fin.* † Præterea opinio Bal. fundatur in 8
tacita remissione, & præsumpta donatione, vt ipsemet
dicit, & tradit Dec. *vbi supra sub n. 6. vers. tertiò potest re-*
*spondeti*, Alciat. *præsumpt.* 32. *sub n. 8. reg.* 1. Grammat. *d.*
*decis. n.* 4. & probat textus adductus per Bald. *in l. cùm*
*quidam, §. Dinus de vsur.* ibi (*vt gratior apud eum esses*) &
habet locum in eo, qui tacet, nec aliquid protestatur,
Dec. *vbi supra vers. quartò considerandum*, Grat. *cons.* 57.
*n.* 6. *lib.* 1. & propterea talis præsumptio cessat in Equi-
te de fructibus consequendis sæpius protestante.

### *ANNOTATIO.*

a Huiusmodi † Statuta taxantia fructus dotis ad rationem certæ quantitatis, an sint valida est satis controuersum inter Doct. nam illa non valere latè defendit Barbosa plures cumulans *de sol. mat. l. 2. in prin. n.* 43. vbi testatur de veriori opinione reprobando contrariam, in contrarium verò tenet Surd. post cumulatos per eum *in tract. de alim. tit. 1. quæst.* 42. *n.* 27. & plures etiam cumulat, Aldouin. *cons.* 84. *n.* 9. Molin. *de contract. tom* 2. *disp.* 321. *col. pen. in fin.* & hanc etiam opinionem sequitur Rota, vt *in decis.* 574. *n.* 1. *&* 2. *par.* 2. *in recent. & decis.* 471. *n.* 2. *par.* 1. *in recent.* in quibus decis. Rota dixit esse validam consuetudinem, quę taxat fructus dotis ad certam quantitatem, & sicut est valida consuetudo, ita etiam & Statutum, cùm consuetudo sit ius non scriptum, §. *ex non scripto, Inst. de iure gent.* & hanc opinionem pro validitate Statuti transire de plano, quando adest confirmatio Apostolica dicit Gabr. *cons.* 153. *n.* 3. *lib.* 2. Grat. *Discep. c.* 466. *n.* 12. *& seq.* sed apud me hoc, quod dicitur de cōfirmatione non transit sine difficultate, præsupposito, quòd Statutum absque confirmatione non valeret vti vsurarium, prout tenent DD. contrariam opinionem sequentes, confirmatio enim Papæ non tollit vitium vsuræ, *c. super eo de vsur.* Rot. *decis.* 292. *sub n.* 3. *&* 4 *par.* 1. *in recent.* cùm vsuræ sint prohibitæ, etiam de iure diuino, Rot. *decis.* 67. *n.* 3. *par.* 1. *diuers.* 9

b Hanc † materiam, An, & quando recipiens dotem sibi præiudicet in fructibus, latè tractat Surd. *de alim. tit. 1. q.* 45. & negatiuam opinionem firmauit Rota reprobando in specie, cons. Gabr. 145. *lib.* 2. in Romana fructuum dotis 23. Ianu. 1608. coram Card. Sacrato, & etiam sensit Rota in Romana Consignationis depositi 14. Maij 1595. coram Penia, vbi dicitur contrariam procedere in vsuris odiosis, secus autem in fauorabilibus, prout etiam hanc distinctionem inter vsuras fauorabiles, & odiosas ad istum effectum in terminis fructuum debitorum ex æquitate legis curabit, quæ pari passu procedunt cum fructibus dotalibus, optimè defendit Hond. *cons.* 30. *n.* 52. *& seq. lib.* 1. contrariam tamen opinionē latè defendit Grat. *Discept. forens. cap.* 455. *n.* 26. *& seq.* vbi in fortioribus terminis idē sentit etiam quando recipiēs in actu receptionis, protestatus fuisset de fructibus, & pro eius opinione refert decis. 10

decis. Rot. in Foroliuien. dotis coram bo. me. Bubalo, de qua etiam meminit Mantic. *de tacit. lib. 12. tit. 30. n. 27. in fin.* & quia iste articulus in terminis fructuum debitorum ex æquitate legis curabit, quia vt dixi à pari procedunt cum fructibus dotis, pendet hodie in Rota in Romana Pecuniaria coram R. P. D. Coccino, & prius fuit agitata coram R.P.D. Pamphilio, in qua causa ego defendo opinionem negatiuam, scilicet, non censeri fructus remissos, & dubium sæpius fuit propositum, & non resolutum, ideò erit expectanda Rotæ resolutio

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Braccharen. Beneficij.

*Lunæ 3. Martij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Lis vt introducta dicatur, requiritur Commissio, vnà cum citatione reproducta, & vt dicatur introducta contra non nominatum in Commissione vigore clausulæ (*omnésque alios*) non requiritur expressio in prima citatione. Ex quibus probetur negatiua non iuris alicuius, & per quem debeat probari negatiua residentiæ Episcopi ad effectum excludendi alternatiuam, & alia plura deducuntur circa gratiam (*si neutri.*)

### *SVMMARIVM.*

1 *Gratia* (si neutri) *requirit litem de tempore impetrationis.*

2 *Lis non inducitur ex sola impetratione Commissionis aduersus eum, contra quem fuit impetrata, sed vlterius requiritur citatio reproducta.*

3 *Clausula* (omnésque alios) *contenta in Commissione operatur, vt etiam tertius possit citari.*

4 *Crescentij decis. 3. de dilat. non seruatur.*

5 *Tertio venienti ad causam in statu, & terminis Commissio suffragatur.*

6 *Citationis executio satis iustificatur ex productione mandati, & ex comparitionibus Procuratoris.*

*Gratia* (si neutri) *an, & quando requirat expeditionem literarum.*

7 *Gratia* (si neutri) *quantum ad ius aduersarij, satis iustificatur ex eo, quod in actis non cōstat de aliquo eius iure.*

8 *Quod procedit etiam si causa reperiatur in prima instantia commissa.*

9 *Alternatiuam Episcopi allegans non tenetur probare residentiam Episcopi, sed sufficit docere de acceptatione alternatiuæ, & onus probandi non residentiam incumbit venienti aduersus alternatiuā. De quo tamen vide n. 11.*

10 *Deuolutioni non est locus stante lite, quia interim non currit tempus.*

### DECISIO XCIV.

DVbitaui an gratia (*si neutri*) D. Mathiæ sit iustificata, & omissis aliis narratis, & præsertim iustificatione valoris, quæ particulari dubio erit discutienda, fuit tantùm actum de lite, & non iure Gasparis, & conclusum, quoad vtrumque caput gratiam esse iusti-
1 ficatam; † nam quoad litem, quæ requiritur de tempore impetratæ gratiæ, Rebuff. *in prax. in tit. de rescript. si neutri, n. 15.* Sarnen. *de Annal. quæst. 28. vers. præterea,*
a ᵃ quando ea non posset deduci ex commissione Matthiæ super nullitate prouisionis Gasparis, directa R. P.
2 D. meo Sacrato, † quia ex sola impetratione Commissionis non inducitur lis aduersus eum, contra quem fuit impetrata, cùm requiratur vlterius citatio reproducta *clem. fin.* & ibi not. *vt lit. penden.* Rot. *decis. 4. in fin. eodem tit. in antiq.* Dec. *consil. 460 num. 28.* Cassad. *decis. 1. num. 4. vt lit. penden.* Fuit dictum in Concheo. euictionis 22. Martij 1599. coram bo. me. Orano, & licèt D. Matthias replicet satis probari citationem ex productione mandati in causa, tamen in hoc non est laborandum; quia respectu Commissionis coram me productæ, satis de lite apparet; † vigore enim clausulæ 3
(*omnesq; alios*) potuit Gaspar citari. Abb. *in c. veniens, el secondo, n. 8. de test.* Put. *decis. 25. de Iudic.* Mohed. *decis. 5. eod. tit.* & fuit resolutum in causa Caputaqu. Beneficij 27. Nouembris 1589. coram Bubalo, & in vna Regien. Canonicatus coram R.P.D. meo Mellino 26. Ianuarij 1596. propterea cùm adsit citatio vigore huiusmodi Commissionis contra Gasparem personaliter executa die 8. Iunij, & ante gratiam (*si neutri*) & postea 19. Octobris fuerit exhibitus processus cum executione citationis, non videtur de lite dubitandum, præsertim concurrentibus etiam actibus positiuis Procuratoris Gasparis ante gratiam (*si neutri*) Ad *decis.* † Crescent. 3. 4
*de dilat.* in contrarium allegatam, quòd ad effectum litis requirebatur Gasparem nominatum fuisse in prima citatione; fuit dictum illam non seruari, quia Rota seruat non esse necessariam expressionem in prima citatione, & posse fieri in partibus, Cassad. *decis. 2. de dol. & contum.* † & Commissio suffragatur etiam tertio ve- 5
nienti ad causam in statu, & terminis, Put. *dec. 385. lib. 1.* Achil. *dec. 2. vt lit. pend.* & quòd illa decisio non seruetur, fuit dictum in causa Bononien. de Ponticulo 22. Martij 1574. coram Robusterio, vltra quod illa non est decisio Rotæ, sed opinio ipsius Crescentij; & licèt huiusmodi citatio negaretur ex parte Gasparis, tamen Dominis oculata fide apparuit esse verum, quòd vltra citationem vigore Compulsorialium, coram Iudice Compulsore, adest etiam relatio citationis vigore Commissionis ad comparendum in Curia, nec fuit habita consideratio eius, quòd ex aduerso dicebatur relationem Notarij non habere Testes, quia vltra quod non est verum in facto,
† ex productione mandati in causa, & ex comparitio- 6
nibus Procuratoris satis iustificatur executio citationis, vt fuit dictum in Mediolanen. matrimonij 3. Februarij 1584. coram Reuerendiss. Patriarcha Alexandrino: Non obstat regula 13. *de Commiss. causarū, literis non expeditis*, quia fuerunt expeditæ literæ gratiæ principalis, & quantùm ad gratiam (*si neutri*) cùm non requirat aliam litem nouam, & diuersam à prima, sufficit, quòd literæ expediantur, quando petitur illarum canonizatio, Put. *decis. 24. de Iudic.* † Quantum autem ad non 7
ius Gasparis fuit dictum gratiam satis iustificari, ex eo quòd de nullo eius iure in actis apparet, vt fuit resolutum in Fesulana Præposituræ 27. Ianuarij 1563. coram
Robusterio, & sæpius in aliis. † Non obstat, quòd causa 8
est commissa in Curia in prima instantia, & propterea non mirum, si non constet de iustificatione, cùm non adsint aliqua acta, quia siue in prima, siue in aliis instantiis versemur, semper verum erit dicere gratiam non iustificari ex actis, & propterea ex eis apparere de non
iure. † Nec placuit, quod dicitur gratiam Gasparis iu- 9
stificari ex vacatione in mense Octobris, quia datur acceptatio alternatiuæ, & quamuis alternatiua non suffragetur Episcopo non residenti, tamen onus probandi non residentiam incumbit Gaspari, quia Matthias habet fundatam intentionem suam in acceptatione alternatiuæ, & si Gaspar dicit, quòd alternatiua non suffragetur propter non residentiam, habet id probare,
vti fundamentum suæ intentionis: ᵇ Vltra quod Gaspar b
in sua gratia (*perinde valere*) narrat Ordinarium gaudere alternatiua. Non obstat, quòd constat de iure Gasparis; quia eius gratia comprehendit etiam caput deuolutionis, & Beneficium erat deuolutum propter negligen-
tiam Patronorum & Episcopi, † quia, cùm esset lis non 10
solùm inter Patronos, sed etiam inter præsentatos, non est locus deuolutioni, nec intrat dispositio, *c. quoniam de*

*iurepatr.* Io.Andr.*in. c.cùm nos n. 2.vers.* Vnde iura Ant. de Burt.*n.7.vers.iura ergo*, Imol. *num.7.vers.nec obstat, de offic.ordin.* Lap. *alleg.* 78.*n.* 15.cum aliis allegatis in causa Dertonen. Iurispatronatus 19. Februarij 1601. coram R. P. D. meo Penia.

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd gratia (*si neutri*) requirat litem de tempore datæ, Verall.*decis.34.n.1.& seq.par.2.* Mantic. *decis.50. n.1.* Rota *dec.455.n.1. par.2 in recent.* Garz. *de benef.par.6. c.2.n.212. & seq.* & sicut piscis non potest esse sine aqua, ita nec gratia (*si neutri*) sine lite, vt fuit dictum in Salmantina Archidiaconatus 16.Iunij 1581. coram Rubeo, & quòd non concedatur pro lite mouenda, Verall. *dec.34 n.4.par. 2.* & fuit dictum in Verdunen. Canonicatus coram R.P. D.Pamphilio impressa penes Garz. *de benef.p.5. c.3.n.44.* Et est adeò verum requiri litem de tempore datæ dictæ gratiæ, vt si tunc esset citatio exequuta, sed non reproducta, & post datam gratiæ reproducta sit, non sufficeret, cùm reproductio sit necessaria ad inducendam litem respectu rei, ita dixit Rota in Legionen. Parochialis 16. Maij 1603. coram R.P.D. Ortembergo: Benè verum est, quòd non est necessaria vera lis, sed sufficit lis de facto, Mantic. *dec.99.n.4.* vbi dicitur fuisse sæpius resolutum, & fuit dictum etiam coram eod. Sanctiss. in Toletana Archipresbyteratus 24.Ianuarij 1603.de qua infra: Si tamen adesset defectus iurisdictionis in iudice, tunc non dicetur adesse lis, neque de facto ad effectum gratiæ (*si neutri*) vt fuit dictum in Placentina Decanatus 12. Nouembris 1593 coram bo.me.Penia, & faciunt tradita per Paris.*de resign.lib.2.quæst.3.n.46.& seq.* prout etiam si de tempore obtentæ gratiæ (*si neutri*) impetrans incidisset in regulam de Annali, non dicitur lis aliqua extare, cùm d.regula tollat primam gratiam cum omnibus inde secutis, & proinde etiam litem; ita fuit dictum in Cremonen. Beneficij 9. Decembris 1598. coram Gypsio.

11 Circa † hanc conclusionem firmatam in d. decisione est considerandum, quòd cùm alternatiua requirat qualitatem residentiæ, videtur, quòd ille, qui se fundat in alternatiua probare etiam debeat dictam qualitatem residentiæ, prout hanc opinionem Rota firmauit in Illerden. Portionis 1.Iunij 1606.coram bo me.Penia; & hãc etiam opinionem sequitur Gonzal.*super reg. 8. glos.43. n.92. & seq.* & Garz.*de benef. par.5.cap.1.n.502.& seq.* Et licèt Gonzal.id limitet, quando prouisus ab Ordinario esset actor, secus autem si esset possessor, & reus, prout etiam inridenter idem videtur sensisse Rota *in decis.652. n.4.par.1. in recent.* nihilominus etiam prouisio ab Ordinario vigore alternatiuæ, licèt sit in possessione, incumbere onus probandi residentiam, firmauit Rota in d.Illerden. Portionis, & id videtur fundatum optima ratione; quia prouisus Apostolicus satis fundat suam intentionem in regula reseruatoria octo mensium; Postquam autem actor fundauit plenè suam intentionem, etiam reus, & possessor debet probare plenè suam exceptionem, Dec. *in c.in præsentia.n. 48.& 49. de probationibus*, Rot. *decis. 75.n.1.& decis. 618. n.5. par.1. diu.* propterea cùm prouisus ab Ordinario fundet suam exceptionem in alternatiua, & alternatiua requirat qualitatem residentiæ, non sufficit reo probare acceptationem alternatiuæ; nisi etiam probata hac qualitate residentiæ ex vulgari regula, quòd fundans se in dispositione requirente aliquam qualitatem, debet probare illam qualitatem, Paris.*cons.56.n.14.lib.3.* Ossasc. *decis.165.n.6.* & in specie, quòd excipiens probare debeat omnes qualitates necessarias ad effectum, vt intentio sua concludat; dicit Franch. *in cap. 1. in 1. not. de præscript.in 6.* & fuit dictum in Romana Incendij 24. Nouembris 1606. coram Sanctissimo, de qua infra, vbi datur exemplum de excipiente de resignatione, qui tenetur probare qualitatem publicationis necessariæ ad validitatem resignationis.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Egitanien. Canonicatus.

*Mercurij 5. Martij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Alternatiua non habet locum in Canonicatibus simultaneæ collationis, non obstante diuisione turni facta inter Episcopum, & Capitulum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Canonicatuum collatio in Cathedrali est simultanea Episcopi cum Capitulo.*

2 *Alternatiua non intrat in beneficiis simultanea collationis, & sub num.6.*

*Amplia etiam si adsit concordia, in qua Capitulum concessit Episcopo collationem Canonicatuum vacantium in suo turno, si in confirmatione d.concordiæ expressè fuerit dictum, quòd Episcopus non posset conferre, nisi in mensibus, in quibus Capitulum conferre potest, sub num. 4. & 7.*

3 *Status vltimus sufficit ad sustinendam collationem factam vti de reseruato.*

5 *Iure alterius vtens non potest habere plus iuris, quàm habeat ille, cuius iure vtitur.*

7 *Alternatiua an comprehendat beneficia, quæ non sunt de sui natura liberæ collationis, sed simultaneæ, stante diuisione iuris conferend. per turnum.*

### DECISIO XCV.

GRatia Sebastiani est iustificata quoad reseruationem: nam quòd Canonicatus vacauerit de mense Augusti est in confesso apud partes; solùm controuertitur, An Episcopus gaudeat alternatiua etiam quoad Canonicatus, & per consequens mensis Augusti, vti alternatus spectet ad Episcopum, † Verùm cùm 1 agatur de Canonicatibus in Ecclesia Cathedrali, in quibus de iure cõmuni collationem habet cõmunem cum Capitulo, Glos. *in c.cùm Ecclesia Volterana*, vbi Abb. *n.8.de elect.* Cassad. *decis.2.de praben.* Put.*decis.27.eodem tit.* & fuit sæpius dictum †, non intrat alternatiua, sed 2 excluditur à simultanea, [a] *c. cùm in illis, §. si de beneficio*, a & ibi not. *de præb. in 6.* fuit dictum in Salamantina Portionis 30. Aprilis, & 5. Maij 1599. coram R. P. D. meo Mellino, & sæpius in aliis, Et tantò magis, quia vacante Scholastria, quæ est dignitas in eadem Ecclesia Cathedrali de Mense Octobris, & alio Canonicatu in Mense Augusti, Papa contulit vti reseruatos, & prouisiones Apostolicæ sortitæ sunt effectum, quæ sunt vltimæ, & demonstrant vltimum statum, & quasi possessionem †, & sufficiunt ad sustinendam collationem 3 factam, vti de reseruato, Calder. *cons. 25. de præb.* Put. *decis.206.lib.1.* Mohed. *decis.8.de priuileg.* fuit dictum in Vicen. beneficij 19. Nouembris 1599. coram R. P. D. meo Decano; & in Gerunden. beneficij 11. Decembris eiusdem anni coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino †; Non obstat concordia, in qua Capitulum 4 concessit Episcopo collationem Canonicatuum vacantium in suo turno, [b] quia in confirmatione expres- b sè statuitur, quòd Episcopus non possit conferre etiam vigore alternatiuæ, nisi in mensibus, in quibus Capitulum conferebat. Vnde cùm vltra confirmationem Capitulum nihil prætendere possit, vt fuit dictum in vna Colimbrien. Canonicatus 24. Maij 1599. coram R. P. D. meo Mellino, † sicut Capitulum non poterat con- 5 ferre in mensibus reseruatis; ita nec Episcopus, qui iure Capituli vtitur, *ad l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur.*

ANNO

*ANNOTATIO.*

a Et † . quòd alternatiua non comprehendat beneficia simultaneæ collationis, latè Gonzal. *super regul. 8 glos. 45.* & latè Garz. *de benefic. par. 5. cap. 1. n. 474.* vbi refert plures decisiones Rotæ, & declarat quando dicatur libera collatio Episcopi.

6 b Quando Episcopus, & Capitulum diuidunt per turnum ius, & exercitium † conferendi beneficia simultaneç collationis, tunc Episcopus in suo turno, respectu dictorum beneficiorum, gaudet alternatiua, quia tunc verum est dicere, quòd Episcopus liberè confert, Seraph. *decis. 1296. n. 8.* & alias decisiones refert, & sequitur Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. n. 708.* & plenè Gonzal. *d. glos. 45. §. 1. n. 13. & seq.* prout etiam hanc opinionem tenuit Rota, *decis. 232. sub num. 4. par. 1. in recent.* & in Tirasonen. Canonicatus 17. Iunij 1610. coram R. P. D. Pitouano.

7 Limitantur prædicta non procedere, quando huiusmodi diuisio esset confirmata à Sede Apostolica, cum clausula (*saluis affectionibus, & reseruationibus, & sine earu præiudicio*) tunc enim etiam si Episcopus habeat liberã collationem beneficiorum vacantium in suo turno, tamen non gaudet alternatiua, Gonz. *d. glos. 45. §. 1. num. 74. iunctonum. 65. & seq* & Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. n. 724. & seq.* & fuit dictum in Barbastren. Archipresbyteratus 15. Iunij 1615. coram R. P. D. Pitouano, & latissimè in eadem 15. Aprilis 1619. coram R. P. D. Vbaldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. Prioratus.

*Mercurij 5. Martij 1613.*

### ARGVMENTVM.

Recursus præsumitur habitus ab habente interesse, quando non constat nisi de interesse illius tantùm, sed si plures habent interesse, tunc præsumptio est æquiuoca, & non potest in pœnam dicti recursus deueniri contra vnum ad relaxationem censurarum, quæ requirunt plenam probationem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Recursus ad Iudices laicos præsumuntur prouenire ab habente interesse, quod tamen non procedit, vbi agitur de graui præiudicio, num. 7.*

2 *Si plures sunt, qui possunt habere interesse, præsumptio est æquiuoca, & num. 6.*

3 *Recursus ad effectum incursus censurarum requirunt certam, & plenam probationem.*

4 *Testes etiam nulliter examinati reddunt turbidam iuris præsumptionem.*

5 *Recursus habitus ab vno ex consanguineis præsumitur de mandato consanguinei habentis principale interesse.*

### DECISIO XCVI.

DOmini eum præsupposito, quòd fuerint restituti omnes fructus percepti à Gundisaluo, seu eius
1 nomine, dixerunt eum absoluendum à censuris, † quia
licèt impedimenta, & recursus præsumantur prouenire
ab habentibus interesse, vt fuit sæpius resolutum, & signanter in causa Carthaginen. portionis 14. Nouembris 1594. coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino, & in Ciuitaten. Scholastriæ 24. Martij 1597. co-
2 ram R. P. D. Decano, † tamen cùm agatur non solùm
de interesse Gundisalui præsentati, sed etiam de interesse Marchionis de Saluz præsentantis, vt præsentatio per ipsum facta sortiatur effectum, & non prouisio
Apostolica, in ista præsumptione æquiuoca, non vide-
a tur posse fieri fundamentum solidum contra Gundi-
3 saluum † [a] præsertim ad effectum censuratum requirentium certam, & plenam probationem, [b] & tantò b
magis, quia plures testes dantur, qui dicunt impedimenta fuisse præstita ad instantiam Marchionis, † qui 4
licèt sint nulliter examinati, tamen negari non potest,
quin reddant magis turbidam, & elidant præsumptionem quæ potuisset oriri contra Gundisaluum. Non obstat tex. *in c. constitutus il primo de test.* quia ibi interesse
erat solius Episcopi, qui erat delatus de crimine Simoniæ, & ideo † impedimentum præstitum ab eius con- 5
sanguineis præsumitur præstitum eo mandante, & ibi
considerat Summus Pontifex, quòd Archiepiscopus poterat prohibere, si volebat, quod non contingit in casu isto, attenta qualitate personæ Marchionis; Non obstant literæ Procuratoris Commissarij, quia notum est Commissarium constituere Procuratores nominatos à Prouisis, & ideo istæ literæ non sunt attendendæ.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd † qoando Recursus potuerunt haberi à pluribua 6
non probantur certitudinalem contra vnum, nisi ille fuerit nominatus, Rot. *decis. 191. n. 5. par. 2. in recent. & dec. 534. n. 8. in fin. par. 1. in recent.*

b Præsumptio ista, † quòd Recursus præsumatur habitus ab 7
habenre interesse, non procedit, vbi agitur de graui præiudicio, Rot. *decis. 634. n. 8. & dec. 602. n. 3. par. 1. in recent.* & fuit dictum in Calaguritana beneficij 16. Febru. 1620. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi dicitur præsumptionem habere locum solùm, quando agitur ad effectum denegandi audientiam, & non habere locum ad effectum declarationis censurarum dixit etiam Rot. *decis. 751. n. 3. par. 2. in recent.* vbi fuerunt per errorem omissa hæc verba (*quæ & si præsumantur gesta de mandato Martini*) post illud verbum (*Et si*)

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fructuum Dotis.

*Lunæ 10. Martij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Vxori non competit actio ad fructus dotis promissæ viro ipsa absente, nisi Notarius stipulatus fuerit fauore omnium, quorum interest, quæ clausula acquirit ius omnibus, quorum interest, etiam sine cessione, maximè concurrente Iuramento.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vxori non competit actio ad fructus dotis contra promissorem dotis, quando dos fuit promissa viro ipsa absente, nisi sit ei cessa actio à viro, vel ab hæredibus viri.*

2 *Limita non procedere, quando in instrumento promissionis Notarius stipulatus esset fauore omnium, quorum interest. & interesse potest. & num. 6.*

3 *Stipulatione Notarij fauore omnium, quorum interest, acquiritur ius absenti, etiam sine cessione, & num. 9.*

4 *Maximè accedente iuramento.*
*An sit necessaria ratificatio absentis, num. 8.*

5 *Iuramentum operatur, vt competat actio sine cessione.*

7 *Vxor stante negligentia viri in exigendo dotem, potest ipsa agere pro exactione, etiam si non sibi sed marito facta sit promissio.*

### DECISIO XCVII.

OMissa discussione, an fructus debeantur, de qua, si opus erit, particulariter videbitur, sed præsupposito pro nunc, quòd debeantur; strictè ad dubium, quo quæritur, cui competat actio ad illos exigendum,
fuit conclusum eam competere D. Victoriæ, † licèt 1
aliàs videatur mulierem non posse agere ad fructus, & vsuras dotales, quando fuit dos, ea absente, viro promissa,

missa, nisi actione sibi cessa à viro, vel ab hæredibus vi-
ri, vt per Corn. *cons.212. sub n.1. lib.3.* quia quod statu-
tum est in dote per *l. Soter, §. Lucius, ff. sol. matr. l. si pro te,*
*C. de dot. promiss.* debet habere locum in his fructibus,
qui sunt ad dotem accessorij, vt dicit ibi Corn. Tamen
2 sumus extra istam difficultatem, † cùm D. Victoria non
sit exclusa, imò comprehensa in promissione propter
stipulationem Notarij fauore omnium, quorum in-
a terest, & interesse posset, [a] Guidop. *cons.6.n.6.* Gabr. *de*
3 *iur. dot. concl.3. num.7.* † Ex huiusmodi enim stipulatio-
b ne generali acquiritur absentibus, [b] quorum interest,
c ius sine cessione, [c] Nat. qui de communi *cons. 534.*
*num.8.* Paris. *cons.82. num.2. lib.9.* Afflict. *super const. lib.1.*
*rub.73. sub num. 41. vers. Et hoc habet locum.* Corn. *cons.*
4 139. *num. 6. lib. 3.* † præsertim accedente iuramento.
Alex. *cons.207. n.2. & 208. in princ. lib.7.* Aym. *cons.304.*
*col.2. vers. Secundò respondeo,* Hier. Gabr. *cons. 129. n.9. lib.*
5 1. Gabr. *dicta conclus.3. n.4.* † Est enim de natura iuramen-
ti, vt eo interueniente quæratur actio sine cessione,
Rom. *cons.76. ante num. 1.* Ias. *in l. stipulatio, §. si stipuler*
*in fin. ff. de verb. oblig.* Non obstat, quod dicitur de ali-
mentis præstitis D. Victoriæ à D. Prospero, quia vltra
quod Domina Victoria id negat, istud daret actionem
D. Prospero pro eorum repetitione contra ipsam D.
Victoriam, non tamen tolleret actionem illi compe-
tentem ad fructus dotis contra dotis promissores.

*ANNOTATIO.*

6 a Cùm † hodie in instrumentis dotalibus apponatur clau-
sula Cameralis, quæ habet in ventre stipulationem pro
omnibus, quorum interest, poterit vxor, pro dote promis-
sa non sibi, sed marito, agere, ita fuit dictum in Romana
dotis 18. Aprilis *1619.* coram Vbaldo, vbi etiam dicitur,
quòd in casu, in quo vxori ex promissione facta à mari-
7 to non competeret principaliter actio, † nihilominus
stante negligentia viri in exigendo, posset implorare Iu-
dicis officium pro exactione suæ dotis.
8 b Est satis controuersa quæstio an ex stipulatione † Nota-
rij acquiratur ius absenti sine ratificatione, & accepta-
tione, de qua latissimè per Rot. *decis.12. par.1. in recent.* vbi
infiniti hinc inde cumulantur, & Rota sequitur hanc di-
stinctionem, quòd aut agitur ad effectum, vt sit acquisi-
tum ius, seu dominium absenti, & tunc requiritur acce-
ptatio absentis, aut ad effectum, quòd non possit ante ra-
tificationem absentis ille, qui se obligauit, pœnitere, &
tunc non est necessaria acceptatio, ita distinxit Rota *in*
*decis.683. n.4. par.1. diuers. & in recen. par.2. decis.369. n.3. &*
*decis.488. sub num.6.* & benè etiam declarat Surd. *cons.60.*
*sub num. 16.* Et cum hac distinctione ad concordiam re-
ducuntur duæ decisiones, quæ videntur contrariæ, scili-
cet *decis. 262. sub n. 5. par. 1. in recent.* vbi firmatur, quòd
magis communis opinio est, quòd per stipulationem No-
tarij acquiratur ius absenti, etiam sine ratificatione, cuius
contrarium latè firmatur *in d. decis. 12. sub num. 3. eadem*
*par.1.* Satis tamen dicitur constare de acceptatione, & ra-
tificatione ex sola scientia absentis absque alio actu posi-
tiuo, Gabr. *de verb. signific. concl.1. num.102. in fine,* Gonzal
*super reg.8. glos.26. n.25.* Rota *d. dec.663. n.2. par.1. diuers. &*
*in recent. decis.262. num.2. par.1.* & Rota inter impressas pe-
nes Zach. *decis.124. num.1.* fuit dictum in Nepesina vsus-
fructus 3. Decembris 1607. coram R. P. D. Caualerio, &
latè in Romana donationis 21. Aprilis 1614. coram P. P. D.
Vbaldo. Et ista scientia absentis præsumitur, cùm scientia
præsumatur in iis, quæ afferunt commodum. Menoch. *de*
*præsumpt. lib.6 præsumpt.23. num.84.* & in his terminis Ro-
ta *d. decis. 262. num.6.* vel saltem solis præsumptionibus,
& coniecturis ista scientia probatur, vt ad hoc proposi-
tum fuit latè dictum in d. Romana donationis 21. April.
1614. coram R. P. D. Vbaldo.
9 c Circa † verò illud an stante stipulatione Notarij sit neces-
saria cessio, negatiuam firmat Rota hic, quæ etiam est ma-
gis communis, vt testatur Gabr. *de verb. obligat. concl.1. n.*
*98. vers. contrarium,* item nec etiam esset necessaria cessio,
quando instrumentum est Quarantigiatum, vel continet
obligationem Cameralem. Hond. *cons.25. n.12 lib.2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana prætensæ Hæreditatis.

*Lunæ 10. Martij 1603.*

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis ex pluribus actibus proba-
tur, de quibus in decisione.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreditatis aditio probatur ex possessione rei hæreditariæ, & num.7. vbi declaratur.*
2 *Item aditio probatur ex locatione bonorum hæreditario-rum, & sub num. 8.*
3 *Aditio probatur ex contractu inito super re hæreditaria, etiam in minimo.*
4 *Aditio probatur ex actu, qui citra ius, & nomen hæredis expediri non potest.*
5 *Aditio probatur ex solutione debitorum defuncti, & num. 9. vbi limitatur.*
6 *Promissio de donando non transfert dominium, sed solùm parit actionem personalem contra promissorem.*

DECISIO XCVIII.

VIsum fuit Dominis satis probari Marcellam fuisse
de facto hæredem Marij, & successiuè post eam
Isabellam, & Dominicam ipsius Marcellæ filias: Nam
† quòd Marcella se palàm pro hærede gesserit, ex eo 1
detegitur, quod domum, quæ ipsius Marij fuit, post
eius obitum, vti propriam tenuit, & possedit, [a] Bart. *in* a
*l. pro hærede in princ. ff. de acquir. hæred. & cons. 207. n.3.*
& eam locauit mediante persona Augustini Capotij
eius viri, † per quam locationem probatur aditam fuis- 2
se ab ipsa hæreditatem, [b] Corn. *cons. 130. n. 4. & seqq.* b
*lib. 2.* Marant. *in l. is potest, num. 77. ff. de acquir. hæred.*
seruitutem cuidam fenestræ in ea constituit, & alteri
concessit, † ex contractu enim super re hæreditaria ini- 3
to, etiam in minimo inducitur aditio hæreditatis, Natt.
*cons.448. sub n. 18.* Cæs. de Grass. *decis. 11. n.12. de test.*
Post Marcellam, Isabella, & Dominica continuarunt
possidere dictam domum, vti propriam, & iudicialiter
petierunt illam liberari à censu super ea imposito à
Mario, restituto, seu deposito eius pretio, quod con-
uincit ipsas etiam, mediatè saltem fuisse hæredes Ma-
rij, † cùm sit actus, qui citra ius, & nomen hæredis ex- 4
pediri non possit, *l. pro hærede, §. Papinianus, & l. gerit,*
vbi Bart. *n.19. ff. de acquir hæred. §. fin. Inst. de hæred. qual.*
*& diff.* Probatur insuper Isabellam, & Dominicam
fuisse hæredes Marij, quia citatæ, tamquam hæredes
eiusdem à Præceptore Sancti Spiritus, sustinuerunt li-
tem coram Vicario Vrbis, super solutione censuum
decursorum tempore, quo viuebat Marius, † solutio 5
autem debitorum defuncti spectat ad hæredem, & hæ-
redem designat, Bart. *in l. potuit, num. 20. C. de iur delib.*
Dec. *cons.449. num.9. cum seq.* [c] Quod factum fuit non c
solùm sciente, & patiente Dominico auctore aduersa-
riarum, sed etiam approbante per comparitiones in iu-
dicio factas ab ipso, vti Procuratore Isabellæ, & Do-
minicæ, *l. fin. in princ. ff. de inoff. test.* latè Tiraq. *de retract.*
*lignag. §.1. gloss. 9. n. 167. & seqq.* Nec placuit Dominis,
quod ex aduerso dicitur Dominicum comparuisse, vti
Procuratorem propter donationem ab ipso factam,
† quia vltra quod est promissio de donando, per quam 6
non erat translatum dominium, sed solùm competebat
actio personalis contra Dominicum, *l. si sterilis, §. si vbi*
*fundus, ff. de act. empt. l. qui fundum ff. de contrah. empt.* Aym.
*cons. 184. ante fin.* Quando etiam esset donatio, non es-
set donatio iurium hæreditariorum, aut hæreditatis,
sed donatio particularis iurium certæ domûs, & ad fa-
uorem Isabellæ tantùm, cùm tamẽ iudicium agitatum

fuerit

fuerit,tàm contra Dominicam,quàm contra Isabellam, & vtriusque nomine comparitum per Dominicum, quæ sicut fuerunt conuentæ vti hæredes Marij, ita à Dominico defensæ, nec aliter contingere potuit, quia Hospitale ignotabat talem donationem,nec de ea constabat in actis. Vlterius commissio præsentata apparet sub die 30. Ianuarij 1584. & sic pendente die ante prætensam donationem, quæ fuit facta 10. Februarij eiusdem anni. Accedit etiam, & prædictam aditionem adminiculatur Alexander Cancellarius frater Fabij Patris, qui in relatione calculi per eum facta Marcellam, & Isabellam semel, atque iterum hæredes Marij appellat. Iuuant etiam articuli dati pro parte Marcellæ, & testes super eis examinati, vsque de anno 1564. in quibus articulatur, & probatur Marium nullis relictis filiis decessisse, & post eius mortem Æmiliam, & Marcellam sorores germanas diuisisse bona paterna. ex quibus, & ex aliis, de quibus per informantes simul iunctis,fuit conclusum constare Marcellam,& successiuè Isabellam, & Dominicam fuisse hæredes Marij de facto, quicquid de iure dicendum sit, ad quod spectat discussio super legitimitate, vel illegitimitate Dominici, quo cognito apparebit ad quem de iure spectet hæreditas, & cui dicatur delata.

*ANNOTATIO.*

7 a Ex possessione rei hæreditariæ præsumitur † aditio hæreditatis, quando non constat de alio legitimo titulo possidendi,latè Mâtic.*de coniect.vlt.volunt.lib.*12 *tit.*12.*n.*8 vbi vide tres limitationes. Surd. *cons.*456. *num.*32. dato verò alio titulo possidendi, tunc ex possessione non infertur ad aditionem,Vrsil.ad afflict.*decis.*372.*n.*7. Mantic. *d.tit.*12. *sub num.*8. *vers. Et hoc sanè*, Peregr. *cons.*93.*in fine lib.* 3. & fuit dictum in Romana aditionis hæreditatis 9. Nouembr.1610. coram bo. me. Penia, & in Anconitana censuum 30.April. 1621. coram R.P.D. Buratto. Et nota quòd non potest allegari titulus fideicommissi ad excludendam aditionem, quia possessio fideicommissi non potest capi propria authoritate, sed debet capi authoritate iudicis,vel de manu hæredis, vt fuit dictum in Romana Casalis 16. Iunij 1593. coram Illustrissimo Mellino, & in Romana de Marganis 13.Ianuarij 1603.coram eodem.

b Mantic.*de coniect.vlt.volunt.* † *d.lib.*12.*tit.* 12. *num.*11. Rota *decis.*495.*num.*2.*par.*1.*in recent.* vbi dicitur hoc magis procedere, quando locatur res vti propria, & cum assertione, quòd ad ipsum res spectat.

9 c Solutio debiti hæreditarij, licèt arguat † aditionem, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num.* 80. Mantic. *de coniect.vltim.vol. lib.*12.*tit.*12. *num.*5. si tamen debitum solutum esset modicum, tunc non argueret aditionem, Laderch. Imol. *cons.*3. *num.*5. *vers.quinimò*, Menoch. *cons.* 772. *sub num.*12.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Toletana Archipresbyteratus de Mondesar.

*Lunæ 17. Martij 1603.*

ARGVMENTVM.

Indultum Iuris præsentandi ad beneficia in mensibus reseruatis non suffragatur in locis, vbi Episcopus est Cardinalis.

*SVMMARIVM.*

1 *Indultum conferendi in mensibus reseruatis non suffragatur, vbi Episcopus est Cardinalis,quia tunc nulli adsunt menses reseruati,& sub num.*4.
*Regula* 8. *non excipit, nisi Cardinales ordinarios collatores,& num.*4.

2 *Episcopus ex sua ordinaria facultate habet ius conferendi in omnibus mensibus.*

3 *Indultum concessum Ordinario collatori conferendi in omnibus mensibus nihil de nouo tribuit, sed solum remouet obstaculum, & impedimentum reseruationis regulæ 8.& num.*5.

6 *Indultum conferendi concessum Ordinario collatori non tribuit facultatem conferendi beneficia spectantia ad collatorem inferiorum.*

DECISIO XCIX.

DVbitaui an Petro esset ius quæsitum ex præsentatione Marchionissæ de Mondesar, & Domini negatiuè responderunt,† quia cùm indultum iuris præ- 1
sentandi fuerit à Papa concessum Marchioni solùm in mensibus dispositioni Apostolicæ reseruatis,ita vt nullatenus extendatur ad menses, in quibus Ordinarij sua ordinaria authoritate prouidere possunt, licèt parochialis vacauerit in mense Iulij, cùm tamen tunc Toletanæ Ecclesiæ præsideret Cardinalis Quiroga, nulla potuit ratione mensis dari reseruatio,quia verba regulæ nominatim excipiunt beneficia spectantia ad prouisionem Cardinalium, [a] vt fuit dictum in vna Hispa- a
len. Portionis 19. Ianuarij 1594. coram R. P. D. meo Decano, quando ordinaria, vt in casu isto, auctoritate conferuntur,Cres. *decis.*20.*de praben.* Non obstat, quòd Indultum excipit beneficia, de quibus ipsi Ordinarij sua ordinaria potestate conferre possunt, † quia Ordi- 2
narij non solùm habent ex sua ordinaria facultate ius cooferendi omnia beneficia sua Diœcesis,*c.a.c.ex parte cap.constitutus de concess.prab.c. omnes Basilica* 16.*q*.6. Sed etiam in omnibus mensibus, Put. *dec.*496. *num.* 5.*lib.*2.
† & quando excipiuntur Cardinales ordinarij à regula 3
reseruatoria,nihil de nouo illis conceditur, sed obstaculum tantùm & impedimentum remouetur, [b] vt dicit Put.*d.decis.*Simonett.*de reseruat.quæst.*5.*num*,10.*&* 11.

*ANNOTATIO.*

a Et † quòd vbi Cardinalis est Episcopus,non dentur men- 4
ses reseruati,quia regula 8.reseruatoria mensium expressè excipit Cardinales,latè Gonz.*super reg.*8. *glos.*24.*per totam*, & fuit dictum in Reatina Præpositura 23. Ianuarij 1615.coram R.P.D.Coccino Decano,ista tamen exceptio Cardinalium, de qua in regula, non habet locum, nisi quoad Cardinales ordinarios collatores, latè Gonzal. *d. glos.*24.*num.*38.qui plura cumulat. Verum est tamen,quòd comprehendit Cardinales ordinarios collatores,nedum si sint Episcopi, sed etiam si sint Abbates, & inferiores collatores,prout latè fuit decisum in d. Reatina Præposituræ,per decis.Seraph.980. *num.*7.

b Prout † etiam indultum concessum Ordinario collatori 5
nihil de nouo tribuit, sed tantùm remouet obstaculum reseruationum; Mandell. *cons.* 724. *num.*3. Gonz. *glos.*24. *num.*24.vbi plures cumulat,& *glos.*53.*n.* 28. Rot.*decis.*530. *n.*7.*p.*3.*lib.*3.*diuer.* adeo quòd collatio facta vigore indulti censetur facta authoritate ordinaria, Gonzal.*d.glos.*24. *num.* 68. & fuit dictum in allegata Reatina Præposituræ 23.Ianuarij 1605.coram R.P.D.Coccino Decano,† & iden 6
vigore istius indulti Ordinarius non potest conferre ea beneficia, quæ aliàs remotis reseruationibus conferre non posset, & collatio ad alios spectaret, Mohed. *decis.*1. *num.*3.*de priuil.*Rot.*decis.*642.*par.*2.*in recent.* fuit dictum in Argentina Canonicatus 9. Maij 1611. coram Cardinali Pamphilio, imò sufficeret sola quasi possessio conferendi alterius ad effectum,vt Episcopus vigore indulti conferre non posset, Put.*decis.*206. *lib.*1.*iuxta antiquam impressionem*,Mohed.*decis.*8.*de priuil.* Rot. *decis.* 702. *num.*2. *part.*4. *in recent.* ..... *Oliuerius Beltraminus.*

---

## Viterbien. decursus aquarum.

*Lunæ 17. Martij 1603.*

ARGVMENTVM.

Aquæ ducendæ quasi possessio requiritur de tempore motæ litis ad effectum manutentionis. Testes in concursu, quinam sint præferendi

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *In manutentionis iudicio non est necesse probare possessionem antiquam, sed sufficit probare paulò ante motam litem.*

2 *In quasi possessione ducendi aquam non est necesse probare scientiam aduersarij.*

3 *Testes plures sunt præferendi paucioribus.*

4 *Testes non interessati, & deponentes per meliores rationes, & cum assistentia styli, & consuetudinis generalis, sunt præferendi.*

5 *Manutentio non competit ei, qui non docet de possessione de tempore mota litis.*

DECISIO C.

IN conflictu probationum, & testium hinc inde examinatorum visum fuit Dominis possessionem Archidiaconi melius, & concludentius probari; dantur enim pro eo depositiones plurium testium, quòd in ortu Solis die Iouis conduxit aquam, de qua est controuersia ad suum prædium, & de successiuo, ac continuato
1 tempore, † quamuis ad effectum obtinendi in interdicto aquæ quotidianæ, & æstiuæ sufficeret probasse, quòd superiori anno aquam duxerit, *l. 1. in princ. ff. de aq. quot. & æst.* Ruyn. *cons.* 191. *num.* 3. *in fin. & num. seq. lib.* 1. & semel tantùm, idem Ruyn. *cons.* 196. *sub num.*
2 *9. vers. & ideo lib.* 5. Menoch. *de retin. remed.* 6. *n.* 15. † Et licèt non esset necessaria scientia aduersarij, Ruyn. *d. cons.* 191. *num.* 4. ea tamen abundè probatur per testes, qui dicunt eum continuasse suam possessionem non obstantibus contradictionibus aduersarij, & etiam post molestias illatas vigore monitorij Aud. Cam. Probatur etiam possessio Archidiaconi per duos testes pro parte Io. Laurentij examinatos, & propterea dixerunt Domini, testes, qui deponunt de eius possessione, esse præfe-
3 rendos testibus aduersario fauentibus, non solùm, † quia sunt plures, *c. licèt causam, vers. ex præmissis de probat.* Gloss. *in c. si testes in gloss. magna* 4. *quæst.* 3. latè Gabr. *de test. concl.* 4. *n.* 50. Cæs. de Grass. *decis.* 13. *num.* 7. *de re iud.*
4 † Sed etiam quia non sunt interessati, prout testes Io. Laurentij deponunt per meliores rationes, & cum assistentia styli, & consuetudinis generalis in hac materia.
5 † Et cùm Io. Laurentius non probet, quòd eo anno, quo cœpit agere, vsus sit dicta aqua, quam scolaturam appellant, non competit illi hoc interdictum, *l. 1. in princ. & §. deinde, ff. de aqu. quot. & æst.* Veronen. *de seruit. rust. præd. cap.* 7. *num.* 11. *vers. Quimò, quod* Ruin. *cons.* 106. *sub nu.* 9. *vers. & ideo, lib.* 5. Non obstat cessio Antonij Sprechæ; Vltra quod non habet obstare possessioni Archidiaconi, quæ sola sufficit, cùm agatur de manutentione, est etiam de qua principali, & plena, non de scolatura, de qua est lis hodie, & in qua Archidiaconus non habet ius ab Antonio. Eodem modo respondetur sententiæ seu laudo D. Landriani, quia non loquitur de iure percipiendi scolaturam, cum Sprecha semper fuerit solitus ea vti, cætera benè tolluntur per informantes, & sic fuit resolutum Archidiacono dandum esse mandatum de manutenendo.

---

## Bononien. Macelli.

*Veneris* 11. *Aprilis* 1603.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Locatio non probat iustum pretium.*
*Hoc ampliatur & etiam limitatur sub nu.* 5.

2 *Venditio facta non probat iustum valorem rei venditæ.*

3 *Pretia, & affictus variantur non solùm ex tempore, sed etiam ex loco.*

4 *Valor vnius rei non infert ad valorem alterius, nisi sint eiusdem omninò qualitatis.*

5 *Locationes excusant à mala expressione, & à pœna reg. de valore.*

DECISIO CI.

CVm Federicus Fiera obtinuerit declarari Paulum Binarinum non solùm teneri ad euacuationem Domus, & Apothecæ, sed etiam ad damna, & interesse dubitaui ad quam summam essent liquidanda, & visum fuit Dominis ex adductis per Federicum, non constare de aliqua summa, ad quam veniant taxanda, † ex in- 1
strumento enim locationis d. Apothecæ, quam fecit d. Federicus 6. Iunij 1602. non probatur iusta pensio, & quòd ita communiter locari potuisset, [a] vt fuit di- a
ctum in vna Neapolitana Census 4. Decembris 1579. coram Cantuccio, † sicuti dicimus non probari valo- 2
rem rei ex eo, quòd tanti res vendita fuerit, Bart. *in l. cùm emptor, §. 2. in fin. ff. de damn. inf.* Alex. *in l. in lege Falcidia, §. corpora, nu.* 2. *ff. ad leg. Falcid. & in cons.* 28. *num.* 15. *lib.* 5. Dec. *in l. quatenus sub num.* 6. *vers. Et pari ratione, de reg. iuris.* Nart. *cons.* 332. *num.* 3. Multò minus probant locationes alterius Macelli in alio loco positi, videlicet, in via S. Blasij, † quia variantur pretia, & pensio- 3
nes, non solùm ex tempore, sed etiam ex loco, Bart. *in l. pretia rerum, § nonnullam, sub nu.* 2. *vers. & hoc dico, ff. ad l. Falcid.* † præsertim cùm non probetur Macellum illud esse eiusdem omninò qualitatis, cuius est Macellum, de quo agitur, Vinc. Hercul. *in d. §. corpora, col.* 7. *vers. Aut producuntur. C. de rescind. vend.* qui dicit hoc esse difficile in rebus vrbanis.

*ANNOTATIO.*

a Locationes † non probant valorem, etiam si sint geminatæ, Sarn. *in regul. de valor. quæst. fin. in fin.* fuit dictum in Oppiden. pensionis coram Card. Pamph. impress. penes Marches. *de Commiss. tom.* 1. 4

Concurrentibus tamen adminiculis probant valorem, vt fuit dictum in Veronen. Pensionis 23. Maij 1607. coram Card. Sacrato, vbi redditur ratio; quia homines non solent esse fatui ad condocendum res multò pluris, quàm possint percipere.

Locationes † licèt non probent verum valorem beneficij tamen excusant à mala expressione, & à pœna regulæ de vero valore. Cassad. *dec.* 20. *in princ. & num.* 2. *super regul.* Caputaq. *decis.* 78. *nu.* 1. *part.* 2. *& decis.* 49. *part.* 3. & fuit dictum in Carpentoraten. Prioratus 1. Iunij 1619. coram R. P. D. Buratto. 5

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Spoletana Hæreditatis.

*Veneris* 11. *Aprilis*, 1603.

ARGVMENTVM.

Hæres institutus durante sua vita tantùm, nullo alio dato cohærede post eius mortem, quando ex coniecturata mente testatoris teneatur post mortem restituere hæreditatem venientis ab intestato.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreditas ad tempus dari non potest, & subducitur de medio vitium temporis.*

2 *Hæres institutus durante eius vita, vbi post mortem non est datus alius hæres, censetur hæres perpetuè, maximè, quando non est adiecta aliqua taxatiua.*

3 *Fallit,*

3 *Fallit, vbi constat de contraria verisimili mente testatoris, quia tunc debet restitui hæreditas venientibus ab intestato.*
4 *Colligitur huiusmodi mens, si veniens ab intestato est filius.*
5 *Item colligitur ex prohibitione alienationis.*
6 *Item ex clausula codicillari.*
7 *Voluntas testatoris seruari debet eo modo, quo melius seruari potest non offendendo iuris regulas.*
8 *Consensus præstitus ex forma statutorũ non præiudicat.*
9 *Bona fideicommisso subiecta non veniunt in generali substitutione, de quo latè sub num. 10.*

## DECISIO CII.

CVm Lauretus Sillanus Æmiliam vxorem hæredem instituisset pleno iure toto tempore vitæ suæ,
Trebatio filio in legitima tantùm instituto, dubitaui an
Æmilia esset simpliciter, & liberè instituta, vel potius
grauata restituere tempore mortis hæreditatem Trebatio, & Domini responderunt fuisse grauatam, licèt
1 enim, † hæreditas ad tempus dari non possit, imò sublato vitio temporis maneat institutio, *l. hæreditas ex die. ff.*
2 *de hæred. instit. §. hæres purè. Instit. eod.* † & propterea
hæres institutus durante eius vita, seu quoad vixerit, &
similibus verbis, quando non est datus hæres post mortem, censetur hæres perpetuò; perinde ac si verba illa
non fuissent expressa, & tempus institutioni non esset
adiectum, præsertim, quando non est adiecta aliqua
taxatiua, vt latissimè, alios congerens, explicat, &
comprobat D. Siluest. Aldobrand. *cons. 17. à num. 20. vs-*
3 *que ad fin.* † Domini tamen contrarium in casu isto dicendum censuerunt, attenta verisimili mente testatoris, quam in his terminis attendendam dixerunt Paris.
*cons. 69. num. 4. & 2. & num. 8. cum seq. l. 2.* Ang. Aret.
*cons. 11. sub num. 7. & seqq.* Nat. *cons. 570. num. 12. in fin.* &
propterea Trebatio post mortem Æmiliæ esse restituendam hæreditatem, si non vti cohæredi, saltem vti
ab intestato succedenti, Paul. de Castr. *cons. 241. circ. fin. & 225. sub num. 2. lib. 2.* Corn. *in l. extra eum. num. 12. vers. 1. si testator. C. de hæred. instit.* Dec. *cons. 278. sub num. 1. vers. secundus intellectus.* Paris. *d. cons. 69. per totum.*
4 Natt. *d. cons. 570. num. 13.* † mentem autem colligebant ex qualitate Trebatij, qui erat filius testatoris,
quod etiam considerauit Dec. *d. consil. 278. num. 8.* Paris.
*d. cons. 69. num. 10. & 11.* ad fauorem enim filij de facili
suppletur voluntas paterna, iuxta tradita *in l. cum auus. ff. de cond. & demonstrat, in l. cum acutissimi. Cod. de fi-*
5 *deicom.* † Item quia testator illi prohibuerat alienationem bonorum, quæ ad ipsum peruenirent, tàm vigore institutionis per eum factæ, quàm aliàs quomodolibet, ex quo patet testatorem considerasse bona sua
peruenta ad filium aliunde quàm ex institutione, &
cùm prohibitio non possit intelligi respectu institutionis, cùm sit ad legitimam restricta, *l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. testam.* & non possit censeri grauamen
illi iniunctum nisi in casum, in quem contingat eum
ex dispositione testatoris habere hæreditatem, *l. sed si fie. §. fin. ff. de leg. 3.* Alex *cons. 14. num. 6. lib. 3.* dicendum est
eum ad fideicommissum post mortem Æmiliæ fuisse
6 vocatum, † quod etiam suadet clausula codicillaris
aliàs ad istum effectum considerata per Rotam apud
Caputaq. *decis. 263. part. 3.* eo magis, quia hoc modo
verba illa (*toto tempore vitæ suæ*) non erunt ociosa, &
sine effectu operandi, *l. si quando. ff. de leg. 1. c. si Papa. de priuil. in 6.* Non obstat *l. hæreditas*, quia hoc non
tollit, quòd Æmilia, dum viueret, non esset hæres
directa, & vtilis, licèt post eius mortem Trebatius per
fideicommissum fieret hæres, Soc. *cons. 14. post num. 7.*
7 *lib. 1.* Angel. Aret. *d. cons. 11. sub num. 8.* † vt saluetur mens testatoris, eo modo, quo melius saluari potest, non offendendo iuris regulas, Paul. de Castr. *d. cons. 241. sub num. 5. vers. Sed hoc est falsum. lib. 2.* Nat. *d. cons. 570. n. 14. in fin.* Minus etiam facit, quòd Trebatius consenserit testamento Æmiliæ, quia † vltra quod 8
consensus fuit præstitus ex forma statuti, quod præiudicare non potest, Bald. *consil. 102. num. 2. lib. 2.* Paul.
de Cast. *consil. 423. sub num. 2. vers. non obstat. lib. 1.* in generali † institutione non veniunt bona, quæ per fidei- 9
commissum Æmilia erat grauata restituere, Aym. *cons. 19. num. 13.* fuit dictum in vna Foroliuien. fideicommissi 4. Maij 1583. coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Alexandrino, faciunt tradita per Bart. *in l. codicillis. §. institutio num. 5.* & ibi Imol. *in fin. ff. de leg. 2.* [a] a

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd in generali interesse, & dispositione non † ve- 10
niat bona fideicommisso subiecta latè Rot *decis. 375. per totã part. 1. in rec.* vti dicitur hoc procedere non obstantibus verbis quãtumuis vniuersalibus, & fuit latè etiam
dictum in Ferrariens. de Tassonibus 17. Febr. 1617. coram
R.P.D. Pamphilio, & in nullius vineæ 11. Maij 1620. coram R.P.D. Pirouano, & latè tradit Peregrin. *de fideicom. art. 6. n. 8.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 6. num 8. & seqq.* etiam si testator haberet facultatem disponendi de
dictis bonis, Sur d. *decis. 93. n. 18. & 19. in fin.* quod tanto
magis procedit, quando testator vtitur verbo (*sua*) non
enim dicuntur sua bona, quæ testator grauatus est post
mortem alteri restituere, Scraph. *decis. 963. nu 5. & 6. & decis. 969. num 8.* & fuit dictum in Bononiens. vsusfructus
1589. coram Card. Pamphil. & Rot. *in recent. d. decis. 375. sub n. 3.* licèt non desint DD. qui velint sub numero bonorum suorum posse etiam comprehendi bona fideicommisso subiecta, quia hæres grauatus, dum viuit, dicitur Dominus fideicommissi, Decian. *cons. 57. n. 16. & seq. lib. 1.* Ladesch. *cons. 112. n. 1. & seq.* & Rot. tenuit in Romana Domus de monte Iordano 29. Aprilis 1579. coram
Brauo, & in Bononiens. de Fanutiis 11. Ianuarij 1617. coram R.P. D. Caualerio, quas opiniones ego crederem
posse ad concordiam reduci, nempè quod prima opinio
procedat regulariter, quando aliunde non constat testatorem voluisse disponere, etiam de bonis fideicommisso
subiectis. Secunda autem opinio habet locum, quando
ex coniecturis constat testatorẽ voluisse cõprehendere
etiam bona fideicommisso subiecta, vt benè per Menoch.
*de præsumpt. 197. n. 16. & seq. lib. 4.* vbi considerat plures
coniecturas, ex quibus colligitur talis voluntas, & quòd
quando vrgent cõiecturæ tunc comprehendantur etiam
bona fideicommisso subiecta, admittit Rota in dicta Nullius Vineæ, 11. Martij 1620. coram R.P.D. Pirouano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Egittanieñ. Scholastriæ.

*Lunæ* 14. *Aprilis* 1603.

### ARGVMENTVM.

Subrogatus gratiosè pro immissione, quæ probare debeat: Alternatiua non intrat, nisi in beneficiis simultaneæ collationis. Obitus in mense reseruato an probetur per publicam vocem, & famam.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subrogato gratiosè sufficit probare Clericatum proprium, & obitum defuncti in possessione pro obtinenda immissione.*
2 *Amplia procedere etiam si subrogatio sit desumpta ex clausulis generalibus.*
3 *Collatio in Cathedrali est simultanea Episcopi, & Capituli.*
4 *Alternatiua non intrat in beneficiis simultaneæ collationis, sed tantùm in spectantibus ad liberam Episcopi collationem.*
5 *Obitus in mense reseruato non probatur ex publica voce, & fama.*
6 *Declara hoc procedere, quando datur concursus alterius*

*promissionis, aliàs iustificatio per publicam vocem, & famam est sufficiens.*

7 *Clericatus probatur per testes de fama, & communi reputatione.*

## DECISIO CIII.

1 DOMINO Francisco † gratiosè subrogato ad ius,&
possessionem Gundisalui Pinti pro obtinenda im-
missione sufficit probare Clericatum proprium, & obi-
tum Gundisalui in possessione Scholastriæ, vt fuit di-
ctum in causa Burgeñ. de Pancoruo coram bo.me.Gy-
psio,& in alijs relatis in Mirandeñ.Parochialis 17. Maij
2 1600.coram R.P.D.meo Penia, † in qua fuit etiam re-
solutum id procedere, etiam quando subrogatio fuit
a desumpta ex clausulis generalibus: [a] Et cùm ista Scho-
3 lastria sit dignitas in Ecclesia Cathedrali, † in qua col-
latio competit Episcopo,& Capitulo coniunctim, glos.
*in c.cum Ecclesia Volterana*, vbi Abb. *num. 8. de elect.* Io.
Andr. *in c. à collatione.num.2.*& ibi Franc. *in 1. not. de ap-
pel.in 6.* Cassad. *decis. 22.de preb.* non intrat alternatiua,
4 † quæ tantùm habet locum in beneficiis spectantibus
ad liberam Episcopi collationem, vt fuit dictum in vna
Vrgelleñ. Canonicatus 7. Maij 1593. coram Illustris-
simo Cardinali Blanchetto, & in Salmantina Portio-
nis 30. Aprilis, & 5. Maij 1599. coram R. P. D. meo
Millino, & in terminis fuit tentum coram me in Egit-
b tanieñ. Canonicatus 1. Martij præteriti, [b] & licèt
5 aliàs † testes de publica voce,& fama nō probent vaca-
tionē per obitum in mense reseruato, Aegid. *decis.* 652.
6 Put. *decis.266.lib.* 3. † vbi tamen non datur concursus
prouisionum, iustificatio per publicam vocem, & fa-
mam est sufficiens,vt fuit dictum in Burgeñ.de Pancor-
uo 28. Nouembris 1588. coram bo.me.Gypsio in Pla-
cen. Canonicatus 1. Martij 1599. coram bo.me.Orano,
& 2.Decembris præteriti coram R. P.D.meo Coccino
7 in Legioneñ. Canonicatus: † Clericatus D. Francisci
abundè probatur per testes, qui deponunt de fama, &
communi reputatione, Rot. *decis.* 14.*de prob. in antiq.*
Ægid.*decis.*114.Caput.*decis.*477 *num.* 8.*par.* 1.ex quibus
fuit resolutum dandam esse immissionem D.Francisco.

### ANNOTATIO.

a Et quòd subrogatio gratiosa gaudeat priuilegio executiuo, adeo quòd non sit necesse iustificare totam gratiam, etiam si sit desumpta ex clausulis generalibus, latè Rot. *decis.570.num.1.par.1.in recent.*& etiam tenuit Rota penes Seraph. *decis.* 1426. & fuit etiam dictum in Mirandens. Parochialis coram bo.me.Penia impressa penes Garz. *de benef.par.6.cap.4.num.* 32. quæ conclusio fuit ampliata, vt procedat etiam, si subrogatio non fuerit ad partes expedita, vt in *decis.* 401. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* Sed de veritate huius ampliationis ego semper dubitaui, & etiam dubito; nam quando coram executore exhibetur gratia, vt illam exequatur, semper illa gratia habet secum tacitam conditionem, si in ea narrata veritati nitantur, iuxta tex. *in c.2.de rescript.*& executor non debet procedere ad executionem illius gratiæ, in qua non sibi constat de iustificatione omnium in ea narratorum,& huiusmodi opinionis scio fuisse D. Cardinalem Sacratum olim Rotæ Auditorem, & in his materiis, præsertim beneficialibus peritissimum, & alios insignes causarum patronos cum quibus hunc articulum communicaui. Et conformis est obseruantia Curiæ, quia passim videmus expediri subrogationes ad partes,quæ quidem expeditio,& impensa esset omnino frustratoria si vigore subrogationis contentæ in clausulis generalibus literarum posset idem effectus haberi.

b Vide, quod dixi sup. *ad decisionem* 95.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononieñ. Pecuniaria.

*Luna* 14. *Aprilis* 1603.

### ARGVMENTVM.

Venditio quando censeatur ad corpus, vel mensuram, & an, & quando emptor possit prætendere diminutionem pretij pro modo deficientis numeri enunciati per venditorem.

### SVMMARIVM.

1 *Venditio, quando est ad corpus, & non ad mensuram, tenetur emptor, ad integram solutionem pretij, etiam si numerus enunciatus per venditorem in aliquo deficiat.*

2 *Venditio ad corpus censetur, quando venditor incipit mentis conceptum explicare à corpore.*

3 *Item quando fuit constitutum vnicum pretium totius prædij, & nō fuit distributum in singulas tornaturas.*

4 *Venditio ad corpus an censeatur facta, an potius ad mensuram, totum id pendet à tacita, & verisimili mente contrahentium.*

5 *Emptor tenetur soluere totum precium, nec potest prætendere diminutionem iuxta deficientiam numeri enunciati in instrumento venditionis, quando in venditione adsunt verba* ( quantumcumque sit.)

6 *Item nec potest prætendere diminutionem, quando numerus non est certè, & determinatè expressus.*

7 *Prout etiam quando diminutio est in modico, non potest prætendere diminutionem.*

## DECISIO CIV.

IAcobus de Sabbatinis vendidit Aldrouando Mal-
chiauello prædium tornaturarum centum, adiicien-
do hæc verba (*& quantumcunque sit*) totum veniat, &
comprehendatur in præsenti venditione ad corpus, &
non ad mensuram positum in communi Tosignani.
Cùm autem Iacobus ageret ad solutionem residui pre-
tij non soluti, & Malchiauellus obiiceret prædium non
esse tornaturarum centum; sed tantum 97.vel circa. &
sic deficere tres tornaturas mensuræ enunciatæ, dubita-
ui an Malchiauellus teneretur ad solutionem integri
pretij, vel potius facienda esset diminutio pro modo
deficientis mensuræ, & Domini, informante tantùm
Iacobo, responderunt Malchiauellum teneri ad † in- 1
tegram solutionem, cùm simus in venditione ad cor-
pus,non autem ad mensuram, † quia venditor incepit 2
mentis conceptum explicare à corpore, [a] iuxta *cons.* a
Oldrad. 197 quem sequuntur communiter Doct. vt di-
xit Ias. *cons.* 23. *num.* 1. *lib.* 1. Cagnol. *in l.11.tit.* 178. *C.de
rescind.vendit.*& multi cumulati per Surd.*decis.*64.*num.*
1. † & quia fuit constitutum vnicum pretium totius 3
prædij, & non distributum in singulas tornaturas, Bar.
*in l.Iulianus.* §. *si Titius.sub num.* 1. *ff. de act. empt.* Salyc.
*in l.2. sub nu.5. vers. aut est facta venditio. C. de cont. empt.*
cum aliis adductis, in illa Romana locationis Vineæ,
seu remissionis affictus coram me 20. Decembris præ-
teriti,concurrunt & coniecturæ consideratæ per infor-
mantes † quæ plurimùm attenduntur in hac materia, 4
quæ pendet à tacita, & verisimili mente contrahen-
tium, Alexan. *consil.*8 *num.* 8. *lib.* 4. fuit dictum in vna
Romana affictus Casalis 27. Ianuarij 1588. coram Illu-
strissimo Blanchetto, & in illa Romana locationis Vi-
neæ, in quibus tamen immorari non expedit, cum ha-
beamus expressa verba, quòd venditio sit ad corpus,
& non ad mensuram, & licèt etiam in venditione ad
corpus facta adhuc remaneat dubium, an deficien-
te numero enunciato per venditorem sit pro modo
deficientis numeri diminuendum emptori pretium
ad latè tradita per Surd. *dicta decision.* 64. † tamen 5
illud cessare videtur in casu præsentis venditionis
propter illa verba (*quantumcumque sit*) Alexand. *cons.*
127. *colum.* 2. *in princip. vers. & tanto magis libro* 2.

Bart.

Bertr. *conf.30.n.4.lib.3.in antiq.*Bero. *conf. 83. n 29. lib.*
1.faciunt tradita per Cagnol. *in l.2. sub num.* 190. *vers.*
b *quando autem.C. de rescin. vendit.* ᵇNon enim videntur
contrahentes se restrinxisse ad mensuram, seu nume-
rum enunciatum, vt per Alexand. *dicto consil.* 127. *post*
6 *princip.* † quando autem numerus non est certè, & de-
terminatè expressus, non est locus diminutioni pretij,
Corn. *consil.59.sub n.5.lib.*4. fuit dictum in illa Roma-
7 na Locationis Vineæ, † præsertim attento modico de-
fectu, videlicet, tornaturarum trium in circa ex nume-
ro centum, Boer. *decis.50.sub num.9.* Couar. *pract.quæst.*
*cap.3.sub n.7.vers.vndecimò,vt statim,&c.*

### *ANNOTATIO.*

a Circa materiam dictæ decisionis vide latè Surd. *cons. 366.*
8 *& decis. 64* & † quòd censeatur venditio, & locatio ad corpus, quando partes cœperunt explicare mentem suam à corpore; dixit etiam Rota in Bononiens. Affictus 14. Maij *1607.* coram R.P.D. Marquemontio.

b De vi d. clausulæ appositæ in instrumento venditionis, vide latè Matth. *in suo clausulorio part. 1. clausula* 108. qui plures cumulat.

*Oliuerius Beltrominar.*

---

## Mediolaneñ. Bonorum, seu emphyteusis.

*Vener.* 18. *Aprilis* 1603.

### ARGVMENTVM.

Dominus directus quando possit propria auctoritate capere possessionem emphyteusis in casu deuolutionis, seu finitæ lineæ, quid & in casu in quo adsit pactum, quòd liceat propria auctoritate capere possessionem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Extremum primum in spolio ex quibus probetur.*
2 *Extremum secundum probatur per leuiores probationes.*
3 *Item probatur per sustentationem litis cum adminiculis.*
4 *Iudicis auctoritate ingrediens in possessionem non spoliat.*
5 *Quod est verum, quando Iudex ritè, & rectè procedit; secus, si nulliter.*
6 *Spoliare dicitur Iudex, quando capitur possessio in vim præcepti illius nulla præuia citatione.*
7 *Iudex debet audire, & examinare, non fulminare.*
8 *Præcepta Iudicis cum clausula iustificatiua* (si quis) *resoluuntur in simplicem citationem, & ideò sunt valida, secus autem est, si in præcepto dicatur, quòd compareat post factam executionem.*
9 *Ab executione non est incipiendum.*
10 *Amplia etiam respectu illius, qui potest propria auctoritate capere possessionem, si adiuit Iudicem.*
11 *Spoliatiua possessio non potest iustificari, & confirmari ex nouiter deductis, etiam si esset de nouo concedenda.*
12 *Dominus directus non potest propria auctoritate capere possessionem, nisi quando prætendit deuolutionem ex capite non soluti Canonis; secus autem propter lineam finitam, vel ex alio capite.*
13 *Ampliatur etiam procedere stante pacto ingrediendi possessionem propria auctoritate, quia potest competere exceptio melioramentorum, vel alia similis exceptio.*
14 *Possessionem propria auctoritate capiendi habens facultatem, sibi præiudicat, quando adit Iudicem.*
*Quod procedit etiam si ex vrbanitate adeat, secus tamen est, si petat tantùm familiam, & mandatum de associando.*
15 *Dominus directus, finita emphyteusi, ratione possessionis ciuilis potest recuperare naturalem, Iudicis tamen auctoritate.*
16 *Emphyteuta recognoscens Dominum directum non potest propria auctoritate eiici.*
17 *Dominus directus non potest sub prætextu finitæ emphyteusis prætendere manutentionem, nisi prius legitimè appareat de fine emphyteusis.*
18 *Procedit etiam stante pacto ingrediendi propria auctoritate in casu lineæ finitæ, quia prius parte citata debet liquidari, quòd euenerit dictus casus.*
19 *Inuestitura posterior regulariter non præiudicat anteriori, sed anterior præualet.*
20 *Possessor non est amouendus à sua possessione sine causæ cognitione, etiam si nullum habeat colorem possidendi.*
21 *Spoliatus non tenetur iustificare titulum in spolio, etiam si sit res, quæ non possit sine titulo possideri, nisi quando agitur contra superiorem.*
22 *Iudex nulliter procedens non priuat possessione, si possessor non habeat se pro spoliato.*
23 *Testes, etiam non interrogati, deponentes super negatiua, tenentur reddere rationem, cùm negatiua non cadat sub sensu.*
24 *Confessio confitenti tantùm, non tertio præiudicat.*
25 *Amplia etiam si tertius veniat ad causam, in qua confessio emanauit in statu, & terminis.*
26 *Exceptio non iuris non impedit restitutionem spoliato, si passus non fuerit discuti super bono iure.*

### DECISIO CV.

Die 29. Nouembris proximè præteriti fuit resolutum Barbaram esse restituendam ad possessionem
bonorum, de quibus est controuersia, causa iterum
proposita Domini fuerunt eiusdem sententiæ quoad
omnia bona, præter Domum, de qua voluerunt par-
ticulariter videre, quoad illa enim constat de vtroque
extremo spolij; nam † anterior possessio Barbaræ pro- 1
batur ex actu executionis mandati, & apprehensionis
possessionis eius vigore nomine Abbatis, ex instrumen-
to recognitionis factæ ab Isabella Massatia, etiam cum
clausula (*constituti*) ad fauorem ipsius Barbaræ, & ex
alio instrumento recognitionis, in quo eadem Massa-
tia, recognoscendo Procuratorem Abbatis testatur de
recognitione prius facta ad fauorem Barbaræ, ac ex
aliis cumulatis per informantes pro ipsa; Et hoc pri-
mum extremum non controuertitur, & minus Secun-
dum, † in quo leuiores probationes sufficiunt, Rota *de-* a
*cis.8.de restitut.spol. in nou.* † & sufficit sustentatio litis 3
cum adminiculis, vt passim tenet Rota, & fuit dictum
in Regieñ. Bonorum 17. Decembris 1576. coram Il-
lustrissimo Cardinali Blanchetto, & adest recognitio
prædicta ad fauorem Abbatis; Non obstat † quòd Ab- 4
bas ingressus est possessionem auctoritate, & mandato
Iudicis, quo casu cessat spolium, *l.iustè possidet, ff. de ac-*
*quir.possess.* gloss. *in cap. præsentium.in gloss.fin.7. quæst.1.*
Bald. *in l.final.in 1. notab. Cod.vnde vi*, † quia hoc non 5
vendicat sibi locum, quando Iudex nulliter procedit,
gloss. *in can.in summa.3.q.1.* Hostieñ. *in titul. de restitut.*
*spoliat.§ quando facienda.in princip* Bald. *consil 357.lib.2.*
Abb. *in c.Conquerente.num.12.de restitut.spoliat.in c.dile-*
*ctus, sub num.1.versic.Fallit secundò. de rescript.* Aym *cons.*
18.*num.*8.Caputaq.*decis.*186.*part.*3. Cæsar de Crass.de-
*cis.1.num.4. de Constit.* & fuit sæpius resolutum: de nul-
litate non videtur dubitandum, † quia possessio capta 6
fuit in vim præcepti Iudicis, nulla præuia citatione, cùm
tamen huiusmodi præcepta non valeant, nõ præcedente
causæ cognitione, Ias. *in l.nequicquam. § vbi decretum, n.*
*5.de offic.Procons.* & benè in terminis nostris per Syluan.
*cons.17.n.9.&* 10. & mandatum de immittendo in pos-
sessionem non præuia causæ cognitione non valet,
Bartol. *in l. Iudex.per illum text.Cod.comm.vel Epist.* † Iu- 7
dex enim, vt inquit idem Bald. debet audire, & exami-
nare, non fulminare, † licèt autem admittantur hæc 8
præcepta cum clausula iustificatiua (*si quis*, &c.) quia

resoluuntur in simplicem citationem, vt per Ias. *vbi supra nnmer.6.* tamen clausula huius præcepti non est in
solita forma continente alternatiuam, vt faciant, aut
compareant illi, quibus præsentatur præceptum, Bald.
*in term. nostris consil.177. in princ. lib.3.* Sed in ea dici-
tur, quòd compareant post factam apprehensionem,
adeo quòd non intendit audire, nisi post factam exe-
9 cutionem, † & sic voluit incipere ab executione, quod
est omni iure prohibitum, *l. si cùm nulla. ff. de re iud. l.1.*
*Cod. de executione rei iud.* etiam in casu, in quo quis po-
rest propria auctoritate capere possessionem, & adit iu-
dicem, Bald. *in dicto d. l. prima num.1. ad fin.* faciunt tra-
dita per eumdem Bald. *in l. prima in princip. Cod. com-*
10 *mun. vel epist.* † Nec potuit ista immissio, vti spoliati-
ua, iustificari, & confirmari parte citata, etiam quòd
esset de nouo concedenda. Chiss. *decis.* 172. fuit dictum
in vna Romana Casalis, seu Pedichæ Sancti Matthæi 12.
Iunij 1573. coram Robustetio, & in Romana de Pinel-
lis 20. Februarij 1598. coram Orano, & sæpius in aliis.
11 † Non obstat, quòd Abbas citra vitium spolij potuerit
propria auctoritate capere possessionem in casu deuo-
lutioois, quia quicquid sit in deuolutione ex capite non
soluti Canonis, in quibus terminis loquitur Cassad.
*decis.1. de loc. & cond.* id non procedit, quando ex alio ca-
pite, & propter lineam finitam prætenditur deuolutio,
Paul. de Castr. *cons.68. sub n.1. vers. non tamen posset. lib.2.*
Afflict. *decis.97.* Gabr. *cons.88. in fin. lib.1.* latè Menoch.
*cons.503. nu.13. & per totum.* & istam opinionem in hoc
casu tenet Rota, vt apud Peregr. *decis.30. lib. 1. & 58.*
*lib.2.* & fuit dictum in vna Romana Domus 5. Nouem-
12 bris 1599. coram R. P. D. meo Lancellotto, † etiam
stante pacto ingrediendi possessionem propria auctori-
tate, vt fuit latè deductum in vna Cæsenateñ. Spolij
22. Iunij 1592. coram Illustrissimo Cardinali Mantica,
a [a] poterat enim Barbara habere melioramenta, propter
quæ sibi competeret retentio, vel alium titulum, ex
quo posset prætendere successionem, vt fuit considera-
tum in vna Asteñ. Feudi de Solatio 14 Decemb. 1584.
13 coram Bubalo. † Vltra quod vbi etiam Abbas habuisset
facultatem capiendi propria auctoritate, illa cessabat,
ex quo adiuit iudicem, Bald. *in l.1. ad fin. C. de execut. rei*
*iudic.* cum multis cumulatis per Gabr. *de cit. concl 1. num.*
206. *& seqn.* & fuit dictum in illa Romana domus co-
b ram R. P. D. Lancellotto: [b] præsertim cùm non solùm
14 per aditum ad iudicem † tacitè elegerit viam iudicij,
sed expressè in petitione monitorij dixerit, quòd eam
vult via iuris apprehendere. Alex. in contrarium alle-
gatus *cons.131. lib.4.* non oppugnat, sed potius compro-
bat istam opinionem, dum *sub nu. 4.* dicit magis com-
munem, quòd pars sit citanda, quando ex vrbanitate
iudex aditur, licèt secùs, si petatur tantùm familia, &
15 mandatum de associando, vti in casu sun. † Non obstat,
quòd finita emphyteusi, possit Dominus directus ra-
tione ciuilis possessionis per viam manutentionis recu-
perare naturalem, vt in illa Ciuitatis Castelli coram
R. P. D. meo Decano. Quia in ea non dicitur, quòd
id liceat propria auctoritate, imò præsupponitur, quòd
via iudicij agatur, dum dicitur competere interdictum
retinendæ, & habens naturalem, vt appellatur ab ha-
bente ciuilem, debet citari, & audiri, vt post Alexand.
quem alleg. dicit Grammat. *consil. ciuil. 86. num.16.* præ-
sertim quia non sumus in casu, in quo emphyteota
16 negat proprietatem † Domino directo, quo casu licet
forsan expellere propria auctoritate, quia alioquin ciui-
lem amitteret, sed illum proprietarium, & Domi-
num directum recognoscit, & propterea non potest
propria auctoritate eiici, iuxta distinctiooem Corn.
*consil.193. num. 3. lib.3.* Nec etiam est hodie conceden-
dum mandatum de manutenendo, vt prætenditur, tùm
17 quia constat de spolio, quod purgandum est. † Tùm
quia prius apparere deberet, & legitimè docere, quòd

sit finita emphyteusis, vt fuit dictum in vna Romana
Domus 3. Aprilis 1579. coram Illustris. Cardinali Blan-
chetto, & coram Reuerendissimo Patriarcha in Roma-
na Domus de Caualeriis 15. Ianuarij 1588. quod † pro- 18
dit etiam stante pacto ingrediendi propria auctoritate
in casu lineæ finitæ, & deuolutioois, quia prius debet
parte citata liquidari, quòd euenerit casus, vt fuit di-
ctum in vna Montis Falisci 17. Maij 1589. coram R. P.
D. meo Decano, & repetitum in superius allegata Cæ-
senateñ. Spolij, quod oon fuit factum in casu isto, imò
in actis adest inuestitura perpetua transitoria ad omnes
extraneos, & ad fœminas, & illa, quæ in monitorio alle-
gatur, non reperitur in actis, & est posterior, ita vt di-
scutiendum foret, quæ sit † attendenda, cùm regula- 19
riter posterior non præiudicet anteriori, sed anterior
præualeat, Paul. de Castr. *cons.142. in fine lib. 2.* Dec.
*consil.163. n.3. & 390. n.2. in fin. & seq.* Quod dicitur de
iustificatione tituli non placuit Dominis, quia nunquam
† possessor, siue habeat colorem possidendi, siue non, est 20
à sua possessione amouendus sine causæ cognitione,
Oldr *cons.222. n.3. ante fin. vers. nunquam autem.* † & iu- 21
stificatio regulariter non habet locum in spolio, etiam
quando non potest res sine titulo haberi, nisi quando
agitur contra superiorem, vt benè declarat Ant. de Butr.
*in cap. constitutus. num. 8. vers. Sed tu dic. de fil. Presbyter.*
Put. *decis.457. lib. 2.* Achil. *decis. 5. de restit. spol.* Non
obstant latè deducta ad ostendendum quòd mulieres
non fuerunt eiectæ, nec possessio capta in vim dicti præ-
cepti, cùm noluerint tunc illam dimittere, & propter
earum resistentiam fuerit necessarius recursus ad iudi-
cem pro earum eiectione. Quia resistenna fuit respectu
Domus, de qua hodie non agitur: Quoad alia bnna adest
cognitio ad fauorem Abbatis, & ipse Abbas, seu eius
Procurator in iudicio, 2. Aprilis 1582. dixit, bona ipsa iu-
ridicè fuisse apprehensa, nec constat de mandaro poste-
riori, minus de noua apprehensione: Nec est vis facien-
da, quòd Barbara, & aliæ dicta die secunda in iudicio
dixerint, quòd fuerunt, & sunt in possessione bono-
rum, de quibus agitur, † quia cùm iudice nulliter proce- 22
dente, non amisissent suam possessionem. Angel. *in l.*
*clam possidere. §. qui ad nundinas. num.1. in fin. ff. de acquir.*
*poss.* fuit dictum in vna Lucana Cappellæ coram R. P. D.
meo Litta 17. Iulij 1594. & 20. eiusdem mensis in Me-
diolañ. Cappellæ coram R. P. D. meo Iusto. & in termi-
nis Corn. *cons.193. n.4. lib.3.* potuerunt tunc nolle se ha-
bere pro spoliaris, iuxta *decis* Put. 419. *lib.1.* & dicitur in
illa Romana Domus coram R. P. D. meo Lancellotto;
quamuis postea se pro spoliaris habuerint, & egerint,
prout agunt, spolio. Quoad illegitimitatem, & incapa-
citatem Barbaræ, fuit responsum illam non probari,
nam testes à Brigida examinari, vltra quod non nocent
Barbaræ ab ea causam non habente, nnn etiam probant,
quia simpliciter negant Carolum reliquisse filios legiti-
mos, & naturales, & nullam rationem sui dicti assi-
gnant, † quam tamen, etiam non interrogati, assigna- 23
re debebant, cùm deponant super negatiua, Alex. *cons.*
*65. sub n.4. vers. Vnde dicimus, lib.1.* Dec. *cons.101. col.2. in*
*fin. vers. & ad infirmationem.* Aym. *consil. 2. num.3. in fin.*
cùm priuatio, & negatio non cadant sub sensu, Bald. *in l.*
*actum. num.6. & 11. Cod. de Probat.* Angel. *in l.1. vers. D.*
*Paulus ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Iur.* Articuli, & po-
sitinnes dati à filiis Brigidæ non probant contra Barba-
ram, † quia clarum est confitenti tantùm, non tertio no- 24
cere, *l. duobus. §.1.* vbi Ias. *ff. de iureiur.* Alciat. *cons.174. n.*
2. Afflict. *dec.275. n.11.* † & licèt Barbara venerit ad cau- 25
sam, & propterea censeatur admissa in statu, & terminis
causæ, non tamẽ fecit illam confessionem propriam, aut
sibi præiudicialem; Nulla est etiã habenda ratio testium,
de quibus in summario Illustrissimi Cardinalis, *nu. 26.*
quia vltra, quòd sunt examinati ad perpetuam rei me-
moriam, fuit etiam prius protestatum de suspensione
petito

26 petitorij, & quòd non cumularetur petitorium cum possessorio, & † propterea, cùm non solùm Barbara non passa fuerit, sed omninò repugnauerit, quòd disceptaretur super incapacitate defectus, qui obijcitur, non habet impedire restitutionem possessionis, Io. Paul *decis.* 111 *cum alijs*, per Pontan. *de spol. lib.* 3. *num.* 18. qua restitutione facta Barbara forsan doceb.r de dispensatione, vel de aliquo, quòd reddat eam capacem successionis: Alia benè tolluntur per informantes pro Barbara, & propterea Domini resoluerunt eam esse restituendam ad possessionem bonorum, circumscripta pro nunc domo.

### ANNOTATIO.

a Et quòd Rota sequatur opinionem, quòd etiam stante pacto capiendi possessionem propria auctoritate in casu deuolutionis, prius debeat coram Iudice liquidari, parte citata, quòd sit factus locus deuolutioni resoluit Rota in Regien. Bonorum 20. Decemb. 1613. coram R.P.D. Dunozetto, & tunc solùm Dominus directus potest intentare remedium possessorium, quãdo clara, & indubitata est deuolutio; sed quando est dubia, & probabiliter potest controuerti, tunc tenetur iudicio petitorio experiri, vt fuit dictum in Ariminen. deuolutionis coram Card. Sacrato, impress penes Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 595. & in Romana deuolutionis 18. April. 1616. corã bon. mẽ. Andrea, & in Colimbrien. Prædij 16. Maij 1618. corã R.P.D. Dunozetto. Hic enim pactum solum operatur, quando constat nullam omnino posse competere defensionem, ita Mantic *de tacit. lib.* 22 *tit.* 22. *sub n.* 14. *vers. nam pactum.*

b Latè Mantic *de tacit. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 19. *& lib.* 22. *tit* 22. *num.* 15. quod tamen limitatur non procedere, quando in petitione facta coram Iudice actor sibi expresse, mediante protestatione, præseruauit facultatem ingrediendi possessionem propria auctoritate; quia tunc non obstante recursu ad Iudicem potest omissa via iuris, de facto possessionem apprehendere vigore facultatis sibi concessæ. Dec. *cons.* 460. *nu.* 7. *vers. & hoc indubitanter, & num.* 9. *vers. sed interueniente*, Mantic. *d. tit.* 5. *num.* 20. *& dicto tit.* 22. *num.* 16. Et fuit dictum in Pisana Domus 13. Ianuarij 1589. coram R.P.D. Orano, à qua protestatione non censetur recessum, etiamsi postea lis fuerit contestata, idem Mantic. *dicto tit.* 22. *num.* 18. Limitatur etiam secundò non procedere, quando aditur Iudex solùm pro obtinenda associatione familiæ ad effectum euitandi scandala, Suid. post alios *cons.* 221. *nu.* 45. Seraph. *decis.* 1003. *num.* 1. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 22. *num.* 17.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Farfeñ. Pecuniaria.

*Lunæ* 21. *Aprilis* 1603.

### ARGVMENTVM.

Depositarius Communitatis rei frumentariæ non potest vti pecunia destinata ad dictum vsum, nec in alium vsum conuertere, sed tenetur statim, & sine mora ad petitionem Communitatis illam pecuniam restituere, alioquin contra illum potest deueniri ad carcerationem.

### SVMMARIVM.

1 *Carceratio est Iudici arbitraria.*
2 *In arbitrarijs de eo, quod facit Iudex redargui non potest, quia semper præsumitur motus ex iusta causa.*
3 *Depositarius seu Custos non est Dominus pecuniæ.*
4 *Depositarius non potest inuito Domino pecunia ad sui libitum vti.*
5 *Quod maximè procedit in pecunia frumentaria, quæ de sui natura prohibita est in alium vsum conuerti.*
6 *Depositarius incontinenti, & sine mora tenetur pecuniam depositam restituere.*
§ *Decisiones Papales.*
7 *Pecunia frumentaria pro Annona moram solutionis non recipit.*
8 *In Annona vtilitatem respicientibus quilibet etiam aliàs inhabilis admittitur.*

### DECISIO CVI.

DOMINI censuerunt Carcerationem Iosephi fuisse iustam, † quia vltra quod est iudici arbitraria, Af- 1
flict. *in cap.* 1. *n.* 21. *ante fin. vers. Item habet arbitrium carcerandi, ex quibus caus. feud. amitt.* Menoch. *de arbitrar. quæst.*
88. *nu.* 1. & † in arbitrarijs de eo, quod facit Iudex, redar- 2
gui non potest, quia semper præsumitur motus ex iusta causa. Paul. de Castr. *cons.* 299. *n.* 4. *in fin. lib.* 2. Aym. *cons.*
78. *nu.* 8. satis etiam iustificatur, † quia cùm Iosephus 3
exegerit pecunias ab eis, qui emerant frumentum à Communitate, dominium pecuniarum erat penes ipsam Communitatem, præsertim cùm tali exactioni fuisset præpositus, & ipse Iosephus erat Custos, seu Depositarius, Dec. *cons.* 473. *sub nu.* 9. Ruyn. *cons.* 143 *n.* 2. *circa med.*
*lib.* 5. † & propterea non poterat inuita Cõmunitate pe- 4
cunia ad sui libitum vti, *l. certi conditio. §. fin. ff. si cert. pet. l. die sponsaliorum. §.* 1. *& l. I. ucius*, vbi Castr. & alij *ff. depositi.* idem Castr. loquens de exactore pecuniæ Communitatis *cons.* 141 *sub nu.* 4. *lib.* 1. qui debet eas semper paratas habere pro necessitatibus ipsius Communitatis, Rip. *de remed. ad conser. vber. nu.* 17. *in fin.* † quòd maximè pro- 5
cedit in pecunia frumentaria, quæ de sui natura prohibita est in alium vsum verti, *l.* 2. *§. quod de frumentaria*, & ibi gloss. *ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertinentium.* † debebat 6
autem instante Communitate pecuniam sic depositam restituere. *§. præterea. Instit. quibus mod. re contr. oblig.* & quidem statim, ac sine aliqua cunctatione, *l. pen. §. vbi illico reddere, C. depos.* † præsertim cùm esset pecunia fru- 7
menti, quæ solutionis moram non recipit, *d. l.* 2. *§. frumentaria pecunia.* Rip. *vbi supra nu.* 35. Non obstat, quod dicitur D. Gallum fuisse motum ad carcerandum Iosephum ex verbis Ruffetti, quia vltra quod etiam Communitas priùs fuerat coram eo conquesta, quòd Iosephus volebat portare pecunias Romam in graue præiudicium ipsius, potuit etiam ex verbis ipsius Ruffetti, & ad ipsius instantiam moueri, † cùm in ijs, quæ ad vtilita- 8
tem annonæ pertinent, quilibet etiam alioquin inhabilis admittatur, *l. vlt. ff. ad l. Iul. de adult.* nec est verum, quòd Ruffettus hoc dixerit pro suo particulari interesse, quia imò fecit pro interesse vniuersali, vt posset ex pecunijs emi frumentum, prout dicunt testes, & vbi etiam aliquid de suo interesse subiunxisset, tamẽ D. Gallus præsumitur motus ex causa annonæ, ex qua iustius ad carcerationem deueniri potuit, Paul. de Castr. *cons.* 136. *num.* 6. *circ. med. vers. quinimo præsumitur, lib.* 1. & huiusmodi transportatio pecuniarum ad Vrbem, vltra quod non potuit fieri vetante Communitate earum Domina, quæ illis indigebat pro emptione frumenti, erat etiam periculosa, etsi depositarius eam amisisset, fuisset difficilis recuperatio, aut saltem non ita prompta, vt requirebatur; Ex quibus, & alijs per informantes, qui benè omnia contraria diluerunt, Domini fuerunt pro iustitia Carcerationis, quæ fuit etiam potius custodia, quàm carceratio.

## Callieñ. Fructuum.

*Lunæ* 28. *Aprilis* 1603.

### ARGVMENTVM.

In iudicio manutentionis attenditur possessio, quomodocumque capta, etiam sine mandato Iudicis. Exceptio vsuræ non impedit manutentionem, sicut nec alia exceptio respiciens defectum proprietatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Possessio quomodocumque capta sit, siue cum mandato Iudicis, siue sine, est manutenibilis.*
2 *Vsuræ exceptio non impedit manutentionem, quamdiu super validitate contractus discutiatur.*
3 *In manutentionis iudicio non admittitur exceptio respiciens proprietatem, & sub numero 5. vbi vide ampliationem.*
4 *Incertitudo vitæ faca cessare suspicionem vsurarum in Societatibus Officiorum, & vide num. 6.*

## DECISIO CVII.

DOmini perstiterunt in resolutis dandum esse mandatum de manutenendo Horatio, de cuius quasi possessione apparet, vt fuit in alia positione firmatum; Non obstant adducta nouiter in contrarium: Nam quòd Horatius cœperit possessionem vigore mandati Vicarij,
1 nihil est; † quomodocumdue enim possessio quæsita sit, siue cum mandato Indicis, siue sine, non refert ad
2 effectum manutentionis. † Quæ obiiciuntur contra pactum quòd vsuram sapiat, non impediunt manutennonem, quamdiù super validitate discuritur, vt fuit dictum in vna Messaneñ. Baroniarum coram Oradino 5. Nouembr. 1565. & in Murineñ. census fuit resolutum co-
3 ram R. P. D. meo Sacrato. † Nam defectus respiciens proprietatem non admittitur in hoc summarissimo Iu-
a dicio [a], vt fuit dictum in vna Romana Census 8. Februarij 1577. coram Robusterio, & in vna Mediolaneñ. Parochialis 16. Martij 1588. coram Illustrissimo Cardi-
4 nali Platto, † tanto minus, quia propter incertitudinem vitæ videtur cessare suspicio, & labes vsurarum, iuxta tradita per Roman. *consil.* 202. *numero* 3. & Dec. *in l. fin. nu.*
b 4. *C. de transact.* [b] Nec etiam obstat, quòd titulus fuit habitus lite pendente, quia concernit petitorium.

*ANNOTATIO.*

5 a Rota † *dec.* 477. *nu* 3. & *decis.* 614. *num* 4. & *decis.* 685. *in fine part.* 1. *in recent.* & conclusio procedit, etiam si defectus offeratur in continenti probandus, Surd. *cons.* 93. *num.* 7. & non potest impediri manutentio sub prætextu non iuris, nisi constet de dicto non iure per confessionem, vel per rem iudicatam, prout in terminis manutentionis, Rota *decis.* 28 *sub num.* 9. *par.* 1. *diuers.* & aliis pluribus relatis fuit dictum in Anconitana bonorum 29. Nouembr. 1616. coram R. P. D. Buratto.

6 b In † in Societatibus Officiorum sola incertitudo vitæ non iustificat Societatem, quin sit vsuraria, nisi etiam concurrat Officium vacabile, quod est subiectum, & fundamentum Societatis, vt fuit dictum coram Cardinali Millino in decis impress. penes Zacch. de Societat. Offic. *dec.* 28. *n.* 18.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Aquinaten. Beneficij.

*Veneris 2. May 1603.*

### ARGVMENTVM.

Subreptionē allegans tenetur illam probare, & vide plures qualitates, de quibus non est necesse facere mentionem: Beneficium, ex quibus præsumatur Curatum, & ex quibus requirat residentiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Subreptionem opponens tenetur illam probare, & num. 12.*
2 *Beneficium præsumitur simplex, & sine cura. & numero 13.*
3 *Curatum non præsumitur beneficium ex eo, quòd in Ecclesia administrentur Sacramenta, nisi probetur, quòd illud obtinens ad ea administranda adstringatur, & recipientes illuc accedere cogantur, & num. 14.*
4 *Residentiam non requirunt beneficia simplicia ex generali consuetudine.*
5 *Residentiæ onus non probatur ex onere Missam celebrandi, quæ potest per alium explicari, & num. 15.*
6 *Subreptitia non redditur gratia ex taciturnitate qualitatum à iure non consideratarum, nec exprimendarum.*
7 *De incertis eleemosynis non est facienda mentio.*
8 *Subreptitia non est gratia ex eo, quia non fiat mentio de concursu, & de magna populi deuotione.*
9 *Subreptitia est gratia sanatoria, si in ea non sint expressè defectus nullitatis.*
10 *Limita non procedere, quando adest clausula salutaris, quòd clausula infectiua habeantur pro expressis.*
11 *Supplicatio tamquam matrix ad effectum subreptionis attenditur, & latè vide nu. 16. vbi quid ad effectum iustificationis.*

## DECISIO CVIII.

IN vltima positione huius causæ, in quà fuit resolutum gratiam (*si neutri*) Raynerij esse iustificatam, reseruatum fuit, vt particulariter videretur, An esset subreptitia, quo dubio dato, & vtraque parte informante fuit
omnibus idem sentientibus conclusum pro negatiua, † 1
quia Archipresbyter, & litis consortes subreptionem
non probant, prout tenentur, [a] Io. Andr. *in capit.* 4. vbi a
etiam Gemin. *sub num.* 8. *vers. in literis verò beneficialibus.* & Franc. *numero* 17. *de lit. const. in* 6. Abb. *in capit. constitutus num* 4. *de rescript.* Rot. *decis.* 8. & 9. *de except. in nou.* Aegid. *decis* 470. Nam quod obiicitur non fuisse factam mentionem de cura Ecclesiæ annexa cessat, quia nullibi proba-
tur Ecclesiam esse curatam, † & beneficium præsumitur 2
simplex, Aegid *decis.* 676. Staf. *de lit grat. tit. de qualit. & stat. benef. numero* 1. Rebuff. *in prax. sub tit. secul. benef. quotuplex. num.* 11. fuit dictum in vna Calaguritana Con-
gruarum 16 Nouembris 1571. coram Oradino [b] †. Nec b
bene infertur onus curæ ex eo, quod soleant in d. Ec- 3
clesia ministrari Sacramenta, quia ex hoc non concluditur, quòd beneficium sit curatum, nisi probetur, quod illud obtinens ad ea ministranda astringatur, & recipientes illuc accedere cogantur, glos. *in Clem. dudum. in vers. Impendum*, Imol. *post num.* 32. *vers. adde hoc facit ratio*, Ancharan. *numero* 20. *de sepul.* Abb. *in cap. de multa. sub num.* 24. *vers. adde vnam glos de praben.* Dec. *in cap. ad aures. numero* 19. *secundùm vltimam impress. de rescrip.* Sarneñ. *in reg. de idio. quæstion.* 11. *sub num.* 6. *vers. ratio secundùm gloss.* fuit dictum in vna Rauenaten. Parochialis 20. Maij
1577. coram Cantuccio. [c] Minus etiam facit. quòd non c
fuerit expressum beneficium requirere residentiam,
quia nec etiam probatur onus residentiæ. † Imo cùm 4
sit simplex ex generali consuetudine, non est necessaria residentia, Imol. *in cap. fin. num* 9. *vers. sed attento. de Cler. non residentibus.* Alex. *cons.* 1. *num.* 2. *lib.* 7. Dec. *in d. cap. ad aures num.* 22. *in fin.* Cæl. de Grass. *decis.* 4. *num.* 3. *de prabendis.* † Nec bene infertur residentia ex onere Missas cele- 5
brandi, quia vltra quod tale onus non probatur, illam non concludit, cùm per alium sine continua residentia
possit explicari, [d] Lap. *allegat.* 35. fuit decisum in vna d
Romana Cappellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram R. P. D. meo Decano, & in vna Brixieñ. Cappellaniæ de Claris 2. Martij 1589. coram R. P. D. meo Lusta, & sæpius in aliis cessante onere celebrandi Missas, & Sacramenta ministrandi, non fuit necessarium exprimere, quòd ibi Missæ celebrentur, & etiam ministrentur Sacramenta,
† quia hæc non est de qualitatibus à iure consideratis, 6
& exprimendis, & propterea eius taciturnitas non reddit gratiam subreptitiam. Cald. *cons.* 10. *de rescrip.* Aegid *decis.* 679. *numero* 4. *vers. tertia principaliter.* Capun. *decis.* 46. *parte* 2. & 224. *parte* 3. fuit dictum in causa Calagurirana iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coram Rubeo, vltra quod

hæc

hæc fiunt non solùm voluntariè, sed etiam euentualiter
7 ex eleëmosynis, quæ à futuro pendent euentu;† Vnde
sicut de ipsis eleëmosynis incertis non est facienda mẽtio, Oldrad. *cons.* 118. *cum aliis* per Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. ita nec de Missis, & alijs, quæ ab ipsis eleë-
8 mosynis pendent: † idem etiam dicitur de concursu, & magna Populi deuotione, de vnione mentio non erat facienda, quia fuit iam resolutum, eam nõ probari. Quod
9 dicitur gratiam † subreptitiam ex eo, quòd in ipsa non sunt expressi defectus nullitatis ex *decis.* Peregr. 171. *lib.*
10 1. *&* 165. *lib.* 3. tollitur † ex clausula salutari, quòd clausulæ infectiuæ habeantur pro expressis, vt dicitur in *d. decis.* Peregr. 171. Achil. *decis.* 1. *de except.* Guidop. *decis.*
11 27. † & ad istum effectum attenditur supplicatio tamquam matrix. Quæ dicuntur de illiteratura D. Rainerij,
e nullibi probantur [e].

*ANNOTATIO.*

12 a Subreptionis † exceptio cùm sapiat obiectum, est plenè, & concludenter probanda ab opponente, Seraphin. *decis.* 855. *n.* 15. & fuit dictum in Mediolanen. Cappellaniæ 29. Nouembris 1595. coram Orano.

b Et alios cumulat Gonzal. *super. reg.* 8. *glos.* 6. *nu.* 91. & propterea millies in Rota fuit dictum quòd narratiua, quòd
13 † beneficium sit simplex, non indiget iustificatione, eo quia de iure præsumitur, Rota *decis.* 699. *sub nu.* 3. *par.* 2. *in recentior.*

14 c Et fuit dictum in Salamantina Beneficij † 28. Nouemb. 1608. coram eodem Sanctiss. & de qua infra *dec.* 387. in Calaguritana decimarum 11. Decembris 1615. coram R.P.D. Pamphilio. Rota *decis.* 233. *sub num.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 257. *sub num.* 3. *par.* 2. *in recent.* Gonzal. *super reg.* 8. *glos.* 6. *n.* 36.

15 d Et quòd † beneficium non censeatur Sacerdotale, non obstante, quòd in fundatione fuerit dictum, quòd eligatur Cappellanus, qui Missas celebret, quia cùm non dicatur, quòd celebret per se ipsum, potest per alium celebrare, iuxta *decis.* Lap 35. plures cumulat Gonzal. *super reg.* 8. *glos.* 5. *num.* 74 *& seq. per plures.* Rota *decis.* 366. *num.* 2. *& decis.* 635. *num.* 2. *& decis.* 719. *num.* 1 *par.* 2. *in recent.* in quibus decisionibus Rota requirit, quòd fundator expresse dixerit, quòd Cappellanus expresse per se ipsum celebrare teneatur ad effectum, quòd sit Sacerdotale, & Gonzal. ampliat id procedere etiam si testator dixerit, quòd Cappellanus celebrare debeat Missam, sicut cæteri Cappellani, Gonzal. *dicta glos.* 5 *num.* 88. prout etiam procedit etiam si fuisset dictum, quòd eligatur Sacerdos idoneus, qui Missas celebret, nam vt satis dicitur idoneus, qui per substitutum celebrat, ita respondit Rota *dicta decis.* 635. *numer.* 2. *&* 3.

16 e Supplicatio † ad effectum subreptionis est attendenda, non autem literæ expeditæ, vt fuit dictum in Cæsaraugustana Pensionis 19. Februarii 1590. coram Gypsio, & in Bononien. Bonorum de Binarinis 5. Martij 1618. coram bo. me. Andrea, vbi dicitur fuisse sæpius decisum Ad effectum tamen iustificationis, an sit attendenda supplicatio, vel literæ, Rota variauit, nam quòd sint attendendæ literæ ad istum effectum iustificationis, tenuit in Meleuitana Pensionis coram Litta, quæ reperitur impressa penes Marches. *de Commiss. tom.* 1. *fol.* 518. ea ratione, quia non supplicatio, sed literæ sunt canonizandæ, in contrarium autem tenuit Rota in Toletana Parochialis 10. Maij 1569. coram Cardinali Arigonio, & Rota penes Seraphin. *decis.* 1496. *numer.* 3. *in fine, &* 4. & in Pampilonen. Beneficiorum 14. Ianuarij 1613. coram Cardinali Sacrato, vbi fuit dictum, quòd narratiua non dispensationis expressa in literis, quæ non legebatur in supplicatione non erat iustificanda, ex ea ratione quia supplicatio non literæ sunt attendenda. Ego crederem, quòd huiusmodi decisiones possent ita ad concordiam reduci, aut narratiua est in supplicatione, & non in literis, & tunc non eget iustificatione, & ita in hoc casu verum est, quòd sunt attendendæ literæ, non supplicatio, & in his terminis loquitur Seraph. *dicta decis* 1446. *n.* 3. *in fine, & n.* 4. Aut narratiua legitur in literis, & non est in supplicatione, quæ narratiua fuit addita per Officiales, & tunc est attendenda supplicatio, non literæ; ratio est, quia Officiales Cancellariæ non possunt aliquid addendo in literis præiudicare impetrantibus, benè Rota *d.* 465. *n.* 4. *p.* 2. *in recẽt. & dec.* 128. *n.* 5. *in fine eodem par.* 2. *in recẽt.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Interamnẽn. Bonorum.

*Lunæ* 5. *Maij* 1603.

ARGVMENTVM.

Milites Hierosolymitani testari non possunt, etiam si sint extra Claustrum: Papa sciens inhabilitatem censetur tacitè dispensare, quod tamen limitatur in duobus casibus, de quibus in decisione.

*SVMMARIVM.*

1 *Milites Hierosolymitani sunt verè Religiosi, & non habent testamenti factionem.*
2 *Amplia procedere etiam in Milite non claustrali, & præfecto Commendæ.*
3 *Preceptoriæ non sunt Beneficia perpetua, sed manualia, & possunt Milites ad nutum magni Magistri ab illis amoueri, & n.* 12.
*Regularia beneficia censentur manualia, & numero* 12.
4 *Monachus non redditur testabilis ex habitatione extra claustrum.*
5 *Monachus, etiam si fiat Episcopus, non potest testari.*
6 *Tot dispensationes, & habilitates requiruntur, quot sunt obstacula.*
7 *Dispensare censetur Papa, quando scit inhabilitatem, & de hoc latè vide n.* 13.
8 *Hoc procedit non in cognitione personæ, sed in scientia in actu, qui geritur, quæ sit expressa in priuilegio, vel ex eo colligi possit.*
9 *Item non habet locum regula quando agitur de præiudicio tertij.*
10 *Derogatoria derogatoriarum contenta in primo priuilegio censentur sublata per sequentem dispositionem cõtinentem clausulam* (etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac indiuidua, ac de verbo ad verbum esset facienda mentio) *& n.* 14.
11 *Clausula* (pro expressis) *tollit derogatorias derogatoriarum contentas in primo priuilegio.*

DECISIO CIX.

DOMINI perstiterunt in resolutis, quia indubitatum est, Milites Hierosolymitanos esse intestabiles, non solùm, quia stabilimenta id expresse disponunt, sed etiã quia, † vt sæpius Rota resoluit, sunt veri Religiosi, qui 1
non habent testandi facultatem, *c. cum ad Monasterium. in fin. de stat. Monach.* latè Franc. *in Rubr. de testa. in* 6. *num.* 65. †. Non obstat quòd Frater Ludouicus non esset clau- 2
stralis, sed professus commendæ, & propterea haberet velle, ac nolle, glos. *in c.* 2. *in ver. Religiosus. de testa. in* 6. quia hoc non procedit in his Militibus, vt per Mohedan. *decis.* 10. *de caus. poss. & propr.* & † istæ præceptoriæ non 3
sunt beneficia perpetua, sed manualia, & ab illis possunt Milites ad nutum Magni Magistri amoueri, vt dicit ibi Mohed. & sæpius Rota resoluit, [a] vltra quod habitatio a
extra claustrum † non facit Monachum testabilem, vt 4
videmus in Monacho facto † Episcopo qui testari non 5
potest, glos. *in c.* 1. & ibi Couar. *de communi. de testamen.* Franc. *in de rubr. num.* 76. stante autem inhabilitate personæ Fratris Ludouici ad testandum non iuuatur priuilegio, quòd tantùm habilitat ad disponendum de redditibus Ecclesiasticis, & nihil disponit super incapacitate personæ, † & tamen tot requiruntur habilitationes, quot 6
obstacula, Gem. *cons.* 33. fuit dictũ coram Sanctissimo in Pharen. Pẽsionis, & in Romana Palatij 5. Iunij præteriti corã R.P.D. meo Sacrato; [b] nõ obstat clausula (*omnibus*, b
*& singulis*) quæ ostẽdit priuilegiũ esse cõcessum etiã sin-

gulariter, quia nihilo minus non est magis latum, nec vlteriùs extenditur in persona vnius, quàm in per-
7 sona alterius.† Nec facit quòd Papa sciuerit habitum,& professionem fratris Ludouici,ita vt propterea videatur
8 dispensasse,† quia regula procedit non in cognitione personæ, sed in scientia in actu qui geritur, quæ sit expressa in literis priuilegij,vel ex eis colligi possit, gloss. *in cap.statutum in ver.literarum.de rescript. in* 6. Natt. *cons.* 410.*num.*22.Sarn.*in reg.de non* *quaes. non tollend. quaest.*18.
9 *num.*4.† Nec habet locum, quando agitur de præiudicio tertij,vt hic religionis,cuius sunt bona,Felyn.*in cap. cùm inter.num.*4.*in fin.de except.* Franc.*in cap.vnic. sub num.* 6. *vers. hoc tamen fallit. de excess. Prælat. in sexto.* Sarn. *vbi supra sub num.*4. Domini etiam persititerunt in ea sententia,quòd facultas testandi, quatenus in dicto priuilegio esset concessa, esset sublata per constitutionem Pij V.
10 † Nec releuāt clausulæ derogatoriæ derogatoriarum in priuilegio appositæ,quia satis sunt sublatæ per clausulas constitutionis,videlicet,ibi (*etiamsi de illis*) eorumque totis tenoribus,specialis,specifica,expressa,& indiuidua,
d ac de verbo ad verbum,[d] D.Feder.de Sen. *cons.* 47.*sub n.*1.*vers.& hoc intelligo verum* Alex.*cons* 7.*n.* 17.*lib.*4.Ias. *cons.*184.*col.*3.*vers.item prædicta ferium lib.*2.Paul.de Castr. *consil.*206.*sub n.*1.*vers.præterea ista mentio.lib.*1.lo. de Ana.
11 *cons.* 56. *n.* 3. præsertim † accedente etiam clausula (*pro expressis.*) Ant.Butr.*cons.*2.Mohed.*decis.*1.*de rescript.*

*ANNOTATIO.*

12 a Paris.† *cons.*44.*num.* 1.*& a.lib.* 3. Put. *decis.*382.*lib.*1.iuxta nouam impressionem, Achil. *decis.* 9. *num.* 3. *de præben.*& fuit dictum in Romana, seu Firmana fructuum 13. Nouembris 1589. coram Cardinali Pamphilio,prout regulare est, quòd omnia beneficia regularia,quæ non sunt curata,& electiua censentur manualia, & ad nutum amouibilia,Gonzal.*super reg.*8.*glos.*8.*num.*7.
b Circa hoc dixi supra *ad decis.* 87.
13 c Licèt †regulariter Princeps disponendo ad fauorem inhabilis data scientia inhabilitatis censeatur secum tacitè dispensare,id tamen non habet locum in Pontifice stante Regula Cancellariæ 46. in qua disponitur, quòd dispensationes debeant ad partes obtinere, aliàs suffragentur. Paris. *de resignation. lib.* 4. *quaest.* 3.*num* 66 *& seq.* Gonzal. *super regul.*8.*glos.*15.*num.*19.videnda est tamen *decis.*Put.5. *de dispensat.* vbi dicitur quòd quando Papæ est expressus defectus, si Papa concedit gratiam, videtur dispensare, non obstante,quòd sit oppositum de regula,sed postea in fine decisionis dicit, quòd videndum est quomodo respondeatur *d. regula* 46.
14 d. An † huiusmodi clausula operetur sufficientem derogationem,ac si fuisset in specie omnibus in contrarium facientibus derogatum est videndus latè Gonzal. *super regul.*8.*glos.*36.*per totum.*& præsertim *num* 23.*& seq.*& Curia seruat censeri sufficienter derogatum per huiusmodi clausulam,vt testatur Card.Tusch. *in verbo clausula.concl.* 350. *n.* 6. sequendo *cons.* Butr.2. *&* 49.& quidem si esset necesse facere mentionem de omnibus in contrarium facientibus, Papa etiam quando vellet,non posset derogare,quia ferè impossibile est, quòd Papa possit reminisci omnium vel scire omnia in contrarium obstantia, vt benè considerat Gonzal.*glos.*36. *nu.* 24. & Rota Tirasconen. Prioratus 26.Iunij 1595. coram Card. Blanchetto.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Eluen. Beneficij sancti Petri.

*Lunæ* 5. *Maij* 1603.

ARGVMENTVM.

Patet in Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Per contradictas procedi potest contra eum qui discessit à Curia & non dimisit procuratorem, & præsertim quando intercessit tempus notabile à die discessus.*

DECISIO CX.

Fuit, informante tantùm Ioanne, pro eo resolutum benè fuisse processum contra Franciscum aduersarium per contradictas; † imputet enim sibi si discedens 1 à curia non reliquit,aut non transmisit Procuratorem.[a] Hoc enim casu valet talis Processus, Rota *decis.* 17.*de dolo*, *& contu. in nou.* præsertim cùm tempus non breue intercessisset à die recessus, vt fuit resolutum coram bo. memor.Gypsio in Auellen. Vnionis 18.Aprilis 1595.& sæpius dictum.

*ANNOTATIO.*

Per contradictas potest procedi,etiam si fuerit transmissum mandatum; sed tamen non acceptatum, vt fuit dictum in Ortonen. Pensionis coram Cardinali Pamphil. impres. per Marches. *de Commiss. fol.* 278.*tom.*1. Amplià,vt nec sufficeret acceptatio mandati in alia causa,& coram diuerso Iudice, sed requiritur acceptatio, & productio mandati in actis eiusdem causæ,vt benè dicitur in d.Ortonen.Potest etiam procedi per contradictas, data acceptatione mandati in procuratore,qui alium substituit, & talis substitutus recessit à Curia, Achil.de Grassis *decis. de dolo.* Mortuo Procuratore in Curia, non potest contra principalem procedi per contradictas, nisi intimata prius in partibus principali dicta morte sui Procuratoris, Rot.*dec.*192. *num.*6.*part.*2.*in rec.*vbi fuit dictum *decis.*Bellamer.494.in qua contrarium deciditur in praxi non seruari. Aduertendum tamen est, quòd licèt data absentia principalis,vel Procuratoris à Curia possit per contradictas procedi, nihilominus si contingat fieri aliquem actum in partibus,vbi sit principalis,puta examē testium, non potest ibi procedi per contradictas; sed est citandus dictus principalis, ita fuit dictum in Nerulen.Vicariatus coram Cardinali Sacrato impress. penes Marchesan. *de Commiss.tom.*3.*fol.* 99.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Valentina Pensionis.

*Veneris* 9. *Maij* 1603.

ARGVMENTVM.

Mandatum coniecturis, & præsumptionibus probatur, & plures adducuntur coniecturæ pro illius probatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum probatur præsumptionibus, & coniecturis, & maximè quando cum eis concurrit enunciatio mandati, & num.*7.
2 *Mandatum præsumitur quando quis enunciatur procurator cum specifica relatione ad notarium rogatum, & ad certam diem rogitus.*
3 *Mandatum præsumitur stante solutione pecuniarum alicui vti procuratori facta.*
4 *Soluere potest quilibet pro alio etiam inuito,& num.* 8.
5 *Mandatum præsumitur in soluente procuratorio nomine.*
6 *Et tantò magis præcedente obligatione principalis*

DECISIO CXI.

Conclusum fuit solutiones probari, nam quoad quietantias factas per ipsum Episcopum, non cadit dubitatio,quoad solutiones factas Bartolomeo,Iacobo, Paulo, ac Michaeli Procuratoribus Episcopi. Non obstat oppositio defectus mandati,quia de eo visum fuit Dominis satis apparere,saltem ad effectum,de quo agitur, vt procedatur in causa † non obstante clausula(*sine* 1 *retardatione*) cùm enim mandatum probetur præsumptionibus, & coniecturis, [a] Dec. *consilio* 35. *post numerum.* 8. Cassad. *decision.*3.*numero.* 4.*ante finē. de Procur* a Cæsar

Cæs.de Grass.*decis. 2.num.5.& 6. de reb. Eccles.non alien.*
Hìc adsunt plnres coniecturæ, quæ eò magis vegēt, quia
cum eis concurrit enunciatio mandati, vt fuit dictum in
Veliterna Casalis 7. Iunij 1574.coram bo.me. Illustriss.
2 Cardinali Lancellotto. † Prima coniectura ex eo desu-
mitur, quòd non solùm Procuratores enuncientur, sed
cum specifica relatione ad Notarios rogatos, & certam
diem rogitus, quæ relatio multùm operatur in hac ma-
teria, Cassad.*d.decis.3.num.4.vers.Item vult.* cum aliis ad-
3 ductis in dicta Veliterna Casalis. † Secunda, quia longè
à verisimili abest (vt etiam in dicta Veliterna perpende-
batur) quòd tanta quantitas pecuniarum in tot vicibus
fuisset illis tamquàm Procuratoribus soluta, nisi soluen-
ti constitisset de mādato exigentium. Tertia, quia minus
etiam credibile est, quòd Episcopus distulisset ab anno
1599. petere tot terminos huiusmodi Procuratoribus
solutos, ex quibus, & aliis adductis per informantes vi-
sum fuit satis constare de mandato, iuncto præsertim,
quòd tempore productionis nihil fuit oppositum, Fe-
rett.*cons.226.in princ.* & Episcopus passus est in negotio
principali vsque ad sententiā, & vltra procedi; de man-
4 dato autem soluentis non esset quærendum, † cùm qui-
libet tertius soluere possit, & liberet debitorem igno-
rantem, ac inuitum, *l.solutionem, ff.de solutionibus, l.soluen-*
b *do, ff.de neg.gest.Inst.quibus mod.toll.oblig.in princ.*[b] tamen
5 † satis est verisimile, quòd mandatum habuerit, cùm sol-
uerit tantam pecuniarum quantitatem procuratorio no-
mine Hieronymi, asserendo, quòd soluebat de pecuniis
ipsius Hieronymi, Cassad.*d.decis.3.num.4.in fin.* Soc. Iun.
6 *cons.56.nu.9.in fin. lib.* 1. † præsertim stante obligatione
ipsius Hieronymi soluendi d.pensionem, vt fuit dictum
in vna Lucana Pensionis 4.Iunij 1584.coram Illustrissi-
mo Lancelloto.

## *ANNOTATIO.*

7 a Et quòd † mandatum probetur ex præsumptionibus, &
coniecturis, sæpiùs firmauit Rota, Seraph.*decis.1326. num.*
2.Rota *decis.55.num.1.& decis.89.num.1.& 2.& decis.169.nu.*
*4.par.2. in recent. & par.1.in recep. decis. 475.num.8. &* 10.
adeò quòd Rota dixerit, stante oppositione partis con-
trariæ, neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato,
non esse necesse mandatum exhiberi, si ex præsumptioni-
bus, & indiciis præsumi potest, vtputa ex litis sustentatio-
ne cum impensa, ex iurium productione, & similibus, de
quo dixi infra *ad decis.330.*
8 b Et † quòd quilibet tertius soluere possit pro debitore, te-
net Roman.*cons.428.nu.8.* vbi Mandos.*in addit. Marsil. sin-*
*gul.368.num.1.* & creditor potest compelli recipere. Surd.
*decis.174.num.* 27. quod tamen non procedit in Domino
directo emphyteusis, & feudi, qui non potest compelli
ad recipiendum Canonem ab alio, quàm ab emphyteu-
ta, & feudatario, Marsil.*sing.58.num.1.* Burs *cons.181.num.2.*
Surd.*decis.180.num.10.* Corbul.*de causa priu.ob nat. salut. ca-*
*nonem. limit.7.* Gratian. *Disceptat.Forens.cap.8.num.8.* Sed &
hoc recipit sublimitationem, vt scilicet non procedat,
quando offerens soluere prætenderet interesse aliquod
verbi gratia si esset creditor emphyteutæ, & ideò sua in-
teresset non fieri deuolutionem, vt faciliùs posset sibi sa-
tisfieri ex re emphyteotica, seu illius fructibus, Marsil.
*dict.singul.368.num.2.* Corbu. *dicta limitat.7.num.4.* Magon.
*decisione Florentina* 117.*num.31.* Gratian. *Disceptat.Forens.d.*
*cap.8.num.12.*
Soluens pro alio potest actione vtili negotiorum gestorum,
solutum repetere, *l.si filius.in fin.ff.de neg.gest.* quod tamen
non procedit, si solueret inuito creditore, Paris.*consi.107.*
*nu.129.lib.3.* Menoch.*consil.226.num.25.* Scacc. *de Camb.§.2.*
*gla.5 num.72.& seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Taruisina Parochialis.

*Lunæ* 12. *May* 1603.

## ARGVMENTVM.

Vnioni repugnat status collatiuus, & vacatio tituli.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vnioni repugnat status collatiuus, & sub nu.5.*
2 *Vltimus status sufficit ad sustinendam collationem. Declara prout sub num.6.*
3 *Vnioni repugnat vacatio, & sub nu.5.*
4 *Vnioni repugnat, quòd alius, quàm locus, cui prætenditur facta vnio, percipiat omnes fructus, & prouentus.*
5 *Vnitum beneficium amittit nomen beneficij, efficitur prædium Ecclesiæ principalis, amplius non vacat, non est collatiuum, nec potest resignari.*

## DECISIO CXII.

CVm placuisset Dominis iterum audire Moniales
super petita ab ipsis remissoria, iterum etiam de-
negandam dixerunt: † potissima ratio fuit, quia appa- 1
rer de pluribus collationibus Sedis Apostolicæ, & Mo-
nialium, quæ repugnant intentioni Monialium, quòd
beneficium sit vnitum, & de mensa,[a] Aret. *cons.63.* fuit a
dictum in Parmeñ. Prioratus 14.Aprilis coram R.P.D.
meo Penia, & in hac causa 27. Nouembris præteriti, &
excluditur prætensa articulata immemorabilis, Put. *de-*
*cis.476. lib.* 2. fuit dictum coram eodem Domino meo
Penia in vna Caputaquensi 27. Nouembris 1591. & in
vna Eugubina 22. Iunij 1598. & coram me in Aquina-
tensi Beneficij 29. Aprilis anni præteriti: † præsertim, 2
quia vltimus status, vt sæpius fuit dictum, est collatiuus,
quod sufficit Brunacino ad sustinendam eius gratiam;
Calder.*cons.25.de præben.*[b] latè Felyn. *in c. eam te.nu.22.* b
*de rescript.* & propterea articuli ad istum effectum sunt
irreleuantes, Rot.*decis.49.de rescript. in antiq.* quicquid
enim dicat Abbatissa in narratiua prouisionis, quam fe-
cit Syluestro Carrario, per cuius obitum Brunacinus
impetrauit beneficium, quòd beneficium sit de mensa,
cùm dicat illud vacare, & vti de vacanti prouideat, † 3
vacatio repugnat assertæ vnioni, & facit quod benefi-
cium non possit dici de mensa, *c.cùm accessissent.de const.*
*clem.vnic.§.quidam etiam*, & ibi Vital. *num.81.de excess.*
*Prælat.* Fedet. de Sen. *cons.187.& 100.* Gemin. *cons.86.*
*num.5.* † prout etiam illud, quod in prouisione dicitur, 4
quòd percipiat omnes fructus, & prouentus, gloss. *in d.*
*§.quidam etiam.in ver.ad mensam.* Innoc.*in c.de Mona-*
*chis.de præbend.* & fuit dictum in hac causa 27. Nouem-
bris præteriti Lucana.

## *ANNOTATIO.*

a Beneficium † eo ipso, quòd est vnitum amittit titulum, 5
& nomen beneficij, & efficitur prædium eius, cui est vni-
tum, latè Gonzal.*super reg.8.glos.5.§.7.nu.2. & seq.* Garz.*de*
*benef.par. 12. cap.2. num. 10. & seq.* qui infinitos cumulat,
Rota *decis.199.num.5.& decis.710.num.2.par.2.in recent.* Et
propterea capta possessione Ecclesiæ principalis, cense-
tur capta etiam possessio Ecclesiæ vnitæ vti prædij Ec-
clesiæ principalis, prout latè firmauit Rota *dec.658.nu.8.*
*& 3.par.2.in recent.*
Hinc etiam sequitur non dari vacationem beneficij vniti,
vt firmat hæc decisio, & latè tradit Gonzal.*d.§.7.num.7.&*
Garz.*d.cap.2. n.15.& 16.* Seraphin.*decis.1011.nu.1.* Rota *di-*
*cta decis.658 sub num. 3.par. 2. in recent.* & per consequens
nec etiam collationem, vt firmatur in hac decisione, &
dixit etiam Rota *in decis.186. sub num. 2. vers. neque ideò*
*nderat. par. 2. in recent.* & propterea nec etiam potest am-
plius permutari, nec resignari, latè Gonzal. *d.§.7. nu.11.*
*& seq.*
b Status vltimus quando sit attendendus, latè dixi *ad decis.*
*77.sub num.12.* quæ non repeto, & quia ibi distinxi inter
statum vltimum concernentem qualitatem beneficij, &
inter statum continentem pertinentiam collationis, seu
quasi possessionem conferendi, & dixi illum non attendi,
quando,

quando constat de statu anteriori contrario, sed quòd benè attenditur status vltimus respectu pertinentiæ collationis, & quasi possessionis conserendi, nunc addo, quòd post ibi adnotata, & etiam impressa inueni optimam decisionem R. P. D. Coccini Decani 737. *par. 2. in recent.* vbi hæc eadem distinctio latissimè comprobatur, & in illa distinguuntur tres casus, qui clarè dilucidant totam hanc materiam vltimi status, quæ aliàs satis confusa per curiam vagabatur.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Lucana Terrarum.

*Veneris* 16. *May* 1603.

### ARGVMENTVM.

Administrator rei Ecclesiæ non potest transferre Dominium rei Ecclesiæ habẽdo fidem de pretio, nec permutare rem Ecclesiæ, habita fide de re permutanda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fidem de pretio non possunt habere administratores Ecclesiæ, dum vendunt, ita vt transferant dominium.*
2 *Item nec permutando possunt habere fidem de re in permutatione accipienda.*
3 *Permutatio est similis emptioni, & vicem emptionis obtinet, & secundùm naturam emptionis regulatur.*
4 *Ecclesiæ dicuntur bona deputata pro fabrica Ecclesiæ.*
5 *§. Vendita. Instit. de rer. diuis. an procedat in permutatione.*
6 *Administrator Ecclesiæ quòd non possit, habendo fidem de pretio, dominium transferre, est speciale in eo, & in similibus personis, & id est particulari ratione cautum.*
7 *Contractus est validus, licèt administrator, habendo fidem de pretio, non transferat dominium.*
8 *Beneplacitum Apostolicum non supplet defectum causæ, & num. 11.*
*Inducit tamen præsumptionem iustæ causæ, & num. 11.*
9 *Fides dicitur habita de pretio, si fuerit constitutus annuus census loco pretij.*

### DECISIO CXIII.

1 QVemadmodum † nõ possunt administratores Ecclesiæ, vendendo eius bona, habere fidem de pre-
a tio; ita vt dominium transferant, ª Bart. *in l. à diuo Pio. §. sed si emptor num* 3 vbi etiam Alex. *num.* 7. *&* 8. Ias. *nu.* 6. *&* 7. *ff. de re iud.* Bal. *in l. an ciuili nn.* 2. *&* 3. *C. de rei vend.*
2 † ita nec etiam censuerunt Domini, permutando, habe-
3 re fidem de re in permutatione accipienda, † cùm permutatio sit similis emptioni, *l. fin. ff. ex quibus caus. in poss. eat.* & vicem emptionis obtineat, *l.* 2. *C. de rer. per.* & secundum naturam emptionis reguletur. Bar. *in l. fin.* per il-
4 lum tex. *ff. eod. tit.* † Quòd autem bona permutata sint Ecclesiastica, non ambigitur; cùm sint deputata pro fabrica Ecclesiæ, *c. quatuor, c. de redditibus, & c. mos* 12. *quæst.*
5 1. Non † obstat quòd dispositio §. *vendita. Inst. de rer. diuis.* non procedat in permutatione secundum gloss. *in l.* 2. *C. de rer. permut.* quia vltra quòd de hoc est controuersia, & cõtrarium tenet glos. *in l. cùm proponas. in verb. remansit ff. de dol. & per.* Bart. *in d. l.* 2. *& in l. cùm seruus communis. §. locatio.* post Gloss. *ibi ff. de furt.* respondetur
6 non benè inferri ad casum nostrum, † quia quòd administrator Ecclesiæ non possit, habendo fidem de pretio, dominium transferre, est specialiter in administratore rerum Ecclesiæ, & similibus personis, ac particulari ratione cautum, vt per Bart. *in d. § sed si emptor sub num.* 3. Aret. *in d. §. vendita post nu.* 3. Felyn. *in c. cùm olim. sub nu.* 5. *versic. Item nisi sit Procurator Ecclesiæ, de offic. deleg.* Nec ad rem facit allegatum beneplacitum Apostolicum, quia
vltra quòd de eo nõ constat, † illud respicit validitatem 7
contractus, non translationem dominij, & Doctores qui dicunt non posse administratorem habere fidem, loquuntur quoad effectum transferendi dominium, & dicunt contractum validũ, Bald. *in d. l. in ciuili in fin.* Alex. *in d. §. sed si emptor sub num.* 8. *vers. quod intelligatis sanè,* Ias. *sub nu.* 6. *vers. intellige verum,* idem Ias. *in l.* 1 *nu.* 18. *in fin. ff. de offic. Procurat. Cæs.* Præterea, vt dicunt Bart. & alij qui supra, ideo non potest administrator Ecclesiæ habere fidem de pretio, quia in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur causa, *cap.* 1. *de rebus Eccles. non alienan. in* 6.
† Beneplacitum autem non supplet defectum causæ, vt 8
fuit dictum in vna Placeñ. Bonorum 7. Aprilis 1581. coram Reuerendissimo Alexandrino. † Minus facit quòd 9
fuerit interim constitutus annuus reditus stariorum 18. Grani, quia hoc non tollit, quòd non dicatur habita fides de pretio. Couarr. *variar. resolut. libr.* 3. *cap.* 11. *numer.* 5.

### *ANNOTATIO.*

a Qui † possint habere fidem de pretio, & quando dica- 10
tur de pretio fides habita, vide latè Manric. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 21.

b Et quòd † beneplacitum Apostolicum non suppleat de- 11
fectum causæ, Seraph. *decis* 508. *num.* 2. Rot *decis.* 96. *num.* 3. *part.* 2. *In recent.* Mantic. *de tacit. lib.* 13 *tit.* 7. *num.* 7. Sed licèt beneplacitum Apostolicum non suppleat defectum causæ, tamen facit præsumere causam, donec contrarium probetur, Dec. *cons.* 142. *nu.* 7. *versic. & cùm dicatur.* Rot. *decis.* 201. *sub num.* 3. *part.* 1. *in recent.* fuit dictum in Senogallien. emphyteusis 11 Februa. 1608. coram R. P. D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Fauentina Bonorum.

*Veneris* 16. *Maij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Dos non cadit sub confiscatione bonorum mariti, & an obtenta gratia restitutionis per maritum veniant bona, quæ fuerunt vxori restituta pro illius dote: Incorporata quando dicantur bona Fisco ad effectum, vt non veniant sub gratia restitutionis habente restrictiuam; non tamen ad bona Fisco incorporata.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dos vxoris, & donatio propter nuptias non veniunt in confiscatione bonorum mariti delinquentis.*
2 *Restitutio bonorum confiscatorum cum limitatione non tamen ad bona in Fiscum incorporata, non extenditur ad bona, quorum possessionem Fiscus apprehendit.*
3 *Incorporationem bonorum ad fauorem Fisci non potest impedire contradictio creditoris in pecunia sub prætextu hypothecæ, quam habet in dictis bonis.*
4 *Incorporationem impedit sola contradictio, respectu dominij, & possessionis.*
5 *Verba quantumuis generalia recipiunt limitationem ex verbis adiectis, & limitantur à suo termino restrictiuo.*
6 *Restitutio bonorum facta delinquenti comprehendit bona peruenta ad tertium immediatè ex ipso actu publicationis bonorum. & latè sub nu.* 9.
7 *Declara hoc procedere in iis bonis, quæ proueniunt ex ipsa condemnatione absque aliquo actu præcedenti, & ex ipso delicto.*
8 *Restituenda dotis casus euenit, quando maritus incipit exulare, etiam absque publicatione bonorum, & n.* 10.

DECI

## DECISIO CXIV.

BAnnito Capitaneo Io. Baptista Seuerolo cum pu-
blicatione bonorum, Margherita eius vxor petjit, &
obtinuit sibi relaxari bona stabilia pro concurrēti quan-
1 titate dotis, & donatioois propter nuptias, † hæc enim
iura erant sibi salua & exempta de iure ab ipsa confisca-
tione, *l. si. marito, in princ. ff. sol. matr. l. 1.* & ibi glos. & DD.
*C. de repud.* Bart. *in l. rem.* §. 1. *ff. de iure Fisci.* Mars. *in tract.*
*de Bannit. in ver. confiscata, num. 17. & seq.* Socin. iun. *con-*
*sil. 55. num. 3. lib.* 2. Fuit posteà idem Io. Baptista ad Pa-
triam, honores, & bona, ac statū gratiosè restitutus; post
quam restitutionem, cùm vellet possessionem, & libe-
ram administrationem bonorum vxori assignatorū con-
sequi, recusauit illa vxor restituere, & propterea orta in-
ter virum, & vxorem controuersia, & causa mihi extra
Rotam commissa, proposui dubium in Rota, An quo-
ad huiusmodi bona gratia, & restitutio obtenta suffra-
garetur Io. Baptistæ, ad quod Domini negatiuè respon-
2 derunt; fundamentum principale fuit, † quia restitutio
non fuit facta simpliciter, sed cum limitatione ad bona
Fisco noo incorporata, & ob id restringenda, quatenus
dicta limitario importat, Bart. *in l. fin. sub nu. 1. C. de senten.*
*pass.* & propterea non comprehendit booa, de quibus
agitur, quæ satis apparet fuisse incorporata Fisco, cùm il-
lorum possessiooem apprehenderit, fuerit à creditori-
bus conoentus, ac sine contradictione possederit, Bart. *in*
*l. 3. C. de bon. vac. lib. 10* Io. Plat. *in l. fin. num. 3. in fin. eodem*
3 *tit. cum alijs allegat.* † Contradictio autem Margaritæ,
quæ erat creditrix in pecunia propter hypothecā, quam
habebat in boois mariti, non impediuit incorporatio-
nem, Bald. *in d. l. si marito, num. 1.* Angel. *in vers. in text.* ibi,
*inter quos.* Imol. *nu. 6. & 7. ff. solut. matrim.* Ang. *de Malef.*
4 *in ver. publicamus. sub num.* 10. † sola enim contradictio
respectu domioij, & possessionis impedit effectum in-
corporationis, *l. fin. C. de bon. vac. lib.* 10. Non obstat vni-
uersalitas, & prægnantia verborum ex aduerso conside-
5 rata, † quia verba, vtcumque generalia, recipiunt limi-
tationem ex verbis adiectis, oon tamen Fisco incorpora-
ta, Bart. *in l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. leg.* Ruyn. *cons. 78.*
*sub num. 4. vers. præterea verba. lib. 1* & vniuersalis pro-
nunciatio limitatur à suo termioo restrictiuo, vt dicit
Bald. *in l. Pactum, quod dotali. num. 20. in fin. C. de collat.* &
6 post eū Aret. *cons. 78. sub nu. 4.* † Non obstat, quòd quan-
do acquisitio booorum peruenit ad tertium immediatè
ex ipso actu publicationis bonorum, tunc facta restitu-
tione, bona illa recuperentur, quia causa reducitur ad nō
a causam,[a] DD. *in l. Gallus, §. & quid si tantùm*, vbi Alex.
*n. 13.* Ias. *n. 56. vers. secundò limita. ff. de liber. & posth.* Ægid.
7 *decis. 743. n. 7. ver. ex ista secund. part.* † quia illud procedit
in iis, quæ proueniunt ex ipsa condemnatione absque
aliquo actu præcedenti, Ægid. *in decis. seq. 744. in princip.*
& quando acquisitio prouenit ex eadem radice, videli-
cet à sententia, seu delicto, Bero. *cons. 60. nu. 19. ad fi. vers.*
*& conclusio in effectu. lib. 3.* Hic autem nō potest dici, quòd
sine actu præcedenti fuerint bona Margaritæ quæsita ex
confiscatione, & quòd immediatam causam, & originem
habeant à confiscatione, cùm imò habeant originem
à promissione, de qua io instrumento restituendæ dotis
8 in omnem, & quemcumque casum restitutionis, † qui
casus euenit, cùm primùm cœpit Io. Baptista exulare,
etiam absque publicatione bonorum, Bart. *in l. si constan-*
*te, sub nu. 20.* Ias. *n. 168. ff. solut matr.* Socio. iun. *d. cons. 55.*
*num. 2.*[b]

### *ANNOTATIO.*

9 a Restitutio † plenaria Banoiti reintegrat ad bona imme-
diatè ex sententia banni cum publicatione bonorum in
tertium trāslata, & peruenta, prout de communi restator
Odd. *de restit. in integr. quæst. 9a. artic. 10. nu. 74. & 94.* Fari-
nac. *in praxi quæst. 6. nu. 36. vers. contraria,* & hanc sentētiam
sæpè fuit sequuta Rota, vt penes Ægid. *decis. 744.* Seraph.
*decis. 998. nu. 8. & 9. & in par. 2. in recent. decis. 465. num. 6.* &
in Vrbeuetana Bonorum de Sauiois 16. Iunij 1614. coram
R.P.D. Caualerio, & in alia Vrbeuetana hæreditatis 3.
Aprilis 1620. coram R.P.D. Manzanedo, quod procedit
etiam, si ex dispositione testatoris bona essent propter
delictum translata io substitutum. Odd. *vbi supr.* Seraphin.
*dicta decis. 998. num. 8. & 9.* & fuit dictum in dicta Vrbe-
uetana Hæreditatis 3. Aprilis 1620. coram R.P.D. Manza-
nedo, & quia ista restitutio reducit causam ad non cau-
sam, & titulum ad non titulum, ideò præiudicat substi-
tuto, & valet absque derogatione regulæ de iure quæsito
non tollendo, ita fuit dictum in dicta Vrbeuetana de Sa-
uinis coram R.P.D. Caualerio.

b Est valdè controuersa opinio † an sit factus locus resti- 10
tutioni dotis per solom exilium mariti sine publicatione
bonorum, de quo latè per Barbos. *in l. si constante nu. 30. ff.*
*solut. matrim.* & Rota indecisam reliquit in Interamnens.
Census 20 Iunij 1621. coram R.P.D. Vbaldo. Si tamen pa-
ter, vel alius sit obligatus pro restitutione dotis, de quo-
rum vergentia ad inopiam ooo constat, tunc est verior,
& magis communis opinio, per solum exilium mariti
non esse factum locū restitutioni, vt per Barbos. *loco præ-*
*alleg. n. 109. in fin. & n. seq.* post Ias. *in l. si constante. n. 42. ff. so-*
*lut. matr.* & tenuit Rota in d. Interamnens.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Societatis Magazeni.

*Veneris 23. Maij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Ex communicatione mercium non infertur ad communicationem iuris inquilinatus apothecæ, in qua merces existunt.

### *SVMMARIVM.*

1 *Societas morte socij extinguitur.*
2 *Societas noua dicitur, quando non habet ortum à prima, & transit in aliam naturam.*
3 *Subrogationis natura est, vt sit eiusdem naturæ res subrogata cum ea, in cuius locum subrogatur.*
4 *Illatio non fit ex diuersis.*
5 *Mercium appellatione non venit locus, in quo merces continentur, & sub num. 6.*
6 (Suom) *est dictio indicatiua dominij.*
7 *Decretum Camerale de inquilinatu non suffragatur sub inquilino in præiudicium Domini, secus est, vbi agitur de præiudicio tantùm habentis ius inquilinatus.*

## DECISIO CXV.

NVllo modo potest Beroardinus prætendere com-
municationē inquilinatus Magazeni, nō tanquam
subrogatus in locum Hieronymi primi socij, † quia so- 1
cietas illa per mortem Hieronymi fuit penitus extincta,
*leg. actione, §. morte. ff. pro soc. cum simil.* & illa quæ fuit
creata cum Bernardino, est noua penitus cum nouis ca-
pitulis, & pactis: Nec potest considerari subrogatio †, 2
cùm ista non solùm non habuerit ortum à prima, Bart.
*in leg. fideiussor impetrauit. §. Lucius. ff. de pignor.* sed tran-
siuit in aliam causam, Gabr. post Socin. quem allegat
*de regul. iur. conclus. 2. num.* 80. † conuenit enim subro- 3
gationi, vt sit eius naturæ res subrogata cum ea, in cuius
locum subrogatur, [a] *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis* a
*caut. l. si donata, §. 1. ff. de donat. inter virum & vxorem.*
Non etiam potest communicationem ioquilinatus præ-
tendere ex capitulis societatis secum initæ, quia hoc in
illis non legitur, sed tantùm in eis cauetur, quòd Gau-
cius debeat ponere in societate omnia lignamina, quæ
reperiūtur in suo Magazeno, † ex quo non potest inferri 4
ad communicationem inquilinatus, quod est quid lon-
gè diuersum ab ipsis lignaminibus. *leg. Papinianus exul.*

*ff. de*

5 *ff.de minor.*& † oppellatione mercium non venit locus, in quo merces continentur, *l.librorum.§.chartis. ff.de legatis* 2.Bartol. *in l. cùm pater §.mensa,nu.*10.*eodem titulo;*
6 præsertim, quia dicit in suo Magazeno † per quod verbū (*suum*) apparet, quòd vult retinere Dominium, *leg.*15. *ff. de relig. & sumpt.fun.* Alexan. *consil.*175.*num.*3.*lib.*6. Et verba illa rubricæ (*capitoli da farsi sopra il magazino di legnami*) & alio verba (*contraxerunt societatem vnius Magazeni lignaminum*) sunt intelligenda pro ipsis lignaminibus, & sic pro merce, quæ in loco exercetur, Bartol. *in l.cùm pater,§.mensa,num.*7.*versic.praeterea in vsu videmus.ff.de leg.*2. Alexand. *consil.*47.*nu.*2.*li.*1. Non obstant plures ponderationes, quæ fiunt per informantes pro Bernardino super verbis Capitulorum, quia omnes respiciunt possessionem, vsum, & exercitium Magazeni, quæ communicantur, & pro ista possessione, & vsu soluit pensionem, sed non inferunt ad ius inquilinatus, quod est separatum, & non depender necessariò ab vsu, & possessione: Aliud fundamentum, quod faciunt in-
7 formantes pro Hæredibus Gaueij † super decreto Ca-
b merali, quòd non suffragatur subinquilino, [b] non placuit Dominis, tùm quia est extrâneum à terminis nostris, tùm quia illud procedit in præiudicium Domini, & Domino nolente, non autem quando ageretur de præiudicio tantùm habentis ius inquilinatus, vt hic, & propterea non esset prohibita communicatio, quando partes id egissent, quod cùm non fuerit actum, remanet ius inquilinatus in solidum penes hæredes Gaueij, prout erat ante initam societatem cum Bernardino, & sic conclusum.

*ANNOTATIO.*

a Vide regulam cum annotationibus, & limitationibus penes Gabr. *de regul.iuris.conclus.*2.

b Et quòd decretum Camerale de inquilinatu non suffragetur subinquilinis, etiam tenuit Rota in Romana Inquilinatus 1.Iunij 1598.coram Card. Lancellotio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Papień. Tenutæ.

*Luna* 26.*Maij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Ecclesiæ spoliatæ competit reintegratio, etiam si facto Rectoris cecidisset à possessione, & plura de probatione vtriusque extremi.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesia est reintegranda ad possessionem, etiamsi ab ea ceciderit facto sui Rectoris, & nu.* 4.

2 *Extremum primum in spolio probatur ex confessione emanata in Commissione,*

3 *Item ex locatione, quam recipit spolians à spoliato.*

5 *Ecclesiæ competit manutentio non obstante, quòd prælatus habuerit se pro spoliato.*

### DECISIO CXVI.

FVit sine aliquo difficultate per Dominos resolutum
1 † Ecclesiam esse reintegrandam ad possessionem tenutæ, licèt ab ea eeciderit facto sui Rectoris, Caputaq. *decis.*170.*par.*3.& fuit dictum in Placeñ. Decimarū coram bo. me. Bubalo 9. Iunij 1586. & in Subloceñ. Bo-
a norum 14. Martij 1603. coram R. P. D. meo Litta; [a]
2 Nam de primo extremo constat, † non solùm per expressam confessionem aduersariorum in commissione (*si in euidentem*) *l.cùm precum.C.de lib.caus.* sed etiam per tacitam ex productione dictæ commissionis per eos facta coram Vicario *c.cùm olim.de cens.* Bart. *in l. post lega-*
3 *tum. in princip.ff. de his, quibus vt indig.* † constat etiam de hoc primo extremo ex locatione, quam receperunt à Rectore, Bald. *in l.quadam mulier, per illum text.nu.*1.*ff.de rei vend.* Rot. *decis.*1.*de fid.instrum.in antiq.* fuit dictum in vna Regień. Bonorum 1. Februarij 1577. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, secūdum autem extremum non controuertitur. Non obstat, quod in hoc casu competat aduersariis retentio pro expensis factis à Rectore in lite pro recuperatione istius tenutæ, quia hæc exceptio visa est Dominis penitus illiquida, cùm non constet in actis, quòd ipsi sint hæredes Rectoris, nec de expensis ipsis, & minus quòd fuerint de bonis propriis Rectoris factæ, & est verisimile, quòd saltem partem à Curtiis in expensis condemnatis recuperauerit Rector, & propterea talis exceptio non habet retardare restitutionem in spolio; Non obstant litteræ in forma (*si in euidentem*) quia non sunt executioni demandatæ, vt per informantes.

*ANNOTATIO.*

a Et † etiam tenuit Rota penes Verall. *decis.*170.& 181.*par.*3. 4
& fuit dictum in Neapolitana Spolij coram Cardinali Lācellotto impress. penes Marches. *de Commiss.te.*1.*fol.*103. Rot. *decis.*473.*n.*2.*par.*2.*in recèt.* vbi aliæ decisiones cumulantur, † imò Ecclesiæ cōpetit manutentio non obstante, 5
quòd Prælatus habuerit se pro spoliato, quia non potest Prælatus præiudicare Ecclesiæ, nec etiam in possessione, Seraph. *decis.*1417.*nu.*3 & fuit dictum in Theatina iurisdictionis S. Ioannis in Venere 10. Maij 1621. coram R.P. D. Decano, & est doctrina Bart. *in l.si vir vxori.nu.*3.*ff. de acquir.possess.* vbi dicitur, quòd ex contractu nullo possessio per Prælatum non transfertur, & sequitur Veral. *decis.*182.*n.*8.*par.*2.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Donationis.

*Luna* 26.*Maij* 1603.

### ARGVMENTVM.

Cōditio adiecta exequutioni actus, an & quando reddat actum conditionalem, vel solùm ipsam exequutionem suspendat.

*SVMMARIVM.*

1 *Conditio apposita à donatore, quòd donatarius nubat de consensu donantis, valida est, & donatario nubente, non habito dicto consensu corruit donatio.*

2 *Participium præteriti temporis denotat actum perfectum, & consummatum.*

3 *Conditio adiecta exequutioni, non reddit dispositionem conditionalem, neque illam suspendit.*

*Non procedit in vltimis voluntatibus, in quibus conditio adiecta exequutioni, reddit dispositionem conditionalem.*

4 *Conditio adiecta reseruationi pensionis, non facit reseruationem pensionis conditionalem.*

5 *Conditio sæpe accipitur pro pacto, videlicet, quando dicitur cum infrascriptis conditionibus.*

6 *Conditionis defectus, quando conditio respicit executionem, non influit in nullitatem actus.*

7 *Conditio adiecta exequutioni, ipsam saltem exequutionem suspendit, & ideò licèt sit orta obligatio, tamen est impeditum exercitium actionis.*

8 *Consensus habetur pro præstito, quando non adest iusta causa denegandi.*

9 *Non procedit in tertio, de cuius consensu actus est expediendus.*

10 *Consensus conditionaliter præstitus, non impleta conditione, non potest dici habitus.*

11 *Conditio extrinseca exorbitans, & iniusta non est attendenda.*

DECI

## DECISIO CXVII.

SEntentiam R. P. D. Victorij reuocandam dixerunt
concorditer Domini, quia declarat nullam, seu an-
nullandam donationem factam ad fauorem Dorotheæ,
quæ tamen valida est, cùm emanauerit inter personas
non prohibiras, & habeat omnia requisita tam de iure
communi, quàm ex forma statutorum. Nec refragatur,
quod dicitur eam esse conditionalem, quatenus ipsa nu-
bat de consensu, & scientia Domini Germanici dona-
1 toris, † quæ conditio valida est, & debuit per donata-
riam ad effectum consequendi pecuniam in donatione
promissam, impleri, ex latè deductis per informantes
pro Domino Germanico, & est decisio coram Sanctis-
simo in illa Romana de Massis, sub die 27. Martij 1577.
quæ pnst longam disputationem fuit confirmata in Ro-
mana Donationis de Parentiis coram R. P. D. meo Pe-
nia, & quòd cùm ipsa nupserit non habito huiusmodi
consensu, donatio ex defectu conditionis fuit vitiata.
*l. necessariò. §. 1. ff. de peric. & com. res vend. l. pecuniam,
quam. ff. si cert. petat. l. tale. §. si quis*, vbi Bald. *ff. de hæ-
red. instit.* Aymon. *consil. 93. num.* 3. quia fuit dictum
consensum, & voluntatem D. Germanici, non respice-
re donationem ipsam, ac eius substantiam, sed solu-
tionem, & executionem, quod patet ex illis verbis
(*quæ quidem scuta quadraginta moneta, vt supra, donata,
idem D. Germanicus donator soluere promisit cum primum
de consensu, & scientia ipsius donatoris nuptui tradita fue-
rit*) præsertim ponderando illa verba (*vt supra donata*)
2 † participium enim illud præteriti temporis denotat
donationem perfectam, & consumatam, *l. 1. §. fin. ff. quod
quisq. iuris. not. in l. arboribus. §. idem tractat. ff. de vsu-
3 fruct.* Ruyn. *consil. 226. num. 6. lib.* 1. † Conditio autem
adiecta executioni non reddit dispositionem conditio-
nalem, neque illam suspendit. *l. ex his. C. quando dies leg.
ced. l. mutuo. §. 1. ff. de tutel.* quam ita declarar Bart. *in l. 2.
sub num. 3. versic. instanter ergo. ff. de condit. & demonstrat.*
2 ª idem Bartol. *in l. ita demum. §. sed si quidem, versic. &
ideò dicas. ff. de arbitr.* Bald. *in l. 3. num. 2. in fin. C. eodem
tit.* Ias. *in l. item quia. num. 21. in fin. ff. de pact.* Dec. *in l. in
omnibus obligationibus. num. 7.* vbi etiam Cagnol. *num. 23.
de regul. iur.* idem Dec. *in cap. secundo. num. 34. in fin. &
seq. de rescrip.* Ias. *in l. centesimus. §. fin. num. 6. ff. de verbo-
rum obligat.* Natt. *consil. 452. in fin.* Fuit dictum in vna
Ciuitatis Castelli Castri Montonis 2. Decemb. 1578.
4 coram Sanctissimo, † & propterea fuit resolutum in
vna Salamantina Pensionis coram Bubalo 17. Ianuarij
1582. & in vna Cæsaraugustana Pensionis 18. Iunij
1590. coram Gypsio, conditionem adiectam solutioni
pensionis non facere reseruationem conditionalem.
Nec refert, quod in principio instrumenti legitur, quod
Dominus Germanicus intendat deuenire ad donatio-
5 nem cum infrascriptis conditionibus, † quia verbum
illud (*conditionibus*) intelligi deber cum pactis in dona-
tione appositis; videlicet quod in euentum soluti ma-
trimonij sine liberis, pecuniæ donatæ ad donantem, seu
eius hæredem reuertantur, & quòd nnn possit astringi
ad soluendum capitale, dum vult illud tenere ad cen-
sum, aut societatem Officij, verbum enim (*conditio*) sæ-
pissimè sumitur pro pacto apposito in contractu puro, *l.
2. C. de pact. int. empt. l. t.* vbi gloss. & Bald. *ff. pro socio*,
cum multis cumulatis per Tiraq. *de retract. conuent. §. 2.
6 glos. 2. num. 76.* † & propterea à defectu conditionis ap-
positæ executioni, & solutioni non rectè infertur ad
nullitatem donationis, quia à posteriori non impeditur
suum principium, vt post Bald. *in l. ex cautione. in 8. quæst.
num. 25. C. de non num. pec.* iu his terminis arguit Dec.
7 *in dicto cap. 2. sub numer. 35. de rescript.* † Et si dicatur,
quòd conditio executioni adiecta ipsam saltem execu-
tionem suspendat, Bart. *in d. l. t.* Dec. *in d. l. in omnibus.
sub num. 7.* Gig. *de Pens. quæst. 40. sub num. 4.* & prop-
terea licèt sit orta obligatio, non tamen tenetur promit-
tens ad executionem obligationis obstante exceptione,
Bal. *in d. l. 3. num. 1. in fin.* Port. Garz. *in l. item quia. sub
num. 33. ff. de pact.* & ob id non potest Dominus Germa-
nicus condemnari ad solutionem pecuniæ promissæ ex
quo Dorothea non impleuit conditionem solutioni ad-
iectam; Respondetur primò istud non tollere iniusti-
tiam sententiæ; quia licèt iste defectus conditionis im-
pediret exercitium actionis, non tamen ipsam perime-
ret, & minus annullaret donationem. † Secundò re- 8
spondetur, quòd cùm donatio, & promissio sit pura, li-
cèt executio præstationis sit collata in euentum consen-
sus D. Germanici, talis consensus debet haberi pro præ-
stito; quia non adest iusta causa denegandi, vt benè per
Ias. *d. §. fin. num. 6. ad fin. & num. seq.* † Nec facit in 9
contrarium doctrina Bart. *in l. 1. §. si plures. num. 9. ff. de
exercit.* quia Bart. loquitur in tertio, de cuius consensu
actus est expediendus, qui consentire non cogitur; non
in consensu per ipsum promittentem præstando, qui il-
lum præstare debet, cessante legitima causa recusationis,
aliàs pro præstito habetur, vt per informantes: imò vide-
tur quòd habeamus consensum ipsius Germanici. in
particulari instrumento, † cui non refragatur, quod di- 10
citur eum esse sub conditione præstitum, qua non im-
pleta, non potest dici consensus, vt per Mandos. *super
regul. 31. quæst. 31. sub num. 16.* & alios alleg. Quia con-
ditionem illam (*faciat sibi quietantias*) Domini nolue-
runt attendere, cùm non solùm † sit omninò extra- 11
nea à consensu præstando, & tendat ad priuandum Do-
rotheam donatione iam perfecta, ad tradita per Couar.
*in cap. Raynaldus. §. t. sub num. 7. de testam.* sed etiam sit
exorbitans, & iniusta, cùm D. Germanicus velit quie-
rantiam eorum, quæ sibi soluta negat donataria, & quòd
peius velit quietari etiam de fructibus in futurum de-
currendis, qui incerti sunt ratione temporis. & non pos-
sunt verisimiliter dici soluti: Alia verba (*præcedentibus
omnibus solemnitatibus requisitis, ex for. Sacr. Concil. Tri-
dent. & iuxta stylum Sacræ Romanæ Ecclesiæ*) visa fuerunt
Dominis respicere potius solitum ordinem procedendi
in matrimoniis contrahendis, quàm facere aliquam con-
ditionem, aut suspensionem consensus, & si quam fa-
ciant sufficerè pro implemento, quòd fuerint postea
adimpletæ omnes solemnitates, & quòd matrimonium
sit validum, ad quod tantùm respexisse videtur D. Ger-
manicus: Siue igitur consensus præstitus sit, siue pro
præstito haberi debeat, D. Germanicus tenetur soluere
pecuniam in donatione promissam, & ita fuit deci-
sum.

### *ANNOTATIO.*

a Cassad. † *decis. 3. num 11. vers. item secus. de præben.* Ruyn. 12
*cons. 65. num. 2. & 13. lib. 2* Bald. *cons. 478. num. 1. vers. in con-
trarium lib. 1.* & fuit dictum in Comen. legati 26. Ianua-
rij 1609. coram Card. Lancellotto. † Verùm ista Conclu- 13
sio, quòd conditio adiecta executioni, non reddat in sub-
stantia dispositionem conditionalem, non procedit in vl-
timis voluntatibus, in quibus nihil refert, an conditio
sit adiecta substantiæ, vel executioni, Gabr. *cons. 150 num.
3. lib. 2.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 3.
iux. vlt. impress.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nullius Beneficij.

*Mercurij 28. Maij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Sequestratio regulariter est prohibita: Acta
præsumuntur integrè transportata: A. C. non
habet iurisdictionem in beneficialibus.

### SVMMARIVM.

1 *Sequestratio est regulariter prohibita.*
2 *Probari debet casus exceptuatus, vt possit deueniri ad sequestrationem.*
3 *Acta præsumuntur integrè transportata.*
4 *Auditor Cam. nullam habet iurisdictionem in beneficialibus, adeo quòd nec etiam concedere potest mandatum de manutenendo.*
5 *Interesse non habens non auditur, & latè sub num. 7.*
6 *Et potest à Iudice, etiam parte non opponente, repelli.*

## DECISIO CXVIII.

FVit resolutum, vna tantùm parte informante, pro re-
1 nocatione sequestri, † quia sequestratio est regulari-
ter prohibita, *l. vni. C. de prohib. seq. per tot. tit. de seq. poss.*
2 *& fruct.* † & vt concedatur debet dari casus exceptua-
tus, in quo iura illud permittant, Paris. *cons.* 41. *num.* 22.
*lib.* 1. ex actis autem productis de nulla causa concedeo-
di sequestrum apparet, & licèt dicatur acta non esse in-
3 tegra, id tamen oon probatur, cùm probari debeat, †
quia præsumitur pro integritate processus, vt fuit sæpius
a resolutum. [a] Quia tamen Domini dixerunt non esse
faciendam aliquam vim in mandato de manutenendo
4 † dato ab A. C. nullo, quia datum à non habente iuris-
b dictionem, [b] & cùm de possessione Lucij Antonij non
constet, nisi per d. mandatum, & per testes coram eo-
dem examinatos pro eo obtinendo, quorum examen
pariter potest dici nullum, cùm eodem morbo laboret,
non constat de aliqua possessione, nec de aliquo inter-
esse ipsius Lucij Antonij, vt agere possit pro reuocatio-
5 ne sequestri, † & cùm non audiatur, cuius non interest,
*l. si pupilli. §. videamus. de neg. gest. l. 1. in princ. ff. quor. ap-*
6 *pel. non recip.* † imò possit à Iudice repelli, etiam parte
non opponente, Alex. *in l. vbi pactum. num. 7. C. de
transact.* placet iterum Dominos consulere super reuo-
catione sequestri.

### ANNOTATIO.

a Circa præsumptam transportationem actorum integram dixi supra *ad decisionem* 59.

7 b Et quòd A. C. nullam † habeat iurisdictionem in beneficialibus, Bellam. *decis.* 210. Lancell. *de attent. lit. pend. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num* 374. Rot. *decis.* 271. *num.* 4. *par.* 1. *in recent.* fuit dictum in Cremonen. Præbendæ 21. Maij 1607. coram Cardinali Lancellotto, & in Cataniens. Canonicatus 4. Iunij 1608. coram R. P. D. Caualerio, quod ampliatur, vt nec etiam in vim prorogationis partium valeat processus in beneficialibus coram A. C. factus, quia vbi nulla est iurisdictio non est locus prorogationi, ita fuit dictum in Casertana beneficij 5. Maij 1595. coram Cardinali Blanchetto impress. penes Garz. *de benef. par.* 10. *cap.* 3. *num.* 14. Ampliatur secundò, vt non solùm in petitorio, sed nec etiam in possessorio iurisdictionem habeat, vt fuit dictum in Gerundens. Beneficij 13. Octobris 1600. coram Penia, & in d. Cataniens. Canonicatus coram R. P. D. Caualerio, vbi dicitur, quòd Signatura pluries expressè prohibuit Locumtenentibus A. C. pro tempore existentibus, & interessentibus in Signatura, vt non concederent in beneficialibus mandata de manutenendo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Euictionis.

*Veneris 6. Iunij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Venditor tenetur de euictione, etiam si res vendita fuerit à Iudice, & vbicumque res scienter fuit vendita non libera, emptor potest agere ad interesse, & loco interesse ad restitutionem pretij.

### SVMMARIVM.

1 *Euictio competit illi, qui rem habet à Iudice, non secus ac si à priuato habuisset, cùm factum Iudicis censeatur factum partis.*
2 *Libera debet esse res vendita.*
3 *Venditor, qui sciebat rem venditam onere aliquo affectam, tenetur emptori ad interesse.*
4 *Et interesse loco succedit restitutio pretij.*
5 *Comparens à principio, vti procurator, censetur postea eodem nomine semper comparere, quamuis simpliciter compareat.*
6 *Agens sine actione potest Iudicis officio repelli etiam parte non opponente.*
7 *Exceptio defectus actionis non potest opponi post sententiam, nec iudicium redit retro nullum.*
8 *Inhibitio Rotalis, quamuis emanata vigore Commissionis subreptitiæ, est timenda, nec ea manente est ad executionem procedendum.*
9 *Inhibitio emanata vigore Commissionis conditionalis non causat attentata.*
10 *Venditor tenetur specificè certiorare emptorem de qualitatibus rei venditæ.*
11 *Inhibitio emanata vigore commissionis continentis clausulam* (sine retardatione executionis, seu legitimæ executionis) *non causat attentata.*

## DECISIO CXIX.

DOmini steterunt in decisis; benè enim egit pro eui-
ctione Gallianus, † qui domum habuit à Iudice, 1
non secùs ac si ab ipso Octauiano habuisset, *l. si ob cau-
sam. C. de euict.* 2. quæ † etiam, cùm debuisset vendi li- 2
bera, *l. in venditione. ff. de act. empt. l. si pater. C. eod. tit.* † & 3
reperta sit emphyteotica, Octauianus, qui sciuit talem,
& non expressit, [a] tenebatur ad interesse Galliano, *l.* 1. a
*§. 1. l. Iulianus in princ. & l. quaro. ff. de act. empt.* Alex. *cons.*
14. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 5. Rom. *cons.* 503. *sub num.* 10. *vers.*
† Vnde requiritur, quòd alienator, & loco interesse ad 4
restitutionem pretij, gloss. *in l. 1. in verb. quanti. C. de his
qui à non Dom.* Bal. *in l. si traditio in 4. quæst. num. 7. C. de
act. empt.* Alex. *cons. 67. post num. 2. lib.* 1. Ruin. *cons.* 41.
*num. 9. propè fin. vers. & tamen etiam sub tali interesse. lib.* 3.
Rimin. Ieo. *cons.* 297. *num.* 10. *& seqq.* Non obstat, quòd
subhastatio facta fuerit instante Galeatio Fulgineo, qui
nullum habebat interesse, † quia cùm esset Procurator 5
Bartholomeæ vxoris, & vti talis à principio comparue-
rit, postea simpliciter comparendo censetur similiter
procuratorio nomine comparuisse, ad tradita per Al-
ciat. *reg. 2. præs. 24. in princ.* † & vbi etiam nomine pro- 6
prio comparuisset, & sine actione egisset, licet potuisset
etiam Octauiano tacente Iudex ex officio illam repel-
lere à Iudicio, Bart. & cæteri, *in l. vbi pactum. C. de transf.*
tamen non potest opponi post sententiam, nec iudi-
cium redditur † retrò nullum, *l. cùm putarem.* vbi Bart. 7
*ff. fam. hercis.* Paul. de Castr. *in l. decem. ad fin. ff. de verb.
oblig.* Cæphal. *consil.* 112. *num.* 28. Non obstat, quòd
commissio sit conditionalis, quatenus † executio cœp- 8
ta, & quòd non possit dici cœpta per carcerationem
Octauiani, tamquam factam contra inhibitionem
eoram, licèt enim commissio, cuius vigore inhibui, po-
tuisset dici subreptitia, quia non faciebat mentionem
de tribus, tamen erat timenda, nec poterat ad execu-
tionem procedi ex latè deductis in Romana Saluiani
interdicti de Columna 14. Decembris 1598. coram
R. P. D. meo Lancellotto, quia hoc tollitur ex lectura
commissionis, in qua fuit à Signatura addita conditio
(*dummodo sententia, à qua petebatur commitii appellatio, &
restitutio, non esset tertia,*) & contra Octauia. erant latæ tres
sententiæ, vnde inhibitio emanata vigore † commissionis 9
condi

b conditionalis, non potuit facere attentata, [b] Put. *decis.* 13. *vt lit. pena.* Challan. *decis.* 2. *&* 9. fuit dictum in vna Anconitana Attentatorum 16. Iunij 1556. coram Oradino, & in vna Romana de Magdalenis 4. Martij 1569. coram eodem.

### ANNOTATIO.

10 a Venditor † tenetur certiorare emptorem specialiter de qualitate rei venditæ, & non sufficit quòd in genere, & obscurè enunciet, seu sub inuolucro verborum, Surd. *cons.* 13. *num.* 34 *& cons.* 15. *num.* 15. *& decis.* 265. *num.* 8. *& decis.* 288. *num.* 46. Aldobran. *consil.* 19. *num.* 52.

11 b Et propterea inhibitio emanata vigore † Commissionis continentis clausulam sine retardatione executionis, seu legitimæ executionis, non causat attentata, Lancel. *de attent post inhib. limit.* 13. *num.* 2. Gonzal. *super reg.* 8. *in annotat. contra nullit. & attentat. num.* 224. Cæs. de Graff. *decis.* 3. *in fin. de sent. & re iud.* & fuit dictum in Spoletana Attentatorum 5. Iunij 1599. coram R. P. D. Corduba.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Pecuniaria.

*Lunæ 9. Iunij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Filiusfamilias minor an validè obligetur pro patre, & si se obliget an ei competat restitutio.

### SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias potest fideiubere pro extraneo.*
2 *Et multò magis pro patre.*
3 *Minor pro patre fideiubens est restituendus.*
4 *Restitutio cessat stante iuramento.*
5 *Item cessat, stante renunciatione beneficij restitutionis in integrum, & minoris ætatis.*
6 *Statutum potest tollere beneficium restitutionis in integrum.*
7 *Restitutio non competit filio minori, qui pro excarceratione patris fideiubet.*
8 *Quod procedit etiam, quando pater est in carceribus pro debito.*
9 *Item procedit etiam, quando fideiubet ad effectum ne pater carceretur.*
10 *Item filiusfamilias non restituitur aduersus fideiussionem, vbi fideiubet pro defensione patris.*
11 *Filius, fideiubens pro excarceratione patris, dicitur exercere officium pietatis.*
12 *Minor quando facit actum laudabilem, & pium excluditur à beneficio restitutionis.*
13 *Minor fideiubens in casu, in quo quilibet diligens homo fideiussisset, non restituitur.*
14 *Læsio enormissima non præsumitur, sed est probanda, & quidem clarè, & manifestè.*
15 *Læsio excluditur ex Iudicis præsentia, coram quo actus fuit gestus, & num. 25.*
16 *Læsio, non potest à minori allegari, quando vsus fuit iure communi.*
17 *Læsionis exceptio, vti requirens altiorem indaginem, non potest retardare executionem obligationis Cameralis.*
18 *Restitutio in integrum non impedit executionem, quando fuit præuentum in petitione executionis.*
19 *Minor dicitur læsus eo ipso quòd fideiubet.*
20 *Læsio talis non dicitur enormis, nec enormissima.*
21 *Metus reuerentialis probari debet ab allegante.*
22 *Metus reuerentialis non probatur ex sola reuerentia, quæ personæ debetur.*
23 *Filius minor non præsumitur fideiubere pro patre ob nimiam reuerentiam, nisi probetur.*
24 *Metus excluditur ex præsentia consanguineorum.*

*Decisiones Papales.*

### DECISIO CXX.

DVbitaui an obligatio D. Hieronymi sit talis, quæ veniat exequenda, & Domini vnanimi voto fuerunt pro affirmatiua, quia de ea constat publico instrumento obligatione Camerali vallato, cui non potest obiici, quòd D. Hieronymus sit filiusfamilias. † 1
Cùm filiusfamilias possit fideiubere, non solùm pro extraneo. *l. si debuet.* §. *fin. ff. de fideiuss. l. filiusfamilias. C. eodem*, † sed etiam pro Patre. *l.* 1. *C. de fil. fam. min.* Non 2
obstat, quòd etiam in casu, in quo † minor pro patre fi- 3
deiubet, veniat restituendus. *d. l.* 1. quia † restitutio in ca- 4
su isto cessat propter iuramentum D. Hieronymi, *Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem.* glos. *in* §. *extraneis, in verbo omnibus. Instit. de hered. qualit. & differ.* Bart. & alij *in l. si duo patroni.* §. *idem Iulianus. ff. de iureiurand. & in l. sciendum. ff. de verb. obligat.* Socin. *consil.* 53. *num.* 29 *lib.* 4. Aym. *cons.* 7. *nu.* 3. Grammat. *cons. ciuil.* 31. *num.* 10. fuit dictum in vna Bononien. Dotis 11. Decembris 1602. coram R. P. D. Ortembergo, & in terminis fideiussionis tradit Bald. *in d. Auth. Sacramenta pub. nu.* 13. Tiraquel. *de leg. connub. Glos.* 5. *sub num.* 104.
† Præsertim accedente etiam renunciatione beneficij 5
restitutionis in integrum, & minoris ætatis. Felin. *in c. si diligenti. num.* 15. *de foro compet.* Accedit, quòd D. Hieronymus fideiussit cum solemnitatibus requisitis in contractibus minorum ex forma statuti Bononiensis, quibus adhibitis statutum tollit remedium restitutionis in
integrum, & non est dubium statutum † posse auferre 6
huiusmodi beneficium. Bart. *in l. cum hi.* §. *si eum lis. in fin. ff. de transact.* Aret. *in l. more. sub num.* 4. *in* 1. *&* 2. *conclus. ff. de acquir. heredit.* latissimè Odd. *de restit. in integr. quæst.* 15. *artic.* 1. & fuit in terminis istius statuti decisum in d. Bononien. Dotis. Domini etiam considerarunt causam fideiussionis, quæ fuit, vt liberaret patrem ab imminentibus executionibus, & periculo, ne in carce-
ribus traderetur. [a] † Vnde sicut cessat restitutio, quan- a
do filius pro excarceratione patris fideiubet, Alber. *in d.* 7
*l.* 1. *circa med.* Salic. *num.* 4. Paul. de Castr. *num.* 2. Aret. *in fin.* Corn *circa princip. C. de fil. fam. min.* Affl. *super*
*Constit. Regn lib.* 2. *rubr.* 38. *sub num* 18. quod † procedit 8
etiam, quando pater est in carceribus pro debito, Paul.
de Cast. *consil.* 52. *circa fin. part.* 2. † ita etiam dicendum 9
non esse locum restitutioni, quando filius fideiubet ad effectum ne pater carceretur, vt benè deducunt informantes, & sensit Rota in vna Romana exhæredationis
de Vitellis coram Cantuccio 14. Maij 1578. † facit, 10
quia vbi de defensione patris agitur, minor non restituitur aduersus fideiussionem per ipsum præstitam, Glos. *in l exigendi, in verbo condemnatione vers. vel melius dic, C. de Procurator.* quam sequitur ibi Salyc. *sub num.* 14 *vers. & ad id, quod de restitutione dicebatur.* facit etiam
ratio, quam assignat Aret. *in d. l.* 1. † quia filius fideiu- 11
bendo pro excarceratione patris dicitur exercere officium pietatis, quæ ratio pietatis viget pariter in filio fideiubente ad impediendum, ne pater carceretur, quan-
do † autem minor fecit actum laudabilem, & pium, ex- 12
cluditur à beneficio restitutionis, Bal. *in l* 1. *in fin. C. ad leg. Falcid.* latè Odd. *de restitut. in integrum quæst.* 23. *artic.*
12. † dicitur enim fideiubere in casu, in quo quilibet 13
diligens homo fideiussisset, quo casu non restituitur, vt per Corn. *in d. l.* 1. probat text. *in l. fin. C. de restit. in integr.* Non obstant, quæ de enormissima læsione allegan-
tur, † quia non præsumitur, & est probanda, Bart. & 14
alij *in l. iam & postea.* §. *si minor. ff. de iureiurand.* Gozad. *consil.* 44. *num.* 8. & quidem clarè, & manifestè Abb. *in capit.* 1. *in* 2. *notabil. de restitution. in integr.*
Dec. *cons.* 474. *nu.* 11. † præsertim in casu isto, in quo Do- 15
minus Hieronymus fideiussit coram Iudice, cuius præsentia excludit læsionem. Aym. *cons.* 114. *numer.* 2. Dec. *in*

16 *l.singularia.sub num.13.ff.si cert.pet.* † & stante causa su-
pradicta fideiussionis non potest allegari læsio, quia vsus
fuit iure communi, vt per Paul. de Castr. *d.cons.52. in*
17 *fin.* † & in omnem euentum hoc requirit altiorem inda-
ginem, & proptetea prætensa restitutio non habet re-
tardare executionem obligationis Cameralis, vt fuit
dictum in Romana executionis de Anguillaria 6. Mar-
tij 1592. coram bo. me. Orano, & in causa Romana
Executionis Camer. 2. Apr. 1593. coram R. P. D. meo
18 Penia, † eo minus, quia fuit præuentum in petitione
executionis, Paul. de Castr. *in auth. quæ supplicatio n.3. vers. vel dic melius. C. de prec. Imper. offer.* Pur. *decis.* 285.
*lib.2.* Cæs. *de Grass. decis.1.numer.14. de restitut. in integr.*
19 † Et licèt minor dicatur læsus eo ipso, quòd fideiussit.
Socin. *cons.47.num.7. lib.4.* & fuit dictum in Anconi-
20 tana Dotis coram R. P. D. meo Lancellotto, † tamen
læsio, quæ ex hoc tantùm deducitur, non est enormis,
& minus enormissima. Minus faciunt, quæ dicuntur
21 de metu reuerentiali, † quia probari deberet. Bald. *cons.*
*62. sub num.1. lib.1.* Socin. *consil.263. sub numer.3. l.b.2.*
22 Aym. *cons.115. num.12.* † sola enim reuerentia, quæ per-
sonæ debetur, non sufficit ad probandum metum secun-
dum communem, de qua per Felyn. *in c. causam. il primo num.3. vers. tamen his non obstantibus de offic. deleg.* Capic.
23 *decis.159. num.34.* † & quòd non præsumatur fideiussio
facta fauore patris ob nimiam reuerentiam, nisi probe-
24 tur, tradit Bald. *in l. filiasfamilias. C. de fideiussor.* † &
multò minus in casu isto propter præsentiam consan-
guineorum, qui obligationi interuenerunt; quæ exclu-
dit omnem suspicionem metus, *l. transactionem,* vbi Ias.
*num.1. C. de transact.* Bart. *in l. frater à fratre. num.51. ff. de condit. indebit.* Deci. *cons.232. num.3.* Mars. *singul.* 407.
Ruin. *cons.170. post num.17. lib.1.* Aym. *cons.114. num.3.*
25 † & pariter propter præsentiam, & decretum Iudicis,
propter quæ cessat omnis præsumptio metus. Bart. *in l. 1. sub num.4. C. de præd. decur. lib.10.* Ias. *vbi supra.* Paris. *cons.10. num.53. lib.1.* Ruyn. *cons.112. num.12. lib.4.* Aym. *vbi supra nu.2.* Alia benè tolluntur per informantes, & propterea conclusum fuit pro executione.

## Romana Pecuniaria, seu moderat. inhibitionis.

*Lunæ 9. Iunij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Cessionarius vtitur iure cedentis, & omnia cessionario obstant, quæ obstant cedenti; Clausula (*omnesq; alios*) extenditur ad omnes interesse prætendentes.

### SVMMARIVM.

1 *Cessionarium afficit commissio obtenta contra cedentem.*
2 *Cessionarius censetur eadem persona cum cedente.*
3 *Cessionario obstant omnia, quæ obstabant cedenti.*
4 *Clausula* (omnesque alios) *extenditur ad omnes quomodolibet interesse prætendentes, & num.7.*
5 *Cedens potest conueniri etiam post cessionem; dum non interuenit aliquid de requisitis l.3. C. de nouat.*
6 *Compensationis exceptio, quæ poterat opponi contra cedentem an possit opponi contra cessionarium.*

### DECISIO CXXI.

FVit resolutum inhibitionem non esse moderandam;
1 quia commissio obtenta fuit contra censuarios, † &
propterea debet afficere Excellentissimam D. Camil-
lam cessionariam dictorum censuariorum, cùm vtatur
iure cedentium, *l. emptor.* vbi Bald. *in t. notab. C. de hæ-*
2 *red. vel actio. vend.* † ita vt censeatur eadem persona
cùm ipsis, *c. denique.7. quæst.1.* Crot. *cons.83. num.10. & seq.* † vbi etiam dicit omne, quod obstat cedenti, obsta- 3
re etiam cessionario, [a] faciunt tradita à Rom. *cons.142.* a
aut saltem negari non potest, quin sit comprehensa sub
clausula (*omnésque alios*) † quæ extenditur ad omnes 4
quomodolibet interesse prætentendes, [b] Bisign. *decis.2.* b
*de rescript.* Put. *decis.69. lib.1.* cum aliis adductis. Non
obstat, quod obiicitur in commissione non esse factam
mentionem obligationis Cameralis, quia contrarium in
ea legitur. Non releuat, quòd ipsa non fuerit citata in
Signatura, quia talis citatio non fuit necessaria. Nec fa-
cit, quòd tempore commissionis non obtinuisset man-
datum, sed longè pòst, quia sufficit, quòd tempore com-
missionis censuarij, contra quos fuit impetrata, illud
obtinuissent. Minus, quòd cessio est facta Dominæ Ca-
millæ ante commissioné, † quia nihilominus potuerunt 5
fideiussores intentare iudicium contra cedentes penes
quos erant directæ actiones, cùm non interuenissent ali-
qua, de quibus *in l.3. C. de nouat.*

### ANNOTATIO.

a Omnia, quæ obstant † cedenti, obstant etiam cessiona- 6
rio, Gabr. *cons.155. n.1. lib.1.* Surd. *cons.4. n.7. & consil.333. n.15. & sequ.* Seraph. *decis.512. n.1.* & ideò exceptio compensationis, quæ poterat opponi contra cedentem, potest opponi etiam contra cessionarium, Thess. *decis.221.* vbi tamen dupliciter limitat, super quo est videndus Laderch. *cons.109. & cons.164.* Cæs. de Grass. *except.16. n.37.* Gratian. *discept. cap.356.*
b De † vi, & natura dictæ clausulæ (*omnesque alios*) vide 7
Mattam *in suo clausulario, part.1. clausula 86.* & quòd operetur, vt censeatur data iurisdictio contra omnes interesse prætendentes, tradit idem Matta plures referens *clausula 86. n.1.* & dixit Rota in Toletana Parochialis coram R. P. D. Coccino Decano impressa penes Marches. *de commiss.to.2. fol.262.* & tradit *in proxi lib.4. cap.2. num.2.* Mandos. *in formo commiss. 9. admissionum pro interesse in princ.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Camerinen. Transactionis.

*Lunæ 16. Iunij 1603.*

### SVMMARIVM.

1 *Remissoria est deneganda stante irreleuantia articulorum.*

### DECISIO CXXII.

ARticuli dati pro parte Nicolai, & Ariodantis de
Vannis non fuerunt visi Dominis irreleuantes, ita
vt † veniant reiiciendi, & sint denegandæ literæ remis- 1
soriales, & propterea ordinarunt Domini, vt eas tradam.

## Bononien. Macelli, seu de Canobiis.

*Ven. 20. Iunij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Banchi, & apothecæ nomen de quo loco intelligatur.

### SVMMARIVM.

1 *Vsus communis loquendi est attendendus.*
2 *Apotheca significat tabernam, & locum destinatum ad merces vendendas.*
3 *Lanio est ille, non qui occidit animalia, sed qui carnem in frusta secat, vt vendat.*

### DECISIO CXXIII.

IN hac causa mihi extra Rotam commissa dubitaui, stante Motu proprio Pij III. concesso Canobiis, an

Aducr

Aduersariis licitum sit exercere Macellum in Apotheca
de qua agitur,& Domini, quos de more consului, infor-
mantibus tantùm Canobiis, negatiuè responderunt,
tàm inspectis verbis Motu proprio, quàm mente, & in-
tentione concedentis; verba enim illa, *statuit, & ordinauit*
*neminem alibi banchum, seu apothecam Beccarhia habere, &*
*exercere posse*, non restringunt ad Macella, hoc est, ad lo-
ca, in quibus animalia occiduntur, sed comprehendunt
loca, in quibus carnes venduntur, hoc enim importat
1 tùm verbum illud (*banchum*) attento † præsertim com-
muni vsu loquendi, qui in his præsertim rebus est atten-
dendus, *l. cùm de lanionis. §. asinam*, vbi Bart. *numero 4. &*
*5. ff. de Fund. instr. vel instr. leg.* cum cumulatis per Illu-
strissimum Manticam *de coniecturis vlt. vol. lib. 3. tit.* 8.
2 *numero* 7. † tùm aliud verbum (*apothecam*) quod signifi-
cat tabernam, & locum ad merces vendendum, Alber.
*in l. si ita testamento in princ. ff. de Fund. instr.* Bart. *in l.*
*cùm Pater. §. mensa. numero* 8. *ff. de leg.* 2. Hoc etiam in-
nuit aliud verbum (*laniena*) quo sæpius vtitur Ponti-
3 fex in Motu proprio; nam † sicut lanio est ille, non qui
occidit animalia, sed qui carnes in frusta secat, vt vendat,
gloss. *1. in l. cùm de lanionis, in princip. ff. de Fund. instr.* ita
laniena dicitur locus, in quo secantur, & venduntur
carnes, & sic in Motu proprio prohibitus, concurrit
etiam mens concedentis, quæ fuit, vt in motu proprio
legitur, vt euitentur rixarum, & discordiarum occasio-
nes, & ne decipiantur sub fide publica, qui noua ædifi-
cia, & nouas lanienas extruxerunt, rixæ enim, ac discor-
diæ considerantur in venditione, non in occisione, &
deceptio contingit, si emolumentum, quod consistit in
distractione, & venditione carnium pluribus, quàm
conuentum sit, communicetur. Quod autem apotheca
hæc, de qua est controuersia, sit diuersa, & separata ab illa,
extra quam est prohibitum ex forma Motus proprij
exercere artem Beccarhiæ, seu Macelli, est in confesso
apud partes, & tolerantia, si qua fuit in præteritum, ex
eo proueniebat, quia ille, qui apothecam promissam, &
priuilegiatam conduxerat, & in ea artem Macelli exer-
citabat, conduxerat etiam hanc illi contiguam, & pro-
pterea videbatur cessare fraus, & præiudicium, quod
hodie contingeret, si persona diuersa ab ea, quæ exercet
artem in apotheca priuilegiata, vellet in alia exercere,
tunc enim verè consideratur multiplicatio, & cessat vni-
tas si qua potuisset aliàs considerari ex vnitate personæ
exercentis.

---

## Illerden. Præeminentiarum.

*Veneris 20. Iunij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Remissoria in profanis datur sine fumo, data re-
leuantia articulorum, & sufficit releuantia
vnius.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remissoria in profanis datur sine fumo, data releuantia.*
2 *Consuetudo attenditur in materia præcedentiæ, & latè nu-*
*mero 4.*
3 *Pro remissoria sufficit irreleuantia vnius ex articulis ad*
*effectum, vt sit concedenda super omnibus.*

### DECISIO CXXIV.

DOmini censuerunt esse dandam remissoriam, quia
1 † fumus in prophanis, vbi datur sine fumo, Cassad.
*decis. 2. de dilat.* Ant. August. *decis. 121. libro 3.* Cott. *de-*
*cis.* 368. & articuli visi sunt releuantes ad effectum re-
missoriæ, saltem in ea parte, in qua articulatur immemo-



rabilis consuetudo præcedendi ad fauorem Ecclesiæ del
Romeral, † quæ consuetudo potissimè attendi solet in a
materia præcedentiæ, [a] Glos. *in c. 2. in verb. ausculteur. in fi.* a
*de off. Archid.* Rot. *decis. 4. in fin. de elect. in nou.* Dec. *in l. cùm*
*quid. n.* 398. vbi Cagnol. *nu. 54. ff. si cert pet.* Corn. *cons.* 193.
*n. 4. l. 2.* † & sufficit quòd vnus ex articulis sit pertinens 3
ad effectum, vt concedatur remissoria super omnibus,
vt fuit dictum in vna Imolen. Permutationis de anno
1598. coram Reuerend. P. D. meo Iusto, & sæpius in
aliis. [b] Quamuis autem multa deducantur ad dete- b
gendam irreleuantiam, quia tamen patiuntur difficul-
tatem, & requirunt altiorem indaginem, Domini re-
seruarūt exactiorem cognitionem factis probationibus.

### *ANNOTATIO.*

a Et † quòd attendatur consuetudo in materia præceden- 4
tiæ Card. *cons 62. num.* 1. Nat. *cons. 62. in fine.* Menoch. *consil.*
*51. numero 49.* Rota *decis. 596. parte 4. in recentior.* Seraph. *de-*
*cis. 964.* & fuit dictum in Pampilonen. præeminentiarum
27. Aprilis 1592. coram Cardinali Pamphilio, quod proce-
dit etiam si illa consuetudo repugnaret dispositioni iuris
communis, puta si minus dignum præferat digniori; Me-
noch. *cons. 51. numero 51.* Seraph. *d. decis. 964.* Verùm quòd
huiusmodi consuetudo, tamquàm irrationabilis, & cor-
ruptela, non teneat, non obstante, quòd sit immemorabilis
dicit Ruyn. *cons. 155. numero 11. libro* 4. Tob. Non. *consil. 72.*
*numero 24.* Menoch. *cons. 126. numero 31. in fine, & 33.* & di-
xit Rota coram eodem Sanctissimo *infra decis. 310.* sed
hæc opinio habet locum, quando consuetudo absolutè
in omnibus casibus, & locis sine causa aliqua præferret
minus dignum magis digno, secus autem est, quando in
aliquo casu particulari, concurrente aliqua qualitate, &
ex aliqua rationabili causa minus dignus præfertur. quia
tunc consuetudo non est irrationabilis, ita Menoch. *consi-*
*lio 52. numero 99. & seq.* & dixit Rota in Seguntina Præce-
dentiæ 23. Iunij 1609. coram R.P.D. Pamphilio, vbi etiam
dicit huiusmodi consuetudinem induci ex solo spatio de-
cem annorum, & ita ad concordiam reducuntur istæ
duæ opiniones, quæ aliàs videntur inter se contrariæ.
b Rot. *decis. 677. numero 1. parte 1. in recentior. & decis. 661. sub*
*numer. 4. par. 2. in recentior.* vbi aliæ decisiones cumulantur.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. Abbatiæ de Azagra.

*Veneris 20. Iunij 1603.*

### ARGVMENTVM.

Subrogatio debetur colliriganti: Calumnia ex-
cluditur ex causa colorata litigandi, & alia
plura concernentia hanc materiam subroga-
tionis & regulam de subrogandis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subrogatio est danda colligitanti ne detur nouus collitigans*
2 *Subrogatio non debetur calumnioso litigatori.*
3 *De calumnia non dicitur constare, quando decisio non est*
*super meritis, & causa est in principio, & nulla adhuc*
*facta sunt probationes.*
4 *Calumniosus litigator dici non potest quamdiu ius suum*
*iustificare potest.*
5 *Calumnia vt excludatur, sufficit qualibet probabilis, & co-*
*lorata causa litigandi.*
6 *Pro subrogatione obtinenda non est necesse docere de bono*
*iure.*
7 *Sententia tribuit aliqualem præsumptionem boni iuris*
*etiam si ab ea fuerit appellatum.*
8 *Morbum caducum deducens, & allegans in persona sui*
*aduersarij, debet concludenter illum probare.*
9 *Peritis iudicio in arte sua standum est.*
10 *Confessio erronea confitenti non præiudicat.*

*Maximè in his, quæ non pendent à potestate consi-
tentis.*

11 *Dispensatio obtenta pro cautela conscientiæ non probat
inhabilitatem.*

12 *Morbus caducus, postquam quis ab eo fuit liberatus,
non inducit inhabilitatem.*

13 *Et liberatio probatur ex testibus.*

14 *Morbi præsumpta continuatio tollitur ex probatione
contraria.*

15 *Lis super titulo beneficij probatur ex Commissione con-
tinente clausulam*(quam, & quas)*& n. 17.
Declara prout n. 18. qualiter hoc procedat.*

16 *Subrogationem non est necesse, quòd collitigans impe-
tret infra mensem, sed mensis est adiectus solùm ad in-
ualidandum subrogationem à tertio infra d. tempus
obtentam, & n. 19.*

20 *Et mensis, de quo in regula de annali, non currit à die
vacationis, sed à die concessæ subrogationis tertio.*

## DECISIO CXXV.

DOMINI, vtraque parte informante, concorditer
1 resoluerunt dandam esse subrogationem † Io. Lo-
pez, quia constat de lite, & obitu collitigantis, *iux. reg.*
28. *ne detur nouus collitigans, & 2. vt lit. pend. n. 6.* fuit di-
ctum coram Reuerendissimo Alexandrino in Collen.
Parochialis 11. Decembris 1595. & coram me in Gerun-
den. Canonicatus 14. Maij 1601. Nec obstat, quòd ex
decisione contra ipsum facta, videatur detegi calum-
2 niosus litigator, † qui non subrogatur, Bisig. *decis. 2. de
rer. permut.* Cassad. *decis. 7. de dol. & contum.* quia vltra
3 quod decisio facta fuit ipso non informante, † facta et-
iam fuit non super meritis, sed super retardatione Bre-
uis ex clausula (*arbitrio*,) & in principio causæ, nullisque
factis probationibus, quo casu non potest de calumnia
4 conuinci, Achil. *decis. 7. sub n. 6. vt lit. pend.* † nec dici im-
probus litigator, quamdiu potest ius suum iustificare,
vt fuit dictum in illa Gerunden. & ad effectum regulæ
5 † pro euitanda suspicione calumniæ, sufficit quælibet
probabilis, & colorata causa litigandi, Rebuff. *super d.
reg. glos. 7. num. 4.* fuit dictum in Conchen. Archipresby-
teratus 19. Ianuarij 1598. coram R. P. D. meo Litta, &
6 in allegata Gerunden. † licèt autem pro impetranda
subrogatione non sit necessarium docere de bono iure
7 superstitis eam petentis, † tamen ex sententia, quam ob-
tinuit Lopez ad sui fauorem, oritur aliqualis præsum-
ptio, quòd faueat bonum ius, etiam quòd ab ea fuerit
appellatum, vt per Aleiat. *de præs. reg. 3. præs. 9 num. 11.*
8 † Non obstat prætensa inhabilitas ex morbo caduco,
quia non probatur concludenter: immo contrarium ap-
paret ex fide D. Galliani Medici, qui ipsum curauit, &
testatur ipsum non incidisse in morbum epiplecticum,
licèt ad illum magnam propensionem haberet propter
9 vertiginem, cui erat obnoxius, † & Medici iudicio in
arte sua standum, *vt l. septimo mense*, vbi Bal. *in vltima ad-
dit. ff. de stat. hom.* Socin. Iun. *consil. 183. num. 11. lib. 2.* Boer.
*decis. 213. num. 21.* fuit dictum in Romana Hæreditatis
10 de Picchis. 15. Iunij 1580. coram Vicecomite † ob id
confessio Lopez in sua dispensatione, tamquam erronea,
illi non præiudicat, *l. non fatetur, ff. de confess.* Dec. *cons.*
11 408. *num.* ᵃ † Nec potest facere morbum caducum il-
lum, qui vere non est talis, ad tradita per Aym. *consil.*
262. *num. 4. & 5.* & eo minus habet obstare, quia fuit pro
12 cautela suæ conscientiæ petita, † Rot. *decis. 11. de sent. ex-
com. in antiq.* Vbi etiam aliquando laborasset tali morbo,
13 qui eum inhabilem reddidisset, † constat de liberatione
ex eadem met fide D. Galliani, quæ coadiuuatur ex de-
positione plurium testium pro Ioan. Lopez examina-
torum, qui dicant à pluribus annis illum non fuisse
aliquid tale passum, & benè concludunt, cùm subiun-
gant se continuò cum ipso habitasse, & quòd non po-
tuisset id accidere ipsis ignorantibus, Ang. *in §. hinc no-
bis, circ. fin. Auth. de hæred. & Falcid.* Alex. *cons. 167. num.
10. lib. 2.* Dec. *cons. 101. numero 2. ante med. vers. nec etiam
in isto teste.* Paris. *consil. 13. sub numer. 17. vers. tamen aduer-
tendum, lib. 3.* 14. Hinc cessat, † quod dicitur de præsum- 14
pta morbi continuatione quia huiusmodi præsumptio
tollitur ex probatione contraria, *l. cùm de indebito, ff.
de prob.* Paris. *consil. 29. numero 76. lib. 2.* Non obstat,
quod dicitur litem non fuisse introductam super titu-
lo beneficij, † quia contrarium apparet in commissione 15
Reuerendissimo D. Paceñ. directa, quæ continet to-
tum negocium principale cum clausula (*quam & quas.*)
ᵃ Minus etiam releuat, quod obiicitur, fuisse petitam
post mensem subrogationem, † quia vltra quod dicitur 16
fuisse inter mensis spatium porrectam supplicationem,
regula non arctat ad petendam subrogationem infra
dictum tempus, & mentio mensis fit ad inualidan-
dam non subrogationem post illum petitam, sed gra-
tiam intra illum obtentam in præiudicium subro-
gandi, & propterea quando post mensem non fuit
alteri concessa gratia, non prohibetur collitigans sub-
rogationem quandocumque petere, vt fuit dictum in il-
la Collen. ᵇ b

### ANNOTATIO.

a Et † fuit dictũ in Nucerina Iurispatronatus 14. Maii 1612. 17
coram R.P.D. Caualerio, & in Conchen. Beneficij 20. De-
cembris 1619. coram R.P.D. Coccino Decano, & prius
in Eluen. Præceptoriæ 28. Nouemb. 1608. coram R.P.D.
Marquemontio, in quibus decisionibus fuit dictum cen-
seri beneficium litigiosum eo ipso, quòd in commissione
adest clausula (*quam & quas*) vigore cuius potest deduci
omne ius tàm in petitorio, quàm in possessorio, & de
clausula (*cum incidentibus, & dependentibus*) dixit etiam
Rota *dec. 342. num. 2. par. prima in recentior.* & in dicta Nu-
cerina iurispatronatus coram R.P.D. Caualerio, & fuit
latè dictum in Caputaquen. Abbatiæ 25. Maij 1620. co-
ram R.P.D. Dunozetto. Aduertendum tamen est, quòd
sola † Commissio, cum dicta clausula non videtur suffi- 18
cere, nisi in processu reperiretur petitorium deductum
ad speciem, quia dictæ clausulæ solùm tribuunt faculta-
tem deducendi petitorium, sed vltra d. facultatem requi-
ritur, quòd partes voluerint vti d. facultate, ita in specie
fuit dictum in Pampilonen. Parochialis 2. Decembris
1605. coram Card. Lancellotto, & quòd clausula (*quam, &
quas*) nihil operetur, nisi fuerit deducta ad speciẽ, Seraph.
*decis. 1013. num. 3.* benè Rota *decis. 68. num. 12. inter impress.
penes Pacif. de Salu. iuxta nouam impressionem*, vbi aliæ de-
cisiones cumulantur, sed reuera decisiones ab initio al-
legatæ simpliciter firmant, quod eo ipso, quòd commis-
sio continet has clausulas, censeatur lis inducta super ti-
tulo ad effectum faciendi beneficium litigiosum, & hæc
opinio potest comprobari ea ratione; quia in iudicijs
censetur in dubio omne ius deductum, *l. solemus, ff. de in-
dic.* fuit dictum in Imolen. bonorum 21. Iunij 1619. coram
R.P.D. Buratto; Ego crederem ita posse distingui, aut Cõ-
missio est super possessorio principaliter cum clausula
(*quam & quas*) & tunc non censetur comprehendere pe-
titorium, nec titulum; aut simpliciter est super beneficio,
& tunc censetur comprehendere, tam possessionem quã
titulum, Cassad. *decis. 6. in principio de rescrip.* Mandos. *reg.
de subrog. quæst. 14. num. 5.*

b Et benè Rot. *decis. 342. num. 10. par. 1. in recent.* † vbi hæc 19
decis. Canonizatur, & Mensis † de quo in regula non in- 20
telligitur à die obitus collitigantis, sed à die subrogatio-
nis concessæ tertio, Rota *decis. 342. num. 10. par. 1. in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Anconitana Assecurationis Nauis.

*Lunæ 4 Maij 1602.*

### ARGVMENTVM.

Assecuratio Nauis facta de tempore, quo al-
ter ex contrahentibus iam sciebat, vel
scire

scire poterat Naufragium Nauis, de stylo Mercatorum non obligat assecurationem.

*SVMMARIVM.*

1 *Mercatorum iudicio plurimum Rota solet deferre.*
2 *Stylus semper attendi debet.*
3 *Praesertim inter mercatores.*
4 *Assecurationis Nauis contractus non est validus, quando altera pars sciebat tempore assecurationis Nauem iam periisse.*
5 *In dolo qui versatur, exceptione doli est repellendus.*
6 *Incertitudo, & dubietas est illa, quae facit licitos huiusmodi contractus, in quibus emitur incertus euentus.*
7 *Mercatorum verba sunt intelligenda, prout mercatores illa intelligunt.*
8 *Conditio de praesenti, & de praeterito admittitur in stipulationibus propter ignorantiam contrahentium.*
9 *Ex pretij quantitate arguitur qualitas contractus, item arguitur quid veniat in vendiitione, & num. 11.*
10 *Interpretatio est capienda ne altera pars remaneat decepta.*

DECISIO CXXVI.

Zaccharias Caesaranus Mercator Anconitanus die 9. Februarij 1559. assecurauit Moysem Luzarum Hebraeum Orientalem Mercatorem pariter Anconitanum pro scutis 300. super corpore spatio Naulis, & corredis Nauis nuncupatae Santa Maria & Santa Trinità pro totidem pecuniis per dictum Moysem datis ad cambium ductoribus dictae Nauis pro itinere faciendo à Ciuitate Gallipolitana ad Ciuitatem Anconae, & vltra susceptionem omnium periculorum, promisit Zaccharias soluere summam assecuratam, si à die assecurationis in posterum per interuallum temporis duodecim mensium vera notitia dictae Nauis non haberetur: lapsis dictis 12. mensibus, & nullo habito certo Nuncio praetendebat Moyses purificatam conditionem promissionis, & Zacchariam teneri ad solutionem dictorum scutorum 300. & propterea R. P. D. Corduba Ponēs dubitauit, An assecurator teneretur soluere Moysi pecunias assecuratas, & causa per eum pluries proposita, tandem 4. Martij 1602. Domini resoluerunt non teneri. Quia autem propter promotionem dicti Patris ad Episcopatum Paceñ. non potuit resolutionem extendere, Domini in vltima Rota memorialium praesentis anni 1603. mandarunt mihi in eius locum subrogatum, vt eam extenderem: Licèt inter Dominos esset aliqua controuersia, an legitimè probaretur discessus Nauis à portu Gallipoli, tamen in hoc conueniebant, quòd cùm discessus ex dicto portu, vt fatetur Moyses, fuerit die 17. Nouembris 1598. & sic ferè per duos menses ante promissionem, ita vt verisimiliter Moyses potuerit esse certus de Naufragio Nauis, & Zaccharias,
1 penitus ignarus, non teneatur. Et multum † mouit Dominos iudicium Mercatorum Florentinorum super eo adhibitum, attestantium etiam de communi vsu, & sty-
2 lo, † qui stylus semper attendi debet, *c. ex literis de consti-*
3 *tut.* Bal. *in l. 1. in fin. C. quae sit long. consuet.* † praecipuè autem inter Mercatores, Bal. *consil. 400. numero 10. lib. 5.* Corn. *consil. 319. numero 12. lib. 3.* Soc. Iun. *consil. 27. numero 22. lib. 2.* & iste stylus, licèt Florentinus, cùm etiam seruetur in Ciuitate Anconae, teste Benuen. Strach. qui fuit Ciuis Anconitanus *in tract. de assecurat. gloss. 27. sub numero 5. vers. tertia facti species*, attendi debet in contractu Anconae celebrato, *l. si fundus ff. de euict.* Praesertim,
4 quia stylus iste iuri, & rationi congruit. † Nam si Zaccharias sciuisset Moysem non ignarum Naufragij, proculdubio non fecisset huiusmodi conuentionem, vt in simili dicit Dec. *cons. 115. in princip. vers. 3.* quia ex traditis per Bart. *in l. quaero ff. de act. empt. & in l. contra legem, in fine ff. de legibus.* & latius in terminis nostris prosequitur Strach. *d. gloss. 27.* quem sequuntur plures moderni relati per informantes, isto enim casu, vt dicit Dec. *vbi supra*, deficit consensus promittentis, & † Moyses, 5
qui conscius facti dolo malo induxit Zacchariam ad assecurandum, saltem doli exceptione est reiiciendus. *l. si quis cum aliter. ff. de verb. obligat. l. dolo. C. de inut. stipul.* ne aliàs ex sua malitia commodum reportet, *l. 1. ff. de dol.* † incertitudo enim, & dubietas est illa, quae facit 6
licitos huiusmodi contractus, in quibus incertus, & dubius euentus emitur, & periculi pretium in re incerta praestatur, Dec. *vbi supra numero 4.* qui loquitur, quando vt in casu isto, facta fuit conuentio sub duplici conuentione alternatiuè, altera de praesenti, altera de futuro; sufficit autem scientia praesumptiua ex spatio temporis, & loci distantia, secundùm quam verisimiliter potuerit peruenire ad notitiam, vt per Strach. *vbi supra*; ex dispositione autem Capitulorum Barchinonen. constat portum Gallipolitanum distare à Ciuitate Anconae spatio miliarium 1200, quae etiam cuilibet horae tria miliaria assignant, quam scientiam ex hoc benè deducunt mercatores Florentini, & multis indiciis ac verisimilitudinibus coadiuuant informantes. Non obstant illa verba (*interuenisse, ò fusse interuenuto*) quia debent intelligi, dummodò Nauis non soluisset à portu tanto tēpore antè, quòd potuerit verisimiliter haberi dicta notitia, Strach. *vbi supra*, & dicunt Florentini in eorum relatione, quorum interpretationi standum est, † tùm quia verba mercatorum sunt intelligenda, 7
prout mercatores intelligunt, Put. *decis. 19. lib. 1.* † tum 8
quia conditio de praesenti, & praeterito admittitur in stipulationibus propter ignorantiam contrahentium, *l. cum ad praesens, ff. si cert. pet.* Nec refert quòd soleat etiam quandoque assecurari nauis, quae soluisset tanto tempore, quòd potuisset haberi notitia, quia vltra quod, vt dicunt periti, solent adiici illa verba (*perita, ò nonperita*) vt iidem etiam inferunt, non soluuntur, prout in casu isto 12. pro centenario, sed bo. 170. & † ex quantitate 9
pretij arguitur qualitas contractus & mens contrahentium,ᵃ glos. *in l. 1. §. qui superficiem, in verb. agendo ff. de superf.* Dec. *consil. 110 sub numero 5.* Paris. *consil. 64. numero 44 lib. 1.* Nec refert, quòd Stracch. loquatur de tempore, quod intercessit à die naufragij, non autem à die, quo nauis soluit, quia, vt referunt Florentini, isto casu interpretatio est facienda contra Moysem, nisi ipse iustificet tempus, quo nauis periit, intra quod non potuerit verisimiliter haberi notitia, quorum sententia placuit Dominis: tùm quia fundata in stylo, qui attendendus est per supradicta, tùm quia semper † interpretatio capienda est, ne altera pars remaneat decepta, *l. si quis in conscribendo, circ. med. C. de pact. l. 3. §. 1. ff. de arbor.* Paul. de Castr. *cons. 205. in fin. lib. 1.* Aym. *consil. 33. num. 25.* 10

*ANNOTATIO.*

a Ex † quantitate pretij colligitur quid veniat in emptione, vt latè per Mant. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. num. 8. & seq.* Menoch. *de praesumpt. libro 3 praesumpt. 73.* Surd. *consil. 13. numero 37.* 11

*Oliuerius Beltraminus.*

Bracharen. Beneficij.

*Mercurij 29. Octobris 1603.*

ARGVMENTVM.

In citatione ad dicendum contra Commissionem quando debeat inferi tenor commissionis, vt citatus notam habeat iurisdictionem delegati.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio ad docendum contra Commissionem debet continere insertum tenorem Commissionis, vt citatus notam habeat iurisdictionem citantis, & n.8.*

2 *Fallit, vbi in citato adest verisimilis, & coniecturata scientia Commissionis, seu iurisdictionis.*
*Fallit secundò, si citatus compareret, n.9.*

3 *Ignorantia probabilis non datur eorum, quæ sunt apud acta.*
*Declara hoc procedere, quando fuerunt producta parte citata, aliàs secus.*

4 *Procurator præsumitur certiorare Dominum suum in partibus, & sub n.10.*
*Declaratur, & limitatur multipliciter, & sub n.11.*

5 *Citatio sustinetur etiam sine insertione Commissionis, quando Commissio erat in partibus apud Compulsorem, de qua facilè citatus poterat habere notitiam.*

6 *Citatio non requiritur, quando citatus est præsens in loco Iudicij, aut in loco parum distanti.*

7 *Paria sunt scire, vel de facili scire posse.*

8 *Iudicium in Curia potest inchoari cum procuratore, & nu.12.*

## DECISIO CXXVII.

DOMINI perstiteront in resolutis gratiam *si neutri*, D.Matthiæ esse quoad vtrumque caput iustificatã.
Nam qooad litem stante commissione cum solita claosula *(omnesque alios, &c.)* potuit Gaspar vocari ad causam
in partibus, vt fuit probatum in decisione, quæ in hoc
1 capite non impugnatur, † sed datur de nullitate citatio-
ois ob noo insertam commissionem, quæ inseri soler, &
debet, vt citatus notam habeat iurisdictinnem citaotis,
Specul. *in tit. de citat.* §.4. *n.* 7. Bart. *in l. 2. n.6. ff. si quis in*
*ius voc. non ier.* Abb. *in c. cùm ex officij. nu.* 33. *de præscript.*
a Put. *decis.* 241. *l.* 3. Achil. *decis.* 10. *de dol. & cont.* [a] sed fuit
2 responsum hoc non procedere, † vbi in citato adest ve-
risimilitudo, & coniectura scientiæ, commissionis, vel
iurisdictioois, Achil. *decis.* 2. *n.* 10. & 11. *de off. deleg.* cùm
autem in casu isto esset commissio inserta, tàm io literis
3 citatorijs, quàm in literis compulsorialibus, † & non de-
tur probabilis ignorantia eorum, quæ sunt apud acta,
Paul. de Castr. *in l. 1. sub nu.* 2. *C. de satisdat.* Peregr. *decis.*
b 255. [b] non est præsumendum, quòd de ea notitiam non
habuerit, tantò minus quia comparendo coram Com-
pulsore prout fecit, bis recusando Notarium, plusquàm
verisimile est quòd viderit commissionem insertam in
literis compulsorialibus; quòd manifestiua deprehendi
tur, quia citatus cùm alias exceptiones opposuisset, de
ista nullum verbum, quam tamen verisimiliter in primis
opposuisset, si de commissione non fuisset certus; imo,
cùm respondendo dictæ citationi negauerit se fuisse
præsentatum à Vicecomite, de qua præsentatinne non
fit mentio in citatione, arguitur maxima coniectura sci-
entiæ: Accedit, quòd cùm adesset in Curia D. Branda-
nus Procurator, qui in hac causa produxit mandatum
die 20. Decembris 1600. & fecit illud recogooscere
die 16 Februarij 1601. & Gaspar fuerit in partibus cita-
4 tus 21. Iunij eiusdem anni 1601 † non est verisimile,
quòd non fuerit certioratus à dicto suo Procuratore
c de dicta commissione, Rom. *cons.* 481. *num.* 7. [c] Put. *de-*
*cis.* 100. *in fin. lib* 2. fuit dictum in Romana Pecuniaria de
Zambrerijs 20. Maij 1580. coram Cantuccio. Et quan-
do oon adessent tot, & tam vrgeores coniecturæ sci-
5 entiæ, † ex quo tamen commissio erat in partibus a-
pud Compulsorem, de facili potuit eius habere noti-
tiam, quod sufficit ad effectum, vt sustineatur citatio
6 sine insertione: † Hæc enim est ratio, quare non re-
quiritur, quando citatus est præsens, vbi est Iudex,
vel in loco parùm distanti, Abb. *in cap. præterea. numer.*
5. *ad fin. vers. aut agitur de leui præiudicio. de dilat.* Ias. *in*
*l. 2. numer.* 4. & 5. *ff. si quis in ius voc. non ier.* & *cons.* 155.
*nu.* 6. & 7. *lib.* 4. Andr. Gail. *pract. obser. lib.* 1. *obs.* 48. *n.* 21.
Saro. *decis.* 53. *lib.* 1. † Paria enim suot scire, vel de facili 7
scire posse, *l. Iulianus, ff. ad Maced. l. si duo*, vbi Bal. &
Ang. *ff. de acquir. hæred.* Ias. *in l. quòd te. numer.* 10. vbi et-
iam Dec. *sub numer.* 4. *in* 1. *lect. ff. si cert. pet.* Iustificatur
etiam lis per actus, & comparitiones factas à D. Bran-
dann Procuratore, & præcipuè ex productione gratiæ
*(perinde valere)* Gasparis sub die 8. Martij 1602. quæ
præcessit gratiam *(si neutri)* D. Matthiæ, quæ fuit im-
petrata 22. mensis seq. † & dubiom non est, potuisse iu- 8
dicium iochoare in Coria cum Procuratore generali,
Achil. *decis.* 16. *de dol. & cons.* Caputaquen. *decis.* 7. *lib.* 2.
*in manuscrip.* [d] Quoad non ius, res est clara, cùm gratia d
*(perinde valere)* in qua Gaspar se fundat, oon sit iustifica-
ta, vt fuit dictum in decisione.

*ANNOTATIO.*

a De quo latè per Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defectu*
*citationis n.*47. & fuit etiã dictum in Terraconẽ. Parochia-
lis 4. Februarij 1604. coram Litta, quæ est impressa pe-
nes Marches. *tom.* 1. *fol.* 461. † si tamen citatus compare- 9
ret, processus esset validus; etiam si in citatione non esset
insertus tenor Commissioois, vt fuit dictum in Brachare-
ren. iurisdictionis 1599. coram bo. me. Cordnba.

b Hoc est verum, quando quid reperitur productum apud
acta, præuia partis citatione, aliàs si quid reperiatur pe-
nes acta, parte non citata, præsumitur ignorantia, non au-
tem scientia, Rot. *dec.* 258. *num.* 3. & *dec.* 287. *n.* 3. *part.* 3. *lib.*
*diuersor.* & fuit dictum in Toletana Parochialis 27. No-
uembris 1617. coram R.P.D. Pamphilio.

c Roman. *cons.* 481. qui † dicit, quòd præsumitur procura- 10
torem certiorasse suum principalem, Rota passim sequi-
tur, vt *in decis.* 396. *n.* 3. *par.* 1. *diu.* & *decis.* 93. *n.* 4. *par.* 2. *in re-*
*cent.* & *decis.* 95. *n.* 2. *par.* 1. *in recentior.* & fuit dictum in A-
retina Cappellaniæ 9. Februarii 1618. coram R. P. D. Bu-
ratto, & procedit etiam si procurator desierit esse talis,
dummodò continuauerit comparere in iudicio, Seraph.
*decis.* 1123 *n.*4.

Declara † hoc procedere solùm in procuratore specia- 11
li, non in generali, Honded. *cons.* 55. *n.* 55. *lib.* 1. Lancell. *de*
*attent. par.* 1. *c.* 1. *num.* 101. Mascard. *de probat. d. conclusion.*
554. *nu.* 9.

Declara secundò procedere in facto graui, & notabili, non
in leuibus. Honded. *d. cons.* 55. *num.* 54. Mascard. *de conclus.*
554. *n.* 8.

Declara tertiò procedere, dummodò tantùm temporis in-
teruallo intercessetit, vt potuerit procurator certiorare
suum principalem, vt fuit dictum in Gerunden. beneficii
27. Iunij 1608. coram R.P.D. Ortembergo.

Declara quartò non procedere, vbi ageretur ad effectum
pœnæ, & priuationis, quia ad hunc effectum scientia de-
bet esse certa non præsumpta, Seraph. *decis.* 1239. Rot. *dec.*
507. *n.* 8. *par.* 1. *in recent.* vel vbi ageretur ad effectum deli-
cti, puta ad effectum attentatorum: procurator enim non
censetur certiorasse suum principalem de attentatis per
eum commissis, Lancell. *de attent. par.* 1 *cap.* 1. *nu* 101.

Declara quintò non procedere ad effectum causandi ma-
lam fidem in principali, per quam impeditus esset præ-
scribere, prout ita limitauit Rot. penes Caputaquens. *de-*
*cis.* 67. *lib.* 3. *in manuscr.*

d Et quòd iudicium † possit in Curia inchoari cum procu- 12
ratore generali, Rota *decis.* 16. *de iudic. in antiq.* Cassad. *de-*
*cis.* 1. *n.* 1. *de dilat.* Seraph. *decis.* 654. *n.* 4. & *seq.* Rota *decis* 422.
*num* 5. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum in Spoletana Prædij 30.
Martij 1615. coram R P.D. Pamphilio, & latè in Ferra-
rien. decimarum 29. Ianuarij 1618. coram R.P.D. Vbaldo.
Vnde citando procuratorem infra sex menses, satisfit re-
gulæ de annali, quæ requirit, quòd possessor vocetur in
iudicium intra sex menses, Mohed. *dec.* 12. *de caus. poss.*
Cresc. *dec.* 14. *eod. tit.* Et circa hanc materiam, quando pos-
sit inchoari iudicium cum procuratore, est videndus La-
derch. *cons.* 15. qui plures casus distinguit.

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana

## Romana Locationis Vineæ.

*Veneris 20. Decembris 1602.*

### ARGVMENTVM.

Locatio seu venditio, ex quibus dicatur facta ad corpus, vel ad mensuram, & qualem, & quantam diminutionem importet dictio (*in circa.*)

### *SVMMARIVM.*

1 *Venditio an sit facta ad corpus, vel ad mensuram totum pendet à coniectura, & verisimili mente contrahentium.*
2 *Coniectura est constitutio vnici pretij non distributi in singulas petias.*
3 *Item solutio anticipatè facta pro toto tempore affictus, ex ea enim colligitur locationem esse ad corpus.*
4 *Venditio censetur facta ad corpus, quando contrahentes non sunt locuti de certa, & determinata mensura, sed vsi fuerunt dictione* (in circa.)
5 (In circa) *dictio modicum operatur arbitrio iudicantis.*
6 *Defectus in decima parte est modicus, & venit sub dictione* (in circa.)
7 *Cannetum venit sub mensura ennnciata Vinea.*
8 *Interpretatio est sumenda contra fundantem se in verbis.*
9 *Appellatione vineæ non venit cannetum à vinea separatum.*

### DECISIO CXXVIII.

CÆsar, & fratres de Turrianis locauerunt de anno
1599. Terentio Iarrubeo quandam eorum Vineam
petiarum 24. in circa cum cannetis per annos quinque
pro affictu in totum scut. 1500. in quorum satisfactio-
nem Terentius accollauit sibi tot debita dictorum de
Turrianis, qui ascendebant ad summam scutorum 1245.
in instrumento descripta, reliqua verò scuta 255. pro-
misit soluere, prout soluit, infra certum tempus; cùm
autem D. Terentius molestaretur à quibusdam credi-
toribus descriptis in instrumento, cœpit non solùm se
defendere sub prætextu, quòd Vinea non esset petia-
rum 24. prout enunciatur, sed etiam reperiri partem
Sodi, dicendo esse locum remissioni ob defectũ men-
suræ; pro qua fuerunt electi periti, & causa coram A.
C. pendente Rota consulta, fuit dubitatum, an locatio
sit ad mensuram, vel ad corpus, & si ad corpus, an &
quomodo sit facienda remissio, & ad primam partem,
quamuis non esset eius necessaria discussio ex infra di-
cendis; tamen Domini resoluerunt esse ad corpus, licèt
controuersia sit inter Doctores, quando fuit cœptum à
corpore, & immediatè non describuntur fines, sed
1 prius fit mentio mensuræ, quàm finium, an locatio, † seu
venditio dicatur ad corpus, vel potius ad mensuram, ta-
men cùm tota hæc materia pendeat à coniectura, & ve-
risimili mente contrahentium, Alexan. *cons.* 8. *nu.* 8. *lib.* 4.
Ias. *cons.* 79. *colum.* 1. *vers. sed respondeo, & dico. lib.* 1. Ne-
uiz. *cons.* 58. *num.* 3. fuit dictum in vna Romana Affictus
salis 27. Ianuarij. 1588. coram Illustrissimo Blanchetto,
& 17. Aprilis anni sequentis coram Illustrissimo Platto.
Hic concurrunt multæ coniecturæ relatæ per infor-
2 mantes, quæ ostendunt locationem esse ad corpus, † in-
ter quas est constitutio vnici pretij non distributi in sin-
gulas petias, Bart. *in l. Iulianus* §. *si Titius sub num.* 1. *ff. de
act. empt.* Salyc. *in l.* 2. *sub num.* 3. *vers. aut est facta venditio.
C. de cont. empt.* Ruin. *cons.* 83. *in princ. lib.* 1. Paris. *cons.* 64.
*num.* 59 *&* 63. *lib.* 1. Cagnol. *in l.* 2. *sub nu.* 186. *vers. & ra-*
3 *tio est. C. de rescind. vend.* † Concurrit etiam anticipata
solutio scutorum 1500. pro toto tempore affictus, par-
tim in accollatione, partim in pecunia numerata, quæ
respicit totum corpus, & diuisionem non recipit, quam
coniecturam magni fecit Rota in dicta Romana Affi-
ctus Casalis: Accedit etiam vna cum dicta constitutio-
ne, & solutione traditio rei, & possessio per tãtum tem-
pus, quibus concurrentibus esset inconueniens dicere,
quòd locatio esset ad mensuram, vt per Socin. iun. *cons.*
42. *sub nu.* 17. *lib.* 2. Ruin. *d. cons.* 83. *num.* 5. Quoad secun-
dam partem Domini dixerunt non esse locum remisso-
riæ, nec esse necessarium ingredi illam difficultatem, an
quando locatio est facta ad corpus, & enonciata mensu-
ra deficiat, sit diminuenda pensio: Primò, † quia loca- 4
tores non sunt locuti de certa, & determinata mensura.
quando dixerunt Vineam petiarum 24. propter illam
dictionem (*in circa*) adiectam,[a] Ruin. *cons.* 10. *nu.* 3. *libr.* a
5. Corn. *cons.* 59. *nu.* 5. *in fin. lib.* 4. Nec refert, quod dici-
tur † dictionem (*in circa*) modicum capere, quia hoc est 5
positum in arbitrio iudicantis, Alexan. *cons.* 82. *in fin lib.*
7. † & modicus defectus est in decima parte, † ita vt sub 6
dicta dictione (*in circa*) proculdubio veniat, vt per Corn.
*d. cons.* 59. *nu.* 5. *&* 6. vbi etiam voluit, quod modica por-
tio possit in quarta parte verificari; per *l. si quis. C. de in-
offic. testam.* Et quòd dicto (*in circa*) captat decimam par-
tem, voluit etiam Bero. *cons.* 85. *nu.* 4. *lib.* 1. vbi voluit cõ-
cessionem bubulcarum decem (*in circa*) capere vnde-
cim bubulcas. In casu autem isto defectus non est vltra
decimam, imò nec ad decimam ascendit; cũ iuxta men-
surationem factam cum vinea, computato illo exiguo
sodo, quod est intra sepem sit petiarum 21. & ordinum
13. Et propterea imputet sibi D. Terentius, qui noluit
aliquid certi quoad mensuram stipulari Corn. *d. cons.* 59.
*nu.* 5. *in fin.* Quinimò dixerũt Domini esse in dicta men-
sura computandum Sodum extra sepem, quod est de
pertinentiis vineæ, imò coniunctum cum vinea, vnum
corpus cum ea conficit, quo Sodo computato nihil, vel
minimum, id est, pauci ordines deficiunt. † Non etiam 7
videbatur inconueniens, quòd sub mensura enuntiata
veniant canneti, cùm dictum sit vineam petiarum 24.
cum cannetis, cùm enim mensura possit referri ad vi-
neam simul cum cannetis, † verba dubia essent contra 8
D. Terentium, qui se in illis fundat, interpretanda. *l. ve-
teribus. ff. de pact. l. Labeo. ff. de contr. empt.* Corn. *in sæpius
alleg. cons.* 59. *nu.* 5. *in fin.* Non obstat, quòd appellatione † 9
vineæ non veniat cannetum à vinea separatum, quia
hoc procederet, quando non fuisset facta mentio canne-
torum.

### *ANNOTATIO.*

Vide circa materiam d. decis. supra *decis.* 104. & ibi annotat.

a Et quòd dictio (*in circa*) referatur ad quid modicum, Surd. *cons.* 376. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. casu* 46. *num.* 5. Rota *decis.* 343. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* latè Marta *de claus.* 1. *par. clausula* 59. *nu.* 2. & quantùm importet remittitur arbitrio iudicantis, qui considerare debet verisimilitudines, præsumptiones, & materiam subiectam, ita dixit Rota coram Cardinali Millino in Parmens. Status 18. Martij 1602. per *cons.* Ang. 127. & quando fit mentio de annis cum dictione (*in circa*) potest verificari in duobus, vel etiam tribus annis addendo, vel detrahendo, Corn. *cons.* 179. *num.* 5. *lib.* 3. Marta *dicta clausula* 59. *num.* 1. fuit dictum in Tricaricens. Territorij 8. Martij 1596. coram Cardinali Pamphilio, & in dicta Parmens. coram Cardinali Millino.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Fauentina Successionis.

*Veneris 7. Nouembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Edere an, & quando quis teneatur instrumenta propria parti aduersæ.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Exhibere quis non tenetur instrumenta suis sumptibus à Notario redempta.*

2 *Exhibero quis tenetur collitiganti propria instrumenta ex aquitate de stylo Rota.*

3 *Hoc procedit, si ab alio haberi non possint.*

4 *Quando à Notario haberi possunt, vel debet pars petere illa à Notario, vel debet reficere expensas solutas Notario in leuando scripturam.*

5 *Exhibere, vt quis teneatur propria instrumēta, ex aquitate requiritur probatio existentia scriptura penes edentem, & interesse petentis.*

6 *Existentia est probanda plenè, & non sufficit probare prasumptiuè.*

7 *Existentia est probanda de tempore mota litis, quando reus conuentus ratione officij non tenebatur custodire, secus si ratione officij tenebatur ad custodiam.*

8 *Existentia scripturarum, & librorum aduersus haredem an, & quando sit probanda, & quando prasumatur.*

9 *Existentia librorum, & iurium sufficit, quòd sit penes officialem, ad effectum, vt dominus teneatur ad exhibitionem.*

10 *Interesse sufficit summariè, & aliqualiter probare.*

11 *Item non intrat canonica aquitas, quando ageretur de detegenda turpitudine illius aduersus quem petitur exhibitio.*

## DECISIO CXXIX.

FVit resolutum Vrsolinam non teneri exhibere te-
1 stamentum, quia † cùm illud à Notario suis sum-
ptibus redemerit, est eius proprium, & exhibere non
tenetur, *l. qui accusare.* vbi Paul. de Castr. *nu.* 2. Ias. *in se-
cundo notabil. C. de eden.* Andr. Gayl. *pract. obseru. lib.* 1.
2 *obser.* 106. *num.* 7. † Non obstat, quòd ex æquitate, & sty-
lo Rotæ pars teneatur exhibere etiam instrumenta pro-
3 pria, a Rot. *decis.* 5. *de probat. in nou.* Sarn. *decis.* 25. *lib.* 2.
3 quia Domini dixerunt † id procedere, si aliunde haberi
non possit: Et propterea cùm Beatrix possit ipsa quo-
4 que illud à † Notario reluere, vel reluat, vel reficiat
expensas, quas soluit Vrsolina in leuando scripturam,
iuxta tradita per Alexan. *in l. seruum filij. §. eum, qui chiro-
graphum nu.* 6. vbi etiam Ias. *num.* 11. *ff. de legat.* 1.

*ANNOTATIO.*

5 Duo copulatiuè † requiruntur, vt intret æquitas canonica,
iuxta quã quis tenetur edere iura parti contrariæ: Primò
probatio existentiæ scripturæ penes illum, à quo petitur
exhibitio. Secundò, quod constet de interesse petentis,
Seraph. *decis.* 1224. Veral. *decis.* 194 *par.* 1. & latè fuit dictum
in Coloniens. Canonicatus 8. Martij 1611. coram R. P. D.
Penia impress. penes Farin. *decis.* 318. *num.* 2. *post secundum
lib. consil.* vbi plura cumulantur, & penes eumdem *in d.*
6 *lib. dec.* 278. *n.* 1. Existentia † est probanda plenè, & conclu-
denter, & non sufficeret probare præsumptiuè, vt dixit
Rota *decis.* 259. *nu.* 1. *par.* 1. *in recent.* vbi quamplures deci-
siones referuntur, & probari debet existentia de tempore
motæ litis, glos. *in l. non ignorabit. in verbo fuisse, Cod. ad exhi-
bendum*, Rota *decis.* 259. *nu.* 6. *par.* 2. *in recent. & d. decis.* 278.
*num.* 2 & fuit etiam dictum in Romana Redditionis Cõ-
putorum 12. Martij 1602. coram R. P. D. Coccino Deca-
no, vbi dicitur, quòd non valet in hac materia argumen-
tum de præterito in præsens, prout etiam dicitur in dicta
7 decis. 259. Quod tamen declaratur † procedere solùm in
iis personis, quæ ratione Officij non tenentur conficere,
& custodire libros, & scripturas, quæ quales sint, vide in
dec. coram Sanctiss. infr. *dec.* 199. secus autem est, quando
sumus in persona, quæ ratione officij tenentur confice-
re, & custodire, prout post plures decisiones relatas di-
stinxit Rota *decis.* 159 *sub nu* 6. *part.* 2. *in recent.* & fuit po-
stea etiam dictum in Romana Computorum 25. Maij
1615. corã R. P. D. Coccino Decano, huiusmodi enim per-
sonæ, nisi probent amissionem, & casum amissionis co-
guntur edere, & non est necesse probare existentiam pe-
nes illas præcisè de tempore motæ litis, Rota post re-
latos *decis.* 339. *sub num.* 5. *inter impressas penes Farinac. post* 2.
*lib. consil.* per doctrinam Bart. *in l. si quis ex argentariis.* §. *an
verò heredes. nu.* 114. *ff. de eden.* & fuit etiã dictum in Mar-
sicens. Iurisdictionis 20. Nouembris 1617. coram R. P. D.
Buratto, nec standum est illarum iuramento circa amis-
sionem, non obstante, quòd essent personæ valde legales,
Rota *dicta decis.* 278. penes Farinac. Imò † etiam tenen- 8
tur hæredes edere etiam non probata existentia penes
illos, & non obstante, quòd ipsi hæredes iurent ad se
scripturas non peruenisse, Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præ-
sumpt.* 61. *nu.* 9. *& seq.* & fuit dictum in dicta Marsicens. iu-
risdictionis 1617. coram R. P. D. Buratto.

Quando verò versamur in personis, quæ ratione officij non tenentur conficere, & conseruare, tunc si agatur contra eorum hæredes, sufficit dictio hæredibus negare medio iuramēto penes se non extare scripturas petitas, Menoch. *de præsump.* 61. *n.* 9. & fuit dictum infra coram Sanctissimo *decis.* 199. & fuit etiam dictum in Anconitana Bonorum 21. Maij 1605. coram R. P. D. Ortembergo.

In hac autem materia † aduertēdum est, quòd licèt scriptu- 9
ra non sit penes eum, contra quē petitur exhibitio, sed sit
penes personam, cui ille potest præcipere, tunc perinde
haberi debet ad istum effectum exhibitionis, ac si penes
illum, à quo petitur extaret, Seraph. *decis.* 1224. *nu.* 3. & fuit
dictum in dicta Marsicens. coram R. P. D. Buratto, vbi ha-
betur, quòd Episcopus tenebatur edere iura, quæ conser-
uabantur in eius Archiuio penes eius Notarium, quia po-
terat Notario præcipere, & ab eo dicta iura habere.

Quo verò ad aliud secundum requisitum † concernens in- 10
teresse petētis exhibitionem, sufficit summariè, & aliqua-
liter illud probare, Rota *decis.* 250. *sub nu.* 1. *par.* 1. *in recent.*
Imò probatur solo iuramento petentis, Ias. *in §. præterea.
num.* 46. *Institut. de action.* Rota *dicta decis.* 278. *num.* 2.

Æquitas canonica cogens ad exhibendum nõ habet locum,
vbi ageretur † de detegenda turpitudine illius, à quo 11
petitur exhibitio, Verall. *decis.* 93. *part.* 1. fuit dictum in A-
bulens. Canonicatus 20. Nouembris 1598. coram Rubeò.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Imolen. Molendini.

*Lunæ* 10. *Nouembris*, 1603.

### ARGVMENTVM.

Non licet in contractu locationis recedere ob non implementum alterius partis; cùm sit contractus nominatus, à quo nõ potest recedi nisi implementum respiciat causam finalem.

*SVMMARIVM.*

1 *Locatio est contractus nominatus.*

2 *In contractibus nominatis non licet recedere ob non implementum alterius partis, sed agi debet ad implementum, vel interesse. Declara, vt num. 5.*

3 *Gabr. cons. 75. lib. 1. qui vult in contractu locationis ob non implementum posse agi ad rescissionem, reprobatur, & Gabr. sequuntur multi, prout sub num. 6.*

4 *In contractibus nominatis licet recedere, quando implementum, quod deficit, respicit causam finalem contractus, & num. 7. vbi declaratur quomodo dignoscatur causa finalis.*

## DECISIO CXXX.

SEntentia Gubernatoris Imolen. visa fuit Dominis
iusta, & confirmanda, bene enim pronunciauit non
esse locum resolutioni locationis, † quia contractus, 1
cùm sit nominatus, Bart. *in l. si merces.* §. *vis maior. ff. lo-
cat.* regula est receptissima, † quòd in contractibus no- 2
minatis, qui suam exequutionem sunt sortiti, si vna
pars deficit, non licet alteri resilire, sed agere debet ad
implementum, vel ad interesse, a *l. inciuile.* vbi Bald. *in* 3
*princip. C. de rei vendicat.* Bart. *in l. si pecuniam. num.* 17. *&
seq.*

*seq.ff.locat.* Alexand.*in l.cùm propònas.la 2.num. 4. vers. tertiò fallit C.de pact.* Ruin.*consi.*128.*num.*9.*lib.*5.Afflict. *decis.*180.*nu.*6.Natt, *cons.*171.*nu.*1. *&* 2. fuit dictum in Romana Casalis Aquæ frigidæ 17. Iunij 1575. coram Cotta, & in Vrbeuetañ. Castrorum 29. Ianuarij 1534. coram Sanctissimo, & in terminis locationis tradit Bossius *de remiss.sub nn.*49.Rolan. *cons.*69. *nn.*31.*lib.*4. fuit latè deductum in vna Bononiens. Damnorum, & interesse coram Cantuccio, & in alia Imolens. locationis 8. Iunij 1592. coram bo.mem. Orano, qood tantò magis procedit in casu isto, in quo adest expressa prouisio contrahentium, quod quando impedirentur conductores percipere fructus Moleodini, præstare sint parati locatores,
3 & facere remissionem iuxta pactum: † Non obstat. Ga-
b briel ex aduerso, [b]*allegato cons.*75.*lib.*1. dum dicit regulã, quæ habet, agendum esse ad implementum, vel interesse in casum inobseruantiæ, nõ habere locum in locatione, quia in contrarium sunt authoritates, & decisiones Rotales, de quibus supra; vltra quòd Gabr. loquitur duobus concurrentibus, quòd scilicet conductor culpa locatoris non possit vti, & frui, & quòd res sit integra, hoc est, ante executionem contractus, quorum vtrumque cessat in casu isto, in quo nõ solùm locatio fuit exequutioni demandata, sed etiam casu cootigit impedimentum conductori. Natt. *cons.*610. non loquitur de aliqua
4 rescissione, sed tantùm de remissione: Rolan. † & alij ex aduerso allegati loquuntur, quando implementum respicit causam finalem contractus, per cuius defectum etiam contractus nominatus rescinditur. *l.cum te.* vbi Bal. Salycet. & alij *C.de pact.inter empt. & vend.* Aym. *consil.*
c 192.*num* 21.[c] Non est verum, quòd ex tacito partium consensu fuerit à locatione recessum, nec actus, qui ad id probandum deducuntur, concludunt, nam electio peritorum pro æstimatione vtensilium, seu instrumentorum Molendini, deputatio depositarij frumenti sunt prouisiones factæ à Iudice cum clausula (*citra præiudicium partium*) quas Iudex mandauit poni ad partes, nec aliquo modo inferunt resolutionem contractus. Non placuit etiam Dominis allegata contrauentio circa incisionem arborum; nam quoad duas arbores siccas, potuerunt locatores illas incidere ex iure sibi in instrumento locationis reseruato, quoad alias duas virides non potest considerari contrauentio propter licentiam habitam ab vno ex conductoribus pro reparatione Molendini. Sententia etiam in aliis visa est iusta, quia mandat conductoribus refici, seu defalcari interesse Qualcheriæ, & fieri remissionem ob cessationem Aquæ iuxta conuentionem inter ipsas partes factam: Et quia fides Vincentij non habet mensem, potuit Iudex declarare, de quo mense intellexerit pro tollenda omni difficultate, & ambiguitate.

*ANNOTATIO.*

5 a In † contractibus nominatis licèt non possit recedi sub prætextu non implementi agẽdo, benè tamen recedi potest per viam exceptionis, Rolan. *cons.*69. *num.*38. *libr.*4. Becc.*consil.*45.*num.*38.Mant.*de tacit. lib.*3.*titul.* 12. *num.*53. Surd.*cons.*563.*sub num.*4.

6 b Hanc opinionem ante Gabr. † tènuit Becc. *consil.* 45. Et etiam tenuit Rota in Romana pensionis domus 16. Nouembris 1611. coram R. P. D. Pirouano, vbi allegatur Bart. *in l.si quis ad fin.C.de agricol. & censib.lib.*11.

c Rol.*cons.*69.*num.*38.*lib.*4. Dec.*consil.*45. *num.* 29. fuit dictum in Romana pensionis domus 16. Nouembris 1611.
7 coram eodem, † & ad istud propositum censetur causa finalis illa, sine qua quis aliàs contracturus non fuisset, vt fuit dictum in d.Romana pensionis domus, Surd.*cons.*563. *sub num.*4.*vers.& in prædictis.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Interamnens. Bonorum.

*Veneris 14. Nouembris 1603.*

ARGVMENTVM.

Sententia de iure non potest ferri de nocte, sed in Curia sustinetur, & in omni loco, vbi viget stylus: Suspensio petitorij nihil operatur, quando postea fuit processum in petitorio.

*SVMMARIVM.*

1 *Nullitates quando sunt turbidæ, tunc videndum est de bono iure.*
2 *Cursoris relatio facta in originali in actis magis est attendenda quàm relatio eiusdem Cursoris facta in manibus partis.*
3 *Sententia de iure non potest ferri de nocte.*
4 *In Curia hoc non seruatur.*
5 *Sententia de nocte lata tenet, vbi viget stylus in contrarium.*
6 *Et maximè sustinetur in Iudice implicito multitudine negotiorum.*
7 *A suspensione petitorij censetur recessum per processum factum in petitorio, & nu.*8.

DECISIO CXXXI.

NVllitates, quæ hodie opponuntur, fuerunt allegatæ in principio discussionis causæ, † & quia visæ 1
fuerunt Dominis turbidæ, ordinarunt, vt videretur de bono iure, super quo fuit cognitum, & firmatum bonum ius Religionis Hierosolymitanæ, vnde tantò magis hodie veniunt reiicieodæ. Nullitas enim ex defectu citationis magnam patitur difficultatem, † quia ex rela- 2
tione Cursoris in originali in actis producto constat citationem fuisse factam 22. Decembris ad hodie per totam sine illa alternatiua, siue ad p.d. quam Domini dixerunt attendendam, non relatiooem factam in manibus partis, præsertim quia veritas executionis factæ, pro vt in actis legitur, comprobatur ex comparitione Procuratoris D. Honorij sub die 24. qui expresè dicit se die 22. fuisse citatum hora 24. ad hodie per totam † Nec ob- 3
stat, scotentiam de nocte ferri non posse; [a] *cap.consuluit.* a
*de off.deleg.* † quia ex antiquo stylo, de quo testatur Ho- 4
stiens. *in summa de Iudicis, §.qualiter.& quando.num.*11. Curia Romana non seruat, sed passim feruntur sententiæ etiam de nocte, † & vbi viget talis stylus sententia 5
de oocte lata tenet, Felyn. *in dicto c.consuluit.sub nn.*18.
† & in Iudice multitudine negociorũ implicito, prout 6
Auditor Cameræ, sustinetur, Felyn. *vbi supra vers. secundò fallit,* Ias. *in l.non minorem. sub nnm.*3. *C. de transact.* Alia etiam nullitas, quòd fuerit pronunciatum in petitorio suspenso, non expedito prius possessorio oon placuit, quia Auditor Cameræ pronunciauit in possessorio ad fauorem D. Honorij, concedendo illi immissionem pro scutis mille vigore facultatis testandi, quam habebat Commendator, & reliqua bona declarauit pertioere ad Religionem, & ob id noo potest dubitari, quòd Auditor Cameræ non intellexerit Honorium in reliquis bonis non esse immittendum io possessionem, & quòd non habuerit possessorium pro terminato. Tertia etiam nullitas deducta ex defectu termioorum visa fuit turbida, quia ante suspensionem ab initio, quando fuit actum, tàm petitorio, quàm possessorio, erant seruati termini: † Præterea non obstante suspensiooe fuerunt 7
admissi articuli pro parte Religionis exhibiti cõcernentes petitorium sine appellatione, & contradictione Honorij, & semper fuit processum in causa sine aliqua oppositione suspensionis petitorij, & fuerunt dennò ser-

uati termini in hoc iudicio, in quo, non obstante suspen-
sione in petitorio sine oppositione, procedebatur, ita vt
per huiusmodi processum non solùm censeretur reuo-
8 cata suspensio, † sed etiam per seruationem dictorum
terminorum censeretur ab ea recessum, Achil. *decis. 3. de*
*Iud.* Ex quibus, & aliis deductis per informantes Do-
mini resoluerunt sententiam esse validam; præsertim
stante eius iustitia, quæ omnino debet præualere nulli-
tati turbidæ.

*ANNOTATIO.*

a Sentẽtia an de nocte ferri possit, vide latissimè Polid. Rip. *de noct. temp. cap.* 134. Et quòd in Curia ferantur sententiæ de nocte latè Vant. *in tit. de nullit. ex defec. iurisdictionis, nu.* 132. Et quòd, vbi viget talis stylus sententiæ latæ de nocte valeant, latè idem Polidor. *d. cap.* 134. *num* 30.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana de Aquilanis.

*Veneris* 14. *Nouembris* 1603.

### ARGVMENTVM.

Substitutio facta per verba communia debet censeri directa, & ex quibus debeat censeri obliqua.

### *SVMMARIVM.*

1 *Compendiosa substitutio concepta per verba communia comprehendit vulgarem, & num.* 10.

2 *Verba communia, vbi non subest aliqua necessitas, aut ratio obliquandi, debent interpretari directa, & num.* 11.

3 *Substitutio præsumitur directa, quando est integraliter facta de tota, vel de quota hæreditatis.*

4 *Verba semper dicuntur directa, vbi non requiritur factum alterius, quàm testatoris, & nu.* 12.

5 *Executor datus ad nominandam personam, non censetur directò vocatus.*

6 *Executor datus ad nominandam personam ad Commendam non censetur datus ad erectionem Commẽdæ.*

7 *Exequutor testamenti ad certum actum particularem non potest censeri, vti hæres vocatus.*
*Hoc non procedit, vbi ex aliis verbis testamenti appareret testatorem aliud sensisse.*

8 *Augmenti idem iuris est, ac rei auctæ.*

9 *De Ordinario lex confidit, vbi de pia causa agitur.*

### DECISIO CXXXII.

CVm substitutio facta Francisco hæredi deceden-
1 ti † sine filiis sit compendiosa, & concepta per ver-
ba communia, & propterea de sui natura comprehen-
a dat vulgarem substitutionem, [a] vt fuit latè firmatum in
prima decisione, & in aliis repetitũ, & cùm euenerit ca-
sus vulgaris per mortem instituti ante aditam hæredita-
tem, meritò fuit per Dominos sæpius resolutũ nos ver-
2 sari in vulgari substitutione: † Verba enim communia,
vbi non subest aliqua necessitas, aut ratio obliquandi,
b debent interpretari directa, [b] Bal. *in l. si quis ita. vers. in*
*dubio etiam videtur, ff. de vsufr.* Galiaul. *in l. centurio*
*num.* 339. *ff. de vulg. & pup.* cum aliis adductis 19. Fe-
bruarij 1601. vbi etiam fuit dictum nõ solùm nullam
subesse rationem obliquandi, cùm non possit cõsiderari
3 ratio cur magis voluerit testator † substituere post adi-
tam hæreditatem, quàm antè, imò ex institutione vni-
uersali, & substitutione ita integraliter facta, magnam
oriri coniecturam, quòd testator voluerit directè substi-
tuere, ad tradita per Bart. *in d. l. centurio. n.* 21. *vers. sed istud*
*verbum*, quod etiam dixerunt tunc Domini satis probari
ex enixa, & constanti testatoris voluntate, quòd fieret
Commenda, & perpetuò eligeretur vnus de familia, vt
latius in decisione deducitur: Quæ conclusiones nõ vi-
dẽtur per Aquilanos improbari, qui fatentur verba po-
tius intelligi debere directa, quàm obliqua, dicũt tamen
hoc procedere, si in sensu directo accipi possint, quia
aliàs semper sunt in sensu obliquo intelligenda, in casu
autẽ isto dicunt nullo modo posse intelligi directa, cùm
nullus sit, qui directò capere possit de manu testatoris:
Non commenda, quia ante erectionem non est: Non
executor, quia ad erectionem datus non reperitur, † & 4
cùm in huiusmodi erectione non requiratur factum al-
terius, quàm testatoris, verba semper dicuntur obliqua,
Bar. *in d. l. centurio. nu.* 44. *&* 45. vbi Rip. *nu.* 185. † Nec 5
potest dici directò vocatus Archiepiscopus ex eo, quòd
ipsi sit commissa electio personæ ad commendam, Bart.
*in d. l. centurio nu.* 25. Ias *nu.* 42. Galiaul. *nu.* 311. Rip. *num.*
212. Et quia non fuit ad omnia, aut simpliciter execu-
tor testamenti deputatus, Alexan. *cons.* 12. *num.* 27. *vers.*
*vltra prædicta, & num. seq. lib.* 3. Rip. *in d. l. centurio. num.*
513. Galiaul. *num.* 355. *vers. limita*; Domini tamen ad
prædicta responderunt Archiepiscopum fuisse datum
ad erectionem Commendæ, & propterea cessare omnia
ex aduerso deducta, † & ad doctrinam Bart. & sequa- 6
cium, quæ habet executorem datum ad nominandam
personam, non censeri datum ad erectionem commen-
dæ, † fuit dictum hoc verum, nisi ex aliis verbis testa- 7
menti appareat testatorem aliud sensisse, vt dicit idem
Bart. *ibi nu.* 25. *in fin.* Rip. *sub nu.* 113. *vers. ista decisio*, Ga-
liaul. *num.* 355. *in fin.* & dicitur colligi mens, quando
alius actus fuit eidem commissus, ne inducatur confu-
sio ex interuentu personarum, & euitetur circuitus, vt
declarat Bolognet. *ibi n.* 201. *ad fin.* hîc autem in alia par-
te testamenti, quando de augmento ipsius Commendæ
agitur, hoc relinquit curæ Archiepiscopi. † Et cùm 8
idem iuris sit de augmento ipsius Commendæ, quod de
ipsa Commenda, *l. etiam*, vbi Bart. Bald. & alij, *C. de iur.*
*dot. l. quod in rerum. §. si quid potest. ff. de leg.* 1. Bald. *in auth.*
*res, quæ. nu* 61. *C. commun. de leg.* si testator demandauit
curæ Archiepiscopi augmentum commendæ, ex hoc so-
lo oritur vrgens coniectura, quòd eidem etiam deman-
darit ipsam Commendam, & eius erectionem; tantò
magis concurrente etiam electione, & attenta persona
Archiepiscopi, † de qua non solùm lex confidit, vbi de 9
pia causa agitur, sed etiam ipse testator, qui propterea
voluit eius nominationi standum non aliter, quàm si fa-
cta esset ab ipsomet testatore omni appellatione reie-
cta. Non obstant, quæ dicta sunt de executore vniuersa-
li, quia Doctores allegati loquuntur per modum exem-
pli ad ostendendum mẽtem in alia parte testamenti es-
se, quòd eius facultas non esset ad electionem restricta,
vt hic est vnus modus, qui non excludit quin ex aliis
dispositis, in testamento deductis, non possit mens te-
statoris fieri perspicua, ex quibus & aliis in præcedenti-
bus decisionibus latiùs deductis Domini perstiterunt in
eadem sententia.

*ANNOTATIO.*

a Compendiosa † substitutio facta per verba communia 10
continet vulgarem Peregrin. *de fideicom. art* 34. *n.* 16. & in-
finitos cumulat Odd. *de compend par.* 5 *artic.* 1. Surd. *decis.*
37. *num.* 9. *& cons.* 348. *num.* 13. & latè fuit dictum in Fir-
mana hæreditatis 11. Decembris 1619. coram R. P. D.
Dunozetto in Fulginatens. legati 25. Martij 1615. coram
R. P. D. Pamphilio, & talis vulgaris contenta sub com-
pendiosa censetur vulgaris expressa. Surd. *decis.* 37. *nu.* 11.
& de ea iudicandum est, ac si specialiter fuisset expressa
solita formula substitutionis vulgaris. Surd. *cons.* 347. *num.*
13. *in fine, &* 14.

b Et † quòd semper potius capi debeat interpretatio, quòd 11
substitutio sit directa, quàm obliqua, tradunt omnes *in*
*cap. si pater. de testament. in* 6. latè Peregr. *de fideicom. art.* 18.
*num.* 7.

*num.1. & art.19. num.3. & artic.34. num.17.* & etiam dixit Rota coram Sanctissimo infra *decis.207.num.8.*

e Et † quòd generaliter omnia verba, quæ alterius ministerium non requirunt censeantur directa, dixit Rota *decis. 639. sub num.3. part.1. in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Viterbien. Cursus Aquarum.

*Lunæ 17. Nouembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Scolatura aquæ censetur esse de dominio illius, cuius est ipsa Scolatura aquæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emptor censetur Dominus rei emptæ probato dominio venditoris.*
2 *De Scolatura aquæ idem iudicandum est, quod de ipsa aqua; cùm idem sit iudicandum de parte, quod de toto.*
3 *Totum infert quamlibet sui partem.*
4 *De accessorio idem iudicandum est, quod de ipso principali.*
5 *Aqua egrediens de fundo alicuius desinit esse in dominio illius, & transit in dominium recipientis, & sub nu. 7. vbi vide ampliationem.*
6 *Id, quod nostrum est, absque facto nostro non potest nostrum esse desinere.*

### DECISIO CXXXIII.

DVbitaui ex ordine Rotæ circumscripta pro oone
consuetudine, & obseruantia, An aqua, de qua est
controuersia, & scolatura nuncupata spectet ad Paulo-
num, & Domini affirmatiuè resolueroot: Cùm enim
noo dubitetur ius, & dominium aquæ, dum est io Col-
1 ta magna Rispugli, esse penes Communitatem, † fateri
etiam cogimur Paulonum, qui à Communitate titulo
emptionis habuit ius ducendi, & ipsam aqoam cum
omnibus iuribus circa ipsam, & eius vsum spectanti-
bus, qualibet nocte Mercurij fuisse effectum Domi-
num Aquæ, quæ de dicto tempore educta reperitur, ad
tradit. *in l.cùm res C.de probat. in l.Titia, ff.de solut.* Vndè
2 si consideremus † istam Scolaturam, vti partem veram,
& realem, prout est dictæ aquæ, proculdubio idem di-
ceodum de ea, quod de ipsa aqua tota, *l.quæ de tota. ff.
de rei vend. l.iuris gẽtium. §.adeò. cum ibi not. ff.de pact. l.si
3 cui in princ.* & ibi not. Bal. *ff. de leg.1.* † totum enim de
necessitate infert quamliber sui partem, *l.si quis cùm to-
tum in princ. ff.de excep. rei iud. l. si quis in princ vbi gloss.
4 ff.de vsur.* Vbi etiam vellemus istam Scolaturam † esse
sequelam, & accessoriam ad aliam aquam, tamen de ea
idem erit iudicium, qnod de ipsa aqua priocipali, Af-
flict. *decis.* 285. *num.* 10. & sub eadem concessione erit
comprehensa, ad cumulata per Cagn. *in l. cùm princi-
5 palis n.8. & 9. ff.de reg.iur.* † Ista enim aqua statim, quòd
exit de illo receptaculo appellato (*la Colta grande*) in
qno clausa reperitur, desinit esse in dominio Commu-
nitatis concedentis, & transit in domioium Pauloni re-
.a cipientis. a Propterea sioe suo facto, † aut volontate
6 noo potest desinere esse sua, *l. quodcumque. §. si quis ita
ff.de verb.oblig. l.cùm maritus, ff. de iur.dot. l. id quod no-
strum ff.de reg.iur.* Non obstat, qood dicitur coocessio-
nẽm esse limitatam ad tempus noctis, & propterea ad-
ueniente die cessare, quia limitatio est respectu edu-
ctionis aquæ, & ob id in ortu Solis claudetur exitus,
sed aqua, quæ de tempore noctis egressa est, & post
clausuram adhuc fluit, remanet ipsius Pauloni, cui suf-
ficit, quòd de nocte sit egressa, licèt de die perueniat ad
locum destinatum: Ad quid enim licentia haoriendi
aquam tota nocte, si aqua de nocte egressa ei non de-
beret seruire? clarum est enim, quòd illa vltima aqua,
quæ in vltima parte noctis educitur, oon potest perue-
nire ad locum irrigationis, nisi de die.



### *ANNOTATIO.*

a Bart. *in l. quominus num. 88. & prius num.85. ff. de flumin.* Honded. *cons.79. num.19. & seq. lib.1.* Surd. *cons.447.* & dixit Rota in Bononien. Molendini 3. Decemb. 1618. coram R.P.D. Verospio. † Amplia hoc procedere, etiam si iure seruituris aqua reciperetur, nam nihilominus fit recipientis, Surd. *cons.41. num.2.* fuit dictum in dicta Bononien. Molendini coram R.P.D. Verospio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Apothecarum.

*Mercurij 19. Nouembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Legitimatio præiudicat aliis filiis in legitima.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legitimatio præiudicat filiis legitimis quoad legitimam, quando eius persona non facit transire legitimam de triente in semissem.*
2 *Filius grauatus vniuersali fideicommisso potest petere separationem legitimæ à fideicommisso.*
3 *Legitimæ supplementum potest filius petere in aliis bonis.*
4 *Fideicommissum à legitima reiicitur.*

### DECISIO CXXXIV.

DOmini in vltima positione huius in qua dubita-
tum fuit an Philippo filio legitimato deberetur le-
gitima, pro faciliori dubij decisiooe voluerunt quòd in
primis videretur an circa hanc prætensam legitimam
versaretur aliquod præiudiciom venientiom ab inte-
stato; super quo, cùm particulariter dubitassem; † fuit 1
sine aliqua difficultate responsum agi de eorum multi-
plici, & notabili præiudicio, vt latè deducit Gabr. qui
in hac caosa coosuloit, *cons.24. nu.15. cum pluribus seqq.
lib.2.* Et inter alia euidens est præiudicium filiorum
legitimorum, & naturalium, quia Philippus faceret
partem in legitima, & diminueretur portio, quam ipsi
in ea habent; sumus enim in casu, in quo concursus
Philippi ooo faceret transire legitimam de triente ad
semissem; quia filij legitimi, & naturales sunt tres tan-
tùm; quæ diminutio legitimæ contioet præiudiciũ con-
siderabile filiorum quantumuis vniuersaliter institu-
tum, quando fuerunt grauati fideicõmisso, quia † cùm 2
possiot petere separationem legitimæ à fideicommisso
a & de ea, prout libet dispooere, Paol. de Castr. *in l.* a
*quoniam in prioribus in fin. C.de inoffic.testam.* qoantò pin-
guior est portio legitimæ tantò latios extenditur libe-
ra facultas disponendi, qood tanto magis est conside-
randum in casu isto, in qoo foit prohibita Trebellianica,
& sic de sola legitima poterũt filij legitimi, & natu-
rales dispooere. Adest aliud præiudiciũ elatum † cùm 3
prætendatur apothecas relictas non ascẽdere ad quan-
titatem legitimæ, quæ sibi debetur, & ideo possunt age-
re, vt suppleatur in aliis bonis Iacobi eius patris, *l.omni-
modo C. de inoffic. test.* Agitur etiã de præiudicio filiorum
legitimorũ in spe, quã habent ex substitutione ad eorũ
fauorẽ facta in relicto apothecarum casu, quo Philip-
pus sine liberis decederet, † quæ substitutio à legitima 4
reiicitur

reiicitur, *d. l. quoniam in prioribus, & l. sancimus. §. cùm autem C. de inoff. test.* ex quibus, & aliis adductis per Gabr. *vbi supra*, Domini resoluerunt constare de præiudicio venientium ab intestato.

### ANNOTATIO.

1 Non solùm potest peti separatio legitimæ à fideicommisso in casu, in quo legitima non est expressè prohibita per testatorem, quia legitima non censetur comprehensa sub fideicommisso, *ad l. quoniam, C. de inoff. testam.* sed etiam in casu, quo est prohibita detractio, quia per separationem non contrauenitur voluntati testatoris, ita fuit dictum in Romana legitimæ de Palottis 11. Martij 1615. coram R. P. D. Caualerio, vbi etiam dicitur posse peti separatio ante purificationem fideicommissi, per doct. Bald. *in l. iubemus in princ. n. 4. C. ad Senat. cons. Trebell.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Apothecarum.

*Lunæ 24. Nouembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Filio legitimato cum clausula ( *sine præiudicio venientium ab intestato, legitima non debetur* ) secus, si fuerit legitimatus sine dicta clausula, & de vi, & effectu dictæ clausulæ plura in hac decisione notanda habentur.

### SVMMARIVM.

1 *Legitimato cum clausula* ( sine præiudicio eorum, qui succedere deberent ab intestato ) *legitima non debetur, & sub nu. 20.*
*Legitimato simpliciter legitima debetur sub num. 20.*
2 *Clausula* (sine præiudicio venientium ab intestato) *quæ est in priuilegio legitimantis, censetur repetita in legitimatione.*
3 *Legitimans non potest plus concedere in legitimatione, quàm sibi in suis facultatibus sit concessum.*
4 *Legitimatio cum clausula* ( sine præiudicio venientium ab intestato ) *suffragatur solùm quoad ea, in quibus non fit filiis legitimis præiudicium.*
5 *Legitimatus non succedit ab intestato stante clausula,* sine præiudicio venientium ab intestato.
6 *Legitima non debetur ei, qui ab intestato non succedit, cùm sit portio portionis debitæ ab intestato, declara, prout sub nu. 21.*
7 *Legitimatus cum clausula* ( sine præiudicio venientium ab intestato ) *non potest dicere testamentum nullum ex causa præteritionis.*
8 *Legitima non debetur ei, cui præterito querela, vel aliud ius querelandi testamentum non datur.*
9 *Intestati causa regulatur secundùm causam rumpendi testamentum.*
10 *Legitimatus cum clausula* ( sine præiudicio venientium ab intestato ) *succedit in eo tantùm, quod sibi à patre relinquitur, itaut non teneatur pater ei ex necessitate aliquid relinquere.*
11 *Ideò non potest nec legitimam, nec supplementum legitimæ prætendere.*
12 *Clausula* ( sine præiudicio venientium ab intestato ) *operatur non minus condito testamento, quàm ab intestato.*
13 *Clausula* ( sine præiudicio venientium ab intestato ) *solùm reddit capacem legitimatum ad succedendum ex testamento, itaut si velit possit pater illi in testamento relinquere, sed non tenetur.*
14 *Et efficitur successibilis ex testamento, non contra testamentum.*
15 *Legitimatus exclusus ab intestato non potest impugnare disposita in testamento.*
16 *Nec aliquod supplementum legitimæ petere.*
17 *Legitimatus non debet esse melioris conditionis, dum venit contra voluntatem expressam testatoris, quàm si veniret præter voluntatem.*
18 *Legitimato simpliciter, & absolutè debetur legitima.*
19 *Filia exclusa à statuto, si ei pater aliquid in testamento relinquat, non potest petere supplementum legitimæ, reprobata contraria opinione.*

### DECISIO CXXXV.

PRoposui die 21. Maij præteriti dubium pluries in
Rota disputatum coram bo. me. Cæsare de Grassis,
an Philippo legitimato deberetur legitima. Et Domini
inhærendo resolutioni aliàs factæ die 15. Iunij 1579.
in qua tandem Rota censuit, ita demum deberi legitimam,
si nullum fieret præiudicium venientibus ab intestato,
de quo particulariter videretur, ordinarunt,
quòd super huiusmodi præiudicio in primis dubitarem,
prout feci die 19. præsentis mensis, in qua Rota
resoluit constare de præiudicio venientium ab intestato,
qua resolutione stante, & causa iterum super dubio
principali proposita Domini vnanimi voto censuerunt
Philippo legitimam non deberi; a † fundamentum Do- a
minorum fuit in clausula ( *sine præiudicio eorum, qui suc-* 1
*cedere deberent ab intestato* ) quæ licèt in legitimatione
non legatur, tamen vt fuit dictum 24. Ianuarij 1575.
† satis in ea virtualiter inest, quia reperitur in priuile- 2
gio Comitis legitimantis, qui facultatem legitimandi
non habuit nisi cum dicta limitatione, non enim est
dubium clausulam istam operari eumdem effectum,
quando est in facultate, quem operaretur, si esset in le-
gitimatione posita, vt in fortioribus terminis voluit
Paul. de Cast. *cons. 180. nu. 2. in fin. lib. 1.* tradit Paris. *cons.*
*14. nu. 43. in fin. lib. 2.* † quibuscunque enim verbis vsus 3
sit Comes legitimando, non potuit plus operari, quàm
sibi esset concessum, vt in terminis concludit Soc. iun.
*cons. 110. sub nu. 20. lib. 2.* Ab effectu autem istius clau-
sulæ resultat legitimam nõ deberi, vt latè probat Dec.
*cons. 576. sub nu. 6.* Tiber. Decian. *cons. 19. n. 74. lib. 1.* cum
aliis per Gabr. qui in hac causa consuluit, & benè *cons.*
*24. num. 11. & per tot. lib. 2.* Peregrin. *de fideicom. artic 13.*
*sub nu.* 80. Et probatur; quia cum sit firmatum præiu-
dicium, quod fieret filiis legitimis, si Philippus ad le-
gitimam admitteretur, † clausula ( *sine præiudicio* ) ope- 4
ratur, vt legitimatio legitimato suffragetur solùm quo-
ad ea, in quibus filiis legitimis præiudicium non fit Soc.
*cons. 41. post nu. 8. lib. 3.* cum aliis per Gabr. *vbi supra nu. 8.*
† Accedit quòd ex receptissima Doctorum sententia 5
effectus præcipuus d. clausulæ est, excludere legitima-
tum à successione intestati, Paul. de Castr. *in l. Gallus, §.*
*& quid si tantum nu. 16. in fin. ff. de liber. & posth.* Capr.
*cons. 157. nu. 43. in fin. & nu. seq.* Soc. *cons. 95. sub n. 43. lib. 4.*
Crot. *cons. 100. nu. 29.* Dec. *cons. 338. nu. 4.* Ruyn. *cons. 72.*
*sub nu. 15. vers. secundo non valuit lib. 3.* Paris. *cons. 14. sub*
*nu. 44. lib. 2.* Bero. *cons. 177. nu. 74. lib. 2.* Mandel. *cons. 7.*
*num. 1.* Capic. *decis. 22. nu. 5.* Put. *decis. 303. lib. 3.* † Clarum 6
est autem legitimam ei non deberi, qui ab intestato non
succedit; cùm sit portio portionis debitæ ab intestato,
b Aret. *in l. Gallus. §. & quid si tantum num. 21. ff. de lib. &* b
*posthum.* Dec. *d. cons. 576. sub nu. 6.* Aym. *cons. 11. num. 13.* &
fuit latè deductum in causa Asculana Legitimæ 2. De-
cembris 1588. coram Bubalo, & in Romana supple-
menti legitimæ 8. Februarij 1593. coram Illustriss. Car-
dinali Arragonio: Accedit etiam † quòd legitimatus 7
cum dicta clausula nõ potest dicere testamentũ nullum
ex causa præteritionis. Ang. *cons. 264. post n. 3.* Soc. *cons. 41.*
*sub nu.*

*sub num.*8. *verſ. operatur etiam lib.*1. Ruyn. *conſ.*103. *ſub nu.*4. *verſ. conditio igitur teſtamenti lib.*3. Capic. *dicta deciſ.*
8 21. *num.*4. † & legitima non debetur ei, cui præterito
querela, vel aliud ius impugnandi teſtamentum non
datur, *l. cùm quæritur, & in l. omnimodo in fin. C. de inoffic.*
*teſtamen.* latè Gabr. *dicto num.*4. legitima enim eſt por-
9 tio ſucceſſionis debitæ ab inteſtato, vt dictum eſt, † &
cauſa inteſtati regulatur ſecundùm cauſam rumpendi
teſtamentum, *l.*1. *§. rectè. ff. ſi tab. teſtam. nul. extab.* Crot.
10 *in d. §. & quod ſi tantùm num.*151. *in fin.* † Comprobatur
etiam, quia ſic legitimatus ſuccedit in eo tantùm, quod
ſibi à patre relinquitur, itaut non teneatur pater illi
c aliud relinquere. ᶜ Cur. ſen. *conſ.*73. *num.* 8. *circa med.*
Rimin. ſen. qui dicit neminem inueniſſe contradicto-
rem *conſ.* 41. *num* 9. Gabr qui alios congerit *conſ.*30. *nu.*
29. *lib.*1. Tiber. Decia. *conſ.*40. *nu.*33. *circa medium verſic.*
*hanc quoque lib.*3. itaut dixerit Rota 28. Martij 1578.
ſolam voluntatem teſtatoris eſſe attendendam, vt in
11 deciſ. Cæſ. de Graſſ. 179. *num.*15. *in fin.* † Et propterea
cùm ſit in poteſtate patris relinquere, vel non relin-
quere, & illam quantitatem, quæ ſibi videtur, filius non
poteſt aliquam legitimam, vel ſupplementum præten-
dere. Dec. *conſ.*264. *col. fin. verſ. & non poteſt, & verſ. nec*
*contra teſtamentum.* Iaſ. *in rub. ff. de liber. & poſthum. nu.*16.
12 Dilect. *de art. teſt. in. tit.*3. *caut.*6. *num.*2. † Et prædictam
clauſulam dixerunt Domini operari non minus con-
dito teſtamento, quàm ab inteſtato, hoc enim tradit
Bald. quem refert, & ſequitur Socin. *conſ.*41. *nu.*6. *lib.*3.
idem Socio. *con.*112. *colum. fin. verſ. præterea dicta clauſula*
*lib.*2. Alex. *conſ.*187. *num.*1. *lib.*5. Ruyn. *conſ.*72. & 88.
*num.*15. & 16. *lib.*3. Capic. *d. deciſ.*22. *poſt num.*7. Cæph.
*conſil.* 442. *nu.*40. *in fin.* cum aliis per Gabr. *d. conſil.*24.
*nu.*16. *& ſeq.* & latiùs per Peregr. *d. artic.*13. *num.*80. Et
quod dicit Gozad. *conſ.*6. *nu.*33. clauſulam nihil operari
condito teſtamento, procedit ad effectum, vt relictum
in teſtamento teneat etiam nolentibus filiis legitimis,
ſed non quòd propterea legitimatus fiat capax impu-
13 gnationis voluntatis paternæ, † ſolùm enim habilita-
tur, vt poſſit pater illi in teſtamento relinquere, Paul. de
Caſtr. *in d. §. & quid ſi tantum, num.*16. *in fin.* Aret. *ſub*
*nu.*26. *verſ. nec obſtat, quòd aliter interpretando*, Dec. *conſ.*
576. *ſub nu.*6. Pariſ. *conſ.*14. *ſub nu.*44. *lib.*2. Felyn. *in cap.*
*cùm olim poſt nu.*17. *de re iud.* Soc. *conſil.*95. *ſub nu.*43. *lib.*4.
14 Bero. *conſ.*177. *nu.*74. *lib.*2. Ruyn. ſen. *d. conſ.*41. *nu.*9. † &
efficitur ſucceſſibilis ex teſtamento, non contra teſta-
15 mentum, Ang. *conſ.*264. *poſt nu.*3. † Et cùm ita legitima-
tus ſit vt ſupra dictum eſt, excluſus ab inteſtato, con-
ſequens eſt etiam, vt non poſſit impugnare diſpoſita in
teſtamento, *l. non eſt ambiguum verſ. vbicumque lex. ff. de*
*bon. poſſeſſ. l. poſthumor. §. ſi quis ex his, ff. de inoff. teſtam.*
16 Alexan. *conſil.*57. *ſub num.*2. *lib.*4. † nec aliquod ſupple-
mentum legitimæ prætendere, quia legitimam ita me-
timur in cauſa teſtati, ſicut in cauſa inteſtati, à qua ſu-
mit initium, *l. Papinianus §. ſi quis mortis, & §. quoniam*
17 *autem quarta ff. de inoff. teſt.* Cæph. *conſ.*5. *nu.*49. † Et eſſet
abſurdum, quòd eſſet melioris conditionis legitima-
tus veniens contra voluntatem expreſſam teſtatoris,
quàm ſi veniret præter voluntatem, *l. maximum vitium*
*circa medium. C. de lib. præter.* Paul. de Caſtr. *conſ.*503. *ſub*
*nu.*1. *lib.*2. & quòd filius imputaret patri hoc ſolum,
quòd eſſet teſtatus vt dicit Bald. *in d. l. maximum vitium*
*circa fin. verſ. octauò, quia abſurdum*, facit; quia, cùm, vt
ſupra concluſum fuit, pater habeat quoad ſic legitima-
tum bona libera, liberè etiam potuit teſtari, vt arguit
18 ibi Bald. *per l. fin. C. de bon. lib.* Non obſtat, quòd † legi-
timato debeatur legitima, Bald. *in c. de cauſis n.*34. *de off.*
*deleg.* aliàs accuſet patris teſtamentum de inofficioſo,
Rom. *conſ.*34. Nec poſſit in legitima grauari, Pariſ. *conſ.*
55. *nu.*4. *lib.*3. quia prædicta procedunt in legitimato
ſimpliciter, & abſolutè ſine prædicta limitatione. Dec.
*conſ.*257. *num.*2. Dilect. *d. caut.*6. *nu.*2. Non obſtat *conſ.*
Ruyn. 40. *lib.*3. † in quo concludit filiam Statuto ex- 19
cluſam, cui pater aliquid in teſtamento reliquit poſſe
petere ſupplementum legitimæ, quia contrarium te-
nuit Paul. de Caſtr. *conſ.*503. *lib.*2. & alij, quos refert, &
ſequitur idem Ruyn. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm in*
1. *lect. ſub nu.*179. *verſ. ſed contrarium de lib. & poſth. & in*
*conſ.*27. *nu.*20. *lib.*3. quam etiam opinionem amplexa eſt
Rota in illa Romana ſupplementi legitimæ coram Il-
luſtriſſimo Arrigono. Vltra quòd termini illi multùm
diſtant à terminis, in quibus verſamur; in filia enim à
ſucceſſione inteſtati per Statutum excluſa poteſt legi-
tima commenſurari ſucceſſioni ab inteſtato iuris com-
munis, quod non eſt penitùs à Statuto ſublatum, ſed
eius tantùm impeditus effectus, ad quod ius commune
in teſtamento cenſetur voluiſſe redire pater, ſecũdùm
Ruyn. *d. conſ.*40. at ius commune illegitimo in ſucceſ-
ſione ab inteſtato non aſſiſtit, nec legitimatio ſuffraga-
tur, quia fuit limitata ſine præiudicio venientium ab
inteſtato, & conſequenter non adeſt illa portio, cui
commenſuretur, neque illa iuris communis diſpoſitio,
ad quam dici poſſit patrem redire voluiſſe, & hanc re-
ſponſionem aliàs dedit Rota apud Cæſarem de Graſſ.
*d. deciſ.*179. Ex quibus fuit concluſum Philippo non
fuiſſe debitam legitimam.

## *ANNOTATIO.*

a Legitimato † purè, & ſimpliciter debetur legitima, latè 20
Rota plures cumulans *deciſ.*653. *num.*3. *par.*1. *in recent.* &
etiam poſtea firmauit Rota in Romana legitimæ 16. De-
cembris 1616. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, dif-
ficultas eſt in legitimato cum clauſula, *ſine præiudicio ve-*
*nientium ab inteſtato*, & hinc inde eſt maxima controuer-
ſia inter DD. quos pro vtraque parte infinitos cumulat
Paſchal. *de patria poteſt. par.*2. *cap.*4. *per totum*, & iſte arti-
culus hodie pendet indeciſus in Rota in Romana legi-
timæ de Sotis coram R. P. D. Manzanedo, in qua cauſa
Ego defendo partes legitimati, & pluries cauſa iſta in
Rota propoſita, nunquam fuit capta reſolutio, & contra
legitimatum, quòd ei non debeatur legitima, extat deci-
ſio in Romana ſupplementi legitimæ 5. Iunij 1617. coram
R. P. D. Vbaldo, quam etiam opinionem nouiſſimè non-
nulli Moderni ſecuti ſunt, ſcilicet, Gratian. *Diſceptat. foren.*
*cap.*496. *num.*37. *& ſeq.* Coſta *de port. rat. quæſt.*157. *num.*3. *&*
*ſeq.* Caſtil. *de quotid. contiouerſ. lib.*4. 1. *part. de coniect. ac in-*
*terpret. vltim. volunt. cap.*22. *num.*158. qui quamplures cu-
mulat, ſed quia non deſunt quàm plures DD graues con-
trariam opinionem tenentes, ideò Rota meritò in dicta
Romana de Sotis voluit videre de veritate opinionum,
omiſſo numero, & auctoritate Doctorum.

b Circa concluſionem, quòd qui non poteſt ſuccedere
ex teſtamento non poſſit prætendere legitimam, & circa
aliam, quòd legitima ſit quota eius quod quis habiturus
eſt ab inteſtato, eſt videnda deciſio in Romana Legitimæ
16. Decemb. 1616. coram d. Illuſtriſſ. Card. Sacrato, quæ
ponit nonnullas declarationes, & fallentias, & præſertim
quoad primam Concluſionem dicit, quòd non procedit
Concluſio, quando ille, cuius gratia quis aliàs naturaliter
habilis ad ſuccedendum ab inteſtato, excluditur à ſucceſ-
ſione ab inteſtato, non poteſt ſuccedere, puta, quia vel
non ſit ſcriptus in teſtamento, vel ex alia cauſa, tunc enim
altera perſona, ſcilicet legitimatus, aliàs fauore huius ex-
cluſa, poteſt petere legitimam, prout etiam ita firmat.
Dec. *conſ.*295. *nu.*6. *verſ. & ſic ex prædictis.* Cuch. *de legitim.*
*rubr. ſi quatuor, vel potiores num.*10. Peregrin. *de fideicommiſ.*
*artic.*36. *num.*10. *in fine.*

Et quoad aliam concluſionem, quòd legitima ſit quota eius,
quod quis habiturus eſt ab inteſtato, Rota in dicta Ro-
mana legitimæ coram d. Illuſtriſſ. Card. Sacrato, illam du-
pliciter limitat. Primò, vt non procedat, quando res non
ita ſe habet ex teſtamento, quomodo ſe habitura erat ab
inteſtato, quod eſt dictum Bald. *in Auth. nouiſſima. C. de in-*
*offic. teſtam.* quod ſequitur Surd. *conſ.* 404. *num.* 7. Gabr.
*conſ.* 94. *num.* 20. *lib.* 1. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 36.
*num.* 7. Secundò limitauit Rota in dicta Romana legi-
timæ, vt dicta concluſio procedat affirmatiuè, non autem

negatiuè, nempè est vera conclusio, quòd legitima est quota eorum, quod quis habiturus est ab intestato, sed non potest colligi argumentum à contrario sensu negatiuè, ergo non est quota eius, quod quis habiturus non est ab intestato.

c An legitimatus cum clausula (*sine praeiudicio venientium ab intestato*) possit paternum iudicium impugnare, an verò succedat in eo tantùm, quod pater ei relinquet; Vide quod dixi *ad decis.*101.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Hæreditatis de Ceechis.

*Lunæ 24. Nouembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Ex quibus probetur aliquem esse hæredem.

### SVMMARIVM.

1 *Hæredem quem se gessisse probatur ex pluribus actibus, de quibus in decisione.*

2 *Possessio probatur ex sustentatione litis, iunctis aliis adminiculis.*

3 *Articuli dati medio iuramento probant.*

### DECISIO CXXXVI.

DOmini steterunt in resolutis, quia negari non potest Isabellam, & Dominicam gessisse se pro
1 hæredibus Marij, † cùm vt tales sustinuerint iudicium cum Præceptore Sancti Spiritus, pro quibus comparuit Dominicus allegando solutiones factas per manus authorum suorum principalium. Nec potest dici indicium motum fuisse contra ipsas, tanquam donatorias Dominici, quia citationes cantant in contrarium, expressè enim fuerunt citatæ vti hæredes, & in termino talis citationis pro ipsis comparuit Dominicus, & quia non solùm Isabella prætensa donataria fuit in hoc iudicio, sed etiam Dominica in donatione non nominata, cui non competebat alius titulos, quàm hæredis, & quia Isabella, & Dominica præsentarunt commissionem in bancho Cursorum per decem dies ante donationem: Nec facit promissio de donando præcedens, quia adhuc intrat responsio data in decisione, ex quo iudicio ita agitato colligitur non solùm quòd dictæ mulieres essent de facto hæredes, sed etiam tacita confessio ipsius Dominici procuratorio nomine comparentis, ad tradita per Tiraq. *de retract. lignag.* §.1. *gloss.*9. *num.*276.*& seqq.* Et quòd ante prædictas Isabellam, & Dominicam Marcella fuisset hæres Marij, probatur ex
2 possessione domus hæreditariæ, † & possessio probatur ex eo, quòd cum eodem Præceptore Sancti Spiritus de anno 1564. litem sustinuit occasione census super ea impositi à Mario, & ex aliis actibus possessoriis, de quibus in decisione, quibus non obstant obiectiones,
3 quæ dantur, quia benè tolluntur per informantes; † probatur etiam ex articulis pro parte Marcellæ, imò ab ea
a medio iuramento datis, [a] in quibus narratur bona paterna post mortem Marij fuisse diuisa inter Æmiliam, & Marcellam sorores germanas ipsius Marij; cùm enim bona paterna ad Marium, vti masculum, spectassent, mortuo Marcello patre diuisio facta post mortem Marij benè arguit fuisse hæredes ipsius Marij, adest etiam confessio Alexandri in sua relatione in qua tàm Isabellam, quàm Marcellam hæredes Marij dicit. Ex quibus, & aliis deductis in decisione, & latiùs per informantes Domini iterum dixerunt constare de aditione hæreditatis de facto, quicquid dicendum sit de iure, circa quod pendet resolutio à legitimitate, vel illegitimitate Marij.

### ANNOTATIO.

a Articulans an censeatur fateri, vide quod dixi *ad decisionem* 143.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Bracharen. Beneficij.

*Veneris 28. Nouembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Plura de iustificatione gratiæ (*si neutri*) & præsertim quoad litem, & an debeat gratia (*si neutri*) intimari, & quando sufficienter censeatur intimata.

### SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum contra Commissionem non requirit insertionem Commissionis, quando citatus de facili potest habere notitiam Commissionis.*

2 *Distantia quindecim milliarium habetur pro modica.*

3 *Et quando distantia censeatur modica, vel magna positum est in arbitrio iudicantis.*
*Notitia commissionis iudicis delegati, ex quibus præsumatur in persona citati.*

4 *Citatus solus potest opponere de defectu citationis, quia potuit se habere pro legitimè citato.*

5 *Litem non tollit mutatio iudicis.*

6 *Instificatio litis respectu tertiæ personæ, sufficit de facto.*

7 *Narratiua quæ non est de substantia gratiæ, sufficit iustificari de facto.*

8 *Gratia (si neutri) est intimanda quando agitur de priuatione.*

9 *Intimatio sufficiens censetur, quando quis fuit citatus ad dicendum contra.*

10 *Clericatus probatur per testes deponentes de communi reputatione.*

11 *Vocatio beneficij ex persona defuncti sufficienter iustificatur ex simili confessione aduersarij in eius gratia.*

### DECISIO CXXXVII.

COnclusum fuit gratiam (*si neutri*) D. Mathiæ esse iustificatam in omnibus, præterquam quoad valorem, de quo Domini voluerunt particulariter videre. Nam respectu litis cum Balthassare Gomez narratæ apparet de citatione contra ipsum executa in processu compulsoriali, nec obstat, quòd sit sine insertione commissionis, † quia cùm esset in loco parum distanti, 1
potuit de facili habere notitiam d. commissionis, quo casu insertio non requiritur, vt fuit dictum in vltima decis. [a] distantia enim 15. milliarium ad istum † effe- a 2
ctum visa fuit Dominis modica prout in simili termino censuit Rota in vna Calaguritana Beneficij de Aly. 17. Iunij 1594 cotam Illustriss. Card. Mantica; † hoc enim 3
positum est in arbitrio iudicantis, gloss. *in c. cum nullus in ver. remota de tempor. ordin. in 6. & in clem. causam in ver. remotis de elect.* Archid. *in cap. quicumque 16. quæst.3. Bal. in l. si vicinis in fin. C. de nupt. Alex. cons.57 sub num.6. lib.3.* Non desunt etiam coniecturæ scientiæ ex comparitione ipsius Balthassaris, & eius procuratoris coram Compulsore, & quia excipiendo contra citationē non allegauit defectum insertionis, sed excepit de excommunicatione contra Didacum, & propterea benè iustitiam dicta in alia decisione ad sustinendam citationem factam in personam Gasparis; † vltra quod ista exceptio 4
spectat ad Balthassarē, qui potuit se habere pro legitimè citato, [b] adsunt etiā citationes, & comparitiones multæ b
ipsius Balthassar. in alio processu cōpulsoriali. Nec refert quòd factæ fuerint vigore citationis decretæ, à bo.me.

Otano,

Otano, à quo dicitur auocata causa, & ad parter remissa, quia fuit postea ad Rotã, vbi hodie pendet, vigore vlti-
5 mæ cõmissionis reuersa, † & in omnem euentũ mutatio iudicis non tollit litem. Et hæc tantò facilius sunt
6 admittenda, ᵃ † quoniam iustificata vera lite cum Gaspare Freira, cum quo agetur super canonizatione gratiæ (*si neutri*) respectu tertiæ personæ, prout est Baltassar, sufficit iustificatio litis de facto A. A. *in tit. de gra-*
7 *tia si neutri. §. vltimo*, † prout in qualibet alia narratiua,
c ᵇ quæ non est de substantia gratiæ, Aegid. *decis.* 116. *in fi.* Est etiam iustificata narratiua, quæ habet Baltassarem fuisse præsentatum ab asserto patrono, quia in illo processu compulsorialj apparet eius procuratorem, & ipsum comparuisse, vti præsentatum à Viecomite, & d. processus cõtinet plura acta facta coram Archiepiscopo Brachaten. inter Didacum de Sousa, & Matthiam ab eo præsentatum ex vna, & Viecomitem, ac Baltassarem ab ipso præsentatum ex alia, & adest in eodem processu comparitio ipsius Baltassaris expressè asserentis se à
8 Viecomite præsentatum. † Ad illud, quod dicitur gratiam (*si neutri*) debuisse intimari, fuit dictum, quòd vltra quod non est simpliciter, & indistinctè verum, quòd sit intimanda huiusmodi gratia, sed vt dicit Anton. Aug. *in d. tit. in princ.* est aliquãdo intimanda, quando agitur de priuatione, hoc concernit expeditionem
9 causæ, non iustificationem gratiæ, † & pro intimatione sufficit Gasparem, contra quem agitur, seu eius procuratorem fuisse citatum ad dicendum contra huiusmodi gratiam, Mandof. qui ita de stylo seruari testatur *tit.*
10 *de grat. si neutr. ad fin.* † Clericatur probatur per testes deponentes de communi reputatione, Rot. *decis.* 14. *de*
11 *preb. in antiq.* Aegid. *decis.* 144. † Vocatio beneficij per obitum Francisci Accos extra curiam de mense Octobris anni 1595. probatur ex confessione aduersarij in nóua prouisione.

*ANNOTATIO.*

a Vide, quod dixi supra *ad decisionem* 127.
b Et quòd non possit allegari defectus citationis tertij, probatur exemplo sententiæ, quæ est valida quoad citatos, licèt cæteri interesse habentes non fuerint citati, quando interesse est separatum, Ruyn. *cons.* 75. *num.* 13. *lib.* 1. Rota *decis.* 451. *num.* 7. *part.* 2. *in recent.* fuit dictum in Romana Pecuniaria de Columna 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. Dunozeto, licèt secus sit, si interesse esset connexum, de quo dicam infra *ad decis.* 319. & probatur etiam ex eo quod dicitur in materia inuentarij, quod sustinetur aduersus creditores citatos, licèt non citatos non afficiat, Dec. *cons.* 251. *num.* 4. Rota *decis.* 199. *sub num.* 7. inter impress. penes Farinae post secundum lib. Consil.
c Narratiuam an, & quando sufficiat iustificare de facto, dixi ad *decis.* 84.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Monasterien. Cappellæ.

*Lunæ* 28. *Decembris* 1603.

### ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis non est alicuius considerationis alio existente in possessione, & licet allegare possessionem tertij, etiam si sit simplex detentio sine titulo. Resignans non abdicat à se possessionem, nisi postea sit quæsitum ius perfectè resignatario.

*SVMMARIVM.*

1 *Possessio probatur ex instrumento.*
2 *Possessio instrumentalis capta alio existente in possessione, nullius est considerationis.*
3 *Ad istum effectum licet allegare possessionem tertij. Decisiones Papales.*
4 *Et sufficit sola detentio tertij sine titulo ad excludendum possessionem instrumentalem.*
5 *Resignans non amittit possessionem nisi postquam resignatario sit perfectè quæsita.*
6 *Resignans agere potest spolio contra tertium.*
7 *Resignatio est nulla, quando non est facta mentio de vnione.*

### DECISIO CXXXVIII.

Pro informante, † quia de eius possessione constat ex instrumento, *l. prædia*, vbi Bar. *ff. de acquir. possess.* Put. *decis.* 360. *num.* 8. *lib.* 1. & ex aliis pro ipso adductis. 1
† Non obstat prætensa antiquior possessio aduersariorum, quia est nullius roboris tamquam instrumentalis, & capta tempore, quo Vualterius resignans erat in possessione, *l. quamuis, § si conductor* cum ibi not. *ff. de acquir. possess.* Put. *decis.* 372. *lib.* 2. Caputaquen. *decis.* 533. *par.* 2. a
ᵃ ad istum enim effectum licèt allegare † possessionem tertij, Bar. *in l.* 1. *§. vltimo in fin. ff. vti possid.* fuit dictum in 3
Maceraten. hæreditatis 27. Nouembris 1589. coram Robusterio, & in vna Mediolanen. Prioratus 24. Ianuarij 1601. coram me, † & sola detentio tertij sine titulo 4
impedit effectum instrumentalis possessionis, vt in terminis nostris per Mohed. *decis.* 10. *de rest. spol.* Non enim potest dici, quòd possessio dicto tempore esset vacans, cùm Vualterius resignans † eam non amisisset, nisi postquam Ioanni resignatario fuisset perfectè 5
acquisita, Achil. *decis.* 10. *num.* 4. *de restit. spol.* fuit dictum in Zamoren. beneficiorum coram R. P. D. Penia 17. Iunij 1598. in Mutinen. beneficij 27. Martij 1602. coram R. P. D. Litta, & in Hispalen. & Corduben. præstimoniarum 28. Februarij præteriti coram R. P. D. Lancellotto: ᵇ Hinc est, quòd resignans agit † spolio, contra b 6
tertium, Cassad. *decis.* 4. *de rest. spol.* Achil. *d. decis.* 10. Put. 6
*decis.* 158. *lib.* 3. ᶜ Et eò minus esset abdicatum iur ab ipso c
resignante: quia si vera est vnio, † quam prætendunt 7
aduersarij, in resignatione nulla de ipsa fuit facta mentio, vt fuit dictum in Eugubina Sancti Stephani 15. Martij 1599. coram R. P. D. Decano.

*ANNOTATIO.*

a De hac materia vide latè infra *ad decis.* 468.
b Latè Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 3. *num* 47. *& seq.*
c Seraph. *decis.* 756. *num.* 5. fuit dictum in Maceraten hæreditatis 21. Ianuarij 1600. coram bo. mem Iulio. Pontan. *de Spol. lib.* 1. *num.* 143 *& lib.* 3. *num.* 172. vbi dicit hoc procedere etiamsi diù post resignaoonem non stetisset in possessione, imò non solùm aduersus tertium, sed aduersus resignatarium ipsum competit resignanti manutentio, si dubitari contingat de validitate resignationis antequam fuerit per resignatarium capta possessio, Rota *decis.* 1. *de renunc. in nou. & decis.* 423 *sub num.* 2. *par.* 1. *in recent.* Et in Regen. Præceptoriæ 13. Iunij 1618. coram bo. me. Andrea, si verò resignatarius reperiatur iam in possessione, ipsi, non resignanti, pendente lite super validitate resignationis, est danda manutentio, Rota *decis.* 92. *par.* 2. *in recent.* vbi aliæ decisiones referuntur.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Dotis.

*Lunæ* 1. *Decembris* 1603.

### ARGVMENTVM.

Solutio est probanda per debitorem, & creditori sufficit negare sibi fuisse solutum, & solutio fieri debet vero procuratori, & non sufficeret, quòd haberet mandatum ad lites.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditori, cui est facienda solutio, sufficit negare sibi factam esse solutionem.*
2 *Solutionem allegans eam probare debet.*
3 *Solutio facta persona non habenti mandatum, non suffragatur.*
4 *Et non sufficit mandatum ad lites.*
*Requiritur speciale mandatum ad exigendum. n. 7.*
5 *Negatiua probatur ex diligentiis factis in libro, vbi verisimiliter scriptum esse debebat.*
6 *Implementum probandum est ab eo, qui asserit se impleuisse, quando agit contra illum, cui impleri debet, & ibi vide ampliationem.*
8 *Procurator ad vendendum, seu locandum, an possit exigere pretium, & affictum.*

## DECISIO CXXXIX.

FVit resolutum, informante tantum Monasterio,
non constare de solutione dotis sororis Alexan-
1 dræ. † Monasterio enim, cui debebat fieri solutio, suffi-
a cit negare solutionem factam, ᵃ gloss. *in l. 2. in verbo,*
*repellere,* & ibi Bar. *num. 9. C. de iure emph.* Ias. *in l. in illa*
*stipulatione sub num. 15. vers. ista regula fallit 1. ff. de verb.*
*oblig.* Nat. *cons.* 226. *num. 2. in fin.* fuit dictum in illa Pa-
2 pien. bonorum 9. Decembris 1596. coram Orano, † &
Marchio, qui solutionem allegat, debet eam probare,
Nat. *d. consil. num. 3.* Aym. *consil.* 313. *num. 1.* Afflict. *decis.* 91.
*num. 2. in fin.* Non obstat prætensa consignatio cedulæ
3 facta Florido Colutio, † quia non apparet, quòd ille ha-
beret mandatum ad recipiendum solutionem, *l. vero*
*procuratori ff. de solut. l. si ego ff. de neg. gest. l. eius qui, in*
4 *princ.* vbi glos. & Bart. *ff. si cert. pet.* † Nec sufficit man-
b datum ad lites, ᵇ Bar. *in l. hoc iure, nu. 3. ff. de solut.* Paul.
de Castr. *in l. si procurator num. 8. ff. de cond. indeb.* Tiraq.
*de retr. lign. §. 9. glos. 3. num. 10. in fin.* Maximè quia pro-
batur cedulam non habuisse effectum ex diligenti per-
quisitione librorum Luraghi, in quibus non repetitur
5 adnotata, & scripta talis solutio, † ex qua diligentia
probatur non solutio, Dec. *cons.* 496. *numer. 7. & 8.*
Aym. *cons.* 158. *numer. 5.* fuit dictum in vna Anconi-
tana corriorum 17. Maij 1573. coram Patriarcha. Hinc
sequitur decoctionem Luraghi non præiudicare Mo-
nasterio, quod cedulam non acceptauit.

*ANNOTATIO.*

6 a Implementum † regulariter probandum est ab eo, qui asserit impleuisse, quando agit contra illum cui impleri debet, & sufficit alteri parti, cui est implendum, sola negatio, Rota *decis. 326. num. 2. par. 1. in recen. & decis. 361. par. 4. in recen.* & optimè fuit dictum in Calagurritana Cappellæ coram bo. mem. Gypsio impress. penes Marches. *de Commis. tom. 1. fol.* 122. Quod procedit etiam si implementum non esset faciendum principaliter ipsi neganti, sed tertio, dummodò sit faciendum ad fauorem ipsius negantis, & pro eius interesse, Ripa *in l. illa no. 15. vers. & ista fallentia ff. de verb. obligat.*

7 b Ad † exigendum requiritur speciale mandatum, vel saltem quòd procurator habeat generalem administrationem, ita fuit dictum in Sabinen. Dotis 19. Martij 1610. coram bo. mem. Pamphilio, & in Sabinen. Pecuniaria 1.
8 Iunij 1609. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato, † potest tamen procurator constitutus ad locandum, & ad vendendum exigere pretium, & affictum absque speciali mandato, Strac. *de decoctor. §. mandati sub num.* 23 Paris. *cons. 122. num. 1. lib. 4.* Surd. *cons. 229. num. 8.* Vincentius de Franch. *decis. 699.* vbi hanc dicit esse magis æquam, licèt attento rigore iuris contraria videatur verior, & tenet etiam Rota penes Seraph. *decis. 548. num. 4.*

*Oliuerius Beltramianus.*

---

## Toletana decimarum de Lucillis.

*Veneris 5. Decembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Conclusio in causa ex stylo Hispaniarum habet vim citationis, Qui allegat diem feriatam, tenetur probare, quia omnis dies præsumitur iuridica, & in materia feriarum multùm defertur consuetudini. Conclusio in causa quando censeatur circumducta.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio ad sententiam pro singulis diebus est nimis vaga.*
2 *Conclusio in causa habet vim citationis ex stylo Hispaniarum, & num. 11. vbi vide rationem.*
3 *Feriatam diem esse allegans probare debet, quia de iure omnis dies præsumitur iuridica.*
4 *An dies sit in aliquo loco feriata plurimùm defertur consuetudini.*
5 *Ferias in honorem Dei potest inducere consuetudo.*
6 *Et inductas potest consuetudo tollere.*
7 *Conclusio in causa censetur circumducta per iura de nouo reperta. Declara prout num. 16. vbi etiam vide limitationes.*
8 *Conclusionem in causa Iudex non minus expressè, quàm tacitè reuocare potest.*
9 *Conclusio in causa censetur reuocata, & circumducta per solam admissionem iurium in præiudicium illius, qui institit pro admissione.*
10 *Nullitatem quis non potest allegare, cui causam præbuit.*
12 *Conclusio in causa cùm habeat vim citationis ad sententiam ex stylo, probari debet, stylum hunc vigere in loco.*
13 *Item est necesse, quòd Iudex interponat decretum, nec sufficeret partis instantia super conclusione in causa.*
14 *Item est necesse, quòd sententia non fuerit lata longè post conclusionem.*
15 *Conclusio in causa habet vim citationis non obstante, quòd fuerit postea subsequuta citatio, sed nulliter.*

## DECISIO CXL.

COntra sententiam de partibus tres opponuntur
nullitates, quarum prima est defectus citationis ad
sententiam, † quia fuit nimis vaga pro singulis diebus, 1
ᵃ Put. *decis. 152. lib. 2.* Crescent. *decis. 10. de dol. & contu.* a
ista nullitas non placuit Dominis propter conclusio-
nem in causa, † qua stante ex stylo notorio illarum 2
partium potuit ferri sententia absque citatione, ᵇ vt b
sæpius Rota resoluit, & signanter in Tuletana admis-
sionis fenestræ 27. Iunij 1577. coram Bubalo, & in Bur-
gen. iuris ædificandi 21. Aprilis 1586. coram Orano.
Nec refert, quòd iudex mandauerit citari, quia citatio
fuit facta prout mandauit, mandauit enim citari pro
singulis diebus, & prout solet citari post conclusum
in causa, vt patet in allegatis decisionibus. Secunda
obiicitur nullitas, quòd sententia lata sit in die feriato,
videlicèt in die Sancti Francisci, sed nec ista nullitas
placuit, † quia non probatur, quod in illo loco dies 3
Sancti Francisci sit feriatus, vt fuit dictum in causa Au-
rien. de Pao coram R. P. D. Millino in festiuitate Sancti
Antonij, omnis enim dies est iuridica, nisi appareat fe-
riata, & qui ferias allegat, debet probare, *l. omnes dies,* &
ibi Bal. *C. de fer.* † & in hac materia plurimũ defertur cõ-
suetudini, *c. 2. eod. tit.* † quæ & potest inducere ferias in 4
honorẽ Dei, Ale. *in l. præsides circa med. ff. de fer.* & † indu- 5
ctas tollere, glos. *in l. quadrag.* & ibi Bal. *C. eod.* Alex. *in*
*d. l. præsides.* Tertia, & vltima nullitas, quam Domini
amplexi

amplexi fuerunt, fuit, quia nulla hodie reperitur in actis conclusio in causa, licet enim, vt supra dictum
7 est, fuisset per Iudicem conclusum; † tamen per iura de nouo producta fuit conclusio circumducta, & reuocata, Rot. decis. t. de test. in nou. Alex. cons. 71. n. 7. lib. 3. Imol. in c. audita in fin. de procur. Fel. in c. cum dilectus, sub num. 17. de fid. instru. Afflict. decis. 155. n. 2. & in nostris terminis fuit dictum in Toletana Nouen. decimarum
c 1. Iunij 1590. coram Bubalo. [c] Nec refert, quòd Rector non fuerit citatus, & propterea non sint de actis, quia quicquid fit ad effectum probationis, de quo non agitur, ad effectum reuocationis conclusionis sufficit,
8 quòd illa mandauerit produci Iudex, † in cuius potestate est conclusionem non minus tacitè, quàm expressè reuocare, Afflict. vbi supra † Tantò magis, quia pars
9 aduersa, ad cuius instantiã fuit conclusum in causa fuit illa quæ petiit admissionem articulorum, & propterea etiam non citato Rectore in productione fuit conclusio reuocata, Alex. cons. 84. num. 9. lib. 4. Nec est audienda contra reuocationem, quam ipsa procurauit, Rot. decis.
10 8. n. 9. de testa. in antiq. † & cùm pars aduersa, quæ ad iura per ipsam producta citare debuit, non debet audiri excipiendo de nullitate, cui causam præbuit, l. 1. §. si omnes in fin ff. de vent. inspic. Io. Bapt. Ferret. qui alios cumulat, cons. 155. num. 7. Aym. de indem. mul. n. 33. Rol. cons. 52. nu. 15. & seq. lib. 4.

*ANNOTATIO.*

a Vide latè annot. ad decis. 71.

11 b Et † quod conclusio in causa de stylo habeat vim citationis Rota decis. 159. num. 1. & decis. 617 sub num. 4. par. 2. in recent. & decis. 412. n. 3 par. 1. in recentior. & fuit dictum in Toletana Decimarum 5. Iunij 1613. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato, vbi dicitur, quod iste stylus habet magnam æquitatem ex eo, quia citatio ad sententiam fit, vt pars sciat se non amplius citandam, & ideò si vult, vel habet aliquid deducere ante sententiam, deducat qui effectus resultat ex conclusione in causa, per quem actum eùm pars sciat se amplius non esse citandam, sibi imputare debet, si statim non deducit, quod intendit, & deducere potest, & sic censetur impletum per æquipollens.

12 Sed † cùm hoc fit de stylo, non de iure, quòd conclusio in causa habeat vim citationis, debet probari iste Stylus vigere in loco ab eo, qui allegat conclusionem loco citationis ad sententiam, ita fuit dictum in Almerien. Decimarum 14. Maij 1614. coram R. P. D. Pirouano.

13 Vlterius † et necesse, quòd Iudex habeat causam pro conclusa, vel super hoc interponat aliquod decretum, & sola instantia partis ad istum effectum non suffragaretur, vt tenuit Rota in Hispalen. Cappellaniæ 28 Aprilis 1586. coram bo. mem. Bubalo, & in Pacen. Congruarum 2. Aprilis 1607 coram R. P. D. Marquemontio.

14 Non † sufficit conclusio in causa loco citationis ad sententiam, quando sententia est lata longè post conclusionem in causa, quia tunc requiritur noua citatio ad sententiam, ita fuit dictum in Astoricen. Dismembrationis 29. Martij 1593. coram bo. mem. Penia, & in Treueren. Decimarum 26. Martij 1614. coram R. P. D. Dunozetto, & in Toletana Decimarum 1. Iunij 1616. coram R. P. D. Vbaldo.

15 Si post † conclusionem in causa fiat etiam citatio ad sententiam, sed nulliter, sustinetur sententia ex conclusione in causa, & illa citatio ad sententiam, vt non necessaria non vitiat, ita fuit dictum in d. Toletana, seu Almarien. Decimarum 15. Nouembris 1613. coram R. P. D. Pirouano.

16 c Rota † decis. 617. n. 5 par. 2. in recent. & decis. 257. n. 2. in fine par. 1. in recent. & fuit dictum in Placentina Capellæ 2. Iunij 1617. coram R. P. D Pirouano. Sed ad istum effectum, vt inducatur circumductio, requiritur aliquod decretum Iudicis, cùm id non pendeat à voluntate partium. Rot. decis. 527. n. 2. in fin. part. in recent.

17 Circumducitur † conclusio in causa per admissionem nouorum iurium, etiamsi admissio fuisset facta cum clausula præseruatiua, sine præiudicio conclusionis, seu termini habiti pro seruato, prout dixit Rota in vna Romana Pecuniaria 5. Decembris 1610 impress. penes Marches. de Commiss. tom. 1. fol. 1222. vbi dicitur, quod hæc forma admittendi iura sine præiudicio termini habiti pro seruato non admittitur à Procuratoribus cautis, & ibi dicitur quod D. Penia Decanus retulit coram se fuisse reuocatam sententiam, sub simili protestatione latam sine alia citatione ad sententiam, vti nullam, & ideò patitur difficultatem decisio in Romana Pecuniaria, seu Restitutionis in integrum 1. Iunij 1609. coram R. P. D. Ottembergo, vbi fuit dictum huiusmodi protestationem suffragari, quod etiam tenuit Gonzal. super Regul. 8. glos. 9. §. 1. in annotatio. Contra nullitat. n. 128. nam hodie stante in contrarium præallegata vltima decisione, & opinione Rotæ ab ea non est recedendum, prout bene vtramque decisionem referendo tradit Gratian. Disceptat. forens. c. 458. n. 1. & seq. Aliam etiam limitationem dat Gonzal. in loco præallegato n. 129. vbi dicit, quòd tunc per admissionem nouorum iurium censetur reuocata conclusio, quoties Iudex scit esse conclusum in causa, secus si ignorat, veluti, quia successit in Officio, vel conclusio in causa est multùm antiqua, quam etiam limitationem deducit Grati. Discep. cap. 116. num. 39. qui tamen dubitat de veritate dictæ limitationis, quomodo possit in praxi verificari ex eo, quia non est verisimile, quòd procedatur ad admissionem nouorum iurium non viso registro.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Messanen. prætensæ illegitimitatis.

*Veneris 5. Decembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Inhibitio datur ad instantiam asserti Procuratoris, dummodo intra duos menses doceat de mandato, & num. 3.*

2 *Inhibitio super articulo illegitimitatis contra Iudices laicos, coram quibus causa successionis pendet, an, & quando sit concedenda.*

### DECISIO CXLI.

Circa primam partem dubij, in qua quæritur an constet de sufficienti legitimatione personarum ad effectum obtinendi inhibitionem, res est clara, & informantes pro Duce dant manus †; quia datur inhibitio ad instantiam asserti procuratoris cum temperamento, & modificatione, [a] de qua per Caput. decis. 390. lib. 1 in manuscripts. & passim seruat Rota. Quoad secundam partem Domini dixerunt, non esse inhibendum, † quia si petitur inhibitio specialiter in causa, & articulo illegitimitatis ad effectum, ne Iudices de partibus super dicti articuli cognitione se ingerant, Comes ea non indiget, quia adest inhibitio, & moderatio, quæ in Breue S. D. N. continetur, & restricta quoad recuperationem Baroniæ, remanente causa illegitimitatis in Rota. Aut petitur inhibitio generalis, & obstat Breue continens claram moderationem antiquæ inhibitionis ad effectum, vt possit in partibus procedi in causa principali, contra quod Breue si Comes habet quid de subreptione, vel aliter obiicere possit, adeat Sanctissimum.

*ANNOTATIO.*

a Et † quòd inhibitio concedi soleat ad instantiam asserti Procuratoris, dummodo intra duos menses doceat de mandato, etiam parte opponente, fuit dictum in Paderbornen. Canonicatus 28. Nouembris 1616. coram R. P. D. 3

I 4 Coccino

Coccino Decano, vbi restatur de Stylo Rotæ, & inhibitio obtenta à Procuratore, de cuius mandato non constat, cum cautione de rato causat attentata. Achil. *decis. 27. de appellat.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 20. lib. 5.* fuit dictum in Terraconen. Attentatorum coram R. P. D. Coccino Decano impress. penes Marchess. *de commiss. tom. 1. fol. 59. num. 2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Teruisina Parochialis.

*Mercurij* 10. *Decembris* 1603.

### ARGVMENTVM.

Manuale, & de mensa non dicitur beneficium, quod habet Rectorem proprium, & quando fructus percipiuntur à dicto Rectore, nec conuertuntur in vtilitatem mensæ, & quando fuit prouisum vti de vacanti.

### SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua vnica antiqua non suffragatur.*
2 *Item nec plures moderna, quando emanant à personis suspectis.*
3 *Ex donatione non infertur ad vnionem.*
4 *Manuale non dicitur beneficium, nec de mensa, quod habet Rectorem, vel Vicarium perpetuum alium, quàm illum de cuius mensa prætenditur.*
5 *De mensa non potest dici beneficium, cuius fructus percipiuntur à Rectore, nec conuertuntur in vtilitatem mensæ.*
6 *Beneficia de mensa non vacant, nec quoad possessionem, nec quoad proprietatem.*
7 *In beneficiis de mensa non datur Rector, sed Minister.*

### DECISIO CXLII.

FVit pluribus decisionibus firmatum beneficium Sancti Theonisti esse collatiuum, ex collationibus factis in perpetuum tamquam de collatiuo, ex sententiis Rotalibus, ex depositionibus testium, & aliis adductis. Nec obstant in contrarium allegata, nam quoad
1 enunciatiuas, vt in alia decisione fuit dictum, † vnica
2 adest antiqua, aliæ duæ modernæ † emanant à perso-
3 nis suspectis, & etiam in facto controuertuntur: † Ad donationem Episcopi fuit responsum, ex ea tantùm inferri ius collationis, & prouidendi de beneficio ad fauorem Monialium, a quod Io. Baptista non controuertit, nec eius intentioni obstat, quia sufficit illi, quòd beneficium vacet, & intret regula reseruatoria octo
4 mensium: Ad illud, quod beneficium sit de mensa, † & manuale, fuit dictum, quòd nec manualia, nec de mensa dicuntur beneficia, quæ habent Rectorem, vel Vicarium perpetuum alium, quàm illum, de cuius mensa prætenduntur, & cui dicuntur annexa, glos. *in clem. vni. in ver. ad mensam*, & ibi Abb. *num. 17.* Imol. *num. 16.* & alij *de ex. eff. Prælat.* repugnant enim locum esse de mensa & habere specialem administratorem, Imol. *in clem. 1. sub num. 9. de rescript.* prout contingit in casu isto, vbi adest Rector particularis, & perpetuus Ecclesiæ Sancti
5 Theonisti, † prout nec etiam potest dici de mensa; ex quo fructus spectant, & percipiuntur à Rectore nec conuertuntur in vtilitatem mensæ, glos. *vbi supra* Abb. *num. 17. in fin.* Imol. *num. 16. circa med.* quod procedit, etiam si reseruetur aliquod debitum monialibus, Vital. *in d. clem. num. 101.* Nec facit in contrarium decisio Toletana Præeminentiarum allegata, quod possint emolumenta pro congrua assignari, quia hoc non fuit factum in casu isto. Et quòd istud beneficium non fit de mensa patet, † quia & à Papa, & à Monialibus factæ 6
fuerunt prouisiones vti de vacante, b & tamen huiusmodi beneficia non possunt vacare per obitum ministrantium in eis, cùm nullum titulum in eis habeant nec quoad possessionem, nec quoad proprietatem, Card. *in d. clem. ver. præsentatos quæst. 7.* Proinsin Carrarij, ex qua deducitur vltimus status, facit, vt semper dictum est pro Io. Baptista potius, quàm pro monialibus, quia in ea narratur vacatio per mortem Francisci Vicarij perpetui, & Rectoris, † & tamen si beneficium es- 7
set manuale sicut non potuisset dici vacare, ita nec Franciscus appellari Rector, sed minister, Innoc. *in cap. Monachos de stat. monach.* Anton. de Butr. *in cap. fin. num. 18. de caus. possess.* & præterea fuerunt etiam per Dominos considerata illa verba (*per obitum Francisci illius, dum viueret, vltimi Rectoris extra Romanam Curiam de mense Decembris proximè elapsi, vita functi*) quæ narratiua solet fieri, quando verè beneficium vacat ad effectum excludendi reseruationem per obitum in Curia, & præuisionem Papæ. Vnio vt fuit dictum non probatur per testes prius examinatos, & minus per eos, quia in Curia deposuerunt, & remissoria, quæ petitur, fuit per binas decisiones denegata, ex quibus, & aliis in decisione allegatis, Domini persistiterunt in resolutis.

### ANNOTATIO.

a Vide annotat. *ad decisionem 77.*
b Et quòd non detur, nec vacatio, nec collatio beneficij vniti, vide quod dixi *ad decis. 111.*

---

## Bracharen. Beneficij.

*Mercurij* 10. *Decembris* 1603.

### ARGVMENTVM.

De iustificatione valoris beneficij.

### SVMMARIVM.

1 *Ponens fatetur, & sub num. 4.*
2 *Testis vnicus, iunctis adminiculis, sufficit pro iustificatione valoris.*
3 *Confessione nulla est maior probatio.*
5 *Articulans non fatetur.*
*Non procedit quando articuli sunt dati medio iuramento.*

### DECISIO CXLIII.

DOmini censuerunt gratiam (*si neutri*) D. Matthiæ esse iustificatam quoad valorem, nam quòd fructus non excedant valorem ducatorum 200. de Cam. probatur expositione aduersarij, in qua ponit qualiter à quatuor, quinque, & vltra annis, & signanter de anno 1599. & 1600. fructus dicti beneficij non excedebant valorem duc. 140. illa enim verba (*à quatuor annis*) intelliguntur à quatuor annis vsque ad diem positionis datæ, & sic includitur annus 1602. & tempus impetrationis D. Matthiæ, & clarum est quòd † ex positione 1
resultat explicita ponentis confessio. Bar. *in l. certum. §. si quis absente, in fin. ff. de confess.* Dec. *cons. 445. num. 17.* Alex. *consil. 83. sub num. 3. lib. 1.* a Cum prædicta con- a
fessione concurrit depositio Pauli de Pena pro parte aduersa examinati super quinto, articulo, qui eodem modo deponit, prout in positione, & deponit de publica voce, & fama, † qui testis, licèt sit vnicus, tamen 2
iunctis adminiculis sufficere debet pro iustificatione valoris,

valoris, vt fuit dictum coram Illustrissimo Mantica in Afloticen. Archid. 24. Nouembris 1589. pro adminiculo autem ooo potest oegari, quin deseruiant depositiones testium pro ipso Matthia examinatorum, & materia redditur multùm verisimilis propter breuitatem temporis, quæ intercessit inter impetrationem, quam fecit Gaspar, & gratiam Matthiæ. Et sumus, vt dictum est in clatis † ex confessione Gasparis, qua nulla maior
3 probatio, *l. cùm te C. de transact.*

### ANNOTATIO.

4 a Grauatius † ad Vestrium *lib. 5. cap. 14. num.* 17. Surd. *decis.* 316. *sub num. 7. post 4. lib. consil.* Honded. *consil. 52. num. 30. lib.* 1. Aldoui. *consil. 46. num.* 29. licèt ponens fateatur ex supra
5 deductis, † articulans tamen noo fatetur. Mantic. *decis.* 198. *num.* 3. Seraphin. *decis.* 1054. *num.* 2. Sed quamuis articulans non fateatur, tamen confessio ibi emanata magnum adminiculum facit, cùm non soleant dari articuli absque magna consideratione, vt considerat Rot. *decis.* 310. *n. 2. in fin.* impressa per Farinac. *post 2. lib. cons.* & fuit dictum in Spoletana Prædij prima Decembris 1617. coram R. P. D. Pamphilio. Præterea quando articuli sunt dati medio iuramento confessio in illis emanata etiam contra articulantem plenè probat, Caputaquen. *decis.* 145. *lib.* 1. *in manuscript.* Rota coram eodem Sanctissimo *infra decis.* 215.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Eluen. Beneficij Sancti Saluatoris.

*Veneris 12. Decembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### SVMMARIVM.

1 *Remissoria non est concedenda in beneficialibus, quando non datur fumus, & sub num. 3.*
*In beneficialibus non conceditur nisi facta obligatione de stando vnicæ, & præstito consensu appositionem sequestri, sub num. 3.*
2 *Animus residendi non conuincitur per necessè ex corporali præsentia.*

### DECISIO CXLIV.

1 Domini censuerunt † non esse concedendam remissoriam, cùm non detur fumus, saltem sufficiens, a & D. Emanuel intendat probare animum Episcopi residendi † qui ex corporali præsentia, vt fuit sæpius dictum, non conuincitur, & in contrarium vrgent multi actus positiui, & coniecturæ ex quibus aliàs Dominis, & in hac causa, & in aliis visum fuit Episcopum apertè declarasse animum suum non residendi, etiam quando in Ciuitate Eluen. moram faciebat.

### ANNOTATIO.

3 In † beneficialibus remissoria difficilius conceditur, quàm in profanis, Mandos. *in praxi Commiss. pro remissoria in verbo (beneficia)* & ideò plura requiruntur.
a Primò non conceditur sine fumo, Mandos. *in praxi Commiss. formula 19. verbo (remissoria) vers. non tamen*, vbi testatur de communi, & ineuitabili Rotæ stylo, Rota *decis.* 503. *num. 3. par. 2. in recent.* & firmatur in hac dec.
Secundò requiritur obligatio de stando vnicæ, Caputaquen. *decis. 56. n. 57. par. 3.* Achil. *decis. 4. de dilat.* Rota *decis.* 661. *num. 1. in fine par. 2. in recent.* & fuit dictum in Celsonen. Præceptoriæ 1. Iunij 1605. coram R. P. D. Coccino Decano, si tamen causa esset commissa appellatione remota, vel aliàs esset in vltima instantia, adeò quòd non nisi vnica sententia remaneret ferenda, tunc absque dicta obligatione concederetur remissoria, Seraph. *decis.* 500. *in fine*. fuit dictum in Vlisboneo. Beneficij de Azambuca 4. Iunij 1618. coram R. P. D. Pamphilio.
Tertiò, quando petitur remissoria à possessore est necesse, quòd ille consentiat sequestro, vt fuit dictum in Ciuitaten. Scholastriæ 30. Octobris 1596. coram Cardinali Pamphilio, & in Celsonen. Præceptoriæ 1. Iunij 1605. coram R. P. D. Coccino Decano, in quibus decisionibus dicitur ita esse de stylo Rotæ. Et etiam hæc duo requisita, scilicet, obligatio de stando vnicæ, & consensus appositionè sequestri, requiruntur, quando petitur compulsoria specialis, iuxta *decis.* Caputaq. 179. *lib.* 1. *in manuscript.* & fuit dictum in Casalen. Præpositura 31. Maij 1596. coram Gypsio, compulsoria autem specialis, & remissoria habent magnam conformitatem, iuxta ea, quæ scribit Mandos. *in tract. de Commiss. in commiss. 10. in princip.* Scac. *de iudic. lib. 2. cap. 11. num.* 803. & in his terminis fuit consideratum in d. Casalen.
Verum circa prædicta erit bene aduertendum, nam si ille qui petit remissoriam pro possessore sit Procurator, non poterit illam obtinere, nisi habeat speciale mandatum de stando vnicæ, & de consentiendo sequestro, prout in simili de compulsoria speciali dixit Rota penes Caputaquen. *in d. decis. 179. lib. 1. in manuscrip.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Calaguritana de Amurio.

*Veneris 12. Decembris 1603.*

### ARGVMENTVM.

Plura in materia Sepulturæ.

### SVMMARIVM.

1 *In sepultura propria non potest alia persona inuito domino sepeliri.*
2 *Sepulchrum ex eo quòd quis habeat in quadam Cappella, non inde infertur ad ius prohibendi humationem aliorum cadauerum in eadem Cappella, extra tamen suum Sepulchrum.*
3 *Sepeliri cadauera in Ecclesia de iure est prohibitum. Et præsertim in Cappella maiori.*
4 *Prohibendi ius non habet, qui non habet ius concedendi.*
5 *Sepultura non datur ius quoad proprietatem, sed solùm quoad vsum ad effectum sepeliendi, nec non prohibendi aliis ne in eodem loco, & sepultura sepeliantur.*
6 *Extinguitur tale ius per deficientiam familiæ, cui tale ius competit.*
7 *Sepultura ius, & vsus, ex quibus acquiratur.*
8 *Sepulturæ ius priuatiuè quoad alios non censetur acquisitum ex Iurepatronatus.*
9 *Circa sepulturam Ecclesia habet intentionem fundatam.*
10 *Sepultura an possit vendi.*

### DECISIO CXLV.

PRo informante, quantùm ad locum propriæ sepulturæ † in quo, eo inuito, non potest aliquis sepeliri, *l. 2. §. vsum fructum, ff. de relig. & sump. fun.* Host. *in c. abolendi. num. 18. in fin.* vbi etiam Ant. de Butr. *numer.* 3. Abb. *post numero* 5. *de sepult.* fuit dictum in vna Burgen. Sanctæ Dorotheæ 13. Februarij 1579. coram Sanctiss. & in vna Pampilonen. Sepulturæ 4. Maij 1584. coram R. P. D. Seraphino. a Quo verò ad ius a 1

prohibendi, ne alij in cappella sepeliantur contra in-
2 formantem, quia ex † eo quòd ipse habet sepulchrum in cappella maiori, non infertur ius prohibendi aliorum corpora extra, suum sepulchrum in d. cappella humari, & quòd alij non possint ibi acquirere sepulturas: Nec sententia bo. mem. Gypsij aliquid de nouo tribuit, vltra antiquam sepulturam in cappella ma-
3 iori, neque præeminentiæ hoc ius includunt.† Et cùm sit prohibitum de iure sepeliri cadauera mortuorum in Ecclesia, *c. nullus mortuus intra Ecclesias. c. præcipiendum. §. prohibendum 13. quæst.* 2. præsertim in cappella maiori, vt fuit dictum in Pampilonen. amotionis
b tumbæ coram Perusino [b], & vltra iuris dispositionem adsit in illis partibus constitutio, & consuetudo iuri
4 communi conformis, † non potest dici, quòd competat D. Lupo, & eius successoribus ius prohibendi, cùm non competat facultas concedendi, *l. eius est nolle, ff. de reg. iur.* sufficere tamen illis debet, quod lex prohibet, & consuetudo.

## *ANNOTATIO.*

a Circa hanc materiam sepulturæ ad propositum huius
5 decisionis dicitur, quòd † licèt non possit haberi dominium sepulturæ quoad proprietatem, datur tamen quoddam ius circa vsum, ita vt competat ius non solùm humationis proprij cadaueris, & suorum, sed etiam prohibendi aliis, ne in eodem loco sepeliantur, vt tradunt DD. *in cap. Abolendæ. de Sepult.* Rota *decis. 787. numero 4. & 5. par. 1. diuers.* & fuit dictum in Burgen. Sepulturæ de Valladiego 1. Iunij 1605. coram R. P. D. Ottembergo, & in Calaguritana Sepulturæ 17. Maij 1606. coram R. P. D. Coccino Decano, & in Abulen. Sepulturæ 21. Februarij 1611. coram bo. mem. Penia, vbi dicitur tale ius censeri acquisitum per illationem cadauerum maiorum, cum insignibus familiæ in dicto loco, &
6 ex aliis ibi consideratis. Quando verò deficit † progenies illorum, quibus tale ius competit, extinguitur dictus vsus, & liberè redit ad Ecclesiam, sicut dicitur de vsufructu extincto illo cui fuit facta concessio, iuxta *l. pen. C. de vsufruct.* & ita in specie dixit Rota in Calaguritana Sepulturæ 17. Maij 1606. coram R.P.D. Coccino Decano.

7 Ad † acquirendum autem dictum ius, & vsum sepulturæ, priuatiuè quoad alios, requiritur licentia ædificandi ab initio sepulturam, vna cum ipsa ædificatione subsequuta. Lambert. *de iurepatr. art. vltimo par. 1. lib. 1. vers. benè verum est, & vers. si diceretur*, & fuit dictum in Burgen. Sepulturæ 9. Decembris 1605. coram R. P. D. Ottembergo.

b Et non censetur tale ius acquisitum ex solo cursu decennali, & ex Cadauerum illatione, vt fuit dictum in dicta Burgen. 9. Decembris, & etiam sensit Rota in dicta Calaguritana corã R.P. D. Coccino Decano. Prout nec etiam tale ius probatur ex insignibus, & inscriptionibus super Lapide sepulchrali, vt fuit dictum in dicta Burgen. 9. Decembria 1605. per doctr. Bartol. *in l. reliqua ff. de relig. & sumpt. fun.*

8 Sicut nec etiam † censetur quæsitum tale ius sepulturæ priuatiuè ad alios ex iurepatronatus, quod quis habet in Ecclesia, cùm nihil habeat commune ius sepulturæ cum iurepatronatus, Lambert. *de iurepatr. part. 1. lib. 1. 11. quæst. principali art.* 13. & fuit latè dictum in Toletana Cappellæ, & Sepulturæ 27. Iunij 1616. coram R.P.D. Vbaldo.

9 Non † probata autem valida concessione sepulturæ, Ecclesia habet intentionem fundatam, quòd sepultura sit illius libera, non autem alicuius priuatæ familiæ, iuxta §. *Sacræ Instit. de rerum diuis.* & ita in specie dixit Rota in dicta Burgen. Sepulturæ 9. Decembris 1605. & prius in eadem coram bo mem Cardinali Lancelloto 5. Maij 1603. & de iure quælibet Ecclesia potest recipere ad sepulturam, quem vult Innocen. *in cap.* 1 & Abb. *in cap. certificari. de sepult.* & fuit dictum in Toletana Cappellæ, seu Sepulturæ 27. Iunij 1616. coram R.P.D. Vbaldo. Quod etiam ius Ecclesiæ liberum apparet ex eo, si dum cadauer fuit illatum, fuit quid Ecclesiæ pro sepultura solutum; hæc enim solutio indicat iura Ecclesiæ, vt fuit consideratum in dicta Burgen. Sepulturæ 5. Maij 1603. coram bo. mem. Cardinali Lancellotto.

Et † in hac etiam materia sepulturæ sciendum est, quòd li- 10
cèt sepultura vendi non possit absque labe Simoniæ, cùm sit res sacra, *cap abolendæ, de Sepult. cap. non satis de Simon.* nihilominus pro sepultura licitum est aliquid recipere ratione situs, & dignioris loci in Ecclesia, & hoc non est vendere sepulturam, sed illum locum honorabiliorem, Sot. *de iust. & iur. lib 9. quæst. 7. artic. 2. circa med. vers. nihilominus.* Spin. *de testamen. glos. 2. princ. num.* 44. Emanuel Rodriquez *quæst. regul. lib. 3. q. 58. artic.* 2. & fuit dictum in Calaguritana Sepulturæ 3. Iulij 1617. coram R.P. D. Manzanedo, vbi dicitur hoc tantò magis procedere, quando venditio fit ob necessitatem Ecclesiæ. Hinc est, quòd pro sepultura in loco communi, scilicet in Cœmeterio, vbi non cadit consideratio maioris honoris, ratione loci dignioris, non licet aliquid recipere vt dicitur in dicta Calaguritana Sepulturæ, & in his terminis procedit tex. *in d. cap. Abolendæ.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Farfen. Pecuniariæ.

*Veneris 19. Decembris 1602.*

## ARGVMENTVM.

Depositum vt suffragetur, & vt liberet deponentem ab obligatione quænam sint necessaria.

## *SVMMARIVM.*

1 *Deponere non est soluere, & n.* 20.
2 *Deposito non est locus, quando creditor est paratus recipere, & num.* 21.
3 *Depositum vt habeat vim solutionis, pecunia debet numerari, & num.* 22.
4 *Clauis custodiam denotat.*
5 *Depositarius dicitur, qui rem custodiendam habet.*
6 *Depositum fieri debet parte citata, & n.* 23.
7 *Depositum vt pariat effectum liberationis, est necesse, quod deponens expressè consentiat, quòd consignetur depositum creditori.*
8 *Item est necesse, quod depositarius se obliget ad depositum restituendum.*
9 *Depositum Iudiciale non est, quod non fuit factum de iudicis mandato, & parte citata.*
10 *Iudicis factum censetur factum partis, quando ritè, & rectè procedit.*
11 *Casus fortuitus spectat ad creditorem stante mora illius.*
12 *Per clauium traditionem quis liberatur à Custodia.*
13 *Casus fortuitus spectat ad illum, qui est in culpa.*
14 *De damno dato tenetur ille, qui malè in Custodia versatur.*
15 *Depositum, & custodiam quis non censetur in se suscipere ex eo, quòd ipso præsente, & tacente fuerit quid depositum in eius capsa.*
16 *Depositum in pecunia numerata transit in naturam mutui, & secundùm mutui naturam regulatur, & ideò si perit, damno depositarij perit.*
17 *In mutuo periculum est debitoris.*
18 *Genus perire non potest.*
19 *Debitor generis liberatur ab obligatione restituendi tantundem in genere.*
24 *Depositum quando censeatur factum in corpore, & vt species, an verò in quantitate, & de effectu.*

DECI

## DECISIO CXLVI.

FVit vnanimi Domioorum suffragio conclusum Io-
sephum ex sua prætensa pecuniarom depnsitione
non fuisse liberatum, quia, vt fuit aliàs resolutum, te-
1 nebatur restituere pecunias Communitati †; depone-
re autem non est restituete nec soluere, Bart. *in l. item*
*liberetur. §. 1 ff quibus mod. pign. vel hyp. sol.* latè Tiraq. *de*
a *retract. lignag. §. 1. gloss. 3. num. 3.* [a] præsertim quia Com-
munitas nedum non recusabat, sed summoperè con-
2 tendebat, & iostabat pro solutione, † & propterea tan-
tò mious erat locus depositiooi pecuniarum. Iasoo
*cons. 9. col. pen. vers. Minus etiam valebis, lib.* 1. Corn. *cons.*
*262. num. 13. ad fin. lib. 4.* Rol. *consil. 63 sub numer. 29. lib.*
b *3.* [b] & vbi fuisset locus deposito, istud tamen, quod
prætendit Iosephus, illum ex pluribus non liberasset;
3 † Primò quia factum fuit per depositionem sacculi
clausi absque eo, quod nedum numeraretur, sed nec
etiam videretur pecunia, Bar. *in l. cùm seruus num. 3. ff.*
*de cond. & demonst.* Bal. *in l. acceptam. num. 1. C. de vsuris,*
*& cons. 455. sub num. 6. vers. illud etiam non est omittendum,*
*lib. 1.* Paul. de Castr. *consil. 228. n. 1. circa med. lib. 2.* Rom.
*cons. 352. num. 3. in fin.* Ias. *d. cons. 9. col. pen. vers. minus etiam*
c *valet.* Cur. iun. *cons. 28 sub num. 1.* [c] Secundò, quia non
reperitur aliquis depositarius, sed Iosephus ipse reman-
sit, vt peius, depositarius, & custos, cùm habuerit cla-
4 uem capsæ, in qua prætenduntur positæ pecuniæ, † cla-
uis enim onos custodiæ denotat. *l. cùm pater. §. pater plu-*
*ribus*, vbi glos. & DD. *ff. de leg. 2.* Ancharan. *in clem. 1. §.*
5 *sanè. in 4. not. de haret.* † & depositarius dicitur, qui rem
custodiendam habet, *l. 1. ff. depos.* Azo *in sum. C. eod. tit. in*
6 *princ.* Tertiò, non releuat depositum, quia † factum fuit
Communitate non citata, Ias. *vbi supra col. pen. vers. se-*
*cundò, quia.* Cur. iun. *d. cons. 28. num. 1. vers. item debet fieri.*
7 cum aliis per Rol. *d. cons. 63. num. 13.* fuit dictum † io
vna Auximana depositi 27. Iunij 1594. coram R. P. D.
d Litta. [d] Quartò ad effectum liberationis debebat Io-
sephus expresè coosentire, quòd Communitati peten-
ti pecuniæ restituerentur, Salic. *in l. acceptam. num. 1.*
8 *circa med. C. de vsur.* † & depositarius debebat se obliga-
re ad depositum restituendum, Ias. *d. cons. 9. col. pen. vers.*
*quartò, quòd talis,* Rol. *d. cons. 63. num. 33.* quorum neu-
trum factum fuit. Et ex his tolluotur adducta in con-
trarium, & in primis cessant omnia, quæ dicuntur de
9 iudiciali deposito, † quia iudiciale depositum non po-
test dici, quòd non solùm non fuit parte citata, sed nec
etiam de mandato Iodicis factum, Rol. *vbi supra num.*
10 *32.* † Et quod dicitur factum Iudicis factum partis, pro-
cedit, quando iuris ordine, & ritè procedit, Bar. *in l. me-*
*minerint, num. 4. C. vnde vi.* Bal. *in l. si ob causam. num. 4.*
*C. de euict.* Ias. *in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor, num. 3. ff. de re*
e *iud.* [e] vltra quod Iudex laborauit, vt pecuniæ restitue-
rentur, & talis depositio fuit præter eius intentionem.
11 † Non obstat, quòd casus fortuitus excuset, qoia non
procedit stante mora Iosephi in restituendo, *l. cùm pro-*
*ponas. C. de naut. fænor. l. quod te. ff. si cert. pet.* Abb. *in cap. fin.*
*num. 4. de depos.* Soc. *in l. Titius num. 4. in fin. ff. de cond. &*
*dem.* vltra quod noo caruit Iosephus culpa, quia vltra
quod in eo præsumitur, ex traditis per Dec. *cons. 473.*
*num. 6.* ex eo etiam conuincitur, quia ooluit deponere
12 pecunias in capsa aliena, & recipere clauem, † per eu-
ius traditionem d. Gallus fuit liberatus à custodia, glos.
*in l. dominus horreorum in verb. receperit circa med.* & ibi
13 Castr. *sub num. 2. vers. idem si renunciauit, ff. locat.* † stan-
te autem colpa noo potest dici liberatus, imò factum
eius damno cedit, *l. si vt certo. §. sed interdum, & l. in re-*
*bus. §. 1. ff. commod. l. si merces. §. culpa, ff. loc cap. 2. de depos.*
Dec. *d. cons. 473.* Corn. *cons. 108. col. 1. vers. & quando cul-*
14 *pa, lib. 1.* † qui enim malè in custodia versatur, tenetur
etiam de damno ab aliis dato, Nat. *cons. 79. num. 4.* Noo
15 obstat, quòd † depositum sit factum præsente, & ta-
cente d. Gallo in eius capsa, quia non propterea vide-
tur suscepisse depositum, & per consequens custo-
diam, Nat. qui de com. testatur, *consil. 131. num. 1.* Et vbi
etiam suscepisset periculum, oon tamen fuisset libera-
tus Iosephus à communitate per actum inter ipsos ge-
stum sine interuentu ipsius Communitatis. Non est ve-
rum, quòd Iosephus esset debitor pecuniæ apud eum
depositæ, vti de specie; ita vt ea peremptâ sit liberatus,
† quia non fuit pecunia apud ipsum deposita, clausa, 16
& obsignata, sed nomerata, quo casu retinet naturam
mutui, & secundùm mutui naturam debet regulari; [f] *l.* f
*si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.* † & in mutuo pe- 17
riculum est debitoris, *l. incendium, ff. si cert. pet.* ita decla-
rant DD. *in l. cum quid.* Paul. de Castr. *numero 13* Alex.
*sub num. 13. vers. ex his ergo.* Soc. *num. 11. vers. prima sit*
*conclusio, ff. si cert. pet.* & propterea † vti debitor ge- 18
neris, quod perire non potest, *l. incendium C. si cert.*
*pet. l. in ratione la seconda §. incerta, ff. ad leg. Falcid.*
Dec. *d. consil. 473. numero 1.* † non fuit liberatus ab 19
obligatione restituendi tantundem in genere, & si-
milem pecuniæ summam, Paul. de Castr. *in d. l. cùm*
*quid. in fin.* Bero. *consil. 194. numero 39. & sequent. lib.*
*1.* Cur. iun. *consil 239. numero 34. & 35.* Vltra quod,
vbi etiam Iosephus fuisset depositarius certæ speciei
illam deponeodo, vt fecit, non esset per supradicta
liberatus.

### ANNOTATIO.

a Rot. † *decis. 623. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 281. num. 9. par. 2.* 20
*diuers. & decis. 102. n. 1. par. 2. in rec.* fuit latè dictum in Bo-
nonien. pecuniaria, seu Literarum cambij 27. Nouembris
1617. coram R. P. D. Vbaldo.

b Negusan. † *de pign. 3 membr. 5 par. numero 9.* Rot. *decis. 975.* 21
*part. 3. lib. 3. diuers.* Rot. *decis. 296. numero 3. & decis.*
*297. numero 2.* ambæ inter impress. penes Modern. Pe-
rus. Cinc. de Censib. & etiam fuit dictum in Assisien.
Pensionis 22. Iunij 1601. coram Illustrissimo Cardi-
nali Sacrato, & in Bononien. Pecuniaria, seu Litera-
rum Cambij 27. Nooembris 1617. coram R. P. D.
Vbaldo.

c Menoch. *de arbitr. cas. 232. num* 20. qui post plures relatos
dicit esse necesse, † quòd numeretur coram testibus, & 22
non sufficere pecuniam esse in crumena, Roland. *consil. 53.*
*num. 36. lib. 1.* fuit dictum in d. Bononien Pecuniaria, seu
Literarum Cambij 27. Nouembris 1617. coram R. P. D.
Vbaldo.

d Menoch. † *d. cas. 232, num. 59.* Roland. *cons. 63. num. 31. lib. 1.* 23
Rot. *decis. 267. num. 5.* impress. penes Perus. Cinc. de Cen-
sib. & fuit dictum in Ferrarien. Dotis 19. Nouembris
1618. coram R. P. D. Buratto, & prius in Romana Em-
phyteusis 9. Decembris 1606. coram. bo. mem. Cardinali
Lancellotto.

e Surd. *cons. 49. num. 37.*

f Depositum, † quando est in pecunia numerata factum, 24
non vti species, & corpus, sed vti quantitas an, & quan-
do transeat in naturam motui, & in dominium deposi-
tarij, & an casus fortuitus spectet ad depositarium, &
non ad deponentem, videndus est Mantic. *de tacit. lib. 10.*
*tit. 9. num. 21. & seq.* qui multipliciter declarat, & etiam
est videndus Honded. *cons. 43. lib. per tot.* Et ex numera-
tione non infertur per necesse ad translationem dominij,
quia numeratio sæpè fit ad sciendum quantum sit depo-
situm, Surd. *cons. 391. num. 19. vers. nec repugnant,* Mantic.
*dicto lib. 10 tit. 9. num. 25. & 26.* in dubio tamen, quando
depositum est factum, vt tantumdem reddatur, dicitur
translatum dominium in depositarium, & penes depo-
nentem remaoet solùm actio ad tantumdem, Rot. *decis.*
*532. num. 6.* inter impress. penes Pacif. de Saluian. iux. no-
uam impressionem.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Clodien. Beneficij.

*Veneris 19. Decembris.*

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Valor per ascensum non iustificat narratiuam per non excessum.*

2 *Locationes non probant valorem.*

DECISIO CXLVII.

Domini dixerunt non esse recedendum à decisis, quia in articulis remissorialibus non continetur aliud, quàm valor beneficij, de quo est controuersia, 1 † & quidem per ascensum; eùm tamen in gratia narretur per non excessum, quo fit, vt sicut articuli non a concludunt; ita nec testes iustificent gratiam, [a] vt fuit dictum coram R. P. D. Sacrato in Caputaqoen. beneficij 16. Iunij 1600. & in Hispalen. beneficiorum 29. Aprilis 1602. coram R. P. D. Iusto, & sæpius in aliis. Minus etiam probant dicti testes; quia deponunt solùm de redditibus quarumdam terrarum, nec ex eorum dicto, aut alibi apparet, quòd beneficium non habuerit alias terras, nec alios reditus, non percutiunt tempus 2 gratiæ, & causam scientiæ deduceunt † ex locationibus, b quæ non concludunt valorem. [b] Sarnen. *de valor. quæst.* 11. *num.* 6. Peregr. *decis.* 42. *&* *decis.* 183. *lib.* 2. Io. Paul. *decis.* 51. Deficit etiam iustificatio quoad possessionem, & perceptionem fructuum Barenghi in eadem impetratione narratam.

*ANNOTATIO.*

a Valor in gratia narratus per non excessum non iustificatur per testes deponentes per ascensum, quia stat simul, quòd valor ascendat ad summam expressam, & nihilominus non sit verum, quòd non excedat, Rota *decis.* 186. *sub num.* 3. *&* *sub num.* 5. *&* *decis.* 419. *sub num.* 3. *part.* 1. *in recent.* *&* *decis.* 443. *sub num.* 1. *part.* 2. *in recent.*

b Vide quod dixi *ad decis.* 101.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ 12. Ianuarij 1604.*

ARGVMENTVM.

Colligitur ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Mora censetur remissa ex acquiescentia alterius partis, & num.* 3.

2 *Interesse non est locus cessante mora, & num.* 4. *vbi vide limitationem.*

5 *Mora censetur remissa ex receptione partis precij, imò etiam ex sola interpellatione, & petitione.*

DECISIO CXLVIII.

Fvit conclusum non esse factum locum promissioni damnorum, & interesse, de quibus fuit conuentum in vltimo Capitulo ex inobseruantia, & contrauentione, quia de contrauentione non docetur, & sunt resolutiones in contrarium. Non enim potest inobseruantia deduci ex eo, quod partitum non durauerit per spatium sex annorum, & nouem mensium, quia fuit data facultas Episcopo augendi summam pecuniarum in consignatione, abbreuiare tempus extinctioni præfixum; ita vt propterea D. Spinolæ non deberentur tot paghæ, quot erant consignandæ, seu per ipsum exigendæ, si tempus non fuisset abbreuiatum, vt fuit resolutum 16. Iunij 1602. Nec etiam ex eo, quòd in tempore venditionis Officij Episcopus non dedit nouum assignamentum loco dicti Officij, vt tenebatur ex pacto, quia pro, & vice d. assignamenti D. Spinolæ fuerunt a D. Lelio soluta scu quatuor mille, ex quibus fuit suppletum non solum solutioni præteriti temporis, quando in aliqua parte Episcopus defecisset, sed etiam assignamento faciendo, postquam Spinola ea simpliciter recepit post dictam venditionem, ita vt non propterea ex hoc capite dari possit de inobseruantia. Et nihil referre dixerunt Domini, quòd ea acceperit à d. Lelio, quia fuerunt ab eo soluta in hanc eamdem causam; quibus additis aliis scutis 3400. conuersis ab ipso Episcopo in extinctionem tot societatum ex assignatis D. Spinolæ in partito, constat abundè de implemento Episcopi, iuncta præsertim acquiescentia ipsius Spinolæ, de qua supra, † per quam mora si qua ex parte Episcopi intercessisset, fuit sublata, [a] Aym. *consil.* 106. *num.* 2. *&* 3. Ruin. *cons.* 155. *sub num.* 5. *lib.* 5. Rimin. sen. *consil.* 221. *n.* 13. & cessante † mora non est locus alicui interesse, [b] vbi DD. *ff. si cert. pet.* Bar. *in l. stipulationes non diuiduntur in* 5. *quæst. ff. de verb. oblig.* Ruin. *consil.* 48. *num.* 1. *lib.* 5. Aym. *cons.* 87. *in fin.* lucrum enim, quod ex rata temporis, & pecuniæ D. Spinolæ debetur ex forma conuentionum inter ipsos initarum, Episcopus compensare non recusat. Considerarunt etiam Domini Spinolam retinuisse, & adhuc in manibus retinere pecunias. Nec docere, quòd fuerit passus aliquod interesse, vel damnum ex prætensa inobseruantia, quæ etiam non fuit in summa notabili.

*ANNOTATIO.*

a Mora † censetur tacitè remissa per acquiescentiam alterius partis, cui erat implendum, Rota *dec.* 577. *n.* 10 *par.* 1. *in recent.* & dixit etiam Rota coram Sanctissimo *supra dec.* 75. *sub n.* 2. prout etiam censetur remissa † mora ex receptione partis precij absque protestatione, Veral. *decis.* 316. *n.* 2. *&* 3. *par.* 3. latè Surd. *consil.* 104. *num.* 7. *&* *seq.* & plenè etiam Gratian. *discept. c.* 301. *n.* 58. Rota *dec.* 77. *n.* 3. *par.* 2. *in recent.* Imò etiam per solam interpellationem censetur mora remissa, Rota Ianuen. *decis.* 27. *n.* 11. Hood. *cons.* 34. *n.* 84. *lib.* 2. Gratian. *disceptation. cap.* 301. *num.* 45.

b Et quòd interesse non debeatur sine † mora latè Hond. *cons.* 50. *n.* 21. *lib.* 1. *&* *cons.* 38. *num.* 9. *lib.* 2. vbi alios cumulat Rota *dec.* 662. *n.* 5. *par.* 2. *in recent.* & hoc procedit siue agatur de interesse lucri cessantis, siue damni emergentis, Honded. *d. cons.* 38. *n.* 10. & fuit dictum in Leodien. Pecuniaria 30. Martij 1615. coram R. P. D. Caualerio, hæc tamen conclusio non procedit, quando à principio inter partes fuit interesse deductum in conuentione, quia tunc debetur sine mora, Honded. *cons.* 36. *n.* 30. *lib.* 2. Gratian. *discept. cap.* 240. *num.* 2. Rota *decis.* 231. *sub num.* 9. *inter impress.* penes Farinae. post secundum lib. consil.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Camerinen. Transactionis.

*Veneris 16. Ianuarij 1604.*

ARGVMENTVM.

Transactio super existentia testamenti sustinetur ex solo timore, & vociferatione existentiæ testamenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Transactio rescinditur ob defectum causæ finalis.*

2 Pro

2 *Pro transactionis validitate sufficit solus timor litis, & numero 5.*

*Sed extare talem timorem, vel adesse litem, non statur assertioni partium, sed aliunde probari debet, & numero 6.*

3 L.de his.ff.transact. *non habet locum, nisi quando agitur de dependentibus ex testamento, super quibus trāsigi non potest, nisi inspectis verbis testamenti; non autem procedit, quando controuersia vertitur super existentia, vel non existentia.*

4 *Transigibile est quicquid in controuersiam deduci potest.*

*Lis calumniosa non iustificat transactionem, benè verum est, quod sufficit modica occasio dubitandi, eodem numero 4.*

## DECISIO CXLIX.

DOmini, stantibus testibus vltimo loco examinatis
tàm in partibus, quàm in Curia, recesserunt à deci-
sionibus in hac causa factis super nullitate transactionis,
quicquid enim aliàs visum fuerit, hodie dixerunt transi-
gentes non respexisse veram, & realem existentiam te-
stamenti, ita, & taliter, quòd pro constanti præsuppone-
rent adesse testamentum, sed ex eo inducti fuerunt ad
sic transigendum, quia non solùm pro parte filiorum
Bernabei instabatur Ludouicum condidisse aliud testa-
mentum, sed etiam de hoc aderat rumor, & vociferatio
in loco. Vnde non potest dici constare de falsitate cau-
sæ, nisi probetur, quòd de tempore transactionis non
5 adesset talis vociferatio, † quæ vt causa finalis attendi
debet ad annullandam transactionem, ad not. *in l. domus ff. de cond. & dem.* fuit dictum in causa Prænestina tran-
sactionis 21. Nouembris 1575. coram Reuerendissimo
D. Patriarcha Alexandrino. Istud autem non solùm non
probatur, sed de contrario apparet ex depositionibus
testium, primus enim, & secundus testis in Curia exami-
nati, & secundus de partibus benè probant famam exi-
stentiæ testamenti, cum quibus concurrit depositio
vnius testis, qui testamento interfuit, & nominat alios
contestes, & Notarium; concurrit etiam dictum alterius
testis de auditu. Ex quibus iunctis iis, quæ de occulta-
tione dicunt alij testes, potuit iusta de causa suspicari
Vannes de veritate testamenti conditi, quodqúe ali-
quando posset reperiri, & propterea lis sibi fieret super
2 successione in bonis Ludouici, † qui timor sufficit pro
validitate transactionis. *l. 1.* & ibi not. *C. de transaction.*
Paris. *consil. 52. numero* 18. *lib.* 1. Natt. *consil.* 465. *numero* 2. Caputaquen. *decis.* 123. *lib* 2. *in manuscrip.* Mohed.
2 *decis.* 1. *de transact.* ° Et propterea non solùm cessat
defectus causæ, sed etiam quod dicebatur Vannem ex
mala persuasione, & calliditate partis, ac errore indu-
ctum fuisse ad transigendum, quia error in Vanne, &
dolus in alia parte excluditur ex publica voce. Non
etiam placuit Dominis aliud fundamentum super dispo-
3 sitione † *l. de his ff. de transact.* quod enim in ea statui-
tur habet locum, quando agitur de dependentibus ex
testamento, de his enim non potest transigi, nisi veritate
reperta per inspectionem ipsius testamenti, non autem
procedit quando dubium est super existentia testamen-
ti, cuius inspectio (cùm non reperiatur) est impossibilis,
aliàs super huiusmodi dubio transigi non posset, quod
4 non est dicendum, † cùm omne, quod in controuersiam
deduci potest sit transigibile, ad not. *in l. 1. ff. de transact.*

### ANNOTATIO.

5 2 Et † quòd timor litis sufficiat pro validitate transactionis, Seraph. *deci. 638. num. 7.* vbi dicit sufficere solam suspicionem litis, & *dec. 737.* & Rota penes Zacch. *de oblig. Cam. decis. 119. numero 4. & in recent. parte 1. decis. 169. numero 3. & decis. 447. numero 2. parte 2. in recent. & decis. 715. numero 5. eadem parte.* fuit dictum in Romana domorum 11.
Martij 1616. coram Reuerend. Patre Dom. Vbaldo, &
in Mendonien. Canonicatus 24. Nouembris 1617. coram
Reuerend. Patre Dom. Buratto. † Sed quoad hunc timo- 6
rem litis, necnon quoad existentiam litis non statur as-
sertioni transigentium, sed debet aliunde de eo constare.
Rot. *decis. 327. in princip. parte 2. diuers.* Sutd. *decisione* 104. *numero 2. & 3. & decisione* 131. *numero* 20. & Seraph. *decisione* 737. & iste timor litis ex coniecturis, & verisimilitudinibus satis probatur, Seraph. *decisione* 737. Neque lis calumniosa sufficeret ad sustinendam transactionem, Magon. *decisione Floren. decisione 5. numero 4. & 5.* Fuit dictum in Romana rescissionis contractus 13. Februarij 1591. coram Orano. Benè verum est, quòd sufficit modica occasio dubitandi etiam si prætensio non esset satis iuridica, vt fuit dictum in Romana vsusfructus 15. Martij 1610. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato, vbi fuit dictum sufficere auctoritatem vnius Doctoris eximij ad præbendam iustam causam litis, & transactionis. Notandum tamen est in hac materia, quòd quando transactio est concepta cum verbis valdè prægnantibus, & vniuersalibus, comprehendit etiam ea, super quibus non est lis, non in vim transactionis, sed in vim pacti, de quo dicam infra *ad decisionem* 158.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Braccharen Beneficij.

*Veneris 19. Iunij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Gratia (*si neutri*) non est subreptitia ex eo, quod non sit facta mentio, quòd collitigans sit prouisus Apostolicus. Gratia (*si neutri*) de sui natura non est præiudicialis, & de quibus qualitatibus sit facienda mentio in gratia.

### SVMMARIVM.

1 *Gratia,* si neutri, *an sit subreptitia, quando non fuit facta mentio, quòd collitigans erat prouisus Apostolicus, & negatiua est vera.*

2 *Subreptitia non est gratia ob taciturnitatem qualitatis de qua in iure cautum non reperitur, quod exprimi debeat, de qua latè vide sub num. 11.*

3 *Gratia,* si neutri, *ex stylo Dataria conceditur prouiso Apostolico, etiam aduersus alium prouisum Apostolicum.*

4 *Qualitas an sit talis, quam si Papa sciuisset reddidisset difficiliorem ad concedendum, id totum pendet ex coniecturis, & num. 10. vbi dicitur, quòd attenditur communis stylus Curia, & num. 11.*

5 *Præsumitur, quòd Papa non concessisset, vel difficiliùs, si gratia alteri præiudicium inferret.*

6 *Gratia,* si neutri, *non est præiudicialis, quia non habet locum, nisi data inualiditate gratia partis aduersa.*

7 *Subreptitia non potest dici gratia, quando continet clausulas, quarum vigore id exprimitur, quod omissum vitiaret.*

8 *Regula de annali, dum in gratia derogatur, non potest opponi de subreptione ob non factam mentionem possessionis annalis.*

9 *De vnione censetur facta sufficiens mentio per illius suspensionem.*

## DECISIO L.

COntra gratiam (*si neutri*) opponebant informantes pro Gaspare de subreptione ex duplici capite; primo, quia non narratur Gasparem esse prouisum Apostolicum, quod dicebant necessarium, & de iis, quæ difficiliorem reddidissent Papam ad concedendam cùm deuiet à solito stylo Datariæ, Felyn. *in capite in nostra n. 49. in 20. cor. de rescript.* Cassad. *dec* 12. *n.* 14. *de præb.* Et dixit Rota in causa Calaguritana Iurisdictionis 8. Apri-

lis 1585. coram Rubeo, & in specie quòd in gratia (*si neutri*) sit facienda mentio prouisionis Aduersarij allegabant Rebuff. *in praxi in tit. de rescript. gratia, si neutri,*
1 *num.* 36. † Secundò dicebatur subreptitia, quia non fuit expressum Gasparem esse annalem possessorem, Felin. *in cap. in nostra num.* 33. *de rescrip.* Quibus non obstantibus Domini contrarium resoluerunt. Et quoad primum caput fuit dictum non reperiri expressum in iure, quod in gratia (*si neutri*) narrari debeat collitigantem esse
2 prouisum Apostolicum, † & ob id taciturnitatem non reddere eam subreptitiam, Calder. *cons.* 10. *de rescript.* Aegid. *decis.* 698. *ante fin.* Caput. *decis.* 224. *part.* 3. Nec probari allegatum stylum, Datariæ, quia quicquid sit
3 quoad prouisum ab Ordinario † Apostolico passim datur gratia (*si neutri*) etiam quòd collitigans sit prouisus à Sede Apostolica, & fuerunt ostensæ plures supplicationes expeditæ pro prouiso Apostolico contra alium similiter prouisum super beneficiis diœcesis Bra-
4 charen. † Et quoniam tota hæc materia ad probabiles coniecturas reducitur, [a] Felin. *in cap. super literis. nu.* 8.
5 *de rescript.* Cassad. *d. decis.* 12 *sub num.* 14. † Et potissimum inspicitur, si gratia præiudicium inferat, quia tunc præsumitur Papam, vel non concessurum, vel difficiliùs. Cardin. *consil.* 96. *in fin.* fuit dictum in vna Caputaquen. Iurispatronatus 10. Maij 1600. coram Iusto;
6 cùm † in gratia (*si neutri*) præsupponatur collitiganti nullum ius competere, & non fit præiudicium prouiso Apostolico, quia aut prouisio sua est valida, & non intrat gratia (*si neutri*) aut est inualida, & de ea non est facienda mentio, glos. *in cap. ex tenore. in ver. negocio, vbi* Dec. *num.* 5. *de rescript. & in cap. suggestum in ver. posterius de Iurepat.* De iure Gasparis censetur etiam facta mentio in clausulis, in vim quorum potuit exprimi, prout fuit expressum nomen, cognomen, & ius colliti-
7 gantium, † & non potest dici gratia subreptitia continens clausulas, quarum vigore id exprimitur, quod omissum vitiaret. Ad aliud caput subreptionis, quòd non fuerit facta mentio possessionis annalis Gasparis, fuit responsum Matthiam longè ante possessionem à Gaspare captam beneficium impetrasse, & ob id non
8 subiacere regulæ. † Vltra quod satis videtur facta men-
9 tio per derogationem ipsius regulæ, † vt in simili dicitur in vnione, de qua censetur facta sufficiens mentio per illius suspensionem, Cassad. *decis.* 5. *de reseruat.*

*ANNOTATIO.*

10 a Pendet † ex coniecturis an Papa faciliùs, vel difficiliùs concessisset, Menoch. *de arbitr. cas.* 201. *num.* 24. *& seq.* Fuit dictum in Nouarien. Canonicatus coram bo. mem. Card. Pamphilio impress. penes Marches. *de Commiss. tom.* 1. *fol.* 411. & inspicitur verisimilitudo, Gabr. *cons.* 200. *n.* 10. *vers. ad ignoscendum autem. lib.* 1. & maximè attenditur communes stylus Cancellariæ, Lap. *allegat.* 89. *num.* 6. vbi additio dat concordantes, Put. *decis* 187. *in fin. lib.* 2. Rota *decis.* 532. *num.* 4. *par.* 1. *diu.* Fuit dictum in præallegata Nouarien. & in Gerunden. Cœmeterij 1. Februarij 1619. coram bo. mem. Andrea, & tradunt Gabr. *consil.* 200. *num.* 11. *lib.* 1 Hond *cons.* 27. *num.* 55. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. d. cas.* 201. *nu.* 37. *in fin. &* 28.

11 Vlterius etiam in hac materia sciendum est, quòd † non omnia, quæ expressa mouere potuissent principem ad denegandam gratiam, tacita vitiant gratiam, sed ea solùm de quibus reperitur in iure cautum, & quæ ex iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus in iure est dispositum, quòd eis expressis gratiam non concessisset, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *d. casu* 201. *num.* 26. cum aliis infinitis cumulatis penes Garz. *de benef. par.* 8. *cap.* 3. *sub nu.* 20. idem etiam est respectu eorum quæ ex stylo curiæ exprimi debent, ista enim sunt exprimenda, Garz. *d. cap.* 3. *nu.* 21. vbi refert Menoch. Mascard. & alios.

In contrarium tamen, quòd etiam ea, de quibus in iure cautum non est, quòd exprimantur, quod vitient gratiam, si illis expressis verisimiliter Papa gratiam non concessisset, est optima decisio in Calaguritana Iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coram Rubeo, vbi fuit dictum, quòd respectu qualitatum in iure expressorum, nisi de illis fiat mentio, gratia est subreptitia, non attento, an Papa faciliùs, vel difficiliùs concessisset, quo verò ad qualitates in iure non expressas probari debet quòd Papa si sciuisset non concessisset, & in hoc casu, & non aliàs eorum taciturnitas vitiat gratiam. Et etiam hanc eandem opinionem, quòd, scilicet, de qualitatibus in iure non expressis sit facienda mentio, si eis expressis Papa, vel non concessisset, vel difficiliùs, admisit Rota in Gerunden. Cœmeterij 1. Febr. 1619. coram bo. me. Andrea.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Exhibitionis Librorum.

*Lunæ 19. Ianuarij 1604.*

ARGVMENTVM.

Administrator licèt teneatur edere libros rationis, tamen non est cogendus ita edere, vt deueniant in manus partis contrariæ, sed debent deponi penes tertium.

*SVMMARIVM.*

1 *Administrator cogitur edere libros.*
2 *Edere libros non plus importat, quàm Codices ostendere, & copiam describendi facere.*
3 *Item sufficit administratori libros ostendere, ita vt possint legi, & calculari rationes absque eorum traditione.*
4 *Edendi non sunt libri per administratorem, ita vt deueniant in manus collitigantis, sed eligi debet tertius penes quem deponantur.*

DECISIO CLI.

Domini dixerunt libros administrationis non esse tradendos D. Equiti Crescentio, sed esse deponendos penes tertium, vbi possit eos videre, & scrutati, & si velit copiam sumere, † licèt enim admini- 1
strator, vel qui administrationis rationem reddere tenetur, libros edere cogatur, Bald. *in l. cum testamento, numer.* 4. *C de testam. manu.* † edere tamen non plus 2
importat, quàm codices ostendere, & copiam describendi facere, *l.* 1 *§.* 1. *& l. Argentarius §. edi autem, ff. de edend.* † Et quòd sufficiat libros ostendere, vt legi pos- 3
sint, & calculari rationes, absque eorum traditione, dicit Soc. *consil.* 190. *sub num.* 3. *lib.* 2. & sentit Ang. *consil.* 186. *in fin.* Paris. *consil.* 89. *num.* 17. *lib.* 1. faciunt tradita à Specul. *de instr. edit. vers. videndum restat, sub nu.* 9. Quæ sententia eò magis placuit Dominis, quia iam res est in controuersiam deducta; [a] † quo casu etiam si 4
libri essent, non solùm quoad negocium, & interesse, sed etiam quoad dominium communes, propter discordiam partium eligi debet tertius, penes quem deponantur, *l. si qua sunt, ff. fam. hercis.* Bal. *consil.* 250. *sub num.* 11. *vers. & si duo sunt. lib.* 1.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd libri non sint ita edendi, vt tradantur in manibus partis contrariæ, sed sufficiat libros ostendere, vt legi possint absque traditione, tradit Nicol. Genua *de script. priuat. lib.* 4. *in tit. de lib. administrantis. num.* 7. *&* 8. & quòd sint deponendi penes tertiam personam, penes quam custodiantur, fuit dictum in Romana Laudi 25. Iunij 1618. coram R. P. D. Buratto, vbi hæc decisio canonizatur, & coram eodem in eadem causa 17. Decemb. 1618. vbi etiam dicitur quòd altera pars poterat facere describere partitas ad causam pertinentes.

*Oliuerius Beltraminus.*

Burgen.

## Burgeñ. Decimatum de Bellorado.

*Lunæ 26. Ianuarij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Transactio quando non est confirmata auctoritate Papæ, non excedit vitam transigentis, & non afficit successores, & num. 3.*

*Sufficit præsumpta confirmatio ex lapsu 30. annorum, & num. 4.*

2 *De transactione nulla, & inualida non est necesse facere mentionem.*

### DECISIO CLII.

IN hac causa, in qua per contradictas proceditur, fuit
contra informantes reorum sententiam Ordinarij,
quæ conformis est Priuilegio Gregorij XII Lesse con-
firmandam, & quoniam iustitia, & iniustitia senten-
tiæ ab eo pendet, an sit attendendum laudum, vel po-
tius priuilegium, Domini dixeruot esse attendendum
priuilegium, quia non apparet de acceptatione laudi,
saltem formali totius Conuentus, prout requiritur ad
istum effectum, & concordia non est aliqua authorita-
1 te Papæ, vel Ordinarij confirmata, † & propterea ooo
est realis, sed personalis, ita vt transigentium vitam noo
excesserit, glos. *in cap. veniens. in ver. confirmatam*, &
a ibi Abb. *num. 2. de transact.* [a] Et propterea de huiusmo-
2 di laudo, & transactione † non fuit necessarium men-
tionem facere in priuilegio. Addebant aliqui oon con-
stare, quòd scuta vigintiquinque annua superent fœ-
necas octuaginta, & minus quòd hæreditas Monaste-
rij illas excedat, neque Moniales teneri probare non ex-
cessum, sed beneficiatis incumbere onus probandi con-
trarium. Non obstat decis. Zamoreñ. decimarum alle-
gata, licèt enim in ea dicatur sufficere Monialibus, quòd
probent indigentiam, id est, quòd congruam non ha-
beant, non propterea dicitur eas teneri ad id proban-
dum. Nec apparet an ibi Moniales essent actrices, vel
reæ.

### *ANNOTATIO.*

3 a Et quòd transactio auctoritate Papæ non confirmata non afficiat successorem, Feder. de Sen. *cons. 84. per tot.* † Abb. *cons. 56. num 2. lib. 1.* fuit dictum in Carthaginen. pensionis 13. Februarij 1604 coram R. P. D. Pamphilio, & in Burgens. quindemniorom 20. Nouembris 1613. coram
4 R. P. D. Dunozetto; sufficit † tamen præsumpta confirmatio deducta ex lapsu 30. annorum, iuncta obseruantia ad effectum, vt transactio afficiat successorem, & censeatur realis, *Rot. decis. 159. num. 5. par. 1. in recent.* & fuit dictum in Papien. Dotis Legatorum 20. Decembris 1610. coram R. P. D. Pamphilio per regulam generalem, quòd beneplacitum Apostolicum præsumitur obtentum ex spatio triginta anootum, etiam si non sit enuociatum, de quo alibi dixi.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Aquilana Beneficij.

*Veneris 6. Februarij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Regula 8. tollit Priuilegia, & indulta concessa quibuscumque, & quasi possessionem conferendi, etiam immemorabilem, & inficit titulum, & possessionem.

*Decisiones Papales.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Regula 8. reseruatoria capit beneficia spectantia ad collationem inferiorum collatorum.*

2 *Et tollit Priuilegia, & indulta concessa etiam Collegiis, & Vniuersitatibus cum quibuscumque clausulis, & num. 7.*

3 *Item tollit quasi possessionem conferendi, etiam si sit immemorabilis, & num. 8.*

4 *Clausula* (dummodò collatio ad nos hac vice pertineat) *non præseruat ius inferiorum collatorum, si beneficium vacauit in mense reseruato.*

5 *Regula 8. inficit titulum, & possessionem.*

6 *Vacatio de iure sufficit, licèt beneficium non vacauerit de facto.*

### DECISIO CLIII.

FVit sine aliqua difficultate resolutum gratiam suf-
fragari Scipioni, quia cùm fuerit decisum eam esse
iustificatam, etiam quoad vacationem in mense re-
seruato, quicquid sit de facultate conferendi Capituli
Lateraneñ. circa hoc beneficium †, ea saltem cessauit 1
in mense reseruato, cùm regula reseruatoria octo men-
sium capiat ista beneficia inferiorum collatorum, † & 2
tollat priuilegia, & indulta concessa Collegiis cum
quibuscumque clausulis, vt in ea legitur, & fuit di-
ctum in Casalen. Canonicatus 19. mensis præteriti co-
ram R. P. D. Litta. [a] Nec releuat prætensa † quasi pos- a
sessio Capituli conferendi, etiam in mensibus reserua- 3
tis, quia etiam si esset probata, & esset immemorabilis,
esset nihilominus sublata per regulam, vt patet ex eius
lectura, & dixit Rota in d. Casaleñ. [b] Non obstat b
clausula (*dummodò collatio † ad nos hac vice pertineat*) 4
quia verum est istam clausulam præseruare ius inferio-
rum collatorum, sed præseruare, quatenus beneficium
non sit reseruatum, vt fuit resolutum coram Oradino
in vna causa Ianuen. Canonicatus 14. Octobris 1569.
Possessio, & titulus Domitij, quando de eis apparé-
ret, non obstarent, † quia reseruatio, & decretum Re- 5
gulæ vtrumque inficit, *c. si eo tempore de elect. in 6.* Rot.
*decis. 3. de rest. spol. in nou. & d. 2. eod. tit. in antiq.* Cassad. *de-
cis. 11. nu. 5 super reg.* Idem dicitur de collatione, & pos-
sessione Lepidi, & cessat, quod dicitur beneficium non
vacasse tempore impetrationis Scipionis, † quia imò va- 6
cauit saltem de iure, quod sufficit, *c. si tibi absenti, & c. li-
cèt Episcopus. de præb. lib. 6.*

### *ANNOTATIO.*

a Rot. *decis. 58. nu. 7. & decis 88. num. 5. par. 2. in recent.* vbi dicitur, quòd regula octaua derogat quibusuis priuilegiis † 7
cum quibuscumq; derogatoriis derogatoriorum concessis, & latissimè fuit deductum in illa Cæsaraugustana de Maella 6. Nouembris 1617. & 13. Nouembris 1620. coram R. P. D. Coccino Decano, & conferunt tradita per Gonzal. *super regul. 8. glos. 35. per totam.*

b Et quòd Reg. 8. tollat † quasi possessionem conferendi 8
propter decretum (*irritans*) in ea contentum, Gonz. *super Reg. 8. glos. 81. num. 8. & glos. 66. num. 29.* Rota *decis. 58. num. 1. par. 1. in recent.* & fuit latè dictum in d. Cæsaraugustana Parochialis de Maella 6. Nouembris 1617. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi dicitur hoc procedere, etiam si decretum (*irritans*) Reg. 8. non sit super certo corpore beneficij, sed super incerto.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Gerundeñ. Distributionum.

*Lunæ 16. Februarij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Capitulum non potest habilitare absentem ad percipiendas distributiones, nisi concurrat

consensus omnium, quibus accrescunt portiones non residentium, & distributiones non debentur, nisi interessentibus, vel absentibus, ex causa necessitatis, seu euidentis Ecclesiæ vtilitatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Capitulum non potest habilitare non residentem, ut in absentia lucretur distributiones, quando portio non residentis accrescit non solùm Capitulo, sed etiam singulis beneficiatis, tunc enim requiritur etiam consensus beneficiatorum, & de hoc latè vide num. 6.*

2 *Distributiones non debentur non interessentibus, nisi in casu infirmitatis, seu iustæ, & rationabilis corporis necessitatis, aut euidentis Ecclesiæ vtilitatis, & num. 7.*

3 *Absens ex causa alicuius officij exercendi, ne officium suum sit sibi damnosum, haberi debet pro præsente.*

4 *Hoc est verum quoad fructus non quoad distributiones, ad hunc enim effectum requiritur, quod habeatur non pro præsente, sed pro interessente.*

5 *Administrator Bursæ non potest conuertere pecuniam, nisi in vsum destinatum.*

8 *Distributiones vt debeantur absentibus duo copulatiuè concurrere debent, iusta causa, & licentia superioris, quæ debet esse expressa, & non sufficit tacitus consensus.*

DECISIO CLIV.

DOmini resoluerunt contractum initum inter Capitulum, & Hieronymum non debere sortiri effectum respectu distributionum, & Anniuersariorum, quæ Beneficiatis debentur ex dispositione statuti Bertrandi, quicquid enim sit de distributionibus, quæ ad solum Capitulum spectant ex particulari ipsius Capituli bursa, quicquid etiam sit de portione, quæ ex bursa cum Beneficiatis communi ipsi Capitulo debetur, de quibus non est quæstio quoad illam, quam ex dicta bursa secundùm statutum Bertrandi lucrantur Benefi-
1 ciati interessendo Anniuersariis, † non potuit Capitulum ex sua conuentione habilitare Hieronymum, vt eas
a in absentia lucretur, [a] cùm enim portio absentis accrescat non solùm illis de Capitulo, sed etiam singulis Beneficiatis interessentibus, Franc. *in c. vnic. §. qui verò, num. 4. de cler. non resid. in 6.* non accedente Beneficiatorum consensu non potuit ipsis per Capitulum inferri aliquod præiudicium, *l. in heredibus. C. fam. hercis. l. si*
2 *vnus. §. ante omnia, ff. de pact.* præsertim, † quia tales di-
b stributiones nunquam debentur non interessenti, [b] nisi in casu infirmitatis, seu iustæ, & rationabilis corporis necessitatis, aut euidentis vtilitatis Ecclesiæ, *d. c. vnic.* & dixit Rota coram Cantuccio in Valentina emolumentorum 16. Octobris 1585. si non adest consuetudo Ec-
3 clesiæ aliter statuens, vt habetur *in d. c. vnic.* † Non obstat, quòd Hieronymus debeat haberi pro præsente, ne aliàs officium suum sit illi damnosum, *cap. cum non deceat. de*
4 *elect. in 6.* † quia, vt dicit text. hoc est verum quoad fructus, non quoad distributiones, licèt enim haberi debeat pro præsente, non tamen pro interessente, vt dicit ibi glos. *in ver. exceptis.* Hoc multò magis verum attenta dispositione Statuti Bertrandi, quæ in pluribus obstat conuentioni Capituli, vt deducunt informantes pro Beneficiatis: Nec est necessarium ingredi materiam admini-
5 strationis, quia † vbi etiam administratio huius bursæ spectaret ad Capitulum, tamen id esset intelligendum quoad vsum destinatum, & non aliter, *l. 1. & 2. §. quoad frumentaria. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. ele. 2.* vbi gloss. *in ver. non ad alium,* & DD. *de religios. dom.* Fuit in his terminis dictum in Valeñ. emolumentorum, 15. Maij 1598. coram Orano; Et fuit sæpius resolutum non posse Capitulum aliquid statuere, quod deuiet à dispositione Statuti Bertrandi.

*ANNOTATIO.*

a Quòd † Capitulum non possit habilitare absentem ad percipiendum distributiones, videndus est latè Garz. *de benefic. par. 3. cap. 2. num. 402. & seq. & num. 417.* ampliat hoc procedere non obstante consuetudine in contrarium, quam dicit esse corruptelam, *& num. 423. & seq.* refert plures declarationes Sacr. Congregationis, *& nu. 427.* dicit, quòd nec etiam per viam donationis, seu dimissionis talis habilitatio, seu concessio sustinetur, & benè Rota *decis. 61. num. 3. par. 1. in recent.* vbi tamen admittitur, quòd postquàm distributiones sunt quæsitæ, possunt illi, quibus accreuerunt, eas remittere, id est, consentire, ne absens portionem suam perdat, & hoc idem firmauit Rota coram Sanctissimo *infra decis. 182.* 6

b Distributiones † non, nisi interessentibus, dantur, prout vltra iuris communis dispositionem disposuit Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 12. §. distributiones,* Seraphin. *decis. 1131. num. 1. & decis. 1140.* 7

Et licèt † quando concurrit legitima causa absentiæ, debeantur etiam non interessentibus, tamen id est verum, quando vltra causam, concurrit etiam Episcopi licentia, Rota post plures relatos *decis. 608. sub num. 1 par. 1. in recent.* & latè fuit dictum in Asten. Fructuum 0. Ianuarij *1614.* coram R. P. D. Manzanedo, vbi vlterius fuit dictum huiusmodi licentiam debere esse expressam, & non sufficere tacitum consensum, ad quod conferunt tradita per Gonz. *super regul. 8. glos. 47. num. 51.* Hæc tamen licentia Ordinarij non requiritur, quando quis facto Capituli est impeditus residere, hoc enim casu debentur distributiones, etiam si non concurrat alia licentia Episcopi, ne Capitulum ex impedimento per ipsum indebitè præstito lucrum capiat, ita fuit dictum in Salamantina Fructuum Iunij *1617.* coram R. P. D. Remboldo. 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Bononien. Pecuniaria.

*Veneris 20. Februarij 1604.*

ARGVMENTVM.

Berleda an sit mensuranda, & an veniat in numero Tornaturarum venditarum, & Ripa fluminis quæ dicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictio (iuxta) designat confines.*

2 *In venditione includitur quidquid est intra confines.*

3 *In mensura venit totum illud, quod venit in venditione.*

4 *Ripa non est mensuranda, quando tacitè accedit venditioni, secus quando constat expressè esse inclusam in venditione, & num. 14.*

5 *Berleda, quando est notabilis amplitudinis, & est fructifera, est mensuranda.*

6 *Mensurari æquè debet terrenum malum, sicut bonum, in contractu venditionis.*

7 *Berleda stante amplitudine, & vtilitate non potest dici Ripa, sed potius ager quidam ab ipsa diuisus.*

8 *Ripæ dicuntur illi limites, quibus naturalis cursus fluminis continetur.*

9 *Berleda non potest appellari Ripa, quamuis aliquando ob ingentes pluuias flumen excrescens illam inundet pro parte, & forsan in totum.*

10 *Alueus dicitur venter fluminis secundùm naturalem, & consuetum cursum.*

11 *Inundatio dicitur, quando aqua naturalem cursum egreditur.*

12 *Inundatio speciem fundi non mutat.*

13 *In alueo plantationes fieri, nec in eo aliquid immitti potest.*

DECI

## DECISIO CLV.

CVm dubitassem an Berleda debuisset mensurari,&
esset computanda in numero Tornaturarum in in-
strumento venditionis expressarum ; fuit vnanimi DD.
suffragio conclusum affirmatiuè, quia venditio designat
1 flumen pro confine,† vt denotat illa dictio (*iuxta*) Oldr.
*consilio* 49. *numero* 14. Alex. qui in puncto loquitur , &
2 decidit casum istum *consilio* 120 *numero* 6. *libro* 2.† Vnde
Berleda, quæ est citra flumen, in venditione includitur,
*l. Aede sacra.* §. *fin. ff. de contrah. empt. l. si fines. C. de euict.*
3 † & si in venditione venit , vtique & in mensura , Bal.
*in l. Riparum , numero* 2. *ff. de rerum diuis.* Ang. Aret. *in* §.
*Riparum. num.* 2. *Inst. eodem tit.* Nec vim argumenti tol-
4 lit,† quòd Ripæ venditioni accedunt,& tamen non sunt
a mensurandæ,[a] Bar. *in tract. Tyberiadis.* §. *agro, numero* 4.
cum aliis ex aduerso allegatis, quia hoc est, quando taci-
tè accedunt , Rimi. sen. *consilio* 444. *sub numero* 22. secus
quando apparet Ripam in instrumento venditionis in-
clusam, Alex. *d. consilio, numero* 5. *in fine & numero seq. post*
Bal. *in rubr. C. de contrah. empt.* Fab. de Monte *de empt. &*
*vend. quæstione* 6. *sub numero* 15. & satis dicitur inclusa,
dato flumine pro termino , vt concludit Alex. *ibi.* Hoc
consonat, non solùm qualitati rei; sed etiam menti con-
trahentium, quia computata ista Berleda numerus Tor-
naturarum expressus correspondet , aut in modico dis-
5 crepat, si autem non computatur deficit notabiliter. †
Accedit, quòd est notabilis amplitudinis non sine fructu
herbarum , & arborum , ita vt verisimile non sit, quòd
venditor voluerit illam gratis dimittere , nec æquum,
quòd emptor nullo exposito pretio prætendat eam lu-
crari, Ias. *in l. quo minus sub numero* 76. Rip. *numero* 75. *ff.*
*de flumin.* Fab. de Monte *in loco allegato* ; Et licèt non sit
6 ita fructifera, vt aliud terrenum prædij venditi,† tamen
ita debet mensurari terrenum malum, sicut bonum, Bal.
*in l. sicut periculum. numero* 4. *C. de act. empt.* Alex. *d. consi-*
*lio numero* 11. Nec possumus dicere eam fuisse à vendi-
tore reseruatam , tum quia si hæc fuisset intentio , ex-
pressè eam reseruasset, tum quia est inuerisimile ex par-
te vtriusque contrahentis, venditoris enim non interat
hanc solam partem separatam reseruare , nec emptor
passus fuisset venditorem illam retinere in medio sui
prædij, & probauit exitus, quia post venditionem Sab-
batinus ad eam non accessit , nec illa in aliquo est vsus;
Nec potuit Malchiauellus, qui, vt dicunt testes; in hoc
prædio erat multùm versatus , circa hanc Berledam ali-
7 quam ignorantiam prætendere.† Stante etiam amplitu-
dine,& vtilitate Berledæ, vt dictum est, non potest dici
Ripa, sed potius ager quidam ab ipsa diuisus, Bal. *in rub.*
*ff. de rerum diuisione, numero* 25. Alex. *d. consilio numero* 3.
*vers. hoc est magis*, Ias. *in d. l. quominus numero* 70. *ad fin.*
Cepoll. *de Ripa capite* 36. *colum.* 2. *vers. sed dubitari potest.*
Nec etiam potest nominari Ripa . quia vt in planta cer-
nitur,& ex depositione testium colligitur , aliquantum
8 à flumine distat, † & Ripæ dicuntur illi limites, quibus
naturalis cursus fluminis continetur , *l.* 1. §. *Ripa , ff. de*
9 *flumin.*† Et quamuis aliquando ob ingentes pluuias flu-
men excrescens illam inundet pro parte , & forsan in
totum aquis repleat , non ob id Ripa appellari potest,
glossa & Angelus *in d.* §. *Ripa ,* Soc. *consilio* 79. *ante fi-*
*nem versi & ad iura in contrarium libr.* 3. Ripa *in d. l.*
*quominus sub numero* 2. Minus etiam applicantur , quæ
10 de alueo dicuntur , † quia alueus dicitur venter flumi-
nis secundùm naturalem , & consuetum cursum, Bart.
*in tracta. de alueo. circa princ. in verbo naturali , & in ver-*
11 *bo alueo.* Rip. *in d. l. quominus sub numero* 2. † Et quan-
do dictum cursum naturalem egreditur, dicitur inun-
datio , Bat. & Rip. *in dict. locis* , quæ inundatio spe-
12 ciem fundi non † mutat , Bar. *in dict. tract. in princip.*
13 *vers. aliud est*, & nullus dixerit alueum locum , † in
quo sunt plantationes , quia huiusmodi plantationes
in alueo fieri , nec aliquid in eo immitti potest , Bal.
*consilio* 473. *post numerum* 5. *libro* 4. Ad illud quod dicitur
fuisse venditam possessionem terræ aratiuæ , arboratæ,
vitatæ , & pratiuæ , respondet in specie Alex. *d. consilio*
120. *numero* 8. *vers. non obstat , & numero seq.* Alia benè
tolluntur per informantes pro Sabbatino.

*ANNOTATIO.*

a Hæc decisio fuit confirmara coram R. P. D. Coccino Decano 1608.

b Ripa † an , & quando veniat in venditione est videndus 14
Surd. *cons.* 376. *per tot.*



---

## Bononien. Census.

*Veneris 26. Februarij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Si procedit conuentio de transferendo censum de vno corpore ad aliud , præsumitur facta dicta translatio , & non præsumitur reuera nouus census creatus, licèt Notarius attestetur de interuentu actualis numerationis pecuniæ , quia hoc censetur factum solùm pro forma ipsius extinctionis non quod reuera interuenerit pecunia.

*SVMMARIVM.*

1 *Innocentiana sanat terminos nulliter, & malè tentos, & an & quando locum habeat , & numero* 11.

2 *Sufficit , quòd à die Commissionis tot dies effluxerint , quot requiruntur pro eorum seruatione, & num.* 10.

3 *Census extinctio requirit actum retrosimilem, scilicet, actualem numerationem pecuniæ , & num.* 12.

4 *Extinctio census censetur secuta in vim conuentionis præcedentis, de qua apparet.*

5 *Recessum non censetur ab eo, quòd fuit conuentum, præsertim nulla extante causa mutationis.*

6 *Mutatio voluntatis non præsumitur, etiam si longum interuallum temporis intercesserit.*

7 *Incontinenti censetur actus factus, quando intercessit solùm interuallum vnius diei.*

8 *Interesse in materia census est clarum, scilicet, fructus, qui fuissent percepti , si mora in creando census non intercessisset.*

9 *Sub interesse nomine veniunt fructus, & numero* 13.
*Sortem principalem recipiens sibi non præiudicat in fructibus recompensatiuis, & num.* 14.

## DECISIO CLVI.

DOmini vnanimiter censuerunt sententiam Aud.
Cam. esse confirmandam, non obstantibus contra
eam adductis , tàm ex capite nullitatis , quàm ex capite
iniustitiæ. Nullitas enim , quæ deducitur ex eo , quòd
sit lata pendente termino ad articulandum , tollitur per
Innocentianam, † quæ sanat terminos nulliter, & malè 1
tentos, & † sufficit, quod à die commissionis tot dies ef- 2
fluxerint , quot requiruntur pro eorum seruatione.[a] a
Alia nullitas, cui nititur Comes Riccardus, vti condem-
natus ad translationem iuxta formam chirographariæ
promissionis, quæ non ab ipso, sed à Marchione Vgone
emanauit, non placuit, quia Marchio promisit pro d. Co-
mite,& eius ratificatio colligitur ex responsionibus eius-
dem ad positiones Co. Iacobi. De Iustitia etiam sen-
tentiæ liquet , quia extinctio census debebat fieri,
cùm aliàs emptor non emisset prædium , & si nouus

census erat creandns, debnit prius vetus extingui, vnde
cùm ceosus fuisset extinctus, iusta fuit condemnatio ad
translationem censns, vel restitutionem libr. 4. mil.
pretij d. census. Noo obstat attestatio Notarij super ou-
meratione census, & numetatio ipsa, quia hoc fuit fa-
3 ctum pro forma ipsius extensionis census,† quæ requi-
b rit actum priori similem, videlicèt retrouenditioné [b], vt
fuit dictum in Romana census apothecarum 28. Iunij
1574. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & in
Romana census 3. Iulij 1589. coram Bubalo, & sæ-
pius in aliis. Et quòd non fuerit verè oumerata pecunia
4 adest confessio partis, quæ iuuatur ex promissione, † &
conuentione procedenti, in cuius executionem cen-
setur secuta extinctio, *l. 3. §. verum, ff. de manumiss. l. qui in aliena ff. de acquir. hær.* Aym. *consilio* 91. *n.* 9. Alciat. *reg.* 2 *præs.*
23. *& seq.* cum aliis traditis in Romana Pecuniaria de
Buffalinis coram Robusterio 7. Nouembris 1572. præ-
sertim, vt io *d. decisione* dicitur, stante breuitate tempo-
5 ris, & actuum vicinitate. † Non etiam est verisimile,
quòd cùm partes egerint de translatione, voluerint ab
ipsa conuentione recedere, *l. eum qui, ff. de probat. l. cùm hic status in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Alex. *consilio* 133. *numero* 3. *libro* 1. Alciat. *reg.* 2. *præs.* 16 *numero* 1.
præsertim nulla extante causa mutationis, Nat. *consilio*
176. *numero* 4. *in fin.* Nec refert, quòd eadem die non fue-
6 rint facta apocha, & iostrumentum,† quia voluntas ea-
dem durare præsumitur, etiam si longum interuallum
intercesserit, *l. sancimus*, vbi Ias. *numero* 6. *C. de testa.* Dec.
*in l. pacta nouissima. numero* 10. *C. de pact.* Paris. *consilio* 67.
*numero* 25. *lib.* 3. Alciat. *vbi supra sub numero* 1. *vers. quod*
7 *amplia.*† Imò cùm instrumentum fuerit factum sequen-
ti die, non ex interuallo, incontioenti factum dicitur,
Gram. *decisione* 76. *numero* 5. *in fine.* facit in fortioribus
termiois, Aym. *consilio* 156. *numero* 13. Adminiculantur
dicta testium, qui celebrationi instrumenti interuene-
runt. Iustè etiam fuerunt condemnati à die interpella-
tionis ad damna, & interesse propter moram in non con-
8 stituendo nouum censum, † quod interesse est clarum,
videlicèt fructus quos percepisset, si mora non inter-
9 cessisset, & censos fuisset constitutus, † & sub nomine
interesse veniunt fructus, [c] Bal. *in l. si quid pars. numero* 3.
*C. de seruis, & aqu.* Nat. *cons.* 536. *num.* 7.

*ANNOTATIO.*

10 a Serap. *decisione* 525. *numero* 1. *&* 2.† Rota *decisione* 743. *numero* 4. *par.* 2. *in recent.* Fuit dictum in Ripina Parochialis 6. Aprilis 1609. coram R.P.D. Ortembergo.

11 Innocentiana autem non suffragatur,† qoando termini nullo mdo fuerunt tenti Rot *decisione* 6. *numero* 3. inter impress. penes Pacificum *de Saluiano interd. iuxta nouam impressionem.* Verall. *decisio* 149. *nume.* 7. *parte* 3. Item nec Innocentiana suffragatur, quando tantùm temporis interuallum non intercessit, vt termini non potuerint seruari, vt fuit dictum in dicta Ripana Parochialis, & in Compostellana Parochialis coram bon. mem. Orano impress. penes Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 427. item Inoocentiana non habet locum, nisi in Rota, Rota *decisione* 65. *numero* 3. *parte* 4. *in nouissimis, & decisione* 6. inter impress. penes d Pacif. de Saluian. Interd. & fuit dictum in Reatina 27. Iunij 1617. coram R. P.D. Caualerio.

12 b Serap. *decisione* 490. *numero* 1.† Rota *decisione* 56. *numero* 1. *&* 2. *parte* 1. *in recent.* fuit dictum in Romana Census 20. Febr. 1612. coram R. P.D. Pamphilio, & quòd requiratur in extinctione Census retrouenditio, infinitas decisiones ad hoc propositum cumulat Modern. Perus. Cinc. *de cens. parte* 3 *capite* 1. *quæstione* 3. *art.* 1. *numero* 14.

13 c Sub † obligatione ad interesse veniunt etiam fructus, Gabr *consilio* 57. *numero* 3. *libro* 1. Menoch. *consilio* 110. *numero* 55. *libro* 2. Surd. *consilio* 298. *numero* 28. *&* 29. Honded. *consilio* 30. *numero* 29 *in fine lib.* 1. fuit dictum in Britonorien. Saluiani 17. Decembris 1618. coram R.P.D. Pirouano, vbi respondetur ad Couar. *Var. capite* 4. *numero* 2. *vers. primo deducitur*, & fuit etiam dictum in Romana Pecuniaria 2. Aprilis 1618. coram R. P.D. Caualerio, vbi propterea dicitur, quòd possunt fructus peti separatim à sorte principali quod idem etiam latè fuit dictum in Romana pecuniaria 25. Octobris 1621. coram R. P. D. Coccino Decano. Et hæc decisio est valdè magistralis, quia discu-
tit illam conclusionem, an recipiens †simpliciter sortem 14
principalem absque perseueratione aliqua, possit separatim etiam petere fructus recompensatiuos debitos ex æquitate *l. curabit*, & resoluit posse petere reprobatis DD. contrariū tenentibus, & hæc est decisio in illa causa, quam in *annot. ad decisionē* 93. dixi pendere in Rota, & nunquam fuisse resolutam, & post ibi impressa edita fuit; circa quod est videndum, quod dixi *in d. annot.* 39.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Romana Census.

*Lunæ 23. Februarij 1604.*

ARGVMENTVM.

Census acquisitus pro persona nominanda interim residet penes acquirentem, & secuta nominatione transfertur dominium in personam nominatam. Census est contractus diuiduus. Simulatio non præsumitur, nisi probetur, & cum sua causa.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum calumniæ sufficit, quòd semel fuerit præstitum ad instantiam vnius ex conuentis, & hoc sufficit etiam respectu alterius.*
2 *Iuramentum calumniæ non præstatur, nisi fuerit petitum & numero 23. vbi etiam dicitur quòd debet repeti petitio in quolibet actu.*
3 *Numeratio pecuniæ, si interueniat in contractu census satisfit Bullæ, licet pecunia sit aliena.*
4 *Acquirere sibi quis potest ex pecunia aliena.*
5 *Acquirere quis potest alteri ex pecunia propria.*
6 *Numeratio probatur ex attestatione Notarij attestantis de numeratione coram ipso, & testibus facta.*
7 *Emptione facta pro persona nominanda, statim secuta nominatione, est translatum dominium in nominatum, & numero 24.*
*Et creditores nominantis non acquirunt aliquā hypothecam super re taliter empta, & num. 25.*
8 *Confessio, & declaratio non afficit tertium.*
9 *Cedentis confessio post cessionem non præiudicat cessionario.*
10 *Venditoris confessio post venditionem non nocet emptori.*
11 *Nominatione non facta per emptorem qui emit pro persona nominanda, ius remanet penes ipsum emptorem.*
12 *In claris non est locus coniecturæ.*
13 *Instrumentum facit rem certam, & manifestam.*
14 *Contra instrumentum non admittitur probatio præsumptiua.*
15 *Contra instrumentum requiruntur plenæ, apertissimæ, & concludentes probationes.*
16 *Emptores plures census si sint, censetur quilibet pro rata emisse, & tot censentur census, quot personæ.*
17 *Contractus dicitur diuiduus, quando tantam vtilitatem affert pars in parte, quantam totum in toto, & n. 16.*
18 *Fideiussoris obligatio est diuisibilis. & tenet in ea parte, in qua valida est obligatio principalis.*
19 *Simulatio contract. excluditur, vbi constat de veritate actus.*
20 *Simulatio non præsumitur in publico instrumento.*
21 *Simulationis causa probari debet, & nu. 27. vbi vide plura & an, & quando id procedat.*
22 *Nominatio contractus celebrati pro persona nominanda non potest fieri inuito nominato nec absque illius consensu, postquam sequuta est nominatio.*

DECI

## DECISIO CLVII.

FAbius, & Virginius Vrsini die vltima Iunij 1591.
locarunt Philippo Rauennæ Tenutas, quas habe-
bant in agro Nomentano pro pretio affictus, & pactis
prout in instrumento desuper celebrato, & inter alia
quòd deberent capi ad censum scut.32.mil. ex quorum
18. mill. redimererur tenuta Turris Lupari, ex alijs 14.
mil.extinguerentur tot debita locatorum: Die 13. Fe-
bruarii eiusdem anni prædicti locatores imposuerunt
super nonnullis bonis in territorio Nomenti annuum
censum scutorum 2240.quem vendiderunt pro pretio
scutorum 32.mil.Rauennæ conductori ementi pro per-
sona, seu personis per ipsum in pede instrumenti no-
minandis,& de eorum pecunijs. Huic impositioni cen-
sus accessit Illustrissimus D.Lotharius de Comitibus,&
alii plures: Die 18. Aprilis eiusdem anni Rauenna in
calce instrumenti census pro scutis 700. annuis ex pre-
tio scutorum 10.mil. nominauit D. Hieronymum ab
Ecclesia cum declaratione, quòd pro dicta rata emerat
d.censum ex propriis d.Hieronymi pecuniis; De mense
Septembris,& de eodem anno pro scutis 560. annuis
ex pretio scutorum 8.mil.nominauit D.Iacobum Mare-
rium, à quo confessus fuit se reimbursatum de dictis
scutis 8.mil.Egerunt D.Hieronymus ab Ecclesia, & D.
Isabella Priorata relicta Iacobi Marerii respectiuè pro
censibus decursis,& non solutis coram Aud.Cam.con-
tra D.Lotharium,& cõfideiussores, & obtinuerunt re-
laxari mandatum executiuum in vim obligationis Ca-
meralis,à quo cùm fuisset appellatum, & causa in Rota
mihi commissa cum clausula (*si quid exequendum*) dubi-
taui an mandatum sit exequendum, & licèt ad euaden-
dam executionem d. mandati plura opponerentur tàm
respectu validitatis, quàm respectu iustitiæ d. mandati,
illis tamen non obstantibus Domini resoluerunt man-
datum esse exequendum. Nullitates enim obiectæ ex
facto tolluntur, nam defectus mandati cessat ex fide,
1 quæ datur: † Iuramentum calumniæ pro parte D. Hie-
ronymi fuit præstitum instante alio fideiussore, cuius
2 præstatio sufficere debet, respectu etiam D.Lotharij, †
præsertim cùm ab ipso, vel persona ab eo mandatum
a habente non fuerit oppositum,& petitum iurari.[a] Non
obstant latiùs deducta ad eruendam iniustitiam man-
dati,& primò dum dicitur,quòd verè non fuerunt nu-
meratæ pecuniæ personarum nominandarum, vtpote
3 quæ postea ad manus Rauennæ peruenerunt,† & quã-
do vera pecuniæ numeratio non interuenit, census est
nullus ex dispositione Bullæ Pij V. Hæc obiectio visa
est satis leuis,quia verè pecunia fuit numerata vendito-
ribus census,quòd sufficit Bullæ,quæ non curat, cuius
4 sit pecunia numerata, & sicut † de iure potest quis e-
mere,& sibi acquirere ex pecunia aliena, *l. 1. & l. mul-
tum,& l.fin. C. si quis sibi vel alteri.* Bar.*in l. & si instru-
mentum.C.de fid.instr.& iur.hast.fisc. lib.* 10. Bal.*cons.*67.
5 *num.*1. *lib.*5. † ita etiam potest quis ex pecunia propria
pro alio emere,*l.mancipia*,ibi Bal. & alii *c.si quis sibi vel
alteri*.Ad illud, quod dicitur non fuisse integrum pre-
tium solutum,sed tantum scu.18.mil. & propterea non
solùm respectu 14. mil. non solutorum censum non
subsistere,sed etiam quoad residuum scutorum 18.mil.
euanuisse propter indiuiduitatem contractus,& formæ,
quæ in integralitate solutionis pretii consistit, vt in Bul-
la Pii V.fuit dupliciter responsum, Primò non probari
non numerationem integri pretij,imò constare de con-
6 trario ex instrumento, † in quo Notarius attestatur de
numeratione facta coram ipso, & testibus,Bar. *in l. sin-
gularia,n.*22.*ff.si cert.pet.*cũ aliis deductis in Bononieñ.
census 24. Aprilis 1600. coram R. P. D. meo De-
cano. Nec facit declaratio facta inter Vrsinos, & Ra-
7 uennam 24. Decembris † quia cùm iam per no-
minationem fuisset translatum dominium census in
nominatos. Anchar.*cons.*127.*col.*1.*&* 2. Alex.*cons.*232.
*num.* 3.*in fin.& num.seq.lib* 6.Surd.*decis.*226. *num.* 1.[b] b
confessio illa,& illud instrumentum † solùm afficit Vr- 8
sinos,& Rauennam,qui instrumento interfuerunt,non
autem ipsos nominatos,Bal.*in rubr.C.de fid.instr. num.*6.
Ias.*in l.cum aliquis,num.*4.*C.de iure delib* Ruyn.*cons.*115.
*num.*5.*lib.*5. † & confessio cedentis post cessionem non 9
præiudicat cessionario,Bar.Castr.& alij *in l.facta.§.si hæ-
res.ff.ad Trebell.* Alex.*cons.*46. *num.*4.*lib.*5. Paul.de Cast.
*cons.*134.*num.*2.*lib.*2.† sicut etiam confessio venditoris 10
post venditionem non nocet emptori,Cum.*cons.* 155.*n.*
4.*vers. Ad id autem*; Partitæ librorum Rauennæ vi-
dentur facere in contrarium, quia ibi reperitur descri-
pta partita 32.mil.scutorum pro Philippo,in cuius con-
spectu adnotantur census 10.mil.scutorum pro D.Hie-
ronymo,& aliorum 8.mil.pro D. Marerio, & si nihil a-
liud adnotatum reperitur, potest esse ex eo quia nulla
alia persona fuit nominata,† & propterea census susti- 11
nebatur pro parte non nominata in persona ipsius Ra-
uennæ,seu hæredum,ad tradita per Bal.*in l.*1.*in fin.ff.de
pact.* Alex. *d.cons.* 232.*num.*3.*&* 4.Dec.*cons.*543.*nu.*4.
Non obstant plures coniecturæ adductæ pro non inte-
grali numeratione,quia vltra quod sigillatim responde-
tur per informantes,† in claris non est locus coniectu- 12
ris,*l.continuus.ff.de verbor.oblig.*& † sumus in claris pro- 13
pter instrumentum, quod facit rem certam, & manife-
stam,Bar.*in l.*1.*in princ.n.*8.*ff.de nou.oper.nunc.*Dec.*cons.*
36.*sub n.*2.Ruyn.*cons.*128.*n.*1.*lib.*4.Paris.*cons.*104.*num.*
64.*& seqq. lib.* 1. & † probatio præsumptiua contra in- 14
strumentum non admittitur, Dec. qui alios allegat *cons.*
36.*sub nu.*4.*vers.Nec obstat,quòd idem præsumatur*, † sed 15
requiruntur plenæ,apertissimæ,& concludentes proba-
tiones,Beto.*cons.*147.*sub num.*34.*lib.*2.Secundò, quan-
do etiam non fuissent numerata sc.14.mil.non propter-
ea pro residuo corrueret census,quia contractus fuit ce-
lebratus, & census emptus nomine plurium nominan-
dorum ex proprijs ipsorum nominandorum pecuniis,
† & propterea facta nominatione vnusquisque suam 16
portionem est consecutus pro rata pretij soluti,& vide-
tur à principio census diuisus,& actum,vt tantum quis-
que acquireret, quantum portio suæ pecuniæ caperet,
& sic tot videntur census,quot personæ,quòd etiã pro-
batur ex traditis per Bertrand.*cons.*41.*lib.*3.*in antiq.*quẽ
sequuntur Tiraquell.*de retr.conuent.*§.1.*glos.*6.*n.*45. Fo-
let.*de censi.in vers.instrumento gratia.n.*43.arguendo à re-
trouenditione census ad venditionem: Et iste contra-
ctus est diuiduus non solùm ratione rei, sed etiam ra-
tione voluntatis,nam si quærimus de voluntate Vrsino-
rum,& Rauennæ, ea satis fuit declarata in allegato in-
strumento sub die 24.Decembris 1591. si etiam quæri-
mus de voluntate Hieronymi,& Iacobi, non est pariter
dubitandum,cùm ipsi tantùm habeant,si census sit con-
stitutus pro scut.18.mil.quantùm,si esset cõstitutus pro
scut. 32. mil. † & dicitur contractus diuiduus respectu 17
voluntatis contrahentis,quando tantam vtilitatem reci-
pit ex parte respectu partis, quantam in toto respectu
totius.Bar.*in l.qui vsumfructum nu.*4.*ad fin.vers.præterea.
ff.vsufr.leg.*Bal.*cons.*32.*ante n.*2.*l.*2.Aret.*cons.*129.*in prin-
cip.vers.& est ratio.*Alexand.*cons.*143.*sub n.*2.*vers.hoc et-
iam esse indiuiduum.lib.*7.[c] multò magis, quando omissa c
proportione integraliter,& æqualiter tantam affert vti-
litatem pars quantam totum, vt hic.De persona fideius-
sorum non est agendum, † quia fideiussoria obligatio 18
est diuisibilis,& tenet semper in ea parte, in qua valida
est obligatio principalis.Io.Fab *in §.fideiussores.n.* 1. *Inst.
de fideiussor.*.& fideiussoris magis interest obligationem
pro parte tantùm valere,quàm in totum.Interesse enim,
quod prætendit D. Lotharius, est extra instrumentum
census,& nihil habet agere cum emptoribus census, &
ipsius etiam,quatenus fideiussor est, interest esse minus
obligatum quàm fieri potest:Et propterea cessant, quæ

dicuntur de cessatione causæ, pro qua accessit, quia accessio est pura, & simplex, & non correspectiua ad aliquam causam, & emptores census non illum aliter in fideiussorem recepissent. Non obstant, quæ de simulatio-
19 ne dicuntur, † quia vbi constat de veritate actus excluditur præsumptio simulationis, Bal. *in l. qua. ad fin. C. de*
20 *distract. pig.* † & in publico instrumento non præsumitur, Bald. *in cap. illud. circa fin. de præsumpt.* Ias. *in l. si post*
21 *diuisionem. n. 2. in fin. C. de iur. & facti ignor.* † Et non pro-
d batur, prout debet, causa simulationis. [d] Bar. *in l. post contractum. ff. de donat. & consil. 65. colum. 2. vers. secundum est videndum.* Ancha. *consil. 227. in 2. dub.* Paul. de Castr. *cons. 173 post n. 2 lib. 2.* Dec. *consil. 26. sub nu. 6. vers. secundò respondetur.* Cessat etiam quod dicitur de nouatione, quia quicquid sit circa pacta conuenta in contractu locationis eum Rauenna, respectu census non potest conside-
22 rari aliqua nouatio, † nec potuisset fieri sine facto ipsorum nominatorum, & ipsis ignitis. Specul. *de Procurat. §. 1. sub n. 27.* Ronchegal. *in l. 3. in princip. n. 13. ff. de duobus reis.* Alia benè tolluntur per informantes Ex quibus fuit conclusum pro executione mandati, præsertim, quia fuit actum executiuè vigore obligationis Cameralis, quæ non admittit, nisi exceptiones claras, & concludenter probatas.

## *ANNOTATIO.*

23 a Iuramentum † calumniæ si non fuit petitum, eius omissio non causat nullitatem, vt fuit dictum in Burgen. residentiæ 30. Maij 1586. coram Platto, Rot. *decis. 131. num. 5. penes Zacch. de obligat. Camer.* Imò etiam si fuisset petitum, & postea in quocumque actu non esset repetita petitio, censeretur ab ea recessum, & processus sustineretur, vt fuit dictum in Romana pecuniaria de Columna 20. Aprilis 1617. coram R.P.D. Dunozetto; in iudicialibus enim debet repeti protestatio in quolibet actu, Rota post alios *decis. 688. n. 3. par. 1. diuers.*

24 b Secuta † nominatione censetur vsque ab initio ius quæsitum personæ nominatæ, Surd. *decis. 182. num. 18. & seq.* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 22. n. 9.* qui dicit quòd dominium, quod aliàs esset acquisitum nominanti, secuta nominatione resoluitur, & censetur ab initio quæsitum nominato, Rota *decis. 615. nu. 1. par. 1. in recent.* Quod procedit etiam ad effectum, vt contra nominatum executiuè agi possit vigore instrumenti venditionis, perindè ac si esset in eo nominatus, Rota *d. decis. 615. nu. 1. & seq.* & prius etiam fuit dictum in Romana Vineæ 1. Iunij 1611. coram
25 R.P.D. Marquemontio: † hinc etiam est, quòd creditores nominantis non possunt vigore eorum hypothecæ generalis prætendere ius aliquod sequuta nominatione, quia nunquàm censetur res fuisse in bonis nominantis, Surd. *decis. 182. num. 15. vers. nec etiam.* & fuit etiam latè dictum coram eodem Sanctissimo in hac eadem causa in duabus decisionibus, de quibus infra.

26 c Rota † *decis. 709. num. 4. par. 1. diuers.* fuit dictum in Romana Cottiuij 20. Ianuarij 1608 coram Illustrissimo Cardinali Sacrato. & in Romana Pecudum 16. Nouemb. 1611. coram R.P.D. Penia.

27 d Et † quod simulatio requirat causam, Farinac. qui infinitos cumulat *de falsitat. quæst. 162. nu. 153.* Rot. *decis. 5. numer. 4. & decis. 241. num. 10. par. 2. in recent.* & vbi non adducitur causa, non sufficiunt quæcumque coniecturæ. Rota *decis. 307. n. 11. par. 1. in recent. & decis. 677. sub n. 5. vers. vnde applicatur conclusio par. 2. in recent. &* fuit dictum in Bononien. de Montecentiis 2. Decembr. 1613. coram R.P.D. Dunozetto, vbi dicitur Rotam sequi hanc opinionem, & talis causa debet esse probabilis, sufficiens, & verisimilis, Mandel. *cons. 9.* Honded. *cons. 41. num. 28 lib. 2.* Rot. *decis. 413. num. 1. par. 2. in recent.* fuit dictum in Romana Pecuniaria 18. Maij 1615. coram R. P. D. Pamphilio Sufficit tamen quod causa sit à partibus opinata, quamuis non sit vera, cùm simulatio pendeat ab animo, & opinione contrahentium. Rota *decis. 140. n. 4.* impressa penes Farinac. *post 1. lib. Consil. & decis. 21. sub n. 1. inter impress. penes eundem Farin. post 2. lib. Consil.* Notandum tamen est, quòd non debet afferri causa talis, quæ si vera esset potius suaderet, quòd contractus fieri debuerit verè non autem fictè, ita dixit Rota in Bonon. Bonorum de Montecentiis 27. Iunij 1611. coram bo. mem. Penia, & in Romana Fideiussionis 17. Martij 1617. coram bo. mem. Andrea.

Prædicta procedunt solùm quando agitur de probanda simulatione ex præsumptionibus, & coniecturis, secus autem quando clarè constaret de simulatione, tunc enim non requiritur alia causa ad probandam simulationem; Addentes ad Magon. *decis. Lucen. 25. sub litera A*, Gratian. *discept. foren. cap. 600. nu. 19.* prout nec etiam est necessaria probatio causæ simulationis, nisi quando versamur in simulatione, in qua verè nihil agitur, sed contrahentes fictè contrahunt, secus est, quando sub figura vnius contractus volunt facere alium contractum puta pignoris, tunc enim causa est euidens, scilicet, vsurarum fraus, & ideò alia causa non est probanda, Farinac. *de falsit. quæst. 162. n. 139.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

# Tolentinaten. Legati.

*Luna* 8. *Martij* 1604.

## ARGVMENTVM.

Trãsactio restringitur ad causam expressam, & ad id, quod est in lite, non obstantibus verbis generalibus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Transactio super certo iure non comprehendit aliud ius diuersum.*

2 *Præfatio declarat mentem, & intentionem contrahentium.*

3 *Transactio censetur facta super eo, quod est in lite.*

4 *Transactionis verba generalia semper restringuntur ad causam in transactione expressam, & ad illud, super quo erat lis, & n. 6.*
*Limita nisi verba essent adeò generalia, vt salua ratione recti sermonis, talem restrictionem non paterentur, & n. 7.*

5 *Exceptio, & reseruatio non ampliant dispositionem ad ea, quæ aliàs de sui natura non comprehenderentur, vide etiam sub nu. 8. vbi in contrarium referuntur Doctores, & conciliantur opiniones.*

## DECISIO CLVIII.

FVit resolutum transactionem non obstare Lauræ, quia facta fuit super hæreditate Felicis, † & propter- 1
ea non complectitur ius, quod habebat Laura in bonis Alexandri eius viri pro restitutione legati sibi à Lucretia matre relicti, & per Alexandrum exacti *l. si de certa. C. de transact. l. si cùm dies, §. plenum. ff. arbitr.* quòd autem transactio sit facta super hæreditate, colligitur † ex præ- 2
fatione ipsius, ex qua mens, & intentio contrahentium detegitur, *l. 1. in princ.* vbi Bar. *ff. ad Maced. l. fin.* vbi idem Bart. *ff. de hæred. instit.* Corn. qui de transactione loquitur *cons. 267. n. 5. l. 4.* Accedit quòd super hæreditate erat lis, † & transactio censetur facta super eo, quod est 3
in lite, *l. 1. ff. de transact. l. 2. C. eod. tit.* Imol. *in l. de pupillo, §. si pluribus ante fin. ff. de nou. oper. nunc.* Corn. *cõs. 144. sub n. 11. vers. & licèt Bart. lib. 3.* & in transactione expresse legitur, quòd cedit iura sibi, tanquam hæredi competẽtia. Non obstant verba generalia põderata per informãtes pro parisanis, † quia restringuntur ad causam in trã- 4
sactione expressam, [a] Gabr. qui alios cumulat *de reg. iur. conel. 4. n. 21.* & ad illud, super quo erat lis, *l. emptor. §. Lucius,* vbi Bar. & alii *ff. de pact.* Ias. *in d. l. si de certa, n. 4. & sub n. 5.* Bertrand. *cõs. 17. n. 1. l. 1.* Corn. *d. cõs. 267. sub n. 5.* Nat. *cons. 146. n. 13* Non obstat, quòd in cessione facta in trãsactione, Laura excipiat ius suæ dotis, † quia id fuit factũ pro maiori cautione ipsius Lauræ, & nõ ampliat cessionem, vt cõprehẽdat credita alia ipsius Lauræ, quæ de sui

natura

natura non comprehēderet, *l. generali. §. uxori. ff. de usuf. leg.* Soc. *cons. 47. num. 4. lib. 1.* Dec. *in l. 1. num. 21. ff. de reg. iur.* Ruyn. *cons. 18. num. 18. lib. 2.* Mil. *in ver. exceptio*, fuit latè deductum in vna Ferrarienſ. Societatis, 28. Iunij
b 1599. coram R.P.D meo Millino [b].

*ANNOTATIO.*

6 a Et † quòd transactio restringatur ad illud, ſuper quo erat lis, Honded. *conſ. 6. nu. 35. lib. 1.* Mantic. *decis. 245. nu. 13.* vbi dicitur non obstare quibuſcumque verbis tranſactio ſit concepta. Rota *decis. 29. num. 4. par. 2. in recent.* fuit latè dictum in Romana domus 16. Decembris 1613. coram R.P. D. Coccino Decano.

7 Si † tamen verba eſſent adeò generalia, & prægnantia, vt ſalua ratione recti ſermonis, non poſſent restringi, tunc omnia comprehenderet, & quoad ea ſuper quibus adeſt lis, ſuſtinetur in vim tranſactionis, quoad alia verò, ſuper quibus non adeſt lis, ſuſtinetur in vim pacti, & conuentionis, Alexan. *conſ. 11. num. 7. lib. 3.* Hond. *conſ. 49. nu. 34. & 35. lib. 1.* Surd. *decis. 17. ſub num. 4.* Seraph. *decis. 737.* fuit dictum in Romana domorum 15. Martij 1616. coram R P.D. Vbaldo, & *in decis. 286. nu. 7.* coram Sanctiſſ. de qua infra. Sæpè enim fit, vt occaſione tranſactionis ſuper re dubia deueniatur ad generalem quietantiam reſpectu omnium, etiam ſuper certis. Surd. *conſ. 267. nu. 14. & 15.*

8 b Et † quòd exceptio non operetur, quòd comprehendantur ea in diſpoſitione, quæ aliàs non comprehenderentur, Gabr. *de Statut. concluſ. 11. nu. 5.* Surd. *decis. 124. n. 2. verſ. non contradicit,* Rota *decis. 110. num. 3. par. 2. in recent.* ſed hæc concluſio non caret contradictoribus, qui tenent exceptionem ampliare regulam, etiam ad caſus, qui aliàs in diſpoſitione non comprehenderentur, Menoch. *conſ. 87. num 38. & conſ. 312. num. 6.* Gabr. *conſ. 85. nu. 4. lib. 1.* latè Tiraquel. *de retract. lign. ad finem num. 95.* Surd. *decis. 185. nu. 8.* & hæc opinio videtur verior, quando aliàs reſultaret, quòd exceptio eſſet inutiliter, & ſuperfluè appoſita, & contraria opinio procedit, quando hoc abſurdum non ſequeretur, prout benè declarat Tiraquel. *loco prællegato,* & optimè Surd. *conſ. 572. nu. 58. in fine, & 59.*

*Oliuerius Beltramînus.*

---

## Monaſterieñ. Cappellæ.

*Mercurij* 10. *Martij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Priuatæ ſcripturæ non ſtatur in fauorem ſcribentis: Vnio non effectuatur per reſignationem factam in fauorem, ſed ſolùm per reſignationem liberam non obſtantibus quibuſuis clauſulis prægnantibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum non probat poſſeſſionem, quando poſſeſſio eſt plena.*

2 *Libri Collegij non probant in fauorem Collegij.*

3 *Scriptura propria nemo eſt tam priuilegiatus, vt ad ſui fauorem ſtetur.*

4 *Confirmatio non extendit diſpoſitionem ad caſum qui aliàs non comprehenderetur.*

5 *Clauſula* (per ceſſum, vel deceſſum) *intelligitur de ſimplici ceſſione, non de ea, quæ fit ad fauorem certæ perſonæ, & non capit reſignationem ad fauorem, & num. 8.*

*Et tantò magis, quando adſunt ſolitæ clauſulæ ſuſpenſiuæ vnionum, quæ paſſim ſolent apponi in reſignationibus ad fauorem; de quo latè ſub num. 9.*

6 *Reſignatio non affert præiudicium conſiderabile vnioni, eodem num. 9.*

*Reſignatio conditionalis, niſi acquiratur ius reſignatario, non abdicat ius a reſignante, nec inducit vacationem.*

7 *Derogatoriæ clauſulæ non egrediuntur limites principalis diſpoſitionis, ſed vti acceſſoria regulantur ab ipſa diſpoſitione principali.*

10 *Declarant tamen diſpoſitionem.*

### DECISIO CLIX.

POſſeſſio Io. ex reſignatione Vualterij fuit ſatis fir-
mata in deciſione, in qua fuit etiam dictum præ-
tenſam poſſeſſionem anteriorem Collegij non probari
per inſtrumentum, † cùm de tempore inſtrumenti poſ- 1
ſeſſio eſſet plena, & penes Vualterium reſignantē. Nun
obſtant actus poſſeſſorij, qui hodie dantur, † partitæ 2
enim Diarij Collegij productæ eos non probant, *l. exem-
plo, & l. rationi. C. de probat. l. inter chartul. C. de conuen.
fiſci debit. libr. 10.* † & nemo in hoc priuilegiatus exiſtit, 3
vt propriæ ſcripturæ ad ſui fauorem ſtetur, Purpur. *in l.
admonendi, num. 191. ff. de iur. iur.* Vltra quod ex ipſiſmet
ſcripturis apparet Ioannem huiuſmodi actibus non ac-
quieuiſſe, & ſemper contendiſſe pro continuatione ſuæ
poſſeſſionis Non obſtat vnio, quia fuit in gratia Io. ſu-
ſpenſa, & ſicut ipſa vnio non afficit Io. nec etiam afficit
Breue Sanctiſſimi, quod poſt gratiam Io. ſuperuenit, † 4
quia, cùm ſit mera confirmatio vnionis, vnionē non ex-
tendit, nec facit, vt comprehendat caſum, quem non
comprehenderet, ſi Breue non emanaſſet, *l. Aurelius. §.
teſtamento, ff. de lib. leg.* Bal. *in l. aduerſus. in fi. C. ſi aduerſ. rē
iud.* Alex. *conſ. 123. n. 10. lib. 4.* Dec. *in rub. de confir. vtil. vel
inutil. nu. 3.* Ruy. *conſ. 158. nu. 16. lib. 1.* Præterea Breue, &
vnio ipſa quamuis cōprehendant omnem vacationē per
ceſſum, & deceſſum, † tamē intelligitur de ſimplici ceſ- 5
ſione, non de ea, quæ fit ad fauorem certæ perſonæ, Put.
*decis. 353. lib. 1.* fuit latè deductum in Eugubina S. Ste-
phani 17. Martij 1599. coram R.P.D. meo Decano. Et
quòd huiuſmodi verba non capiāt reſignationem in fa-
uorem, eſt decis. Caſſad. *3. de renunc.* Put. *dec. 523. lib. 2.*
Mohed. *decis. 36. de renunc.* Paleot. *decis. 48.* [a] quia reſig- a
natio eſt conditionalis, † & ſi non acquiritur illi, in cu- 6
ius fauorem eſt facta beneficium non vacat. Put. *d. decis.
523.* & alij, & non faciunt clauſulæ derogatoriæ ad di-
ſpoſitiones ab informantibus ponderatæ, † quia regu- 7
lantur ab ipſa diſpoſitione principali, & non egrediun-
tur [b] limites vnionis, & confirmationis. *Clem. 1. de preb.* b
Ant. de Butr. *conſ. 29. poſt princ.* Dec. *conſ. 195. col. 3. verſ.
ſecundò diligenter,* Ruyn. *conſ. 137. nu. 10. lib. 2.* Achil. *de-
cis. 3. num. 4. qui fil. ſint legit.* & propterea operantur di-
ctæ clauſulæ in caſu ceſſionis ſimplicis, non in ea, quæ
ad fauorē eſt facta, ſicut ipſa vnio, vt etiam fuit dictum
in d. Eugubina, ex quibus viſum fuit Dominis non eſſe
à deciſis recedendum.

*ANNOTATIO.*

a Latè † Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt 4. num. 29. & ſeq. & nu* 8
*35. & 37.* & latiùs *lib. 6. quæſt. 5. num. 18. & ſeq.* & in ſpecie
quòd clauſula (*per ceſſum*) appoſita in vnione non purifi-
cetur ex reſignatione facta ad fauorem, fuit latè dictum
in Gerundenſ. Prioratus 11. Maij 1615. coram R P.D. Ve-
roſpio, & in Eugubina Beneficij 15. Martij 1599. corā Car-
dinali Pamphilio, in qua fuit reuocata Deciſio contraria
in eadem cauſa coram eodem, vbi fuerat tentum quòd
reſignatio non impediebat effectuationem vnionis, quæ
deciſio reuocata reperitur impreſſa penes Garziam *de
benef. par. 11. cap. 4. num. 40.*

Et tantò magis †, quia paſſim ex ſtylo Curiæ in reſignatio- 9
nibus ad fauorem apponuntur clauſulæ ſuſpenſiuæ qua-
rumcunque vnionum. Mādoſ. *in Signat. gratiæ in verbo* (re-
ſignationes) *verſ. datur ſuſpenſio,* Pariſ. *de reſignat. lib 2. quæſt.
3. num. 52.* & fuit conſideratum in Spoletana iuriſpatro-
natus 19. Iunij 1581. coram bo. me. Rubeo, & in dicta Eu-
gubina Beneficij coram Card. Pamphilio, & latè in præ-
allegata Gerundenſ. coram R. P. D. Veroſpio. Nec hu-
iuſmodi ſuſpenſio vnionis dicitur afferre præiudicium
conſiderabile vnioni, cùm poſſibile ſit; quòd reſignata-
rius præmoriatur reſignanti, vt cōſiderat Put. *dec. 357. li. 1.*

Pariſ.

Parif. *de resign. lib. 9.quaest.9.nu.9.* & fuit consideratum in dicta Gerundens.& in dicta Eugubina, in qua propterea fuit resolutum non esse necessariam derogationem regulæ de iure quæsito non tollendo. Et ideò etiam huiusmodi clausulæ suspensiuæ vnionum comprehendunt quascumque vniones, etiam Consistorialiter factas, & etiam pro dote, vt fuit dictum in dicta Gerundens. sufficit autem quòd dictæ clausulæ suspensiuæ legantur in litteris, licèt non legantur in supplicatione, vt fuit consideratum in dicta Gerundens. vel & è contra, quòd adsint in supplicatione, licèt non legantur in literis, vt fuit dictum in dicta Eugubina, prout etiam in vtraque decisione Gerundens. & Eugubina respondetur ad aliud obiectum, quòd scilicet huiusmodi clausulæ suspensiuæ apponi soleãt in executiuis, non in suspensiuis: dicitur enim huiusmodi clausulas executiuas tollere defectum subreptionis, & interpretari Papæ intentionem.

10 b Licèt † clausulæ derogatoriæ non amplient dispositionem, tamen illam declarant, Bald. *in l.eam quam.num.36.C. de fideicommiss.* Seraphin. *decis.570.num.4.& decis.716. num.3.& decis.1321.num.5.* Rota *decis.532.nu. 7.par.1.diuers.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nullius Beneficij.

*Mercurij 10. Martij, 1604.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Manutentio est danda ei, de cuius possessione constat.*

2 *Possessio probatur per duos testes deponentes de perceptione fructuum.*

3 *Vnicus testis sufficit ad obtinendam manutentionem.*

### DECISIO CLX.

1 DAndum est mandatum de manutenẽdo Lucæ Antonio, † quia de eius possessione constat, *l.1.§.in-*
a *terdictum autem, ff.vti possid.§.retinenda.Inst. de interd.* ha-
2 bet enim duos [a] testes, qui de possessione concludenter deponunt, etiam cum fructuum perceptione, † *l.Titia,* vbi Bar.& alij, *ff.de sol.l.litibus.C.de agric.& cens. lib. 11.* Aym. *cons. 107.post num. 2.* & cum depositione istorum testium aliàs obtinuit mandatum de manutenendo ab Aud. Cam. sed quia fuit dictum mandatum sine iurisdictione fuisse datum, & nulliter testes examinatos, ideò repetitis testibus in Rota institit de nouo pro mandato de manutenendo, quod Domini sine difficultate dixerunt concedendum.

### *ANNOTATIO.*

3 a Non † solùm duo, sed etiam vnicus solus testis sufficit ad istum effectum manutentionis, Menoch. *de retin.remed.vlt. nu.34.* Gratian. *Disceptat.425.nu.56.* Seraph. *decis.972.& decis.561.in princip.* Rota *decis.214.sub nu.3.par.1. & decis.272. in princip.par.2.in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Affictus Casalis.

*Lunæ 8.Martij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Fideiussori licitum est quid recipere pro mercede suæ fideiussionis ratione periculi, quod subit, quod quantum esse possit, relinquitur arbitrio iudicantis, & vbi non adest periculum, nihil percipere potest.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiussori licitum est recipere aliquid loco mercedis pro fideiussione præstita, discretè tamen, & moderatè, & num.9.*

2 *Et licet recipere duo pro centenario.*

3 *Super hoc non potest statui certa regula, sed solum residet in arbitrio iudicantis.*

4 *Fideiussori merces debet constitui pro modo periculi.*

5 *Fideiussor nullam potest recipere mercedem, si nullum immineat periculum.*

6 *Grauamen, quod erat causa commodi, si cesset, cessat etiam commodum.*

7 *Relationi iurata peritorum hinc inde electorum est standum.*

8 *Periti præferuntur testibus, & num.10.*

### DECISIO CLXI.

FVit in alia positione huius causæ per Dominos fir-
matum licere † fideiussori recipere aliquid loco 1
mercedis fideiussionis [a] præstitæ; discretè tamen, & a
moderatè ex allegatis in decisione, & propterea Rota
aliàs censuit apud Chirog. *decis.64.* † mercatori hac de 2
causa posse solui duo pro quolibet centenario: † Super 3
quo non potest statui certa regula, sed totum residet in
arbitrio iudicantis, Bal. *in l.antiquæ.num.3.in fi.C.ad Vell.*
cùm enim merces constituatur propter dubiam exa-
ctionem debitoris, & periculum imminens fideiussori,
quod gratis suscipere non tenetur, † debet pro modo 4
periculi constitui, Bald. *in d.l.antiqua num.2.in fin.* Io. de
Anan. *in ca.fin.sub n.42.vers.nam habetur respectus. de vsu-*
*ris;* † vsque adeo, vt si certa sit debitoris solutio, nec vl- 5
lum immineat periculum fideiussori, nihil recipere pos-
sit, vt per Couar. *lib.3.var.resol.cap 2.sub num.6* cum aliis
allegatis per informantes, † & facit quia quando graua- 6
men est causa commodi, cessat commodum grauamine
sublato, *l.cũ qui.* vbi Bar. *ff de iure iur.* Rom. *cons.417.n.4.*
Domini autem cõsideratis omnibus cautelis pro indemnitate D.Marij stipulatis (videlicet) obligatione Equitis Crescentij, & alterius in locum Equitis morientis subrogandi ad eãdem indemnitatem, retentione scut. 500. annuorum pretij affictus pro extinctione societatum, & facultate ipsi D. Mario reseruata soluendi ex d. affictu quicquid erit soluendum tàm de sorte principali, quàm de fructibus societatum, attenta etiam reductione à vero, & iusto affictu ob causam d.fideiussionis dixerunt D. Maximilianum, si non in totum saltem multùm excessiuè, & enormiter læsum in reductione, excessiuitas enim; & enormis læsio tergiuersari non potest, cùm propter huiusmodi fideiussionem, affictus sit reductus ad iul.26. cùm ea circumscripta verus, & iustus affictus esset
Iulij 35. vt deponunt concorditer periti hinc inde ele-
cti medio eorum iuramento, quorum relationi † est 7
standum, DD. *in cap.proposuisti,* vbi Abb. *nu.10.* Felyn.
*num.6.de probat.* & fuit latè deductum in Romana Palatij de Incoronatis 11.Maij 1584. coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino, vnde apparet diminutio Iuliorum nouem pro quolibet rubro, quæ quantitas spatio nouem annorum notabiliter excedit summam scutorum 5000. pro qua D. Marius intercessit. Exceptiones datæ contra relationem Chercupini, & sæpius in Rota deductæ non placuerunt Dominis, & benè tolluntur per informantes; testes adducti ad probandam vilitatem pretij affictus casalium propter timorem ban-
nitorum, non benè probant, † & quando probarent 8
præualet iudicium peritorum, Dec. *cons. 489. num. 12.*
cum aliis per Honded. *cons.31 nu.46.lib 1.* [b] Non obstat, b
quòd reductio, & diminutio affictus facta sit non tantùm propter fideiussionem, sed propter alias conuentiones, quia periti retulerunt, etiam consideratis pactis instrumenti, vt in relatione dicitur. Quæ dicuntur

de simula

de simulatione primi contractus non faciunt, quia D. Maximilianus eo non vtitur, nec ab eo deducit excessiuitatem reductionis, sed à liquidatione, & æstimatione facta per peritos.

*ANNOTATIO.*

9 a Et quòd fideiussori † liceat aliquid recipere pro mercede, Rota *decis.679.nu.2.par.1.diuers.* Surd. latè *cons.306.nu.1.& seq.per totum*, Mantic.*de tacit.lib.6.tit.6.num.6.* fuit dictum in Romana Pecuniaria 16.Februa.1607.coram Cardinali Sacrato, vbi fuit dictum considerandam esse qualitatem periculi, & dispendium fideiussoris.

b Seraphin.† *decis.665. num.7.* fuit dictum in Nepesina Executionis 27.Iunij 1601.coram bo.me.Iusto, Mandel. *cons.20.nu.15.* qui dixit hoc procedere, etiam si periti nullam redderent rationem sui dicti.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Viterbień.decursus Aquarum.

*Lunæ 15.Martij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Consuetudo probari debet ab allegante in casu speciali, de quo agitur, etiãsi sit interpretatiua,& non extenditur,neque inducitur ex actu difformi, neque ex vsu vnius tantùm personæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Consuetudinem allegans tenetur illam probare.*

2 *Probari debet in terminis casus controuersi.*

3 *Consuetudo, quæ est contra id, quod est de iure clarum, non potest dici interpretatiua,sed est correctoria,& noui iuris inductiua.*

4 *Consuetudo etiam interpretatiua probari debet in casu speciali,de quo agitur.*

5 *Consuetudinis ratio custodienda est.*

6 *Consuetudo est stricti iuris.*

7 *Consuetudo, vbi non disponit, nec nos disponere debemus.*

8 *Consuetudo non inducitur ex vsu difformi, limita vt num.14.*

9 *Consuetudinem non extare probat vnicus actus contrarius, & num. 15. vbi ampliatur id procedere non obstantibus mille actibus,qui stent pro consuetudine.*

10 *In facultatiuo actu non potest fieri fundamentum ad inducendam consuetudinem,& latè sub num.16.*

*Facultatiua materia quando dicatur,& quando in facultatiuis detur quasi possessio manutenibilis, vide latè sub num.16.*

11 *Tolerantia non ita de facili inducit consuetudinem, multa enim per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium deducantur, exigente iustitia, tolerari non debent.*

12 *Consuetudo non inducitur ex actu vnius tantùm personæ.*

13 *Consuetudinis probatio est valdè difficilis.*

### DECISIO CLXII.

FVit die 17. Nouembris præteriti resolutum Paulonium habere de iure fundatam intentionem super vsu, & dominio totius aquæ, quæ ab occasu Solis in die Mercurij, vsque ad ortum in die Iouis egressa reperitur à Colta magna Respogli etiam illius residui Sco-
1 latura, nuncupari. Et propterea Archidiaconus. † qui,
contrarium prætendens, consuetudini nititur, debet illam probare, gl.*in l.1.in ver. probatis. C.quæ sit longa consuet.*Corn.*con.174.num.5.lib.2.*Paris.*cons.25. nu.18.lib.1.*
2 Rim.sen.*cons.307.nu.16.*† & in specie casus,qui venit in
controuersiam, Oldrad.*consil.237.* Anchar.*cons.339.nu.8.*Aym.*consil. 96. num.4.* Cæs.de Gras. *decis.6. num. 5. de prob.* Nec repugnat, quod ex aduerso dicitur agi de
consuetudine interpretatiua, & de obseruantia, † quia 3
cùm prætensa consuetudo versetur circa id,quod est de iure clarum, non potest dici interpretatiua, sed correctoria potius,& noui iuris inductiua,Paul de Castr.*in l.hæredes palam.§.si quid post,ff.de testa.* Dec.*cons.114.post num.5.* cum aliis apud Aym.*cons 282.sub num 6. vers.*
*Tertiò respondeo, quòd hic non agitur*, † & vbi etiam age- 4
retur de consuetudine interpretatiua,& obseruantia,adhuc illa probari deberet in casu speciali, de quo quæritur, Surd. qui alios congerit,*cons.254.num. 26.* Visum autem fuit Dominis Archidiaconum non probare aliquam consuetudinem, quæ illi suffragetur in casu, de quo agitur;testes enim Paulonij explicitè dicunt, quòd quando quis habet aquam tota vna nocte, vel toto vno die,vel aliqua parte diei,seu noctis,& non habet immediatum successorem, tunc ille fruitur tota aqua, & sic etiam Scolatura,quousque integra fluxerit, & ad destinatum locum peruenerit. Consonant etiam testes Archidiaconi, qui vno ore, & per eadem verba dicunt (*ogn' uno custodisce il suo tempo, & la sua hora, che tocca, nè da alcuno si può pretendere Scolatura, ò ricompensa alcuna, oltre il suo tempo; ancorche habbia l'horto, ò possessione lontana dal principio, & confine dell' acqua, mà subito finito il suo tempo, & la sua hora, subito li può esser leuata, e tolta da colui, che succede, ò vero che ha raggione di pigliarla*) ex
quo clarè colligitur Scolaturam nõ posse à dominio auferri, nisi à successore, vel habente actionem. † Ratio 5
etiam cõsuetudinis,quam afferunt testes, & quæ custodienda est,vt admonet Imperator *in l.1. C.quæ sit long.cõsuet.*ea est, quia alioquin perturbaretur totus ordo diuisionis, & vnus alium impediret, quæ proculdubio non habet locum, nisi quando alter alteri immediatè succedit Vnde cùm Archidiaconus,& Antonius Sprecha eius author nunquam fuerint immediatè successores Paulo-
nij, non possunt vti dicta consuetudine,† quia cùm sit 6
stricti iuris,Bar.*in l.1 §.hoc interdicto ff. de itin. actuq. priuat.*Natt.*cons 555.post nu.5.*in ea nihil suppleri debet extra solitam obseruantiã,† & vbi non disponit consuetu- 7
do,nec nos disponere debemus Bal.*cons.275.circa fin.lib.2.*Aym.*cons 20.nu. 5.* Quod autem Archidiaconus non sit,nec esse possit successor immediatus Paulonij transit sine controuersia,quia finito eius tempore, in ortu solis die Iouis clauditur exitus,vnde aqua ducitur per canale, quod deseruit pro irrigandis prædiis vtriusque, & aperitur alius exitus, & aqua per aliud canale deriuatur ad alios hortos ab istis penitus distinctos, & separatos, in quo canale fluit per totum diem Iouis,& in occasu Solis eiusdem diei aqua redit ad primum canale,& ad Archidiaconum spectat medietas aquæ noctis diei Iouis ab ortu Solis vsque ad occasum. Accedit confessio Archidiaconi ad positiones Paulonij, in qua ipse fatetur, quòd licèt habeat limitatum tempus, vsque ad ortum Solis diei Veneris,tamen quòd aqua ad suos hortos fluit vsque ad 14 & 15. horas diei Veneris,& sic potitur Scolatura,quod confirmat superius dicta. si non habet successorem immediatum,aut alias excludit cõsuetudinem,
† quæ non inducitur ex vsu difformi,[a] Bar.*in l.2.n.22.* 8
*ff. solu.matr.* Dec.*cons.215.num. 2.vers.secundò hoc idem.* a
Afflict.*decis.280.nu.9.* Aym *cons 96.nu 5.*fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli bonorum 27. Iunij 1578. coram Cantuccio,& in vna Melteń.præcedentiæ 5.Decembris eiusdem anni corã Reuerendissimo Patriarcha Alexan-
drino, † & vnicus actus contrarius probat non extare 9
consuetudinem,Bar.*in l.semper in stipulationibus.in fin.* &
ibi Cagnol.*num.12.de reg.iur.* Bero.*cons.5.nu.23.lib.1* [b] b
Griptæ allegatæ nõ inferunt necessariò consuetudinem surripiendi Scolaturã, possunt enim deseruire pro alio vsu, puta pro recollectione aquæ pluuiæ, quæ exit à

Colta

Colta magna,non benè elausa,vel pro aqua , quæ alteri supereſt,aut quæ ex alterius conceſſione , vel permiſſione recipitur. Non obſtant teſtes, qui dicunt Archidiaconum,& ante eum Sprecham fuiſſe vſum iſta Scolatura,quia ſunt etiam teſtes in contrarium , qui dicunt Paulonium fuiſſe potitum aqua per totam horam 14.& 15.vſque quo tota, & integra ad eios hortos fluxerit, vnde forſan hoc fuit ex permiſsione Paulonij , quando
10 ipſi non indigebant tota aqua,† ob id in actu,qui à mera facultate procedit,non poteſt fieri fundamentum ad
c inducendam cooſuetudinem, [c] Calder.*conſ.1.& 3. de conſuet.*Dec.*conſ.175.ſub n.6.verſ.præterea licèt.*latè Rol.*conſ.53.num.38.lib.*2.Et vbi etiam fuiſſet aliqua tolerantia Paulonij, quòd Archidiaconus abſque licentia , &
11 conceſsione vteretur pro ſuo vſu Scolatura, † non tamen per eam eſſet ita de facili iodocta conſuetudo, Iaſon *conſ.192.in fin.lib.*2.multa eoim per patientiam tolerantur,quæ ſi fueriot in iudicium deducta , exigente iuſtiria tolerari non debent , *c.cùm iam dudum. de præb.*
12 Aym.*conſ.96.num.7.* † Vltra quod ex actu vnius perſonæ non benè infertur ad conſuetudinem, ex traditis per Roch.*de conſuet.num.*370.*& ſub n.* 380. Ex quibus,& alijs per informantes adductis fuit concluſum non pro-
13 bari conſuetudinem , † cuius probatio eſt multùm difficilis,vt dicunt Fulgoſ.*conſ.6.in fin.*Dec.*conſ.*215. *nu.* 2. *in fin.*Aym.*conſ.*325.*n.*1.

*ANNOTATIO.*

14 a Si † actus difformes non eſſent inter ſe incompatibiles, tunc eorum difformitas non impediret conſuetudinem, Dec.*conſ.11.n.12.verſ.& aduertendum eſt,* quòd ſecuta fuit Rota *deciſ.356.n.4.par.1.in recent.*

15 b Surd. † *conſ.393. numer.23.&* 24. Scrader. *de feud.par.* 10. *ſect.* 20. *numero* 157. qui plores cumulant quòd procedit etiam ſi mille actus ad inducendam conſuetudinem eſſent geſti, nam vnicus ſolus actus contrarius , vel difformis illam interrumpit,Scrader.*dicta ſect.20.n. 157.in fin.verſ.vſque adeò.*

c Ex actibus facultatiuis non inducitur conſuetudo reſtrictiua liberæ facultatis,Dec.*conſ.8.numer.*4. Surd. *conſ.* 127. *num.*81.Rota *deciſ.778.numer.5.par.2.diuerſ.*Rota *deciſ.* 536. *ſub num.4.par.2. in recent.* Imò in huiuſmodi actibus facultatiuis nec etiam datur poſſeſſio manutenibilis, Rota *deciſ.555.ſub num.1.par.1.in recent.*& hoc procedit non obſtanse quocumque lapſu temporis etiam immemorabili, Surd.poſt alios *conſ.*127. *num.* 82.*in fine,& ſeq.* Vt autem acquiratur poſſeſſio,& inducatur conſuetudo , ſeu præſcriptio,etiam in actibus facultatiuis eſt neceſſe , quòd præcedat prohibitio , ſeu contradictio cum ſubſecuta acquieſcentia,Caſt.*in l.qui luminibus num.* 2. *verſ. ſed tamen ff de ſeruit.vrban.præd.* Seraph.*deciſ.1086.numer.* 1.Rota *deciſ.530.num.2.& 3. par. 2. in recent.*& benè conferunt tradita per Gonzal.*ſuper regul.8.gloſ.5. §. 6. num. 36. & 37.* Verùm,quia ſæpè oritur difficultas,an materia ſit facultatiua,Primò ſciendum eſt,quòd non dicitur materia facultatiua, quando præcedit titulus,quia tunc actus ſequentes præſumuntur facti in vim tituli præcedentis ad excluſionem voluntarii actus, Menoch. *de præſumpt. l. 6. præſumpt.63.*& in ſpecie fuit dictum in Calaguritana Iuris viſitandi de Aquila 13. Februarii 1617. coram R.P.D. Pirouano. Secundò excluditur præſumptio facultatis ex pluralitate actuum per longum temporis interuallum geſtorum,Ripa *in cap. cum Eccleſia.nu.55.de cauſ.poſſ.* Cæſar de Graſſ.*deciſ.1.num 3.de cauſ.poſſ.*Seraph.*deciſ.212. nu. 2.& deciſ.323.num.4.*Fuit dictum in Tuſculana Siluarum 6.Iunii 1616.coram R.P.D Veroſpio , toties enim multiplicata gratia non eſt præſumenda , vt dicit Rota *deciſ. 397.num.3.par.2.in recent.* Tertiò vbi agitur de fauore piæ cauſæ,& diuini cultus,non præſumitur materia facultatiua,Rota *deciſ.470.n 7.in fine par.1.in recent.* Hoc autem eſt aduertendum,quòd licet ſupra dixerim non dari poſſeſſionem manutenibilem in actibus facultatiuis , tamen hoc procedit,quando conſtat clarè,materiam eſſe facultatiuam , nam aliàs ſub prætextu materiæ facultatiuæ non eſt ita de facili manutentio deneganda,niſi præſumptio ſit valdè vehemens,Seraph.*deciſ.323.n.3.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Eluen. Beneficij Sancti Saluatoris.

*Lunæ* 12. *Martij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Animus non reſidendi ex quibus colligatur, & probetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtes nulliter examinati ſine citatione præſtant ſufficientem fumum pro conceſſione remiſſoria,& num.*10.

2 *Animus non reſidendi colligitur , quando quis alibi ſe contulit cum tota familia,& ſupellectilibus,non relicta domo aperta in loco.*

3 *Animus circa reſidentiam colligitur ex euentu ſubſecuto.*

4 *In dependentibus ab animo ſtandum eſt aſſertioni,ac atteſtationi illius , de cuius animi declaratione agitur.*

5 *Animus reſidendi in propria Eccleſia , in qua reſidere quis tenetur,præſumitur.*

6 *Animum talem præſumitur quis habere,qualem de iure habere debet.*

7 *Epiſcopus non dicitur deſinere reſidere in loco , à quo ex accidenti pro peculiari negocio diſcedit.*

8 *In dependentibus ab animo magis ſtandum eſt expreſſæ declarationi illius,de cuius animi declaratione agitur, quàm factis contrarium indicantibus ,& n.*11.

9 *Probatio probationem non excludit,& n.*12.

13 *Conſtare non dicitur de non iure , quamdiu poteſt de contrario doceri.*

### DECISIO CLXIII.

DOMINI recedentes à reſolutione facta 12. Decembris præteriti dixerunt dandam eſſe remiſſoriam Emanoeli; potiſſimum fundameotum fuit ſuper teſtibus ad perpetuam memoriam in partibus examinatis,† qui ad effectū obtinendæ remiſſoriæ præſtant ſuf- 1
ficientem fumum , licet ſint ſine citatione examinati, Caſſad.*deciſ.3.num.2.de dilat.* Peregr.*deciſ.213.lib.1.*fuit dictum in vna Salaman.Parochialis 30. Octobris 1589. coram R.P.D.meo Penia , [a] quinque enim teſtes con- a
teſtes dicunt Epiſcopum, poſtquam fuit creatus Inquiſitor generalis ( quod fuit de anno 1597.) de anno ſequeoti in principio menſis Martij ſe contuliſſe ad ciuitatem Eluen. cum tota familia , & ſupellectilibus oon relicta domo aperta in ciuitate Vlixbonen. cum parte familiæ,& ſupellectilibus;prout antea ſolebat,† ex quo 2
apparet de aoimo non reſidendi in Ciuitate Vlixbonen.ſed Eluen.Bar.*in l.aſſumptio.§. pen. ff. ad Municip. cum concord.*per Menoch.*de arbit.caſ.86.nu.*18. Subdunt etiam teſtes, quòd à dicto tempore citra ſemel tantùm diſceſſit , & ad ciuitatem Vlixbonen. peruenit , ſed id contigit de particulari ordine Regiæ Maieſtatis pro negocio Dei,& Regiæ Maieſtatis ſeruitium continente animo ſtatim poſt completum negocium ad ſuam Eccleſiam redeundi , prout rediit de menſe Decembris eiuſdem anni,& ab inde poſtea non diſceſſit. † Vnde ex 3
euentu colligitur qualis fuerit animus Epiſcopi circa reſidentiam,Bar.*in l.ſi concubina.§.res amotas.nu.* 1 *ff.rer. amot.* Inſuper deponunt Epiſcopum declaraſſe palam,& coram teſtibus ſæpius affirmaſſe intentionem ſuam , & voluntatem reſidendi apud ſuam Eccleſiam,† cui aſſer- 4
tioni,& atteſtationi in eo,quod in animo conſiſtit,videtur omnino ſtandum,*l.qui in aliena.§.fin.ff. de acquir.hæred.*Bar.*in l.ſiue poſſidetis.in ſecunda lectura.num.7.Cod.de probat.*

*prel at.* Bal. *in l. cùm proponas, n.2.C. de bon.auth.iud.possid.* Marsil. *in Rub.C.de probat. n.122.* Soc.*conf.97.n.22. lib.* 4. Addunt etiam testes officium Inquisitoris, quod ademptum fuit de anno 1597. non illum arctasse ad residendum in ciuitate Vlisbonen. magis, quàm in
5 Eluen. aut alibi, & propterea † oritur magna præsumptio, quòd habuerit animum residendi in propria Ecclesia, in qua residere tenebatur, ad tradita per Felyn.
6 *in cap. dilectus, el 2.n.4. de rescrip.*† & talem præsumitur habuisse animum, qualem de iure habere debuit, Aym. *conf.33.n.23.* conferunt latè deducta in Otiolen.beneficiorum coram Illustrissimo Mantica die 6. Martij 1595. Non obstant testes contrarij, qui dicunt de non residentia, & de recessu, & reditu, quia reducuntur ad concordiam cum istis, distinguendo tempora ante annum 1597. & 1598. & de quo tempore non controuertitur non residentia in ciuitate Eluen. sed non loquuntur de anno 1598.& de tempore, quo Episcopus fuit factus Inquisitor generalis: Et licèt aliqui forsan dicant de recessu, & discessu anni 1598. discessus non fuit causa officij, & minus animo residendi in ciuitate
7 Vlisbonen.sed de mandato & pro negotio Regis,† & propterea non ob id desijt residere in Ecclesia Eluen. Archidiaconus, *in c. licèt, n.5. de elect.in 6.* Card. *in clem. 1.quæst.12. de for.comp.* cùm ab ea non dicatur recessisse, *§.in his autem animalibus, Inst. de rer. diuis.* Corn. *consil. 244.sub n.* 18. *lib.* 2. & vbi testes partis aduersæ essent contrarij depositioni horum quinque testium, horum
8 tamen depositio esset præferenda;† cùm deponant de expressa declaratione Episcopi, cui magis statur quàm
b factis contrarium indicantibus,b cùm sim us in his, quę in animo consistunt, Bar. *in l. non solùm, §. morte, n.17.*
9 Ias. *n.14.ff. de non.oper. nunc.* Menoch. *d.cas.86. n.9.*† Et in omnem euentum, non esset tamen deneganda remissoria, cùm probatio probationem non excludat,
c Ægid. *decis. 366.n. 6. & 26.*c

## ANNOTATIO.

10 a Ruyn. † *conf.46. n.10.lib.4.* Verall. *decis. 208. n. 19. par.1.* Seraphin. *decis.585. n.1.* Rota *decis. 18.n.3. par. 2 in recent.*
11 b Hæc conclusio, † quòd magis sit standum declarationi verbali, quàm factis contrarium indicantibus, habet contra se aliam vulgarem conclusionem, quòd facta sunt potentiora verbis, *cap. dilecti filij,* vbi Glos. *in verbo facto, de appellat.* & dixit Rota infra coram eodem Sanctissimo, *decis.147.num.8.* vbi considerarur, quòd sæpè homines dicunt aliter, quàm velint, rarò antem faciunt contra, quod sentiunt, prout etiam dicit Surd. *conf. 370. num.65.* & in his eisdem terminis huius decisionis in materia contrahendi domicilium, quòd magis sit standum factis, quàm contrariæ assertioni verbali, dixit Rota in Cæsaraugustana Pensionis 19. Martij 1585. coram bo. me. Orano; sed potest defendi dictum istius decisionis, quòd habeat locum, quando facta non sunt adeò clara, quia possint etiam recipere interpretationem conformem declarationi verbali.
12 c Hæc conclusio,† quòd probatio probationem non excludat, est satis trita in Rota, Put. *decis.24.n.4.lib.1.& decis. 63.n.1.lib.3.* Seraphin. *decis. 575.n.5.* Rota *decis. 520.n. 4. par.1. diuers.* ob quam rationem Rota solet concedere remissoriam ad probandum contrarium illius, quod ex aduerso fuit probatum, Rota *dec. 158. lib.3.par.3.diuers.* Fuit dictum in Braccharen. Parochialis 14. Aprilis 1606. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato, vbi tamen dicitur tunc pro obtinenda remissoria, requiri maiorem for-
13 mam. Huic † conclusioni est conformis alia, quòd non dicitur constare de non iure, quamdiu possibile est probare contrarium, iuxta decisionem originariam, Bellam. *decis.103.* Rota *decis. 520.num.4. & 5. part. 1. diuers. & decis. 602. num. 2. in fin. par. 2. in recent.* Seraph. *decis. 983. num 5. & 6.*

*Oliuerius Beltraminus.*



Romana nullitatis Contractus.

*Veneris 26. Martij 1604.*

## ARGVMENTVM.

Minor, & Pupillus validè non contrahunt sine authoritate Tutoris, & Curatoris, etiam si contrahunt cum alio Pupillo: Statutum Vrbis 151. *lib.1.* habet locum in omnibus Contractibus, in quibus minor lædi potest: Papa confirmando non comprehendit ea, quę verisimiliter sunt aliena ab eius intentione, & quæ sunt alteri præiudicialia.

## SVMMARIVM.

1 *Pupillus non potest contrahere, nec ex contractu se obligare, nisi interueniente authoritate Tutoris.*
2 *Etiam si sit proximus pubertati.*
3 *Minor sine interuentu Curatoris, non potest validè contrahere.*
4 *Statutum Vrbis* 151. lib. 1. *vltra quatuor contractus in eo expressos, habet locum in quolibet alio, in quo minor etiam indirectè lædi potest, & num.* 11. *vbi dicitur hodie hanc opinionem esse in Rota controuersam.*
5 *Læsio potest interuenire in contractu venditionis.*
6 *Pupillus, etiam contrahendo cum alio Pupillo sine solemnitatibus Statutariis, potest dare de nullitate contractus, quando ipse remaneret in damno, & alter in lucro, sed regulariter non potest dare, & num.* 12.
7 *Defectum non narratum Papa non censetur voluisse sanare.*
8 *Confirmatio non operatur quoad ea, quæ verisimiliter fuerunt aliena à mente, & intentione confirmantis.*
9 *Intentionis defectum non tollunt clausulæ* (quantumuis prægnantes & cuiuscumque generis.)
10 *Confirmationis natura est, vt non intelligatur cum præiudicio tertij.*

## DECISIO CLXIV.

Licèt in aliis positionibus fuerit pro indubitato præsuppositum contractum emptionis cum D. Paulo Æmilio initum fuisse nullum, placuit tamen Dominis pro firmiori, & pleniori causæ discussione, quòd de hoc particulari dubitarem. Et informante tantùm ipso D. Paulo Æmilio, † Rota omnibus idem sententibus dixit contractum, & obligationem esse nullam, 1
iuris enim notissimi est, popillum nec contrahere posse, nec ex contractu obligari, nisi intercedente authoritate Tutoris, *l. obligari, ff. de Auth. tut. l.in causa, l.a 2. ff. de minor. §. Pupillus, Inst. de inut. stipul. not. in §. item admonendi, Inst. quib. alien.lic. vel non.* † Quod obtinet etiam 2
locum in pupillo pubertati proximo, *d.§. Pupillus,* Alex. *conf. 122. n.2. in fin. & n. seq. lib. 6.* Corn. *conf. 241. in princ. lib. 1.* Et quando D. Paulus Æmilius factus esset pubes, ex quo tamen habebat amitam curatricem per Breue Sanctissimi approbatam, & confirmatam, † non 3
potuit sine eius interuentu validè contrahere, *l. si curatorem, C. de rest in integ.* Augetur nullitas istius contractus, quia non accessit consensus proximiorum d.Pauli Æmilij, & aliæ solemnitates requisitæ in contractibus minorum ex forma Statuti Vrbis, *lib. 1. cap. 151.* † quod vltra contractus in eo expressos, habet locum 4
in quolibet alio, in quo minor etiam indirectè lædi possit, Put. *decis 162. numer. 2. lib. 1.* Cresc. *decis 3. de consl.* fuit dictum in Tiburtina Castri Sambuci 22. Februarij 1579. coram Sanctissimo, & in Romana pacti de redimendo 9. Decembris 1588. coram Comitulo,

L & in

& in aliis pluribus relatis in illa Romana releuationis indemnitatis coram R. P. D. Ortembergo 22. Martij
a 1601.* io emptione autem potest † interuenire læsio
5 respectu pretij. & eius excessus, *l. 2. C. de rescind. vend.* Non obstat, quòd inter creditores adsint etiam pupilli,
6 quia vltra quod hoc non apparet † D. Paulus Æmilius, qui propter læsionem agit de damno euitando, potest
b darc de nullitate ex Statuto contra alios pupillos, ᵇqui ex obligatione ipsius lucrum facerent, *l. fin. ex quib. caus. maior. cap. auditis de rest. in integ.* Anchar. *cons. 37. sub n. 2. vers. Nam cum dictus Laurentius*, Rom. *cons. 179. n. 16. circa fin. vers. quia clarum*, Alex. *cons. 155. sub n. 18. vers. faciet secus, lib. 5.* Ias. *in Auth. quas actiones, sub n. 11. vers. sola conclusio, C. de Sacr. Eccles.* Aret. *in §. rursus, n. 3. Inst. de actio.* fuit dictum in vna Anconitana Dotis 27. Nouembris 1598. coram R. P. D. Lancellotto. Nec potest fieri fundamentum in Chirographo Sanctissimi, quia emanauit ad sanandas nullitates processus, & actuum iudicialium, non autem ad tollendas solemnitates requisitas in contractibus tàm ex dispositione iuris communis, quàm ex forma statutorum, & minus ad supplen-
7 dum defectum ætatis, & naturæ, † præsertim quia Papæ non fuit narratus huiusmodi defectus, neque intellexit præiudicium, quod inferebatur D. Paulo Æmi-
8 lio, si eius obligatio debeter sortiri effectum, † propterea non est dicendum confirmationem operari, quod non loquitur, & quod fuit omnino alienum à mente, & intentione confirmantis ex latè deductis in Romana Secretariatus 10. Aprilis 1591. coram Reuerendis-
9 simo Patriarcha, † in qua etiam fuit dictum clausulas quantumuis prægnantes, & cuiuscumque generis non tollere defectum intentionis, nec contra eam operari, quod fuit etiam resolutum in Mediolanen. fructuum 24. eiusdem Mensis coram Illustrissimo Cardinali
10 Blanchetto. † Accedit quòd de natura confirmationis est, vt non intelligatur cum præiudicio tertij, Bald. *in cap. 1. n. 10. de confir. cum multis allegatis*, & fuit dictum in Tirassonen. Prioratus 26. Iunij 1595. coram d. Illustriss. Blanchetto: Ex quibus, & aliis latiùs per informantes deductis, fuit conclusum pro nullitate contractus.

### ANNOTATIO.

11 a Rota † *decis. 591. n. 1. par. 1. in recent. & decis. 434. par. 4. in nouiss. & decis. 8. num. 3. & 4. & decis. 44. n. 5.* inter impress. penes Picum ad Statutum Vrbis, & latè idem Picus ad dictum Statutum Vrbis, *lib. 1. glos. 6. n. 8 & seq.* prout etiam in terminis Constitutionis Marchiæ loquentis in certis contractibus, fuit dictum extendi ad omnes in quibus cadere potest læsio, Rota, *decis. 8. n. 3.* impressa penes Pic. & infra coram eodem Sanctissimo *decis. 260.* Sed hæc conclusio fuit in controuersiam deducta in Romana census Vitalitij coram R. P. D. Buratto, vbi pro contraria parte dicebatur, quòd Statutum non habet locum nisi in contractibus de sui natura læsiuis, v. g. donatione, fideiussione, & similibus, non autem in omnibus in quibus etiam indirectè cadere potest læsio, & hæc causa sæpius fuit proposita, & nunquam resoluta, & si superueniat resolutio Rotæ illam annotabo infra ad *decis. 260.* & ibi latius dicam.

12 b Minor † si contrahat cum alio minore, tunc solemnitates Statutariæ regulariter non requiruntur, Laderch. *cons. 66. n. 1. & 2.* Rota *decis. 557. n. 1. & decis. 558. par. 1. diuers.* fuit dictum in Firmana Restitutionis Dotis 23. Iunij 1603. coram bo. me. Penia, impress. penes Picum ad Statutum Vrbis *decis. 57.* Hoc non procedit, quando vnus agerct de damno, & alter de lucro, tunc enim ille, qui tractat de damno euitando, potest opponere de defectu solemnitatum Statuti, Lamberteng. *super Statut. Mediolanen. ad finem num. 125.* latè Picus ad Statutum Vrbis, *glos. 7. n. 83.* qui plures casus distinguit, Rota *decis. 218. sub n. 6. par. 2. in recent.* & in Romana Census 19. Decemb. 1615. coram R. P. D. Coccino Decano, & firmatur in hac decisione.

*Oliuerius Beltraminus*

## Romana Hæreditatis de Cancellatis.

*Mercurij 15. Maij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis non inducitur ex actibus dubiis, & æquiuocis, & qui possunt referri ad titulum iure familiaris.

### SVMMARIVM.

1 *Habitatio in domo hæreditaria, & exactio pecuniarum ad hæreditatem spectantium, sunt actus æquiuoci non inferentes per necesse ad aditionem, quando etiam referri possunt ad titulum familiaritatis.*
2 *Aditio non inducitur ex actu dubio, & æquiuoco.*
3 *Aditio excluditur ex eo ipso, quòd quis in iudicio nomine aliorum vti hæredum eiusdem hæreditatis simpliciter compareat absque aliqua præseruatione.*

### DECISIO CLXV.

Dubitaui, An probetur Dominicum fuisse hæredem de facto Marij, & Domini negatiõe respondetur, quia actus, qui dantur, non probant concludenter eum esse talem, & stante resolutione facta ad fauorem Isabellæ, & Dominicæ, quòd ipsæ essent hæredes dicti Marij, saltem de facto; argumenta, quæ adducuntur pro Dominico, redduntur æquiuoca; 1 † habitatio enim in domo potuit esse iure familiaritatis, exactio pensionum, & aliarum pecuniarum ad hæreditatem spectantium, potuit ab eo fieri nomine dictarum mulierum, sicuti ipsarum nomine etiam in iudicio sæpius comparuit. Non obstat instrumentum dotale Isabellæ, in quo Dominicus donat ius, & ratam ipsum tangentem in domo, & apothecis, quia non apparet, quæ sit ista portio, & quod ius, ac vnde perueniat; potuit enim esse ius rationc alimentorum, *iux. Auth. licèt, C. de nat. lib. vel portio*, & ius, quod illi competierat vigore testamenti Æmiliæ, in quo ipse dicitur institutus hæres; 2 † vnde vti actus dubius, & æquiuocus non probat illum hæredem Marij, *l. pro hærede in princ. ff. de acquir. hæred.* Aret. *cons. 23. n. 11. vers. secunda ratio est.* Accedit, quòd nullus datur actus, in quo ipse nominet se, aut ab alio nominetur hæres, prout contigit Isabellæ, & Dominicæ, quæ in iudicio egerunt, & fuerunt conuentæ, & expressè hæredes Marij nominatæ, vt fuit dictum in præcedentibus decisionibus: 3 † Et tollit omnem difficultatem comparitio ipsius Dominici nomine ipsarum in iudicio, qui actus mulrùm repugnat suæ prætensæ aditioni; si enim se prætendisset hæredem, vtique non ita simpliciter sine aliqua protestatione, & præseruatione pro ipsis comparuisset. Et ita conclusum non probari Dominicum de facto hæredem Marij, an autem sit de iure, pendet à resolutione legitimitatis, vel illegitimitatis ipsius Dominici.

### ANNOTATIO.

Aditionem hæreditatis non induci ex actu æquiuoco, & ex quibus inducatur, dixi *ad decisionem 98.*

## Hispalen. Beneficij de Gibraleon.

*Veneris 7. Maij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Familiaritas Cardinalis probatur ex rotulo, & ex testibus. Beneficia Cardinalium sunt reseruata etiam obtenta ante familiaritatem, & pro iustificatione subrogationis, quando sumus in reseruatis, sufficit probare Clericatum impetrantis, & obitum defuncti in possessione.

SVMMA

*SVMMARIVM.*

1 *Familiaris Cardinalis quis plenè probatur ex rotulo familiarium iunctis aliis adminiculis, & num. 11.*

2 *Familiaritas probatur ex testibus deponentibus de communi reputatione, & multò magis de certa scientia.*

3 *Reseruata sunt beneficia familiarium Cardinalium.*

4 *Etiam si sint obtenta ante familiaritatem, maximè iuxta regulas modernas, & num. 13.*

5 *Subrogatio gratiosa, vbi non agitur de praiudicio Ordinarij, vel prouisi ab eo, sufficienter iustificatur ex probatione Clericatus subrogati, & obitus defuncti in possessione.*

6 *Clericatus probatur per testes deponentes de publica voce, fama.*

7 *Obitus iustificatur per testes de publica voce, & fama.*

8 *Probatio fama iuncta cum vnico teste deponente de certa scientia, facit plenam probationem.*

9 *Possessio præsumitur continuata vsque ad tempus mortis, etiam ad effectum iustificationis narratiua.*

10 *Familiaritas Cardinalium qualiter, & ex quibus probetur, & quanam sint necessaria, laté deducitur.*

11 *Familiaritate semel probata præsumitur continuata, nisi probetur dissolutio.*

DECISIO CLXVI.

Domini sine aliqua controuersia resoluerunt Reuerendissimum Dominum Centurionem immittendum in possessionem præstimonij, seu simplicis beneficij in Ecclesia loci de Gibraleon, quod vacauit per obitum Hieronymi Hurtado, ex gratiosa subrogatione
1 ad possessionem eiusdem Hieronymi, † quem fuisse fa-
a miliarem ª bo.mem. Cardinalis Dez, apparet ex rotulo per ipsum Cardinalem subscripto, qui iunctis adminiculis familiaritatem plenè, & concludenter probat, vt fuit resolutum in vna Comen. beneficij 18. Martij
2 1596. coram R.P.D. Decano, † pro adminiculo autem dantur tres testes deponentes, tàm de eorum scientia, quàm de communi reputatione, qui per se sufficerent, iuxta *decis.* Put. 134. *lib.* 3. qui testes etiam concludenter deponunt, quòd Hieronymus de tempore, quo erat familiaris Cardinalis, tenebat, & possidebat benefi-
3 cium, de quo agitur; † ex familiaritate autem resultat
4 reseruatio vigore regulæ 3. † quæ capit etiam beneficia
b quæsita ante familiaritatem, ᵇ vt tenuit Rota apud Accorambo. *dec.* 11. *lib.* 2. vbi respondetur rationibus Sarnen. qui contrarium tenuit *in quæst.* 18. *d. reg.* & procedit hodie sine difficultate in terminis reg. modernæ propter verba clara (*quæ obtinent, & in posterum obtine-*
5 *bunt*) quæ non aderant in regulis antiquis. † Stante autem reseruatione, per quam ligatæ sunt manus omnium, & ob id non agitur de præiudicio Ordinarij, vel alterius collatoris, pro iustificatione gratiosæ subrogationis sufficit probatio clericatus Reuerendissimi D. subrogati, & obitus Hieronymi in possessione beneficij, Mohed. *decis.* 327. Put. *decis.* 295. *lib.* 2. fuit dictum coram Gypsio in causa Burgen. de Pancoruo 24. Octobris, & 28 Nouembris 1588. & in Miranden. Parochialis 17. Maij 1600. coram R.P.D. meo Penia, & sæpius in
6 aliis, † Clericatus autem vltra quod est notorius, probatur per testes deponentes de publica voce, & fama, Rot. *decis.* 14. *de probat.* in antiq. Ægid. *decis.* 114. Gui-
7 dop. *decis.* 132. Caput. *decis.* 177. *n.* 8. *par.* 1. † obitus Hieronymi probatur etiam per testes, quorum duo deponunt de publica voce, & fama, qui licèt ad effectum istum sufficerent, Put. *decis.* 266. *in fin. lib.* 3. Mohed. *decis.*
8 3. *de probat.* † iuncti tamen cum altero teste, qui deponit de certa scientia, faciunt plenam, & perfectam probationem, *l.* 3. *§. eiusdem. ff. de test.* Bar. *in l. admonendi n.* 48. *ff. de iur. iuran.* Alex. *cons.* 180. *sub n.* 6. *lib.* 1. Felynus, *in c. veniens, el* 1. *n.* 10. *de test.* Cæs. de Grass. *de decis.* 1. *n.* 2. *de sponsal.* deponunt etiam iidem testes Hieronymum tempore sui obitus fuisse in possessione beneficij, licèt sufficeret, quòd dixerint illum semel possedisse, † cùm 9
præsumeretur continuasse in possessione vsque ad tempus mortis, ᶜ Rot. *decis.* 4. *de prob. ve. in non.* Butr. *in cap.* c
*cùm ad sedem, n.* 25. *prope fin.* vbi etiam Abb. *n.* 16. Imol. *n.* 5. *vers. & ideò de rest. spol.* Alex. *cons.* 33. *in fin. lib.* 3. fuit dictum in Illerden. beneficij 17. Octobris 1594. coram R.P.D. Penia.

*ANNOTATIO.*

a In hac materia probationis familiaritatis Cardinalium: Primò sciendum est, quòd ad effectum reseruationis re-
gulæ tertiæ est † necessaria plena, & concludens probatio 10
familiaritatis. Sarnen. *reg. de benef. vacan. per obitum famil. quæst.* 13. *n.* 6. Simonet. *de reseruat. quæst.* 36. *n.* 5. Veral. *decis.* 147. *par.* 1. Rota *decis.* 584. *n.* 1. *par.* 1. *in recent.* si verò agatur ad effectum iustificationis, leuiores probationes sufficiunt, Rot. *decis.* 645. *n.* 3. *par.* 1. *in recent.* & *decis.* 656. *n.* 8. *par.* 2. *in recentioribus.* Et fuit dictum in Hidruntina Cappellaniæ 6. Aprilis 1617. coram R.P.D. Vbaldo, & in Regien. Cappellaniæ 2. Decembris 1619. coram R.P.D. Caualerio, prout etiam idem esset, si ageretur ad effectum, quòd literæ gratis expediantur, Sarnen. *dicta quæst.* 13. *n.* 6. *in fine.*

Sed licet ad effectum reseruationis requiratur plena probatio, nihilominus non requiritur adeò stricta, quin plena, & concludens dicatur illa, quæ occurrit secundùm casus contingentiam, vt fuit dictum in Hispalen. Archidiaconatus 20. Februarij 1606. coram Iusto, & in Auinionen. Archidiaconatus 9. Iunij & 3. Iulij 1618. coram R.P.D. Buratto, & quæ desumitur ex pluribus concurrentibus, & simul iunctis, Put. *decis.* 134. *lib.* 3. & fuit dictum in dicta Auinionen. in qua optimè ponderatur, quòd familiaritas est difficilis probationis, & in ea contrahenda non solent celebrari instrumenta, nec scripturæ, nec adhiberi solent testes, & ideò ibi dicitur, quòd leuiores probationes ad illam probandam sufficere debent.

Probatur autem familiaritas eo ipso, quòd probatur ex parte familiaris seruitium præstitum Cardinali, & ex parte Cardinalis subministratio victus, seu partis, cùm familiaritas mente, & dente contrahatur, vt tradunt DD. *in cap. fin. de verborum signific. lib.* 6. Sarnen. *dicta reg. de impetr. benefic. per obit. famil.* Cardin. *quæst.* 13. *in princ.* Menoch. *de arbit. casu* 552. *n.* 2. & 5. Rota *decis.* 584. *n.* 3. *par.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Vlixbonen. Beneficij de Azambuca 7. Februarij 1618. coram R.P.D. Pamphilio.

In quo tamen est benè aduertendum; nam Cardinales sæpè retinent domi personas, quibus exhibent victum, siue partem, & illę personę seruiunt etiam Cardinali assistendo sæpè in Cubiculo, seu vt dicitur, Nell'anticamera, & associando Cardinalem ad Consistoria, Capellas, & similia munera, & nihilominus isti non sunt familiares, quia non vti familiares, sed vti vel consanguinei, vel ratione magnæ amicitiæ, vel vti personæ benemeritæ, & literatæ, à Cardinalibus domi retinentur, non autem principaliter vt seruitium præstent, idem Sarn. *d. quæst.* 13. *num.* 10. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 316. & *seq.* qui plures decisiones refert. Et ideò Rota in Vlixbonen. Beneficij 6. Iunij 1614. coram R.P.D. Pamphilio dixit, quòd vltra commensalitatem erat etiam probandus animus, & intentio seruiendi, & ibi propterea resoluitur, quòd quis non erat familiaris, licèt haberet partem, & aliquando etiam honoris, & reuerentiæ causa seruiebat Cardinali. Hinc est, quòd Rota sæpius requisiuit deputationem ad certum seruitium ad effectum, vt constet de familiaritate, prout post plures decisiones relatas dixit Rota *in decis.* 684. *sub n.* 3. *par.* 1. *in recent.* Quod tamen debet intelligi non de certitudine seruitij, scilicet, quòd sit Secretarius, Præfectus domus, Cubiculi, & similia, sed sufficit etiam quòd sit destinatus ad seruiendum, vt vulgò dicitur (*per semplice Gentil'huomo*) assistendo Cardinali, illum associando, vti familiaris, & vti cæteri familiares, cuius generis familiares Cardinales, maximè diuites, & Principes plurimos solent domi retinere, ita optimè dixit Rota coram R. P. D. Buratto, in supra allegata Auinionen. Archidiaconatus 17. Febr. 1617. & etiam in eadem coram eodem 9. Iunij, & 3. Iulij eodem anno 1617.

Testes singolares admittuotur ad probandam dictam familiaritatem, si deponant de actibus in particulari, qui omnes tendant ad probandum in genere familiaritatem, vt fuit dictum in Regien. Cappellaniæ 2. Decembris 1619. coram R. P. D. Caualetio.

11 Liber † etiam rotuli, vbi passim describi solent familiares, maximè confert ad probandam familiaritatē; & licèt de per se solus non probet concludenter familiaritatem, iunctis tamen adminiculis, vt plenè probat Simon de *reseruat. quæst.* 35. *n.* 23. & firmatur in hac decisione, & latiùs Rota *decis.* 584. *n.* 11. *par.* 1. *in recent. & decis.* 416. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.* sicut & è contra sumitor probatio negatiuæ familiaritatis ex eo, qoòd quis non reperiatur descripeus in rotulo aliorum familiatium, vt dixit Rota io Hispalen. beneficij coram bo. me. Litta impressa penes Marches. *de Commiss. tom.* 2. *fol.* 468. non ramen ex hoc resultat plena probatio negatiuæ; cùm libti rotuli non sint de substaotia, & quia in illis scribendis potuit esse error scribentis, Rota *decis.* 619. *n.* 6. & 7. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.* Rota *decis.* 684. *n.* 9. *par.* 1. *in recent.* vbi ramen hoc declaratum fuit noo procedere, si adessent testes, qui deponerent, quòd illi, qui non erant descripti in rotulo, non habebantur pro familiaribus.

Attestatio enim Cardinalis mulrùm confert ad probandam familiaritatem, Rota *decis.* 656. *sub n.* 9. *par* 2. *in recent.* & ad effectum iustificationis plenè probat, quicquid sit ad effectum reseruaoionis, Rota *decis.* 645. *n.* 3. *par.* 1. *in recent.*

12 Semel aotem probata † familiaritate semper præsumitur durare, nisi probetur dissoluta, Sarnen. *dicta quæst.* 13. *n.* 84. Crescen. *decis.* 18. *n.* 1. *de probat*: Rota *dicta decis.* 584. *n.* 2. *& decis.* 643. *n.* 4. *par.* 1. *in recent. & decis.* 656. *n.* 8. *par.* 2. *in recent.* & fuit dictum in d. Vlixbonen. Beneficij de Azambuca 7. Februarij 1618. coram R. P. D. Pamphilio. De dissolutione autem constat, si familiaris fuit pòstea licentiatus, seu ipse recessit à seruitute Cardinalis, Sarnen. *dicta quæst.* 13. *n.* 3. *versic. si verò recederet.* Rota *d. decis.* 584. *sub n.* 2. *par.* 1. *in recent.* oon tamen sufficeret absentia à Curia per modicum tempus pro dissoluenda societate, Calder. *consil.* 8. *de offic. deleg.* Rota *dicta decis.* 656. *n.* 8. *par.* 2. *in recent.*

13 Et quòd beneficia etiam obtenta † ante familiaritatem sint reseruata; tradit Gara. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *n.* 275. vbi dicit hoc procedere etiam respectu illorum beneficiorum, quæ durante familiaritate alterius Cardinalis iam prædefunctis fuerunt obtenta.

b An & quando possessio præsumatur continuata, & ao tertius possit dare de continuatione possessionis, vide quod dixi infra *ad decis.* 307. *sub litera a.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Societatum Officij.

*Lunæ* 10. *Maij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Societates Officij vltra valorem Officij non sustinentur data scientia officialis, & dantis pecunias. Officialis dicitur principalis in Societate respectu dantis pecuniam, non autem ille, qui recognoscit bonam fidem ad partes.

### SVMMARIVM.

1 *Societates officiorum contracta vltra valorem officij, quando concurrit scientia tàm dantis, quàm recipientis, non sustinentur, nisi vsque ad concurrentem valorem officij, & num.* 8.

2 *Et sufficit sola scientia Officialis super cuius officio societas contrahitur, licèt recognitor bonæ fidei huiusmodi scientiam non habuerit.*

3 *Societatis officij contractus consistit inter Officialem, & dantem pecuniam, & num.* 9.

4 *Societati accedentes vti principales, & insolidum non dicuntur socij, non obstante quòd recognouerint bonam fidem.*

5 *Recognitio bonæ fidei non immutat qualitatem principalis obligationis.*

6 *Principalis in contractu censetur ille, qui pecuniam recepit, & num.* 10.

7 *Hoc procedit inter ipsos obligatos, non autem respectu creditoris pecuniam dantis, quia respectu illius censetur principalis Officialis.*

### DECISIO CLXVII.

ANtonius Mainardus sob periculo suæ vitæ dedit
plures pecunias constituentes iosimul summam
scutorum 2700. ad societatem super officio Cursora-
tus Iacobi Mambrillæ valoris scur. 1850. in quibos so-
cietatibus dioersæ personæ recognooerunt booam fi-
dem erga officialem. Dubitaui, præsupposita pro nunc
partita scutorum 1100. de cuius veritate erit viden-
dum, an dictæ societates fuerint in totum validæ, vel
vsque ad valorem officij tantùm, & Domini, nemine
discrepante, resoluerunt societates esse validas, & su-
stineri vsque ad concurrentem valorem officij, cùm
enim adsit scientia tàm dantis pecunias, quàm officialis
recipieotis, succedit decis. R. P. D. mei Millini Roma-
na societatom sub die 29. Ianuarij 1602. in qoa post
longam discussionem fuit resolutum data scientia
vtriusque † contrahentis societates vltra valorem noo 1
sustineri, [a] tàm ex forma constitutioooum summorum a
Pontificum, qoàm ex dispositione iuris communis, in
qua luculenter respondetur decisionibus, quæ hodie
etiam allegaotur in cootrarium, & ferè omnibos, quæ
deducuntur per ioformantes pro totali validitate. Nec
facit quòd in casu d. decisionis noo interuenerint re-
cognitores bonæ fidei, qui interuenerunt in casu, de
quo agitur, & quorum scientia non probatur, † quia 2
fuit respoosum sufficere scientiam Mambrillæ officia-
lis, cum quo Mainardus prudens, & sciens contraxit.
† quia contractus societatū coosistit solùm inter officia- 3
lem, & daotem peconiam, [b] quòd patet ex lectura in- b
strumentorum societatum, & ex natura cootractus so-
cietatis, quæ non potest iniri cum eo, qui rem noo ha-
beat, & sic cum non habente officiom, vt benè per
Gabr. *cons.* 63. *n.* 5. *& per tot. lib.* 2. † & alij accedentes 4
etiam quod se vti principales, & insolidum obligent,
non possuot aliquo modo dici socij, Gabr. *n.* 6. & reco-
gnitio bonæ fidei nihil habet commuue com societa-
te, & oon celebratur cum daote pecunias, sed fit ioter
officialem, & alios accedeotes: quę eò magis procedunt
in societatibos, de quibus agitur, cùm fuerint contractę
inter Mainardum, & Mambrillam officialem sine ali-
qua expressione, quòd alius esset recognitorus bonam
fidem, & recogoitio fuit postea ad partes facta, & pro-
pterea non fuit habitus respectus ad personam reco-
gnoscentem, † & promissio idemnitatis non immutat 5
qualitatem principalis obligationis, nec facit qoòd
alius quàm officialis sit socius, Gabr. *vbi supra sub n.* 7.
*vers. nec refert*: Non obstat, † quòd quando duo obli- 6
gantur, & pecunia ad vnum peruenit, ille, qui pecu-
niam recepit, censetor principalis, ad Glos. *in l. sed &*
*Iulianus, §. si inter duos, ff. ad Maced. & in l. vir vxori, § fin.*
*in glos. vlt. ff. ad Velle.* [c] quia id procedit inter ipsos † ob- c
ligatos, non autem respectu creditoris, & pecuoiam 7
soluentis, Aym. *cons.* 77. *n.* 3. fuit dictum in vna Romana
repetitionis indebiti 16. Nouembr. 1573. coram Robu-
sterio, & io Romana Dohanæ Salis 19. & 21. Iulij 1581.
coram Cantoccio, & recognitores non habuerunt pe-
cuniam à Mainardo, sed ab officiali post societatis con-
tractum perfectum, & fideiussores præstitos in sepa-
rato instrumento, vt per Gabr. *dict. cons. n.* 8.

ANNO

*ANNOTATIO.*

a Societates Officij non sustinentur vltra valorem officij
8 †quia in eo in quo excedunt, deficit subiectum, Boccac. *de societ. n.* 102. & 116. Læonessa super Bulla Pij V. *de societ. offic. vers quartò*, Pacif. *de Salu. interd. inspect. 4. cap. 1. n.* 55. & *seq.* Zacch. *de societ. offic. n.* 68. & hoc de plano procedit data scientia vtriusque contrahentis; prout firmatur in hac decisione, & tradit Castrac. *de societ. offic. cap. 6. n. 7.* Zacch. *loco præallegat. n.* 69. quid autem sit dicendum data ignorantia excessus in dante pecunias, vide latè eundem Zacch. *de societat. offic. n.* 72. & *seq.*

9 b Officialis † in societate dicitur principalis, cæteri verò sunt fideiussores, vt, vltra allegatos in decisione, tradit Hond. *cons. 38. n. 2. lib. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 6. titul. 2. sub n.* 18. Fœlician. *de societ. cap. 29. n.* 66. Zacch. *de societat. offic. n.* 15. & societas tota in officiali consistit, Rota *decis. 15 n.* 9. penes Zacch. *de societ. offic.* vbi propterea resoluitur, quòd pactum, de non molestando officialem est contra substantiam societatis, & propterea etiam disdicta fieri debet officiali, non autem recognoscenti bonam fidem, Castrac. *de societ. cap. 60. n. 8. & 9.* Hond. *d. cons. 38. n. 1. lib.* 1. Zacch. *de societat. num.* 210. & *seq.* vbi limitat, non procedere, stantibus in instrumento societatis istis verbis ( *tàm ipsi officiali*, &c. ) tunc enim dicit posse fieri disdictam, etiam vni ex fideiussoribus, aut recognoscenti bonam fidem post Castrac. & Boccac. per eum allegatos.

10 c Quòd † inter plures obligatos ille censeatur principalis, qui pecuniam recepit, & ad cuius commodum contractus cessit, & cæteri censeantur fideiussores, Roland. *cons.* 64. *n. 5. lib.* 1. Surd. *cons. 150. n.* 57. Mantic. *de tacit. lib. 16. tit. 1 n.* 2. & 3. Vincent. de Franc. *decis. 55. n.* 8. Rota *decis. 153. n. 2. par. 2. diuers. & decis. 112. n. 1. par. 1. diuers.* Rota *decis.* 722. *n. 1. par. 1. in recent.* Hoc autem procedit solùm inter ipsosmet obligatos, secus autem respectu creditoris, cum quo fuit contractum, quia plures obligari, æquè principaliter respectu creditoris, omnes habentur pro principalibus, Roland. *d. cons. 64. n.* 5. Rota *d. decis. 153. n.* 6. Surd. *d. cons. 150. num.* 57.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Pecuniaria.

*Veneris* 14. *Maij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Venditio censetur ad corpus, quando venditor noluit se restringere ad aliquem certum numerum. Conclusio non tractatus attenditur. Ripa est in dominio prædij vicini.

### *SVMMARIVM.*

1 *Venditio censetur facta ad corpus, non ad mensuram, quando venditor noluit se restringere ad aliquem certum numerum, & vsus est verbis* (quantumcunque sit.)

2 *Conclusio non autem tractatus in contractibus est attendendus, & num. 5.*

*Et ideò testis deponens de tractatu non probat., & n. 6.*

3 *Berleda censetur comprehensa in venditione, quando est intra fines designatos in venditione.*

4 *Ripa censetur esse in dominio illius, qui habet vicinum prædium.*

7 *Capitula, & tractatus interpretantur conclusionem.*

*Capitulis an sit magis standum quàm instrumento, & num. 6. & 8.*

### DECISIO CLXVIII.

DOmini vnanimi voto censuerunt esse persistendum in resolutis, omnia enim prius deducta satis sunt sublata in decisione; quæ autem de nouo adducuntur facilè tolluntur. Quod enim Sabbatinum ante celebrationem instrumenti, & conclusam venditionem affirmasse se fecisse mensurare prædium, & repe-



risse esse in totum Tornaturarum centum, cessat tum ex eo, quòd habita ratione Berledæ nihil, vel parum deest de dicto numero, tùm quia, vt in instrumento expressè legitur, & fuit resolutum sub die 14. Aprilis anni præteriti, † venditio fuit facta ad corpus non ad mensuram, & venditor noluit se restringere ad aliquem numerum per illa verba ( *& quantacunque sit* ) ex cons. 1
Alex. 127. *lib. 2. & alijs alleg.* [a] Idem dicitur, dum allegatur eundem Sabbatinum ante venditionem affirmasse a
fundum esse capacem seminis decem, & octo corbium, vltra enim alias rationes, quæ dantur per informantes; † fuit dictum, quòd non attenduntur dicta ante con- 2
tractum etiam in ipsius tractatu, sed quæ in conclusione fuerunt expressa, *l. si voluntati*, vbi Bal, & Salyc. *in 1. not. C. de rescind. vend.* Alex. *cons. 28. num. 3. lib. 1.* Decian. *cons. 488. n.* 10. [b] Non obstat emptio eiusdem prædij fa- b
cta per Sabbatinum de anno 1559. à Maluezio, quia fuit facta ad mensuram pretio in singulas Tornaturas distributo, venditio autem, de qua agitur, fuit, vt dictum est, ad corpus vnico tantùm constituto pretio. Non facit, quòd in venditione non fuerit facta mentio Berledæ, † quia satis fuit comprehensa ex designatione 3
fluminis pro termino, intra quod reperitur, *l. ædes sacra, §. fin. de contr. emp.* Statutum Bononien. nouiter allegatum non facit, quia non impedit, imò expressè statuit, quòd Berledæ per particulares personas retineantur, & sint in earum dominio, licèt ordinet, quòd pro munimine, & manutentione Riparum cogantur illas nullo recepto pretio dimittere, & non est mirùm, si de suo vicini ripas manutenere teneantur, † cùm certum sit 4
eas esse quoad proprietatem illorum, qui vicina habent prædia, *l. riparum, ff. de rer. diuis. §. riparum, Inst. eod. tit.* [c] Cætera benè tolluntur per informantes. c

*ANNOTATIO.*

a Et quod clausula ( *quantumcunque sit* ) ostendat venditionem fuisse factam ad corpus, non ad mensuram; idcircò comprehendat totum intra fines designatum, siue sit maioris, siue minoris quantitatis, vide latè Mart. *in suo Clausulario 1. parte clausula* 108. qui plures cumulat.

b Ex † tractatu non infertur ad conclusionem Decius *cons.* 5
488. *n.* 10. Rot. *decis. 104. n. 6. par. 2. diuers.* & Rota *in recentior. decis. 677. sub n. 3. par. 2.* † & ideò testis, qui inter- 6
fuit tractatui, non autem conclusioni, nihil probat. Surd. *cons. 202. n. 5.* Rota *decis. 187. n. 3. inter impress. post 2. lib. cons. Farinac.* & si in capitulis reperitur aliquid dictum, quod non sit in instrumento, standum est instrumento, & censetur consultò in instrumento omissum, vt fuit dictum coram eodem Sanctissimo, *supra decis. 90. sub n. 15.* † Benè 7
verum est, quòd ex tractatu, & ex contentis in Capitulis desumitur interpretatio Conclusionis. Surd. *decis. 291. n.* 10. & *decis. 238. n. 30. & seq. & cons. 202. n. 19. & seq.* In contrarium, quod scilicet, † si Capitula discordent ab in- 8
strumento, potius sit standum Capitulis quàm instrumento, dicit Alexand. *cons. 156. n. 8. lib. 6.* Surd. latè *decis. 70. per totum, & decis. 288. n.* 41. vbi dicit, quòd in instrumento præsumitur error, & Rota *decis. 114. n. 4. par. 1. in recent.* & recurritur ad Capitula, tamquam ad matricem, & originalem conuentionem, vt fuit dictum in Romana restitutionis dotis 10. Martij 1608. coram Penia, vbi dicitur hoc maximè procedere, quando instrumentum se refert ad Capitula, quia incontinenti non præsumitur mutatio voluntatis, ita ad concordiam possunt reduci dictæ opiniones: Prima enim opinio procedit, quando intercedit longum temporis interuallum inter Capitula, & conclusionem: Secunda verò opinio procedit, quando immediatè post Capitula celebratur instrumentum. Mantic. *de tacit. lib. 3. tit. 4. sub n. 1. 2. & 3.* Item hæc secunda opinio habet locum quando instrumentum se refert ad Capitula, vulgaria enim regula est, quòd standum est magis relato, quàm referenti, Rota *decis. 121. n. 6. par. 1. diuers.* Mantic. *decis. 352. n. 2.*

c Quod procedit etiam si inter Ripam, & prædiū priuatum, intercedat via publica. Surd post alios *cons. 376. n. 1. & 2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Inuentarij de Massainis.

*Veneris 14. Maij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Hęres omittens in inuentario aliquid describere pręsumitur omisisse non dolosè, sed ignoranter, & maximè stante clausula (*cum facultate addendi, si quid apparebit omissum*) & multo magis, quando antequam sit appositum de omissione, fuit illud descriptum.

### SVMMARIVM.

1 *Dolus non præsumitur.*
2 *Dolus debet perspicuis coniecturis probari.*
3 *In inuentario hæres omittens aliquid describere non præsumitur dolosè, sed potius ignoranter omisisse.*
4 *Quod maximè procedit stante clausula, & protestatione (addendi) quæ excludit præsumptionem doli, & an, & quando dicta clausula excuset à dolo, vide num. 12.*
5 *In inuentario excluditur dolus ex omissione, si antequam fuerit de omissione oppositum, fuerit facta descriptio in inuentario.*
6 *Subsequentia inducunt maximum indicium præcedentis animi, tàm quoad bonam fidem præsumendam, quàm ad dolum arguendum.*
7 *Dolus in hærede excluditur ex diligentiis, & perquisitionibus per eum factis in perscrutandis bonis hæreditariis.*
8 *Stabilia de facili latere non possunt, sed se ipsa exhibent.*
9 *Certus quis non potest dici de eo, super quo lis pendet.*
10 *Omissio in inuentorio ita contingere potest per culpam, sicut per dolum.*
11 *In dubio semper debet præsumptio in mitiorem partem, & ideò potius præsumi debet culpa, quàm dolus, & n. 13.*

### DECISIO CLXIX.

DVbitaui, An constet Massainos dolosè omisisse apponere in inuentario bona Talamonis, & Orberelli, & vtraque parte informante Rota amplexa est partem negatiuam, pro Massainis enim stat regula,
1 † quòd dolus non præsumitur, *l. dolum, C. de dol. l. si creditor, C. de pign. act. l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.*
2 Alciat. *reg. 3. præs. 4. n. 1.* † sed debeat perspicuis, seu perspicacibus coniecturis probari, Bal. *conf. 250. num. 1. circa med. lib. 1.* Corn. *conf. 178. n. 21. lib. 2.* Aym. *conf. 8.*
3 *num. 1.* † Et in terminis, quòd omittens describere aliquid in inuentario non præsumatur dolosè, sed potius ignoranter omisisse tradit Alex. *in l. fin. sub num. 2. vers. qua vltima responsio, C. de iur. delib.* Bellam. *conf. 30. num. 6.* cum aliis per Surd. *decis. 222. num. 14.* quibus addit Hercul. *de prob. negat. sub n. 69. vers. quarta conclusio.*
a ᵃ Quod maximè procedit stante clausula, † & prote-
4 statione (*addendi si quid apparebit omissum, & cum ad notitiam peruenerit*) quæ dolì præsumptionem excludit Bal. *in Auth. sed cum testator, n. 18. C. ad leg. Falcid.* Ias. *in l. fin. in princ. sub n. 3. vers. ideò cautela est, C. de iure delib.* Corn. *in d. l. §. licentia, sub n. 10.* Dec. *conf. 633. sub 11.* Rol. *de inuent. par. 3. §. cautus esse debet,* Surd. *d. decis. n.*
b 21. ᵇ Et tantò magis remouetur suspicio alicuius dolo-
5 sę machinationis † quia Massaini, antequam de defectu horum bonorum fuerit oppositum, ea describi fecerunt in ipso inuentario, Bal. *in d. l. fin. §. cum igitur, sub n. 8. vers. esto enim, C. de iur. delib.* Vital. *de clausul. in vers. hil nouari, nuent ar. confecti penden. sub n. 31.* per hoc enim, inquit Baldus, ostendit hæres se malum animum non habuisse in omittendo, ᶜ facit quod ex subsequentibus
6 oritur † maximum indicium præcedentis animi, *l. sed & Iulianus, § proinde, ff. ad Mared. l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1.* Bar. *in l. cætera, § fin. eod. tit.* & ita ad exclusionem fraudis arguit Aym. *conf. 319. n. 11.* sicuti è contra ex subsequentibus colligitur animus dolosæ machinationis, idem Aym. *conf. 143. sub n. 9.* † plurimùm etiam
7 mouerunt Dominos diligentiæ, & perquisitiones factæ in præscrutandis bonis hæreditariis, cùm propterea obtinuerint, & præsentari fecerint monitoriales ad reuelandum, quæ proculdubio repugnant animo occultandi, & celandi bona. † Accedit quòd hæc sunt bona
8 stabilia, quæ vt dicit tex. *in l. 2. C. quando, & quib. quarta par. lib.* 10. facilè latere non possunt, sed se ipsa exhibent, Glos. *in l. quamuis in vers. si mobilis, ff. de pignor. act.* Non obstant literæ, & depositiones super scientia, quia illa non est clara, sed vti de re turbida, & litigiosa, ita vt forsan crediderint, aut dubitarent, an teuerentur describere, vel potius expectare exitum litis, † cùm
9 ante finem non possit dici, quod essent certi, *l. quod debetur, ff. de pecul.* † Tandem omissio ita potuit con-
10 tingere per culpam, sicut per dolum, Bal. *in d. Auth. sed cum testator n* 17. Corn. *in d. §. licentia, n.* 10. qui dicunt, quòd non idem operatur culpa, quod dolus circa omissionem; † In dubio autem in mitiorem partem præsu-
11 mendo (*si quid esset Massainis adscribendum*) quod non videtur per prædicta, præsumenda esset potius culpa, quàm dolus, ᵈ Glos. *in l. 2. §. ignominia, in vers. cur Miles,*
d *in fin. ff. de his qui not. infam.* Bar. *in l. hæ enim, sub n. 3. ff. de suspect. tut.* Alex. *conf. 2. sub n. 7. lib. 3.* Et ita vndequaque semper cessabit suspicio fraudulentæ omissionis. Alia benè tolluntur per informantes.

### ANNOTATIO.

a Rota *decis. 747. la prima, n. 4. par 2. in rec.* vbi canonizatur hæc decisio.

b Surd. † *decis. 216. n. 32.* Rot. *decis. 747. sub n. 4. vers. sed potius, par. 2. in recent.* & fuit dictum in Carpentoracten. Bonorum 18. Decembr. 1617. coram R.P.D. Pamphilio; non tamen ista clausula & protestatio saluo iure (*addendi*) 12
excusaret à dolo, si constaret, quòd hæres scienter, aliquid omisisset describere in inuentario, Surd. *decis. 216. n.* 2. Capr. *conf. 161. n. 24.* & benè Hond. *conf. 34. in fin. lib. 1.* Item nec suffragatur, si postea statim superueniente notitia, hæres non describeret in inuentario, Hond. *conf. 35. sub. n. 19. vers. vel si post lib. 1.* Guidop. *de inuent. sub n. 6.*

c Et ponderauit etiam Rota, *d. decis. 747 la prima, sub num. 4. vers. & cessat omnis dolus par. 2. in recent.*

d Non solùm, † vt mitior pars præsumatur, potius culpa, quàm dolus præsumi debet, sed etiam si dolus pemecesse esset præsumendus præsumi semper debet minor dolus, Gabr. *de malefic. conclus. 2. n. 6.* Rota *decis. 608. n. 3. par. 2. diuers.* Alciat. *reg. 3. præsumpt. 6.* & dixit Rota in Anconitana censuum 30. Aprilis 1621. coram R. P. D. Buratto. 13

*Oliuerius Beltrominus.*

## Bononien. Apothecarum.

*Lunæ 17. Maij 1604.*

Nec Argumento, nec Summario indiget.

### DECISIO CLXX.

DOmini sine aliqua controuersia censuerunt agi de præiudicio filiorum legitimorum, & naturalium Iacobi, dum quæritur an Philippo legitimato debeatur legitima rationibus, de quibus in decisione in hac causa facta 19. Nouemb. præteriti; An autem huiu præiudicio fuerit per dictos filios renunciatum, & renunciati potuerit, & an de eo dare posset Pirrus, reseruarunt videre.

Pennen.

## Pennen.seu nullius Beneficij.

*Veneris 21. Maij 1604.*

Argumentum patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum probat possessionem, quando est capta, dum erat vacans.*

2 *Possessio posterior præsumitur clandestina, nec impedit manutentionem possessori anteriori.*
*Procedit etiam, si anterior sit merè instrumentalis, & posterior sit cum perceptione fructuum, & num. 3.*

### DECISIO CLXXI.

DAndum est mandatum de manutenendo Cioni-
1 no, † qui suam possessionem probat per instru-
a mentum adeptionis ª in vim suæ prouisionis Aposto-
licæ, cùm de eo tempore possessio esset vacans, Rot. *de-
cis. 21. de rest. spol. in antiq.* Caput. *decis. 344. par. 2.* fuit di-
ctum in vna Maceraten. hæreditatis 1. Iunij 1599. coram
R. P. D. Penia, & in vna Sutrina bonorum 15. Iunij
1595. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Non
obstat prætensa aduersarij possessio; quia cùm sit po-
b sterior, ᵇ clandestina præsumitur, † nec potest esse im-
2 pedimento, quo minus possessio Cionini anterior ma-
nuteneatur, *c. licèt causam*, & ibi Doct. *de prob.* Bar. *in l. si
duo, in princ. sub n. 4. ff. vti possid.* cum cumulatis à Me-
noch. *de retin. possess. remed. 3. n. 725.* fuit dictum in Ro-
mana Casalis Monasterij Oddonis 6. Aprilis 1576. co-
ram Cantuecio, & in vna Oxomen. Cappellaniæ 10.
Martij 1589. coram Illustriss. Cardinali Platto, & sæpius
in aliis.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd possessio instrumentalis capta alio non existente in possessione sit manutenibilis, Houd. *cons. 86. n. 30. lib. 2* Rota *decis. 761. n. 1. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Nucerina Prædij 28. Aprilis 1606. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato, & aliàs sæpè, & plura circa hanc materiam possessionis instrumentalis dixi *in annotat. ad decis. 168.*

b Possessionem posteriorem, vti clandestinam non impedire manutentionem, dixi *in annot. ad decis. 40.* & hæc conclu-
3 sio procedit, etiam † si anterior sit merè instrumentalis,
& posterior sit cum perceptione fructuum; vt fuit di-
ctum in Cusentina Cappellæ 26. Octobris 1601. coram
Cardinali Millino, & in Cremonen. Præbendæ 21. Maij
1607. coram Cardinali Lancellotio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana deuolutionis Vinearum.

*Lunæ 14. Maij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Identitas Vineæ ex quibus probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Auctoris assertio probat contra omnes habentes causam ab eo.*

2 *Identitas sufficienter probatur per duos confines.*

3 *Enunciatiua probant stante iuramento, & vide num. 7.*

4 *Enunciatiua probant stantibus adminiculis, & num. 8.*

5 *Testis vnicus iunctis adminiculis probat, & num. 9. vbi vide declarationem.*

6 *Identitas probatur ex leuioribus probationibus, imò etiam ex coniecturis, & num. 10.*

### DECISIO CLXXII.

DOmini censuerunt constare de identitate vinearum, & quòd Galli possideant eam vineam possessam per q. Io. Baptistam Morattum, quàm illam, quæ fuit olim Iacobi Montelli, nam quòd vinea Moratti peruenerit ad Zambellum probatur ex instrumento venditionis vineæ factæ per Iacobum Montellum eidem Thomæ Zampelio, in quo inter alia dicitur vineam ipsius Montolli habere confines ab vno latere bona q. Io. Baptistæ Moratti, nunc Thomæ Zampelli eius ex sorore nepotis post mortem Zampelli omnia eius bona fuerunt subhastata, & deliberata Annibali Marino, & inter alia vinea prædicta cum aliis, quas habebat contiguas in Monte Mario, quarum omnium vinearum medietatem Annibal Marinus vendidit bo. mem. R. P. D. Gallo, & in instrumento venditionis narratur inter vineas venditas adesse illam, quam Thomas Zãpellus emit à Baptista Moratto, vnde cùm habeamus non solùm istam successiuam, & continuatam translationem vineæ, sed etiam expressam asser-
tionem Annibalis authoris D. Galli, † quæ probat con- 1
tra omnes habentes ab eo causam, Aret. *cons. 102. n. 1.*
Ruyn. *cons. 50. n. 53. lib. 1.* Soc. *cons. 13. n. 5. vers. & probatio, lib. 3.* fuit dictum in vna Fauentina bonorum de Nicolutiis 15. Ianuarij 1582. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & sæpius in aliis satis censetur probari identitas. Quoad vineam Iacobi Montelli, res etiam videtur perspicua, quia constat, quòd Montellus illam vendidit Zampello, & Annibal Marinus, qui per subhastationem emit, vt dictum est, omnes vineas, quas vineas Zampellus possidebat in venditione medietatis earumdem, quam fecit D. Gallo, enunciat, quòd in venditione comprehenditur vinea vendita Thomæ Zambello à iuponario, & testes dicunt Montellum fuisse iuponarium; probatur etiam ex verificatione trium confinium, quæ leguntur in concessione facta Zampello, videlicet ab vno latere bona D. Benzoniorum, qui adhuc sunt Domini, ab alio bona Nalonij, in cuius locum successit Claudius Roma, vt constat ex te-
stibus, ab alio etiam vinea Ballati. quæ fuit à D. Gallo
empta, † cùm tamen sufficerent duo confines, Bat. *in* 2
*in l. demonstratio falsa in princ. n. 14. & 15. ff. de cond. & dem.*
Alex. *cons. 233. n. 5. vers. nec ad hoc obstat lib. 1.* Accedit
quòd vinea Iacobi Montelli erat in summitate montis
Marij, vt affirmant testes, & vinea, quæ est in d. summi-
tate, hodie à Gallis possidetur. Non obstat, quòd dici-
tur, verba enunciatiua non probare, quia ista non
sunt verba enunciatiua, sed assertiua, & demonstrant
vineas, quæ in venditione comprehendebantur; † & 3
vbi etiam essent ª enunciatiua probarent, tùm propter a
iuramentum, † tùm propter adminicula, ad latè dedu- 4
cta ᵇ in Mediolanen. simulationis contractus coram b
R. P. D. Ortembergo 10. Decemb. 1603. † Non obstat, 5
quòd dicitur secundum testem esse vnicum, quia iun-
ctis adminiculis probat, ᶜ Aym. *de antiq. tem. 4. par. 5 sed* c
*enim. n. 26. & cons. 73. n. 18.* Caput. *decis. 271. par. 3.* Cæs.
de Grass. *decis. 3. n. 6. de prob.* † Maximè ad probandum 6
identitatem, in qua admittuntur leniores probationes,
imò etiam coniecturæ, vt latè per Rim. *cons. 254. n. 21. &
seq.* & fuit sæpius dictum, ᵈ ex quibus, & aliis latiùs d
per informantes deductis, fuit conclusum probari
identitatem vtriusque vineæ, de quibus in puncto.

*ANNOTATIO.*

a Enunciatiua † verba stante iuramento probant, de quo la- 7
rè Nicol. Gen. *de verb. enunc. lib. 1. quæst. 4. n. 32. & seq.*

b Enunciatiuæ † concurrentibus adminiculis probant Ri- 8
min. Iun. *consil. 314. n. 17.* Achil. *decis. 6. ad fin. de iure patron.* Rota *decis. 130. n. 2. par. 2. diuers. & in recent. decis. 176. n. 5. par. 1.* & hoc procedit etiam si enunciatiuæ emanassent ab interesse habentibus, Rota *decis. 175. n. 3. & decis. 91. n. 2. eadem par. 1. in recent.*

9 c Et quòd vnicus testis iunctis adminiculis, † & circumstantiis facti plenè probet, Farinac. post alios *de testibus, quaest.63.n.35.* Mantic. *decis.325. n.4.* & fuit dictum in Interamnen. Pecuniaria, 12. Iunij. 1606. coram R.P.D. Coccino Decano, & coram eodem Sanctissimo infra *decis. 247. sub n.6.* hæc tamen conclusio non procedit, nisi in ciuilibus, & vlterius est necesse, quòd testis sit omni exceptione maior; ita declarat Farinac. *d. quaest.63. n.36.* qui alios refert.

10 d Et † quòd identitas probetur leuioribus probationibus Rota *decis.119.n.4. & decis.407. & 459. sub n.3.par.1.in recent.* Seraphin. *decis.1209.n.3. & decis.1344.n.1.* & fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Rubeis, 12. Febr. 1618. coram R.P.D. Vbaldo, & tantò magis hoc procedit in antiquis, Seraphin. *decis.462 n.8.* & fuit dictum in dicta Bononien. fideicommissi de Rubeis, vbi etiam fuit dictum, quòd ad istum effectum non est necessaria antiquitas vltra centum annos.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Fauentina Bonorum.

*Lunæ 24. Maij 1604.*

### ARGVMENTVM.

De materia *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* & an, & quando filiis secundi matrimonij liceat patri plus relinquere, quàm primi; & an Statutum de lucro dotis deroget *l. hac edictali.*

### SVMMARIVM.

1 *Minus censetur legatum quando legatum continet conditionem, & dilationem.*

2 *Filiis secundi matrimonij non est prohibitum plus relinquere, quàm primi, modò primi non fraudentur portione legitima, de quo etiam vide latè sub num. 5.11. & 12.*

3 L. hac edictali *loquitur de nouerca, & vitrico, non de filiis.*

4 *Filij ex secundo matrimonio non sunt ita exosi liberis primi matrimonij, cùm sint eorum fratres, sicuti est vitricus & vitrica.*

5 *Filiis secundi matrimonij plus potest relinqui quàm primis, dummodò fiat recta via, non in fraudem, contemplando principaliter personam filiorum, non vitrici, seu vitrici, & n.12.*

6 *Vsusfructus, qui debetur patri, seu matri in bonis relictis filiis, non inducit præsumptionem fraudis in hac materia* l. hac edictali, *quando filij iam non sunt nati.*

7 L. hac edictali, *censetur derogatum ex Statuto Vrbis deferente lucrum.*
*In dubio non censetur per Statuta derogatum d. legi, sed requiritur, vel expressa derogatio, vel quod Statutum sit omninò incompatibile cum dicta lege.*

8 *Confessioni mariti circa dotem receptam non statur in præiudicium filiorum primi matrimonij, cùm præsumatur dicta confessio facta in fraudem* l. hac edictali.

9 *Dos data primo viro censetur eadem data secundo.*

10 *Hac præsumptio non admittitur, vbi agitur de materia* l. hac edictali, *& quando ex primo matrimonio extant liberi, quia tunc requiritur vera probatio dotis, & non sufficit præsumptio.*

### DECISIO CLXXIII.

Laura Caballaria in suo vltimo testamento instituit sibi hæredem vniuersalem Vrsulinam ex secundo matrimonio filiam, & medietatē suæ dotis, quam dixit fuisse lib. quatuor millium, leganit Quintilio eius secundo viro, Beatrici autem, quam ex primo matrimonio susceperat, reliquit ex causa legitimæ lib. 2000. ita vt singulis annis lib. 1000. solui deberent, solutis prius quibusdam legatis, quæ testatrix ad pias causas fecit. Contra huiusmodi dispositionem materoam Beatrix
inter alia opponit de dispositione *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* non tantùm propter vniuersalem institutio-
nem filiæ ex secundo matrimonio viuente adhuc se-
cundo viro, sed etiam propter inæqualitatem quæ in-
tercedit inter legatum factum marito, & illud, quod
fuit ipsi Beatrici relictum, † licèt enim concordent in 1
summa lib. 2000. inæqualitas tamen surgit ex condi-
tionibus, & dilationibus appositis legato Beatricis,
propter quas potest dicere sibi minus relictum, *§. plus,*
*& §. præterea, Instit. de actio.* Azo *in sum. de plus petit. n.*
*1. & 2.* Dec. *cons.46. sub n.1. vers. ex qualitate enim rei,* pro-
pterea dubitaui an esset locus dispositioni *d. l. hac edicta-*
*li.* Et Domini re benè per duas vices discussa, negatiuè
responderunt. Nam quod pertinet ad institutionem
vniuersalem Vrsulinæ, † fuit dictum non esse prohibi- 2
tum plus relinquere filiis secundi matrimonij, quàm
primi, modò non fraudentur portione sibi de iure na-
turæ debita, [a] Bal. *cons.22.n.2. in fin. lib.5.* Paul de Castr. a
*in Auth. si parens, n.2. C. de inoffic. testam.* Dec. *consil.246. co-*
*lum.2.* vbi Add. concordantes cumulant, Ruin. *consil.56.*
*n.2. lib.3* Bertr. *cons.63. n.1. volum.1. par.1. & cons.18. n.2.*
*volum. 3. par. 1.* Bero *cons. 40. sub n. 14. lib.2.* qui dicit
omnes ita præsupponere *in l. hac edictali,* Boer. *decis.200.*
*n. 5.* Dilect. *de arte test. caut. 65. n. 2. tit. de legat.* Franc.
Marc. *decis.21. par.2.* Rol *cons.62.n.29. lib.1.* Decian. *cons.*
*35. sub n.24. lib.1.* Hier. Gabr. *cons.13. sub. n.30. lib.2.* Surd.
*cons. 94. n.69.* Ant. Gabr. *de secund. nupt. concl. 4. n.57.*
Non obstant Salye, & alij allegati in contrarium, quia,
vt dicit Anton. Gabr. *loco allegato,* non loquuntur in le-
gato; sed in stipulatione patris pro filio, licèt aliqui
confundant vtrumque casum, rationem autem diffe-
rentiæ inter vtrumque casum ponit Aym. *consil. 40. cir-*
*ca fin.* vbi dicitur, quòd magis lex suspicatur de fraude,
quando pater stipulatur pro filio propter interpositam
personam, † & ista sententia conuenit non solùm ver- 3
bis *d. l.* quæ semper loquitur de Nouerca, & Vitrico in
parte prohibitiua, sed etiam menti, quia, vt dicit Castr.
& Boer. *vbi supra,* † filij ex secundo matrimonio non 4
sunt ita exosi liberis primi matrimonij, cùm sint eorum
fratres, & ideò non tantùm habent indignari: Et istam
opinionem aliàs secuta est Rota in vna Bononien. hæ-
reditatis coram Illustriss. Blanchetto 26. Maij 1576.
† & hoc procedit, quando recta via non in fraudem 5
relinquitur, Boer. *d. decis.100. n.6.* [b] quod factum vide- b
tur in casu isto, quia non potest dici contemplata per-
sona secundi viri, à quo tempore conditi testamenti
Laura testatrix diuerterat, & per consequens constat,
quòd habebat maritum exosum, Bertrand. *in l. hac edi-*
*ctali, n. 28.* Nec facit, quòd dicitur patri quæri vsum-
fructum bonorum; in quibus est instituta filia, † quia 6
cùm simus in filiis natis, non est credendum, quòd vo-
luerit quæri vsumfructum in fraudem *l. hac edictali,* vt
concludit Paul de Castr. *cons.150. sub n.2. vers. nos loqui-*
*mur, quando superest. lib.2.* & sentit Ruyn. *cons.112. sub n.*
*8. vers. item non obstat, quod actum est lib.1.* Tantò magis,
quia, vt dictum est, sumus in persona exosa. † Quoad 7
legatum factum marito, cùm sit factum pro lucro de-
lato ex dispositione Statuti, res videtur clara, cùm Sta-
tutum expressè deroget dispositioni *d. l.* quam, non est
dubium posse per Statutum tolli, [c] Bald. *consil. 495. n.* c
*9. lib.5.* Socin. *cons. 52. sub n.3. vers. sed quia ista opiniones,*
*lib.3.* Ias. *in Auth. præterea, sub n. 15. vers. pro veritate istius*
*articuli, C. vnde vir. & vxor,* Dec. *cons.19. sub n.2. vers. se-*
*cundus casus.* Paris. *cons. 92. n.10. & 40. lib.3.* Et fuit di-
ctum in illa Bononien hæreditatis. Dubitabat tamen
vnus ex Dominis, quòd non cōstaret de dote, siue eius
quantitate, cùm ad probationem afferatur sola assertio
testatricis in testamento, † cui confessioni ad euitan- 8
dam dispositionem *l. hac edictali,* non videtur standum,
cùm præsumatur facta in fraudem *d. l.* vt dicit Bal. *cons.*
*21. lib.5.* Et licèt Domini responderent hìc satis proba-

ri cx

ri ex eo, quòd dos eiusdem summæ fuerat primo ma-
10 rito constituta, & tradita, † & per consequens censea-
tur eadem data secundo viro, Cyo. *in Auth. sed quamuis, in 3. quæst.* & ibi Salyc. *sub n. 7. C. de rei vxor. act.* Curt. Iun. *in Auth. præterea, post n. 13. vers. secundò limita, C. vnde vir, & vxor*; cum cumulatis per Rol. *de lucro dot. quæst. 75. n. 6.* & tenuit Rota coram Cantuccio in vna Romana fideicommissi, seu supplementi legitimæ 16.
11 Octobr. 1581. hæc † tamen præsumptio non admittitur, vbi agitur de materia *l. hac edictali*, & quando ex primo matrimonio extant liberi, Alexan. *cons. 144. post n. 3. vers. tamen si ex primo matrimonio lib. 5.* decis. Pedem. 21. *n. 22. circa med.* qui alios refert, Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 6. n. 32.* Et in terminis statuti derogatorij *l. hac edictali*, quòd non habeat locum in dote sic præsumpta, sed requiratur vera, & actualis datio, consuluerunt Ias. *consil. 50. lib. 1.* Curt. sen. *cons. 79.* tradit Curt. iun. *in d. Auth. præterea, n. 16.* Menoch. *vbi supra n. 33.* & propterea vellem, si aliunde non probatur, super hoc particulariter partem audire.

## *ANNOTATIO.*

12 a Hanc † quæstionem latissimè tractat Thes. *decis. 170.* & relatis hinc inde copiosissimè auctoritatibus pro vtraque parte, & rationibus *sub n. 24.* dicit, quòd opinio pro filiis primi matrimonij est communior, verior, & æquior, & quòd ipse semper iudicaret pro æqualitate, & subdit, quòd ita crederet Senatum fore iudicaturum, & amplè etiam eamdem quæstionem discussit, Vinc. de Franch. *decis. 435. per totum*, & tandem *sub n. 43.* dicit, quòd Sacrum Concilium discussis omnibus iudicauit pro filiis primi matrimonij.

b Castren. *cons. 150. lib. 1.* Beltrand. *in d. l. hac edictali, n. 10.*
13 Thes. *decis. 170. n. 32.* & † propterea si Vitricus, seu Vitrica erant iam mortui, tunc cùm cesset ratio, quòd intuitu, & ad vtilitatem illorum fuerit relictum filiis secundi matrimonij, valebit relictum, Thes. *d. decis. 170. num. 32. vers. ex hoc videtur.*

14 c Licèt † Statutum possit derogare *l. hac edictali*, nihilominus in dubio non censetur derogare, Rot. *decis. 432. n. 3. par. 1. diuers.* & Rot. *decis. 255. n. 7. par. 4. in recent.* Vincent. de Franch. *decis. 435. n. 20.* vbi dicit, quòd requiritur expressa derogatio. Hinc est quòd Statutum Vrbis 135. *lib. 1.* non censetur derogare, *l. hac edictali*, vt latè resoluit Rota. *decis. 255. par. 4. in recent.* si tamen Statuti dispositio sit omnino incompatibilis cum dispositione *l. hac edictali*, tunc censetur tacitè per Statutum derogatum, & sufficit ista tacita derogatio resultans ex incompatibilitate dispositionis, Roland. *de lucro dotis, quæst. 25. n. 3.* Gabr. *cons. 13. n. 10. lib. 2.* & fuit dictum in Bononien indemnitatis 23. Martij 1618. coram R. P. D. Dunozetto, & in alia Bononien. dotis 26. Maij 1619. coram R. P. D. Buratto.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

# Toletana decimatum de Lucillis.

*Veneris 28. Maij 1604.*

## ARGVMENTVM.

Remissoria in causa profana, prout est causa decimarum, passim etiam sine fumo conceditur data releuantia. Decimæ debentur illi, penes quem est cura animarum, non autem penes quem est nudum exercitium: Remissoria quando non sit concedenda ex eo, quia lite pendente in partibus potuerit ibi fieri probatio.

## *SVMMARIVM.*

1 *Decimarum causa censetur profana ad effectum remissoriæ, & latè num. 7.*
*Causa quæ dicatur beneficialis, & quæ profana, & n. 7.*
2 *Remissoria in profanis conceditur in qualibet instantia etiam sine fumo, dummodò materia sit releuans.*
3 *Decimæ de iure debentur ei, ad quem spectat cura animarum, & ille ad quem spectat exercitium, non habet nisi suam congruam, & num. 8.*
4 *Decimæ præscribuntur per immemorabilem.*
5 *Remissoria in Curia non conceditur super articulis, super quibus poterant lite pendente in partibus examinari ibi testes. Hoc procedit quando petens remissoriam indigebat probatione illorum articulorum, dum causa pendebat in partibus, secùs si tunc non indigebat.*
6 *In iudicio magis attenditur prosecutio, quàm petitio.*

## DECISIO CLXXIV.

FVit conclusum pro remissoria, † quia sumus in cau- 1
sa decimarum, quæ ad istum effectum dicitur pro-
fana,[a] vt fuit dictum in Valētina Decimatum de Gan- 2
dia coram Illustrissimo Pamphilio 23. Februarij 1601.
† & in profanis in qualibet instantia remissoria conce- 2
ditur, etiam sine fumo, dummodò sit releuans, Put. *decis. 101.* Caput. *decis. 68. par. 3.* fuit dictum in Comen. Decimarum 28. Iunij 1602. coram R. P. D. Sacrato; de releuantia non est dubitandum; articulatur enim, quòd cura loci de Lucillis principaliter residet penes capi-
tulum; † quo probato sequitur omnes decimas ad 3
ipsum pertinere, & aduersarius, ad quem spectabit exercitium non poterit prætendere, nisi suam congruam, Abb. *in cap. extirpanda, §. quia verò in repetitione, 1. 15. de preb.* Articulatur etiam immemorabilis, † quæ 4
sine dubio Capitulo sufficit pro præscribendis decimis, vt fuit dictum in prædicta Valentina Decimatum de Gondia. Nec obstat quod lite pendente in partibus potuerit capitulum testes, quos modò inducit, exami-
nare, † quo casu remissoria concedi non solet, Caput. 5
*decis. 63. par 3.* quia licet in partibus Io. petierit decimas, tamen prosecutus fuit iudicium super congrua,
† in huiusmodi iudicio attenditur magis prosecutio, 6
quàm petitio, Alex. *cons. 114. n. 6. lib. 6.* Caput. *decis. 126. par. 3.* fuit dictum in Romana donationis 5000. 25. & 30. Iulij coram sanctissimo, & propterea capitulum non curabit aliquos testes examinare super articulis tunc datis, quia ad se defendendum contra prætensam congruam illis non egebat, nec probatione immemorabilis, & vbi hodie Io. intendat prosequi iudicium super congrua tantùm, Capitulum renunciabit remissoriæ.

## *ANNOTATIO.*

a Et † quòd decimarum causa reputetur profana ad effe- 7
ctum remissoriæ sæpius Rota dixit, vt penes Put. *decis 324. in fine lib. 2.* & Rota *in recent. decis. 677. n. 1. par. 1.* & fuit dictum in Valentina Decimarum de Gandia 23. Februarij 1607. coram R.P.D. Pamphilio, & generaliter omnes causæ in Rota reputantur profanæ, quando non agitur super titulo beneficij, etiam illæ, quæ de sui natura sunt spirituales, & fori Ecclesiastici, Bellam. *decis. 617.* Veral. *decis. 59. par. 1.* & ideò si agatur de vnione beneficiorum, causa non dicitur beneficialis, sed profana, Seraphin. *decis. 1355. n. 9.* & fuit dictum in Pisaurien. Beneficiorum 4. Iulij 1618. coram R.P.C. Caualerio, & infra etiam coram eodem Sanctissimo *in decis. 561.* sic etiam si agatur de pertinentia Iurispatronatus inter patronos principaliter, causa censetur profana, Achil. *decis. 11. de Iurepatron.* Cæsar de Graff. *decis. 1. n. 9. de dilat.* & fuit dictum in Lucana Iurispatronatus 19. Ianuarij 1611. coram bo. mem. Penia, vbi tamen declaratur hoc procedere, quando principaliter ageretur de iurepatronatus, secus autem quando principaliter ageretur de titulo inter prouisos, & incidenter de Iurepatronatus.

In hac autem materia, quia dari potest casus, quòd respectu vnius partis agatur de titulo, & respectu alterius, non agatur de titulo, sed vel de vnione, vel de alio simili iure

non

non includente titulum, ideò sciendum est, quòd ad hunc effectum cognoscendi, an causa sit beneficialis attendi debet persona actoris, Seraph. *decis.* 990. *n.*4. Rota *decis.* 212. *n.6. par.*1. *in recentioribus*, & ideò si ea parte actoris agatur de titulo, causa est censenda beneficialis, etiam si ex parte rei non prætendatur titulus, & generaliter quòd ad cognoscendam naturam causæ inspiciatur persona actoris, Hond. *cons.*20. *n.*13. *lib.*1. & vide etiam quod dixi *ad decis.* 335. *sub num.* 20.

8 b Et † quòd decimæ pertineant ad illum, penes quem est cura animarum habitu, ille verò qui habet solùm exercitium curæ, non possit prætendere, nisi suam congruam, Mohed. *decis.* 5. *de decim.* Crescent. *decis.*2. *eodem tit.* Veral. *decis.*339. *par.*3. Rota *decis.* 153. *sub n.*2. *&* *decis.* 579. *sub n.* 3. *&* *decis.* 710. *sub n.*3. *par.* 2. *in recent.* & optimè in Aquilegien. Congruæ 23. Ianuarij 1613. coram Cardinali Sacrato, vbi fuit dictum, quòd Capitulum Aquilegien. cui erat vnita Ecclesia Parochialis, & per consequens habebat curam habitu, percipere debebat omnes decimas, & quòd Vicarius non poterat prætendere nisi congruam.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nullius Beneficij.

*Veneris* 28. *Maij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Beneficia simplicia quamuis de iure requirant residentiam, tamen secus est ex consuetudine generali. Beneficium præsumitur simplex, nisi aliud ex Statuto, Consuetudine, vel Priuilegio caueatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Residentiam de iure requirit quodlibet beneficium.*
2 *Ex generali tamen consuetudine beneficia simplicia non requirunt residentiam.*
3 *Beneficium præsumitur simplex.*
4 *Nisi aliud ex Statuto, Consuetudine, vel Priuilegio caueatur.*
5 *Capitulum potest condere Statutum, quòd beneficia simplicia requirant residentiam.*

### DECISIO CLXXV.

FVit conclusum beneficium non requirere residentiam, & sine ea Lucam Antonium lucrari fructus;
1 † licèt enim de iure quodlibet beneficium requirat residentiam, *cap. penul. de cleric. non resid. cap. ad hoc de præb.*
2 † generalis tamen consuetudo obtinuit, vt non procedat in beneficiis simplicibus, Abb. *in cap. extirpandis*, §. *qui verò*, *n.*31. *de præb.* cum aliis per Mandos. *in* 1. *reg. q* 
a 13. *n.*8. Cæs. de Grass. *decis.*4. *n.*3. *de præb.* [a] beneficium
3 † autem de quo est contrrouersia, est simplex, vt præsumitur, Ægid. *decis.* 676. Rebuf. *in prax. sub tit. secul. benef. quotuplex n.* 11. Staphil. *de litte. grat.* 2. *par. tit. de qualit. & stat. benef. in princ.* fuit dictum in vna Calaguritana Congruarum 16. Nouembris 1571. coram Ora-
4 dino, & sæpius in aliis, † nisi aliud ex Statuto, Consuetudine, vel Priuilegio caueatur, Innoc. *in cap. clericus, de cleric. non resid.*
b [b] Ex Breui autem, quod exhibetur, non videtur probatum onus residendi, cùm non constet Breue habuisse effectum, & beneficium, de quo agitur, esse de illis erectis in fructibus parochialis dismembratis.

### *ANNOTATIO.*

a Cum aliis cumulatis per Rotam *decis.* 375. *n.*2. *par.*2. *in recent.* Hoie *de incompa. benef. par.*1. *cap.* 17. *n.*26.

5 b Rota *d. decis.* 375. *sub n.*2. in qua fuit resolutum † quòd Capitulum potest facere d. Statutum, quòd beneficia simplicia requirant residentiam, quia per hoc statutum reuertimur ad ius commune, & de facili vnaquæque res reuertitur ad suum statum antiquum.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Tudertina damnorum datorum.

*Lunæ* 31. *Maij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Sententia, etiam si non sit conformis libello, sustinetur, quando est summariè causa commissa. Præcipitanter an, & quando Iudex dicatur procedere: Mandatum præsumitur ex productione iurium; & ex prosecutione actorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia debet esse conformis libello.*
2 *Quando causa est summariè commissa non attenditur, quid petierit actor, sed quòd appareat illi deberi, & n.*12.
*Et ideò inter mercatores non attenditur quid petitum, sed quod probatum fuit. num.*18.
3 *Verba sententiæ intelligi debent iuxta iuris dispositionem.*
4 *Iudex censetur pronunciasse prout de iure.*
5 *Sententia dicitur præcipitanter lata, quando considerata qualitate causæ, & breuitate temporis verisimiliter Iudex instrui non potuit.*
6 *Sententia non dicitur præcipitanter lata, etiam si intra breuissimum tempus sit lata, quando causa erat iam instructa coram alio Iudice, & commissa fuit in eisdem statu, & terminis.*
7 *Auditores Rotæ omnes habent instructionem causarum coram aliis pendentium, & sententia fertur de consilio omnium Auditorum.*
8 *Mandatum præsumitur ex iurium productione.*
9 *Ratificatio mandati inducitur ex prosecutione actorum, & num.* 13.
10 *In vltimis audientiis ordo est ordinem non seruare.*
11 *Sententia nulla quando est confirmata, non potest amplius impugnari de nullitate, & vide latissimè de hac materia sub n.* 14. 15. *&* 16.
*Et quid si fuerit oppositum de nullitate, num.*17.

### DECISIO CLXXVI.

SEntentiam Rotalem esse confirmandam dixerunt Domini, quia iustitia clara est ex decisionibus, & nullitates adductæ non placuerunt. Nam quòd aliud contineatur in sententia, aliud in petitione, & sententia non sit conformis † libello contra *l. vt fundus ff. com. diuid.* cessat, postquam causa fuit summariè commissa, 1
† quo casu non attenditur quid petierit actor, sed quid appareat illi deberi, Alex. *cons.* 114. *n.*6. *lib.*6. Ias. *in l. si stipulatus S. Chrysogenus, n.* 33. *ff. de verb. obl.* Curt. *in l.* 1. §. *si quis ita, n.* 50. *cod. tit.* Ruyn. *cons.*5. *n.*12. *lib.*4. Paris. *cons.* 131. *num.* 14. *lib.*1. fuit dictum in Romana Donationis 5000. 23. & 30. Iulij 1574. coram Sanctissimo, & in vna Perusina Fractæ Veneris 1. Martij 1577. coram Cantuccio, [a] cùm sententia simpliciter loquatur de iure deputandi custodes, & applicatione pœnarum, nec dicat priuatiuè ad alios, prout nec etiam cumulatiuè potest, † & debet intelligi iuxta iuris communis dispositionem; prout semper intelliguntur verba sententiæ, *l. Herennius, ff. de euict. l. iulei*, §. *decem, ff. de re iud.* Bar. *in l. si fundus*, §. *in vendicatione ff. de pign.* Veron. *cons.* 57. *col.*5. *in princ.* Aym. *cons.*74. *n.*9. † quia Iudex censetur pronunciasse, vt de iure tenebatur idem Aym. *cons.* 188. *n.*8. Cessat etiam allegata præcipitantia ex breuitate temporis, † quia ad istum effectum attenditur solùm 2 a 3 4

solùm, an Iudex considerata qualitate causæ, & breuitate temporis verisimiliter potuerit esse instructa,
6 Chissan. *decis.* 165. † & seotentia lata etiam intra breuissimum tempus valet, quando causa erat instructa coram alio Iudice, & commissa fuit in eisdem statu, &
b terminis, Put. *decis.* 4. *de Iud.*[b] Vnde cùm sententia lata sit in secuoda instantia, io qua ex eisdem fuit processum, & præcesserint decisiones, Domini iudicarunt tempus ooo ita breue fuisse, quòd Iudex ooo potuerit
7 ad saturitatem instrui de causa,† atteoto maximè, quòd in Rota omnea habent instructiooem causarum coram aliis pendentium, & seotentia fertur de consilio omoium Auditorum, Accor. *decis.* 4. Defectus mandati
8 noo intrat, tùm quia de eo constat, † & vbi non constaret, esset præsumendum ex iurium productione, & aliis iuxta tradita coram me io Booonien. Pecuniaria
9 1. Martij 1602. † tùm quia io omnem euentum adest ratificatio ex prosequutiooe actorum per eum gesto-
c rum,[c] ad not. per Bar. *in l. bonorum, ff. rem. rat. hab.* per Alex. & Ias. *in l. Iulianus ff. qui satisd. cog.* Aym. *cons.* 159. *n.* 5. *circa med. vers.* Non obstat, quòd sub eadem die 7. fuerunt reiterati termini substantiales, & citatio ad senteotiam, quia fuerunt prius 4. & 5. die seruati. Nec refert, qoòd 5. die fuerint tantùm seruati contra Comitem Martium, quia fuerunt seruati primò die 4. Iulij citato Comite Martio vti principali, & Procuratore sui fratris, Secundò supra eiusdem citatis Baschiis, & aliis interesse habentibus per cootradictas: Tertiò 7. Iulij,
10 præsertim † quia id contigit in vltima audieotia, quando, vt dici solet, ordo est ordinem non seruare. Nullitates, quæ allegantur contra seorentiam primam ex defectu maodati, & aliis, noo subsistuot ex supradictis, &
11 aliis traditis per informantea, † & oon sunt DD. Baschij post coofirmationem dictæ senteoriæ audieodi,
d [d] Cresc. *decis.* 1. Peregr. *decis.* 105. *lib.* 1.

*ANNOTATIO.*

12 a Surd. † *decis.* 284 *n.* 14. *& cons.* 12 *n.* 74. qui plures cumulat, Caputaquen. *decis.* 126. *par.* 3. Rota *decis.* 611. *sub n.* 5 *vers. vltra quod par.* 1. *in recentior.* & propterea inter mercatores, inter quos proceditur ex æquo & bono, & summariè, oon attenditur quod fuerit peritum, sed quod probatum fuit, vt fuit dictum in Anconitana Pecuniaria 13. Febr. 1609. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato *decis.* 268. *n.* 6. *inter decis. Farinac. post secundum lib. cons.*

b Et dixit etiam Rota in Bononien. Portioni 8. Martij 1610. coram R. P. D. Pamphilio.

13 c Et † quòd principalis censeatur ratificare acta per suum Procuratorem gesta, quando litem prosequitur, latè Vant. *de nullit. in tit. qualiter sententia, n.* 103. Lancellot. *de attent. par.* 1. *cap.* 1 *num.* 63. *&* 64.

14 d Sententia † nulla parte non opponente potest confirmari, Gabr. *cons.* 49. *n.* 4. *lib.* 1. Vant. *de nullit. in tit. qualiter sententia, n.* 129. Cæsar de Graff. *decis.* 9. *n.* 13. *de senten. & re iudic.* Seraph. *decis.* 1261. *n.* 3. Put. *decis.* 60. *lib.* 3. *iuxta antiq. impress.* Rota *decis.* 572. *n.* 2. *par.* 2. *in recent. & decis.* 37. *par.* 4. *in recent.* Quod procedit enim si oullitas prouenirer ex defectu iurisdictionis, Alexan. *cons.* 211. *n.* 3. *per totum lib.* 5. Achil. *decis.* 4. *de senten. & re iudic.* Rota *decis.* 474. *n.* 4. *par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Romana Canonis 18. Decemb. 1609. coram R.P.D. Ortembergo. Et etiam si vitium non esset remissibile per partes, Gabr. *d. cons.* 49. *sub num.* 5. *vers. etiam si.* Lancell. *de attent. par.* 3. *cap.* 29. *n.* 66. Rota *d. decis.* 572. *sub num.* 2. *vers. etiam si vitium, par.* 2. *in recent.* Et postquam sententia est confirmata non potest amplius ex capite nullitatis impugnari, & secunda confirmans claudit viam nullitatis contra primam, Rota *decis.* 7. *de re iudic. in antiq.* Achil. *decis.* 5. *de senten. & re iudic.* Lancell. *de attent. cap.* 19. *de purgat. attent. n.* 67. *& seq.* Rota *d. decis.* 572. *sub n.* 2. *vers. & ideò.* Et fuit dictum in Oscen. Parochialis impressa penes Marches. *de Commiss. tom.* 2. *fol.* 595.

Prædicta verò conclusio non est simpliciter vera, sed solùm
15 quando † secunda sententia confirmans primam iam transiuit in iudicatum, antequam autem secunda confirmans transeat in iudicatum, potest dari de nullitate primæ, amplè Gabr. *cons.* 49. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Mantic. *decis.* 301. *n.* 1. latè Rota *decis.* 474. *n.* 4. *& seq. par.* 2. *in recent.* vbi respondet ad omnia in contrarium, *& decis.* 510. *n.* 1. *& decis.* 512. *num.* 1. *&* 2. *eadem par.* 2. *in recent.* & ideò non est habenda ratio de decisione Oscen. coram bo. mem. Cardinali Lancellotto impressa penes Marches. *de Commiss. tom.* 2. *fol.* 595. vbi dicitur non posse dari de nullitate primæ, etiam si secunda confirmans non transiuerit in iudicatum, nam ad ibi deducta respondet Rota *in d. decis.* 474. *par.* 2. *in recent.* Hinc est quòd si reperiatur commissa causa nullitatis æquè principaliter cum causa appellationis, tunc quia fatalia nullitatis durant spatio 30. annorum, non obstante lapsu fatalium appellationis, poterit opponi de nullitate primæ sententiæ confirmatæ, Rota *decis.* 512. *n.* 3. *par.* 2. *in recent.* E contra verò quando versamur in casu, in quo duæ conformes faciunt rem iudicatam, tunc statim secunda confirmans claudit viam nullitatis contra primam, ita fuit dictum in Ferrarien. decimarum 11. Ianuarij 1614. coram R. P. D. Pitouano.

Item si vitia primæ influerent in secundam, potest dari de nullitate primæ, non obstante confirmatione secundæ, vt fuit dictum in Lauden. Pecuniaria coram Orano, impressa penes Marches. *de Commiss. tom.* 2. *fol.* 144. *sub n.* 5. *vers. tùm quia*, & in Taruisina Simoniæ 13. Maij 1596. coram Corduba impress. penes Farinac. *post primum lib. consil. in ordine, decis.* 111. Gabr. *d. cons.* 49. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 1. vbi declarat, quando vitia primæ dicantur influere in secundam.

Prædicta † omnia procedunt parte non opponente de nul- 16
litate, nam stante oppositione non potest Iudex appellationis sententiam nullam confirmare, sed debet ante omnia illam vti nullam reuocare, Vant. *de nullit. in tit. quibus modis nullitates n.* 16. Cæsar de Graff. *decis.* 9. *n.* 13. *de senten. & re iudic.* Rota *decis.* 37. *par.* 4. *in recent. & decis.* 374. *n.* 11. *& decis.* 572. *sub n.* 2. *vers. & quando non fuit oppositum par.* 2. *in recent.* Requiritur tamen ad istum effectum, quod specificè opponatur de nullitate in particulari, & non sufficeret, quòd opponeretur in genere, vel quòd committeretur causa nullitatis æque principaliter cum causa appellationis, Rota *d. decis.* 572. *sub n.* 3. *par.* 2. *in recent.* vbi plura cumulantur, & etiam dixit Rota in Toletana Parietum 5. Nouembris 1605. coram illustrissimo Cardinali Sacrato. Item requiritur, quòd dicta nullitas obiecta subsistat, aliàs potest Iudex appellationis illam non attendere; Rota *d. decis.* 572. *sub n.* 5. *par.* 1. *in recent.* imò si sit dubia potest Iudex cognita iustitia sententiæ illam confirmare, non obstante oppositione nullitatis, Rota *d. decis.* 474. *sub n.* 11. *vers. nisi nullitas, par.* 2. *in recent.* Est autem necesse, quòd in quolibet actu repetatur ista oppositio nullitatis, ita fuit dictum in Anconitana Afflictus 8. Iunij 1587. coram Platto, pro quo facit conclusio, quòd in iudicialibus repeti debet protestatio in quolibet actu, de quo aliàs dixi.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Pampilonen. Parochialis de Cican.

*Veneris* 4. *Iunij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Suffragia quę non fuerunt data de tempore celebrati instrumenti, non sunt à Notario computanda in numerum, quia Notarius non potest facere fidem, nisi de eo, quod interuenit tempore celebrationis: Præsentatio post quadrimestre non valet, & quando secùs.

### *SVMMARIVM.*

1 *Notarius non potest facere instrumentum de eo quod tempore celebrationis instrumenti, non interuenit, & vide sub litera A.*

2 *Instrumentum potest suppleri in omissione.*

3 *Notarius*

3 *Notarius minus est, quòd erret in omittendo, quàm in committendo.*
4 *De præsentatione constare debet infra quadrimestre habenti instituere, de quo latè sub n. 7.*
*Istud quadrimestre non incipit currere, nisi à die notitia vacationis, & num. 9.*
*Potest tamen Ordinarius istud quadrimestre prorogare, & num. 8.*
5 *Præsentatio etiam post quadrimestre admitti potest ab Ordinario, & vide etiam sub num. 7.*
6 *Hoc procedit vbi de solo præiudicio ipsius Ordinarij agitur, secus in præiudicium alterius præsentati in tempore.*

## DECISIO CLXXVII.

Domini persistentes in resolutione facta die 10. Maij 1601. coram R.P.D. Lancellotto, iterum coram me dixerunt suffragia Ioannis de Ventura, & Lupi de Larasse, non esse computanda ad fauorem Io. de Arazcuri, quia est in confesso apud partes hæc duo suffragia non fuisse data in loco, & tempore celebrati
1 instrumenti, sed ante, & alibi, † & clarum est non posse Notarium facere instrumentum de eo, quod tempore celebrationis non interuenit, & si facit nullam esse fi-
a dem adhibendam,[a] Bal. *in l. ex his, n. 3. ad fin. vers. Ideo ei in hoc credi non debet. C. de testa. mili*. Felyn. *in c. si cautio, n. 69. de fid. instru.* Aym. *cons.* 171. *n.* 5. Io. Bapt. Ferret. *cons.* 101. *n.* 13. & multò minus probat instrumentum, quia falsò in eo asseueratur, quòd isti dederunt vota in tempore, & loco, quo alij dederunt, quod est à veritate penitus alienum, ideò nullo modo potest Ioannes se iuuare d. instrumento ad probandum dicta suffragia. Nec pro roboratione instrumenti potest fieri fundamentum in testibus postea examinatis, quia imò potius illud destruunt, cùm ex eorum depositionibus appareat Lupum, & Ioannem de Ventura non interuenisse cum
2 alijs; prout cantat instrumentum, † & potest suppleri instrumentum in omissione, prout in Mediolanen. Matrimonij ex aduerso allegata, quæ propterea non facit
3 ad casum istum, † & quia minus est, quòd Notarius erret in omittendo, quàm in committendo, Bal. *in l. Imperator, n. 29 ff. de stat. hom.* vltra quod in ista temeraria, si non dolosa, assertione non potest cadere error, non enim potuit Notarius decipi circa præsentiam, vel absentiam Lupi, & Ioannis de Ventura. Non etiam possunt deseruire testes pro probatione principaliter, &
4 ex se, † quia eorum depositiones non fuerunt exhibitæ habenti instituere intra quadrimestre, ad tradita per
b Lap. *alleg.* 75. *n.* 3. & 4.[b] Non obstat, quòd Ordinarius
5 † possit admittere præsentationem post tempus, ex Lambert. *de Iurepatronat. 2. par. 2. lib. artic. 27. 1. quæst. princip.* Quia vltra quod esset videndum an Ordinarius habuerit talem intentionem, Lamber. loquitur, vbi de solo Ordinarij præiudicio agitur, quia eùm ipse id patiatur, non dicitur damnum pati, vt considerat Lamber. *in* 3. & *sub n.* 5. *vers. Dicerem etiam fines*, vnde non procedet in præiudicium Martini, qui præsentatus fuit in tempore.

### ANNOTATIO.

6 a Et † quòd attestationi Notarij circa actum de præterito, & gestum ante celebrationem instrumenti, non creditur, Crauet. *cons.* 171. *n.* 5. Rota *decis.* 285. *par.* 2. *diuers.* Seraphin. *decis.* 1430. *n.* 4. quod procedit etiam, si attestatio de præterito concernat actum à se ipso gestum, Bec. *cons.* 5. *n.* 5. Put. *decis.* 15. *de fide instrument.* Rota *decis.* 289. *sub n.* 6. *inter impress. penes Farinac. post* 2. *lib. consil.*

7 b Si Procurator † præsentet, est necesse, quòd vel infra quadrimestre mandatum exhibeat, Lapus *allegat.* 22. *in principio*. vbi Apostilla dat concordantes, & fuit dictum in Lucana Cappellaniæ 21. Martij 1613. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato, vel patronus coram Ordinario infra quadrimestre ratificet, Lambertin. *de iurepatr.* 51. *artic.* 1. *quæst. principalis* 2. *partis* 2. *libri n.* 5. Et fuit dictum in Taurinen. Beneficij 28. Maij 1584. coram Orano.

Istud † quadrimestre datum patronis laicis ad præsentandum, potest Episcopus prorogare, Cresc. *decis.* 11. *n.* 1. & *seq. de dilat.* Parif. *de resignat. lib.* 7. *quæst.* 29. *in fin.* & firmatur in hac decisione. 8

Non currit dictum quadrimestre à die vacationis, † sed à die scientiæ patronorum vacationis, Seraphin. *decis.* 380. *n.* 1. Verall. *decis.* 248. *n.* 2. *par.* 3. & *decis.* 186. *sub n.* 2. *par.* 2. *in rec.* & ista scientia debet esse certa, & concludens, & non sufficit præsumpta, & verisimilis Lapus *allegat.* 78. *n.* 12. Seraph. *decis.* 1178. *n.* 3. & Rota *decis.* 173. *sub n.* 1. & *decis.* 186. *sub n.* 2. *par* 2. *in recentior.* vbi alij cumulantur. 9

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana nullitatis obligationis.

*Mercurij 9. Iunij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Testis vnicus non probat, & multò magis si fuit Procurator etiam post depositum officium. Testes deponere debent de conclusione, & non de tractatu.

### SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus non probat.*
2 *Ampliа procedere in teste quantumuis digno, & cuiuscumque auctoritatis.*
3 *Procurator salariatus repellitur à testimonio, etiam deposito officio, de quo latè sub num. 5.*
4 *Conclusio non tractatus attenditur in contractibus.*

## DECISIO CLXXVIII.

Cum fuisset resolutum 27. Martij præteriti emptionem bonorum q. Valerij Vrsini, quam fecit D. Paulus Æmilius esse nullam, Fabritius Vrsinus, qui solus in aperto causam ex aduerso agit pro sustinenda d. emptione, examinari fecit nonnullos testes, quorum depositionibus stantibus dubitaui, An esset à decisis recedendum; Et sicut Fabritius persistit in solita contumacia in non informando, ita Domini sine aliqua difficultate persisterunt in resolutis: ex testibus enim qui dantur, primus tantùm visus fuit DD. egere discussione; cùm alij duo nihil prorsus dicant, sed discussio fuit facilis, † & sufficeret dicere, quòd est vni- 1
cus, vt non probet,[a] *c. licet, §. veniens, & c. tam fraudi, de* a
*test.* † quod est verum in teste quantumuis digno, & a 2
cuiuscumque authoritatis, Abb. *in c. cum à nobis, vers. Nota pulchrum, tex. eod. tit.* Blanch. *de compromiss. quæst.* 8. *post n.* 35. Couar. *pract. quæst. cap.* 33. *sub n.* 5. *vers. Ius accedit*, multò magis habebit locum in isto teste, qui, vt in sua depositione fatetur, fuit † Procurator salariatus 3
D. Federici de Cæsis, vnus ex Aduersariis in hac causa, & propterea repellitur à testificando, etiam deposito officio, Rot. *decis.* 52. *n.* 2. *de appel. in nou.* Gabr qui alios allegat, *de test. concl.* 12. *n.* 3. Cæs. de Graff. *decis.* 2. *n.* 3. *eod. tit.*[b] Nihil etiam dicit, quòd releuet; deponit enim tan- b
tùm de iis, quæ dicta sunt in tractatu venditionis Domino Paulo Æmilio faciendæ, & negat scire quid postea conclusum, & actum sit, † & clari iuris est in con- 4
tractibus, & aliis negotiis non attendi quid tractatum sit, sed quid conclusum, *l. si voluntati*, vbi Bal. & Salyc. *in primo not. C. de rescind. vend.* Alex. *cons.* 28. *n.* 3. *lib.* 1. Dec. *cons.* 488. *n.* 10. fuit dictum coram me in Bononien. Pecuniaria 14. Mensis præteriti;[c] Parùm enim re- c
fert quòd fuerit tractatum de facienda venditione cum debitis solemnitatibus, si quando ad actum ventum est, fuerunt omissæ, imò magis arguit, & detegit inualidatem omissio solemnitatis, quæ non solùm in ista disponente Statuto, sed etiam ira volentibus partibus debuit adhiberi.

ANNO

*ANNOTATIO.*

a Hanc conclufionem cum pluribus ampliationibus, & limitationibus ponit latè Farinac. *de teftibus quæft.63.per totam.*

5 b Hæc † conclufio eft valdè controuerfa inter DD. & pro vtraque parte plures cumulat Farinac. *de teftibus q.60. num.198. cum pluribus fequentibus.* & affirmatiuam videtur tenuiffe Rota *in decif.214. fub num.2. part.1. in recent.* pro qua opinione facit fimile de familiari, qui fi de tempore depofitionis non eft amplius familiaris admittitur in teftem etiam ad effectum plenæ probationis, vt dixit Rota in Romana Computorum 25. Maij 1615. coram R.P.D. Coccino Decano. Ego tamen credo veram conclufionem, firmatam in hac decifione quòd ille, qui fuit Procurator, etiam poft depofitum officium Procuratoris, non fit admittendus, vel faltem quòd fit diminutæ fidei, quia femper penes illum remanet quædam affectio in caufa, in qua fuit Procurator, propter quam remanere debet fufpectus, vt benè confiderat Farinac. *dicta q.60. num.203.*

Limitationes plures ad hanc regulam firmatam in hac decif. vide penes Farinac. *d.quæft.60.num.213.& feq.*

c Vide fupra annotationem *ad decifionem 168.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononieñ. Apothecarum.

*Lunæ 14. Iunij 1604.*

ARGVMENTVM.

Executores non poffunt quicquam facere contra mentem teftatoris, fed tenentur illam implere, nec poffunt præiudicare hæredibus, nec fubftitutis Ratificatio requirit plenam fcientiam in ratificante.

*SVMMARIVM.*

1 *Executores non poffunt facere contra mentem teftatoris, & num.8.*

2 *Ad executores fpectat voluntatem teftatoris adimplere, & opere, & confilio iuuare, vt ad effectum perducatur, non autem illam euertere.*

3 *Executores in præiudicium heredum, & fubftitutorum nihil facere poffunt, etiam fi habeant plenam, & liberam poteftatem.*

4 *A legitima onus reftitutionis reiicitur.*

5 *Errantis nulla eft voluntas, & hæc regula non habet limitationem.*

6 *Ratificatio requirit certam fcientiã eius, quod ratificatur.*

7 *Ratificatio tacita non cadit in ignorantem.*

DECISIO CLXXIX.

FVit duabus decifionibus firmatum conftare de præiudicio venientium ab inteftato, & fic filiorum legitimorum, & naturalium Iacobi; verùm quia poffeffores apothecarum allegarunt fæpius, & hodie etiam allegant dictos filios renunciaffe præiudicio, quod fibi inferebatur, Dubitaui de ordine Dominorum, an conftet de tali renunciatione præiudicij, quæ dictis poffefforibus fuffragetur, & informante tãtùm Pyrrho Rota ad fauorem ipfius refoluit pro parte negatiua; fundamentum refolutionis fuit, quia fuppletio legitimæ facta Philippo ab executoribus teftamenti, quæ pro renunciatione adducitur non fubfiftit ex defectu tàm voluntatis, quàm poteftatis dictorum executorum. Nam quoad poteftatem res eft clara, quia ex iam refolutis apparet teftatorem
1 non voluiffe illi relinquere legitimam, † & executores
a non poffunt facere contra mentem teftatoris,ᵃ Bal. *in l.*
2 *vnum ex familia.§.fi duos nu.4.ff.de leg.* 2. † ad eos enim fpectat voluntatem teftatoris adimplere, & ope, & confilio iuuare, vt ad effectum perducatur, Ioan. à Cam. *de execut.vlt.volunt.part.1.quæft.1. num.3.* non autem illam
euertere. † Non enim potuerunt irrequifitis hæredibus 3
facere talem fuppletionem propter eorum præiudicium per ea, quæ in fortioribus terminis tradit Bart. *in l. alio hærede.fub num.16.ff.de alimen.& cibar.legat.* Ruyn. *conf. 84.num.13.lib.2.* cum aliis allegat. qui loquuntur in executore habente plenam, & liberam poteftatem alienandi. Non etiam potuerunt executores præiudicare fubftitutis in dictis apothecis admittendo Philippum
ad legitimam, † à qua onus reftitutionis reiicitur, *l.om-* 4
*nimodo, & l.quoniam in prioribus. C. de inoffic.teftament.* conferunt tradita in Romana Legati pro dote 29. Martij 1596. coram Illuftriffimo Cardinali Arrigonio. Adeft etiam defectus voluntatis, quia affignatio fuit facta erroneè, & cum falfo præfuppofito; quòd teftator reli-
quiffet legitimam, † errantis autem nulla eft voluntas, 5
*l. non idcirco.Cod.de iur.& fact.ignor.l. fi per errorem ff.de iurifd.omn.iudic.l.nihil confenfus. §.nihil. ff. de regul. iur.* vbi Dec. inquit hanc regulam nullam habere limitationem, Bal. *in l.cùm teftamentum.num.2.Cod.de iur.& fact. ignor.* quo errore verifimiliter etiam capti filij teftatoris legitimi non impugnarunt, nec contradixerunt facto executorum, & propterea ex ifta taciturnitate non
poteft dici aliqua ratificatio, † quæ requirit certam 6
fcientiam eius, quod ratificatur. Oldrad. *conf.319.num.* 10. Bald. *conf.186.poft med.lib.2.* Paul.de Caftr. *conf. 465. num.5.col.penult.verf. Reftat nunc.lib.1.* Ruyn. *conf.128.*
*num.4.lib.1.* Aym. *conf.197.fub num.17.* † & tacita rati- 7
ficatio non cadit in ignorantem, Parif. *conf.100.num.71. lib.1.* Nat. *conf.162.numer.31.* Ex quibus, & aliis per informantes fuit refolutum non conftare de aliqua renunciatione præiudicij, quæ releuet. An autem Pyrrhus poffit dare de huiufmodi præiudicio, volunt Domini particulariter videre.

*ANNOTATIO.*

a Et † quòd executores vltimarum voluntatum teneantur 8
præcisè, & ad vnguem feruare voluntatem teftatoris, Laderch. Imol. *conf.171.fub num.2.* latè Simon de Pret. *de interpret.vltim.volunt.lib.5.difp.2.fub num.40.* & illam debent ad effectum perducere ordinantèr, prout teftator difpofuit, Capr. *in tract.de execut. vltim. volunt. in princ. num.6.& 7.* & firmatur in hac decifione.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Societatis Officij.

*Lunæ 14. Iunij 1604.*

Argumentum patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Inftrumentum eft probatio probata, & veritas apparens, ac manifefta.*

2 *Societas officij non requirit de fubftantia fidem, feu memoriam focietatis, fed fufficit publicum inftrumentum.*

DECISIO CLXXX.

IN difputatione dubij, quod fuit refolutum 10. Maij præteriti, fuit referuatum, vt videretur fuper veritate focietatis fcutorum 1100. quæ prætenditur inita 21. Martij 1602. inter Antonium Mainardum, & Iacobum Mambrillum fuper officio fui Curforatus cum acceffionibus DD. Alexandri, & Bertoldi de Vrfinis, & aliorum, ac fuper periculo vitæ ipfius Antonij pro fcutis mille, & pro reliquis fcutis centum fuper periculo vitæ Alexandri famuli ipfius Antonij, & propterea dedi dubium, an conftet de tali focietate, & informante tantùm Annibale fine vlla difficultate fuit refolutum affirmatiuè,
† quia adeft publicum inftrumentum, quod eft pro- 1
batio probata, & veritas apparens, ac manifefta, Bald.

in l.quoties.in fin. C. de iud. Dec. conf.36.num.2. latissimè
Tiraq. de retract.lignag.§.1.glos.1.num.20.& seqq. Con-
stat etiam de effectu societatis,cùm appareat d.Iacobum
Mambrillum officialem habuisse pecunias, & soluisse
fructus. Accedit restitutio scutorum centum super pe-
riculo vitæ famuli, & solutio aliorum fructuum vsque
ad id tempus decursorum cum cassatione instrumenti,
2 ita vt nihil clarius. † Nec releuat quòd nõ reperiatur fi-
des, seu memoria d. societatis penes Annibalem hære-
dem Antonij, quia illa non est de substantia societatis,
nec ad probationem necessaria, quia sufficit poblicum
instrumentum, cui cùm nihil aliud ex aduerso oppo-
natur,res remanet clara pro informante.

---

## Romana nullitatis obligationis de Vrsinis.

*Lunæ 21. Aprilis 1604.*

### ARGVMENTVM.

Minor restituitur aduersus aditionem hæredi-
tatis,quando est hæreditas damnosa, & satis
dicitur damnosa,quando est pluribus litibus
implicita: nec inuentarium impedit d.resti-
tutionem,nec minus exceptio, quòd minor
possit agere contra tutorem, cuius auctori-
tate adiuit,nec aliæ exceptiones obstant, de
quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Minori conceditur restitutio in integrum aduersus adi-
tionem hæreditatis inconsultò factam.*

2 *Et maximè quando hæreditas est pluribus litibus impli-
cita,& sub num.12.*

3 *Minoris interest litibus non vexari.*

4 *Litis timor est iusta causa restitutionis in integrum, si-
cut timor damni.*

5 *Hæreditas multis litibus implicita,non dicitur locuples.*

6 *Minor est restituendus aduersus aditionem hæreditatis
etiam locupletis propter vexationem.*

7 *Inuentarium non tollit vexationes,neque impedit resti-
tutionem.*

8 *Vexationis habenda est ratio, etiam si hæres non tenea-
tur creditoribus hæreditariis vltra vires hæreditatis.*

9 *Minoris in electione est,an velit agere contra Curato-
rem, cuius auctoritate adiuit hæreditatem damnosam,
an potius petere restitutionem aduersus aditionem, &
num.13.*

10 *Minori competit restitutio aduersus aditionem hære-
ditatis,etiam si inter creditores hæreditatis extent alij
minores.*

11 *Ratificatio non ita de facili inducitur in minore effecto
maiore,quæ impediat restitutionem.*

### DECISIO CLXXXI.

FVit vtraque parte informante conclusum D. Pau-
lum Æmilium esse restituẽdum aduersus aditionem
1 hæreditatis bo. mem. D. Valerij Vrsini; † iura enim
sunt clara concedentia restitutionem in integrum mi-
nori,si inconsultò hæreditatem adiuerit, *l.1. & Auth.si
omnes.C.si min.ab hæred.se abstin.* cum aliis cumulatis per
Odd *de rest.in integ.quæst.62.art.2.sub num.15.vers.sed*
2 *contra est veritas,* † & præsertim quando, vt in isto casu,
hæreditas est pluribus litibus implicita, *l.minoribus.ff. de
minor.* Azo *in sum. C.si min. ab hæred.se abstin.* Bal. *in l.1.
nu.5.in fine eod.tit.* Rom. *in l.cum hæreditate.sub nu.5.vers.
sequenda tamen est opinio Bar.* vbi etiam Aret. *post num.3.
vers.ad l. minoribus.* dicunt, *quòd ibi agitur de acquir.hæ-
red.* Dec. *in cap. vt debitus nu.7.de appel.* Sal. *in d. Auth.
si omnes.in fin.* Curt.iun. *conf.118.sub nu.11.* Maur. *de rest.
in integ.cap.233.* Odd. *in eod.tract.quæst.4.art.10. num.79.*
Surd. *decis.30.nu.35.* Greg.Lopez *in l.7.tit.19.partic.6.in
glos.1.* [a] Non obstat,quòd non detur restitutio, nisi pro- a
betur læsio ex aditione,quæ non solùm in casu isto non
probatur,imò apertè excluditur,tùm quia hæreditas est
locuples, tùm quia fuit confectum inuentarium, quo
mediante D.Paulus Æmilius præseruatur ab omni dam-
no,quia respondetur, † quòd interest ipsius litibus non 3
vexari, *d.l.minoribus,* quod interesse consideratur etiam
in maiori, *c. finem litibus.de dol. & cont.l.1.ff.de inoff.testa.*
Alber. *in d.l.minorib.in princ.* Bal. *in l.fin.§. vbi præfatam.
nu.6. C.de iur.delib.* † & propterea timor vexationis est 4
causa restitutionis,sicut timor damni, Bal. *in d.l.minorib.
in 1.not.* Alb. *in princ.* † Nec videtur verum,quòd hæredi- 5
tas sit locuples, cùm sit multùm litibus implicita, † sed 6
vbi etiam esset talis; tamen adhuc propter vexationem
deberet restitui, glos. *in d.l.minorib.* Bero. *conf.68.sub nu.
83.vers.argumento l.minorib.lib.1.* & propterea dicit Azo
in loco supra citato non tantùm considerari debere, an
hæreditas sit lucrosa,sed etiam ao intersit minoris litibus,
& sumptibus non vexari. † Nec inuentarium tollit ve- 7
xationes,neque impedit restitutionem, Bal. *in l.1. in fin.
C.si min.se ab hæred.abstin.* Salyc. *in d. Auth.si omnes.in fin.*
Bero. *d.consil.68.sub nu. 83. vers. præterea minor.* Phanuc.
*de inuent.par.2.num.26.* Surd. *conf.87.num.9.in fin.& nu.
seq.* Odd. *de rest.quæst.62.artic.2.nu.21.* facit dictum † Bal. 8
*in l.hæreditate.in fin.ff.de acq.hæred.* quòd sit habenda ra-
tio d.vexationis etiam attenta æquitate canonica, secun-
dùm quam hæres non tenetur creditoribus hæreditariis
vltra vires hæreditatis. Non obstat, quòd adiuerit au-
thoritate curatricis, & propterea cùm habeat contra il-
lam regressum videatur cessare restitutio,quia vltra quod
agendo contra ipsam,non esset illi succursum,nec pos-
set ab ea releuari ab huiusmodi vexationibus, sicuti di-
ctum est de inuentario, † est etiam in electione minoris, 9
si velit agere contra ipsam,vel restitui, *l.etiam,& l.fin.C.
si tut.vel cur.* Cum. *in l. si minoris.num.2.ff.de admin. tut.*
Rimi. *conf.163.n.5.* Paris. *conf.100.nu.65.lib.1.* latè Odd.
*quæst.22.artic.3. sub numer. 16.vers.sed breuiter.* [b] Non b
obstat, quòd inter creditores adsint minores, & Eccle-
siæ, † quia non habent impedire restitutionem, per 10
quam D. Paulus Æmilius certat de damno vitando,
Ancbar. *in cap.auditis.in fin.de rest.in integr.* Rom. *consil.
166.nu.14.* Paul. de Castr. *consil. 47. num 5.lib.2.* cum
aliis per Cæph. *conf. 7. num. 12.* & fuit dictum in hac
causa 27. Martij proximè præteriti. [c] Non obstat præ- c
tensa ratificatio post minorem ætatem, quia de ea non
apparet,nec apparere potest,cùm de tempore,quo con-
gregatio super solutione æris alieni Baronum accepit
possessionem bonorum hæreditariorum, indubitanter
d.Paulus Æmilius esset minor,& in eis postea nunquam
se ingessit; † vltra quod ex eo quòd aliquid gesserit in 11
maiori ætate, non ita de facili inducitur ratificatio im-
pediens restitutionem, *l.3.§.si quis cum minore.vers.scio
etiam ff.de minor.* Rebuff. *in tract.de rest.in integ.artic.2.
glos.vlt.num.5.* Ablatio scripturarum allegata tollitur
per informantes, qui benè etiam respondent omnibus
aliis in contrarium adductis.

### *ANNOTATIO.*

a Idem † Surd. *conf.96.num.10.& consil.365.num.14.15.& 16.* 12
qui loquitur in specie, etiam quando est confectum in-
uentarium,& latè Marescott. *variar.resol.lib.2.cap.98. num.
11. & seq.* qui loquitur quando hæreditas est lucrosa, &
inuentarium est confectum, & ampliat id procedere
etiam contra Ecclesiam,& alios minores ea ratione,quia
minor,qui talem hæreditatem adiuit,agit de damno eui-
tando,quod etiam firmatur in hac decisione.

b Surd. † *conf.95.nu.12.& conf.164. num.25. & consil. 576. num.* 13
*27.& 28.* Marescot. *variar.resolut.d.cap.98.num.55.*

e Ad hæc conferunt,quæ dixi in annotat. *ad decis.164.*& in terminis hoc idem dicit Marescot.*d.cap.98. num.15.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana nullitatis Contractus.

*Lunæ 12. Iunij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Filijfamilias obligatio non tenet, nisi seorsum habitet à patre, & publicè habeatur pro patrefamilias, & qualiter vtrumque ex his requisitis iustificetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Regulam qui habet pro se, dicitur habere fundatam intentionem, ita vt aduersario incumbat onus probandi exceptionem.*

2 *Filijfamilias obligatio vt subsistat, duo copulatiuè requiruntur, quod seorsum habitet à Patre, & quòd publicè habeatur pro patrefamilias, & qui nititur in obligatione filij vtrumque tenetur probare.*

3 *Habitare non desinit quis in loco, à quo recessit animo redeundi.*

4 *Filius non dicitur habitare seorsum à patre eo absente, dum habitat in domo paterna, vtitur omnibus mobilibus, & vtensilibus patris, & ab eo recipit alimenta.*
*Quando filius dicatur cohabitare cum patre, vide sub num.9.*

5 *Paterfamilias vt quis probetur, sunt necessarij plures actus cum pluribus, & diuersis personis gesti, qui cadere non possint in eum qui non sit paterfamilias.*

6 *Fama est illud, quod publicè dicitur.*

7 *Pro patrefamilias quis dicitur se gerere, quando id publicè omnibus notum est, aut certe magna ex parte, illis præsertim, qui negotiationi addicti sunt.*

8 *Communis, & publica reputatio vt inducatur vltra plures actus, requirit etiam cursum longi temporis.*

### DECISIO CLXXXII.

NOn est quæstio inter partes, an Petrus Vincentius Lazzarinus sit de comprehensis in Statuto Vrbis *cap.152.lib.1.*quo cauetur filiosfam.Romanos ciues, vel incolas ex nullo contractu posse se, aut sua bona quoquomodo obligare, est enim, vt docuit, natus in Vrbe, in qua continuò habitauit, & vixit, sed controuersia est an sit sub casu, & regula statuti, vel potiùs sub exceptione, & Domini, vtraque parte informante, resoluerunt eum esse sub regula, & obligationem suam non sustineri, fundamentum resolutionis fuit, quia Petrus Vincen-
1 tius, † qui nititur regulæ, habet fundatam intentionem, ita vt Ioan. Martino aduersario incumbat onus probandi versari in casu exceptionis, Rom.*cons.124. nu.4.* Alex. *cons.79.num.5.lib.7.*Dec. *cons. 142.num.4.* quod tamen
2 nullo modo probat, † cùm enim exceptio allegata duo copulatiuè requirat, quòd filij seorsum habitent à patre, & quòd publicè habeantur pro patribusfam. & propterea vtrumq; esset probandum, *l.si heredi plures ff.de cond. inst.l.si is qui ducenta.§. vtrum ff. de reb. dub.*neutrum tamen iustificauit. Nam quoad primum licet pater Petri Vincentij discessisset ab Vrbe per duos menses ante contractum, & transtulisset se ad Montem Millonis, id
3 tamen fecit animo redeundi, vt sæpius aliàs, † & ob id non dicitur desiisse habitare in Vrbe, Bar.*in l.4.§.prætor. ff.de dam.infect.* Flor.*in l.1. §. habitare.post med. vers. pro*
4 *hoc facit ff.de his qui deiec.vel effud.* † & Petrus Vincentius habitat in domo paterna, vtitur omnibus mobilibus, & vtensilibus Patris, ab eo recipit alimenta, ita vt nullo modo, etiam stante absentia patris posset dici ab eo seorsum habitare, Surd. *decis. 35. num. 16.* Minus etiam verificatur alterum requisitum, videlicet publica reputatio pro patrefam. † ad cuius iustificationem requiritur 5
probatio plurium actuum cum pluribus, & diuersis personis, qui cadere non possint in eo, qui non sit paterfam. *l.3.in princ.*vbi Bar. *num. 2. ff. ad Maced. l. 2. C. eod.* latè Bald. *in l.1. num. 1. 2. & 6. C. eod.* & probatio publicæ reputationis fit per famam, † quia fama est id, 6
quod publicè dicitur, vt tradit Bal.*in d.l.1.num.1.* † dici- 7
tur enim quis se gerere pro patrefamilias, quando id omnibus notum est, aut certè magna ex parte, eis præsertim, qui negociationi addicti sunt, vt docet Terron. *in consuet. Burdegalen.tit.de stat. & iur. person. §. 1. in fin.*
† Requirit etiam hæc publica reputatio vltra plures 8
actus cursum longi temporis, Bal.*in l.2.num. 5. C. si aduers.rem.iud.*cum aliis adductis per informantes. Vnde cùm nulla ex parte iustificetur exceptio Statuti intrat regula pro nullitate obligationis, & sic conclusum.

### *ANNOTATIO.*

Hanc † decisionem latè refert, & prosequitur pluribus com- 9
probans Galganet.ad Statut.Vrbis *lib.1.cap. 152. num.30. & seq.*& plenè coram Rota *decis.527.num.6.& seq. par.1. in recent.*vbi latè discutitur, quando dicatur filius seorsum habitare à patre, & quando dicatur se gerere, vti paterfamilias, & quantùm ad illud, quod dicitur de cohabitatione filijfamilias cùm patre, censetur filiusfamilias simul habitare cum patre, si habitet in eadem domo, Cuman.*cons.146.nu.5.*Carpan.*ad Statut.Mediolan.cap.263.nu.2. & 3.* cohabitare etiam dicitur filius cum patre, licèt filius absit ex causa studij, vel etiam ex causa negociationis, Carpan.*d.cap.263.num.3.& cap.416. num.252.& 253.* è conuerso autem filius dicitur non cohabitare cum patre, licèt in eadem domo habitet, si assignata fuerint separatim alimenta, nec est patris commensalis, Bald. *in l. 1.num.10.Cod.de leg.*cuius doctrinam sequuta fuit Rota *in d.decis.527.sub nu.6.* & quòd si filius habeat mansiones separatas, licèt aliquando simul accedant, non dicatur cohabitare cum patre, Fanut. *de lucro dot. glos. 7. A die, quo. num.2.*Carpan.*ad Statut.Mediol.cap.483.num.135.par.2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Lucana Mercedis.

*Veneris 15. Iunij 1604.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Reconductio, seu relocatio censetur pro eodemmet salario constituto in primo contractu.*

2 *Distributiones solùm debentur interessentibus, adeo quod contrarium statui non possit per beneficiatos Ecclesiæ.*

### DECISIO CLXXXIII.

DVbium propositum habet duas partes, quarum prima est, an Laurentio debeatur salarium ad rationem scutorum 15. singulis mensibus etiam pro tempore, quo fuit eius opera reconducta, secunda, an illi debeantur distributiones suæ cappellæ solitæ dari interessentibus, & deseruientibus. Quoad primam partem nihil fuit firmatum, sed reseruatum particulariter videndum, licèt enim à principio, & tempore discessus à Ciuitate Lucana fuerit constitutum salarium ad rationem
scutorum 15. † & reconductio facta post eius reditum 1
è Pannonia censeatur pro eodemmet salario, *l.pen. §. vxor. ff. soluto matrim.* Baldus *in l. etiam. in fin. Cod. de iure dot.* Ias. *in l.diem functo. numer. 19.ff. de offic. Assessor.* a *cum aliis allegatis*; difficultatem tamen faciunt a
literæ ipsius Laurentij, in quibus quoad salarium se

remitti ad ipsos Cappellanos. Circa distributiones quæ-
2 stio non est voluntatis, sed potestatis, † quia dicitur non potuisse Cappellanos statuere, vt distributiones deberentur absenti, vt fuit resolutum in causa Locana iurisdictionis 9. Aprilis 1601. coram Illustrissmo Cardinali Pamphilio, & in Gerunden. distributionum 16. Fe-
b bruarij præteriti coram me, b contrarium tamen visum fuit Dominis, quia omnis difficultas cessat ex declaratione bo. mem. Cardinali Caraphæ, qui fuit à fœl. recor. Sixto V. deputatus ad cocordandas differentias inter Episcopum, & Cappellanos, is enim per suas literas declarauit sollicitatorem causarum Capituli posse percipere distributiones suæ cappellæ tempore quo est absens pro dicto seruitio. Quia tamen Cappellani allegant solutionem distributionum, erit videndum, quatenus probetur.

*ANNOTATIO.*

a Surd. *cons.* 42. *num.* 13. *& cons.* 460. *num.* 19. qui alios cumulat.
b Vide supra annotationem *ad decisionem* 154.

---

## Gerunden. Anniuersariorum.

*Veneris 25. Iunij 1604.*

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur, quando tendit ad euersionem Statuti confirmati per plures sententias, & quando adest res iudicata, & quando probatio facta non releuaret.

*SVMMARIVM.*

1 *Remissoria non est concedenda, quando tendit ad destructionem Statuti contra plures decisiones, sententias, & rem iudicatam.*
2 *Res iudicata imponit finem litibus, & probationes vlterius non recipiuntur, & ideò stante re iudicata remissoria denegatur, & num. 7.*
3 *Remissoria non est concedenda ad probandum id, quod probatum non releuat.*
4 *Dilatio frustra conceditur ad probandum illud cuius expectatio, & finis potius dispendium, quam commodum vtrique parti est allatura.*
5 *Obseruantiæ interpretatiua non est locus, vbi verba dispositionis sunt clara.*
*Obseruantia est attendenda, etiamsi contrarius intellectus sit de iure veriùs, & obseruantia præualet proprietati verborum, & num.8.*
6 *Obseruantiæ prætextu non potest aliquid prætendi, quòd sit de directo contra dispositionem.*

DECISIO CLXXXIV.

1 FVit resolutum pro denegatione remissoriæ, † quia articuli visi sunt Dominis non aliò rendere, quàm ad vsurpationem administrationis anniuersariorum, quæ debentur beneficiatis ex dispositione Statuti Bertrandi, & ad euersionem ipsius statuti contra tot deci-
a siones, sententias, & rem iudicatam, a & propterea fuit aliàs similis remissoria denegata 9. Martij 1592. coram R.P.D. meo Millino. Et Domini dixerunt, quòd si canonici prætendunt probare aliquid contra Statutum Bertrandi, & anniuersaria eius vigore beneficiatis debi-
2 ta non sunt audiendi, quia obstant sententiæ Rotales, † & res iudicata, quæ imponit finem litibus, vt probatio-
b nes vlterius non recipiantur, b Caput. *decis.* 51. *par.* 3. aut intendunt probare aliquid circa alia anniuersaria particularia non comprehensa in Statuto, & cùm de his non
3 sit controuersia, † non est danda remissoria ad probandum, quod probatum non releuat. *l. ad probationem. C. de prob.* Capotaq. *decis.* 68. *par.* 3. † & frustra conceditur di- 4
latio cuius expectatio, & finis potiùs dispendium quàm commodum vtrique parti est allatura, Cassad. *decis.* 2. *de dilat.* Caput. *decis.* 66. *par.* 3. Et hoc dilemmate vsa est Rota in illa decisione coram R.P.D. Millino. Nec facit, quod dicitur de obseruantia interpretatiua, † quia verba 5
Statuti sunt clara, & sensus manifestus, & propterea nulla est opus interpretatione *l. 3. in fin. C. de lib. prate.* † & sub 6
prætextu obseruantiæ non potest aliquid prætendi contra formam, & dispositionem Statuti Bertrandi, Aretin. *cons.* 115. *nu.* 2. & dixit Rota *in d. decis.* in qua etiam fuit resolutum non esse dandam remissoriam ad probandam aliquam præscriptionem contra d. Statutum; quia debuisset ante rem iudicatam deduci, & probari præscriptio, præsertim cùm exceptio præscriptionis prætendatur orta ante rem iudicatam.

*ANNOTATIO.*

a Et in simili Rota *decis.* 212 *sub num.* 1. *par.* 1. *in recent.* denegauit remissoriam ad probandum intellectum Statuti Toletani in materia impuritatis sanguinis ex eo; quia erat contra alium intellectum, sæpius à Rota in pluribus causis canonizatum.
b Remissoria † post rem iudicatam non datur, quia remissoria imponit finem litibus, & probationes vlteriùs non recipiuntur, Seraph. *decis* 1308. *num.* 1. Rota *decis.* 406. *sub nu.* 2. *par.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Barchinonen. Legitimitatis 4. Febr. 1613. coram R. P. D. Caualerio, & coram eodem in Pampilonen. Tributi 15. Ianuarij 1614. & dixit etiam Rota coram Sanctiss. *infra decis.* 211. vbi fuit dictum, quòd licet Signatura ordinauerit, quòd quis etiam post rem iudicatam audiretur, id intelligi debet ex iam deductis; non autem quòd admittatur ad nouas probationes. Si tamen post rem iudicatam penderet causa restitutionis in integrum, est cócedenda remissoria, vt dixi *ad decis.* 76. item si sententiæ, ex quibus prætenditur inducta res iudicata, essent nullæ, conceditur remissoria, non obstante oppositione rei iudicatæ, vt fuit dictum in Ariminen. Legati 17. Maij 1596. coram bo. me. Litta. 7
c Et quòd † obseruantia interpretatiua non admittatur in claris, Aret. *cons.* 115. *num.* 2. Rota *decis.* 39. *num.* 11. *par.* 2. *diuers.* Seraph. *decis.* 1410. *num.* 24. *&* 25. Rota *decis.* 126. *nu.* 3. *& decis.* 216. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* aduertendum est tamen, quòd si verba non sunt ita clara, vt non excludant contrarium intellectum, tunc attenditur obseruantia interpretatiua, non obstante, quòd contrarius intellectus sit de iure verior, Rota *decis.* 574. *nu.* 3. *par.* 1. *diuers.* & est videnda ad hoc propositum *decis.* 608. *num.* 6. *par.* 2. *in recent.* vbi dicitur, quòd regulæ Cancellariæ, Priuilegia Apostolica, & similia subiacent obseruantiæ interpretatiuæ, etiam si intellectus datus pro obseruantia sit malus, vel de iure non tenendus, quod etiam benè probat Hond. *cons.* 92. *num.* 30. *lib.* 1 & facit, quia magis attenditur interpretatio deducta ex obseruantia, quàm proprietas verborum ipsius dispositionis, Crauet. *responso pro genero, num.* 317. *vers. vsque adeò.* Menoch. *cons.* 390. num. 20. 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsenaten. fideicommissi de Aldinis.

*Lunæ 28. Iunij 1604.*

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Retentio competit pro detractione legitimæ aduersus fideicommissarios.*
2 *Legitima, & Trebellianicæ consumptio iustificari debet per fideicommissarium, qui petit immissionem, & num.5.*
3 *Fideicommissarius, seu alius allegans esse factas alias alienationes anteriores, ex quibus sint consumpta detractio*

*tractiones, probare tenetur.*

4 *Fideicommissario non impeditur immissio sub praetextu detractionum legitimae, & Trebellianicae, sed Rota obseruat dare immissionem pro indiuiso.*

6 *Alienationes factae praesumuntur adaequare quantitatem detractionum.*

## DECISIO CLXXXV.

PRætendebat Io. Baptista Aldinus vltimam seotentiam latam in spolio esse ootoriè iniustam, sed Domini contrarium censuerunt, & quoniam iustitia istius seoteotiæ pendet ab iniustitia aliarum præcedeotium sententiarum, illæ visæ fuerunt iniustæ, quia ex actis noo
a constabat de aoterioribus alienationibus, ᵃ quæ saltem
1 æquareot legitimam, & Trebellianicam, † vnde non po-
b terat concedi immissio, sed competebat retentio, ᵇ vt
fuit resolutum in causa Perusina bonorum 5. Iunij 1581. coram Robusterio, & propterea dictæ seorentiæ suot iniustæ, & per cōsequens sententia, de cuius viribus agitur, iusta non obstat, quòd Iudex processerit per viam compensationis, quia negatur fuisse hac via processum, nec
2 potuit procedi; † cùm oon iustificetur ex actis consum-
c ptio legitimæ, & Trebellianicæ, ᶜ vt fuit dictum io d.
causa Perusina. Et cessat difficultas, quia fuit habita materia pro turbida, & ideo foit pruuisum, quòd daretur cautio, quæ oon erat necessaria, si fuisset probata certa quantitas, quæ compensare potuisset.

### ANNOTATIO.

3 a Ille, qui asserit † fuisse factas alias alienationes anteriores, ex quibus legitima, seu Trebellianica fuerint consumptæ, tenetur probare, Peregrin. *de fideicommissi. artic. 39. numero 13. & seq.* & benè Rota in Romana Vineæ 29. Februarij 1616. coram bon. mem. Andrea, vbi etiam dicitur non sufficere allegare, quòd in hæreditate de tempore mortis fideicommittentis eatatent plura bona mobilia; de quorum existentia hodie non constat.

4 b Hodie Rota sequitur opinionem, † quòd detractio legitimæ, & Trebellianicæ non impediat immissionem, sed dat immissionem fideicommissario pro indiuiso, ita fuit dictum in Foroliuien. Fideicommissi 10. Iunij 1614 coram R. P. D. Buratto, & in Ferrarien. de Tassonis 28 Nouembris 1618. coram R. P. D. Pamphilio, & in Tusculana fideicommissi 4. Iulij 1618. coram R. P. D. Coccino Decano, & in Recanaten. successionis 20. Iunij 1617. coram R. P. D. Buratto.

5 c Allegans † fuisse detractam, seu consumptam legitimam tenetur probare, & filius habet fundatam intentionem in detractione legitimæ sibi de iure competētis, Rota *d. 641. n. 18. par. 1 diuers.* fuit dictū in Romana fideicōmissi de Spinis 18. Martij 1602. corā Cardinali Millino, & in Perusina Bonorum de Antigniola 22. Iunij 1616. & in cadē 27. Iunij 1616. corā R. P. D. Caualerio. An autē hoc procedat etiā, quando filius adiuit hæreditatem, non confecto inuentario, vide quod fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Cataneis 30. Martij 1617. coram R. P. D. Pirouano. Hoc
6 certum † est, quòd quando constat de alienationibus per filium factis illæ censentur adæquare detractiones sibi competentes, nisi contrarium probetur, vt fuit dictum in d. Romana fideicommissi de Cataneis 10. Martij 1617. & in Romana domus ad Peregrinum 11. Martij 1619. coram R. P. D. Coccino Decano, & tradit Peregrin. *de fideicommissi. art. 39. numero 14.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana hæreditatis de Tonsarellis.

*Lunæ 5. Iulij* 1604.

### ARGVMENTVM.

Legatum alimentorū imputatur in legitimam, si fuerit acceptatum, & imputatio fit iuxta æstimationem *l. hæreditatum ff. ad l. Falcid.*

*Decisiones Papales.*

### SVMMARIVM.

1 *In legitimam imputatur quicquid capit filius ex testamento patris quocumque titulo capiat.*

2 *In legitimam imputatur legatum alimentorum, si fuerit acceptatum.*

3 *Legitima debetur in substantia, & corporibus hæreditariis.*

4 *Hoc non procedit, si filius consensisset acceptare legitimam in aliis iuribus, puta in vsufructu.*

5 *Vsusfructus æstimatur iuxta formam* l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.

6 *Vsusfructus imputatur in legitimam.*

## DECISIO CLXXXVI.

GAspar tenetur imputare in legitimam sibi debitam
in bonis Fabij legatum alimentorum, ᵃ io eam enim a
† imputatur qoicquid capit filius ex testamento Patris 1
quocumque titulo sit relictum, *l. omnimodo, & l. scimus. Codic. de inoff. testa.* Bar. *in l. in quartam. numero* 10. vbi Dec. *numero* 179. *& seqq.* Rip. *numero* 140. *ff. ad leg. Falcid.* Capra *cons.* 32. *numero* 8. Paris. *consil.* 1. *num.* 89. *libr.* 3. Curt. iun. *consil.* 180. *num.* 5. fuit dictum in Bononien. fideicommissi vltima Maij 1600, coram Illustrissimo
Cardinali Seraphino, † & in terminis legati alimentorum 2
tradit Gabr. *consilio* 109. *sub num.* 11. *lib.* 1. & latiùs Surd.
*de alimen. tit. 9. quæst.* 34. Nec facit, † quòd legitima de- 3
beatur in substantia, & corporibus hæreditariis, *l. scimus. §. repletionem. Codic. de inoff. testa.* quia illud esset verum, si ipse legatum non acceptasset, eo enim demisso potuisset
consequi legitimam ex ipsis corporibus, † secus autem 4
post acceptationem, quia acceptando videtur consensisse oneri impotationis, quod tacitè ex legis dispositione est ipsi legato iniunctum, & post acceptationem ooo licet variare, Pic. *in d. l. in quartam, sub numero* 183. & ibi etiam Bering. *in cap. 3. numero* 67. Surd. latè *d. quæst.* 34. *numer.* 16. *& seqq.* & fuit benè deductum in d. Boonien.
fideicommissi; † Imputatio autem fiet iuxta æstimatio- 5
nem faciendam secundùm formam, *l. hæreditatum. ff. ad*
*leg. Falcid.* ᵇ vt in vsufructu dixit Rota in d. Bonooien. b
fideicommissi, & in terminis alimentorum, Surd. *vbi supra numero* 17. facit, quod tradit Bal. *in l. cum hi §. nihil autem. in fin. ff. de transact.* quòd io relictis alimentorum respectu gabellæ fiat æstimatio, *iux. d. l. hæreditatum.*

### ANNOTATIO.

a Et † inhærendo in hac decisione, & in *decis.* Seraphin. 6
1365. Rota resoluit in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Martij 1616. coram R. P. D. Manzanedo, quòd legatum vsusfructus imputabatur in legitimam, & fundamenta huius decisionis fuerunt ibi repetita & præter hic allegata eamdem opinionem tenuit Ias. *in Auth. nouissima. num. 45. C. de inoffic. testamen.*

b Et quòd dispositio *l. hæreditatum* habeat locum in calculandis omnibus iuribus ad vitam, Surd. post alios *consilio* 451. *num.* 37. Suarez *in repetit. l. quoniam in prioribus, ampl. 3. num. 9. in fin. & seq. C. de inoffic. testamen.* & fuit dictum in Senogallien Prædij 18. Martij 1616. coram bo. mem. Andrea, vbi hæc decisio allegatur, & non solùm habet locum in dispositione in vltima voluntate, sed etiam in dispositionibus inter viuos, Scac. *de com. testan. de iudic. lib. 2. cap. 2. sub num. 477. & sub num. 476. vers. primus casus est,* qui alios cumulat.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana redditionis rationis Administrationis.

*Veneris 2. Aprilis* 1604.

### ARGVMENTVM.

Administrator tenetur reddere rationem. Vxor relicta hæres sub conditione viduitatis tenetur præstare cautionem Mutianam, &

M 3 transiens

transiens ad secunda vota an, & quando teneatur restituere fructus iam perceptos. Legatum liberationis à redditione rationis quid importet.

*SVMMARIVM.*

1 *Administrator quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis.*
2 *Mutianam cautionem tenetur præstare vxor instituta sub conditione viduitatis.*
3 *Vxor instituta sub conditione viduitatis transiens ad secunda vota tenetur fructus omnes perceptos restituere, & institutio, seu legatum resoluitur vsque ab initio, & latè sub numero 13. vbi vide ampliationem, & limitationem.*
4 *Secus est, si non per viam conditionis, sed per viam dictionis suspensiuæ, donec vidualiter vixeris fuisset instituta, quia tunc non tenetur fructus perceptos restituere, & sub num. 14.*
5 *Conditionis defectus habet oculos retrò, & respicit tempus dispositionis.*
6 *Conditionem importam verba* (restando Vedoua, & seruando l'habito vedouile).
7 *Gerundium appositum verbo futuri temporis importat conditionem.*
8 *Idem est, quando adiicitur verbo præsentis temporis, sed effectus non est de præsenti.*
9 *Conditionale legatum deficiente conditione expirat.*
10 *Conditio adiecta à testatore, quando non est impleta, vocatus sub ea priuatur omni emolumento.*
11 *Liberatio legata à redditione rationis, solùm liberat ab exacta, & scrupulosa ratione non ab omnimoda redditione rationis, & reliquatus restitutione, & num. 14.*
12 *Item non operatur, nisi quoad ea, ad quæ aliàs administrator teneretur ratione negligentiæ, & leuis culpæ.*

DECISIO CLXXXVII.

IN causa Romana administrationis pendente coram
Illustrissimo Cardinali Seraphino tunc Rotæ Auditore
Rota resoluit Faustinam teneri reddere rationem, &
computa suæ administrationis, quæ resolutio fuit per me
de ordine Dominorum extensa; Fundamentum autem
resolutionis fuit, quia cùm in confesso sit apud partes
Faustinam per plures annos administrasse hæreditatem
1 Io. Baptistæ eius viri, † regula est generalis, quemlibet
administratorem teneri reddere rationem suæ administrationis, *l. 2. ff. de neg. gest. l. 1. §. officio*, vbi Iacob. de
Aret. & Bal *ff. de tutel. & ratio. distr.* Soc. *consilio 73. numero 1. & 2.* Aym. *consilio 218. numero 1. & seq.* Nec potest se Faustina excusare à redditione rationis ex legato
vsusfructus, & liberationis à redditione rationis, nam
quoad vsumfructum illi fuit legatum sub conditione vi-
2 duitatis seruandæ, † quam tenebatur implere mediante
cautione Mutiana, *iux. Auth. cui relictum. C. de ind. vidu.*
3 *tol.* † quam viduitatem cùm non seruauerit, sed transierit ad secunda vota, legatum resoluitur vsque ab initio,
& tenetur omnes fructus perceptos restituere, Ias. *in d. Auth. numero 7.* Imol. *in l. Mutianæ numero 4.* vbi etiam
Soc. *numero 1. ff. de cond. & dem.* Ruyn. *consilio 170. numero 7. & 11. libro 3.* cum aliis per Peregr. *de fide. articulo 11. numero 122.* & fuit latè deductum in vna Rauennaten. hæreditatis 24. Nouembris 1582. coram Rubeo, &
in vna Anconitana fideicommissi 3. Iunij 1598. coram
a R.P.D. Lancellotto. [a] Non enim in † casu isto fuit
4 apposita dictio (*donec*) vel alia similis temporalitatem denotans, sed testator processit per viam conditionis, quo
casu res videtur extra difficultatem posita, Bal. *consilio 267. sub numero 4. vers. nam ab intestato libro 5.* Paul.
de Castr. *in l. fin. §. sed quia. in fin. Codic. de indicta vi-*
5 *duitate tollenda.* Nat. *consilio 459. numero 17.* † defectus
enim conditionis habet oculos retrò, & respicit tempus
dispositionis, Signorol. *consilio 227. in quæstione nullitatis numero 6.* Purpur. *consilio 447. numero 7. circa med.* & resoluit ab initio, Menoch. *consilio 134. numero 31.* † Quòd 6
autem simus in conditione probant illa verba (*restando però vedoua, & seruando l'habito veduale*) vt tradit Ruyn.
*d. consilio 170. numero 5. vers. præterea dicendo, & numero sequenti.* † sicut enim gerundium appositum verbo fu- 7
turi temporis importat conditionem, *l. si tum ex parte.*
vbi gloss *in ver. adeunde*, & Bar. *in fin. de acquir. hæred.* idem
Bar. *in l. 1. numero 36. ff. de cond. & dem.* Dec. *consilio 433.*
*numero 6.* † ita etiam, quando fuit adiectum verbo præ- 8
sentis temporis, sed effectus non est de præsenti; prout
in casu isto, in quo vidualis vitæ seruatio defertur post
mortem testatoris: ita Ruyn. *loco alleg.* ob id cessat
etiam liberatio à redditione rationis, quæ fuit in eadem
ratione posita cum ipso vsufructu; & sub eadem conditione viduitatis; † qua deficiente perinde est, ac si libe- 9
ratio non esset legata, *l. necessaria. §. quòd si pendente. ff. de perie. & com. rei vend. l. pecuniam quam*, & ibi Alexand.
*numero 4. ff. si cert. pet.* Paris. *consilio 8. numero 25. libro 3.*
Aym. *consilio 170. numero 8.* † & quando conditio à te- 10
statore apposita non est impleta, vocatus sub ea priuatur
omni emolumento, *l. si quis sepulchrum. §. prætor ait. vers. nisi aliquod ff. de relig. & sumpt. fun. l. pen. in fin. C. de leg.* Paris.
*d. consil. numer. 27.* † Dixerunt etiam Domini, quòd vbi li- 11
berationi legatæ esset locus, ea non liberaret Faustinam
ab exacta, & scrupulosa ratione, non ab omnimoda redditione rationis, & reliquatus restitutione, Soc. *consilio 201. num. 3. lib. 2.* Dec. *consilio 178. sub num. 3. vers. modò considerandum.* Couar. de communi *lib. 2. Var. resol. c. 14. n.*
3. [b] & non operaretur, † nisi quoad ea, ad quæ aliàs Fau- b
stina teneretur ratione negligentiæ, & leuis culpæ, Gabr. 12
qui alios allegat *cons. 62. num. 1. lib. 2.*

*ANNOTATIO.*

a Et † quòd vidua non seruans vitam vidualem teneatur 13
restituere omnes fructus hæreditatis Ecclesiæ sub conditione viduitatis, latissimè fuit dictum in Imolen. Bonorum 31. Maij 1613. coram R.P.D. Coccino Decano, & *decis. 693. num. 1. par. 1. in recent.* Adeò quòd nec excusetur vxor à restitutione fructuum perceptorum sub prætextu ignorantiæ, vt pluribus comprobat Rota *d. decis. 693. num. 2. & seq.* item conclusio procedit siue vxor fuerit instituta hæres sub conditione viduitatis, siue per viam modi, & per verba suspensiua, donec vidualiter vixerit, Peregr. *de fideicommiss. art. 11. nu. 122. & 123.* & fuit dictum in Anconitana fideicommissi 19. Iunij coram Cardinali Lancellotto, & in d. Imolen. bonorum 31. Maij 1613. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi optimè fuit animaduersum dictam distinctionem solùm posse applicari in legatis, non autem in institutione, cùm institutio non possit fieri distinctè per annos, sed debeat esse vnica, & perpetua. Prædicta tamen non procedunt, quando constaret de voluntate testatoris in contrarium etiam tacita, quia tunc vidua non teneretur fructus iam perceptos restituere, vt fuit consideratum in d. Imolen. vbi pro coniectura consideratur maxima dilectio mariti erga vxorem, & alia ibi deducta.

b Rota † *decis. 762. num. 8. par. 2. in recentior.* vbi dicitur fuisse 14
aliàs sæpè resolutum, latè Mant. qui plures cumulat *de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 8. numero 29.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Taurinen. Matrimonij.

*Lunæ 25. Decembris* 1604.

ARGVMENTVM.

Confessio receptæ dotis facta à mario constante matrimonio præsumitur facta in fraudem donationis, vel animo donandi; præsertim concurrentibus coniecturis ponderatis in decis.

Recognitio

**Recognitio bonæ fidei, & confessio fieri quandocumque potest, etiam si sit prohibita obligatio, seu alienatio, dummodò concurrant coniecturæ, & verisimilitudines, ex quibus fomentum recipiat.**

*SVMMARIVM.*

1 *Confessio mariti de dote recepta facta constante matrimonio præsumitur facta in fraudem donationis, seu animo donandi.*
2 *Dos eadem censetur constituta secundo viro, quæ reperitur constituta primo.*
*Hoc non procedit, quando mulier esset minor, & n.10.*
3 *Solutio non est verisimilis sine quietantijs, quando est notabilis summa.*
4 *Quietantiæ duplicatæ solent relinqui in manibus mercatorum soluentium literas Cambij.*
5 *Præsumptio est contra eum, qui non vtitur probationibus, quas de facili habere potest.*
6 *Recognitio bonæ fidei potest quandocumque fieri, & non requirit solemnitates.*
7 *Confessio non admittitur, quando est prohibita alienatio.*
8 *Hoc non procedit quando concurrunt coniecturæ, & verisimilitudines, ex quibus robur recipit.*
9 *Metus excluditur ex præsentia superioris.*
11 *Minoris, & mulieris confessio, quæ alias sine solemnitatibus fieri non potest, quando valeat, & probet.*

DECISIO CLXXXVIII.

FVit concorditer per Dominos cooclusum non esse
standum insttumento prætensæ receptionis dotis fa-
cto sub die 23. Decembris anni 1591. nisi D. Susanna il-
1 lud coadiuuet, † habet enim præsumptionem contra se;
cùm factum sit constante matrimonio, quòd sit factum
a in fraudem donationis, seu animo donandi, [a] *l. 1. & 3. §.
sciendum. ff. de donat. inter vir. & vx. l. quod de suo. C. de dot.
caut. & non n.* Bar. & alij *in l. si diuortio. ff. de verb. oblig.* quę
suspicio non tollitur, sed magis augetur ex præcedenti
promisione, quia io promisiooe dotis non fuit certa
quantitas promissa, & oon negatur receptio dotis, sed
dicitur eam verisimiliter non ascendere ad summam
scutorum 16. mil. vt coofessus fuit maritus, præsertim
attenta dote priori mariro tradita, quæ ad scuta 5.
2 mil. non ascendebat, † & tamen mulier censetur
nubere secundo viro cum ea dote, quam primo con-
b stituerat, [b] *l. si mulier. l. dote, & l. diuus. ff. de iure dot.
l. pen. §. vxor. ff. sol. matr.* Bar. *in disputatione, mulier
habens amplum patrimonium. in prin. solutionis.* Paris. qui
alios cumulat *cons. 34. n. 1. lib. 3.* fuit dictum io vna Romana
fideicommissi, seu suppleméti legitimæ 16. Octobris
1581. corã Cantuccio. Accedit, quòd non est verisimilis
exactio scutorũ 16. mil. intra quatuor menses, qui
intercesserũt inter instrumentũ promissionis, & dictam
confessionem, nullis etiã præcedentibus particularibus
3 quietantijs. † prout oec etiam visa fuit Dominis verisi-
milis ex qualitate solotionis, quæ in iocalibus, & mobi-
libus, ac literis cambij posset ad tantam summam ascen-
dere. Accedit, quòd facile fuisset D. Susaonæ iustificare
confessionem in ea saltem parte, io qua dicit fuisse so-
4 lutum in literis cambij, † ostendendo quietantias mari-
ti, quæ duplicatæ secuodùm notorium stylum relin-
quuntur in manibus mercatorum, vel partitas libro-
5 rum, † & præsumptio est contra eum, qui non vtitur
probationibus, quas facilè habere potest, ad tradita per
Aym. *cons. 134. n. 17.* Taodem contra dictum instrumen-
tum multùm vrgent confessiones d. Susannæ in duob.
instrumentis. Nec releuat, quod obijcitur non fuisse ser-
6 uatã formã, & solemnitates cõstitutionis Ducalis, † quia
constitutio loquitur de alienatione, instruméta autẽ cõ-
tinent recognitionẽ bonæ fidei, quæ semper recognosci
potest, ad notata *in l. si fideiussor. §. quædam tum ff. mand.*
† Et licèt confessio oon admittatur, quando est prohi- 7
bita alienatio, Put. *decis. 7. & 55. lib. 3.* Crescen. *decis. 199.*
† Tameo admittitur, quando concurruot coniecturæ, 8
& verisimilitudines, Ang. *cons. 341. in 1. dub.* Dec. *consil.
96. sub n. 3. vers. Nec obstat, quòd talis confessio.* Tiraq. qui
alios cumulat *in l. si vnquam. in ver. donatione largitus nu.
100. & seq. C. de reuoc. donat.* Aym. *cons. 202. nu. 48.* Gabr.
*consil. 69. ad fin. lib. 1.* Achil. *decis. 1. de confess.* Quæ de me-
tu dicuntur, cessant saltem in ea confessione, quæ facta
fuit coram Episcopo, † cuius præsentia facit cessare sus- 9
picionem metus, Bar. *in l. 2. n. 4. C. de præd. decur. lib. 10.*
Paris. *consil. 10. n. 35. lib. 1.* fuit dictum coram me in voa
Bononien. pecuniaria 9. Iunij 1603. Nec obstat, quòd
dicitur esse falsam causam simulationis, quia si cognata
Comitis Alexandri erat anterior dote Susannæ, confes-
sio Comitis non releuabat, si erat posterior, & fuisset
superflua, quia creditum cognatæ poterat esse inter pro-
missionem dotis, & tempus instrumenti confessioois,
quo casu si confessio sustineretur potuisse illum, seu e-
ius bona secura reddere pro summa scutorum 16. mil.
Ex quibus fuit conclusum non esse standum instru-
mento, nisi Susanna illud coadiuuet.

*ANNOTATIO.*

a Vide quod dixi supra *ad decis. 67.*

b Et quòd † mulier secũdò nubens censeatur eamdem dotem constituere secundo viro, quam dedit primo marito, Rolan. *de lucro dotis quæst. 75. n. 1. & seq.* vbi *sub n. 7.* dicit ab hac sententia non esse in iudicando recedendum, Fanut. *eodem tractat. de lucro dotis glos. 10. n. 31.* Rota *decis. 156. n. 10. par. 2. diuers.* & fuit dictum in Interamnen. Dotis 10. Martij 1604. coram bo. mem. Penia, & latissimè Mant. *de tacit. l. 12. tit. 15. per totum*, vbi constituit regulam cum pluribus ampliationibus, & limitationibus, & præsertim *sub n. 13.* limitat non procedere, quando mulier esset minor viginti quinque annis, quam etiam limitatiooem sequitur Surd. *dec. 287. n. 2.* Procedit præallegata conclusio, etiam ad effectum lucri dotalis, latè Menoch. *cons. 5. per totum*: An autem lucrum dotis acquisitum ex primo matrimonio censeatur secundo viro pro dote datum, pro affirmatiua tenet Ruyn. *cons. 53. sub nu. 27. lib. 2.* Contrarium autem tenet Ias. *cons. 50. lib. 1.* 10

c Confessio † minoris, & mulieris, etiam si aliàs oon sit valida, quando emanat io actu, queoi facere non possuot sine solemnitatibus, Put. *decis. 7. & decis. 55. lib. 3.* tamen id nõ procedit, quaodo est aliundè adminiculata, prout vltra hic allegatos dicit Seraphin. *decis. 1443. n. 1.* Rota *decis. 177. nu. 6. par. 2. diuers.* & fuit dictum in Romana exhibitionis librorum 8. Iunij 1618. coram R. P. D. Remboldo, & in Romana Vineæ de Corbinellis 5. Maij 1618. coram R. P. D. Caualerio, Picus *ad Statut. Vrbis glos. 7. nu. 42.* Gabr. *cons. 51. n. 15. lib. 2.* 11

Item confessio facta à muliere, vel minore per viam recognitionis booæ fidei, & de actu de præterito, tenet etiam sine solemnitatibus, & contraria procedunt in confessione obligatoria de præsenti, ita dixit Rota in Romana dotis 10. Ianuarii 1600. coram Cardinali Sacrato, sed tamen aduerte, quòd dicta decisio fuit declarata, & limitata in Romana Societatis 9. Februarii 1607. coram R. P. D. Ortembergo impress. penes Zacch. *de societ. decis. 24.* & ibi vide.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hortana Domus.

*Lunæ 25. Octobris* 1604.

ARGVMENTVM.

Sumptus litis non sunt subministrandi colliti- ganti aduersario, nisi probata paupertate, & præsumptione boni iuris, & quid oporteat in

in hac materia rescriptum Signaturæ (*submi-nistratis expensis arbitrio Rotæ.*)

## *SVMMARIVM.*

1 *Expensarum litis subministrationem prætendens ab aduersario, probare debet paupertatem, & præsumptionem boni iuris, & de hac materia latè sub n.7.*

2 *Quod procedit non obstante, quòd Signatura rescripserit* (subministratis expensis arbitrin Rotæ.)

3 *Arbitrium intelligitur, prout de iure.*
*& An, & quando relaxet de iuris rigore, latè numer.*8.

4 *Signatura quando vult precisè, quòd subministrentur alimenta, & sumptus litis, rescribit cum clausula* (subministratis expensis, seu alimentis arbitrio Rntæ taxandis) *& nu.*9.

5 *Clausula* (subministratis expensis) *operatur, quòd Iudex non habet iurisdictionem, nisi facta prius subministratione.*

6 *Expensas litis regulariter litigans non tenetur subministrare suo aduersario.*

## DECISIO CLXXXIX.

PRætendens sibi subministrari sumptus litis ab ad-
1 uersarin † duo habet necesse probare, paupertatem,
& præsumptionem boni iuris, Arct. *in c. si quis testium. col.*
*3. in 2. & 3. conclusione. de testi.* Alciat. *reg. 3. præs. 9 n. 8. &*
*seq.* Cnuar. *pract. quæst. cap 6. sub n. 5. & n. seq.* Crescent. *de-*
*cis. 8. de iud.* fuit dictum in vna Valeñ. Emolumentorum
27. Nouembris 1579. cnram Illustrissimn Cardinali Se-
raphinn, & quotidie seruat Rnta: propterea dixerunt
Dnmini nnn teneri Pamphilium ministrare expensas
Lauræ, quæ neutrum probauit. Nec est verum, quòd Si-
2 gnatura præcisè cnmmiserit subministratinnem, † quia
licèt rescripserit cum clausula (*subministratis expensis*)
3 tamen adiecit, *arbitrio Rotæ*, † quod arbitrium intelligi-
a tur, prout de iure, [a] *l. fin. §. sed etsi*, vbi Bar. *nu. 16. C. com. de*
*legat.* Peregr. *decis. 239. lib. 2.* Cæs. de Grass. *decis. 7. num. 7.*
*de re iud.* fuit dictum cnram. R. P. D. meo Decano in V-
lixbnneñ. bonorum 28. Ianuarij 1594. & in Brixieñ.
pensionis 15. Martij 1599. & in alijs pluribus. Nnn pla-
cuit intellectus partis aduersæ, arbitrium esse referua-
tum respectu quantitatis expensarum, non respectu sub-
ministratinnis, quia cùm de quantitare nulla fiat men-
4 tin, nnn potest ad illam referri arbitrium, † snlet autem
Signatura, quandn id intendit, adijcere verbum (*taxan-*
*dis*) aut simile, vt aliàs dixit Rnta cnram R. P. D. meo
b Lancellnttn. [b] Nec facit, quod dicitur de clausula cum
5 facultate subministrandi expensas, † quia aliquandn Si-
gnatura vult suspendere iurisdictionem, vt non proce-
datur, nisi cum subministratinne expensarum & vtitur
clausula (*subministratis*) hæc enim est virtus d. clausulæ,
vt fuit dictum cnram R. P. D. meo Millino in Recana-
teñ. prædij 14. Iunij præteriti, aliquandn vult tantùm
concedere iurisdictionem, & facultatem subministran-
di, & apponit clausulam cum facultate. Et eò minus di-
cendum, quòd Signatura voluerit simpliciter, & absn-
6 lutè ministrari expensas, quia hnc saperet iniustitiam; †
nam regulariter aduersarius aduersario eas nnn mini-
strat, *l. Imperatores. ff. de tutel. & ration. distr.* Aegid. *decis.*
*88. circa med.* Qund dicitur de consensu partium, non
probatur.

## *ANNOTATIO.*

7 a Cnlitiganti † sunt subministranda alimenta, & sumptus litis duobus concurrentibus, paupertate, & præsumptione boni iuris, Surd. *de alimen. tit. 1. quæst. 110. nu. 8. & quæst. 120. nu. 3. & seq.* Veral. *decis. 20. nu. 2. lib. 1.* Seraphin. *decis. 426. num. 1. & decis. 1098. num. 2.* & Rota *decis. 748. num. 2. par. 2. in recent.* Hoc procedit etiam si non agatur ad vniuersitatem bonorum, sed ad res particulares prout reprobato Surd. *dict. quæst. 120. num. 14.* dixit Rota *in d. decis. 748 n. 5. par. 2. in recent.* Requiritur tamen, quòd agatur de re fructifera, vel aliàs pretio æstimabili, Rota *decis. 470 num. 6. par. 2. in recent.* Item etiam requiritur, quòd altera pars sit diues, vel saltem non egeat, pauper enim non tenetur alere alium pauperem, vt in his terminis dixit Rota *dicta decis. 470. num. 7. par. 2. in recent.*

Præsumptio boni iuris ad istum effectum debet esse non leuis, Couar. *pract. cap. 6. nu. 5. vers. idem ipse fateor.* Vallasc. *consul. 1. n. 12.* & dixit etiam Rota coram eodem Sanctissimo infra *decis. 524. num. 2.* Resultat tamen sufficiens præsumptio boni iuris ex sententia; etiam si fuerit ab ea appellatum, latè Couar. *pract. d. cap. 6. sub num. 6.* Surd. *de alimen. tit. 1. quæst. 120. num. 10. & 11.* Rota *decis. 250. sub nu. 2. par. 1. in recent. & decis. 748. sub nu. 2. par. 2. in recent.* vbi fuit dictum non tolli præsumptionem boni iuris ex secunda sententia reuocatoria primæ, si prima fuit postea per tertiam sententiam confirmata.

Paupertas debet probari in specie respectu effectus, de quo agitur, & ideò non sufficeret, quòd in genere paupertas probaretur, nisi in specie probaretur paupertas talis, nb quam non possit quis se, & litem sustentare, Seraphin. *decis. 426.* & fuit dictum in Corduben. Cappellaniæ 8. Nouembris 1610. coram R. P. D. Ortembergo, & si haberet patrem diuitem, vel ei non esset indecorum proprijs manibus laborare, tunc cessaret paupertas, prout in istis terminis dixit Rota *decis. 470. n. 5. par. 2. in recent.*

Sciendum est autem, quòd huiusmodi alimenta, & sumptus litis, quæ lite pendente collitiganti subministrantur, non imputantur in sortem principalem, nec minus in casu succumbentiæ restituuntur, Vallasc. *consult. 1. num. 7.* Vincēt. de Franch *decis. 614. n. 1. & seq.* Marescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 83. num. 26.* & dixit Rota in Romana Bnnorum de Cecchis 14. Nouembris 1603. coram bo. me. Penia, & in Romana Saluiani 17. Maij 1613. coram Cardinali Sacrato, vbi propterea dicitur, quòd non tenetur recipiens cauere de restituendo, reprobando Couar. *pract. quæst. cap. 6. nu. 7.* qui contrarium sensit.

b Arbitrium † regulatur à iure, vt firmatur in hac decisione, & *in decis. 450. num. 1. & decis. 587. nu. 1. & decis. 669. num. 1. par. 2. in recent.* & hoc tantò magis procedit, quando arbitrium legitur in Commissione emanata à Signatura iustitiæ, quæ non facit rescripta gratiosa, seu aberrantia ab ordine iuris, vt dixit Rota *decis. 758. nu. 1. in fine par. 1. in recent.* verumtamen etiam est verum, quòd arbitrium dat facultatem aliquid relaxandi de iuris rigore, Rota *decis. 450. n. 1. & decis. 284. nu. 5. & decis. 587. num. 1. par. 2. in recent. & decis. 85. nu. 4. & decis. 179. num. 2. par. 1. in recent.* & operatur, vt relicto extremo rigoroso, seruetur æquitas, Rota *decis. 506. num. 1. par. 2. in recent. & decis. 462. num. 3. par. 1. in recent.* & hoc tantò magis procedit, quando rescribitur iudici aliàs amplam iurisdictionem habenti, ne si reducatur ad meros terminos iuris, reddatur hæc clausula inanis, ita Rota *decis. 363. num. 1. par. 2. in recent* & benè facit Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 35.* Item etiam ob eamdem rationem dicendum est, quòd arbitrium relaxet iuris rigorem, quando conceditur circa ea, quæ sunt à iure determinata, ita fuit dictum in Catanien. Illegitimitatis 10. Ianuarij 1583. coram. fœl. re. Clem. VIII. Verùm etiam in casibus, in quibus censetur datum arbitrium ad effectum recedendi à iuris rigore, id intelligitur solùm subsistente aliqua rationabili causa, & non aliàs, vt fuit dictum in Tirasonen. coram Scoto impressa penes Marches. *de Commiss. tom. 1. fol. 344.* 8

c Et hoc casu, quando ita Signatura † rescribit, censetur præcisè rescribere circa præstationem alimentorum, & clausula (*arbitrio*) solùm respicit taxationem, ita fuit dictum in Imolen. discussionis 8. Februarij 1608. coram R. P. D. Coccinn Decano. 9

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana

## Romana, seu Sabinen. census.

*Lunæ 8. Nouembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Fideiussor soluens, reportata cessione, dempta sua rata, potest agere contra alios confideiussores non obstantibus exceptionibus, quibus in decisione responderur.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussor, qui totum debitum soluit, potest obtenta cessione, & deducta sua portione conuenire confideiussores ad restitutionem pecuniarum per ipsum solutarum, de quo latè vide sub num 3.*
*Fideiussor non potest repetere ab aliis fideiussoribus eorum ratam, nisi in actu solutionis reportet cessionem, & num. 4.*

2 *Oratio vnica, quæ regitur ab vnico verbo, vna eademque determinatione determinatur.*

### DECISIO CXC.

IMposuit D. Latinus Vrsinus super quibusdam suis tenutis in Castro Nomenti plures census, ex quibus vnum vendidit Dominis Ferratinis pro pretio scutorum 3. mil. qui postea peruenit ad Marcellum Petrignanum; huic censui prout alis promisit Latinus facere accedere Communitatem Pontis Castri Silicis Nomenti, & quasdam alias, quæ cum licentia fœl. recor. bo. mem. Gregorij XIII. accesserunt, & D. Latinus promisit eos indemnes conseruare; accessit enim D. Henricus Vrsinus, qui conuentus à Petrignano soluit in pluribus vicibus scuta 7.1. pro fructibus, obtinuit
1 cessionē contra confideiussores †, & dempta rata, quæ ad ipsum spectat, instant hæredes pro mandato contra Communitates supradictas, quæ ad solutionem non teneri excipiunt, tùm quia census fit extinctus ex eo, quòd filij Latini vendiderunt d. Castrum, & Tenutas Excellentissimo Marchioni Peretto, Sanctissimo Domino Nostro venditionem confirmante, & liberante, penitúsque eximente bona vendita ab omnibus censibus, & hypothecis; item quia licentia data à Gregorio XIII ad obligandas Communitates, continebat expressam conditionem, quòd Communitates haberent specialem hypothecam Tenutarum, super quibus census imponeretur, & assignationem tàm fructuū, & prouentuum ipsarum, quàm Castrorum; & aliorum Latini bonorum, cum facultate percipiendi, & retinendi fructus pro sua releuatione. Vnde cùm istæ cautiones hodie illis non seruentur, nec seruari possint, stante venditione bonorum, vt supra, sunt tutæ exceptione, cùm non se obligarent. nec obligari potuerint alio modo. Quibus non obstantibus Domini resoluerunt dandum esse mandatum hæredibus D. Henrici aduersus Communitates, potuit enim D. Henricus obtenta cessione, & deducta sua portione Communitates conuenire ad restitutionem pecuniæ per ipsum solutæ, glos. *in l. Modestinus. in ver. actionum*, vbi Bar. *num. 8. in fin.* Paul. de Castr. *num. 4. in fin. ff. de solut.* Specul. *in tit. de cessio. actio.*
a § 1. *num. 18.* a Non obstat allegata extinctio; quia contra ipsum D. Henricum, quando conueniebatur pro solutione à Petrignano, fuit in Rota coram me resolutum censum non fuisse extinctum. Non obstat, quòd fuerit data licentia sub illa conditione, quæ requirat perseuerantiam, & hodie defecerit, † quia fuit dictum
2 omnia illa esse posita in vna, eadémque clausula, quæ tota regitur ab vnico verbo illo (*promittat*) ex cuius determinatione tota completur oratio, ita vt sufficiar sola promissio indemnitatis cum dictis cautelis, vt facta fuit, ad tradita per Ang. *cons. 143. ad fin.* & per Ruyn. *cons. 3. sub num. 20. lib. 2.* suadetur ista interpretatio, quia si ista clausula reciperet hanc interpretationem suspensiuam, seu resolutiuam, quòd communitates accedentes non tenerentur, nisi quatenus possint consequi releuationem, sic, vt supra, expressam, gratia fuisset inutilis Latino, qui proculdubio non inuenisset, qui census emerent cum ista conditionali accessione, quæ ex futuro euentu desineret. Hoc etiam eò magis dicendum; quia Papa voluit fideiubentes teneri de euictione Tenutarum, & de conseruando emptores censuum in possessione. Vnde si tenentur in casu, quo Tenutæ euincerentur, consequens est ipsum non intellexisse, quod fideiussio staret solùm, si, & quatenus Tenutæ sub hypotheca remanerent.

*ANNOTATIO.*

a Alexan. † *cons. 38. in fin. lib. 5.* Vincent. de Franch. *decis. 55 nu. 1.* fuit dictum in Bononiens. Pecuniaria 14. Iunij 1610. & 27. Iunij 1611. coram R P. D. Coccino Decano, & in Romana Census 18. Maij 1618 coram R. P. D Manzanedo, imò etiam quòd confideiussor, qui totum soluit, & reportat cessionem, possit insolidum agere, etiam non detracta sua rata, tenuit Rota cessionis coram Robusterio *imp. ess decis. 859. par. 4. in recent.* vbi redditur ratio, quia sicut creditor cedens potuisset in solidum agere, nulla rata detracta, ita videtur, quòd idem possit fideiussor cessionarius, qui vtitur omnibus iuribus cedentis, & secuta fuit Rota *in decis. 362. sub num. 5. vers. respondebatur. par. 1. in recent.* vbi tamen fuit dictum, quòd hoc apud nonnullos ex Dominis habebat difficultatem, & contrariam opinionem latè defendit Enrig. *de fideiuss. part. 3. cap. 27. num. 28. in fin 29.* sed istæ opiniones ad inuicem conciliari possunt, nam aut fideiussor soluit, vti tertius, quasi emendo nomen debitoris, iuxta textum in *l. cum his. ff. de solut.* & tunc potest procedere prima opinio, quia tunc non censetur, vti fideiussor, sed vti quilibet tertius, aut verò soluit vti confideiussor, & tunc omnino tenetur detrahere suam ratam, prout ita distinxit Rota in Romana societatum 24. Februarij 162. coram Illustrissimo Cardinali Sacrato impress penes Zacch. *de societ. offic. decis. 17.* & penes Farinac *post 2 lib. consil. decis 362.* Sciendum est † etiam, quòd si confideiussor non reportat cessionem, non potest agere contra alios confideiussores, Eueiardus *cons. 1. per totum.* Costa *de portion. rata quæst. 22.* Enrig. *dicto cap. 27. num. 10.* Rota *decis. 732. sub num. 1. part. 2. in recent.* 3 4

Et dum agit contra alios confideiussores tenetur etiam illis cedere actionem prius sibi cessam, Enrig. *de fideiuss. dict. c. 27. n. 28 in fin.* & altero ex confideiussoribus existente non soluendo istud damnum pro rata diuidi debet, Enrig *dict. cap. 27. num. 36.* qui alios refert.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Viterbiens. Decursus aquarum.

*Lunæ 15. Nouembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Remissoria in prophanis data releuantia indistinctè conceditur, non obstantibus, quòd didicita fuerint testificata, quando articuli continent materias diuersas.

*SVMMARIVM.*

1 *Remissoria est concedenda, quando materia sunt releuantes.*
2 *Remissoria in prophanis conceditur indistinctè.*
3 *Remissoria non denegatur sub prætextu, quòd didicita fuerint testificata, quando articuli continent materias diuersas.*
4 *Præscriptio differt à consuetudine, & vide latè sub num. 6.*

*num.6.*

5 *Remissoria non de facili denegatur propter præsumptionem calumniæ.*

DECISIO CXCI.

1 FVit conclusum pro remissoria, † quia materiæ sunt releuantes, Peregr. *decis.* 241. *lib.* 3. Pur. *decis.* 412. *lib.*
2 1. Paleot. *decis.* 7. † & sumus in prophanis, in quibus indistinctè conceditur, Pur. *decis.* 201. *lib.* 1. Mohed. *decis.*
3 199. Cæs. de Graff. *decis.* 1. *nu.* 10. *de dilat.* † Non obstat, quòd dicitur fuisse didicita restificata, quia materiæ sunt diuersæ; primi enim articuli continent generalem con-
4 suetudinem, isti autem particularem præscriptionem, †
a & clarum est differre præscriptionem à consuetudine, a Bal. *cons.* 401. *num.* 3. *lib.* 5. Io. Fab. *in* §. *ex non script. num.* 5. *Inst. de iure nat. gent. & ciuil.* latè Aym. *de antiq. temp. par.* 4. *section.* 1. *nu.* 1. *cum multis seqq.* Quæ dicuntur de
5 calumniæ suspicione, non placuerunt Dominis, † & propter huiusmodi præsumptionem Rota non est facilis ad denegandam remissoriam. b

*ANNOTATIO.*

6 a Plores † differentias inter præscriptionem, & consuetudinem enumerat Crauet. *de antiq. temp. par.* 4. *sect.* 1. *per totam*, & præcipua differentia est, quia per præscriptionem acquiritur priuato, siue illud ius trahatur ex publico siue ex priuato, per consuetudinem verò acquiritur publico, & non priuato, vndecumque ius trahatur, Rolan. post relatos *cons.* 5. *num.* 76. *lib.* 1. & fuit latè dictum in Cordubens. Redecimarum 14. Maij 1608. coram R.P.D. Coccino Decano, prout etiam præscriptio dicitur, quando agitur de auferendo ius alicui competens, & acquirendo alteri, Seraphin. *decis.* 10. & fuit dictum in dicta Cordubens. Redecimarum, vbi fuit dictum hoc procedere, etiam si agatur de acquirendo non vni certæ personæ, sed certo generi personarum. Hinc Rota pluries dixit, quòd quando Capitulum prætendit acquirere ius aliquod contra Episcopum, dicitur præscriptio, non consuetudo, prout plures decisiones in his terminis refert Garz. *de benefic. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 98. & 99. Et releuantes effectus inde resultant: nam præscriptio sæpè requirit titulum, consuetudo autem non requirit altum titulum, Garz. *loco prœallegato, num.* 98. *in princip.* præterea præscriptio non currit fine scientia illius, de cuius interesse agitor: consuetudo autem non requirit scientiam alicuius, Seraph. *decis.* 798. *sub num.* 3. *vers. neque obstat.*

b Vide annotationem suprà *ad decis.* 81.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Camerinens. Transactionis.

*Veneris* 19. *Nouembris* 1604.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneplacitum Apostolicum quando est reseruatum cum clausula* (non aliàs) *debet per necesse interuenire, etiam si alioquin non esset necessarium, & num.* 3.

2 *Renunciatio licèt de sui natura non comprehendat ius de futuro, fallit tamen quando continet verba* (habere possit) *quæ sonant in futurum.*

DECISIO CXCII.

PRoposui dubium sæpiùs discussum, nunquam tamen resolutum, an defectus beneplaciti Apostolici obstet transactioni, quod tandem Domini affirmati-
1 uè resoluerunt, † quia si beneplacitum ex conuentione reseruatum præsertim cum clausula (*nec aliàs*, &c.) non accedat, transactio corruit, quamuis alioquin non esset necessarium, vt fuit dictum in Comens. locationis 10. Maij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in aliis sæpius. a Nec obstat, quòd ex aduerso dicitur, reseruationem non esse simpliciter factam, a nec totam transactionem respicere, sed solùm si, & quatenus ex pactis transactionis contrauenietur dispositioni testamenti cui partes voluerunt adhærere, donec, & quousque aliud non fuisset repertum. Quia ista restrictio, & intellectus Dominis non placuit, dicebant enim illa verba (*non intendunt recedere à testamento*; *nisi præuia concessione*) non habere hanc vim restringendi, & limitandi impetrationem beneplaciti, quatenus transactio esset contraria testamento, sed importare, quòd nolunt recedere à testamento dando executionem contractui, ita vt quandocumque intentaretur remedium, & via transactionis, semper obstaret exceptio non obtentæ confirmationis Apostolicæ, quæ ex ventre instrumenti oritur; binè enim nouerant partes, quando transigebant, an transactio esset dispositioni testatoris contraria, nec ne, & voluit Vannes esse securus de non contrauentione. Hoc suadent verba subsequentia (*& non aliàs prædicta, & infra fienda intendunt habere rata, neque firma, donec, & quousque aliud testamentum fuerit repertum*) quæ clausula operatur, quòd non possit peti executio contractus, non obtento beneplacito, donec reperiretur aliud testamentum: Et tantò magis voluerunt sub clypeo beneplaciti se tutos reddere propter prohibitionem alienationis in transactione relatam. Vlteriùs quando intellectus partis aduersæ esset attendendus, & reseruatio beneplaciti esset limitata, & restricta ad casum, in quo recederetur à primo testamento, recessus videbatur Dominis clarus, dum Antonius pro se, & Cæsare fratre, & vtrinsque filiis renunciat Vanni, & Rocho eius patri omne ius, omnémque actionem, quam, & quod quomodocumque, & qualitercumque haberet, seu habere possit ex quauis causa, & occasione super bonis, & hæreditate d. R.D. Ludouici. † Nec 2
facit, quòd dicitur renunciationem non comprehendere Ius de futuro, sed illud tantùm, quòd de tempore transactionis competebat, quia illa verba (*habere possit*) sonant in futurum. Non obstat, quòd si hoc est verum, & intelligatur de tali contrauentione testamenti, renunciatin hoc ius non comprehendet, cùm partes protestatæ sint nolle recedere à testamento, quod reperitur, quia non simpliciter protestatæ sunt nolle recedere, sed cum limitatione, nisi præuia concessione Apostolica, quæ verba habent implicitum sensum, vt accedente concessione, non recusent; imò velint recedere: Et dum ex aduerso dicitur non fuisse necessarium beneplacitum, cùm sine eo potuissent partes renunciare iuri proprio, & sic fideicommisso, quatenus eorum fauorem concernit; fuit responsum voluisse firmiùs cauere, & non restringere impetrationem beneplaciti ad casum necessitatis, vt suadet etiam clausula (*non aliàs*, &c.) vt in præallegata Comens. locationis. Accedit, quòd renunciabant etiam nomine filiorum, quibus præiudicare non poterant, vnde videbatur necessaria, vel saltem multùm opportuna confirmatio. Non releuat, quòd fuerat reseruatus cõsensus Papæ, sed & aliorum quorumcumque, quia fuit reseruatus consensus inferioris habentis facultatem confirmandi, quod non infert necessariam non fuisse confirmationem Sedis Apostolicæ, vel alterius.

*ANNOTATIO.*

3 a Et fuit † dictum in Pisana bonorum 28. Octobris 1585. coram Brauo, & in Aretina Cappellaniæ 16. Ianuarij 1616. coram R.P.D. Butatto, & in Ferrariens. decimarum 23. Iunij 1617. coram R. P. D. Pamphilio, in quibus omnibus decisionibus Rota dixit esse necessarium beneplacitum Aposto-

Apostolicum, quando fuit reseruatum cum clausula ( *non aliàs* )etiam si aliàs de iure non esset necessarium,& ideò non est habenda ratio de futuro, Gabr. *conf.92.num.4.& sequ.lib. 1.* qui tenet non esse necesse expedire beneplacitum Apostolicum, quando illud de iure non est necessarium, non obstante clausula ( *non aliàs* ) quam ipse dicit censeri appositam solùm ad maiorem cautelam; si verò beneplacitum reseruatum sit simpliciter, sine dicta clausula ( *non aliàs* ), non sit de iure necessarium, tunc potest omitti, Gabr.*d.conf.92. num. 7.* Rota *decis.519. num.3. par.1.diuers.*Seraph. *decis.1027. num.6.* & fuit sæpè in Rota decisum.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Prælationis.

*Veneris 19. Nouembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Censuarius vigore Bullæ Pij V.habet prælationem non solùm in venditione voluntaria, sed etiam in necessaria,quæ fit per viam subhastationis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Prælatio competens censuario ex Bulla Pij V. habet locum etiam in subhastatione,& nu.13.*
2 *Venditio,quòd sit voluntaria,vel necessaria, est quid accidentale.*
3 *Factum Iudicis habetur pro facto partis.*
4 *Dispositio quantumuis exorbitans extenditur, quatenus verborum proprietas requirit.*
5 *Etiamsi maior esset ratio in vno casu, quàm in alio.*
6 *Censuario prælatio fuit concessa propter ius, quod habet in re.*
7 *Ex Censuarij prælatione non redditur deterius ius vendentis.*
8 *Dispositio loquens in venditione an procedat in addictione pignoris.*
9 *Venditio facta à Iudice plus offerenti differt ab adiudicatione,sea datione insolutum,quæ fit creditori.*
10 *Dispositum simpliciter in venditione non habet locum in venditione necessaria.*
11 *Denunciatio, & intimatio venditionis, quæ fieri debet censuario vigore Bullæ Pij V.fieri potest non solùm à venditore,sed etiam ab emptore.*
12 *In venditione,quæ fit per subhastationem,apponi possunt conditiones.*

### DECISIO CXCIII.

FVit resolutum ( Dominis omnibus idem sentientibus) priuilegium in bulla Pij V. concessum dominó census, vt præferatur emere volentibus rem censui
1 suppositam, procedere etiam in venditione † per viam
a subhastationis facta;[a] Fundamentum Dominorum fuit, quia verba bullæ verificantur, & mens non est aliena, venditio enim est re, & verbis; cùm habeat omnia ad venditionem requisita. Et licèt fiat ex causa necessaria,
2 hoc non alterat naturam venditionis,† cùm esse voluntariam, vel necessariam venditioni accidentaliter contingat, ad not. *in l.pacta conuenta.ff.de cont. empt. in l.insigentinm §. adeo.ff. de pact.* prout nec etiam refert, si
3 fiat à Iudice, vel à Domino, † cùm præsertim in hoc factum Iudicis habeatur pro facto partis, *l. si ob causam C.de euict.l. si pignora ff.eod.tit.*cùm igitur simus in ven-
4 ditione propria, † succedit regula, quòd dispositio, quantumuis exorbitans, & restringenda, semper est intelligenda, vt eatenus disponat, quatenus proprietas verborum se extendit,*l.cum lege*, vbi Aret.*ff. de testa. c. si quam.de sentea.excom.* Caldet. *conf.1. circa princ. in tit.de consang.& affi.* Aym.*conf.227.nu.12.* † etiam quòd esset 5
maior ratio in vno casu, quàm in alio,*l.1.§.quòd autem, ff.de ale.lus. & aleat.* Concurrit etiam mens, & intentio
bullæ, † quæ fuit fauere Dominis census propter ius, 6
quod habet in re, quem fauorem ita meretur, si fiat venditore inuito, quemadmodum si eo volente videtur, quod vi.† Nec ius vendentis fit deterius, aut illi in 7
aliquo præiudicatur, cùm eius non intersit,an res vendita permaneat penes oblatorem, cui per Iudicem fuit deliberata, vel perueniat ad dominum census. Nec facit quod dicitor ex aduerso nos versari in addictione
pignoris, & adiudicatione, † & propterea non intrare 8
dispolita in venditione, quia vltra, quòd opinio tenentium in huiusmodi adiudicatione non esse locum retra-
ctui, non caret difficultate,[b] & contradictionibus, quia b
contrarium defendunt Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. glos.14.num.13.& sqq.* Mattien.*super const. regn. Hispan. tit.11.l.7.glos.7.* Io. Guttien.*pract. quæst. lib.2. quæst.157.*
*numer.1.*† multùm etiam differunt conditio,quæ fit per 9
Iudicem licitanti,& addictio,quæ fit creditori, *l.ordo,C. de execu.rei iud.*Bal.*conf.300.lib.1.*Tiraquel.*d.glos.nu.18.*
Mattien. *vbi supr.num.10.ad fin.* Nec obstat, † quòd in 10
multis casibus cumulatis per Rol. *conf.21.lib.1.* dispositum in venditione non habeat locum in venditione necessaria, quia illud ibi contigit propter disparitatem rationis. Non obstant ponderationes verborum bullæ; nam circa verbum ( *vendenda*) iam fuit dictum nos non esse in addictione pignoris,sed in venditione facta oblatori,quæ est vera venditio. Nec etiam placuit alia pou-
deratio super denunciatione facienda,† quia bulla non 11
dicit, quòd dominus rei, nec venditor debeat facere huiusmodi denunciationem, sed loquitur impersonaliter, & propterea poterit ab ipso emptore fieri, imò videtur ab eo potius facienda; cùm sua intersit magis, quàm venditoris rem non retrahi. Minus etiam facit, quod disponitur debere denunciari conditiones, qui-
bos res vendenda sit, † quia etiam in venditione, quæ 12
fit per subhastationem, possunt apponi conditiones, & vt plurimùm apponuntur circa distributionem pretij, & cautelas creditorum, & aliæ. Rom. & Alexan.ex aduerso adducti loquuntur in Statuto,in quo aderant verba ( *voluerit vendere* ) quæ plurimùm ab ipsis ponderantur ad probandum, quòd statutum loquatur de venditione voluntaria; bulla autem loquitur simpliciter de re vendenda. Ex quibus fuit resolutum illam comprehendere venditiones per viam Curiæ factas. An autem fratres Sancti Honufrij domini census habeant hoc casu prælationem in præiudicium Ecclesiæ Sancti Sabæ, quæ dicitur esse domina directa Vineæ, de cuius retractu agitur, & an sibi præiudicauerit agendo Saluiano contra D. Equitem Crescentium pro fructibus,& recipiendo partem pretij venditionis, erit particulariter videndum.

### *ANNOTATIO.*

a De †hac decisione latè meminit modernus Perusin.Cinc. 13
*de censib par.2. cap.2.quæst.3 art.1.num 25.fol. mihi* 144. sic etiam ius cógrui habet locum in subhastationibus, Vinc. de Franch.*decis.588.nu. 1.* prout etiam Dominus directus, qui in alienatione rei emphyteuticæ habet ius prælationis *ex l.fin.C.de iur.emph.*præfertur etiam in subhastatione, vt fuit dictum in Romana domus 22. Iunij 1611. coram Cardinali Lancellotto.

b Hanc opinionem, quòd scilicet,in addictione,& datione in solutum facta per Iudicem ipsi creditori non habeat locum prælatio competens Censuario ex Bulla Pij V.tenet idem modern Perus.de Censib.*par.2.ca.2.quæst.1.Art.4. nu.29.A.fol.mihi* 144. vbi alios refert.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Montis Falisci fideicommissi.

*Mercurij 24. Nouembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Fideicommissarius non tenetur probare dominium testatoris, sed solùm illius possessionẽ; quando agit contra hæredem, vel habentem causam ab illo. Testis recipit interpretationem ab articulis. Datio insolutum, an verò pignus præsumatur quando quid à debitore assignatur creditori.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario sufficit probare solam possessionem fideicommittentis, quando agit contra habentem causam ab hærede grauato etiam mediatè, & num. 24.*

2 *Testis deponens indefinitè intelligi debet de toto, si totum fuit articulatum, & vide nu. 25.*

3 *Testis recipit interpretationem ab articulis, & numer. 26.*

*Et ideò testis deponens simpliciter de valore beneficij censetur percutere tempus datæ, si articuli continent tempus datæ, & num. 26.*

4 *Testis, licèt neget se scire, quod per prius affirmauerat, non repellitur, quia quando factum erat magis recens, potuit bene scire, & postea tractu temporis potuit obliuisci.*

5 *Memoria hominum non est stabilis.*

6 *Obliuionem in teste potius præsumere debemus, quàm dolum.*

7 *Obliuio præsumitur ex interuallo decennij.*

8 *Testis, deponens se fuisse subornatum, non probat subornationem quoad alium testem, sed solùm quoad se ipsum.*

9 *Testis mendacium circa non substantialia non infringit dictum illius.*

10 *Pignus conuentionale possidetur per creditorem.*

11 *Immissio ex remedio* l.finalis C.de edicto diui Adriani tollen. *competit etiam pro bonis per defunctum detentis.*

12 *Datio insolutum, non pignus in dubio præsumitur, & vide latè sub num. 27.*

13 *Præsertim fauore dotis.*

14 *Idem etiam quando datur res pro quantitate.*

15 *Verbum* (dedit) *denotat translationem dominij.*

16 *Datio insolutum, non pignus præsumitur stante pacto reficiendi melioramenta.*

17 *Ædificare non præsumitur quis in alieno.*

18 Reluitionis *verbum, conuenit tàm naturæ pignoris, quàm retrouenditioni.*

19 *Venditio cum pacto de retrouendendo videtur quasi pignus.*

20 *Æstimatio non facit venditionem, quando non est facta condigno pretio.*

21 *Pretium præsumitur iustum, & qui dicit contrarium, debet probare.*

22 *Exceptio iuris redimendi, tamquam requirens altiorem indaginem, non impedit immissionem ex remed.* l.finalis.

23 *Possessio transfertur per actum facti, etiam ex contractu nullo, & sub num. 28.*

*Hoc non procedit, quando nullitas proueniret ex defectu consensus, & num. 28.*

### DECISIO CXCIV.

Domini vnanimi consensu perstiterunt in resolutis, probari Tenutam Florentini fuisse in bonis Nicolai. Cùm enim agatur ad effectum immissionis ex
remedio *l.fin.C. de edict. diui Adrian. tollen.* † contra ha- 1
bentem causam, licèt mediatè ab hærede grauato; suf-
ficit Bisentiis probare Nicolaũ possedisse tempore mor-
tis d. tenutam absque probatione dominij, vel quasi, vt
benè deducitur in decisione, & fuit prius dictum in
causa Bononiens. de Sancto Petro coram Illustrissimo
Cardinali Platto 4. Maij 1588. & in causa Viterbiens.
fideicommissi 8.Martij 1602. corã R.P.D. meo Litta [a]. a
Possessionem autem Nicolai satis probant testes vltimo
loco examinati, videlicet tertius, & quartus concur-
rentibus præsertim aliis testibus examinatis de anno
1593. & pluribus instrumentis acquisitionum, & con-
tractuum ipsius Nicolai. Non obstat, quòd non depo-
nant de vniuersa Tenuta, sed de Tenuta simpliciter, &
indefinitè, quia tertius testis iuxta artic. 17. deponit de
possessione totius territorij Florentini, & quartus super
44. dicit Nicolaum possedisse articulatam Tenutam,
& sic † debet intelligi de tota Tenuta, prout tota arti- 2
culatur, Alexand. *cons.* 88. *num.* 26. *lib.* 5. Dec. *cons.* 100. *sub
num.* 10. *vers. sed ad hoc*, & fuit dictum in decisione respe-
ctu aliorum testium, [b] dictum † enim testis recipit de- b
clarationem ab articulis, Cæs. de Grass. *decis.* 3. *num.* 7. 3
*de reb. Eccles. non alienan.* fuit dictum in vna Hostiens.
littoris maris coram Rubeo de anno 1575. [c] Possunt c
etiam dicta istorum testium suppleri, & recipere de-
clarationem ab instrumentis acquisitionum per ipsum
Nicolaum, quæ totam capiunt tenutam cum medieta-
te, cùm aliam sextam partem receperit in causam do-
tis, aliam tertiam ex causa emptionis à Pennooo, qui
prius emerat à filiis Francisci Cordellæ. Non obstat,
quod tertius testis contrariet iis, quæ dixerat in exa-
mine anni 1598. tunc enim dixit Nicolaum habuisse
Tenutam in dotem Rosatæ, hodie autem interrogatus,
à quo habuerit, dicit se ignorare, quia ad effectum, de
quo agitur, & ad probandum, quod Nicolaus possede-
rit Tenutam, nihil refert, quòd testis sciuerit, vel non
sciuerit, à quo illam habuerit, sufficit, quòd sciat pos-
sedisse, † nec propterea redargui debet de periurio, aut 4
aliqua suspicione notari; tamquàm prius vnum affir-
mauerit, quòd posteà scire negauerit, quia tunc quan-
do factum erat magis recens, potuit benè scire, & po-
steà tractu temporis obliuisci, † cùm memoria homi- 5
num sit labilis, *l. peregrè, ff. de acquirend. possess.* † quam 6
obliuionem magis præsumere debemus, quàm dolum
in teste, Corn. *consil.* 324. *num.* 9. *in fin. lib.* 2. præsertim,
cùm † intercesserit decennium, quod facit præsumptio- 7
nem obliuionis, *l. fa lum* §. *fin.* & *l. seq. ff. de vsucap.* Bald.
*cons.* 27. *num.* 6. *lib.* 1. Aym. *cons.* 54. *sub nu.* 15. Minus etiam
facit, quòd primus testis in processu criminali dicat se
fuisse subornatum ad dicendum falsum ab isto tertio
teste, quia depositio d. testis non est in actis, & † in om- 8
nem euentum assertio illius testis non probat suborna-
tionem contra istum, Dec. *consil.* 189. *num.* 6. cum aliis
per Rol. *cons.* 16. *num.* 7. *lib.* 1. Obiectiones mendacij, quæ
dantur quarto testi, non placuerunt Dominis, quia po-
tuit ipse ita credere, † & cùm non sint circa substan- 9
tiam possessionis, non infringunt dictum testis, vt per
Alexan. *cons.* 5. *num.* 10. & 11. *lib.* 1. & fuit ad aliud pro-
positum dictum in decisione, particulariter etiã respon-
detur per informantes singulis obiectionibus. Non ob-
stant, quæ dicuntur circa medietatem Tenutæ, quòd da-
ta fuerit in pignus dotale; quando enim essent vera, non
tamen includerent aliquod ius Rosatæ in ipso pignore;
esset enim in dominio dotantis, nec excluderent immis-
sionem, quam prætendunt Bisantij, *ex l. fin.* quia si volu-
mus, † quòd pignus conuentionale possideatur per cre- 10
ditorem, vt per Ias. *in l.* 1. §. *per seruum corporaliter. nu.* 5. *ff.
de acquir. possess.* qui propterea dixit illi competere inter-
dicta possessoria, & sumus in claris, si autem velimus
illum detinere tantùm, & † adhuc pro bonis detentis 11
per defunctum competit remedium *l. fin.* vt dicunt
ibi

ibi glos.& DD. Aleiat. *cons.* 161. *num.* 2. Rol. qui de communi testatur *cons.* 2. *nu.* 30. *lib.* 3. Menoch. *de adipiscen. re-*
12 *med.* 4. *nu.* 368. *& seqq.* † seu verius est, quòd fuit datio in solutum, non pignus, tùm quia in dubio ita præsumitur, vt fuit dictum in vna Romana Palatij de Ioachinis 10. Octob. 1594. coram Illustr. Cardin. Seraphino
d [d] præsertim † fauore dotis, Ias. *cons.* 92. *col.* 2. *vers.* 3. *prin-*
13 *cipaliter l.* 3. Menoch. *cons.* 201. *n.* 18 *& seqq.* † Tùm quia,
14 vbi datur res pro quantitate, & verba sunt apta denotare translationem dominij, censetur datio in solutum, non pignus, Aret. *cons.* 159. *post n.* 16. *vers. ex his infertur.*
15 Ias. *d. cons.* 92. *circa princ.* Socin. *cons.* 9. *n.* 30. *li.* 1. † hîc autem adest verbum ( *dedit* ) quod non solùm est aptum denotare, sed de sui proprietate denotat translationem dominij, vt per Aret. *d. cons. nu.* 14. *in fin.* per Soc. *vbi supra n.* 32. *in fi. & sub num.* 34. *vers.* 11. *probatur*, adest etiam pactum de restituendo, & dando; sic de retrouendendo solutis ducat. 230. pro quibus fuit data Tenuta; suadent etiam illa verba ( *libera, & expedita* ) ponderata
16 per informantes. † Accedit pactum de reficiendo melioramentis in casu, quo Tenuta recuperetur, quæ ratio melioramentorum suadet dationem in solutum, non
17 pignus; cùm † non sit præsumptio, quòd in alieno quis velit ædificare, vt in proposito considerauit Rota in illa Romana Palatij. Ex quibus, & alijs per informantes adductis liquidè constat nos non versari in pignore, sed in datione in solutum, & propterea non obstat, quòd in testamento Francisci Cordellæ vtatur verbo *relutionis*,
18 † quod videtur naturæ pignoris congruere, vt *in Rub. C. de luit. pignor.* quia vltra quod se refert ad instrumentum dotis, & propterea debet secundùm illud intelligi, & sic de datione in solutum, *Auth. si quis in aliquo. C. de eden.* ipsa etiam relutio quandoque pro retrouenditione vsurpatur, vt videre est apud Thesau-
19 rum *decis.* 75. *in princ.* † nec mirum, quia venditio cùm pacto de retrouendendo respectu recuperationis, videtur quasi pignus, Soc. *cons.* 15. *n.* 34. *l.* 1. Nec etiam potest dici fundus dotalis, cùm transierit in dominium viri, ex quo pro quantitate dotis promissa fuit data in solutum, *iuxt. l. quoties C. de iur. dot.* & benè deducitur in
20 decisione. Nec obstat, † quod dicitur æstimationem non facere venditionem, quando non est facta condigno pretio, Bal. *in l. ex conuentione nu.* 1. *vers. quod est ve-*
21 *rum. C. de pact.* cum alijs allegatis; quia † pretium præsumitur iustum, & qui dicit contrarium habet probare, Bal. *in l. per diuersas in* 4. *quæst C. mand.* Rol. *cons.* 92. *n.* 17. *li.* 2. Et propterea cùm dicta dimidia Tenutæ esset in dominio Nicolai, quando fuit dictum Tenutam possideri ab ipso vnà cum Rosata vxore, respectu Rosatæ debet intelligi iure familiaritatis, & respectu Nicolai iure proprio, vt iam fuit decisum. Et locatio, in qua interuenit Rosata, potuit fieri pro maiori cautela ipsorum recipientium, quia cùm medietas illa prouenerit ex causa dotis, voluerunt contrahentes se ponere in tuto, ne molestarentur à Rosata, & ab vtroque habere locationem. Circa impositionem census habetur re-
22 sponsio in decisione. † Quod autem dicitur circa facultatem redimendi. vti respiciens petitorium, erit suo loco videndum; aut saltem, tamquam requirens altiorem indaginem, reiicitur ab hoc remedio *l. fin.* vt fuit tentum in vna Ciuitatis Castelli bonorũ 9. Iulij 1598. coram R. P. D. meo Millino. Quæ etiam dicuntur circa nullitatem acquisitionis tertiæ partis, sunt aliena ab
23 isto iudicio, in quo de sola possessione agitur, † & possessio per actum facti transfertur etiam ex contractu
e nullo, [e] *l.* 1. §. *si vir vxori*, & ibi not. *ff. de acquir. poss.* Tiraquel. *d. const. par.* 3. *limit.* 7. *n.* 2. 11. *&* 17. Put. *decis.* 27. *lib.* 3. fuit dictum in vna Bononien. de Pepolis 28. Februarij 1578. coram Rubeo, & in causa Æsina prædij 20. Nouembris 1585. coram Illust. Card. Pamphilio. Ex quibus fuit conclusum constare Tenutam fuisse possessam à Nicolao tempore mortis iuxta resolutionem factam coram Illustriss. Pamphilio. An autem sit locus immissioni, erit particulari dubio videndum.

*ANNOTATIO.*

a Idem † tenuit Rota in Montis Falisci fideicommissi 12. Maij 1603. coram Card. Pamphilio, & in Bononien. fideicommissi de Mauris 24. Maij 1606. coram Card. Lancellotto, Rimin. iun. *cons.* 190. *n* 35. Gabr. *cons.* 44. *n.* 3. *l.* 1. Pereg. *de fideicommiss. art.* 44. *n.* 6. Gratian. *disceptat foren. c.* 69 *n.* 12. vbi redditur ratio, quia hæres, & ab eo causam habens non possunt refricare quæstionem dominij sui auctoris. 24
b Et † etiam fuit dictum in Montis Falisci fideicũmissi 12. Maij 1603. coram Cardin Pamphilio, & prius in Carthaginen. Decimarum 25. Iunij 1593. coram Orano, sublata autem vniuersalitate articuli, indefinita in testibus non æquipollet vniuersali, Cæs. de Graff. *decis.* 13. *n.* 13. *de testib.* Rota *decis.* 17. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. & in recent. decis.* 687. *nu.* 20 *par.* 2.
c Rota † *decis.* 311. *n.* 6. *par.* 2. *diuers.* Surd. *decis.* 291. *n.* 14. Farin. *de testib. quæst.* 68. *n.* 58. fuit dictum in Leodien. Canonicatus 16. Nouemb. 1609. coram Card Sacrato, vbi propterea fuit resolutum, quòd testis deponens simpliciter de valore beneficij, percutiebat tempus datæ, si in articulis huiusmodi tempus erat articulatum. 25
d Et † quòd præsumatur potius datio in solutum, quàm pignus pro regula latè constituit Menoch. *de præsumpt. li.* 3. *præsumpt.* 150. *num.* 1. *& seq. in fine, & cons.* 201. *nu.* 18. *&* 19. & hanc etiam præsumptionem amplectitur Rota *decis.* 168. *n.* 1. *par.* 1. *diuers. & in decis.* 672. *n.* 4. *par.* 2. *in recent.* & plenè Decian. *cons.* 35. *sub nu.* 41. *& seq. l.* 2. quæ præsumptio tantò magis procedit stante diuturnitate temporis, quo creditor possidet rem sibi à creditore assignatam: Ab hac autem regula, & præsumptione receditur ex contrariis coniecturis, Menoch. *d. præsumpt.* 150. *n.* 14. *in fin.* & dixit Rota in Lucana bonorum 13. Ianu. 1599. coram Litta, & quàm plures coniecturas vide penes Surd. *consil.* 243. vbi consuluit in suo casu censeri dationem in pignus, non in solutum ex coniecturis, quæ ibi concurrebant, aliquando tamen Rota censuit in dubio censeri potius dationem in pignus, quàm in solutum, sequendo *decis.* Affl. 373. prout tenuit in Romana pecuniaria 13. Iunij 1609. coram R. P. D. Marquemontio impress. penes Marches *de commiss. fo.* 374. & prius in Sabinen. dotis 19. Februa. 1598. coram Orano, sed non est recedendum à prima opinione firmata in hac *decis.* & in aliis supra allegatis, quæ videtur communior, vt patet ex traditis per Menoch. *dicta præsumpt.* 150. & etiam est verior ea potissimum ratione, quia non est verisimile, quòd creditor velit recipere suum creditum per particulares, & mutilatas solutiones, cùm solutio minutata multa secum ferat incommoda, vt dicit Rota *d. decis.* 168. *par.* 1. *diuers.* & tantò magis, quando concurrerent aliquæ coniecturæ indicatiuæ translationis dominij, quarum multas considerat Rota *in hac decis.* & plures etiam in Romana dationis in solutum coram R. P. D. Comitulo impress. penes Farinac. *post* 1. *li. cons. decis.* 46. & latissimè Menoch. *d. cons.* 201. *per totum*, vbi consuluit censeri in casu suo dationem in solutum, non obstante, quòd partes vsæ fuerint verbo ( *pignoris.* ) 26
e Ista † conclusio, quòd ex actu nullo transferatur possessio, quando deuentum est ad actum facti, quam vltra allegat. in decisione firmauit Rota *decisio.* 612. *numero* 2. *par.* 1. *diuers. & decis.* 92. *sub num.* 5. *par.* 1. *in recent. & in decis.* 768. *sub num.* 9. *par.* 2. *in recent.* & in Placentina, & Caurien. beneficiorum 6. Iunij 1605. coram R. P. D. Pamphilio, Gabr. *cons.* 36. *num.* 23. *lib.* 1. Hond. *cons.* 23. *numero* 26. *lib.* 1. non procedit, quando nullitas procederet ex defectu consensus, sed solùm habet locum; quando nullitas prouenit ex defectu solemnitatum, ita distinxit Rota *in decis.* 93. *numero* 2. *par.* 2. *diuers. & in recent. decis.* 768. *sub numero* 9. Seraphin. *decis.* 638. *numero* 3. *& decisio.* 1200. *numero* 2. plenè Honded. *d. consil.* 23. *numero* 26. *&* 27. *lib.* 1. 27

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Census.

*Veneris 26. Nouembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Plures coniecturæ,& presumptiones ponderantur ad excludendam simulationem, & respondetur pluribus coniecturis, quæ deducebantur pro præsumenda simulatione.

### SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum est probata probatio, & nulla extrinseca indiget coadiuuatione.*

2 *Simulatio, sicut coniecturis probari potest, ita multò magis coniecturis excluditur.*

3 *Simulationis præsumptio excluditur ex numeratione pecunia, de qua constat ex partitis Banchi.*

4 *Simulationis coniectura debent esse efficaces, & dilucida, & num. 17.*

5 *Identitas, & pluralitas est probanda ab allegante.*

6 *Emptio rei propria non potest dari.*

7 *Census non potest imponi super re propria ad suimet vtilitatem.*

8 *Hypotheca non cadit in re propria.*

9 *Census constitutio de sui natura continet hypothecam super re censuata.*

10 *Simulationis suspicio cessat, vbi re vera potuit sic contrahi.*

11 *In fraudem non potest dici factum, quod licuit facere fraude cessante.*

12 *Simulationem excludit veritas causa praexistentis.*

13 *Quietantia remanent in manibus debitorum.*

14 *Debitor non potest esse testis in causa propria.*

15 *Simulationis præsumptiones tolluntur aliis probationibus in contrarium.*

16 *Simulationis exceptio non impedit executionem obligationis Cameralis, nisi sit concludenter probata, & n. 18.*

### DECISIO CXCV.

POst multas positiones huius causæ, tandem Domini vnanimiter in eam iuerunt sententiam hætedes
Darij teneri ad solutionem census scutorum 600. die
9. Februarij 1587. ad fauorem q. D. Fabij Arronij senioris impositi, adest enim instrumentum habens omnes
solemnitates publicæ scripturæ, & interuenerunt omnia requisita in constitutione census ex dispositione
1 Bullæ Pij V. Et † licèt instrumentũ ipsum sit ex se probatio probata, vt nulla extrinseca indigeat coadiuuatione, aut adminiculis, Bal. *in l. interest. in vlt. not. C. de*
*solut.* Dec. *cons. 36. num. 2.* nihilominus pro eius veritate
adducuntur ab informantibus pro D. Fabio multæ, &
vrgentes coniecturæ, & verisimilitudines ad magis
2 excludendam allegatam ex aduerso simulationẽ, † quæ
sicut coniecturis, & præsumptionibus probari potest,
longè magis etiam excludi, vt benè per Ceph. *cons. 325.*
*nu. 25. & seqq.* Inter quas coniecturas visa est potissima,
3 & multùm considerabilis illa, † quæ desumitur ex
partita banchi D. Bernardi Olgiati, in qua apparet pretium census, quod legitur in instrumento solutum à D.
Fabio, fuisse positum ad creditum Darij venditoris eodemmet die constituti census cum expressione, quòd
sint eædemmet pecuniæ, quam coniecturam aliàs magnifecit Rota ad istum effectum in vna Bononien. Census 19. Octobr. 1598. coram R. P. D. meo Decano; hinc
etiam iustificatur narrata numeratio, quæ maximè excludit præsumptionem simulationis, Aym. *cons. 145. n. 7.*
*circa med.* fuit dictum in Romana simulationis 14 Maij
1601. coram R. P. D. meo Iusto. Ponderarunt etiam
Domini prouisionem cædulæ banchariæ, promissionem dandi plures fideiussores, & interim, donec accederent, debere firmam manere obligationem D. Olgiati, & plures alias cautelas, tàm pro assecuratione solutionis fructuum, quàm pro firmitate, & validitate censos; ad quid enim perditio hæc in censu fictitio, & simulato? Vrgebant etiam multæ aliæ coniecturæ enumeratæ ab informantibus pro D. Fabio. Quæ autem è
conuerso pro simulatione adducuntur, visæ fuerunt
Dominis multùm leues, & exiguæ, † cùm tamen requirantur efficaces, & dilucidæ, Caput. *decis. 163. par. 3.* [a] Il- 4
la enim præcipua, & in qua aduersarij faciunt magnum
fundamentum, deducta ex apocha, seu declaratione D.
Fabij senioris confecta die 21. Martij 1587. non placuerunt Dominis; declaratio enim refertur ad retroscripta folia, seu ad censum in retroscriptis foliis descriptum, & non apparet; quòd sit ille, de cuius executione hodie agitur, in ea enim non fit aliqua mentio temporis Notarij, aut aliquarum qualitatum, ex quibus colligi possit, quòd de isto censu scutorum 600. vt supra
per D. Darium impositum loquatur, sed simpliciter se
refert ad retroscripta folia, quæ si non exhibeantur, declaratio remanet in incerto, & nihil concludit, *Authen.*
*si quis in aliquo. C. de eden.* & folia quæ dantur incisa, &
lacera (non sine scrupulo, & suspicione) non releuant,
nisi duobus copulatiuè probans, videlicet, quòd loquantur de hoc censu, & quòd sint illamet retroscripta, quæ vocat dicta apocha, & propterea non sufficeret probare, quòd folia concordent cum instrumento,
de quo agitur. † Nec facit, quod dicitur, non constare 5
de pluralitate ceosuũ, quia nec etiam constat de identitate, & tamen est probanda ab aduersariis vti fundamentum suæ intentionis, Corn. *cons. 144. post nu. 11. li. 4.*
Aym. *cons. 198. num. 4.* sed identitas non probatur, nec
probari potest; cùm impossibile sit declarationem, de
qua in apocha applicari censui isti, illa enim præsupponit, & loquitur de censu imposito à tertio cantante ad
fauorem Fabij senioris, qui re vera spectat ad Darium,
& de eius pecuniis fuerit emptus, quæ accommodari
non possunt huic censui vendito à Dario d. Fabio seniori; † aliàs enim daretur emptio rei propriæ, quæ est 6
impossibilis, *l. cùm res C. de contr. empt. l. sua rei ff. eod. tit.*
*l. neque pignus ff. de reg. iur.* † & quòd super re propria 7
non possit quis ad sui vtilitatem censum imponere, fuit
dictum in Romana Nullitatis census 9. Decemb. 1602.
coram R. P. D. Laucellutto, † in re enim propria non 8
potest etiam cadere hypotheca, *l. si rem alienam. la 2. ff.*
*de pign.* & tamen in constitutione census, † vltra quod 9
de sui natura continet hypothecam, vt per Couar. *lib. 3.*
*var. resolut. cap. 7. post num. 6.* adest etiam expressa ipsius
Darij. Non obstat, quòd in instrumento appareat Darium accepisse hanc summam ad censum ad effectum
se releuandi de fructibus societatis officij per eum vti
fideiussorem solutis, quia cùm re vera potuerit sic contrahi, † ad istum effectum cessat suspicio simulationis, 10
Aym. *cons. 319. nu. 9. in fin.* † & non potest dici in frau- 11
dem factum, quod licuit facere fraude cessante, *l. qui*
*autem in princ. ff. de his, qui in fraud. cred.* Zuchard. *in l. 1.*
*n. 51. in fi. C. qui admit.* Ign. post Bald. quem citat. *in Auth.*
*ex causa n. 72. C. de li. præter.* † Imò ista præexisteos cau- 12
sa, quæ vera fuit, excludit suspicionem simulationis, vt
fuit resolutũ in vna Fauentina bonorum 2. April. 1571.
coram bo. me. Illustrissimo Cardinali. Lancellotto. Non
releuat, quod dicitur Fabium seniorem numquam exegisse fructus istius census; ista enim negarina non probat, † & quietantiæ, si extant, erunt in manibus aduer- 13
sariorum. Minus etiam facit d. Fabium non curasse,
quòd fideiussores accederent, vt fuerat promissum,
quia non debuit de hoc esse sollicitus, cùm sua magis interesset D. Olgiatum remanere obligatum, cuius obligatio expirabat, cùm primum alij acc. ilissent.

Nec

Nec dixerunt Domini esse attendendam aliquam at-
testationem D. Bernardi factam, vel faciendam, quia du-
14 rat adhuc obligatio, & fideiussio ipsius, † & propterea
debitor est, & non est conueniens, quòd dicat testimo-
nium in causa propria ad sui fauorem, vt fuit resolu-
tum in Foroliuien. Censos 9. Febr. 1590. coram bo. me.
Orano. Alia, quæ adducuntur, visa sunt satis leuia, &
minus digna, quæ allegentur contra instrumentum
15 clarum, † & in omnem euentum tolluntur præsum-
ptionibus, quæ pro instrumento sunt vrgentiores, Paul.
de Castr. *cons.* 162. *nu.* 1 *li.* 1. Felyn. *in cap. fin. nu.* 7. *de præ-*
16 *scrip.* † Tantò magis, quia agitur de executione obliga-
tionis Cameralis, quem non impedit exceptio simula-
tionis, nisi sit concludenter probata, vt fuit resolutum
in causa Romana Census de Columna coram R. P. D.
b meo Lancellotto.[b]

*ANNOTATIO.*

a Rota † *deci.* 413. *n.* 1. *par.* 2. *in recent. & deci.* 207. *inter impress. penes Farin. post secundum li. Consil* fuit dictum in Romana fideiussionis 13. Martij 1617. coram R. P. D. Andrea, plenè Farinac. *de falsit quæst.* 162. *num* 142. imò requiritur, quòd sint coniecturæ legis non hominis, Veral. *decis.* 163. *num.* 7. *par.* 3. Brau *cons.* 145. *nu.* 2. fuit dictum in dicta Romana fideiussionis coram bo mem. Andrea.

b Rota † *decis.* 113. *nu.* 1. *par. diuers. & decis.* 602. *num.* 4 *par.* 1. *in recent.* cum aliis per modern. Zaecb. *de obligat. Camer. quæst.* 18. *nu.* 1. *& seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Aquitanen. Beneficij.

*Lunæ 29. Nouembris 1604.*

## ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Immemorabilis requisita, sunt, quòd testes deponant de visu per 40 annos, & de auditu à suis maioribus, qui ab aliis audiuerint, & quòd ipsi, nec maiores sui numquam viderint, nec audiuerint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum* (fuit, & est) *vide tamen sub nu.* 3. *an sit necessarium requisitum, quòd testes dicant quòd maiores non viderint, nec audiuerint contrarium.*

2 *Vnio probatur per immemorabilem.*
*Et ex quibus probetur vnio latè sub num.* 3.

## DECISIO CXCVI.

IN dobio hoc pluries proposito Domini propter lati-
rudinem materiæ, & vt magis distinctè procedatur,
voluerunt tantùm determinare, an testes in dicto con-
cludant immemorabilem, quod vnanimiter, & sine ali-
1 qua difficultate affirmatiuè resoluerunt, † deponunt
enim formiter, cum omnibus requisitis, gloss. *in cap.* 1.
*de præscrip. in* 6. nempè de visu per quadraginta annos,
de auditu à suis maioribus, qui ab aliis audiuerunt, &
a quòd ipse, nec maiores sui [a] vnquàm viderunt, aut au-
diuerunt contrarium, & de publica voce, & fama per
verbum (*fuit*, & *est*) cappellam Sancti Eleutherij esse
2 vnitam Ecclesiæ Sancti Petri de Arce, † probare autem
vnionem per tempus longissimum, cuius contrarij me-
b moria non existit, transit sine controuersia,[b] Oldr. *cons.*
296. *num.* 3. Anchar. *cons.* 162. *in fin.* Rot. *decis.* 9. *& seq. de
reb. eccles. non alienan. in antiq.* Caputaquen. *decis.* 344 *&*
347. *par.* 3. Stante autem hac determinatione, quòd te-
stes in dicto concludant huiusmodi immemorabilem,
erit videndum super exceptionibus, & aliis, quæ hinc
inde allegantur.

*ANNOTATIO.*

a Rota passim sequitur *d. gloss. in cap.* 1. *de præscrip. in* 6. circa requisita immemorabilis Seraph *decis.* 1102. *nu.* 2. *& decis.* 1450. *nu.* 2. & fuit dictum in Romana seruituris 15. Martij 1619. coram R. P. D. Vbaldo, verùm illud requisitū, quòd maiores non viderint, vel audiuerint contrarium, non esse necessarium dixit Rota in Conchen. decimarum de Gauenna 31. Maij 1617. coram R. P. D. Manzanedo, & illud non expressè requiri à glos. *in d. cap.* 1 benè aduertit Couar. *c. possessor.* 2. *partis prælect.* §. 3 *sub nu.* 7. *vers. hac autem vltimum*, licèt subdat illud deduci ex mente, & sensu dictæ glossæ.

b Vnionis probatio est materia valde frequens in Curia.
† & certum est, quòd ille, qui allegat vnionem, tenetur 3
illam probare, Rota *decis.* 58. *nu.* 2. *par.* 2. *in recent.* tùm quia
vnio est, quid facti, quæ non præsumitur, nisi probetur, *ad
l. in bella* §. *facta ff. de capt.* & in specie considerauit Rota
*decis.* 233. *sub nu.* 5. *par.* 1. *in recent.* tùm quia vnio habet con-
tra se iuris assistentiam, cùm de iure quælibet Ecclesia
debeat habere suum Rectorem plenè Garz. post relatos
*de benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 233.

Quando igitur non extant literæ Apostolicæ vnionis, ex quibus indubitanter probatur vnio, Garz. post relatos *d. cap.* 2. *n.* 226. potest probari vnio per præscriptionem, quæ requiritur, quòd sit, vel quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, vt firmatur in hac decisione, & Rota *decis.* 233. *sub nu* 5. *& decis.* 283. *sub nu.* 5. *par.* 1. *in recent. & decis.* 672. *sub nu.* 6. *par.* 2. *in recent.* latè Garz. *d. cap.* 2. *n.* 280. *& seq* qui plures decisiones Rotæ refert, sufficit tamen probare communem reputationem, & famam loco tituli, quia illa seruit pro titulo, Rota *decis.* 724. *nu.* 2. *par.* 2. *in recent.* cum aliis relatis per Garz. *d. cap.* 2. *num.* 246. quicquid ipse in contrarium sentiat.

Secundò probatur vnio ex enunciatiois antiquissimis plurium instrumentorum, in quibus Ecclesia enunciatur vnita; Put. *decis.* 204. *lib.* 2. Seraphin. *decis.* 1246. *num.* 1. Rota *decis.* 626 *sub nu.* 2. *par.* 1 *in recent. & decis.* 724. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent* Garz. *d. cap.* 2. *nu.* 248. *& seq.* dummodò tamen enunciatiuæ habeant originem à diuersis personis, & non suspectis, Garz. *d. cap.* 2. *nu.* 254. *& seq.* Rota *decis.* 151. *nu.* 7. *&* 8. *par.* 4. *in recent.* Item etiam requiritur, quòd ista verba enonciatiua sint clara, Crau. *cons.* 157. *nu.* 10. & in his terminis considerauit Gara. *loco præallegato num.* 255. & fuit dictum coram R. P. D Vbaldo in Taruisina Parochialis Sancti Theonisti 31. Maij 1613. sufficit tamen, quòd vnio sit virtualiter enunciata, Seraph. *decis.* 1272. *& decis.* 1304. *nu.* 3. Rota *decis.* 626. *nu.* 2. *par.* 2. *in recent.* Garz. *loco præalleg. nu.* 256. nempè si Ecclesia enuncietur esse membrum, Seraphin. *decis.* 1246. *nu.* 1. *& decis.* 1272. Rota *decis.* 626. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* item si enuncietur de pertinentiis, Seraph. *d. decis.* 1272. Rota *d. decis.* 626. *nu.* 2. *& decis.* 724. *nu* 2 *par.* 2. *in recent.* licèt hanc enunciatiuam, vti incertam, & dubiam ex eo, quia de pertinentiis possit Ecclesia esse alio titulo, quàm vnionis non approbauerit Rota in dicta Taruisina coram R. P. D. Vbaldo, sed dicta decisio est intelligenda, quando aliud non concurreret, quod argueret vnionem.

Arguitur etiam vnio, si per plures personas eadem beneficia simul fuerint possessa, *ad consil.* Oldrad. 206. *num.* 1. & Rota *decis.* 724. *sub nu.* 1. *par.* 2. *in recent.* item visitatio Episcopi maximè probat vnionem, Rota *decis.* 724. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* Item etiam per donationem factam vnius Ecclesiæ alteri arguitur vnio, de quo dixi supra *ad decis.* 77. Prout etiam vnio arguitur ex exactione decimarum facta ab Ecclesia, cui prætenditur facta vnio assignata congrua Vicario, Card. *clem.* 1. *num.* 10. *quæstio.* 9. *de offic. Vicar.* Rota *decis.* 102. *num.* 3. & Rota *d. decis* 626. *num.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 204. *sub numero* 1. *vers. cum ratione perceptionis decimarum par.* 2. *in recent.* Item si in dicta Ecclesia inseruiuit Vicarius temporalis, Seraphin. *decis.* 1304. *sub num.* 1. Rota *decis.* 102. *sub numero* 5. *par.* 1. *in recent.* prout etiam si fuit Ecclesia prouisa non de Rectore, sed de Vicario, Rota *d. decis.* 102. *sub nu.* 5. *& decis.* 513. *num.* 7. *par.* 2. *in recent.* Item testes de publica voce, & fama multùm

conferunt ad probationem vnionis in antiquis, Felyn. *cons.2.num.16* Rota *decis.724.num.4.par.2.in recent. & decis.626.num.4. par.1. in recent.* probatur etiam ex libris Episcopatus, in quibus Ecclesiæ enunciantur vnitæ, vt fuit dictum in Vlixbon. Vicariæ 22.Iunij 1618.coram R.P.D. Decano, item etiam ex collationibus antiquis factis cum expresßione, quòd Ecclesia erat vnita, Rota *d. decis.626.nu.5.*& multò magis si ad præsentationem Ecclesiæ principalis appareat deputatus Vicarius absque præuio concursu, sed solùm præuio examine, & approbatione Ordinarij, iuxta text. *in cap.1.de cappel. monach. & cap.de monachis, de præb.* prout in specie Rota *decis.102.sub num.1.par.2. in recent.& decis.204 sub num.1.eadem par.2.in recent.*

Sicut autem ex supra dictis probatur vnio, ita etiam illa excluditur ex collationibus factis in titulum collatiuũ vti de vacanti, item si fiat prouisio vti de Rectore, quia ista repugnant vnioni, cùm beneficium vnitum non vacet, non conferatur, nun prouideatur de Rectore; sed de Vicario, vt dixi supra *ad decis.112.*

Aduertendum est tamen, quòd ea, quæ supra dixi de probanda vnione, habent locum, quando agitur de vnione, quæ est extinctiua tituli, sed si agatur de vnione æquè principaliter facta, quæ non est tituli extinctiua, longè minores probationes sufficiũt prout benè aduertit Garz. *de benefic.par.12.cap.2.nu.239. & seq.* qui decisiones Rotæ ad hoc propositum refert.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. de Formagliariis.

*Lunæ 29. Nouembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Fideicommissarius tenetur hæredi grauato reficere omnes expẽsas vtiliter factas pro fideicommisso, & huiusmodi expensæ, quæ nam sint dicitur in decisione.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius tenetur reficere hæredi expensas vtiliter factas pro fideicommisso.*

2 *Item tenetur reficere expensam factam in recolligendo instrumentum testamenti à Notario, & etiam impensam factam pro obtinenda inuestitura.*

3 *Expensæ regulariter reficiuntur ab illis quibus restituitur res circa quam fuit vtiliter impensum.*

4 *Fideicommissarius tenetur restituere hæredi expensas factas in litigando pro defensione bonorum, & iurium fideicommissi, & nu. 6. vbi ampliatur etiam si hæres sententiam fauorabilem non obtinuisset.*

5 *Expensa ista facta per hæredem grauatum non sunt compensanda cum fructibus ex hæreditate per eum perceptis.*

### DECISIO CXCVII.

DVbitaui an sit habenda ratio ad fauorem Dominorum de Liliis expensarum factarum à Lactantio pro impetratione Breuis facultatis construendi molendinum, & pro sustinendis litibus contra Marsilium, & alios impedientes constructionem, nec non pro ef-
a fossione nouorum canalium, [a] & Domini quoad expensas Breuis vnanimi consensu resoluerunt affirmatiuè impetrationem, si non necessariam, saltem multùm
1 vtilem ad tollenda plura impedimenta, † & propterea debere à fideicommissario refici grauato, seu iura habentibus ab ipso; *l.domos.ff.de leg.1. l.mulier §. sed cùm distrahere.& l.vbi purè.§.si ff.ad Trebel.* Io.de Anan. *cons.99.in fin.*Capra *cons.55.num.8.* Ruyn.*cons.135.num.13.l.3.*
2 Paris.*cons.55.nu.22.li.3.*Aym.*cons.202. post nu.51.* † facit, quod de expensa in recolligendo instrumento testamenti à Notario, dicit Bal. *in l.fin. §. in computatione. in prin.per illum tex.C.de iur. deliber.* [b] & quòd de impensa b
pro obtinenda inuestitura tradit Ruyn.*cons.100.in princip.& per tot.l.4.* † Et est generalis regula, vt reficiantur 3
expensæ ab illis, quibus restituitur res; circa quam fuit vtiliter expensum, [c] Io.de Anan.*cons.32.nu.10.vers.item* c
*aduertendum*, & ibi Bologn.*nu.55.*Alex.*cons.168.n.8.li.1.* Ruyn.*d.cons.100.nu.2.*† Idem fuit resolutum de expen- 4
sis factis in litigando pro constructione, & susteotatione molendini; has enim detrahit grauatus, Campeg. *inter cons.Grat.cons.9.n.17. li.2.* qui dicit ita Bal. consuluisse, & est communis opinio, vt per Æmil.*cons.14.nu.4. ad fin.& per tot.* quod etiam tenuit Rota in vna Romana Viridarij 28.Maij 1590.coram Illustr.Cardin. Seraphino. [d] Nec sunt istæ expensæ factæ à Lactantio, tàm d
in obtinendo Breue, quàm in lite sustinenda, compensandæ cum fructibus per eum perceptis, glos. *in l.empt. in verb. superfluum in fin.ff.de rei vend.* Alex. *cons.123. in fin.li.1.*Ruyn.*cons.58.sub nu.25. vers.non obstant lib.1.* latè Rol.*cons.28 sub nu.17.li.1.* Quoad effossionem canalium Domini voluerunt particulariter videre.

### ANNOTATIO.

a Hæres † grauatus fideicommisso quas expensas detrahere possit in actu restitutionis fideicommissi latè tradit Peregr.*de fideic.art.50.per tot.* 5

b Surd. *decis.333.n.18.*

c Quam regulam etiam constituit Mascard.*var.lib.2.cap.110.num.2.*

d Ioan.de Anan.*cons.32 n.10.* Crauet.*cons.202.num.151.* Rota *decis.517.n.6.par.4.in recent.* quod procedit etiam, † si hæ- 6
res sententiam fauorabilem non obtinuerit; dummodò impenderit pro defensione, & recuperatione rerum fideicommissi, Rota *d.decis.517.num.7.* post Seraphin. *decis.925.num.5.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Spolij.

*Veneris 3. Decembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Excessus etiam minimus sufficit ad effectum, vt executio, & subhastatio sint nulla in totum, declara, prout sub nu.3.*

2 *Iudex nulliter procedens spoliat.*

### DECISIO CXCVIII.

FVit resolutum esse locum Ægidianæ; quæ enim contra [a] sententiam deducuntur ex capite nullitatis propter defectum legitimationis personæ, sunt benè sublata per informantes pro Musciano. Nec placuerunt Dominis, quæ pro iniustitia sententiæ ad sustinendam subhastationem allegabantur, imò sententia satis iustificatur; omissis enim aliis pluribus excessibus, quæ contra subhastationem obijciuntur, adest vnus irrefragabilis, qui nulla excusatione euitari potest, quia D. Alexander ad computum mandatorum contra Petrum Paulum Musciano obtentorum habuerat à Monte Pietatis sub die 31. Ianuarij 1596. scuta 216. quibus non defalcatis fuit processum ad subhastationem, & deliberationem pro
tota summa in mandatis contenta; † sufficere autem 1
debet iste excessus pro iustificatione sententiæ, cùm quilibet, & in quacumque parte satis sit ad effectum, vt executio, & subhastatio sint nullæ in totum, Bar.

*in l.si*

*in l.si non sortem §.si centum*, & ibi Ias. *num.2.ff.de cond.indeb.*Bal.*in l. certè conditio.§.quoniam num.3.vers.secundus ff.si cert.pet* Afflict.*decis.*218.*nu.*3.*&* 4.fuit dictum in vna Romana de Zappis 1.Febr. 1585. coram Cantuccio in vna Asculana legitimæ.24.Nouembr.1595.corã Orano, in vna Assisien. nullitatis subhastationis 17. Maij 1596. coram Illustriss.Cardin. Blanchetto,& in illa Romana Spolij de Maluicinis coram D. meo Iusto, vbi propterea fuit resolutum intrare spolium. [a] † Quando enim
a Iudex nulliter procedit ad executionem spoliat, Bal.
2 *cons.*257.*lib.*2.Soc.*cons.*12.*num.*11.*l.*1. Ayn.*cons.*18.*nu.*8. Caputaq *decis.*183.& fuit sæpiùs dictum. Et propterea iusta est sententia, quæ dicit Muscianum restituendum ad bona sic nulliter subhastata, itavt meritò sit exequenda iuxta Ægidianam.

*ANNOTATIO.*

a Rota *decis.*359.*num.8.par.1.in recent.& decis.*630.*sub num 3. par.2. in recent.* & fuit dictum in Romana Vineæ 14. Decembris 1609.coram R.P.D. Caualerio,& aliàs sæpè,& sufficit quòd excessus sit in minimo, Ias. *in l. si non sortem §.si censum in princ.ff.de condit.indebit.* Parıs.*cons.*81.*nu.*36. *li.*2.Put.*decis.*323.*nu.*2.*li.*1. fuit dictum in Romana Spolij coram Iusto impressa penes Marches. *de Commiss. tom.3. fol.*45. & Rota penes Zacch. *de obligatione Camer. decis.*2. *num.*13. circa quod tamen aduertendum est, quod excessus ad istum effectũ nullitatis non attenditur, nisi quando est in sententia,seu in mandato, hoc est, quod sententia, seu mandatum contineant maiorem summam vltra debitum.Secus autem est, quando est in ipsa executione, puta, si fiat executio in re maioris valoris, quàm sit debitum,hoc enim non causat nullitatem,Surd.*cons.*39.*n.*26. *vers.postremò non obstat,& sequen.* Bursat. *cons.*184. *num.*38. fuit dictum in Romana spolij 9.Maij 1614.coram R.P.D. Boratto, & in Romana subhastationis 2. Iunij 1614. coram R.P.D. Vbaldo, & in Romana domus de Cardellis 1.Decembris 1617.coram R.P.D.Caualerio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Marsicana Thesaurariæ.

*Mercurij 15. Decembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Edere quis non tenetur libros nisi probata existentia penes illum, & etiam plenè,& concludenter,non autem præsumptiuè, & si ille sit hæres sufficit ei iurare se non habere. Libros rationis tenentur conficere solùm generales administratores,& potest reddi ratio sine libris.

*SVMMARIVM.*

1 *Editio librorum peti non potest,non probata illorum existentia penes illos,à quibus petitur editio.*

2 *Editio librorum si petitur ab hæredibus,sufficit illos iurare penes se non habere libros, & num. 6. vbi vide limitationem.*

3 *Pro editione libri petenda, non sufficit probare præsumptiuè existentiam,sed requiritur plena, & concludens probatio,& nu.6.*

4 *Libros conficere non tenetur nisi generalis administrator,non autem ærarius, seu exactor, & vide sub nu.7.*

5 *Ratio reddi potest etiam sine libris,& sub nu.8.*

### DECISIO CXCIX.

1 NOn probatur † existentia librorum anni 1595. & 1596. penes Francionos, & propterea indebitè molestantur pro eorum exhibitione, *l. Celsus §. fin. & l. Thesaurarius.ff. ad exhib. l. cùm ita §. species. ff. de leg. 2.*
2 † tantò magis,quia exhibitio petitur ab ipsis, vti hæredibus Melchioris,quo casu sufficit illos iurare non habere, vt fuit dictũ in causa Clusina grani 14. Decemb. 1586. coram Robusterio in Romana tutelæ 18. Martij 1585.coram Illustr. Card. Seraphino, & in vna Floren. bonorum 29.Octobris 1593.coram R. P. D. meo Millino. [a] Nec facit,quod dicitur fuisse productos plures a
libros annorum præcedentium, itavt præsumptio sit, quòd extent etiam libri annorum, de quibus agitur, quia † ista præsumptio non sufficit ad effectum, vt sit 3
facienda exhibitio,sed requiritur plena, & concludens probatio, vt fuit dictum in vna Aesina bonorum 11. Martij 1593. coram Illustr. Cardin. Blanchetto,& in d. Floren. Bonorum [b]. Quod dicitur Melchiorem fuisse b
obligatum conficere libros, non facit ad dubium exhibitionis,quia si libri non reperiuntur,impossibilis est exhibitio,quæcumque præcesserit obligatio; † sed nec 4
etiam videtur verum illum fuisse obligatum conficere librum, [c] non ratione officij, quia non erat generalis c
administrator,sed ærarius, seu exactor, Corn. *cons.* 81. *num.*4.*l.*4. Paul.de Monte Pic.*cons.*67. *num.*4. fuit tentum in causa Bononien.administrationis coram R.P.D. meo Iusto,in qua fuit dictum decisionem Caputaquen. ex aduerso allegatam procedere in generali administratore, non etiam tenebatur librũ conficere ad effectum reddendi rationes administratorum; † cum sine illo,& 5
aliundè potuisset illam reddere, *iux. cons.* Calcan.93. & tenuit sæpius Rota, vt in Ariminen. pecuniaria 11. Decemb.1591.coram bo.mem.Gypsio in Romana redditionis computorum 14. Maij 1593. coram R. P. D. meo Litta, & in Meliten. reuisionis computorum 30. Octobr.1593. coram Illustr. Cardin. Pamphilio. Et vbi millies fuisset Melchior obligatus conficere libros,non probatur, quòd illos confecerit, & non probata existentia,non est quærendum de exhibitione.

*ANNOTATIO.*

a Et † in Anconitana bonorũ 21.Maij 1605.coram R.P.D. Ortembergo,& in Romana societatis 1.Iulij 1602.coram Cardinali Pamphilio, & in Romana pecuniaria 29. Nouembris 1602. coram Cardinali Millino, si tamen liber, seu scriptura, cuius existentia petitur, esset de domino defuncti,præsumeretur esse penes hæredem,nec staretur eius iuramento contrarium asserenti, vt fuit dictum in Romana computorum 25.Maij 1615. coram R.P.D. Coccino Decano. 6
Et vide quod latiùs in hac materia editionis iurium, & librorum dixi *ad decis.*129.

b Rota † *decis.* 259. *nu.*1. *par.*1. *in recent.* & penes Farinacc. *post* 2.*lib.cons.decis* 296.*nu.*1. 7

c Quod † non solùm administrator publicus, sed quòd quilibet alius,siue generalis,siue particularis,siue publicus, siue priuatus teneatur conficere librum rationis, ex eo,quia non possit sine libro rationis reddi ratio,latè defendit Farinace *cons.*96.*nu.*45.*& seq.* qui plures cumulat, vbi dicit,quòd opinio Rotæ est contra communem, sed tamen non est recedendum ab opinione Rotæ, quæ tenet posse reddi rationem sine libris quam etiam nouissimè sequuta fuit in Romana legatorum 2. Decembris 1619. coram R. P. D. Remboldo, vbi propterea fuit dictum, quòd alteratio facta in libris rationum non potest argui de falsitate ex eo,quia poterat reddi ratio sine illis libris. 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Rauennaten. Magazzeni.

*Veneris 17. Decembris.* 1604.

### ARGVMENTVM.

Manutentio est danda illi, de cuius possessione constat ex locationibus, iuncta receptione pensionum,seu ex confessione partis aduersæ emanata in commissione, & ex iudicio spolij ex aduerso intentato.

## SVMMARIVM.

1 *Locatio iuncta receptione pensionis probat possessionem locatoris.*

2 *Possessio probatur ex confessione partis in commissione, in qua nominat suum aduersarium detentorem, & nu.5. vbi redditur ratio.*

3 *Immissionem, seu restitutionem petens contra alium fatetur illum possessorem, & nu.6.*

4 *Spoliatori datur manutentio, & num.7.*

## DECISIO CC.

FVit resolutum D. Horatio dandum esse mandatum
de manutenendo in possessione Magazzeni, quia
constat de possessione per ipsum capta in vim mandati
Iudicis ex instrumento publico, & ex locatione eius-
1 dem Magazzeni,† quæ cum receptione pensionis, pro-
bat possessionem, ex cumulatis per Gabr. *de locat. con-*
2 *clus.4.num.2.* † probatur etiam possessio D. Horatij ex
confessione aduersarij in commissione, in qua petiit, &
obtinuit causam spolij Magazzeni contra ipsum D. Ho-
ratium, in qua expressis verbis dicit eum detentorem,
a [a] imò eo ipso, † quòd contra illum intentat actionem
3 spolij tacitè fatetur illum possessorem,[b] talis enim actio
b contra non possessorem non dirigitur, vt fuit dictum in
Parmen. illegitimitatis 10. Decemb. 1582. coram Ro-
4 busterio, † & in iudicio spolij Rota non denegat ma-
nutentionem ei, qui prætenditur spoliator, Paleot. *decis.*
87. fuit dictum in Bononien. iuris maritandi 19. Aprilis
1577. coram Cantuccio, & in vna Romana Vineæ 21.
c Iunij 1581. coram Robusterio.[c]

## ANNOTATIO.

5 a Quòd ex sola † confessione partis nominantis alium detentorem, occupatorem intrusum, probetur possessio sufficiens ad manutentionem, Rota *decis.802. par.1. diuers. & decis.525. num.2. par 2. in recent.* fuit dictum in Ariminen. domus 27. Iunij 1607. coram Card. Sacrato, & in Romana domus 2. Decembris 1609. coram R.P.D. Pamphilio, & aliàs sæpè, quæ conclusio est fundata in ea ratione, quia huiusmodi confessio importat duo, scilicèt, possessionem cum iniustitia, seu intrusione, & quia hæc qualitas intrusionis est contra iuris præsumptionem, ideò potest illa qualitas reiici, & acceptari confessio in alia parte, iuxta doctr. Bart. à Rota sæpè canonizatam *in l. Aurelius §. idem quæsiit num.2. ff. de liberat. legat.*

6 b Rota † *decis.561. num.2. par.2. in recent. & decis.661. num.2. par.1. in recent.* & fuit dictum in Caietana beneficiorum 9. Februarij 1618. coram R. P. D. Buratto.

7 c Rot. † *decis.941. num.8. par.1. diuers. & decis.50. num.29. & decis.269. num.7. par.2. diuers. & decis.661. num.2. in fin. par.1. in recent.* Seraphin. *decis.555 num.9.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Apothecarum.

*Veneris 17. Decembris 1604.*

## ARGVMENTVM.

Legitimatus cum clausula (*sine præiudicio venientium ab intestato*) excluditur à legitima non solùm à venientibus ab intestato, sed etiam à tertio ob non ius illius, & quid operetur dicta clausula (*sine præiudicio venientium ab intestato.*)

## SVMMARIVM.

1 *Legitimatus cum clausula* (sine præiudicio venientium ab intestato) *excluditur à legitima, etiam ex oppositione facta per tertium, quia hoc non est dare de iure venientium ab intestato, sed est excludere legitimatum ob non ius suum, & nu.2.*

2 *Legitimans non potest excedere facultatem sibi datam, etiam de expresso consensu illorum de quorum præiudicio agitur.*

3 *Reus, postquam actor fundauit suam intentionem, probare debet omnia necessaria, vt exceptio sua concludat.*

4 *Clausula* (sine præiudicio venientium ab intestato) *non tantùm preseruat præiudicium venientium ab intestato, sed etiam liberam voluntatem dispositionis Patris; itaut sic legitimatus non possit paternum iudicium impugnare, & nu.10.*

5 *Legitimatus cum clausula* (sine præiudicio venientium ab intestato) *est verè, & propriè legitimatus, & non dispensatus secundùm opinionem quam sequitur Rota.*

6 *Clausula* (sine præiudicio venientium ab intestato) *licèt non limitet legitimationem limitat tamen successionem.*

7 *Legitimatio vera dari potest quæ effectum successionis limitatum habeat, & nu.11.*

8 *Ex legitimatione ad successionem non rectè infertur, cùm sint inter se diuersa.*

9 *Succedendi ius est quid diuersum, & separatum ab ipsa filiatione.*

## DECISIO CCI.

CVm fuerit resolutum legitimationē Philippi fuis-
se factam sine præiudicio venientium ab intesta-
to, ex quo legitimans habebat facultatem cum hac li-
mitatione restrictam, & legitimam illi non deberi; quia
in hoc versabatur magnum præiudicium filiorum le-
gitimorum, & naturalium Iacobi communis patris, du-
bitaui de ordine Dominorum, an Pyrrhus possit dare
de huiusmodi præiudicio, & causa semel, atque iterum
proposita, ipso Pyrrho tantùm informante fuit ad eius
fauorem affirmatiuè conclusum, fundamentum con-
clusionis fuit, † quia Pyrrhus dans de clausula (*sine* 1
*præiudicio, &c.*) non dicitur dare de iure venientium ab
intestato, magis quàm de non iure aduersariorum op-
ponentium legitimationem, quæ non fuit sufficiens ad
effectum, vt Philippo deberetur legitima propter fa-
cultatem Comitis restrictam, vt in proposito per Ruyn.
*cons.88. num.14. & seqq. lib.3.* † quam facultatem exce- 2
dere non potuisset, etiam de expresso consensu dicto-
rum filiorum legitimorum, & naturalium, vt per Liber.
Decian. *cons.40. num.37. & seqq. li.3.* Et propterea non
obstat Pyrrhum actorem non posse, replicando, dare
de iure venientium ab intestato, sed debere fundare se
in iure residente in sua persona, ad trad. per Bar. *in l.
cùm mulier. ff. sol. matr.* per Soc. *in l.2. num.7. ff. de except.
rei iud.* Ruyn. *cons.48. num.12. lib.4.* quia non deducitur
ab ipso ius nouum, sed detegitur exceptionem aduer-
sariorum super legitima non veram, quod vtique acto-
ri licet, vt per Bar. *in d.l. cùm mulier. nu.6.* Imò cùm Pyr-
rhus plenè, & cōcludenter probauerit ea, quæ sunt suæ
intentionis, videlicet, fideicommissum super apothe-
cis, & euenisse eius casum ad sui fauorem; aduersarij,
qui ad effugiendum fideicommissum opponunt de le-
gitima debita Philippo, vti legitimato, debent probare
non solùm legitimationem, sed talem legitimationem,
quæ necessariò includat debitum legitimæ, † cùm reus 3
debeat probare omnia necessaria, vt exceptio cōcludat,
*l.1. C. de probat. l. in exceptionibus. ff. de except.* Aym. *cons.
226. num.8.* Put. *decis.406. lib.2.* fuit dictum in Meliten.
præcedentiæ 11. Maij 1579. coram Illustrissimo Cardi-
nali Seraphino, & in vna Cæsaraugustana Parochia-
lis 14. Nouembris 1585. coram Robusterio. Verùm non
solùm id non fuit probatum, sed imò de contrario ap-
paret propter defectum potestatis legitimantis. Adde-
bant

4 bant eniã aliqui ex Dominis † clausulam(*sine praiudicio*)
non solùm præseruare præiudiciũ venientiũ ab intesta-
to, sed etiam voluntatem, & dispositionem patris, ita vt
sic legitimatus teneatur illius iudicium sequi, & nulla-
tenus impugnare illud valeat, tamquàm habilitatus ad
succedendum in eo tantùm, quod patri videbitur, Rim.
sen. *cons.* 40.*n.*9.*&* 13. latissimè Tiber. Decian. *d. cons.* 41.
*n.* 33. & fuit dictum in alia decisione die 24. Nouem-
a bris anni præteriti. [a] Vnus tamen ex Dominis, qui
cum aliis non conueniebat, in contrarium adducebat
5 † legitimatos cum clausula ( sine præiudicio venien-
tium ab intestato) secundùm opinionem veriorem, &
receptiorem, quam sequitur Rota esse verè, & propriè
legitimatos, & non dispensatos, Acchil. *decis.* 6. *qui fil.
sint legit.* & fuit sæpiùs resolutum, & propterea cùm sit
propriè legitimus, habeat ius filiationis, debebitur illi
legitima. Verùm quando ista ratio esset attendenda
concluderet etiam contra ipsos venientes ab intestato
se opponentes, quia velint, nolint ipsi, legitimatus cum
clausula erit verus legitimus, & ius filiationis habens, &
sic destruitur resolutio facta 24. Nouembris anni præ-
6 teriti, † sed nec etiam videtur bona consequentia: legi-
timatus cum clausula prædicta est verus legitimus, &
filius, ergo illi debetur legitima, quia licèt clausula non
limitet legitimationem, limitat tamen successionem,
7 Gõzad. *cons.* 6. *num.* 64. † potest enim dari vera legitima-
tio, quæ effectum successionis limitatum habeat, Socin.
*cons.* 246.*n.* 3. *circa med. vers. secundò prima legitimatio. lib.*
2. Dec. *cons.* 258. *in fin.* Ruin. *cons.* 75. *n.* 11. *post med. vers.
& prædicta sunt. lib.* 3. Paris. *cons.* 7. *n.* 17. *lib.* 2. Socin. iun.
b *cons.* 93. *n.* 41. *&* 42. *lib.* 3. [b] Et non solùm successio non
8 est de † essentia substantiali legitimationis, vt dicit
ibi Socin. iun. sed etiam sunt inter se diuersa, ita vt de
vno ad aliud non benè inferatur, Alciat. *cons.* 105. *num.*
14. *&* 207. *num.* 7. Tiraquel. *in l. si vnquam. in ver. dona-
tione largitus. num.* 317. *C. de reuocat. donat.* traditur *in al-
leg. decis.* 6. Achil. *qui fil. sint legitim.* & fuit dictum in vna
Syracusana illegitimitatis 19. Octobris 1573. coram San-
ctissimo in Portuen. bonorum 27. Nouembris 1578.
coram Illustrissimo Cardinali Seraphino in Romana
bonorum de Peruschis 29. Februarij 1580. coram Ro-
busterio, & sæpius in aliis; sic etiam ius succedendi est
9 † quid diuersum, & separatum ab ipsa filiatione, Bar. &
alij *in l. is potest ff. de acquiren. hæredit.* Paul. de Castr.
*consil.* 304. *n.* 4. *ad fin. lib.* 1. Ruin. *cons.* 86. *n.* 5. *lib.* 3. Tiraq.
*vbi supra.*

## *ANNOTATIO.*

10 a Et † quòd legitimatus cum clausula(*sine præiudicio*) habi-
litetur tantùm ad succedendum secundùm voluntatem
patris dispositiuam, vel permissiuam, contra verò, vel præ-
ter voluntatem patris, nihil consequi possit, latissimè in-
finitos cumulans firmat Castil. *de coniect. vlt. volunt. cap.*
22. *n.* 158. vbi testatur de veriori, & communiori, sed cir-
ca hunc articulum pendet causa in Rota in Romana le-
gitimæ de Sotis coram R.P.D. Manzanedo, in qua causa
Ego defendo partes legitimati, & sæpius fuit causa pro-
posita, & nunquam fuit capta resolutio.
11 b Legitimatio, † per quam omnis macula natalium abole-
tur, & quis restituitur ad primæua naturæ iura est verè,
& propriè legitimatio, licèt effectus successionis sit limi-
tatus per clausulam ( *sine præiudicio venientium ab intesta-
to*) vel per aliam similem, latè Castil. *de coniect. vlt. volunt.
cap.* 22. *num.* 148. vbi assignat rationem, quia ius successio-
nis est separatum ab ipsa legitimatione, prout etiam fir-
matur in hac decisione. Contraria verò opinio procedit,
quando quis non facta abolitione maculæ natalium ha-
bilitatur ad succedendum cum clausula limitatiua, vt
benè declarat Castil. *loco præallegato*, qui hoc modo redu-
cit ad concordiam opiniones in hac materia contrarias,
& plures Doctores cumulat.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Bononien. de Formagliariis.

*Lunæ* 20. *Decembris* 1604.

## ARGVMENTVM.

Expensæ per hæredem grauatum aduersus fi-
deicommissarium repeti non possunt, nisi
probata earum vtilitate, & probatio debet
esse certa.

## *SVMMARIVM.*

1 *Expensæ non necessariæ non sunt reficiendæ heredi gra-
uato per fideicommissarium.*
2 *Expensas vti vtiles repetens tenetur probare earum vti-
litatem, & sub num.* 3.
3 *Nec sufficit probatio deducta ex præsumptione*, l. cum
de indebito, *quia est nimis vaga.*
4 *Præsumptio* l. cum de indebito, *non habet locum,
quando constat quem esse dilapidatorem.*

## DECISIO CCII.

PRoposui dubium in alia propositione reseruatum,
an sit habenda ratio expensarum factarum à La-
ctantio in effossione, & excauatione nouorum cana-
lium molendini ad fauorem Dominorum de Lilio,
quod fuit pro maiori parte resolutum negatiuè. Fun-
damentum resolutionis fuit, quia cùm extaret anti-
quum canale, quod antiquo deseruiebat molendino;
† non apparet, quòd super eo non potuerit nouum 1
construi molendinum, & ob id non constat expensam
noui canalis fuisse necessariam, *l. impensa necessaria. ff.
de impens.* cum pluribus concord. cumulatis à Peregr.
*de fideicommiss. artic.* 50. *num.* 1 *& seqq.* Et cessant omnia,
quæ ad arguendam necessitatem adducunt informantes
pro Liliis, & litis consortibus, licèt enim molendinum
siue canale stare non possit, cùm adesset antiquum, non
fuit necessaria excauatio noui canalis. Et si illud fuisset
repletum facilis erat expurgatio. Non obstat dum dici-
tur Lactantium non potuisse ædificare molendinum
super canale vetus, quia illud vendiderat D. Io. Lilio,
talis enim venditio, quæ locum canalis includat, non
probatur; imò contrarium conuincitur per informan-
tes pro Dominis Formagliariis. Ius Abbatiæ Nanantu-
lanæ super canale antiquo, & molendino super eo ædi-
ficato non potest allegari, quia fuit dictum coram Do-
mino Litta 10. Maij præteriti, non constare de aliquo
iure d. Abbatiæ. Non etiam possunt Lilij ex persona
Lactantij prætendere huiusmodi † expensas, tamquàm 2
vtiles, quia vtilitas est probanda, Soc. iun. *cons.* 62. *sub
num.* 3. *lib.* 1. Negus. *de pignor.* 4. *membr.* 6. *part. princ. post
num.* 11. Et tamen non docetur vtile fuisse diuertere
aquam à solito cursu, & ad aliam partem deriuari pro
construendo molendino. Nec facit, quòd Rota iudi-
cauerit constructionem molẽdini vtilem, vtilitas enim
molendini in vniuerso non conuincit particulariter
fuisse vtilem mutationem canalis, quia forsan æquè, &
magis vtiliter fuisset constructum super antiquo cana-
li. Minus etiam facit, quòd potuerit eligere pro sedi-
mine molendini locum sibi benè visum, quia ad effe-
ctum, de quo agitur, docere debet electionem vtilem,
& expediuisse recedere ab antiquo, & nouum locum
inuenire. † Præsumptio *l. cum de indebito ff. de probat.* est 3
nimis vaga, & si ea sufficeret non esset necesse quòd re-
petentes expensas ex capite vtilitatis essent solliciti in
probanda vtilitate, prout esse debent, iuxt. tradit per
glos. *in l. in fundo. C. de rei vend.* per Abb *in cap.* 1. *num.* 4.

4 *de restit.in integ.* Soc. iun. & Neguf. *vbi supra.* † Et praesump. *d.l.* non potest adaptari Lactantio, qui, vt fuit dictum cora Illustrissimo Cardin. Pamphilio 12. Februarij 1588. etat dilapidator, & nihil minus cogitabat, quàm facere fideicommissi conditionem meliorem, imò nihil agebat; quod non tenderet in fraudem & euersionem fideicommissi, vt dixit Rota coram eodem Illustrissimo Domino 4. Nouembris 1585. Non obstat, quod fuerit adhibitus peritus, quia non appatet adhibitum super eo, an expediret recedere à canali vetere, & nouum excauari, potuit enim Lactantius, secum ipse prius deliberasse ædificare molendinum in illo loco, & quia sine perito construere non poterat, illum vocasse ad designandam fabricam, & opus molendini. Alia vel non concludunt, vel sunt sublata per informantes. Et propterea fuit conclusum per maiorem partem Dominorum non probari vtilitatem aliquam, & minus necessitatem faciendi nouum canale, & non esse habendam rationem expensarum in eius excauatione factarum.

*ANNOTATIO.*

Ad materiam dictæ decisionis facit *decisio supra* 197. & quòd ibi dixi in annotat.

## Sabinen. Molendini.

*Lunæ 20. Decembris 1604.*

### ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo est dandum existenti in possessione auctoritate Iudicis, etiam si non probetur expulsio aduersarij, & possessio posterior non est habenda in consideratione, & potest possessor ex vi suæ ciuilis recuperare naturalem, non obstante inhibitione.

*SVMMARIVM.*

1 *Instrumentum possessionis captæ auctoritate iudicis probat possessionem absque eo, quod probetur expulsio, & num. 5.*

2 *Possessio posterior non potest impedire manutentionem anteriori possessori, qui nunquam habuit se pro spoliato.*

3 *Possessionem ciuilem habens potest recuperare naturalem, & dicitur remouere turbationes, & num. 6.*

4 *Inhibitio non impedit quin habens possessionem ciuilem possit recuperare naturalem, quia dicitur continuare in possessione.*

*Continuare in possessione an, & quando liceat non obstante inhibitione, num. 7.*

### DECISIO CCIII.

Fvit resolutum pro communitate informante in contumaciam partis aduersæ, dandum esse mandatum de manutenendo in possessione Molendini, clarè enim de sua possessione constat ex instrumento illius adeptionis in vim rei iudicatæ, & executorialium à R.
1 P. D. Vulpio de ordine Signaturæ relaxatarum, † quod instrumentum probat possessionem absque eo quòd probetur expulsio eorum propter authoritatem Iudicis ritè, & rectè procedentis, ex doctrina Ang. *in l. qui vniuersas. §. item cum pretor. in fin. & in l. clam possideri. §. qui ad nundinas. num. 2. in fin. ff. de acquir. possess.* quam sequuntur ibi DD. & passim tenet Rota, vt fuit dictum in causa Bononien. bonorum de Mulettis 26. Martij 1599. corā Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & sæpissimè in alijs. ᵃ Non obstat prætensa possessio aduersa- a
riorum, † quia posterior est, & vti clandestina, aut tur- 2
batiua non potest impedire quo minus Communitas, quæ nunquam se habuerit pro spoliata, manuteneatur in sua anteriori, *c. licet causam. de prob.* Bar. *in l. si duo. n. 4. ff. vti possid.* fuit dictum in Ceruien. bonorum 20. Nouembris 1578. coram Bruno, & quotidie seruat Rota. Non obstat recuperatio naturalis possessionis facta post inhibitionem Rotalem, † quia potuit Communi- 3
tas ex vi suæ ciuilis recuperare naturalem, & expellere occupantes, sicuti possessor reuersus à nundinis, quia hoc pacto dicitur remouere turbationes, ᵇ Ias. *in l. clam* b
*possideri. §. qui ad nundinas. num. 62. ff. de acquir. possess.* Paris. *cons. 41. num. 38. & 39. lib. 1.* Lancel. *de atten. par. 2. cap. 4. lim. 1. num. 35.* latè Menoch. *de retin. remed. 3. quæst. 2.* dixit Rota in vna Romana cappellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram Cantuccio
† ad quod non potuit præstare impedimentum inhibi- 4
tio, ᶜ Paris. *cons. 39. num. 8. lib. 1.* cum alijs cumulatis per c
Lancel. *d. limit. 1. num.* 10. fuit resolutum in causa Calaguritana attentatorum 11. Maij 1600. coram R. P. D. Litta.

*ANNOTATIO.*

a Rota † *decis. 802. num. 6. par. 1. diuers. & in recent. decis. 525.* 5
*num. 3. & decis. 557. num. 2. par. 2. in recent.* Scraph. *decis. 1123. num. 1.* & auctoritas iudicis operatur, vt possessor debeat suspicari se posse repelli, Rota *decis. 641. num. 7. par. 1. diuers.* quæ sola suspicio sufficit ad amittendam possessionem, *l. si id quod §. fin. ff. de acquir. possess.* Seraphin. *decis. 769. num. 2.*

b Et † quòd possidens ciuiliter possit recuperare natura- 6
lem per viam manutentionis petendo remouerj molestias, aliter enim dicitur turbare, Beto. *cons. 102. num. 43. lib. 1.* Natt. *cons. 572. num. 22.* Put. *decis. 198. num. 4. lib. 1.* Rota *decis. 19. n. 14. par. 2. diuers. & decis. 560. num. 4. par. 1. in recent.*

c Et † quòd non obstante inhibitione quis possit continua- 7
re in sua possessione ad regulam, quòd qui continuat non attentat, Achil. *decis. 36. de appell.* Paris. *cons. fin. per totum lib. 4.* Gabr. *cons. 50. n. 17. lib. 1.* fuit dictum in Mediolanen. optionis 27. Iunij 1608. coram R. P. D. Manzanedo, & in Mediolanen. attentatorum 9. Aprilis 1612 cora bo. mem. Pcoia. Sed hæc conclusio fuit limitata, vt non procedat stante inhibitione Rotali, de cuius viribus cognoscere non spectat ad iudices inferiores, ita fuit dictum in Gerunden. administrationis 1. Iulij 1691. coram R. P. D. Dunozetto, secundò regula non procedit quando causa reperitur commissa super continuatione, & super illo actu particulari, vt per doctr. Rip. *in cap. cum M. Ferrariensis sub num. 193. ante finem vers. ad istud respondeo de consti.* dixit Rota in Terraconen. attentatorum 4. Iunij 1608. coram R. P. D. Coccino Decano, & in eadem coram eod. 14. Martij 1618. & fuit etiam dictum in dicta Gerunden. administrationis coram R. P. D. Dunozetto.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Ciuitatis Castelli hæreditatis, seu nullitatis laudi.

*Veneris 14. Ianuarij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Mulier, licèt non possit esse arbitra, potest tamen esse arbitratrix, & in dubio censetur tulisse laudum vti arbitratrix etiam si processerit seruata forma iuris. Pactum de lucro dotis, & Statutum de lucro dotis habent locum tàm in dote data, quàm in promissa.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier non potest esse arbitra.*
2 *Mulier non potest esse iudex.*
3 *Arbitria sunt ad instar iudiciorum.*
4 *Mulier non potest esse arbitra, etiam si in compromisso adsit iuramentum.*
5 *Mulier licèt non possit esse arbitra, potest tamen esse arbitratrix.*
6 *Arbitramentum nulla auctoritate iudiciali fundatur.*
7 *Arbitramentum non dicitur iudicium.*
8 *Arbitramentum se habet ad instar potius contractus, quàm actuum iudicialium.*
9 *Monachus, licèt non possit esse arbiter, potest tamen esse arbitrator.*
10 *Vti arbitrator quis potius censetur procedere, quàm vti arbiter, quando habet vtramque facultatem.*
11 *Vti arbitrator præsumitur procedere, quando procedit non seruata forma, & ordine iuris.*
12 *Quod procedit etiam, si in aliquo processerit secundùm formam iuris.*
13 *Vti arbitrator censetur quis procedere, quando non potest esse arbiter, etiam si procedendo seruet formam, & ordinem iuris.*
14 *Arbitrator, licèt non procedit, vti iudex de necessitate secundùm formam iuris, potest tamen si vult, nec propterea facit contra naturam arbitratoris.*
15 *Vti arbitrator censetur quis procedere quando alias laudum vti latum ab arbitro, non sustinetur.*
16 *Iudex habens vtramque iurisdictionem ordinariam, & delegatam censetur processisse ex potestate, secundùm quam actus valet, & num. 31. vbi vide ampliationem.*
17 *[illegible]us, qui potest fieri vno modo licitè, & alio illicitè, censetur factus eo nomine, & iure quo licitè fieri potest.*
18 *Et maximè quando quis non se restringit ad certam facultatem.*
19 *Clausula* ( omni meliori modo ) *operatur, vt actus censeatur gestus eo titulo, & iure, prout valere potest.*
20 *Lucranda dotis pactum habet locum non solùm in dote data, sed etiam in promissa.*
21 *Dos dicitur tàm data, quàm promissa.*
22 *Lucrum dotis debitum per statutum habet locum tam in dote data quàm in promissa.*
23 *Argumentum à Statuto ad pactum valet.*
24 *De lucro dotali, vbi agitur, onera matrimonij non constituunt in mora sed requiritur interpellatio, licèt secus sit respectu dotis.*
25 *Mora non potest considerari pendente dilatione data ad soluendum, & num. 32.*
26 *Dispositio loquens de dote per verbum* ( dederit ) *potest verificari etiam in dote promissa.*
27 *Promissa dote dicitur maritus habere dotem.*
28 *Vidua an debeantur vsuræ dotales post annum est difficilis, & periculosa quæstio.*
29 *Viduæ non debentur vsuræ dotales post annum ex sola mora, & interpellatione, nisi etiam concurrat, quòd non habeat aliundè, vnde se alere possit, & n. 33.*
30 *Fructus dotis quando non debentur, minus debentur fructus donationis propter nuptias.*

## DECISIO CCIV.

CONtra laudum Illustrissimæ D. Virginiæ Sabellæ
opponebatur nullitas, & iniustitia. Nullitas dedu-
1 cebatur, † quia mulier arbitrium suscipere non potest,
2 *l. fin. C. de arbitr.* † sicuti enim prohibetur iudicari, *l. cùm
pater §. fin. ff. de iud. l. 2. ff. de reg. iur.* ita etiam arbitri offi-
3 cium sumere; † cùm arbitria sint ad instar iudiciorum,
4 *l. 1. ff. de arbit. not. in c. cùm dilectus, eod. tit.* † & hoc proce-
dit, etiam si in compromisso sit iuramentum, Abb. *in
cap. dilecti. num. 1. in fin. de arbitr.* Ista nullitas Dominis
non placuit, quia fuit in eam compromissum non so-
lùm, vti in arbitram, sed etiã vti in arbitratricem, † mu- 5
lier autem arbitratricis munus subire non prohibetur,
DD. *in d. l. fin.* Bar. *in l. in multis. in princ. ff. de stat. hom.*
Abb. *in cap. Quintanallis in 2. not.* Imol. *num. 3. de iure in-
ran.* Dec. *in l. 2. sub num. 17. de reg. iur.* † Arbitramentum 6
enim nulla authoritate iudiciali fundatur, Card. *conf. 29.
sub num. 19.* † Nec iudicium dicitur, Bal. *conf. 169. num.* 7
*3. & 6. lib. 3.* † & habetur instar contractus, potius quàm 8
actuum iudicialium, Anchar. *conf.* 208. *sub num. 9. vers.
item sententia* Soc. *conf. 124. sub num. 6. lib. 1.* † sic vide- 9
mus in Monacho, in quem licèt non possit compro-
mitti vti, in arbitrum, potest tamen vti in arbitratorem;
Bal. *in l. si qui ex consensu. num. 5. C. de Episcop. aud.* laudum
autem censetur latum à D. Virginia tamquam arbitra-
trice ex infrascriptis primo, † quia quando aliquid po- 10
tuit fieri ab aliquo vti arbitro, & vti arbitratore præ-
sumitur ab eo factum, vti ab arbitratore, Alex. *conf. 13.
13. num. 6. lib. 1.* Ruin. *conf. 161. num. 7. lib. 4.* Felyn. qui di-
cit communem, *in cap. cùm ex officij num. 12. in fin. & num.
32. vers. sunt duæ opiniones. de præscript.* Nat. *conf. 2. num* 8.
Eandem etiam communem dicit Menoch. *præs. 77. n.
1. & sub num. 8. lib.* 2. † Secundò, quia fuit processum 11
ordine, & forma iuris non seruata, Anchar. *d. conf.* 208.
*sub num. 9.* Card. *d. conf. 29. sub num.* 21. Rom. *in Rub. de
arbit. num.* 49. & fuit resolutum in causa Romana Tu-
telæ de Fabiis coram Illostrissimo Cardinali Seraphi-
no. † Quod procedit, licèt in aliquibus processerit se- 12
cundùm formam iuris, de quo tamen in aliquo defecit,
qui non fecit producere scripturas, & iura in actis, vt
fatetur pars aduersa, quando enim partim seruatur, &
partim non seruatur ordo iuris, processum censetur vti
ab arbitratore, Host. *in d. cap. Quintanallis, num. 10. circa
med. vers. & quid dices si partim.* Io. And. *sub num. 8. vers. &
quid.* Ant. de Butr. *sub num. 14. vers. si autem partim pro-
cessit. de iur. iuran.* Nat. *consil. 104. num.* 16 Alciat. *præs. 15.
num. 2. reg. 3.* Quinimò etiam si in omnibus, & per om-
nia iuris ordinem seruasset, † ex quo tamen re vera 13
erat arbitra tantùm, cùm arbitra esse non possit, adhuc
censeretur vti arbitra processisse, Bald. *in d. cap. Quin-
tanallis. num.* 19. quando enim re vera habet vnicam
tantùm potestatem, ex illa censetur procedere, Felyn.
*in cap. cùm ex officij sub num. 32. vers. limita 2. de præscrip.*
Nec refert, quòd fuerit processum iuris ordine serua-
to, † quia licèt arbitrator non procedat, vt iudex, de ne- 14
cessitate, potest tamen si vult, Anchar. *d. conf.* 208. *post
num.* 10. Card. *d. conf. 29. num.* 23. hoc enim totum est
positum in eius voluntate, Host. *in d. cap. Quintanallis.
num.* 8. nec facit contra naturam arbitratoris, Rimin.
sen. *consil. 48. num. 16.* Alciat. *vbi sup. num. 2. in fin.* † Ter- 15
tiò cùm laudum fuerit latum ab ipsa, tamquam arbi-
tra, & arbitratrice, censetur latum tamquam ab arbitra-
trice, postquam eo nomine valet, Bal. *in l. 3. post. med.
vers. sed quid si dicit ita laudo tamquam arbiter, & arbitra-
tor. ff. de testa. milit.* Felyn. *in d. cap. cùm ex officij. post nu. 32.
vers. non obstat. d. l. 3.* Mil. *in ver. Iudex potest procedere.* Me-
noch. *d. præs. 77. num. 16.* † facit quod dicitur de haben- 16
te potestatem ordinariam, & delegatam, vt censeatur
processisse ea potestate, secundùm quam actus valet,
Abb. *in d. cap. cùm officij num. 31. & seq.* vbi etiam Felyn.
*sub num. 32. vers. amplia secundò.* Alciat. *d. præs. num.* 5. a a
Actus enim qui potest fieri vno modo licitè, & † alio 17
illicitè, censetur factus eo nomine, & sub ea persona,
& iure, quo licitè fieri potuit, Aret. *consil. 23. n. 10. in fin.*
Cur. iun. *conf. 20. sub n. 7. vers. Et ad hoc optimè conueniunt.*
† Quod sine difficultate procedit, quia D. Virginia non 19
se restrinxit ad facultatem arbitri incompetentem, Paul.
de Castr. *consil. 84. sub n. 5. vers. sed ad hoc respondetur. lib.
1.* Aym. *conf. 284. sub num. 5. vers. quinto respondeo*; sed
expressit

19 expressit non solùm vtrumque nomen, † sed etiam ad-
didit clausulam ( *omni meliori modo* ) vt in terminis per
Corn. *cons.* 10. *n.* 16. *lib.* 2. Moder. *de nullit. ex defect. iurisd.*
*sub n.* 173. Quoad iustitiam impugnatur laudum in ea
parte, in qua condemnat hæredes lueri ad soluendum
scuta 400. promissa ex causa donationis propter nu-
ptias, seu lueri, & in ea parte, in qua condemnat ad so-
lutionem fructuum partis dotis solutæ, & donationis
propter nuptias. Quoad donationem propter nuptias
obiicitur, eam non in totum deberi, sed tantùm ad ra-
tionem dotis solutæ, & sic pro rata scutorum 200. cùm
hæc summa tantùm fuerit soluta ex scutis 1200. pro
pro dote promissis, §. *hoc igitur*. iúcta glos. *in ver. virum.*
20 *Auth. de æqual. dot.* cum aliis alleg. † Contrarium tamen
visum fuit Dominis quia pactum de lucranda dote ha-
bet locum, non solùm in dote data, sed etiam in pro-
missa, Bal. post glos. *in l. mulier. num.* 3. vbi etiam Paul. de
Castr. *num.* 2. *ff. de cond. instit.* Ias. *in l. si donaturus.* §. *si quis*
21 *n.* 14. *ff. de cond. caus. dat.* Rol. *de lucro dot. q.* 5. *n.* 7. † quia
tàm data, quam promissa, dos est, vt dicit Ang. *in d. l.*
22 *mulier in fin.* & latè comprobat *consil.* 180. † sic videmus
in lucro delato per statutum simpliciter loquens de
b dore, quod habet locum etiam in dote promissa, [b] Bal.
Paul. de Castr. & Ang. *in d. l. mulier.* Alex. qui dicit mà-
gis communem *in d. l. si donaturus.* §. *si quis num.* 7. quam
etiam dicit communem Soc. *cons* 32. *n.* 7. *lib.* 3. latè Rol.
alios cumulans *d. quæst.* 5. *& per tot. n.* 11. Et tenet Rota,
Achil. *decis.* 13. *de const.* fuit dictum in vna Auximana
Dotis 10. Ianuarij 1575. coram Illustrissimo Card. Se-
23 raph. valet autem argumentum à Statuto ad pactum,
*l. fin.* & ibi not. Bal. *C. de fideiuss. glos. in l. non impossibile ff.*
*de pact. & in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur.* & ita in propo-
sito arguit Ias. *vbi supra.* Nec potest considerari aliqua
24 mora vxoris, † quia vbi de lucro dotali agitur, onera
matrimonij non constituunt in mora, sed requiritur in-
terpellatio, Paul. de Castr. *in l. iubemus.* §. *sanè. sub n.* 4. *C.*
*de Sacr. Eccles.* Ias. *in d.* §. *si quis n.* 17. Crot. *in Rub. solut.*
*matr. n.* 89. Rol. *de lucro dot. quæst.* 8. *vers. contrarium tamen.*
Phanut. *in eod. tract. in glos. restituenda. n.* 36. & res magis
de plano procederet, si verum est virum decessisse pen-
25 dente dilatione ad soluendum dotis residuum, † quia
tunc nullo modo potest considerari mora, *l. lecta vers.*
*sed si cùm sortis ff. si cert. pet.* Alex. *cons.* 221. *sub num.* 7. *vers.*
c *nec prædictis lib.* 2. Soc. *cons.* 130. *sub num.* 7. *lib.* 4. [c] Non
obstat glos. *in* §. *hoc igitur in ver. virum. Auth. de æqual.*
*dot.* quia debet intelligi de dote constituta, & promis-
sa, prout loquitur tex. & verba ipsa, quæ explicat ( dicit
enim tex. ibi, *tantam quantitatem præscribere virum*) & ad
tex. *in Auth. sed qua nihil. C. de pact. conuent.* licèt vtatur
26 verbo ( *dederit* ) tamen potest etiam verificari in dote
promissa, vt probat tex. *in l. fin. C. de dot. promiss.* ille enim
tex. loquitur de patre, qui dotem dederit, & tamen glos.
& scribentes omnes exponunt verbum ( *dederit*) etiam
per definitionem promittendo dotem, & quòd dos da-
ta, siue promissa, etiam verificetur, explicat in nostris
27 terminis Soc. iun. *cons.* 35. *sub num.* 13. *lib.* 1. † Et sicuti
per promissionem sibi factam dicitur maritus habere
dotem, gloss. *in l. cùm post* §. *sed is qui in ver. habet dotem*
*ff. de admi. tut.* ita etiam promittens dicetur dedisse per
constitutionem, & promissionem. Quoad condemna-
tionem fructuum dotis, & donationis propter nuptias,
à die interpellationis, Dominis visa fuit sine difficulta-
28 te hæc condemnatio iniusta; † non est enim hoc casu
necessarium aggredi difficilem illam, & periculosam
quæstionem, an Viduæ post annum debeantur vsuræ
29 dotales ex retardata restitutione dotis, † quia etiam
tenentes affirmatiuam, fatentur non deberi ex sola
interpellatione; nisi etiam concorrat alia qualitas,
d quòd non habeat aliunde, vnde se alere possit, [d]
Rol. *consil.* 55. *sub numero* 18. *lib.* 2. latè Surd. *consil.*
30 269. *numer.* 21. *& sequent.* † Et si non debentur fru-
ctus dotis, minus debebantur fructus donationis
propter nuptias.

*ANNOTATIO.*

a Latè † Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 17. *num.* 6. *in fi-* 31
*ne & 7.* Vant. *de nullit. ex defectu iurisd. num.* 171. *& seq.* Rota
*decis.* 96 *n.* 1. *par.* 2. *diuers.* Adeò quod etiam si iudex enun-
ciet se iudicem ordinarium, nihilominus censetur pro-
cessisse vti delegatus, quando aliàs iuxta ordinariam iu-
risdictionem actus non valerent, Abb. *in cap. cùm ex officii*
*n.* 2. *de præsumpt.* Seraph. *decis.* 549. *n.* 2. fuit dictum in Spo-
letana hæreditatis 2. Aprilis 1618. coram Pamphilio, & in
Taruisina adiunctorum 17. Februarij 1620. coram Pam-
philio, in quibus decisionibus dicitur verbum illud ( *Or-*
*dinarius*) in tali casu stare demonstratiuè.

b Vide suprà annotationem *ad decis.* 5.

c Est adeò verum, † quòd data dilatione interim quis non 32
possit dici in mora constitutus, vt nec etiam emptor te-
neatur interim soluere fructus recompensatiuos debitos
ex æquitate *l. curabit* pendente dilatione ad soluendum
precium, Dec. *cons.* 119. *n.* 6. *& 7.* Bero. *in cap.* 1. *n.* 125. *de vsuris.*
Gabr. *cons.* 57. *n.* 5. *lib.* 1. fuit dictum in Asculana pecunia-
ria 11. Decembris 1606. coram R.P.D. Coccino Decano,
& in Romana Casalcni 20. Iunij 1611. coram Cardinali
Sacrato, sic etiam data dilatione ad soluendum dotem,
non potest maritus prætendere aliquos fructus, Abb. *in*
*cap. Salubriter num.* 303. *de vsur.* Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 42.
*num.* 50. *& seq.*

d Surd. † *cons.* 194. *n.* 5. *& sub n.* 16. *vers. responderi etiam potest.* 33
Mant. *decis.* 171. & plenè fuit dictum in Perusina dotis 9.
Iunii 1614. coram R.P.D. Vbaldo, & in Romana fructuum
dotis de Paluzellis 15. Ianuarij 1614. coram R.P.D. Man-
zanedo, in quibus aliæ decisiones cumulantur.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. decimarum de Ayamonte.

*Mercurij 19. Ianuarij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Primogenito non nocent acta, & probationes factæ contra antecessorem, nisi saltem eo citato per proclama, licèt secus esset, si ille succederet iure hæreditario.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæredi præiudicant acta, & probationes facta contra auctorem.*
2 *Primogenito non præiudicant probationes, & acta facta cum antecessore primogenito, saltem ipso non citato per proclama, & sub n.* 5.
3 *Sententia quem non afficit, neque etiam afficiunt acta, & probationes.*
4 *Immemorabilis est improbabilis, quando tanto tempore lis pendet, vt subducto de medio tempore motæ litis, impossibile sit inuenire testes, qui probent quadragenariam de visu, & num.* 6.

### DECISIO CCV.

PRoposui dubium, an probationes factæ pro parte
Capituli Ecclesiæ Hispalen. afficiant modernum
Marchionem. Quod fuit negatiuè resolutum; † licèt 1
enim acta, & probationes factæ contra auctorem præ-
iudicent hæredi, ad not. *in l. hæres absens, & in l. si is, qui*
*Romæ, ff. de iud.* tamen cùm Marchio sit paratus probare
per remissoriam, pro qua instat decimas ad ipsum non
spectare iure hæreditario, sed ratione maioratus Mar-
chiona

chionatus de Ayamonte, & sic ex dispositione primi
2 testatoris,& fundatoris maioricatus, † sequitur probationes,& acta facta ipso Marchione non citato, saltem
per proclama.ipsum non afficere,Bart.*in l.1.ff.de pignor.*
Alex.*in l.de vno quoque n.17.de re iudic.*Put.*decis.91.lib.3.*
Achil.*decis.3.de re iud.*fuit dictum in Hispalen.decimarum de Villalua 18.Iunij 1582.coram Cantuccio,& in
Calaguritana panis 14.Maij 1599. coram Illustrissimo
a Cardinali Seraphino, [a] quæ licèt loquantur † in sen-
3 tentia; tamen idem est etiam respectu probationum,
Alex. *in l. sæpè. n.125.de re iud.& in l.2.n.11.C.de edend.*
Achil.*decis.5.de re iudic.* Nec facit,quòd ad effectum, vt
decimæ sint debitæ iure maioricatus requiratur imme-
4 morabilis,cùm fama priuilegij,† quæ videtur improbabilis in isto casu; cùm lis fuerit inchoata, vsque de anno 1546. ita vt sit impossibile habere testes, qui pro-
b bent quadragenariam de visu ante motam litem,[b] quia
hoc non est præsentis indaginis, non enim agitur modò an decimæ verè sint debitæ,sed an probationes afficiant; quod procedit ab eo, an ius istud decimandi,
quod prætendit Marchio, prætendat iure hæreditario,
vel iure maioricatus.Non obstat, quòd Marchio ratificatione, & approbatione fecerit acta, & probationes,
quas fecit Capitulum contra ipsius partem suas, nam
quatenus approbatio deducatur ex ratificatione,quam
fecit D. Anna vti tutrix Marchionis omnium actorum
factorum in hac causa per Benedictum Quites, & eius
substitutum,respondetur nec Benedictum, nec substitutum gessisse aliquid circa remissoriam; fuerat enim
exequuta antequàm Benedictus constitueretur Procurator,& propterea talis remissoria non potest cadere
sub ratificatione gestorum ab ipso. Multò minus potest
inferri approbatio istarum probationum ex ratificatione gestorum à Bartholomæo Quexada,quam fecit modernus Marchio factus maior, quia per eam non dicitur ratificatus processus compulsorialis completus per
plures annos ante mandatum datum ipsi Bartholomæo
ab Anna tutrice,& licèt interuenerit in extractione d.
processus vigore instrumenti compulsorialis, tamen
semper comparuit contradicendo extractioni protestando de nullitate,& appellando,& petendo de nouo
examinari testes.

*ANNOTATIO.*

5 a Circa † hanc materiam est videndus Molin. *de primogenit.lib. 4. cap. 8. per tot.* & in simili materia fideicommissi
Peregrin. *de fideicom.art.53.num.49.*

6 b Et † quòd quando tanto tempore lis pendet,vt subducto tempore litis non possint reperiri testes ætatis 54. annorum,tunc immemorabilis sit improbabilis, Seraph. *decis.*
1456.& fuit dictum in Maceraten. Iurisdictionis 24.Iunij
1609. coram R.P.D.Manzanedo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hortana Domus.

*Lunæ 24. Ianuarij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Hæredi est danda immissio in omnibus bonis possessis à defuncto, non obstante possessione fideicommissarij,quæ est vitiosa,vti capta non de manu hæredis; Et maximè, quando sunt faciendæ detractiones, & alia de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres est immittendus in possessionem omnium bonorum, quæ defunctus de tempore mortis possidebat.*
2 *Legatario non competit remedium l.finalis.*
3 *Hæredi non potest legari,quando est solus institutus,cùm à se ipso sibi ipsi legari non possit.*
4 *Debitor non potest quis esse sui ipsius.*
5 *Fideicommissarius vitiosè possidet,quando non capit possessionem de manu hæredis,& latè n. 10. vbi vide limitationes.*
6 *Et si capiat non est legitimus contradictor ad impediendum immissionem hæredi.*
7 *Hoc procedit etiam si quando cœpisset possessionem,hæreditas esset iacens,reprobato Alciato.*
8 *Fideicommissarius, etiam si sit in possessione sine vitio, non potest impedire immissionem hæredi, quando sunt facienda detractiones,& latè num. 11.*
*Quid si detractiones sint certa.vide n. 13.*
*Quando non sunt facienda detractiones fideicommissarius impedit hæredi immissionem,ne detur inanis circuitus, n.12.*
9 *Fideicommissarius vt sit legitimus contradictor, duo copulatiuè requiruntur,quòd sine vitio possideat,& incontinenti de iure suo doceatur.*

## DECISIO CCVI.

FVit vnanimis Dominorum sententia esse dandam
Pamphilo immissionem in possessionem domus, de
qua est controuersia, † quia cùm sit hæres vniuersalis 1
institutus à Petro in suo testamento debet ex remedio
*l.fin.C.de edict. diui Adr. tollen.* immitti in possessionem
bonorum,quæ Petrus tempore mortis possidebat.Non
obstat,quòd domus fuerit legata Pamphilo in dicto testamento, † & legatario non competat remedium *d. l.* 2
ex cumulatis per Menoch.*de adipisc.remed.4.in 19.quæst.*
*n.132.& seqq.* quia Pamphilus petit immissionem iure
institutionis,non iure legati,imò non potest iure legati
domum prætendere, † quia cùm esset hæres solus, à se 3
ipso legari non poterat, *l.planè.§.si duobus. l.qui filiabus.*
*in fin.& l.legatum.§.1.ff.de leg.1.* Paris.*cons.79.n.1.lib.2.*
† non enim potest quis esse sui ipsius debitor,*l.Vranius.* 4
*in princ.ff.de fideiuss.l.frater à fratre.in princ.ff.de cond. indeb.*Non obstat,quòd Laura possideat vigore fideicom-
missi, † quia possessio cùm non sit capta de manu hæ- 5
redis,est vitiosa,*l.1.ff.quor.legat.* † [a] & propterea non est 6
legitima contradictrix,Rom.*cons.312.in princ.*Dec.*cons.* a
414.*sub n.14.vers. & retenta ista conclusione.* latè Rolan.
*cons.78.n.14.lib.3.* fuit dictum in vna Vrbenetana Castrorum 12.Decembris 1567. coram Illustrissimo Car-
din Seraphino. [b] Non obstat,quòd acquisiuerit posses- b
sionem ante aditam hæreditatem per Pamphilum, &
possessio capta per fideicommissarium, hæreditate ia-
cente,non sit vitiosa,Alciat *cons.350.*† quia contrarium 7
est verius,& receptius, vt patet ex congestis per Rol.
*d.cons.78. n. 20.* & Alciati opinio fuit aliàs per Rotam
reprobata in causa Romana de Salamonibus 14. Nouembris 1575. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino,in qua fuit ostensum Alciatum non solùm loqui aduersus communem sententiam, sed etiam contra Doctores per ipsum allegatos,quod etiam fuit decisum in
Romana de Comitibus coram bo. mem. Cardinali Io.
Aldobrandino. [c] Non obstat,quòd Laura possideat au- c
thore Prætore, quia ineptè fecit Iudex dando immissionem hæreditate iacente, cùm non esset data facultas
Lauræ capiendi possessionem auctoritate propria, &
præsertim nullo dato curatore hæreditati iacenti,vt la-
tè deducitur in d. Romana Casalis. † Vbi etiam Laura 8
esset in possessione sine vitio, adhuc non posset impedire immissionem Pamphili, qui habet aliquid detrahere,Ber.*decis.156.n.2.& 5.*& dixit Rota in d.Romana
de Salamonibus, [d] hîc autem apparet detrahendam d
saltem partem debitam Petro ex fideicommisso Fineæ,
& ideò cùm Petrus esset in possessione totius domus,
non

non debet illi denegari immiſſio. Non eſt verum, quòd Laura poſſit incontinenti docere de fideicommiſſo, imò apparet de nullo iure, niſi doceat de aliquo exceſſu, vt fuit deciſum, de quo exceſſu nullus adhuc adeſt fumus. Et quando etiam poſſet incontinenti docere, ad-
9 huc non eſſet legitima contradictrix; † quia duo copulatiuè requiruntur, vt fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor, quòd ſine vitio poſſideat, & incontinenti de ſuo iure doceat, vt fuit dictum in dicta Romana
c Caſalis, & latiùs in eadem. e

*ANNOTATIO.*

10 a Dec. † *conſ. 467. n. 12.* Rota *deciſ. 565. n. 1. prima diuerſ.* plenè Rota *deciſ. 115. n. 3. par. 1. in recent.* vbi quamplures deciſiones cumulantur, & latè Argel. *de legit. contr. quæſt. 10. art. 14. num. 207.* qui plura cumulat, & procedit hæc concluſio etiam quando poſſeſſio eſt capta hæreditate iacente, Rota *d. dec. 115. ſub n. 3. verſ. occupatio enim.* Si tamen fideicommiſſarius pro indiuiſo, vnà cum defuncto poſſidebat, tunc poteſt continuare poſſidere totum, & non dicetur vitioſus poſſeſſor reſpectu totius, Pariſ. *conſ. 153. n. 110. lib. 3.* & ſequuta fuit Rota in Romana de Sancta Cruce 23. Maij 1608. coram Cardinali Sacrato, & in Aconitana cenſus 24. Ianuarij 1618. coram eodem, & tradit Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. limit. 1. n. 80. & ſeq.* Marcſcot. *variar. lib. 2. cap. 138. n. 36.* Poſſet etiam fideicommiſſarius capere poſſeſſionem propria auctoritate, quando nullus adeſſet hæres, de cuius manu fideicommiſſum capi poſſet, Menoch. qui plures allegat *de adipiſc. remed. 2. n. 66. verſ. nam eſt cohæres.* Peregrin. *de fideicomm. art. 47. n. 11.* benè Rota *deciſ. 142. n. 2.* inter impreſſ. penes Farinac. *poſt 2. lib. Conſil.*

b Dec. *conſ. 467. n. 13.* Rota *d. deciſ. 565. n. 1. par. 1. diuerſ.* & plenè *deciſ. 115. n. 2. & 3. par. 1. in recent.*

c Et Rota quoad hoc caput ſecuta fuit hanc deciſionem *in dicta deciſ. 115. ſub n. 3. par. 1. in recent.*

11 d Et † quòd quando ſunt faciendæ detractiones, tunc nullo modo fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor ad impediendum immiſſionem, Menoch. *de adipiſcen. remed. 4. n. 638.* Gabr. *conſ. 45. n. 24. lib. 1.* latè Surd. *deciſ. 333. n. 8. vſque ad finem.* Rota *d. deciſ. 565. n. 5. par. 1. diuerſ.* Seraphin. *deciſ. 850. n. 1. & 609. n. 4.* latè Rota *d. deciſ. 115. n. 11. par. 1. in recent* vbi aliæ deciſiones cumulantur, *& deciſ. 640. n. 8. in fin. eadem par. 1. in recent.* pleniſſimè Argel. *de legit. contrad. quæſt. 10. art. 9. num. 125.*

12 Quando † non ſunt faciendæ detractiones, ſed tota hæreditas eſt reſtituenda, tunc ad euitandum circuitum inanem, non datur immiſſio hæredi, Pariſ. *conſ. 53. n. 113 & ſeq. lib. 3.* & fuit dictum in Senogallien fideicommiſſ. 22. Maij 1606. coram Card. Sacrato, latè Cæſar Argel. *de legit. contradict. d. quæſt. 10. art. 16. n. 135. & ſeq.* ſed aduertendum eſt debere conſtare manifeſtè, & notoriè nihil eſſe remanſurum penes hæredem; aliàs ſi poteſt eſſe aliqua difficultas, d. concluſio non procedit, vt fuit dictum in dicta Senogallien. Cæſar Argel. *d. art. 16. n. 135. verſ. hanc diſtinctionem,* & propterea eſt valde difficile practicare dictam concluſionem; quia ſemper hæres poterit allegare ſibi competere detractiones, vltra legitimam, & Trebellianicam, ſcilicet, æris alieni, & aliorum de quibus docebit poſt adeptam poſſeſſionem, Rota *in ſæpè allegata deciſ. 115. ſub n. 12. verſ. ſum quia par. 1. in recent.*

13 Quando † detractiones ſunt certæ, puta, legitimæ, & Trebellianicæ, ſufficit fideicommiſſario reſtituere hæredi illas portiones certas, Corn. *conſ. 232. n. 15. verſ. non dato lib. 4.* vbi dicit, quòd obſtat hæredi regula, *dolo petis,* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. n. 641.* ſed hoc procedit quando hæreditas conſiſtit in pecunia numerata, ſecus autem, quando conſiſtit in corporibus, quia tunc detractio eſt incerta ratione loci prout ita ad conſ. Corn. reſpondit Rota *deciſ. 565. in fin. par. 1. diuerſ. & in recent. d. deciſ. 115. ſub n. 12.* & fuit dictum in d. Senogallien. fideicommiſſi 22. Maij 1606. coram Cardinali Sacrato, quando verò detractiones ſunt certæ, & ſumus in corporibus, Rota ſeruat dare immiſſionem pro indiuiſo, vt aliàs dixi.

e Et plenè Rota *d. deciſ. 115. par. 1. in recent.* & plura cumulat Cæſar Argel. *de legit. contradict. quæſt. 10. art. 14. num. 206.*

*Oliuerius Beltrominus.*

Viterbien. fideicommiſſi.

*Lunæ 24. Ianuarij* 1605.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio cenſetur directa non fideicommiſſaria, quando teſtator inſtituit aliquem hæredem, & eius ſucceſſores, non obſtante clauſula *(omni meliori modo)* & clauſula codicillari.

*SVMMARIVM.*

1 *Subſtitutio cenſetur vulgaris, non fideicommiſſaria, quando teſtator inſtituit filium, & eius ſucceſſores.*
*Vocatis pluribus per nomen collectiuum, an ſubſtitutio cenſeatur vulgaris, ſeu fideicommiſſaria, n. 9.*
2 *Verba, quæ poſſunt valere iure directo, non debent obliquari.*
3 *Vulgaris ſubſtitutio cenſetur, etiam ſi teſtator vocet filios, & eorum hæredes expreſsè poſt mortem filiorum.*
4 *Clauſula* ( omni meliori modo) *non alterat, nec ampliat diſpoſitionem.*
5 *Maximè quando non præcedit copula.*
6 *Codicillaris clauſula non operatur, vt vulgaris expreſſa per verba directa trahatur ad fideicommiſſum.*
7 *Verbum* ( hæres ) *quando non habet adiectum aliud verbum denotans tractum futuri temporis, non trahit ſubſtitutionem ad fideicommiſſum, ſed ſubſtitutio verificatur in vulgari, & n. 9.*
8 *Subſtitutio in dubio eſt iudicanda directa, non fideicommiſſaria.*

DECISIO CCVII.

FVit concordi Dominorum ſententia tantum in teſtamento Nicolai ſenioris nullum extare fideicommiſſum ad fauorem Claudij, & Nicolai Iunioris eius nepotum. † Verba enim illa (*inſtituit ſuum hæredem An-* 1
*ſelmum, & eius hæredes, & ſucceſſores* ) non inferunt ſubſtitutionem fideicommiſſariá, ſed potius vulgarem, a a
Cuman. *in l. Gallus. § quidam rectè. num. 7. in fin. verſ. item cùm teſtator.* Aret. *col. pen. verſ. ſed quando vocarentur.* Soc. *num. 7. & 8.* Galiaul. *n. 22. ff. de lib. & poſth.* Paul. de Caſtr. *conſ. 352. n. 5. lib. 2.* Alex. *conſ. 10. n. 7. lib. 4.* Dec. *conſ. 253. ad fin.* Rip. *in l. hæredes mei § fin. n. 9. ff. ad Trebell.* Rubc. *conſ. 129. n. 13. circa med.* Pariſ. *conſ. 83. n. 13. & 11. lib. 2.* Soc. iun. *conſ. 100. n. 34. lib. 3.* Aym. *conſ. 131. n. 7.* latè Rimin. iun. *conſ. 50. n. 31. & ſeq. & conſ. 371. n. 53. cum plur. ſeqq.* Præ-
ſertim propter verbú (*inſtituit*) quod cùm † ſit directum 2
ciuile, & ſubſtitutio potuerit valere à principio iure directo non debet, nec poteſt aliquo modo obliquari, Aret. Soc. & Galiaul. *vbi ſupra.* Dec. *conſ. 248. n. 5. circa med.* Non obſtat, quòd vocando hæredes Anſelmi eos vocauerit poſt mortem ipſius Anſelmi, cùm viuens non
habeat hæredem, *l. 1. ff. de hæred. vendita,* † quia non inde 3
ſequitur, quòd ſint vocati per fideicómiſſum, cùm iſto caſu poſſint admitti per vulgarem, Paul. de Caſtr. *conſ. 434. in princ. lib. 2.* Dec. *conſ. 205. ſub n. 5. verſ. his præmiſſis.* Aym. *d. conſ. 131. n. 5. in fin. & n. ſeq.* Rymin. iun. *d. conſ. 371. n. 174. & ſeq.* Peregr. *de fideicom. art. 32. n. 30. & 43.* vbi de
communi. † Non obſtat clauſula (*omni meliori modo*) quia 4
non facit, vt recedatur à modo expreſſo, nec alterat, aut ampliat diſpoſitionem, Anchar. *conſ. 317. n. 3. ad fin.* Sic fuit dictum in vna Vrbeuetana hæreditatis 4. Februarij 1577. coram Robuſterio, & in Romana fideicommiſſi de Stancariis 13. Ianuarij 1597. coram Illuſtriſſi-
mo Cardinali Seraphino, † præſertim quando non 5
adeſt copula, Achil. *deciſ. 1. de cl. inſ.* Caput. *deciſ. 273. lib. 1.*

*lib.1.in manuscrip.* Cæs. de Graff. *decis.1.n.4. de elect.* fuit
6 dictum in d. Vrbeuerana,& passim tenet Rota.† Minus
etiam facit clausula codicillaris; quia illa non opera-
tur,vt vulgaris importata per verba directa trahatur ad
fideicommissum, quia istud esset præter intentionem
testatoris, qui de fideicommisso non cogitauit, Dec.
*d.cons.248.n.6.* Rip. *in d.l. hæredes mei §. fin. sub num.9.*
Rymin.*iun.cons.371.nu.156.* Non releuat, quod dicitur
7 de nomine collectiuo, quia † quando etiam illud ver-
bum(*hæres*) posset dici collectiuum,adhuc tamen esse-
mus in vulgari, maximè cùm non sint adiecta alia ver-
ba denotantia tractum futuri temporis, ad cumulata
per Menoch.*cons.85.nu.67. & seq.*& latiùs per Rimyn.
iun. *d.cons.371.n.148. cum pluribus seqq.* & tenuit Rota
in Auinionen. status coram Bubalo 6.Iunij 1578. Ver-
bum enim illud (*hæres*) non habet tractum temporis,
qui non possit verificari in vulgari per prædicta. Et
tantò magis placuit Dominis hæc sententia, quia nul-
lus agnationis fauor fuit à testatore consideratus, &
nullæ ex tota eius dispositione colligi possunt conie-
8 cturæ fideicommissi, † & in dubio substitutio est iudi-
canda directa,*c.si pater.de testam.in 6.glos.in l.verbis ciui-
libus.in glos.fin.in fin.ff.de vulgar.& pupil.* Neuiz.*cons.55.
nu.13.*& probat text.*in l.fin.C.de hæred.instit.*Non obstat
decisio in alia Viterbien. fideicommissi coram D. meo
Ortembergo,quia ibi concurrebant multæ coniecturæ
mentis testatoris,in decisione ponderatæ,& verba erant
apta ad fideicommissum.

### *ANNOTATIO.*

9 a Rota † passim sequitur doctrinam Cuman. *in l.cùm ita §. in fideicommisso n.4. ff.de leg.2.* quòd scilicet, quando plures etiam sub nomine collectiuo sunt vocati, nisi adsint verba importantia tractum temporis successiuum in futurum,censentur solùm vocati per vulgarem, adeò quòd primo adeunte expirat substitutio quoad alios,prout tenuit Rota in illa Auenionen.Status 6. Iunij 1578. coram Bubalo.& *in decis.125.nu.1.& in decis.143.nu* 10. vbi Rota dicit esse communem,*& decis.357.nu.2.par.1.in recent.* vbi in specie Rota *sub n.*10. respondet ad clausulam codicillarem, & fuit dictum in Romana fideicommissi de Briscaglis 1616. coram R. P. D. Pirouano, & hanc Cumani opinionem esse communem attestatur Surd. qui plures cumulat *decis.346.sub n.22.*

Prædicta opinio non procedit, quando vltra nomen collectiuum concurrerent etiam verba perpetuitatem respicientia, & tractum successiuum importantia; tunc enim substitutio censeretur fideicommissaria,& primo adeunte non expiraret substitutio,sed teneretur restituere aliis vocatis, seu comprehensis sub nomine collectiuo, Rota *d.decis.125.nu.2.& decis 143.sub n.10. & decis.266.n.12. & decis.357.n.2.& 3.par.1.in recent.*Surd.*d.deci.346.n.22.*

Quæ autem sint ista verba, quæ tantùm temporis successiuum, & perpetuitatem significant vide Peregrin. *de fideicom.art.*18.*n.*14.Petra *de fideicom.quæst.5.n.170.*Menoch. *de præsumpt.li.4. præsumpt.71. n.34.* Et Rota in Viterbien. fideicommissi 24 Nouembris 1603. coram R. P. D. Ortembergo,dixit istam perpetuitatem tacitè induci; si testator vocauit nascituros; item si vocauit masculos exclusis fœminis,item si adsit clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis(*si non valet vel non valebit.*)

b Substitutio, quòd censeatur potius directa, quàm fideicommissaria dixi *ad decis.132.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Hæreditatis de Bonellis.

*Lunæ 31. Ianuarij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Contra legitimatum opponi potest,tàm de non filiatione,quàm de defectu legitimitatis,non obstante sententia ad illius fauorem lata, quæ illum filium legitimum præsupponat. Acceptatio legati non præiudicat, maximè, quando est facta à tertio, vel quando in acceptante adest ignorantia circa ius,quod sibi competebat impugnandi testamentum.

*Decisiones Papales.*

### *SVMMARIVM.*

1 *In iudicio nemini præcluditur via deducendi ea, quæ suam intentionem iustificant.*

2 *Sententia in eo, quod præsupponit, nihil disponit circa præsuppositum.*
*Et vide circa veritatem illius conclusionis, quòd verba præsuppositiua non disponant,& n.7.*

3 *Acceptatio legati facta à marito, non præiudicat vxori, & multò minus sororibus vxoris.*

4 *Acceptatio non præiudicat,data ignorantia in acceptante quoad ius impugnandi testamentum,& n.8.*

5 *Rota non exequitur sententias extra eam latas, nisi cognito de earum iustitia, & n.10.*

6 *Legitimationis materia est difficilis.*
*Ratificatio non præiudicat, nisi data plena scientia cum omnibus qualitatibus, tàm quoad ius, quàm quoad factum.*

### DECISIO CCVIII.

FVit per Dominos resolutum nemine contradicente
posse Lauram, & litis consortes opponere contra
Alexandrum tam de non filiatione,quàm de non legi-
timitate; hoc enim est fundamentum ipsarum ad ex-
cludendum,vt prætendunt,Alexandrum ab hæreditate
paterna à legitima in bonis matris, & multò magis à
bonis fideicommisso subiectis,& emphyteoticis,† & in 1
iudicio nemini præcluditur via deducendi ea, quæ
suam intentionem iustificant,& sententia primi Colla-
teralis hoc non operatur; quia in ea nihil definitur
super filiatione, aut legitimitate Alexandri, nec facit
quod dicitur sententiam id præsupponere, † quia si 2
præsupponit,ergo de eo nihil disponit,[a] *Clem.1.in fin.de* a
*preb.* Rota *decis.1.de procur.in antiq.* Alex. *cons.126.nu.5.
li.5.* Chassan.*cons.44.nu.8.* Aym.*cons.186.nu.3.circa med.
vers.quinimò dico.* imò tantum abest, quòd hoc præsup-
ponatur in sententia, vt potius videatur præsupponi
contrarium, cùm concedatur immissio sororibus Tho-
mæ in bonis subiectis fideicommisso,ad quod vocaban-
tur,quando Thomas decessisset sine filiis legitimis, &
quia ipsis assignatur legitima matris testatoris, excluso
penitus Alexandro,qui tamen, si fuisset legitimus, de-
buisset habere in ea suam portionem. Accedit, quòd
vbi etiam hoc fuisset expressum in sententia,& ea non
fuisset per appellationem suspensa, cùm Alexāder præ-
tendat ius in bonis emphyteoticis,& fideicommissariis,
tota inspectio reducitur ad qualitatem, & statum per-
sonæ ipsius,& in primis venit discutienda filiatio,& le-
gitimitas.† Acceptatio legati, cùm fuerit facta à viro 3
Hortensiæ,non præiudicat aliis sororibus, Salycet. *in l.
non dubium sub nu.3. vers. vel dic*, vbi etiam Alexan.*sub
num.2. vers. vel secundùm Salyc. C.de testam.*Imò nec ipsi
Hortensiæ,nisi tantùm respectu legati, non autem re-
spectu aliorum in testamento contentorum, glos. *in d.
l.non dubium in verb.agnouerit*,latè Cæpb. *cons.377.n.51.
cum seq.* † præsertim non probata scientia Hortensiæ, 4
quòd testamentum impugnare posset, *l.fideic.ff.de cond.
indeb.glos.supra allegata*,quæ in hoc communiter appro-
batur,vt dicit Cæphal.*d.cons. sub num.55.* & in propriis
terminis tradit Dec. *consil.530.in 4.* [b] *dubio sub num.10.* b
Accedit quòd acceptatio,quando illi præiudicaret quo-
ad disposita in testamento, non tamen quoad fidei-
commissum, & bona emphyteotica, quorum respectu

Alexander sententiam impugnat, cùm illa oon de-
beantur ex testamento Thomæ; ramen quando sen-
tentiæ disponerent super legitimitate, & filiatione Ale-
xandri, & transiissent io iudicatum, adhue tamen de
5 earum iustitia esset videndum, † eùm agatur de eorum
exequutione, ad quam Rota aliter non procedir, Put.
*decis.*401.*n.*2.*l.*1. Cæs. de Grass. *decis.*1. *n.*8. *de locat.* præ-
sertim stante prima commissione, in qua Signatura
mandat, & constito de bono iute senator procedat ad
confirmationem, vel exequutionem sententiæ, & alia
commissione, quàm aduersarius porrexit signandam
6 cum voto Rotæ eo expresso, † quòd causa habeat ma-
gnas difficultates, quia agitur de materia legitimationis.

*ANNOTATIO.*

7 a Prout † regulare est, quòd verba, quæ præsupponunt, non disponunt, Rota *decis.*23. *de Procur. in antiq.* Surd. *decis.*195. *n.*8. *& seq.* Rota *decis.*507. *n.*1. *par.*1. *diuer.* *& decis.*55. *n.*4. *par.*1. *in recent.* & potius est toleranda superfluitas, quàm quòd verba præsuppositiua disponant, Surd. *decis.*195. *n.*9. *vers. non obstat.* Limitatur non procedere, quando præsuppositum venit per necessarium antecedens ad id, quod est dispositum, quia tunc etiam verba præsuppositiua disponunt, Rota *decis.*316. *n.*5. *par.*1. *diuers.* Surd. *cons* 403. *n.*26.

8 b Et † quòd ad inducendam approbationem, quæ præiudicet, sit necessaria scientia iuris, quod competit impugnanti testamentum, Rota *decis.*662. *par.*2. *in recent.* Gratian.
qui plures cumulat *discept. forens. cap.*420. *n.*22. † & gene-
9 rale est, quòd ratificatio non inducitur, nisi data plena, & distincta notitia in ratificante iuris, & facti. Gab. *cons.*69. *n.*26. *li.*2. *& cons.*86. *sub n.*60. *li.*1. Gratian. *d. cap.*429. *n.*29. *& seq.* Rota *decis.*51. *n.*5. *& dec.*95. *n.*4. *& deci.*280. *n.*9. *&* 20. *& dec.*535. *n.* 2. *&* 13 *par.*1. *in recent.*

10 c Rota † *decis.*84. *n.*1. *& dec.*85. *n.*1. *& dec.*165. *par.*1. *diuers.* *& dec.*18. *n.*5. *& dec.*194. *par.*2. *in recent.* cum aliis per Gonz. *super reg.*8. *in annot. contra nullit. & attent. n.*4.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Romana spolij de Pinis.

*Lunæ* 31. *Ianuarij* 1605.

ARGVMENTVM.

Iudex nulliter procedens dicitur spoliare, & dicitur procedere nulliter, quando non fuit præstitum iuramentum calumniæ petitum, & non fuit facta citatio in specie ad sententiam, & quando sententia ex actis non iustificatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Extremum secundum in spolio probatur ex sustentatione litis iuncto alio adminiculo.*
2 *Iudex nulliter procedens dicitur spoliare.*
3 *Iuramenti calumniæ defectus reddit processum nullum, quando fuit petitum, de quo latè sub num.*6.
4 *Sententia ferri non potest sub citatione ad comparendum, & audiendum voluntatem, & n.*7.
*Citatio ad sententiam debet esse specifica, & n.*7.
5 *Decretum quod non iustificatur ex actis, dicitur nullum, seu notoriè iniustum.*
6 *Iura produci debent parte citata ad dicendum contra, & num.*8.

DECISIO CCIX.

FVit resolotum intrare spolium, & Paulum esse restituendum ad possessionem bonorum, de quibus est controuersia, nam de primo extremo plenè constat
ex depositione qninque testium; de secundo † ex su- 1
stentatione litis iuncta adiudieatione dictorum bono-
rum illis facta, Capni. *decis.*369. *par.*2. fuit dictum in
vna Cinitatis Castelli 13. Martij 1589. coram Illustriss.
Card. Platto. Nec obstat, quòd isti creditores conuenti
possideant authore prætore, *l. iuste possides. ff. de acquir.*
*possess.* quia id procedit iudice ritè, & rectè procedente,
† in easu autem isto oulliter processit, & propterea di- 2
citur spoliasse, *c. conquerenti*, vbi Abb. *num.*8. *de rest. spol.*
Felyn. *in c. cùm dilectus num.*1. *vers. fallit secundò de rescrip.*
Caput. *decis.*112. *par.*2. *&* 186. *par.*3. Cæs. de Grass. *decis.*
1. *nu.*4. *de const.* fuit dictum in Romana Vineæ 1. Iulij
1577. coram Cantuecio, & sæpiùs in aliis. Ex pluribus
autem nullitatibus adductis per informantes pro Pau-
lo tres præcipuè placuerunt Dominis. † Prima, defe- 3
ctus iuramenti calumniæ petiti, qui sine difficultate
reddit processum nullum, *cap.*1. *de iura. calum. li.*6. Rot.
*decis.* 2. *eod. tit. in antiq.* Put. *decis.*598 *li.*2. [a] Secunda, quia a
mandatum fuit directum sub citatione ad comparen-
dum, † & audiendum voluntatem sub qua sententia 4
ferri non potuit, [b] Rot. *decis.*17. *de re iud. in nou.* Alex. b
*cons.*105. *n.*5. *lib.*5. Rom. *singul.*371. Felyn. *in cap. consuluit*
*n.*16. *de off. deleg.* Marsil. *in Rub. C. de probat. n.*368. Tertia
nullitas, seu notoria iniustitia, quæ nullitati æquipara-
tur, est, quia decretū non iustificatur ex actis, Paril. *cons.*
54. *n.*2. *li.*4. Cæs. de Grass. *deci.*16. *n.*15. *de probat.* [c] solùm c
enim fuit producta quædam simplex notula, in qua
enunciabantur tàm eredita, quæ nullo modo credita
ipsa probat, † & tantò minus, quia fuit producta Pau- 5
lo non citato ad dieendum contra, [d] Bal. *in l.*1. *in fi. C.* d
*de sent. ex breui. recit.* Sarn. *reg de annal. quæst.*4. *num.*5.
Cassad. *decis.*1. *n.*5. *de except.* Caputaq. *decis.*99. *par.*1. ex
quibus, & aliis deductis fuit conclusum pro iniustitia,
& nullitate decreti, & per consequens etiam dationis
in solutum, non solùm quia processit à decreto nullo,
sed etiam quia habuit proprios, & particulares de-
fectus relatos per informantes, & propterea intrat
spolium.

*ANNOTATIO.*

a Et † quòd iuramentum calumniæ, si fuit expresè peti- 6
tum, & non præstitum, vitiet processum, latè Marescot. qui plura cumulat cum multis ampliationibus, & declarationibus *var. lib.*1. *cap.*47. *n.*1. Mantic. *decis.*33. Seraph. *dec.* 1355. *nu.*1. Put. *decis.*33. *de iudic.* & fuit dictum in Romana pecuniaria de Columna 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. Duzonetto, & hæc nullitas est attendenda, etiam si non sit de tribus, Seraph *d. dec.*1355. *num.*1. & peti potest iuramentum calumniæ in omni instantia, & in quocumque iudicio, etiam summario, Marescot. *d. cap.*47. *n.*3. *&* 4. Sed conclusio ab initio firmata non procedit, quando de tempore, quo fuit iuramentum petitum iam ex actis constabat de bono iure illius, pro quo lata fuit sententia, tunc enim, non obstante omissione iuramenti, valet sententia, & processus, Seraphin. *d. dec.*1355. *num.*6. Rota *dec.*366. *sub n.*2. *par.*4. *in recent.* cum aliis cumulatis per Marescot. *d. li.*1. *cap.*47. *n.*10. *& seq.* vbi dicit, quòd idem esset dicendum si, eadem die, qua sententia fuit lata, iuramentum calumniæ esset petitum.

Quinimò etiam si post petitionem constaret ex actis de bono iure, talis nullitas ex omissione illius iuramenti non videretur attendenda, Rota *dec.*131. *num.*6. *inter impress. penes Zacch. de oblig. camer.* & fuit dictum in Eugubina pensionis 7. Aprilis 1617. coram R. P. D. Manzanedo, & in Romana pecuniaria 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. Dunozetto.

Si autem iuramentum calumniæ non fuisset petitum, tunc censetur tacitè fuisse remissum, & processus eo non præstito valet, vt dixi supra *ad decis.*157. *num.*21. quibus addo Marescot. alios referentem *d. cap.*47. *num.*2. & requiritur, quòd in quolibet actu reperiatur dicta petitio, vt dixi *supra ad dec.*157.

Sufficit autem præstare istud iuramentum in obseruatione terminorum ad sententiam, vt dixit Rota in Romana rescissionis contractus 16. Martij 1590. coram bo. mem.

Pcnia

Penia, & In Tiburtina administrationis coram R. P. D.
Manzanedo impressa penes Marches. *de commiss. tom. 3. fol. 49.* Marescot. *d. cap. 47. n. 9.*

7 b Citatio † ad sententiam debet esse specifica, & non sufficiunt verba æquipollentia, Rota *deci. 18. n. 2. par. 1. in recent. & decis. 486. n. 7. & decis. 141. n. 3. par. 2. in recent.* Gonz. *super reg. 8. in annot. contra nullitates n. 118.* & in specie non sufficere citationem ad audiẽdam voluntatem Iudicis, etiam cum peremptorio, dixit Rota in Vrbinaten. bonorum 11. Martij 1615. coram R. P. D. Pirouano, quod etiam dixit Mathesil. *sing. 8. n. 3. &* Roman. *singul. 372. & cons. 369. n. 8.*

c Vide quod dixi *ad decis. 1.*

d Iura non dicuntur de actis, quæ non sunt producta parte
8 citata † ad dicendum contra, Cæs. de Grass. *decis. 3. nu. 7. de restitut. spoliat.* Hond. *cons. 75. nu. 34. lib. 2.* quod procedit etiam respectu instrumentorum, quæ sunt rogata in actis eiusdem Notarij causæ, quia requiritur saltem illorum repetitio cum partis citatione, vt fuit dictum in Romana Saltriani 25. Maij 1616. coram R. P. D. Caualerio, & etiam coram eodem Sanctiss. infra in Romana domorum 10. Iunij 1611. *decis. 508.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Syracusana Prioratus.

*Veneris 4. Februarij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Impetrans ob non publicationem resignationis factam in tempore, debet hanc negatiuam plenè probare, & qualiter probari possit, vide ex Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium ob non publicationem iuxta formam constitutionis Gregorij XIII. debet hanc negatiuam plenè, & concludenter probare, & n. 5.*

2 *Negatiua narrata in gratia regulariter est iustificanda.*

3 *Negatiua non factæ publicationis non probatur ex publicatione facta extra tempus, quia potuit fieri alia in tempore; cùm publicatio sit actus reiterabilis, & num. 6.*

4 *Negatiua non publicationis non potest, nisi altero de duobus modis iustificari, vel per confessionem eius, qui publicare debuit, vel si constat de expeditione literarum post tempus à constitutione præfixum.*

### DECISIO CCX.

FVit vnanimi Dominorum consensu, & sine aliqua difficultate resolutum gratiam Pamphili non esse
1 iustificatam quoad vacationem, † cùm enim impetrauerit beneficium propter non publicationem resignationis in tempore, & iuxta formam Constitutionis
2 † fœl. rec. Gregorij XIII. non factam à Cosimo bene-
a ficij possessore, debet hanc negatiuam plenè, [a] & concludenter probare, hoc enim regulare est in negatiua
b narrata in gratia, [b] vt fuit dictum in vna Salamantina pensionis coram bo. me. Bubalo, & in terminis narratiuæ non publicationis in vna Ripana beneficij 17. Apri.
3 1600. coram D. meo Saccato, & in aliis pluribus † Non obstat publicatio extra tempus, quæ fuit in actis exhibita, quia fuit producta nõ à Cosimo, sed ab ipso Pamphilo, & non concludit, quòd non fuerit facta alia in
c tempore, cùm sit actus iterabilis. [c] Nec sufficit præsumptio, & verisimilitudo allegata, quòd si processisset publicatio in tempore, non fuisset facta alia extra tempus, debet enim per necessarias, & concludentes probationes demonstrare; præsertim cùm publicatio ita potuerit fieri à resignante, sicuti à resignatario. Et sæpiùs di-
4 ctum fuit similes gratias non posse iustificari; † nisi de duobus modis, vel per confessionem eius; qui publicare debuit, vel si expediuit literas, quæ publicari debent post tempus à constitutione præstitutum.

### ANNOTATIO.

a Seraph. † *decis. 1164.* Rota *decis. 632. n. 6. par. 1. in recent.* & in 5
vna Palentina coram Penia, quæ est impress. penes Garz. *de benef. par. 11. cap. 3. nu. 330.* & in Pacen. Canonicatus 10. Februarij 1618. coram eodem Penia, & in Acheruntina Parochialis 19. April. 1613. coram Card. Saccato, & etiam dixi *inf. decis. 242. & dec. 288.*

b Latè Marescott. *var. li. 2. cap. 1. n. 21. & seq.*

c Et ita etiam eodem modo respondit Rota † in Palentina, 6
& Oxomen. Præstimoniorum coram Penia impress. penes Garz. *cap. 3. n. 330.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Pampilonen. Parochialis de Cicurmaior.

*Veneris 4. Februarij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Remissoria est deneganda post rem iudicatam, & præsumitur calumniosè petita, quando materia non fuit in aliis instantiis articulata, & quando apparet esse materiam imaginatam, & nullus datur fumus.

### SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur post rem iudicatam.*

2 *Res indicata præcludit viam probationibus, & finem litibus imponit.*

3 *Hoc procedit; etiam si Signatura ordinauerit, quòd petens remissoriam, audiretur, id enim intelligi debet respectu probationum iam factarum.*

4 *Calumniosè censetur petita remissoria super materia non articulata in aliis instantiis, & de qua non datur fumus.*

5 *Calumniæ etiam suspicio oritur, quando materia articulata videntur potius imaginata, vt fiant articuli releuantes, quàm quòd verè ita res se habeat.*

6 *Remissoria ad probandam obseruantiam contrariam verbis constitutionis, & interpretationi alias data à Rota est deneganda.*

### DECISIO CCXI.

DEnegata fuit Io. remissoria, † cùm non detur post 1
rem iudicatam, [a] quæ præcludit viam probationi- a
bus, † & liti finem imponit, vt post Inno. & alios, quos 2
allegat tradit Ias. *in l. patre furioso n. 22. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Caputaquen. *decis. 51. par. 3.* fuit dictum in Gerunden. Statuti 9. Martij 1592. coram R. P. D. Mil-
lino. † Non obstat, quòd Signatura ordinauerit, quòd 3
Io. audiretur, quia intellexit, vt videretur, an ex deducetus esset in aliquo grauatus, non autem, vt admitteretur ad nouas probationes post rem iudicatam, & lis terminata iterum suscitaretur. Accedit præsumptio vehemens calumniæ non solùm, quia petitur ad im-
pediendam executionem rei iudicatæ, † sed etiam 4
quia ista obseruantia non fuit in aliis instantiis arti-
culata, & non datur fumus, [b] vt fuit dictum in Cala- b
gurritana præeminentiarum de Victoria 3. Martij 1595.
coram R. P. D. Millino, † & visæ fuerunt Dominis 5
materiæ potius imaginatæ, vt fiant articuli releuantes,
quàm quòd verè ita res se habeat, [c] præsertim nullo, c
vt dictum est, dato fumo, vt aliàs dixit Rota in vna Ispalen. de Eeeza 16. Nouemb. 1579. coram Sanctissimo.

Dubitatio enim verificatorum, & iudicium Ordinarij non potest deseruire pro sufficienti fumo, quia dubitatio aliunde oriri potuit, & si fuisset vera obseruantia, & practica, quæ articulatur, non fuisset locus dubitationi, & eò magis placuit Dominis denegare remissoriam,
6 † quia obseruantia, quam probare intendit Io. est contraria verbis constitutionis, & interpretationis datæ à
d Rota [d] in hac causa 15. Ianuarij anni præteriti coram R. P. D. Lancellotto, & prius in Pampilonen. de Vatandano coram R. P. D. Litta.

*ANNOTATIO.*

a Remissoria quando sit concedenda post rem iudicatam dixi supra *ad decis.* 184.

b Et quòd remissoria præsumatur suspecta, si causa diu pendente, numquàm fuit allegata materia, super qua remissoria petitur, fuit consideratum in Meliten. habitus 15. Ianuar. 1610. coram R. P. D. Caualerio.

c Et in simili, quòd remissoria censeatur suspecta, quando articuli apparent concepti ad euitandas rationes decisionis, quia tunc præsumitur materia imaginata, dixit Rota in Mediolanen bonorum 9. Maij 1597. coram Cardinali Pamphilio, & in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februar. 1607. coram Cardin. Lancellotto.

d Prout etiam in simili denegauit Rota remissoriam in *decis.* 212. *n.* 1. *par.* 1. *in recent.* vbi petebatur remissoria ad probandam interpretationem cuiusdam Statuti Toletani aduersus interpretationem datam à Rota.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Seguntina Præeminentiarum.

*Veneris 21. Februarij 1605.*

DECISIO CCXII.

Placuit Dominis, quòd Franciscus audiatur, si habet aliquid, quòd releuat aduersus sententias, postea statuent, an ipsum afficiant dictæ sententiæ.

---

## Burgen. Canonicatus.

*Veneris 22. Aprilis. 1605.*

ARGVMENTVM.

Regulæ de annali, quando censeatur satisfactum.

*SVMMARIVM.*

1 *Regula de annali est satisfactum, quando lis est mota infra tres menses, & sententia est reperta a infra annum.*

2 *Lis super executione litterarum, sufficit ad effectum regule de annali, & n. 4.*

3 *Possessorium adipiscenda habet annexam causam petitorij, & n. 4.*

5 *Regula de annali requirit expeditionem causa infra annum in petitorio.*

6 *Et quid si pars aduersa suspendit petitorium.*

DECISIO CCXIII.

1 PRo Michaële informante fuit resolutum non obstare illi regulam de annali, † quia principali parti regulæ fuit in sua gratia derogatum, & secundæ satisfactum, lis enim fuit mota intra sex menses, cùm gratia fuerit impetrata de mense Octobr. anni 1602. de mense autem Februarij anni sequentis fuerit Io. Spinosa aduersarius citatus, & de mense Septembris d. anni, & sic intra annum, vt requirit regula, Michaël reportauerit sententiam. Non obstat, quòd lis, & sententia fue-
2 rit super executione literarum, † quia sufficit ad effectum [a] regulæ, cùm talis executio concernat possesso- a
rium adipiscendæ, † quod habet annexam causam pe- 3
titorij, Sarn. *super reg. quæst.* 66. *in fin.* & fuit resolutum in vna Leodien. Canonicatus coram R. P. D. Decano 7. Iunij 1596.

*ANNOTATIO.*

a Et † quòd ad effectum regulæ de annali sufficiat sententia, & executio obtenta super executione literarũ Apostolicarum, quia possessorium adipiscendæ in beneficialibus habet admixtam causam proprietatis, fuit dictum in Leodien. Canonicatus 23. Iunij 1597. coram Gypsio, & in Conehen. Parochialis 11. Decemb. 1602. coram bo. me. Penia, regulariter autem † lis debet esse super titulo, non super possessorio ad effectum, vt dicatur satisfactum regulæ de annali, & requirit causæ expeditionem infra annum, Sarnen. *super dicta regula de annali quæst.* 66. Crescen. *decis.* 9. *de caus. propriet.* benè verum est, quòd si † per partem aduersam fuisset suspensum petitorium, tunc impetrans excusaretur, si infra annum causam non expediret in petitorio, & istud tempus, quo lis in possessorio durauit, esset subducendum de medio, nõ obstante etiam quòd impetrans succubuisset in possessorio, Sarnen. *super dicta regula de annal. quæst.* 14. *per totam.* Crescen. *decis.* 10. *de caus. poss.* 4 5 6

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Pecuniaria.

*Veneris 27. Iunij 1605.*

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Depositum habet vim solutionis, quando est factum parte citata, quæ recusat recipere.*

2 *Fides simpliciter non facit fidem, & declara prout sub numer.* 3.

DECISIO CCXIV.

FVit vnanimi Dominorum sententia conclusum D. Comitem plenè purgasse spolium, cùm restituerit possessionem prædiorum vnà cum fructibus perceptis, & soluerit expensas litis, nam quoad possessionem, & expensas nulla est inter partes controuersia; solùm disceptatio est circa fructus, an sint integrè restituti. Visum tamen fuit Dominis constare de integra eorum pretij restitutione, seu deposito, [a] quod sufficit parte a
aduersa interpellata † recipere recusante, *l. obsignationi*, 1
vbi glos. & Bald. *C. de solut.* Factum autè fuit depositum iuxta adnotationem, quæ reperitur in libris Comitis, cum quibus concordant testes ex aduerso examinati, & dictum Massarij, & Coloni, & Pasqualinus in termino sibi præfixo non potuit probare plures fuisse perceptos, licèt enim de nouo fuerint producta sequestra apposita instante Comite cum mãdatis, seu relaxis ad eius fauorem obtentis, quia vltra quod sequestra, & relaxa ostendunt, quòd potius fuissent percepti fructus in vim sui crediti, quàm vigore possessionis, repugnat enim possessori petere sequestrum, & propterea vtì percepti iure crediti non venirent restituendi, nec in istis incideret purgatio spolij, sed in illis tantùm, qui vigore possessionis spoliatiuæ ad illum peruenissent. Dicitur etiam quòd ex prædio Bagneti, super quo cantant sequestra, & relaxa, non videtur, quòd Comes aliquos perceperit fructus, vt deponunt Massarius penes quem erant sequestrati, & colonus partiarius, qui ad instantiã aduersarij formiter examinati cũ iuramento deponunt fructus dicti prædij in primo anno fuisse perce

perceptos à Patritio de Bentiuolis, & sequentibus annis fuisse per ipsum venditos, & pecunias consignatas Iulio Cæsari Bombasario, & aliis creditoribus, & ex hoc tollitur, quod dicitur relaxum præsentatum à Massario citato ad reddendum rationem de fructibus probare Comitem habuisse fructus sine alia quietantia,
2 † tùm quia sunt fides simplices, quę fidem non faciunt,
b [b] & repugnant depositioni iuratæ eiusdem Massarij,
cum qua concordat depositio coloni, tum quia hoc, vt dictum est, argueret perceptionem omnium fructuum prouenisse potius à credito Comitis, quàm ab eius possessione. Ex quibus fuit conclusum non constare de aliqua perceptione fructuum, quæ impedire habeat executionem debitam ipsi Comiti vigore scripturæ priuatæ ipsius Pasqualini, & cessionis à Turtino, & Caprario obtentæ.

*ANNOTATIO.*

x Depositum, vt habeat vim solutionis, quæ requirantur, vide quod dixi *ad decis.246.*

3 b Fides † non facit fidem, Cæs. de Grass. *decis.2. num.13. de sponsal.* Seraph. *decis.106. n.3.* Rota *decis.780. n.1. par.1. diu.* etiam si esset fides Cardinalis firmata medio iuramento coram Notario, & testibus, Menoch. *cons.322. nu.45. vers. nec dici hic potest.* Alدouin. *cons.75.n.28.* si tamen fides esset verisimilis, & adminiculis suffulta, probaret, Rota *decis.122.n.7.par.1.in recent. & decis.323.n.2. post 2.li. consil.* & fuit dictum in Mediolanen. cambiorum 10. Maij 1606. coram Ortembergo, & in Caetana beneficiorum 9. Februarij 1618. coram R. P. D Buratto. Fides autem facta ab aliquo Officiali super re, & actu spectante ad eius officium, facit fidem, cùm Officiali credatur in spectantibus ad eius officium, Rota *decis.525.n.5.par.2.in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Firmana, seu nullius Beneficij.

*Mercurij 22. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Effectuatio institutionis præsentati, & confirmationis electi ex quibus probetur. Testis vnicus non probat, nec etiam contra inducentem, & maximè quando non reddit rationem, in his præsertim casibus, in quibus reddere tenetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Effectuatio collationum, & præsentationum probatur ex successiua prouisione vnius per mortem alterius iuxta consil. Oldr. 219. de quo latè vide sub n.8.*
*An cons. Oldrad. 219. procedat etiam in vacatione per resignationem, nu.8.*

2 *Articuli dati medio iuramento plenè probant contra articulantem.*

3 *Præsentatio censetur facta in vim tituli præcedentis, de quo apparet.*

4 *Testis vnicus non probat.*

5 *Hoc procedit, vt non probet nec contra inducentem, & num.9.*

6 *Testis deponens de negatiua tenetur reddere rationem.*

7 *Acceptans beneficium tenue, sibi imputare debet, nec potest allegare, quòd fructus non sufficiant pro eius congrua sustentatione, & nu.10.*

### DECISIO CCXV.

ROta censuit esse recedendum à decisis ex nouiter deductis, & constare de effectuatione Breuis; dantur enim quatuor instrumenta institutionum, seu confirmationum de anno 1558. 1571. 1575. & 1592. quæ facta fuerunt à Priore Monasterij Sanctæ Victoriæ Ordinarij oppidi de Altedana ad præsentationem Communitatis d. oppidi, cui fuit talis facultas in Breui concessa,
† de quarum institutionum effectu apparet ex 1
prouisione vnius per mortem alterius, iuxta *cons.* Oldr.
219. sæpiùs à Rota canonizatum, [a] & ipsemet Lucas a
Antonius fuit ad præsentationem eiusdem Communitatis prouisus per mortem alterius similiter prouisi.
Hoc etiam habetur in articulis aduersarij, † qui, cùm a
sint dati medio ipsius iuramento, plenè probant con-
tra ipsum, [b] Caputaq. *decis.145.li.1.in manuscrip.* id etiam b
deponit vnus testis pro ipso examinatus, cum quo concordant testes contra ipsum inducti. Nec releuat, quod dicitur hinc benè probari iuspatronatus Communitatis, sed non inde sequi effectuationem Breuis, cùm potuerit Communitas aliunde acquisiuisse iuspatronatus,
† quia imò præsentationes censentur factæ in vim ti- 3
tuli præcedentis ex ipso Breui; cùm de alio non appareat, *l.a.* & ibi not. *C. de acquir. possess.* Dec. *cons.179. in fin.* Soc. *cons.15. sub nu.7. vers. hoc idem clarius* Aym. *cons.255. nu.3.* & in ipsis instrumentis institutionum expressè dicitur, quòd ius præsentandi spectat ad Communitatem vigore literarum Apostolicarum à summo Pœnitentiario emanatarum, habemus etiam testem pro Luca Antonio examinatum, qui dicit Communitatem id fecisse postquam obtinuit Breue. Quæ dicuntur de subreptione Breuis sunt extra dubium, nec releuant ad effectum, de quo agitur, ex quo habemus effectuationem, & obseruationem, tàm circa erectionem Collegiatæ, quàm circa præsentationem Communitatis, & assignationem quandam tertiarum ab ipsa Communitate factam, vt benè deponit testis aduersarij super secundo articulo. Vlteriùs non est verum, quòd fuerit narratum beneficium esse curatum, quia verba sonant in futurum, quòd in ea cura animarum laudabiliter exerceretur, & cultus diuinus augeretur, si petita concederentur, sed nec etiam negatiua ista, quòd non esset curata
probatur; † quia ad illam probandam datur vnicus 4
testis, *cap. veniens, & cap. iurisiurandi de testibus.* † Nec fa- 5
cit, quod sit examinatus pro parte Rectoris, & aliorum presbyterorum, quia secundùm stylum Rotæ non magis creditur testi contrà, quàm pro, Achil. *decis.1. de test.*
† & quia non adducit rationem, quam tamen debuis- 6
set etiam non interrogatus adducere; cùm deponat super negatiua. Alex. *cons.65. sub n.4. vers. vnde dicimus, quòd testi. lib.1.* Aym. *cons.2.n.3, in fin.* Nec facit testes deponere, quòd in Ecclesia non recitentur diuina officia, quia quando id probaretur, esset allegare inconueniẽs, & abusum, qui deberet tolli non autem prodesse Lucæ Antonio. Minus releuat, quòd fructus non sufficiant pro congrua sustentatione, quia vltra quod non probatur, non sufficere; præsertim in illis partibus; in omnem euentum sibi imputet Lucas Antonius, qui accep-
tauit beneficium tenue, † quod censetur acceptatum 7
eum omnibus suis qualitatibus, & oneribus, [c] *l. fin an-* c
*tem,* & ibi Bal. *ff. de pact.*

*ANNOTATIO.*

a Oldrad. *cons.229.* qui dicit probari † effectuationem pro- 8
uisionis ex successiua vacatione ex persona dicti prouisi est sæpiùs à Rota approbatum, Seraphin. *decis.099. n.5.* Rota *decis.154. sub n.4. part.2. in recent.* & Rota in Bononien. iuris patronatus 4. Decemb. 1606. coram Card. Sacrato, & dictum consilium Oldrad. habet locum non solùm in vacatione per obitum, sed etiam per resignationem Seraph. *decis.337.n.1. &* Rota *decis.167.n.1.par.1.diuers. & in decis.423.n.2.par.2.in recent.* & in Lucana iuris patronatus 26. Iun. 1619. coram R.P.D. Dunozetto, & in Romana iuris patronatus, seu beneficiatus 9. Decembris 1619. coram R. P. D. Vbaldo, & licèt Rota aliquando contrarium senserit, prout in Albanen. Prioratus 29. April. 1598.

coram bo.me. Orano,& in Tudertin. Prioratus 22. Maij 1587.coram Card.Pamphilio,ob eam rationem, quia potest resignans ius cedere tale, quale babet, nihilominus Rota reprobauit dictas decisiones *in d. decis.423.par.2.in recent.* vbi dicitur quòd possunt illæ decisiones locum habere, quando resignans non erat in possessione, secus quando constat quòd acceperat possessionem, sed neque est admittenda dicta restrictiua, quia aliàs ad nihil deseruiret conclusio supra firmata, quando enim constat de possessione resignantis, non est aliundè quærenda effectuatio; cùm de ea satis constet ex ipsa possessione resignantis, & ideò melius adaptatur distinctio, quam fecit Rota in Reatina prædij 2.Maij 1603. coram R.P.D.Coccino Decano, vbi dicitur, quòd aut beneficium resignatur post modicum tempus post factam prouisionem, & talis resignatio oon probat effectuationem prouisionis ipsius resignantis ob rationem supra deductam, quia scilicet potuit resignare,& cedere tale, quale ius habet, aut verò post longum tempus,& tunc probat effectuationem, quia in tali casu præsumitur resignans fuisse in possessiooe, & ita etiam hanc distinctionem secuta fuit Rota *in decis. 224.n.7.in fi par.1.in recent.*

b An confessio in articulis plenè probet contra articulantem, vide quod dixi *ad decis.143.*

9 c Rota † seruat oon dare maiorem fidem testi contra inducentem, quàm pro inducente, Seraphin. *decis.1249. n.4.* Rota *decis.244.n.2.par.1.in recent.* vbi redditur duplex ratio; Primò, quia per inductionem censetur tantùm approbata persona, non dictum: Secundò, quia approbatio non cadit, vbi non adest scientia depositionis, & hanc etiam opinionem latè defendit Farinac. *de testibus quæst. 62.n.241.* Hond. *cons.84.n.49.& seq.li.2.* Si tamen vltra inductionem testis, inducens produceret etiam depositionem in iudicio, tunc dicta depositio plenè contra ipsum producentem probaret, etiam si esset vnicus tantùm testis, quia producendo censetur approbare, prout benè distinguit Hond. *d.cons.84. num.50. & 51.* Farin. *de testib.d. quæst 62. n.243.* vbi dicit hanc declarationem esse à DD. communiter receptam, quam etiam tenuit Rota in Bononien. Turelæ 1.Iunij 1615.coram R. P. D. Verospo.

10 d Et quòd non possit † beneficiatus allegare exiguitatem fructuum sui beneficij ad effectum se excusandi à residentia, nec ab aliis oneribus beneficij; quia sibi imputare debet, si acceptauit beneficium tenue, dixit Rota *decis.230.n.5.par.1.diuers.* Mantic. *decis.250. n.4. & decis.255. n.2.* & dixit etiam Rota coram Sanctissimo infra *deci.429. n.4. & decis.431.n.12.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Pecuniaria.

*Veneris 3. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Æquitas *l. si me, & Titium* non habet locum, nisi in subsidium, quando aliter non est consultum contra eum, cum quo est actum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Æquitas* l. si me, & Titium ff. certum petatur est *remedium subsidiarium, & ità demum procedit quando non est consultum contra eum, cum quo est actum, & nu.3.*

2 *Concordia extinguit primæua iura, adeo quòd amplius ad illa non detur regressus, & nu.4.*

### DECISIO CCXVI.

IN libris Petri Ronchalli Mercatoris in Vrbe reperitur descriptus debitor bo.me. Io. Moronus in pluribus partitis, quæ cantant in cõmodum, & nomen Abbatis Bartholomæi, & Polycarpi fratrum, cùm in eis asseratur res datas deseruisse pro personis ipsorum. Prætendebat Ronchallus dictos fratres teneri ad solutionem pretij rerum, quæ ad ipsos peruenissent, & in corum vtilitatem essent versæ saltem ex æquitate, *l.si me, & Titium ff. si cert. pet.* causa coram me extra Rotam pendente, consului Dominos, an dicti Fratres tenerentur ad solutionem prætensam, & fuit negatiuè resolutum:† ratio potissima resolutionis fuit, quia remedium 1
*d.l.si me, & Titium*, est subsidiarium, & ita demum procedit, quando non est consultum contra eum, cum quo est actum, a Alex. *cons.92.post nu.6.li.1.* Ruyn. *cons.19.* a
*nu.2.li.4. & 32.nu.8.circa med.lib.1.* Socin. *in d.l.si me, & Titium. sub num.3. vers.tertiò, & vltimò limita.* cum aliis quos refert, & sequitur Menoch. *de recuperanda possess. remed.5.sub nu.4.vers.declaratur quarto*, sed Ronchallus non probat sibi non esse consultum in bonis d.q. Ioan. Imò ex assignatione creditoribus facta apparet, quòd illi suo loco poterit satisfieri; cùm præsertim dicti fratres sint parati promittere, quòd pro partitis quæ ipsorum seruitium concernunt, erit Ronchallo consultum in bonis Io. iuxta graduationem creditorum. Obstat etiam Ronchallo concordia à Sede Apostolica confirmata, quæ fuit inita cum deputatis ab ipso, & aliis creditoribus, † cuius etiam executionem petiit corã Aud. 2
Cam. ita vt amplius ad primæua iura redire non possit,
b etiam ex ista sola approbatione, vt fuit resolutum in b
causa Romana de Maninis coram R.P.D. Millino, vltra quod in Breui statuitur, quòd concordia liget etiam non nominatos.

### *ANNOTATIO.*

a Surd. † *cons.528.n.19.* & dicit Rota in Romana pensionis 3
domus 11. Martij 1613. coram Cardin. Sacrato, vbi hæc eadem *decis.* canonizatur.

b Et quòd concordia, † & transactio extinguat primæua 4
iura est text. *in cap.1.de transact.* Mohed. *decis.3. eodem tit.* & benè Rota *decis.414. num.1. par.2. in recent.* vbi dicitur, quod concordia non solùm extinguit iura omnia, sed etiam omnes probationes in iudicio factas, & omnia acta iudicialia.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Cambiorum.

*Lunæ 6. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Mercator dans literas cambij non liberatur nisi solutione dictarum literarum subsecuta, & quæ requirantur ad inducendum delegationem, ita vt scribens remaneat liberatus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cambij literas scribens non est liberatus, nisi solutione subsecuta, & latè sub n.9,*
*Procedit non obstante mora, & negligentia creditoris in præsentando, seu exigendo literas, & n.10.*

2 *Cambij litera quando non habuerunt effectum, durat prima obligatio.*

3 *Delegatio. vt inducatur, requiritur, quòd delegans sit creditor nominis debitoris delegati, & quòd mandet dicto debitori delegato, vt tamquàm suus debitor se obliget ad fauorem sui creditoris; item quòd sequatur talis obligatio, & acceptatio d. obligationis.*

4 *Præsentatio literarum cambij non inducit acceptationem illius, cui litera præsentantur in debitorem.*

5 *Delegatio non potest induci sine animo mandantis, nec sine animo recipientis.*

6 *Mora in materia literarum cambij non habet locum nisi quando est inducta delegatio.*

7 *Cambij litera quando sunt ad vsum, habent terminum*
decem

*decem dierum iuxta generalem consuetudinem Mercatorum.*

8 *Cambia debentur concurrente mora, interpellatione, & protestatione, & aliis requisitis ad realitatem, & iustificationem cambiorum.*

## DECISIO CCXVII.

QVia D. Franchinus non solùm recusat soluere
cambia, sed etiam repetit sortem principalem, vti
indebitè solutam, dubitani an esset recedendum tàm à
decisione bo.me. Gypsij super sorte, quàm à decisione
R.P.D. Littæ super cambiis in hac causa factis, & Do-
mini sine aliqua contradictione, & difficultate persti-
terunt quoad vtrumque caput in decisis. Nam quoad
sortem res est clara ex rationibus adductis in decisione
1 Gypsij, † quia cùm Franchinus in literis cambij man-
dasset Bertis, vt soluerent Nicolinis, non potuit contin-
gere liberatio, nisi solutione subsecuta, *l. si debitorem ff.
de nouat.* Paul. de Castr. *in l. delegare n. 4. eod. tit. & in l. sin-
gularia n. 21. in fin.* vbi etiam Ias. *sub n. 36. vers. item Bart.
malè firmat*, Dec. *n. 26. vers. 2. respectu liberationis.* Cagnol.
*sub n. 161. vers. sed contraria opinio. ff. si cert. pet.* Socin. *in l.
qui vsumfructum n. 15. ff. de verb. oblig. & cons. 37. n. 4. lib. 4.*
Ruin. *cons. 209. n. 1. lib. 1.* fuit dictum in vna Bononien.
pecuniaria 13. Februarij 1581. coram bo. mem. Illustris-
2 simo Cardinali Lancellotto, & in vna Veneta litera-
rum cambij corã Gypsio 23. Maij 1593. Quando † enim
literæ non habuerunt effectum durat prima obligatio,
& eius effectus, Bal. *in l. literarum n. 1. C. de solut.* Propte-
rea bene in decisione Gypsij infertur, quòd cùm Berti
effecti sint non soluendo, Franchinus scriptor litera-
rum damnum decoctionis sentire debuit, & restituere
pecunias, quas occasione literarum recepit, hæredibus
q. Bartholomæi de Signoribus, vt etiam fuit conclu-
sum in illa Veneta literarum cambij. Verum est etiam,
quod in d. decisione firmatur, non interuenisse in hac
causa aliquam delegationem, quicquid dicant infor-
3 mantes pro Franchino, † vt enim delegatio esset subse-
cuta, requirebatur quod esset Franchinus creditor illo-
rum de Bertis, & quòd mandasset illis, vt tanquam sui
debitores se obligarent Nicolinis, & illi tanquam tales
se obligassent, & quòd talis obligatio fuisset per Nico-
a linos acceptata, a glos. magna *in l. quamuis. §. si mulier
el 2.* vbi Castr. *ff. ad Vellei.* Bal. *in l. 2. n. 4. C. de execut. rei
iud.* Ias. *in dicta l. singularia n. 36.* Dec. *n. 27.* Socin. *in dicta
l. qui vsumfructum n. 9. & 10. & cons. 267. n. 3. lib. 2.* Bero.
*cons. 197. n. 2. lib. 1.* Paris. *cons. 107. n. 21. lib. 3.* Alba. *cons. 2.
n. 13.* fuit dictum in illa Bononien. pecuniaria. Hæc au-
tem omnia deficere videntur, nam (vt dictum est in de-
cisione) non satis constat Franchinum fuisse credito-
rem illorum de Bertis, & benè deducunt informatores
pro Signoribus, qui respondent omnibus adductis pro
firmãdo credito, sed quicquid sit nullibi apparet, quòd
Franchinus illis mandauerit, quòd se obligarent, vti sui
debitores, Nicolinis, imò illis mandauit, vt soluerent,
quòd nullam habet proportionem cum delegatione,
quæ requirit iussum de se obligando, & promittendo.
Minus etiam verificari potest, quòd Berti promiserint
vti debitores, imò non constat de aliqua expressa pro-
missione, sed de sola acceptatione literarum, in quibus,
vt dictum est, non continebatur, quòd se obligarent,
sed quòd soluerent. Non etiam adest aliqua acceptatio
4 Nicolinorum proportionata delegationi; † si enim
eam deducit Frãchinus à præsentatione literarum cum
inde sequutis, benè respondetur in decisione, quòd illa
facta fuit ad effectum, vt campsor, cui literæ cum illis
verbis (*scutorum*). prætendebantur adueniente tem-
pore solutionis sub aliquo prætextu, aut quæsito colo-
re solutionem euitare, aut differre non posset, & pro-
pterea videntur Nicolini per hos actus Bertorum fi-
dem esse secuti dummodò soluerent, & non aliàs, & ac-
cepisse illos pro soluendo, non pro soluto, vt dicit Bal.
*cons. 348. sub n. 3. vers. amplius dicendum. lib. 1.* Non ob-
stant literæ missiuæ scriptæ per Nicolinus Cæsarantis
Anconæ, quia illæ non inducunt aliquam acceptatio-
nem, vti de soluto, sed vti de soluendo ex supra allega-
ta doct. Bal. & hoc declarant aliæ literæ Nicolinorum,
in quibus dicitur id factum sine præiudicio suorum
iurium, & sub spe futuræ numerationis; prætereà quic-
quid sit de animo, & facto Nicolinorum, † delegatio 5
non poterat, induci sine animo Franchini mandantis,
Socin. *d. cons. 267. sub n. 3. vers.* ista autem non inducun-
tur sine animo, & sine animo etiam Bertorum manda-
tum recipientium, Paul. de Castr. *in d. l. qui vsumfructum
in fin. ff. de verb. obligat.* Decis. Put. 124. *lib. 3.* quæ in con-
trarium allegatur, non obstat, quia in casu d. decis. is, ad
cuius commodum fuerant conscriptæ literæ, fecerat se
creare creditorem in libris Mercatoris, ad quem fue-
rant literæ directæ, quo casu videtur concurrere vir-
tualis solutio, & depositum respectiuè. Non obstat,
quod dicitur de mora, & negligentia Nicolinorum,
† quia vltra quod tunc demum noceret, quando esset 6
inducta delegatio, vt fuit dictum in illa Veneta litera-
rum Cambij, † respõdetur etiam literas fuisse ad vsum, 7
quo casu habebant terminum decem dierum iuxta ge-
neralem consuetudinem Mercatorum, & ex forma Sta-
tuti Veneti dabantur alij tres dies, quibus transactis
conceduntur alij tres dies ad protestandum; vnde cùm
vltima Iunij fuerint literæ productæ, & 16. Iulij prote-
statum iuxta solitum illius fori Mercatorum excludi-
tur negligentia, & mora, quæ protestatio fuit bona,
quicquid ex aduerso dicatur, vt patet ex deductis pro
Signoribus; stante igitur decisione Gypsij super debito
sortis principalis nullum restat negocium super deci-
sione D. Littæ quoad cambia, † quia, vt ex eius lectura 8
apparet, & ex allegatis per informantes, constat de mo-
ra Franchini, de interpellationibus, & protestationibus
contra ipsum factis, & concurrunt omnia requisita ad
veritatem, & iustificationem cambiorum, ex quibus
fuit conclusum standum esse decisis in vtroque capite,
& Franchinum teneri ad solutionem cambiorum, &
hæredes Bartholomæi de Signoribus esse absoluendos
à prætensa repetitione sortis principalis, videlicet, duc.
704. bon. 3.

### *ANNOTATIO.*

Circa † materiam d. decis. quòd scilicet dans literas Cam- 9
bij non liberetur, nisi secuta earum solutione, latè tractat.
Scacc. *de cambiis, §. 2. glos. 5. n. 322.* vbi enumerat plures de-
cis. Rotæ Romanæ, & vltra allegatas per illum aliàs sæpè
Rota dixit, vt *in decis. 679. sub num. 2. par. 1. in recent.* & in
Bononien. literarum Cambij 15. Decembris 1615. coram
R.P.D. Pamphilio, & fuit latè decisum in Rauennaten.
pecuniaria 1. Iulij 1620. coram R.P.D. Buratto, & latè Gra-
tian. *disceptat. forens. cap. 64. per totum*, quæ opinio maximè
habet locum, quando in literis adsunt illa verba (*& po-
natis ad meam rationem*) Surd. *decis. 23. sub n. 10. vers. sicuti*,
& considerauit Rota in dicta Rauennaten. pecuniaria co-
ram R. P. D. Buratto. Et hoc habet locum non obstante
mora, seu negligentia creditoris in exigendo literas, vt
firmauit Rota in hac decis. & dixit etiam in Romana pe-
cuniaria 24. Nouembris 1595. coram Cardinali Millino, &
latè fuit dictum in dicta Raoennaten. pecuniaria coram
R.P.D. Buratto. debet tamen creditor Cambij, qui non
potest exigere literas Cambij statim certiorare eum, qui
sibi fecit literas, remittendo dictas literas cum protesta-
tione, Scacc. *de camb. §. 2. glos. 5. n. 326.*

a Delegatio an, & quando censeatur inducta, & quæ requi-
rantur, vide latissimè Scacc. *de Cambiis dicto §. 2. glos. 5. n.
280 & seq.* & Gratian. *discept. d. cap. 64.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Seguntina præeminentiarum.

*Mercurij 8. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia est valida, quando est lata, seruatis seruandis.*
2 *Compulsoriæ generales non retardant, nec suspendunt iudicium.*
3 *Compulsoria speciales retardant processum.*

### DECISIO CCXVIII.

CVm Doctor Valasquez obtinuisset Cappellaniam maiorem in Ecclesia Seguntina, quæ fuerat vsque de anno 1472. in dignitatem erecta, prætendebat sibi deberi præeminentias dictæ dignitati assignatas, Capitulum verò Seguntinum illas denegabat, eo quòd non esset Canonicus, vt dicebat requiri ex forma erectionis, lite orta, Capitulum obtinuit duas sententias in partibus, & tertiam in Rota, nec non in vim trium conformium executoriales in forma, ante quarum intimationem decessit Valasquez; & propterea fuerunt intimatæ Francisco della Fuente existenti in possessione Cappellaniæ vigore coadiutoriæ cum futura successione, qui etiam viuente coadiuto fuerat in causa, quibus executorialibus in actis reproductis, & seruatis terminis seruari solitis Capitulum petiit contra ipsum declaratoriam, de quo cùm 11. Februarij Rotam consuluissem; placuit Dominis audire, si Franciscus aliquid releuans deduceret contra sententiam Rotalem, ad quod eruendum dedi dubium, an dicta sententia esset confirmanda, quod fuit affirmatiuè resolutum,
1 † quia de validitate non est ambigendum; cùm sit lata seruatis seruandis, iustitia autem est clara, & patens ex decisione in hac causa facta coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, in qua iuxta formam erectionis fuit decisum Cappellano maiori non existenti Canonico non deberi præeminentias, cùm qualitas Canonici requiratur ex fundatione. Franciscus autem nihil in contrarium deducit, & minus docet se esse Canonicum, solùm allegat processum in partibus, & pro iuribus ex-
2 trahendis obtinuit compulsoriales generales, † verùm
a illæ non retardant, nec suspendunt iudicium, a & sunt lapsi decem menses, intra quod tempus potuisset reparare, & reproducere.

### *ANNOTATIO.*

a Compulsoria generalis non retardat, nec suspendit iudi-
3 cium, Vestr. *in prax. lib. 6. cap. 1. sub n. 12.* † compulsoriæ autem speciales benè retardant, Caputaquen. *decis. 171. par. 1.* Vestr. *d. lib. 6. c. 1. n. 12. in fine.* Scac. *de iudic. lib. 2. cap. 11. n. 839.*

## Romana fideicommissi de Iacobatiis.

*Lunæ 20. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Alienans partem hæreditatis contra prohibitionem testatoris, an cadat à toto, vel solùm à parte alienata.

### *SVMMARIVM.*

1 *Alienans partem fideicommissi non cadit à tota hæreditate, sed tantùm à parte alienata, & n. 7. Item emphyteuta, alienans emphyteusim sine consensu Domini, non cadit nisi à parte alienata, & n. 7. vbi vide limitationem.*
2 *Argumentum valet de lege ad testatorem.*
3 *Delictum circa rem commissum tatenus facit perdere rem quatenus in ea peccatur.*
4 *Hæreditas testatoris non est inconueniens, quòd sit diuisa inter plures.*
5 *Hæreditatis appellatione venit etiam pars.*
6 *Hæreditas postquam est adita, non est amplius hæreditas, sed dicitur patrimonium adeuntis, largè tamen loquendo dici potest hæreditas, & num. 8.*

### DECISIO CCXIX.

LIcet ardua sit quæstio, & inter Doctores multùm controuersa, si per alienationem vnius rei fideicom-
missso subiectæ, † & alienari prohibitæ alienans eadat à 1
tota hæreditate, vel à re tantùm alienata. Et quòd ab hæreditate tota cadat, consuluerit Ang. vt patet *in cons. 168. in dub.* quem secutus est Crot. *in l. filiusfamil. §. Diui n. 154. ff. de leg. 1.* & alij adducti per informantes pro Hospitali, & litis consortibus. Contrarium tamen latè
defendit, a Ias. *in l. ait Prætor in princ. n. 5. & seqq. ff. de* a
*iur. iurand.* Ruyn. *cons. 119. sub n. 12. vers. sed contrarium lib. 2.* Ferd. Soarez *in d. §. Diui n. 192.* vbi dicit hanc opinionem esse veritati, & æquitati consonam, quam etiam æquiorem dicit Soc. iun. *ibi sub num. 220.* & magis receptam Menoch. *cons. 164 n. 22.* & secuta est Rota in Perusina Hæreditatis 16. Nouembris 1584 coram bo. me. Orano, in qua fuit responsum fundamentis Ang. & tenuit in Romana de Theodolis 10. Ianuar. 1597. coram R.P.D. Litta, quam opinionem comprobant Ias. & sequaces exemplo Vasalli, & emphyteutæ, vt etiam benè deducitur in dicta Perusina Hæreditatis. Nec obstat, quod ex aduerso dicitur cum Crot. vasallum, & emphyteutam prohiberi alienare à lege, cum qua mitiùs agitur *l. Celsus in princ. ff. de Arbitr.* quia ad hoc bene replicat Soc. iun. *in d. §. diui in fin.* quod imò idem dicendum sit de prohibitione testatoris, cùm & ipsa habea-
tur pro lege, † & aliàs valeat argumentum de lege ad 2
testatorem; sicuti è contra, quando est eadē ratio, prout
in isto casu, vt plenè deducit ibi Soc. † facit regula quòd 3
pro delicto circa rem commisso eatenus perditur res, quatenus in ea peccatur, *l. rescriptum ff. de his quibus, vt indig. l. Paulus, & l. beneficio,* & vtrobique Bar. *ff. ad leg. Falcid.* Aret. *cons. 14. num 5. circa med.* Non obstat, quòd alienando contra prohibitionem testatoris dicatur peccari in eius personam, ex Rol. *cons. 17. n. 12. lib. 2.* quia imò principale peccatum est circa rem, vt dicit Aret. *ibi.* Nihil etiam facit, quòd contraueniens voluntati testatoris efficiatur indignus illius successione, quia indignitas restringitur ad terminos contrauentionis, vt censeatur quis indignus succedere in illa parte, quā alienando contrauenit, *d. l. rescriptum, & l. hæres, qui tacitam ff. de his quib. vt indign.* Non est habenda ratio eius, quod pro inconuenienti consideratur, nempè quod sequeretur diuisio bonorum hæreditariorum, res enim alienatę es-
sent penes substitutum, & aliæ penes hæredem † quia 4
non inconuenit, quòd hæreditas sit diuisa inter plures quomodocumque vocatos; præsertim concurrente voluntate testatoris, quæ sola attenditur, *l. ex facto ff. de hæred. inst. l. in conditionibus ff. de cond. & dem.* Non obstat, quòd testator in casu alienationis bonorum priuet bo-
nis, & hæreditate, † quia appellatione *hæreditatis* venit 5
etiam pars, glos. *in l. Lucius Titius in vers. hæreditatis ff. de leg. 1.* & res ipsa hæreditaria facit partem hęreditatis. Bar.
*in l. seruum §. fin. in prin. ff. de leg. 2.* † præsertim post adi- 6
tam hæreditatem, quo casu non est amplius hæreditas, sed dicuntur bona, *l. sed, & si plures. §. si solus ff. vulg. & pupill. not. in l. 1. §. veteres ff. de acquiren. possess.* b b

*ANNO*

*ANNOTATIO.*

7 a Hanc † eandem opinionem seqoendo d.decisionem, & alias antiquiores tenait Rota *in decis. 593 sub n.6.par.2.in recent.* & in Firmana fideicommissi 27. Iunij 1611. coram Caualerio,& in Perusina dotis 9.Iunij 1616.coram R. P. D.Vbaldo,& in Reatioa bonorum 24.Aprilis 1617.coram eodem D.Vbaldo,sic etiam emphyteuta alienaos partem emphyteusis non cadit à toto,Clar §.*emphyt.quæst.13.n.10.* vbi de magis communi, Corbul. *de caus.priuil.ob alienat.ampliat.42.sub n. 6.* Mantic. *de tacit.tit.22.lib.22.n.13.* vbi dixit hanc opinionem esse magis communem, & magis benignam,quam etiam secuta fuit Rota in Bononien.bonorum emphyteoticorum 2.Decembris 1596.coram Cardinali Pamphylio,& in Burgen.decimarum 3. Iolij 1606. coram R.P.D.Ortembergo, quod tamen oon procedit si emphyteuta alienasset,vti rem propriam non facta mentione de dominio directo Domini, quia tunc alienans partem cadit à toto, tunc enim apparet de deprauata illius intentione internertendi dominium directum, Rol. *cons.17.n.2.in fin.lib.2.* Corbul. *de caus. priuil. ob alien. ampliat.42.sub n.7.* vbi dixit ad hunc effectum sufficere, quòd in ipsa alienatione noo sit facta mentio de qualitate rei emphyteoticæ,& tenuit Rota in Cæsenaten. bonorum 6 Aprilis 1590.coram Card.Platto.

8 b Crass. §.† *hæreditas quæst.2.n.1.* Rota *decis.47.n.4.par.2.diuers.* impropriè tamen, & largo modo hæreditas etiam postquam est adita,dicitur hæreditas, Decian. *cons. 25.n.14.lib.3.*Surd. *cons.562. sub n. 8.* & dixit Rota in Romana de Cathancis 4.Maij 1609.coram R.P.D.Marquemootio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana nullitatis Obligationis.

*Lunæ 20. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Elicitur ex Summario.

1 *Liquidatio fieri potest post sententiam ante eius executionem.*
2 *Asserenti plus peruenisse ad manus alterius, incumbit onus probandi.*
3 *Petens redditionem rationis ab aliquo, probare debet res, & quantitates administratas.*
4 *Calculatoris relationi standum est.*
5 *Executio non est retardanda super eo, quod est liquidum occasione prætensionum illiquidarum, & n.6.*

### DECISIO CCXX.

FVit pluribus præcedentibus decisionibus, & cum
matura causę cognitione pronunciatum instrumen-
tum venditionis bonorum, & iurium hæreditatis q.
Valerij Vrsini esse nullum, obligationésque occasione 1
d.venditionis factas tàm per DD. Paulum Æmilium, 2
& Æmiliam, quàm per Illustrissimum Cardinalem Cu-
sentinum cum omnibus inde secutis nullius roboris, 3
& efficaciæ remansisse, & quicquid per ipsos, & ipso-
rum quemlibet solutum fuit occasione d. venditionis
creditoribus d.hæreditatis esse ipsis restituendum; fuit
pariter in eadem sententia D. Paulus Æmilius restitu- 4
tus aduersus aditionem præfatæ hæreditatis; reddita
tamen ratione per ipsum creditoribus bonorum admi- 5
nistratorum, ac deductis, & compensatis omnibus fru- 6
ctibus, & bonis hæreditatis, quæ penes ipsum perman- 7
sissent, aut rationem non reddidissent, quæ sententia
fecit transitum in iudicatum. Fuerunt data computa 8
tàm administrationis, quàm pecuniarum solutarum
occasione precij hæreditatis, vt prędictum est, emptę, &
pro eorum calculatione, & solidatione electus fuit pe- 9
ritus, qui retulit fuisse solutū creditoribus scuta 34110.
& ad manus eorumdem Pauli Æmilij, & Æmiliæ de
prædicta hæreditate peruenisse scuta 3753. quibus de-
tractis remanent creditores in scutis 30357. & non est
dubium, † quòd liquidatio potuit fieri post sententiam 1
ante eius executionem, Bat. *in l.5.n.2. & 5.C. de senten. quæ sine certa quant.prof.* cum aliis in decis.Ped.129.n.14.
propterea dixerūt Domini pro dicta summa scutorum
30357. esse relaxandum mandatum aduersus credito-
res. † Non obstat, quod dicitur plus peruenisse ad ma- 2
nus D.Pauli Æmilij, quia id est probandum, *l.fin.§. licentia C.de iure delib.* glos. *in l.cum de leg.ff.de prob.* & fuit
in puncto decisum in Romana de Lante 24. Ianuarij
1603.coram R.P.D. Iusto: † præsertim quia ille qui 3
petit redditionē rationis debet probare res, & quanti-
tates administratas, Aym.*cons.231.n.14.* Quæ etiā obi-
ciuntur aduersus calculum, sunt probanda, † quia alio- 4
quin standum est relationi calculatoris, Paris. *cons.96.
n.32.lib.1.* si quid autem apparebit vltra deducta in cal-
culo, & res administratas, seu fructus perceptos, habe-
bitur omnium ratio, † interim non est differenda exe- 5
cutio super eo, quod est liquidum occasione præten-
sionum illiquidarum, Bal. *cons.155.in fin.lib.3.* a a

*ANNOTATIO.*

a Socio.sen. † *cons.24.sub n.36.lib.1.* Rota penes Zacch. *dec. 155.n.3.* fuit dictum io Romana pecuniaria 13. Februarij 1615.coram R.P.D.Verospo, est tamen casus valdè notabilis *in decis.242.par.1.in recent.* vbi Rota noluit dare executionem credito liquido, donec non essent terminatæ prætensiones alterius partis illiquidæ. 6

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. Canonicatus.

*Lunæ 27. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Arbitrium non intrat ad impediendam executionem literarum Apostolicarum, quando non adest legitimus contradictor, & non dicitur legitimus contradictor Capitulum, & si se opponat executioni tenetur prouiso ad interesse; nisi subsit iusta causa. De qualitate, quæ inest de iure, non est necesse facere mentionem: Papa potest concurrere cum quolibet Ordinario.

*SVMMARIVM.*

1 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*
2 *Literæ Apostolicæ de iure habent executionem paratam, vbi non adest legitimus contradictor.*
3 *Capitulum non dicitur legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum, cum non habeat consimilem titulum, nec sit in possessione Canonicatus, & n.11.*
4 *Capitulum non debet se opponere executioni literarum Apostolicarum.*
5 *Si se opponit, tenetur prouiso ad interesse.*
6 *Excusatur tamen, si subest iusta causa.*
7 *Canonicatuum collatio in Cathedrali de iure est simultanea Episcopi, & Capituli.*
8 *Qualitas, quæ inest de iure, non est de necessitate exprimenda, quia censetur nota Principi.*
*Subreptio non cadit in his quæ sunt iuris, & n.12.*
9 *Papa concurrit cum quolibet Ordinario, & concurrendo non facit illi iniuriam, & n.13. vbi dicitur Ordinarius ordinariorum.*

10 *Qua*

10 *Qualitas dignitatis sæpè exprimitur ad maiorem demonstrationem.*

## DECISIO CCXXI.

DOmini, cum præsupposito quòd gratia Dom. Gasparis sit iustificata, quod reseruarunt particulariter videndum, resolüerunt non esse locum arbitrio ad effectum retardandi executionem literarum Apo-
1 stolicarum, † arbitrium enim intelligitur, prout de iu-
a re, a Cæs. de Grass. *decis. 7. n. 7. & decis. seq. n. 2. de re iudic.*
a & fuit sæpiùs dictum; † de iure autem literæ Apostolicæ propter earum authoritatem paratam habent executionem, ad instar *l. fin. C. de edict. diu. Adr. tol.* vbi non adest legitimus contradictor, Mohed. *decis. 3. vt lit. pend.* fuit dictum in vna Portugallen. dismembrationis 16. Iunij 1595. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & in Eluen. beneficij 13. Nouembris 1602. coram R. P. D.
3 Decano, † sed Capitulum nullo modo potest dici legitimus cõtradictor, cùm non habeat similem gratiam,
b Mohed. *vbi supra*, nec sit in possessione Canonicatus. b Nec debet Capitulum contradicere, & opponere se
4 executioni, † vt admonet Innoc. *in cap. mandatum. sub*
5 *n. 5. de rescrip.* † ne aliàs teneatur prouiso ad interesse, Tan. *decis. 49.* fuit dictum in vna Oscen. Canonicatus,
6 & præbendæ 4. Martij 1575. coram Robusterio. † Et licèt aliquando excusetur, si subsit iusta causa, vt dicitur in dictis decisionibus, & fuit latè deductum in Segun. Archidiaconatus, & Canonicatus 21. Martij 1601. coram R. P. D. Lancellotto. Hic tamen nulla subest causa legitima, propter quam possit Capitulum recusare obedire; Nihil enim releuat, quòd fuerit tacitum Capitulum cõcurrere cum Archiepiscopo in collatione istius
7 Canonicatus, † quia cùm hoc esset de iure, Abb. *in c. cùm Ecclesia. n. 8. vers. 3. opinor de elect.* Rot. *decis. 4. de concess. praben. in nou.* Cassad. *decis. 22. de praben.* fuit dictum in vna Placen. Canonicatus 16. Februarij 1575. coram Orano, & in Ispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. co-
8 ram Illustrissimo Cardinali Pamphilio; † non fuit necesse exprimere, quod de iure inerat, Rot. *decis. 75. de rescript. in antiq.* Cassad. *decis. 4. n. 6. & decis. 12. n. 7. & seq.*
c *de praben.* c Papa enim nullo modo ignorauit istam simultaneam, sed eam noluit attendere, præueniendo in
9 collatione, † prout indubitanter potuit, quia concurrit cum quolibet Ordinario, & conferendo nulli facit in-
d iuriam, d Put. *decis. 48. n. 6. & 7. lib. 3.* fuit dictum in nostris terminis in illa Ispalen. portionis. Et cùm appareat de animo Papæ in præueniendo vanitas est dicere, quòd voluerit in collatione adhibere consensum Capituli. Nec potest inferri à consensu habito ab Illustrissimo Cardinali de Gueuara ad cõsensum Capituli. Ad quem enim finem voluerit Papa consensum Cardinalis, non est quærendum, sed satis est, quòd potuit illo modo conferre, & contulit, prout potuisset, alio quocumque modo placuisset, & si voluisset consensum Capituli, expressisset, prout expressit consensum Cardinalis. Nec potest prætendere Capitulum se sub nomine Archiepiscopi vocatum ad consensum præstandum, quia Papa non fuit in hoc contemplatus dignitatem Archiepiscopalem, sed potiùs personam Ferdinandi Cardinalis. Non obstat, quòd appellatur etiam Præsul Ispalen. Ecclesiæ, quia visum fuit Dominis consensum istum ma-
10 gis proportionari personæ, quàm dignitati, † & expressionem præsulatus fuisse factam gratia honoris secundùm consuetudinem, & ad maiorem demonstrationem ad tradita per Abb. *cons. 93. n. 1. & 2. par. 2.* faciunt latè deducta in causa Corriggien. Gabellæ 17. Martij 1603. coram R. P. D. Iusto. Ex quibus fuit resolutum non intrare arbitrium, sed literas esse exequendas, si sunt iustificatæ.

### *ANNOTATIO.*

a Arbitrium an intelligatur, prout de iure, & an, & quando det facultatem recedendi à iuris rigore, vide quod dixi *ad decis. 189.*

b Capitulum † non esse legitimum contradictorem ad impediendam immissionem prouiso Apostolico vltra allegata in hac decisione dixit Rota in Pacen. Puritatis 11. Decembris 1619. coram R. P. D. Manzanedo, & in Tiburtina Archidiaconatus 15. Ianuarij 1618. coram R. P. D. Caualerio, & in Oriolen. Canonicatus 24. Ianuarij 1618. coram R. P. D. Remboldo, & in Ratisbonen. Canonicatus 23. Martij 1618. coram R. P. D. Pirouano, sed prius in eadem 23. Iunij 1617. fuit dictum, quòd Capitulum erat legitimus contradictor respectu qualitatum, & habilitatum requisitarum in Canonicis. 11

c Non † enim cadit subreptio in his, quæ sunt iuris, Rota *decis. 466. sub n. 2. par. 1. in recent.* cum aliis per Gonz. *super reg. 8. §. 4. proœm. n. 83.* 12

d Et † quòd Papa possit concurrere cum quolibet Ordinario, & conferendo nulli faciat iniuriam, latè Gonzal. *super regul. 8. §. 2. proœm. per totum*, & latiùs Garz. *de benef. par. 5. c. 1. per totum*: est enim Ordinarius Ordinariorum, & habet totum Orbem pro diœcesi, Gonz. *super eadem reg. 8. §. 2. proœm. n. 44.* Rota *decis. 623. n. 2. par. 2. in recent.* 13

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Alben. Parochialis, seu iurispatronatus.

*Lunæ 27. Iunij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Prætendens iuspatronatus, si habet iurisdictionem temporalem in loco beneficij, habet præsumptionem vsurpationis contra se, & grauatur onere probandi iuspatronatus secundùm formam à Concil. Triden. præscriptam, siue agatur in petitorio, siue in possessorio. Consensus præstitus resignationi non constituit in possessione, nisi probata effectuatione. Quasi possessio præsentandi non transit in hæredem, etiam si vigeat in loco Statutum de continuanda possessione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iurispatronatus vsurpatio præsumitur in eo, qui habet iurisdictionem temporalem in loco Beneficij, & n. 10.*
2 *Iuspatronatus probari debet iuxta formam Sac. Concil. Trident. præscriptam; ita vt aliter facta probatio non suffragetur, quando prætendens iuspatronatus habet iurisdictionem temporalem, & n. 11.*
3 *Quæ probatio requiritur, tàm in possessorio, quàm in petitorio, & n. 11.*
*Et de hac forma data à Concilio vide latè sub n. 11. vbi dantur plures limitationes, & declarationes.*
4 *Consensus præstitus, lite pendente, non est in consideratione ad effectum quasi possessionis præsentandi.*
5 *Consensus præstitus resignationi, vt inferat possessionem præsentandi, necesse est, quòd resignatio fuerit secuta, & quòd habuerit effectum.*
6 *Præsentatio non constituit in quasi possessione præsentandi, nisi probata effectuatione.*
7 *Possessio præsentandi, non transit in hæredem, & n. 12.*
8 *Hoc procedit non obstante Statuto loci continuatiuo possessionis defuncti in hæredem, quod non operatur contra Ecclesiam, & n. 12.*
9 *Ecclesia non censetur annexa Castro ex eo solùm, quòd sit in Castro.*

DECI

## DECISIO CCXXII.

NOn constat de aliqua possessione presentandi, que
1 suffragetur D.Bonifacio, † quia cùm habeat iuris-
dictionem temporalem in loco beneficij, habet contra
a se præsumptionem vsurpationis, [a] Put. *decis.3. & 8. de
*iure patron.* fuit dictum in Sorana iurispatronatus 28.
Aprilis 1603.coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio,
2 & in aliis pluribus,& propterea debet probari † iuspa-
tronatus secundùm formam à Sacro Concilio Triden-
b tino præscriptam;[b] ita vt aliter probatio facta non suf-
fragetur, vt dixit Rota in causa Sabinen. beneficij 15.
Nouembris 1582.coram.fœl.recor.Clemente VIII. &
in illa Sorana, & in aliis quàm plurimis causis, quæ
probatio requiritur tàm in possessorio, quàm in peti-
torio, vt sæpiùs fuit resolutum,& signanter in vna Au-
ximana iurispatronatus coram Reuerendissimo Ro-
dien.28.Maij 1593.in Romana Parochialis de Publico-
lis coram Reuerendissimo Pacen.31.Ianuarij 1600. &
in Comen. iurispatronatus 8. Iunij 1601. coram Illu-
strissimo Cardinali Seraphino,& de anno præterito in
Compsana iurispatronatus coram R. P. D. Litta, quæ
probatio in isto casu non videtur adesse. Non etiam
probatur aliqua præsentatio ipsius D. Bonifacij, quia
consensus ab ipso,vt prætenditur, præstitus resignatio-
ni faciendæ per Henricum, vltra quod dicitur de eo
non apparere in actis, & quòd fuit datus vltima die
Martij 1599.& sic de facili pendente lite,cùm de men-
se sequenti fuerit lata sententia ad fauorem Bonifacij,
3 † & propterea non esset in consideratione ad tribuen-
dum aliquam quasi possessionem, ad tradita per Cal-
der.*conf.12.de iurepat.* Caput. *decis.3.lib.3.in manuscript.*
fuit dictum in vna Valen.de Consentayna 30. Ianuarij
1581.coram Illustrissimo Seraphino, præterea non ap-
4 paret,† quòd fuerit secuta resignatio,& quòd habuerit
effectum, & tamen ad effectum, vt consensus probet
quasi possessionem,*iuxta decis.* Cresc.2.*de iure patr.* de-
bet doceri,quòd effectum habuerit, vt fuit dictum in
Lucana Decanatus 21.Maij 1578.coram fœl.rec. Cle-
5 mente VIII. † sicuti etiam dicitur de præsentatione,
Calder.*d.conf.*12.Abb.*conf.54.n.2.par.1.* Dec. *conf.*149.
*n.3.*effectus autem non docetur,sed apparet de non ef-
fectu, quia vt narrant informantes pro Bonifacio, iste
Henricus mortuus est in possessione beneficij quod va-
cauit per eius obitum, nec potest Bonifacius niti pos-
sessione Ambrosij prætensi aui,cuius se facit hæredem;
6 † quia in ipsum transire non potuit, [c] Achil.*decis.5.de
c iur.patr.*Fab.*decis.61.lib.2.*Tanis.*decis.*25.Caputaq. *decis.*
420.*par.* 2. & fuit resolutum in causa Ianuen. iurispa-
tronatus 17.Martij 1603.coram R.P.D.Litta; non ob-
d stat constitutio Mediolani [d] continuans possessionem
7 in hæredem,quam † Rota apud Caputaq.*decis.*211.*par.*
3.censuit operari etiam quoad possessionem præsen-
tandi;quia,vt fuit dictum in illa Comen.iurispatrona-
tus,sæpiùs Domini dubitarunt de illa decisione,& pro-
cederet,vbi versaretur fauor Ecclesiæ,non autem con-
8 tra Ecclesiam,† non obstat quòd Ecclesia sit in Castro,
9 in quo successit Bonifacius,† quia nõ probat,quòd ius-
patronatus sit annexum Castro; ita vt transeat ad suc-
cessorem Castri,*iuxta c.cùm ex literis, & c. cùm secundùm
de iurepatronatus*,& ea,quæ adducuntur ad probandum
iuspatronatus cantant ad fauorem domus, & familiæ
de Calderiis, & de Castro mentionem non faciunt;
non obstant enunciatiuæ Ordinariorum in literis Epi-
scopi Alben.in visitatione,vt prætenditur,emanatæ,&
alia adducta ad probandum iuspatronatus,quia sufficit
pro nunc, dicere,quòd concernunt petitorium, & ho-
die agitur de quasi possessione præsentandi, & agitur
de viribus sententiæ Vicarij Alben. qua declaratur d.
Bonifacium esse in quasi possessione præsentandi, & in
ea manutenendum.

## ANNOTATIO.

a Verall. † *decis.228.n.1.par.2.* Rota *decis.421.n.1.par.2.in rec.* 10
*& 756.n.3.par.2.in rec.* Paris. *de confid.quæst.28.n.242.* Me-
noch.*de præsumpt.lib.3.quæst.40.num.2.* Gonzal.*super reg.8.
glos.18.n.63.*

Et quòd quando prætendentes iuspatronatus sunt personæ potentes habentes iurisdictionem temporalem in loco, sit necessaria probatio iuxta formam Concilij.

b Latè Garz. † qui plures decisiones cumulat *de benefic.* 11
*par.5.cap.9.n.98. cum pluribus seqq.* & Gonzal. *super reg.8.
glos.18.à n.83.vsque ad 85.* Rota *decis.99.par.2.diuers.*& fuit
dictum in Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram Car-
dinali Pamphilio impress. penes Marches. *de commiss.
tom.1.fol.449.*& cùm probatio requiratur de forma,vt di-
cit Gonzal.*d.glos.18.n.75.& seq.* Paris. *de confid. quæst. 28.
n. 258. & 259.* ideò non sufficeret probare præsentationes per testes,vel per aliud æquipollens, sed requiritur probatio per scripturam,Paris.*de confiden.d.quæst.28.n.147.& seq.* Garz *dict.cap.9.n.113.* & Gonzal. *regul.8.glos.18.n.79. & 80.* vbi reddit rationem, quia Concilium de testibus omninò non confidit,& in dictis locis plures decis.Rotæ cumulantur,& ideò cauendum est à consil.Menoch. 241. *num.28.& seq.* qui tenet posse probari præsentationes per testes.

Et licèt Concilium præscribat formam,& non possit impleri per æquipollens,tamen quantùm ad probationem immemorabilis,sufficeret loco illius probare centenariam, quæ æquiualet immemorabili,Seraph. *decis.1441.* Garz.*de benefic.par.5.cap.9.n.107. & seq.* Paris. *de confid. dict.quæst. 28.* Menoch.*conf.241.n.24.in fin & 25.* Rota *decis.545 par.1. diuers.*

Et hæc forma tradita à Concilio est seruanda,etiam si concurreret maior, vel æqualis potentia in Ordinario prout reprobata decisione Toletana iuris decimandi coram Cardin.Blanchetto dixit Rota in Sorana iurispatronatus 1603.coram Cardin.Pamphilio, & in Iacen. Parochialis 23.Iunij 1603.coram eodem;si tamen concurreret sola potentia prætendentium iuspatronatus absque iurisdictione, tunc non habet locum dicta forma data à Concilio, Gabr.*conf.192.n.3.& 4.lib.2.* Rota *decis.374.par.2. in recent.* & fuit dictum in Lucana iurispatronatus 26. Iunij 1619. coram R. P. D. Dunozetto, & confirmata 2. Decembris 1619.coram eodem.

Habet etiam locum d.forma data à Concilio, quando ageretur de iurepatronatus Vniuersitatis paruæ, Rot. *decis. 481. n.1.par.1.in recent.* vbi plures decisiones cumulantur, Garz. *de benefic.par.5.cap.9.n.122.* & propterea non est habenda ratio *de decis.569.n.2.par.4.in recent.*in qua contrarium fuit resolutum. Si tamen plures familiæ de aliqua vniuersitate prætenderent iuspatronatus non præsumeretur in his vsurpatio, nec adstringerentur ad probationem iuxta formam Concilij, vt fuit dictum in Lucana iurispatronatus de Podiis 31. Ianuarij 1620. coram R. P. D. Dunozetto; item si priuata familia haberet iuspatronatus simul cum familia potenti, vel vniuersitate, tunc non est necessaria probatio præscripta à Concilio, Rota *decis.154.sub n.7.par 2 in recent.& decis.154.sub n.7.eod. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Firmana Altaris de Doriis 15.Febr.1610.coram R.P. D. Marquemontio, Menoch. *de præsumpt.lib.3.præsumpt.90.n.15.& 16.& conf.654.*

c Possessio † præsentandi auctoris non transit in successo- 12
rem,Mantic.*decis.88.n.5.* Rota *decis.260.n.4.& decis.317. n.
3.par.2.in recent.*& fuit dictum in Placentina Cappellaniæ 30.Octobris 1615.coram R.P.D.Decano,& latè in Lucana Parochialis 7.Februarij 1620. coram R.P.D. Vbaldo, vbi fuit dictum,quòd nec possessio Patris transibat in filium, & ibi aliæ decisiones cumulantur, quod procedit non obstante Statuto loci de continuanda possessione, quia non habet locum in quasi possessione præsentandi, prout reprobata decis.Caputaq.dixit Rota *in decis.260.n. 4.par.2.in recent.* & in Terdonen iurispatronatus 6. Aprilis 1609.coram R.P.D.Coccino Decano, & alias sæpè, & firmatur in hac decisione.

d De quo dixi supra in annotat.antecedent.

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana

## Romana hæreditatis de Bonellis.

*Veneris 21. Octobris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Legitimatio requirit discussionem circa filiationem, & filius, asserens se talem, probare debet se talem in quacumque parte iudicij, si opponatur. Appellatus potest adhærere appellationi interpositæ per appellantem, quando capitula sunt connexa, & an, & quando dicantur connexa.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legitimatio non procedit sine filiatione.*
2 *Filiatio probanda est ab eo, qui asserit se filium siue agat, siue conueniatur; præsertim, quando agitur de aliqua hæreditate.*
3 *Legitimatio personæ opponi potest in qualibet parte iudicij, & omissa reddit processum nullum.*
4 *Appellatus potest adhærere appellationi interposita ab aduersario appellante, de quo etiam vide sub n. 9.*
5 *Etiam si appellatio fuerit interposita limitatè in parte, & partibus propter connexitatem, & sub n. 9.*
6 *Connexa quando sunt plura capitula, pro vno tantùm habentur.*
7 *Connexa articula dicuntur, quando vnum pendet ab alio.*
8 *Capitula plura reputantur vnicum, quando vnum est propter aliud.*

### DECISIO CCXXIII.

DOmini perstiterunt in resolutis, iudicantes causam non posse cognosci, omissa discussione legiti-
1 mationis, † & per consequens etiam filiationis, sine qua
legitimatio non procedit, Rol. qui alios refert *cons.* 89.
*n.* 39. *lib.* 1. & pleniùs Menoch. *cons.* 581. *n.* 4. cùm præser-
tim, vt in commissione dicitur, fuerit adhibitum votum
rotæ propter difficultates, quæ cõtingere possunt circa
2 legitimationem, † & filiatio probanda est ab eo, qui as-
serit se filium, siue agat, siue conueniatur, præsertim
quando prætendit consequi hæreditatem, vt filius, Pa-
ris. post Ang. & alios, quos allegat *cons.* 12 *n.* 240. *& seq.*
*lib.* 2. Ista enim concernunt legitimationem personæ
3 Alexandri, † quæ opponi potest in qualibet parte iudi-
a cij, & omissa reddit processum nullum,[a] *l. si quæramus.*
*de testa.* fuit latè deductum in causa Ciuitatis Castella-
næ Molendini 26. Nouembris 1599. cotam R. P. D.
meo Lancelloto. Non obstat, quòd prætendatur res iu-
dicata ex eo, quòd pro parte Lauræ, & litis consortum
4 non fuerit appellatum, † quia possunt adhærere, &
prosequi appellationem interpositam ab aduersario,
*iux. not. in l. ampliorem. C. de appel. in c. si duobus. eod. tit.*
b Rot. *decis.* 6. *de appell. in nou.*[b] & licèt appellatio † fuerit
5 limitatè interposita in parte, & partibus, adhuc tamen
possunt dictæ sorores appellationi adhærere propter
connexitatem Capitulorum sententiæ, Franc. *in d. c. si*
*duobus n.* 5. Fel. *in cap. significauerunt. sub n.* 5. *vers. aduerte*
*etiam, & vers. cogitabam tamen*, & ibi latè Paris. *n.* 22. *de*
6 *excep.* Boer. *decis.* 73. *n.* 6. † Ad istum enim effectum plu-
ra capitula connexa pro vno tantùm capitulo haben-
tur, Salycet. *in d. l. ampliorem. sub n.* 2. Dec. *in d. c. si duobus.*
*n.* 15. Quòd autem simus in connexis, dicebant Domini
7 non esse dubitandum, † cùm omnia pendeant ab arti-
culo filiationis, & legitimationis, Aym. *cons.* 232. *n.* 1. *&*
8 2. latè Menoch. *de Arbitr. cas.* 95. *n.* 15. *& seq.* † imò vnum
reputantur, quando vnum est propter aliud, *l. Iulianus.*
*ff de cond. & dem.* Belam. *cons.* 4. *in fin.* facit, quod habetur
*in decis.* Rot. 13. *sub n.* 2. *vers. quarto quando de prob. in nou.*
à dicto enim articulo pendet assignatio legitimæ matris testatoris facta sororibus excluso Alexandro. Nec facit, quod dicitur illam fuisse legatam ipsi matri, quia fuit legata quatenus deberetur. Hinc etiam pendet iustitia immissionis in possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, vt benè deducunt informantes pro sororibus; quicquid ex aduerso dicatur. Ex quibus fuit resolutum Lauram, & litis consortes esse audiendos super prætensa filiatione, & legitimatione.

### *ANNOTATIO.*

a Legitimatio personarum in iudicio, an, & quando sit necessaria, & omissa vitiet processum, & sententiam, vide quod dixi *ad decis.* 264.

b Latè Scacc. † *de appellat. quæst.* 177. *limit.* 21. *n.* 21. iunctis antecedentibus, & subsequentibus, Rota in Ianuen. Laudi 9
1604. coram Cardinali Sacrato impressa penes Marches. *de Commiss. tom.* 2. *fol.* 64. vbi dicitur, quòd appellans simpliciter censetur appellare à tota sententia, etiam in parte fauorabili, & in Perusina Inuentarij 7. Aprilis 1606. coram eodem.

Hoc non procedit, quando est appellatum in parte, & partibus, quatenus contra, prout in curia passim seruatur, tunc enim non potest appellans adhærere appellationi appellantis, Scacc. *loco præalleg.* Rota in d. Ianuen. & in dicta Perusina Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 44. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 1. *n.* 19. quod tamen sublimitatur, vt non procedat, quando capitula essent inter se connexa, quia tunc non obstante appellatione interposita in parte potest appellatus illi adhærere, prout firmatur in hac decisione, & tradit Lancellot. *d. limitat* 44. *n.* 3. *& par.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 2. *n.* 21. *& seq.* Gabr. *cons.* 38. *per totum lib.* 3. quando verò capitula dicantur connexa, vide latè Lancellot. *d. limit.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 95.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Vineæ.

*Lunæ 24. Octobris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Executio non facta præuia liquidatione, est nulla, & per consequens etiam est nulla subhastatio subsecuta. De liquidatione constare debet ex actis, cùm iudex aliunde non possit sumere informationes.

### *SVMMARIVM.*

1 *Executio est nulla, quando est facta nulla præcedente liquidatione.*
2 *Subhastatio est nulla, quando est nulla executio, à qua ortum habet.*
3 *Liquidatio fieri potest in executione.*
4 *Liquidatio non requirit expressam pronunciationem, sed tamen ex actis debet apparere, quòd fuerit facta.*
5 *Iudex non potest aliunde, quàm ex actis sumere informationes, & n.* 6. *vbi vide limitationem.*
6 *De actis quod non est, dicitur non esse de hoc mundo.*
7 *Notorium non indiget probatione, & de eo potest iudex extraiudicialiter se informare.*

### DECISIO CCXXIV.

FVit resolutum Moniales S. Laurentij esse restituendas ad possessionem Vineæ; fundamentum resolutionis

tionis fuit facta exequutio super vinea pro scutis 316.
1 † nulla præcedente liquidatione,& propterea nulliter,
*l.hec autem.§.1.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eat*. Bald. *conſ*.99.
*num.1.lib*.5.Paul de Castr.*conſ*.169.*in fin.lib*.2. Dec *conſ*.
322.*ſub num*. 3. fuit dictum in vna Meliteñ. bonorum
17. Maij 1591. coram R.P.D.Decano, & in Faneñ.de
a Pasiis 28.Nouemb.1603.coram R.P.D.Coccino [a] De-
2 cano,& sicut fuit nulla exequutio,† ita etiam fuit nulla
subhastatio,quæ ortum habuit ab exequutione nulla,&
dixit Rota in Assisteñ. subhastationis 15. Nouembris
1596. coram Orano in Romana Spolij 21. Februarij,
& 5. Maij 1600. coram R P.D. Iusto,& in alia Roma-
na Spolij coram Reuerendissimo Rhodieñ. 29. No-
b uembris 1602.[b] In quibus fuit dictum propterea com-
petere actionem Spolij. Non obstat, quod dicitur cre-
ditum Claudiæ fuisse scutorum 316. & in vim d. crediti
possedisse domum, quia hoc nullibi legitur, imò ipsa
egit spolio contra Monachos Sanctæ Prudentianæ, &
fuit ad possessionem domus restitutus. Nihil releuat,
3 † quòd possit fieri liquidatio in executione, & quòd
4 † super ea non requiratur expressa pronunciatio, quia
nihilominus de liquidatione debet apparere, & consta-
5 re,quod fuerit facta. † Nec Rota admittit, quòd possit
Iudex aliunde,quàm ex actis sumere informationes, &
fuit dictum in Perusina separationis Thori 28. Iunij
c 1589. coram bo.mem.Gypsio,[c] & sæpiùs in aliis.

### *ANNOTATIO.*

a Rota *deciſ.689.num.3.part.2.in recent.& deciſ.442.ſub num.1.part.2.in recent.*

b Rota *deciſ.630.ſub num.5.part.2.in recent.& deciſ.689. num.5.part.1. in recent.*

6 c Rota † *deciſ.445. num.8.part.1.diuerſ.& deciſ.278.n.2.par.4.*
*in recent*. fuit dictum in Romana hæreditatis 17. Iunij
1611. coram Cardinali Sacrato, vbi redditur ratio, quia
si iudex extra acta moueri posset, non posset pars face-
re suas diligentias; & ita tollerentur defensiones,& ideò
quæ non sunt de actis, dicuntur non esse de hoc mũdo;
Rota *deciſ. 404 ſub num.1. part.1.in recent.* & fuit dictum
in dicta Romana hæreditatis,si tamen factum esset noto-
rium, tunc posset iudex etiam extra acta moueri, vt di-
7 cit Rota *in dicta deciſione 278*.† quia notorium non indi-
get probatione,Surd.post alios *conſ.371. num 45. & 46.* &
potest iudex de notorio extraiudicialiter se informare,
Surd.*d.conſ.371.num.46.* Gratian. *diſceptat. foren.capit.442.*
*num.8.*

In contrarium tamen,quòd scilicet iudex in materia liqui-
dationis,vti difficilis probationis, possit capere extra-
iudicialem informationem dixit Rota in Romana bono-
rum de Ceulis 3.Maij 1606. coram R.P.D. Marquemon-
tio, & in Ferrarienſ. decimarum 28. Maij 1621. coram
R.P.D. Vbaldo per doctrinam Bart. *in l.ſi quod ex Pam-*
*phila num.3.ff.de leg.2.*Caguol.*in l.quatenus. num.24.& ſeq.*
*ff.de reg. iuris.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana de Iacobatiis.

*Sabbathi 26. Nouembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Census censetur impositus solùm super medietate rei spectantis ad imponentem, maximè ad euitandum pœnam caducitatis. Fideicommissum censetur impositum super rebus propriis, non autem hæredis. Repetitio an,& quando admittatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Censum imponens super re, super qua habet solam medietatem, censetur imposuisse super dicta sua medietate,de quo latè num.16.*
*Census impositus super re, si imponens nullum ius super re habet,niſi ratione melioramentorum, censetur impositus super melioramentis,& num.16.*

2 *De communi re disponens, censetur tantùm de portione sua disponere.*

3 *Alienare quis censetur solùm ius,quod habet in re alienata.*

4 *Census censetur impositus tantùm super medietate ipsius imponentis, etiam si sint designati confines totius fundi.*

5 *Quod maximè procedit ad effectum euitandi caducitatem.*

6 *Prohibitio alienationis nuda ab omni causa,non est seruanda.*

7 *Testator præsumitur disposuisse, & fideicommisso subiecisse solùm bona sua, non autem hæredis.*

8 *Et maximè quando adest genitiuum* ( ipsius testatoris)

9 *Repetitio non solet admitti in oratione, & dispositione diuersa, & num.18.*

10 *Repetitio cessat,vbi concurrit diuersitas rerum.*

11 *Repetitioni non est locus, quando agitur de pœna, & num.19.*
*Et quando sit locus repetitioni, & num.17.*

12 *Caducitas est pœna.*

13 *Priuatio iuris est pœna,& num.20. vbi vide declarationem.*

14 *Repetitio non fit propter difformitatem, & quando aliàs dispositio plus operaretur in casu, ad quem fit repetitio,quàm in casu, in quo non est facta repetitio.*

15 *Fideicommissum iniungere super re hæredis est quid maius,quàm super bonis ipsius testatoris.*

## DECISIO CCXXV.

CIrcumscriptis alienationibus factis, viuente Hor-
tensia, dubitaui, an propter alienationes factas
post eius mortem, esset factus locus fideicommisso ad
fauorem D D. de Iacobatiis, & Domini negatiuè re-
soluerunt; potissimum fundamentum resolutionis fuit,
quia cùm domus,super qua fuerunt impositi, & hypo-
thecati respectiuè census, qui pro alienatione allegan-
tur, pro medietate spectasset ad Marium, & Tarqui-
nium venditores censuum, † super ea censentur impo- 1
suisse census,non super alia medietate,quæ erat testato-
ris, & quam fideicommisso subiecerat, vt in his termi-
nis tenuit Rota in vna Perusina fideicommissi de Ame-
ricis 26.Februarij 1586. coram Orano, † & facit regu- 2
la, quòd disponens de re communi censetur tantùm
de sua portione disponere, *l. qui Tabernas. ff. de contr.*
*empt.cap. paſtoralis. de donat.* Bal. *in l.1. n.2.*& ibi etiam
Paul. de Castr. *nu.4.C.qui teſt fac.poſ.*Alex.*in l.ſi domus.*
*§.fin.num.2.& ſeq.ff.de legat.1.*† & alienare tantùm ius, 3
quod habet, *l.quod in rerum §.ſi vſumfructum, & l. ſi Ti-*
*tio,& Meuio in princ.& ibi not.ff de legat.2.l.vxor patroni.*
*C.de legat.*† quod habet locum; licèt census sint impo- 4
siti super domo designata cum suis confinibus, quia
adhuc censentur impositi super dicta portione tan-
tùm, Bald. & Paul. de Castr. *vbi ſupra.*Alexand. *conſ.*
54. *num.* 2. *lib.* 3. Rubeus *conſil.* 95.*ſub numer.* 11.† Et 5
hæc tantò magis procedunt ad effectum euitandi ca-
ducitatem, vt fuit dictum in illa Perusina fideicom-
missi.Non obstat decis. Caputaquen. 12.*part.*1.quòd per
impositionem census tota domus subiicitur hypothe-
cæ,quia id procedit,quando tota domus est in dominio
venditoris census. Non obstat, quòd domus tota sit
prohibita per testatorem alienari, † quia respectu por- 6
tionis hæredum non erat seruanda prohibitio, vti nu-
da ab omni causa, tàm expressa, quàm tacita, *l. filius*

*fam.* §. *Diui ff. de leg.* 1. *l. pater filium.* §. *Iulius Agrippa, & l. Lutius. ff. de leg.* 3. Nec potest vestiri à præcedenti fideicommisso, quia illud fuit factum super bonis ipsius
7 testatoris, non autem hæredis, † tùm quia sic præsumitur, Bar. per illum text. *in l. cùm in testamento ff. de auer. & arg. leg.* latè Peregr. *de fideicom. artic.* 2. *nnmer.* 44.
b [b] tùm, quia verba sunt clara ipsius testatoris; † & vbi
8 prohibitio alienationis afficeret etiam portionem domus ad hæredes spectantem. Ista tamen prohibitio non est illa, quæ causat caducitatem, & parit fideicommissum, sed prohibitio generalis præcedens, quæ capit bona ipsius testatoris tantùm, vt sunt verba expressa (*non possint bona hereditaria ipsius testatoris vendere*) prout etiam in dictis bonis testatoris alienatis fuit iniunctum fideicommissum, dum subiungit testator, (*& sic ipse voluit, iussit, & mandauit, quòd in bonis, & hæreditate ipsius testatoris succedatur.*) Nec potest dici repetitum fideicommissum in casu alienationis supradictæ portionis. Plura enim obstant, & prohibent repetitionem,
c [c] primò, † quia sumus in oratione, & dispositione di-
9 uersa, quo casu repetitio non solet admitti, Bart. *in l. Seia* §. *Caio num.* 2. *vers.* 2. *casu. ff. de fund. instr.* Paulus de Castr. *consil.* 11. *numer.* 3. *lib.* 2. Alexandr. *consil.* 227. *num.* 9. *lib.* 6. Soc. *consil.* 64. *num.* 2. *lib.* 3. Paris. *consil.* 38.
d *num.* 27. *& sequ. lib.* 2. [d] Secundò, † quia concurrit di-
10 uersitas rerum, cùm, vt dixi, prohibitio prima fit circa bona testatoris, hæc circa rem hæredis, & propter diuersitatem rerum cessat repetitio. Bar. *in l. repetendis. ff. de leg.* 3. Soc. *dicto consil. num.* 3. Ruyn. *cons.* 64. *sub nu.* 1.
11 *vers. monetur paulò lib.* 2. † Tertiò non est locus repetitioni, quando agitur de pœna. Bal. *cons.* 421. *num.* 6. *lib.* 3. Dec. *cons.* 90. *post num.* 3. *vers. nec dici potest.* Alciat. *cons.* 8. *sub num.* 31. *lib.* 9. cum aliis adductis in causa Bononiens. de Pannolinis 4. Februarij 1602. coram R.P.D.
e Sacrato, [e] agitur enim hic de caducitate, quæ pœna,
12 est. † Corb. de cõmuni *de caus. priuat. ob non solut. canon.*
13 *ampl.* 45. *num.* 18. † Et de priuatione iuris, quæ pariter est pœna, Barbat. *cons.* 24. *in princ. lib.* 1. Dec. *in auth. qui rem. num.* 3. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* fuit dictum in termi-
f nis nostris in illa Bononiens. de Pannolinis. [f] Quartò
14 non fit † repetitio propter difformitatem, & quando plus operaretur in casu, ad quem fit repetitio, quàm in casu, in quo facta est expressio. Arct. *cons.* 121. *in* 1. *col.* Soc. iun. *cons.* 128. *num.* 252. *lib.* 1. hîc autem est difformitas, tàm in prohibitione, quàm in fideicommisso, qoia prima prohibitio, & fideicommissum sunt circa bona testatoris, hîc autem prohibitio est circa rem propriam hæredis, & fideicommissum, si esset repetitum,
15 esset pariter in re propria hæredis, † & nemini dubium est esse quid maius iniungere fideicommissum rei hæredis, quàm rei testatoris, & benè probatur *in l. vnum ex familia* §. *si rem tuam ff. de leg.* 2.

*ANNOTATIO.*

16 a Et quòd † census censeatur impositus super portione imponentis fuit dictum in Perusina hæreditatis de Vbaldis 8. Aprilis 1587. coram Orano, impressa penes Cinc. *de censibus decis.* 39. & in Auximana bonorum 4. Martij 1602. coram Cardinali Millino impressa penes eundem Cinc. *de censibus decis.* 107. benè Rota *decis.* 559. *sub num.* 9. *part.* 1. *in recent. & decis.* 344. *part.* 4. *in recentioribus*, & benè etiam infra coram eodem Sanctiss. *decis.* 256. *num.* 1. latè Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *capit.* 72. *num.* 1. *& seq.* & fusius Cinc. *de censibus part.* 1. *capit.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 7. *num.* 7. qui ambo plenè hanc materiam tractant in dictis capitulis, & ideò imposito censu super se fideicommisso subiecta censetur impositus pro rata competente ratione detractionum legitimæ, & Trebellianicæ, Rota *decis.* 456. *numer.* 3. *part.* 2. *in recent.* & plenè tradunt Maresc. & Cinc. *locis præallegatis*, & præsertim Cinc. *sub numer.* 8. qui plures decisiones cumulat Hond. *consil.* 58. *numer.* 99. *lib.* 1. Imò si nulla competeret detractio super re ipsa, censeretur impositus super melioramentis, Rota *decis.* 349. *part.* 2. *in recent. & decis.* 344. *num.* 2. *part.* 4. *in recent.* & quòd possit imponi census super melioramentis, latè Cinc. *de censib. part.* 1. *capit.* 2. *quæst.* 1. *art.* 6. *num.* 37. Prædicta procedunt, etiam si imponens censum, designauerit rem totam cum cõfinibus, & etiam si asseruerit fundum ad se spectare, & nulli fideicommisso esse subiectum, quia id intelligitur ratione portionis suæ liberæ, vt benè per Cinc. *de censib. d. art.* 7. *num.* 9. *&* 10. vbi refert Rotæ decisiones.

b vide supra annotationem *ad decis.* 102.

c Repetitio an, † & quando fieri debeat vide latè Peregr. 17
*de fideicomm. artic.* 16. *per totum.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 6. Card. Tusch. *in verb. repetitio per plures conclusiones.*

d Dec. † *cons.* 423. *numer.* 14. *&* 15. Decian. *cons.* 34. *numer.* 108. 18
*lib.* 3 *& cons.* 10. *num.* 57. *& sequen. lib* 2. Capr. *cons.* 25. *num.* 19. quod procedit, non obstante dictione repetitiua; item Bald. *cons.* 58. *num.* 1. *lib.* 2. Capr. *dicto consil.* 25. *num.* 19.

e Roland. † *cons.* 59. *num* 55. *lib.* 3. Dec. *cons.* 437. *num.* 4. fuit 19
dictum in Romana fideicommissi vineæ 20. Octobr. 1589. coram bo. me. Penia, & in Romana de Theodolis 10. Ianuarij 1597. coram Litta.

f Et † quòd priuatio iuris sit pœna, Sord. *decis.* 216. *num.* 36. 20
Menoch. *cons.* 216. *num.* 36. Rota *decis.* 356. *num.* 10. *part.* 1. *in recentior.* quod procedit respectu priuationis iuris in re quæsiti, secus autem respectu priuationis iuris ad rem; ita distinxit Rota *in decis.* 693. *sub num.* 3. *part.* 1. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Montisfalisci fideicommissi.

*Lunæ 28. Nouembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Bona fuisse in hæreditate testatoris probatur ex testibus, & ex æstimatione facta inter partes.*

### DECISIO CCXXVI.

FVit conclusum constare fuisse in † hæreditate, & 1
bonis q. Nicolai Bisentij, & ab eo tempore sui obitus, & antea possessa, infrascripta bona, videlicet, vineam ad fontem Castanei, Cannetum in Caersa, Pratum Madonnellæ, domum in Parochia Sancti Petri, Petraram, Terrenum Vallis Pianallis, aliud Terrenum butrionis, & aliud Sambuci, prædiolum aquæ fortæ, petium terræ apud Sanctum Franciscum, & stabulum, singula enim corpora probantur per plures testes examinatos de anno 1593. inter filias fœminas Nicolai testatoris ex vna, & D. Valerium Scarincium, & litis consortes ex alia super petitione legitimæ, quam prætendebant dictæ filiæ; adest etiam quædam æstimatio inter dictas partes facta, in qua inter bona hæreditaria numerantur omnia prædicta: fuerunt etiam in hoc iudicio repetiti quatuor ex testibus tunc examinatis, in quibus omissis primis duobus propter exceptiones, quæ ex aduerso dantur, tertius, & quartus benè informati, super omnibus concludenter deponunt de possessione Nicolai Senioris.

---

## Romana census scutorum 18. mil.

*Veneris 2. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Emptione facta pro persona nominanda secuta nominatione non possunt creditores illius, qui sub hac forma emit, prætendere ali-

quam

quam hypothecam in præiudicium personæ nominatæ. Causa necessaria quando dicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptione facta pro persona nominanda ante nominationem censetur res esse in dominio ementis.*
2 *Retrotractio non fit in voluntariis in præiudicium illius, cui medio tempore est ius quæsitum.*
3 *Emptione facta pro persona nominanda secuta nominatione dominium est penes personam nominatam, & ille, qui sic emit, non potest nec hypothecam, nec aliud onus imponere, sed tenetur rem emptam liberè, prout liberè emit, tradere personæ nominatæ.*
4 *Retrotractio non fit ad tempus principij, quando à principio non poterat actus explicari.*
5 *Dominium non acquiritur sine animo.*
6 *Emens pro persona nominanda, postea non nominans, præsumitur voluisse sibi acquirere, quæ præsumptio cessat, vbi postea secuta est nominatio.*
7 *Hypotheca generalis non comprehendit bona, & iura, quæ ex verisimili mente hypothecantis noluit comprehendere sub obligatione generali.*
8 *Hypotheca generalis non comprehendit bona subiecta fideicommisso.*
9 *Resoluto dominio acquisito commutabiliter, & reuocabiliter, resoluitur etiam hypotheca.*
10 *Hoc procedit quando resolutio fit ex causa necessaria, secus si ex causa voluntaria.*
11 *Causa necessaria dicitur, quæ ortum habet ab aliqua præcedente obligatione.*
12 *Fideiussor fideiubendo censetur approbare omnia contenta in contractu, etiam quoad confessiones, & enunciata.*
13 *Contrahens cum aliquo certa qualitate expressa, non potest illam qualitatem negare.*
14 *Causa vt dicatur necessaria, sufficit quòd non possit sine incommoditate omitti.*
15 *Fideiussor accedens contractui venditionis censetur remittere omne ius sibi in dicta re alienata competens.*

DECISIO CCXXVII.

PRoposui dubium, an mandatum Aud. Cam. sit exequendum, quod licèt 23. Februarij anni 1604. fuerit affirmatiuè resolutum, quia tamen Illustrissimus D. Lotharius resolutionem nouis fundamentis in dubium reuocauit, placuit Rotæ illum iteratò audire. Præcipuum autem fundamentum fuit, quia Rauenna sub die 23. Martij 1591. & sic ante nominationem per eum factam, promiserat ex pretio dicti census inuestire scuta 14. mil. pro maiori cautione fideiussorum census, & scuta 16. mil. conuertere in extinctionem æris alieni Vrsinorum cum reportatione cessionum ad fauorem eorumdem fideiussorum, & pro rata scutorum 11. mil. censum extinguere, quam promissionem fecit Rauenna cum solita obligatione, & hypotheca omnium bonorum, iurium, & actionum, sub qua obligatione dicebat D. Lotharius comprehendi censum, de quo
1 agitur, & probabat ex † eo, quòd cùm Rauenna emisset
ipsum pro personis nominandis, ante nominationem factam census fuit in eius dominio, *l. secundum responsum. Cod. de contr. & committ. stipul.* Alex. *consil.* 232. *sub num. 3. lib.* 6. & nominatio subsecuta non sustulit, nec præiudicauit dictæ hypothecæ medio tempore quæsitæ, vt per Alexandr. *ibi num. 6. & 7.* Nec in præiudicium iuris quæsiti ex dicta hypotheca potest nominatio retrotrahi ad tempus contractus, quia conditio nominationis erat voluntaria Rauennæ, cùm posset
nominare, & non nominare, † & in voluntariis non 2
fit retrotractio in præiudicium eius, cui medio tempore fuit ius quæsitum, *l. potior. & l. qui balneum. vers. amplius. ff. qui potiores in pign. hab.* tradit Alex. *vbi supra*; potest igitur D. Lotharius, & confideiussores retinere census pro obseruatione præmissorum: Istud fundamentum fecit magnam difficultatem Dominis, ita vt in pluribus positionibus non potuerit haberi resolutio. Tandem die 2. Decembris Domini vnanimi sententia persistentes in decisis iterum concluserunt
mandatum esse exequendum, [a] & placuerunt rationes a
allegatæ † per Surd. *decis.* 182. *numer.* 16. *& seqq.* quibus 3
adductis Senatus Mantuanus statuit huiusmodi hypothecam non afficere personam nominatam, quibus adstipulantur tradita per Dec. *cons.* 143. qui multis argumentis concludit illum, qui emit pro persona nominanda, non posse rei emptæ post emptionem noua onera, & nouas conditiones apponere, sed teneri eam liberam, prout emit, præstare, concordant alij per informantes adducti. Non obstat *cons.* Alex. 232. quia non est mirum, si in casu suo nō fit retrotractio, cùm, vt dicit *numero* 6. persona nominanda tempore contractus esset
forensis, & incapax acquisitionis, & † retrotractio non 4
fiat ad tempus principij, quando à principio non poterat actus explicari, ad text. in *l. obseruare. §. fin. ff. de off. procons.* Non obstat, quod dicitur: non fieri retrotractionem; cùm simus in voluntariis, quia fuerunt datæ plures responsiones. Primò enim fuit dictum censum istum non posse cadere sub hypotheca, quia non fuit in bonis ipsius Rauennæ, cuius intentio fuit omnino aliena ab acquisitione dominij, vt patet ex eo, quod ipse promisit se soluturum census ad fauorem nominandorum, & ad eorum fauorem se obligauit, & promisit facere cædulam pro solutione fructuum, quæ
repugnant, & aduersantur acquisitioni census, † & 5
clarum est, quòd sine animo suo non potuit illi acquiri dominium. Et *l. secundum responsum. Cod. de contr. &*
*committ. stipulat.* † fundatur in præsumpta mente stipu- 6
lantis, quòd non facta nominatione voluerit sibi acquirere, Bal. *in l. 1. in princ. ff. de pact.* Alex. *in l. stipulatio §. si quis ita. in 1. not.* & ibi etiam Ias. *num. 2. ff. de verb. oblig.* vnde non habebit locum cessante dicta præsumptione, & vbi apparet de animo non acquirendi. Secundò vbi etiam fuisset translatum dominium census
in Rauennam, † ille tamen non veniret sub hypothe- 7
ca generali attenta verisimili mente ipsius Rauennæ, b
quæ ad istum effectum attendi solet, [b] *l. obligatione generali. iunctis ll. seqq. ff. de pignor. l. qui peculij. ff. de pecul.* distat enim longè à verisimili, quòd voluerit obligare dominium istud modico tempore in ipso permansurum, & quòd in se ipso suscipit ad effectum tantùm transferendi, prout transtulit in personas nominandas in tàm graue præiudicium, & deceptionem persona-
rum nominandarum: Facit, † quòd in obligatione ge- 8
nerali non veniunt bona subiecta restitutioni, Gabriel. qui alios refert *de regul. iur. conclusion. 12. numer.* 27. Tertiò, quando fuisset dominium census translatum in Rauennam, & fuisset comprehensum sub hypotheca,
† cùm dominium fuisset acquisitum commutabiliter, &
reuocabiliter, resoluto dominio per nominationem, 9
fuit pariter resoluta hypotheca, Dec. 238. *sub num. 4. vers. quintò quæritur.* Rub. Alexand. *cons. 90. post num. 5.*
*vers. facit etiam pro ista opinione.* [c] † Non obstat, quòd 10
hoc procedit, quando resolutio fit ex causa necessaria, secus si ex causa voluntaria, Bar. *in l. in diem. numer. 2. & 3. ff. de aqua pluu. arc.* Castr. *in l. in contendendo. numer. 4. eod. tit.* latè Tiraq. *de retract. conuen. §. 3. glos. 1. numer. 10. & seq.* [d] quia respondetur dici ad istum effe- d
ctum † causam necessariam, quæ ortum habuit ab ali- 11
qua præcedente obligatione, Dyn. *cons. 3.* Rip. *in l. priuilegia sub n. 41. ff. de priuil. cred.* Asin *de exec. §. 7. c. 32.* Hic



autem

autem aderat conuentio de emendo satis bene deducta per informantes, & est multùm verisimilis ex eo, quòd emptio facta fuit de pecuniis personarum nominandarum, quod satis iustificatur per informantes licèt non egeat iustificatione, quia cùm exprimatur in contractu emptionis D. Lotharius fideiussor non potest id contro-
12 uertere, † quia fideiubendo censetur approbasse omnia contenta in contractu, *l. de exceptione. C. de euict.* Fulgosius *consil. 61. col. 3. vers. ipso autem fideiuss.* Tiraq. qui alios congerit *de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 273.* fuit latè deductum in vna Romana extinctionis census 15. Iunij
e 1584. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, [e] in qua fuit dictum hoc procedere etiam quoad confessiones, &
13 enunciata, † facit, quòd contrahens cum aliquo certa qualitate expressa, non potest illam negare, latè Surd. *decis. 104. num. 5. & seqq.* & sufficere videtur, quòd census emptus sit de pecuniis alienis ad effectum, vt nominatio diceretur necessaria, etiam quòd nō præcessisset aliqua obligatio, quia si Rauenna volebat retinere pro se censum, habebat necesse restituere pecunias alienas, quod non potest negari, quin attulisset incommodita-
14 tem Rauennæ, † & ad effectum, vt causa dicatur necessaria, sufficit, quòd non posset sine incommoditate omitti, Bar. *in l. 1. ff. qui pot. in pign. hab.* Crot. *in l. si is qui pro emptore. sub numer. 137. vers. quintò fallit. ff. de vsucapion.* Quartò omnis amaritudo cessat attéta fideiussione præstita per D. Lothariũ, & alios, qui fideiubentes Rauennæ stipulanti censum pro personis nominandis, videntur consensisse, quòd dominium in ipsos nominãdos transferretur ex natura contractus, cui fideiubendo cen-
15 seantur consensisse, Tiraq. *vbi supra*, † quo consensu stante nullam potuerunt in præiudicium nominandorum acquirere hypothecam, imò si per prius habuissent, amisissent. *l. 4. §. in venditione, & l. sicut. §. si voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. l. creditor. ff. de reg. iur.* Bar. *in l. qua dotis n. 17. ff. sol. mat.* Præterea cùm fideiuberent, & se obligarent soluere personis nominandis fructus census etiam obligatione Camerali, non possunt aliqua exceptione euitare solutionem, nec super censu ipso aliquam controuersiam inferre obstante doli mali exceptione. *l. exceptione. C. de euict.*

### *ANNOTATIO.*

a vide latè supra annotationem *ad decisionem 157.*

b circa quod est videndus latè Manric. *de caut. lib. 11. tit. 4. num. 14. & seq.* qui ad plura infert.

c Bar. *in l. in diem numer. 2. vers. aut res reuenitur ff. de aqua plu.* Dec. *cons. 88. num 3. vers. & specialiter.* Gabr. *cons. 76. lib. 1.* Seraph. *decis. 1290. num. 12. in fin. & 13.*

d Surd. *decis. 286. num. 3.* Rosen. *de feud. cap. 9. concl. 11. num. 9.* & ibi glosa in litera K, Seraph. *decis 769.*

e Decian. *cons. 15. num. 21. lib. 1.* Surd. *consil. 15. num. 20.* Rota *decis. 797. num. 2. part. 1. diuers. & in recent. decis. 362. num. 4. part. 1.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmeñ. Status.

*Veneris 2. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Vita, & mors, quæ impediunt matrimonium, probari debent ab allegante.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vita, & mors probanda est ab eo, qui in ea se fundat.*
2 *Reus in exceptionibus dicitur actor, & suam exceptionem probare tenetur.*
3 *Matrimonij impedimentum probandum est ab eo, qui allegat.*
4 *Vitam non sufficit probare præsumptiuè ex generali illa præsumptione continuationis vitæ vsque ad centum annos.*
5 *Et tantò magis, quando deducitur ad effectum obiecti.*
6 *Exceptio est actionis exclusio.*
7 *Actor non tenetur probare non existentiam exceptionis, & latè num. 8.*

## DECISIO CCXXVIII.

PRoposui dubium in Rota, an DD. Palauicini teneantur probare mortem Ioan. Petri primi viri Catherinæ, vel potius DD. de Rangonibus vitam eiusdem, & post plures propositiones Domini venerunt in sententiam Dominos Palauicinos non teneri probare mortem, † quia cùm vita, & mors sit probanda ab 1
eo, qui in hac, vel in illa fundat suam intentionem, Bard. *in l. si quidem. sub num. 1. Cod. solut. matr.* Alex. *cons. 27. n. 7. circa med. lib. 7.* Corn. *cons. 119. numer. 2. lib. 1.* Intentio Palauicinorum, qui auctores sunt, non fundatur in morte Ioan. Petri, sed in matrimonio, & quidem non contrahendo, sed contracto inter Bernardinum, & Catherinam; vnde satis illis fuit probare matrimonium, de quo fuit iam resolutum in Rota, constare saltem de facto, quam resolutionem in disputatione præ-
sentis dubij præsupponendam Domini dixerunt; † si 2
autem Domini de Rangonibus obiiciunt vitam Domini Ioann. Petri tempore secundi matrimonij, habent probare hanc exceptionem, cùm in ea sint actores, *l. 1. ff. de except.* Abb. *in c. præsentium. num. 2. circa medium, vers. alias opiniones. de testim.* Corn. *consil. 227. numer. 7. lib. 3.* tantò magis, quia hoc est allegare impedimentum ma-
trimonij, † cuius probatio illi incumbit, qui impedit 3
matrimonium, *c. de illo. de eo, qui cognou. consang. vx. suæ. c. dominus. de secund. nupt. c. cùm per bellicam. 34. quæst. 2.*
† Nec sufficit præsumptio illa vitæ vsque ad centum 4
annos, Put. *decis. 85. sub num. 1. lib. 1.* Crescen. *decis. 2. de* a
*except.* Achil. *decis. 1. de prob.* [a] præsertim cùm sapiat obiectum, qui debet clarè, præcisè, & benè probari, vt per Cresc. *dicta decis.* Si verò Domini de Rangonibus, vt pro eorum parte fertur, non obiiciunt de vita Ioann.
Petri, † tantò minus à Dominis Palauicinis est proban- 5
da mors, quando de vita non opponitur, nec est bona consequentia; si Ioan. Petrus viuebat, matrimonium legitimum non poterat cadere in Bernardinum, & Catherinam, *cap. gaudemus. de diuor. cum similibus*; ergo incumbit onus Palauicinis probandi eum non fuisse viuum, quia licèt vita probata destrueret intentionem Palauicinorum, tamen cùm non fundetur in negatiua
vitæ, non tenetur illam probare, † alioquin cùm ex- 6
ceptio sit actionis exclusio, *l. 2. ff. de except.* † omnis actor 7
deberet probare non existentiam exceptionum, [b] & b
omnis, qui se fundat in matrimonio, haberet probare, quòd in eo cessarent omnia impedimenta, & pro hoc benè faciunt deducta in Toletana pensionis coram Domino meo Iusto.

### *ANNOTATIO.*

a Rota *decis. 102. numer. 6. part. 1. diuers. & decis. 862. circa medium lib. 3. part. 3. diuers.* Seraph. *decis. 1171. num. 2.*

b Actori sufficit fundare suam intentionem, & non tene- 8
tur deducere, nec probare illud, quod est de exceptione rei, vt optimè pluribus comprobans, tradit Bellam. *decision. 76. numer. 2. 3. & 4.* Seraphin. *decision. 1484. numer. 25. & decis. 1497. n. 4.* & dixit Rota in Toletana Parochialis coram Corduba impressa penes Garz. *de benef. part. 9. cap. 2 num. 342.* & hoc procedit etiam in materia obiectiua, benè Oldrad. *cons. 229 sub numer. 3.* vbi dicit sufficere accusatori probare homicidium, & non tenetur probare, quòd fuerit commissum non ad defensionem, & fuit dictum in Vrgellens. canonicatus 19. Ianuarij 1594. coram Cardinali Blanchetto.

Hoc autem limitatur in vno casu, quando scilicet, impetrãs in gratia narrauit illud, quod est de intentione, & exceptione rei, tunc enim ex vi narratiuæ tenetur illud probare, nam impetrans ita narrando suo se ligone percussit, ita dixit Rota coram Sanctissimo *infra decis.* 242. & vide quòd ibi dixi.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispaleñ. Matrimonij.

*Veneris 9. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Causa, quando est commissa appellatione remota, nihil refert habere, vel non habere sententiam pro se, nec quod illa sit valida, vel inualida.*

2 *Matrimonialis causa indiget celeri expeditione.*

### DECISIO CCXXIX.

DOMINI dixerũt esse locũ arbitrio ad effectum vt ad vlteriora procedatur, & ad discussionem negocij
principalis; propterea noluerũt attẽdere prætensas ob-
1 iectas nullitates, † quia cùm causa sit commissa appella-
tione remota, & vnica sententia terminanda, parùm re-
fert, an D. Lucretia habeat, vel non habeat sententiam
pro se, & si sit valida, vel inualida. Idem statuerunt quo-
ad attentata, tùm quia visa sunt satis turbida, tùm,
2 quia in omnem euentum respiciunt alimenta, † &
agitur causa matrimonialis, quæ indiget celeri expedi-
tione.

---

## Aquinateñ. Beneficii.

*Veneris 9. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Testes sunt ad concordiã reducendi, & quando reduci non possunt, quæ nam depositio sit attendenda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Depositio vnius testis alium non destruit, si possunt aliqua via ad concordiam reduci.*
*Et omnibus modis est testis adinuicem concordandus, & num. 9.*

2 *Depositio vltima attenditur quando prima potest cum ea compati.*

3 *In maiori inest minor.*

4 *Testis non dicitur varius, quando vtraque testificatio concludit intentionem inducentis.*

5 *Depositiones vbi sunt contrariæ, & ad concordiam reduci non possunt, est attendenda posterior, quando pro ea sunt maiores coniecturæ, & verisimilitudines.*
*Regulariter tamen magis est attendenda prima, quam secunda posterior, & n. 10.*

6 *Testes, qui se subiecerunt oculis Iudicis, magis probant.*

7 *Aetas est vnum ex requisitis necessariis ad probandum immemorabilem.*

8 *Depositio posterior solemnis, & iudicialis potius est attendenda, quàm prior minus solemnis, & extraiudicialis.*

9 *Limita non procedere, si prima extraiudicialis esset iurata, quia tunc neutri est standum, & numero 11.*

*Decisiones Papales.*

### DECISIO CCXXX.

FVit vltimo loco in hac causa resolutum testes examinatos pro parte Archipresbyteri, & Cleri S. Petri
de Arce in eorum dicto concludere immemorabilem,
& reseruatum videre, an obstent exceptiones. Propter-
ea dubitaui an dicti testes patiantur tales exceptiones in
persona, vel in depositione, propter quas veniant reiici-
endi, & quia inter alias exceptiones Rainerius multùm
insistebat circa ætatem, quam dicebat studiose, & falso
expositam à testibus maiorem, quam re vera esset, idque
cõuinci ex aliis depositionibus eorumdẽ testium, Do-
mini super hac exceptione insistentes reseruata discus-
sione aliarum in aliam positionem, censuerunt illam nõ
obstare his potissimum rationibus adducti; † Primò, 1
quia vna depositio aliam non destruit, si possunt prout
etiam debent aliqua via ad concordiam reduci. Ant. de
Butr. *in c. tu. num. 4. vers. & aduerte, quòd hac concordia*, &
ibi Abb. *num. 4. vers. Iste dic.* Fel. *in c. concl. de testib.* Alex.
*cons.* 190. *num.* 1. *lib.* 7. Cæs. de Grass. *decis.* 4. *eod. tit.* fuit di-
ctum in vna Toletana parochialis 16. Decembris 1591.
corã R. P. D. Decano, † & vltima depositio etiam atten- 2
ditur, quando prima potest cum ea compati, ad cumu-
lata per Gabr. *de criminal. concl.* 10. *num.* 28. Hic autem
benè concordari possunt, & se inuicem compatiuntur,
† cùm in maiori ætate insit minor, & qui 70. annos na- 3
tus est vtique possit affirmari, se esse in ætate 50. anno-
rum constitutum, *l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig. l. 3.
vers. si quia plus. ff. de adim. leg. l. qui concubinam §. 1. ff. de
leg.* 3. eò magis, quia in aliquibus vtraque ætas enuncia-
ta sufficit ad probandam immemorabilem. † Et non di- 4
citur testis varius, quando vtraque testificatio concludit
intentionem inducentis, Alex. post Gem. quem allegat
*in l. Gallus §. si eius. num. 4. circa med. vers. per hoc benè facit.
ff. de lib. & post.* † Secundò, quia vbi etiam adesset diuer- 5
sitas, quæ conciliari non posset, esset potius attendenda
depositio facta in Rota, licèt posterior, [a] cùm pro ea sint a
maiores coniecturæ, & verisimilitudines, *c. literas*, vbi
Bald. & Abb. *de præs.* Alex. *cons.* 127. *nu.* 7. *lib.* 7. Tancred.
*in tract. de testib. lib.* 1 *cap.* 2. *vers. dudum, & cap.* 14. *num.* 1.
Coadiuuatur enim hæc depositio ex numeratione fo-
culariorum facta per Regiã Cameram, Gram. *decis.* 48. *in
fin.* † & ex aspectu, quia testes se subiecerunt oculis Do- 6
minorum, *l. minor 25. annis aduto præside ff. de minor.* Bar.
*in l. de ætate in 3. quæst. ff. eod. & in l. 1. numer. 6. vers. nota,
quòd sicut. C. de Mendic. valid. lib.* 11. concurrunt etiam
alia adminicula relata per informantes. Accedit, quòd
in alijs depositionibus fuit obiter dictum, & ætas fuit
perfunctoriè enunciata, & in aliquibus dubitatiuè, &
cum dictione *in circa* cùm super ea non esset vis: in hac
autem fuit appensatè, & deliberatè ætas relata, † cùm 7
sit necessaria, & de requisitis ad probandam immemo-
rabilem, iuxta Glos. *in c. 1. de præscript. in 6.* † Tertiò hæc 8
depositio est solemnis, & iudicialis, & ob id potius est
attendenda, quàm prior extraiudicialis, & minus solem-
nis, Bald. *in l. nullum numer. 3. C. de test.* Rom. *cons.* 505.
*sub numer.* 1. Salyc. *in l. si quis Decurio. numer. 6. C. de
fals.* Alex. *qui de comm. consil.* 74. *numer.* 8. *lib.* 1. [b] ex b
quibus, & aliis per informantes latiùs deductis fuit re-
solutum, exceptionem variationis super ætate non
obstare; vltra quod non omnibus testibus applica-
tur.

### *ANNOTATIO.*

a Et † quòd testis vnicus omnibus modis sit concordandus, 9
vt varietas, & contrarietas euitetur, latissimè Farinac.
plures cumulãs *de testibus quæst. 66. num. 1. & seq.* vbi ponit
plures ampliationes, & limitationes & inter alia limitat
conclusionem, vt procedat solùm ad effectum euitandi
falsum, non autem ad effectum, vt probet.

autem aderat conuentio de emendo satis bene deducta
per informantes, & est multùm verisimilis ex eo, quòd
emptio facta fuit de pecuniis personarum nominanda-
rum, quod satis iustificatur per informantes licèt non
egeat iustificatione, quia cùm exprimatur in contractu
emptionis D. Lotharius fideiussor non potest id contro-
12 uertere, † quia fideiubendo censetur approbasse omnia
contenta in contractu, *l. de exceptione. C. de euict.* Fulgo-
sius *consil. 61. col. 3. vers. ipse autem fideiuss.* Tiraq. qui alios
congerit *de retract. lignag. §. 1. glos. 9. n. 273.* fuit latè dedu-
ctum in vna Romana extinctionis census 15. Iunij
c 1584. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, [c] in qua
fuit dictum hoc procedere etiam quoad confessiones, &
13 enunciata, † facit, quòd contrahens cum aliquo certa
qualitate expressa, non potest illam negare, latè Surd.
*decis. 104. num. 5. & seqq.* & sufficere videtur, quòd cen-
sus emptus sit de pecuniis alienis ad effectum, vt no-
minatio diceretur necessaria, etiam quòd nõ præcessisset
aliqua obligatio, quia si Rauenna volebat retinere pro
se censum, habebat necesse restituere pecunias alienas,
quod non potest negari, quin attulisset incommodita-
14 tem Rauennæ, † & ad effectum, vt causa dicatur neces-
saria, sufficit, quòd non posset sine incommoditate omit-
ti, Bar. *in l. 1. ff. qui pot. in pign. hab.* Crot. *in l. si is qui pro
emptore. sub numer. 137. vers. quintò fallit. ff. de vsucapion.*
Quartò omnis amaritudo cessat attẽta fideiussione præ-
stita per D. Lothariũ, & alios, qui fideiubentes Rauennæ
stipulanti censum pro personis nominandis, videntur
consensisse, quòd dominium in ipsos nominãdos trans-
ferretur ex natura contractus, cui fideiubendo cen-
15 seantur consensisse, Tiraq. *vbi supra*, † quo consensu
stante nullam potuerunt in præiudicium nominando-
rum acquirere hypothecam, imò si per prius habuissent,
amisissent. *l. 4. §. in venditione, & l. sicut §. si voluntate ff.
quib. mod. pign. vel hypot. sol. l. creditor. ff. de reg. iur.* Bar. *in
l. qua dotis n. 17. ff. sol. mat.* Præterea cùm fideiuberent, &
se obligarent soluere personis nominandis fructus
census etiam obligatione Camerali, non possunt aliqua
exceptione euitare solutionem, nec super censu ipso
aliquam controuersiam inferre obstante doli mali ex-
ceptione. *l. exceptione. C. de euict.*

### *ANNOTATIO.*

a vide latè supra aonotationem *ad decisionem 157.*

b circa quod est videndus latè Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 4. num. 14. & seq.* qui ad plura infert.

c Bar. *in l. in diem numer. 2. vers. aut res reuenditur ff. de aqua plu.* Dec. *con l. 88. num 3. vers. & specialiter.* Gabr. *cons. 76. lib. 1.* Seraph. *decis. 1290. num. 12. in fin. & 13.*

d Surd. *decis. 286. num. 3.* Rosen. *de feud. cap. 9. concl. 11. num. 9.* & ibi glosa in litera K, Seraph. *decis 789.*

e Decian. *cons. 15. num. 21. lib. 1.* Surd. *consil. 15. num. 20.* Rota *decis 797. num. 2 part. 1. diuers. & in recent. decis. 362. num. 4. part. 1.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmeñ. Status.

*Veneris 2. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Vita, & mors, quæ impediunt matrimonium, probari debent ab allegante.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vita, & mors probanda est ab eo, qui in ea se fundat.*

2 *Reus in exceptionibus dicitur actor, & suam exceptionem probare tenetur.*

3 *Matrimonij impedimentum probandum est ab eo, qui allegat.*

4 *Vitam non sufficit probare præsumptiuè ex generali illa præsumptione continuationis vitæ vsque ad centum annos.*

5 *Et tantò magis, quando deducitur ad effectum obiecti.*

6 *Exceptio est actionis exclusio.*

7 *Actor non tenetur probare non existentiam exceptionis, & ibi num. 8.*

## DECISIO CCXXVIII.

PRoposui dubium in Rota, an DD. Palauicini te-
neantur probare mortem Ioan. Petri primi viri Ca-
therinæ, vel potius D D. de Rangonibus vitam eius-
dem, & post plures propositiones Domini venerunt
in sententiam Dominos Palauicinos non teneri proba-
re mortem, † quia cùm vita, & mors sit probanda ab 1
eo, qui in hac, vel in illa fundat suam intentionem,
Bard. *in l. si quidem. sub num. 1. Cod. solut. matr.* Alex. *cons.
27. n. 7. circa med. lib. 7.* Corn. *cons. 119. numer. 2. lib. 1.* In-
tentio Palauicinorum, qui auctores sunt, non funda-
tur in morte Ioan. Petri, sed in matrimonio, & quidem
non contrahendo, sed contracto inter Bernardinum,
& Catherinam; vnde satis illis fuit probare matrimo-
nium, de quo fuit iam resolutum in Rota, constare sal-
tem de facto, quam resolutionem in disputatione præ-
sentis dubij præsupponendam Domini dixerunt; † si 2
autem Domini de Rangonibus obiiciunt vitam Domini
Ioann. Petri tempore secundi matrimonij, habent pro-
bare hanc exceptionem, cùm in ea sint actores, *l. 1. ff.
de except.* Abb. *in c. præsentium. num. 2. circa medium, vers.
alias opiniones. de testim.* Corn. *consil. 227. numer. 7. lib. 3.*
tantò magis, quia hoc est allegare impedimentum ma-
trimonij, † cuius probatio illi incumbit, qui impedit 3
matrimonium, *c. de illo. de eo, qui cognou. consang. vx. sua.
c. dominus. de secund. nupt. c. cum per bellicam. 34 quæst. 2.*
† Nec sufficit præsumptio illa vitæ vsque ad centum 4
annos, Pur. *decis. 85. sub num. 1. lib. 1.* Crescen. *decis. 2. de a
excep.* Achil. *decis. 1. de prob.* [a] præsertim cùm sapiat ob-
iectum, qui debet clarè, præcisè, & benè probari, vt per
Cresc. *dicta decis.* Si verò Domini de Rangonibus, vt
pro eorum parte fertur, non obiiciunt de vita Ioann.
Petri, † tantò minus à Dominis Palauicinis est proban- 5
da mors, quando de vita non opponitur, nec est bo-
na consequentia; si Ioan. Petrus viuebat, matrimonium
legitimum non poterat cadere in Bernardinum, & Ca-
therinam, *cap. gaudemus. de diuor. cum similibus*; ergo in-
cumbit onus Palauicinis probandi eum non fuisse
viuum, quia licèt vita probata destrueret intentionem
Palauicinorum, tamen cùm non fundetur in negatiua
vitæ, non tenetur illam probare, † alioquin cùm ex- 5
ceptio sit actionis exclusio, *l. 2. ff. de except.* † omnis actor 7
deberet probare non existentiam exceptionum, [b] & b
omnis, qui se fundat in matrimonio, haberet probare,
quòd in eo cessarent omnia impedimenta, & pro hoc
benè faciunt deducta in Toletana pensionis coram Do-
mino meo Iusto.

### *ANNOTATIO.*

a Rota *decis. 102. numer. 6. part. 1. diuers. & decis. 862. circa medium lib. 3. part. 3. diuers.* Seraph. *decis. 1171. num. 2.*

b Actori sufficit fundare suam intentionem, & non tenetur deducere, nec probare illud, quod est de exceptione rei, vt optimè pluribus comprobans, tradit Bellam. *decision. 76. numer. 2. 3. & 4.* Seraphin. *decision. 1484. numer. 15. & decis. 1497. n. 4.* & dixit Rota in Toletana Parochialis coram Corduba impressa penes Garz. *de benef. part. 9. cap. 2 num. 342.* & hoc procedit etiam in materia obiectiua, benè Oldrad. *cons. 229. sub numer. 3.* vbi dicit sufficere accusatori probare homicidium, & non tenetur probare, quòd fuerit commissum non ad defensionem, & fuit dictum in Vrgellens. canonicatus 19. Ianuarij 1594. coram Cardinali Blanchetto.

Hoc

Hoe autem limitatur in vno casu, quando scilicet, impetrãs in gratia narrauit illud, quod est de intentione, & exceptione rei, tunc enim ex vi narratiuæ tenetur illud probare, nam impetrans ita narrando suo se ligone percussit, ita dixit Rota coram Sanctissimo *infra decis.* 242. & vide quòd ibi dixi.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispaleñ. Matrimonij.

*Veneris 9. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Causa, quando est commissa appellatione remota, nihil refert habere, vel non habere sententiam pro se, nec quod illa sit valida, vel inualida.*

2 *Matrimonialis causa indiget celeri expeditione.*

### DECISIO CCXXIX.

DOMINI dixerũt esse locũ arbitrio ad effectum vt
ad vlteriora procedatur, &ad discussionem negocij
principalis; propterea noluerũt attẽdere prætensas ob-
1 iectas nullitates, † quia cùm causa sit commissa appella-
tione remota, & vnica sententia terminanda, parùm re-
fert, si D. Lucretia habeat, vel non habeat sententiam
pro se, & si sit valida, vel inualida. Idem statuerunt quo-
ad attentata, tùm quia visa sunt satis turbida, tùm,
2 quia in omnem euentum respiciunt alimenta, † &
agitur causa matrimonialis, quæ indiget celeri expedi-
tione.

---

## Aquinateñ. Beneficii.

*Veneris 9. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Testes sunt ad concordiã reducendi, & quando reduci non possunt, quæ nam depositio sit attendenda.

### SVMMARIVM.

1 *Depositio vnius testis alium non destruit, si possunt aliqua via ad concordiam reduci.*
*Et omnibus modis est testis adinuicem concordandus, & num. 9.*

2 *Depositio vltima attenditur quando prima potest cum ea compati.*

3 *In maiori inest minor.*

4 *Testis non dicitur varius, quando vtraque testificatio concludit intentionem inducentis.*

5 *Depositiones vbi sunt contrariæ, & ad concordiam reduci non possunt, est attendenda posterior, quando pro ea sunt maiores coniecturæ, & verisimilitudines.*
*Regulariter tamen magis est attendenda prima, quam secunda posterior, & n. 10.*

6 *Testes, qui se subiecerunt oculis Iudicis, magis probant.*

7 *Aetas est vnum ex requisitis necessariis ad probandum immemorabilem.*

8 *Depositio posterior solemnis, & iudicialis potius est attendenda, quàm prior minus solemnis, & extraiudicialis.*

9 *Limita non procedere, si prima extraiudicialis esset iurata, quia tunc neutri est standum, & numero 11.*

*Decisiones Papales.*

### DECISIO CCXXX.

FVit vltimo loco in hac causa resolutum testes exa-
minatos pro parte Archipresbyteri, & Cleri S. Petri
de Arce in eorum dicto concludere immemorabilem,
& reseruatum videre, an obstent exceptiones. Proptet-
ea dubitaui an dicti testes patiantur tales exceptiones in
persona, vel in depositione, propter qoas veniant reiici-
endi, & quia inter alias exceptiones Rainerius multùm
insistebat circa ætatem, quam dicebat studiose, & falso
expositam à testibus maiorem, quam re vera esset, idque
cõuinci ex aliis depositionibus eorumdẽ testium, Do-
mioi super hac exceptione iosistentes reseruata discus-
sione aliarum in aliam positionem, censuerunt illam nõ
obstare his potissimum rationibus adducti; † Primò, 1
quia vna depositio aliam oon destruit, si possunt prout
etiam debent aliqua via ad concordiam reduci. Ant. de
Butr. *in c. tu. num. 4. vers. & aduerte, quòd hac concordia*, &
ibi Abb. *num. 4. vers. Iste dic.* Fel. *in 1. concl. de testib.* Alex.
*cons.* 190. *num. 1. lib. 7.* Cæs. de Grass. *decis. 4. eod. tit.* fuit di-
ctum in vna Toletana parochialis 16. Decembris 1591.
corã R.P.D. Decano, † & vltima depositio etiam atten- 2
ditur, quando prima potest cum ea compati, ad cumo-
lata per Gabr. *de criminal. concl.* 10. *num.* 28. Hic autem
benè concordari possunt, & se inuicem compatiuntur,
† cùm in maiori ætate insit minor, & qui 70. annos na- 3
tus est vtique possit affirmari, se esse in ætate 50. anno-
rum constitutum, *l. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig. l. 3.
vers. si quia plus ff. de adim. leg. l. qui concubinam §. 1. ff. de
leg. 3.* cò magis, quia in aliquibus vtraque ætas enuncia-
ta sufficit ad probandam immemorabilem. † Et non di- 4
citur testis varius, quando vtraque testificatio concludit
intentionem induceotis, Alex. post Gem. quem allegat
*in l. Gallus §. si eius. num. 4. circa med. vers. per hoc benè facit.
ff. de lib. & post.* † Secundò, quia vbi etiam adesset diuer- 5
sitas, quæ conciliari non posset, esset potius attendenda
depositio facta in Rota, licèt posterior,[a] cùm pro ea sint a
maiores coniecturæ, & verisimilitudines, *c. literas*, vbi
Bald. & Abb *de præs.* Alex. *cons.* 127. *nu 7. lib. 7.* Tancred.
*in tract. de testib. lib. 1. cap. 2. vers. dudum, & cap. 14. num. 1.*
Coadiuuatur enim hæc depositio ex nomeratiooe fo-
culariorum facta per Regiã Cameram, Gram. *decis.* 48. *in
fin.* † & ex aspectu, quia testes se subiecerunt oculis Do- 6
minorum, *l. minor 25. annis aduo præside ff. de minor.* Bar.
*in l. de ætate in 3. quæst. ff. eod. & in l. 1. numer. 6. vers. nota,
quòd sicut. C. de Mendic. valid. lib. 11.* concurrunt etiam
alia adminicula relata per informantes. Accedit, quòd
in alijs depositionibus fuit obiter dictum, & ætas fuit
perfunctoriè enunciata, & in aliquibus dubitatiuè, &
cum dictione *in circa* cùm super ea non esset vis: in hac
autem fuit appensatè, & deliberatè ætas relata, † cùm 7
sit necessaria, & de requisitis ad probandam immemo-
rabilem, iuxta Glos. *in c. 1. de præscript. in 6.* † Tertiò hæc 8
depositio est solemnis, & iudicialis, & ob id potius est
attendenda, quàm prior extraiudicialis, & minus solem-
nis, Bald. *in l. nullum numer. 3. C. de test.* Rom. *cons.* 505.
*sub numer.* 1. Salyc. *in l. si quis Decurio. numer. 6. C. de
fals.* Alex. *qui de comm. consil.* 74. *numer. 8. lib. 1.* [b] ex b
quibus, & aliis per informantes latiùs deductis fuit re-
solutum, exceptionem variationis super ætate non
obstare; vltra quod noo omnibus testibus applica-
tur.

### ANNOTATIO.

a Et † quòd testis vnicus omnibus modis sit concordandus, 9
vt varietas, & contrarietas euitetur, latissimè Farinac.
plures cumulãs *de testibus quæst. 66. num. 1. & seq.* vbi ponit
plures ampliationes, & limitationes & inter alia limitat
conclusionem, vt procedat solùm ad effectum euitandi
falsum, non autem ad effectum, vt probet.

10 b Regulariter † magis est standum primæ depositioni, quàm secundæ eiusdem testis, Cæsar de Graff. *decis. 8. n. 1. de testibus.* Rota *decis. 346. numer. 2. par. 1. diuers. & in recent. decis. 415. sub numer. 2 par. 1.* infinitos cumulat Farinac. *de testibus quæst. 66. numer. 124. & seq.* vbi sub *numer. 127.* testatur de magis vera, & magis communi, quam tamen opinionem multipliciter limitat, & præsertim *num. 151.* quòd non procedat, quando secundum dictum erat magis verisimile, tunc enim dicit esse magis attendendum secundum, quàm primum, quòd etiam Rota in hac decisione firmauit.

11 Item non procedit conclusio, † quando prima depositio esset extraiudicialis, & secunda iudicialis, Rolan. *cons. 40. n. 2. & seq. lib. 2.* si tamen prima depositio extraiudicialis esset iurata, tunc non esset standum secundæ iudiciali contrariæ, sed hoc casu neutri esset standum propter periurium, Rolan. *cons. 40. nu. 9. lib. 1.* Honded. *cons. 56. num. 29. lib. 2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Viterbien. liberationis à Molestiis.

*Veneris 16. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Hæc decisio non indiget alio argumento, nec Summario.

### DECISIO CCXXXI.

PRo informáre, quia legitur clara promissio Camilli Bisentij eximendi rem venditam, & liberandi Io. de Bellis emptorem à quacunque molestia, siue iudiciali, siue extraiudiciali, clara est etiam fideiussio Valerij Scarincij, qui se obligauit, & principalem constituit super omnibus promissis à Camillo cum obligatione Camerali. De molestiis illatis per illos de Bisentijs constat, & apparet etiam de illorum intimatione, & propterea factus est locus obligationi, & promissioni, ita vt veniat relaxandum mandatum; peruersio ordinis in soluendo creditoribus assignatis in instrumento nihil releuat; cùm totum pretium fuisset solutum, & satisfactum sit omnibus creditoribus descriptis in instrumento.

---

## Rauennaten. Census.

*Veneris 16. Decembris 1605.*

### ARGVMENTVM.

Sententia liquidans debitum, & continens complicationem negocij principalis, dicitur continere mixturam, & propterea ab ea admittitur appellatio.

### SVMMARIVM.

1 *Clausula* (sine præiudicio legitimæ executionis) *præseruat executionem iudicis a quo, & latè n. 4.*

2 *Sententia quando liquidat debitum, est appellabilis. Etiamsi aliàs materia esset executiua. & numer. 5.*

3 *Sententia, continens rescissionem transactionis, dicitur continere complicationem negocij principalis, quæ præbet legitimam causam appellandi.*

6. *Sententia an, & quando dicatur continere mixturam, & sub nu. 6.*

### DECISIO CCXXXII.

DVbitaui an sententia Locumtenentis Vicelegati Romandiolæ sit exequenda, intelligendo non de
condemnatione respectu fructuum decursorum vsque
ad diem transactionis, in quibus Signatura rescripsit cū
clausula *sine præiudicio legitime executionis*, † quæ præser- 1
uat executionem iudicis à quo; [a] sed respectu decur- a
sorum à die transactionis citra, circa quos fuit rescriptū
cum clausula *(si quid exequendum)* & Domini dixerunt
non esse locum executioni, quia Iudex pronunciando
fructus esse soluendos iuxta formam instrumenti cen-
sus, non autem secundùm tenorem transactionis ex
duobus fecit sententiam suam appellabilem. † Primò, 2
quia quodammodo liquidauit debitum, quo casu datur
appellatio, [b] Gales. *ad for. cam. in quæst. de liquid. n. 17. cum* b
*numeris seqq.* † Secundò, quia propter rescissionem trā- 3
sactionis sententia continet complicationem negocij •
principalis, quæ præbet causam legitimam appellandi,
Bal. *cons. 141. n. 7. lib. 1.* & sæpiùs tenuit Rota, [c] imò non c
continet solùm complicationem, sed etiam expressam
implicationem, quia quoad fructus decursos vsque ad
diem transactionis condemnat debitores censuum ad
solutionem eorumdem ad rationem octo pro centenario iuxta conuenta in transactione, quò verò ad decursos post transactionem condemnat ad rationem decem pro centenario, vt cantat instrumentum census, cùm tamen in transactione non minus reducantur census futuri, quàm præteriti, & non potest transactio esse vno casu valida, alio non.

### ANNOTATIO.

a Clausula (*sine † præiudicio executionis*) præseruat iurisdictio- 4
nē iudici à quo, ita vt ad vlteriorē executionē procedere valeat, Lancell. *de attent. post inhib. c. 20. limit. 13. numer. 17.* Gonzal. *super reg. 8. in annot. contra nullit. & attent. numero 224.* plenè Marta *in suo clausul. par. 1. claus. 159. num. 9.* Cæsar de Graff. *decis. 3. num. 4. de senten. & re iudic.* Rota *decis. 609. sub num. 1. par. 2. in recent.* Adeò, quòd non obstante inhibitione possit procedere ad executionem sine vitio attentatorum, Lancell. *d. limit. 13. nu. 2.* Gonzal. *loco præallegat. nu. 224.* Cæsar de Graff. *d. decis. 3. in fine*, & fuit dictum in Spoletana attentatorum 5. Iulij 1599. coram Corduba. Benè verum est, quòd solùm censetur præseruata facultas exequendi, quatenus de iure sit locus executioni, aliàs enim dicta executio poterit per viam nullitatis, & attentatorum per iudicem ad quem reuocari, vt dixi *supra ad decis. 91.*

b Quando † decretum continet liquidationem, admittitur 5
appellatio, etiam si aliàs materia esset executiua, Surd. *decis. 27. num. 9.* Laderch. *cons. 15. sub numero 2.* Menoch. *de adipisc. remed. 3. numero 192.* Zacch. *de obligat. Camer. quæst. 37. numero 43.* Gratian. *decis. Marchiæ 212. numero 12.* Hector Felic. *de societ. offic. cap. 31. numero 60.* fuit dictum in Namien. frumenti coram Cardinali Lancellotto impressa penes Marches. *de commiss. tom. 1. fol. 724.* Aduertendum est tamen, quòd non ideò sententia diceretur continere liquidationem ex eo, quia iudex declaret aliquem esse immittendum in possessionem talium, & talium corporum, vt benè considerat Seraphin. *decis. 452. numer. 2. in fine 3. & 4.*

c Ad hoc † vt sententia dicatur continere mixturam est 6
necessaria expressa implicatio causæ respicientis petitorium, aliàs etiam si sententia pernecesse præsupponat canonizationem petitorij, tamen cùm ista sit non explicita, sed implicita complicatio, non diceretur facere mixturā ad effectum appellationis, Seraphin. *decis. 603. n. 1.* Rota *d. 229. n. 4. 5. 6. & decis. 242. & 243. inter impress. penes Pacif. de Saluion. iuxta nouam impressionem*, vbi cons. Bald. 88. *lib. 1.* declaratur procedere, quando expressè in sententia exprimitur causa habens complicationem cū petitorio, & fuit etiam dictum in Firmana Saluiani 11. Iulij 1619. corā R.P.D. Pamphilio, imò est necesse, quòd mixtura sit in parte dispositiua, adeò quòd etiā si in proœmio sententię, vel in alia parte enunciaretur causa respiciens petitoriū illa non faceret mixturā, Rota *decis. 38. par. 4. in recent.* & ideò si principaliter sit actum super possessorio, & incidenter fuerit deducta causa respiciens petitoriū ad effectum possessorii, non dicitur sententia continere mixturā, iuxta consil. Decij 18. sæpè à Rota canonizatū, ita dicit

Rota

Rota *decisione 195. numero 5.* inter impress. per Pacif. de Saluiano iuxta nouam impressionem, Honded. *consilio 86. numero 42. libr. 2.* ex quibus redditur dubia decis. Foroliuien. bonorum 16. Ianuarij 1617. coram R. P. D. Dunozetto, vbi fuit dictum quòd implicita canonizatio pacti resolutiui inducebat mixturam. Plura de hac materia sunt videnda penes Contard. *de momen. in tit. ratione mixtura,* qui illam latè tractat per nouem §. & penes Scacc. *de appellat. quaest. 17. lim. 6. memb. 9.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana locorum Montium.

*Lunæ 16. Ianuary* 1606.

### ARGVMENTVM.

Substituens aliquem in officio loco sui tenetur pro delictis per hunc substitutum perpetratis, nec liberatur exhibendo illum in carceribus, quando aliàs officium erat tale, quod substituens debuisset per seipsum, & non per substitutum exercere, nisi probaretur, personam substitutam fuisse valde integram. Delinquere in officio quando quis dicatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Præponens aliquem in officio, seu loco sui substituens, tenetur pro delictis per illum perpetratis.*

2 *Confirmatio actus nulli non operatur retrotractionem in præiudicium tertij, sed solùm operatur à die confirmationis.*

3 *Exhibens in carceribus substitutum, qui deliquit in officio, liberatur.*

4 *Procedit hoc in officiali publico, qui ratione officij habet personas subordinatas, & solet vti substitutis, secus in alio officiali, qui non poterat, nec debebat exercere per substitutum, sed per seipsum.*

5 *Eligens personam valdè integram pro substituto excusatur, dummodo tamen probetur talis qualitas de tempore electionis.*

6 *Delinquere in officio satis dicitur, qui delinquit contemplatione officij, seu prætextu, calore, vel occasione officij.*

### DECISIO CCXXXIII.

CVm fuerit resolutum coram Reuerendissimo Rhodien. Thomam Vaninum deliquisse in offi-
1 cio; † consequens esse videtur Gallianum, qui illum in dicto officio præposuit, seu loco sui substituit, teneri pro delictis per eum perpetratis, Bar. *in l. 1. §. familia ff. de public.* Fel. qui alios allegat *in capit. Petrus numer. 8. & sequenti de homicid.* & fuit resolutum in pluribus causis relatis in illa Romana pecuniaria 27. Iannarij
a 1597. coram R. P. D. Litta. [a] Non obstat, dùm dicitur delicta fuisse commissa postquam Gallianus vendidit officium ipsi Vanino, quia fuit dictum venditionem esse nullam, cùm Gallianus non haberet facultatem il-
2 lud alienādi, † quia nullitate stante nō potest dici, quòd receperit robur, nisi ex die confirmationis, quæ emanauit 3. Augusti 1601. ita vt non trahatur retrò ad aliud tempus in præiudicium tertij. *capit. dudum*, & ibi not. Abb. *in capite penultim. not. de decim.* Dec. *in capite fin. numer. 57. in tertia conclusione. de constit.* & ante illam diem non fuerat translatum officium in Vaninum, nec abdicatum à Galliano, & propterea irrefragabiliter tenetur Gallianus de gestis à Vanino, vsque in diem il- 3
lam. † Nec etiam obstat, quòd Gallianus illum exhibuerit in carceribus, ita vt ob id videatur liberatus, Bart. 4
& Fel. *vbi supra.* † quia Domini dixerunt id procedere in officialibus publicis, & qui nomine officij habent personas subordinatas, & solent vti substitutis, qualis non fuit Gallianus, cuius persona cùm fuisset spectata, & industria electa, non potuisset seruire, nec debuisset per substitutum, vnde si voluit vti opera alienæ personæ, fuit in culpa, & damnum, quod à sua culpa originem habuit, tenetur resarcire. Neque illum excusat, quòd elegerit personam idoneam solitam exercere, & tempo- 5
re electionis exercuerit similia officia, † quia id habet
locum quando fuisset electa persona valde integra, vt b
dicit Felyn. *in d. capit. Petrus nu. 11.* [b] quæ qualitas non probatur in persona Vanini, & non apparet, quòd exercuerit, nisi de tempore, quo fuit electus à Galliano, aut non multum ante, minus etiam constat qualiter se in ipsis gesserit, & non sufficit, quòd exercuerit dicta officia, nisi doceatur, quòd laudabiliter, & fideliter administrauerit. Accedit, quod, vt dictum est, Gallianus malè fecit, deputando personam pro seruitio, quod ipse præstare tenebatur, propterea talis deputatio debet omninò suo periculo esse facta. Minus etiam facit receptionem
pecuniarum esse quid extra officium † Secretariatus, & 6
Vaninum ad hoc non fuisse deputatum, quia satis dicitur delinquere in officio, qui delinquit contemplatione officij, Bal. & Salyc. *in l. 2. Cod. vbi de ration.* & prætextu, colore, vel occasione officij. vt fuit latè deductum in vna Romana Notariatus 18. Octobris 1583. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino; decisio autem Romana pecuniaria coram R. P. D. Litta non applicatur, quia ibi Notarius in nullo deliquerat in officio, nam instrumenta per ipsum celebrata erant vera, & receptura pecuniarum non fuit facta in officio, nec ortum habuit ab aliquo delicto in officio celebrato, vt in casu isto: propterea D. Montacutus nullas pecunias exbursauit Vanino præter scuta 60. auri ad summam 70. sed tantùm permutauit sua loca montis Ferrarień. in locis montis Sancti Ioannis, quæ per Vaninum fingebantur esse cuiusdam Lucæ, & in hac permutatione Montacutus deceptus fuit ex falsa, & dolosa asseueratione Vanini, quòd Spannochia resignasset d. loca montium, & cùm iam fuerit resolutum, quòd delictum circa resignationes admittendas, & in simulando, & confingendo personas, ad quas loca montium non spectabant, esse delictum in officio, res est omnino manifesta pro Montacuto, & Gallianus ille tenetur ad emendationem damni passi, & sic resolutum.

### *ANNOTATIO.*

a & benè Rota *decisione 379. sub numero 1. part. 4. in recentio rib us.*

b & quod tali casu sit excusatus Seraphin. *decisione 52. numero 1.*

---

## Romana Censuum.

*Lunæ 30. Ianuarij* 1606.

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exceptio requirens altiorem indaginem non debet retardare executionem obligationis Cameralis.*

## DECISIO CCXXXIV.

CVm Dominus Io. Antonius Citarella esset creditor scutorum 5. mil. pro residuo dotis scutorum 13. mil. sibi promissæ à Marchione Montorio, D. Federicus, qui onus soluendi hoc debitum assumpserat, dedit illi insolutum domum quamdam seu palatium æstimatum scutorum 10331 & Dominus Ioan. Antonius pro illo pluri, in quo pretiú, & æstimatio excedebat creditú suum, promisit accollare sibi quosdam census, illosque iuxta certam ratam annuam extinguere, & interim fructus soluere, cuius promissionis occasione fuit conuentus à D. Federico coram Aud. Cam. qui decreuit mandatum pro censibus vsque tunc extinguendis, & pro fructibus decursis, & non solutis, fuit pro parte D. Io. Antonij appellatum, & causa appellationis commissa in Rota, & quia contra mandatum Aud. Cam. inter alia opponebatur, quòd D. Federicus non posset molestare D. Io. Antnnium pro dicta extinctione, & solutione, quia dicebatur D. Lauram, cuius D. Federicus est hæres vnà cum aliis fructibus, ita ordinasse in suo testamento; propterea dubitaui, an D. Federico obstet d. testamentum, & in qua parte, & quoad primam partem dubij fuit resolutum negatinè, quia restatrix mandauit tantùm, quòd in casu restituendæ dotis hæredes deberent recipere Palatium pro pretio scutorum 10700. & restituere D. Io. Antonio quicquid soluisset vsque in diem restitutionis, sed D. Federicus non agit, nec vti hæres D. Lauræ, nec pro restitutione dotis, sed ex promissione facta in instrumento dationis insolutum: Imò restitutionem ipsam dotis prætendit sibi competere ex dispositione Statuti, non iure hæreditario D. Lauræ, cuius se etiam asseruit hæredem cum beneficio Legis & Inuentarij; ex quibus D. Federicus dicit, vel non intrare, vel si intrat, seruare non teneri præceptum testatricis, vltra quod super hoc in specie fuit lis inter partes introducta, quæ adhuc indecisa pendet in Rota; propterea visum fuit DD. huiusmodi exceptionem, quia non multùm conuenit Instrumento,
1 de cuius executione agitur, † & est in controuersiam deducta, altiorem indaginem requirere, & non debere retardare executionem obligationis Cameralis, Cassad.
2 *decis. vnica numero 2. de mut. pet.* [a] & fuit pluties dictum, & stante resolutione ista respectu primæ partis, non est agendum de secunda parte dubij.

### ANNOTATIO.

a Seraphin. *decisione* 1455. *numero* 2. Rota *decisione* 415. *num.* 10. *parte* 1. *in recent.* & *decisione* 686. *num.* 2. *part.* 2. *in recent.* vbi plura cumulantur.

---

## Imolen. Molendini.

*Lunæ 30. Ianuarij* 1606.

### ARGVMENTVM.

Locator ad quid teneatur erga conductorem.

### SVMMARIVM.

1 *Locator tenetur præstare successiuam patientiam, vt conductor possit vti, & frui re locata, & num. 4.*
*An præsumatur talis patientia præstita, & num. 5.*

2 *Locator non tenetur ad aliud, quàm ad remissionem mercedis, quando conductor casu fortuito citra aliquam culpam locatoris impeditur vti re locata.*
*Interim donec liquidetur interesse non potest conductor retardare solutionem affictus, & num. 6.*

3 *Conductor non potest recedere à contractu, quando locator offert implere, & ita facere, vt conductor possit vti re locata.*

## DECISIO CCXXXV.

COnclusum fuit constare de implemento contractus pro parte locatorum; tradiderunt enim conductoribus Molendinum ad molendum aptum, & præstiterunt omnia per ipsos præstanda in limine contractus, † & vlterius illam, quæ in locatione requiritur, successiuam patientiam, vt conductores possent 1
vti, ac frui; [a] nec facit, quòd murus Gualteriæ fuerit 2
dirutus, quia id contigit casu fortuito citra aliquam culpam locatorum, † quo fit, vt ad nihil amplius te- 2
neantur, quàm vt mercedem remittant, *l. si quis domum. §. hinc subiungi, & leg. si fundus in fin. ff. locat.* gloss. *in l. si in lege. §. colonus. in verb. prohiberi. eodem tit.* Bart. *in leg. ferro §. qui maximos numero 13. ff. de public. & vectig.* Rom. *cons.* 432. *in princ.* & propterea iusta est sententia Gubernatoris Imolen. quæ condemnat locatores ad huiusmodi remissionem, † nec fuit lo- 3
cus resolutioni contractus [b] stante præsertim, quòd b
locatores obtulerunt reficere, prout etiam refecerunt murum, & sufficit talis oblatio, vt conductores teneantur persistere in contractu locationis, vt dicit Roman. *loco citato.* Non obstat, quod dicitur de tarda reædificatione, quia quando esset vera, nihil aliud inferret, quàm maiorem remissionem, vltra quod huic moræ potuerunt occurrere conductores ex facultate sibi data accommodandi, quæ in dies deuastarentur sumptibus, & expensis locatorum, & licèt perfectio muri secuta sit sententiam, inchoatio tamen præcessit, quod sufficit ex Romani sententia. Quæ dicuntur de recessu à locatione, tàm ex mutuo consensu, quàm ex legis dispositione, sunt extra dubium propositum, & fuerunt sublata in decisione in hac causa facta 10. Nouembris 1603. à qua dixerunt Domini non esse recedendum.

### ANNOTATIO.

a Surd. † post alios *decisione* 326. *numero* 17. vbi dicit, 4
quòd tenetur præstare successiuam, & continuatam patientiam, & *consilio* 400. *numero* 7. & *sequenti.* Menoch. *consilio* 671. *numero* 2. & *sequenti.* adeò quòd non valeat pactum in contrarium, Menoch. *d. consilio* 671. *numero* 17. & non solùm locator tenetur præstare patientiam, sed etiam tenetur remouere omnia impedimenta, & ita facere, vt conductor vti possit re locata, *leg. ex conducto in principio ff. locati* Paris. *consilio* 40. *numero* 2. & 3. *libro* 1. Nat. *consilio* 449. *numero* 9. & *sequenti.* & dixit Rota in Romana pensionis domus 16. Nouembris 1616. coram R. P. D. Pirouano.

In dubio autem † præsumitur præstita successiua patientia, 5
vt per Menoch. *de præsumpt. libro* 3. *præsump.* 86. *numero* 1. & fuit dictum in Romana Affictus 17. Maij 1609. coram R.P.D. Ottembergo, quod est verum, quando ab initio constat de traditione, & de patientia, tunc enim conductor allegans, posteà superuenisse impedimentum, & non fuisse præstitam successiuam patientiam per locatorem, tenetur probare, secus autem est, quando non constat de traditione, nec de patientia ab initio, quia tunc incumbit onus locatori probandi implementum, & patientiam ex parte sua, prout benè distinguit Mantic. *de tacit. libro* 5. *tit.* 1. *sub numero* 17. & secuta fuit Rota *in decisione* 399. *numero* 2. *parte* 1 *in recent.* & in Theatina Affictus 20. Nouembris 1615. coram R. P. D. Coccino Decano in fine.

Aduertendum tamen est, † quòd in casu, in quo constaret de 6
aliquo impedimento conductor non potest prætendere, nisi interesse, vt firmatur in hac decisione, interim autem, donec illud liquidatur, non potest retardare solutionem pensionis, ita dixit Rota in Romana Affictus 5. Nouembris 1612. coram R.P.D. Caualerio, & in dicta Theatina Affictus 20. Nouembris 1615. coram R. P. D. Coccino Decano.

b Et firmauit Rota coram eodem Sanctiss. *supra decis.* 130.

*Oliuerius Beltraminus.*

Comen.

## Comeñ. Legati.

*Lunæ 20. Februarij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Legatum factum pro reparatione Ecclesiæ an debeatur, si testator ipse in vita faciat dictam reparationem, & plura de simili materia.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum ad certam causam, & ad certum effectum, si testator ipse in vita adimpleat non debetur, & latè sub num. 14.*
*Et ideò si testator dotet eandem personam, cui in testamento reliquerat legatum pro dote, non debetur dictum legatum per hæredem, & nu. 15. vbi tamen vide declarationem.*

2 *Hoc procedit, quando factum à testatore viuente apparet factum ex causa legati, seu eodem animo quo habebat legandi, secus si fuit factum ex alia causa necessaria.*

3 *Factum quid præsumitur potius ex causa necessaria, & ad quam quis compelli potest, quàm ex causa voluntaria.*

4 *Legatum non dicitur impleri per id, quod legans facit ex causa necessitatis.*

5 *Legatum dicitur donatio, & fit causa liberalitatis.*

6 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*

7 *Legatum factum tunc cessat, quando si sustineretur concurrerent duæ causæ lucratiuæ, quæ de iure simul non possunt concurrere.*

8 *Legatum non censetur reuocatum ex alienatione rei legatæ necessaria, & num. 15. vbi etiam declaratur, quando dicatur facta alienatio, ex causa necessaria.*

9 *Legatum vt maneat, sufficiunt reliquiæ causæ praexistentis.*

10 *Augmentum causat multiplicationem legati.*

11 *Legatum non præsumitur ademptum.*

12 *Præsertim ad fauorem Ecclesiæ.*

13 *Pars vna testamenti aliam declarat.*

14 *Si testator post actum ab eo gestum, ex quo deducitur ademptio legati per plures annos superuixit, & non mutauit testamentum, non censetur voluisse adimere legatum.*

### DECISIO CCXXXVI.

PAulus Iouius Episc. Nucerinus in testamenro legauit Ecclesiæ S. Antooij Comeñ. cuius erat Perceptor scuta 200. pro beneficio reparationis, & augmento dictæ Ecclesiæ, soluenda ex ducatis mille existentibus penes Octauianum Iouium; R. P. D. Vulpius dictæ Ecclesiæ Commendatarius conuenit hæredes occasione dicti legati, eósque obtinuit coodemnari ad solutiooem per senteotiam Vicarij Comeñ. causa in Curia introducta, & commissa Reuerendissimo Rodreos. io cuius locum fui subrogatus, dubitaui, an legatum debeatur, & ratio dubitãdi fuit, quia Iouij hæredes prætendebaot Episcopum viuentem post conditum testameotum d. summam expendisse io causam expressam in legato pro repara-
5 tiooe, videlicèt, dictæ Ecclesiæ, † & propterea solutione, seu implemento facto per testatorem actionem Ecclesiæ
a non competere ad legatum. [a] *l. Lucius. la 1. ff. de leg. 2.* cuius dispositionem dicit ibi Bart. *num. 3.* ootandam pro legatis piis; allegabatur etiam *l. filia legatorum. C. de legat.* in qua pater dotaodo dicitur impleuisse legatum dotis, & propterea legatum noo deberi, Rota in hac dubitatione consulta respondet legatum deberi. Nec obsta-
re iura allegata in contrarium, † quia procedunt, quan- 2
do factum à testatore viuente apparet factum ex causa legati, seu eo animo, quo habebat legandi, & hoc est, quòd Bald. *in d. l. Lucius. in 2. not.* notauit ex illo textu, quòd testatot potest præueoire hæredem io executione legati. In casu autem isto non apparet expeosas factas à testatore in reparatione fuisse factas in causa legati; imò præsumendum potios factas ex necessitate, tum muneris testatoris, quia erat Commendatarius dictæ Ecclesiæ, *c. 1. de Eccles. ædific.* tùm decreti in
visitatiooe facti, † cùm factum quid præsumatur potius 3
ex causa necessaria, & ad quam quis compelli potetat, quàm ex causa voluntaria, Paul. de Castr. *cons. 133. num. 3. circa med. lib. 2.* Corn. *cons. 316. num. 7. lib. 1.* Aym. *cons.*
*106. num.* 84. † & legatum non dicitur impleri per id, 4
quod legans facit ex causa necessitatis, † quia cùm le- 5
gatum fiat causa liberalitatis exercendæ, & ob id dica-
tur donatio, *l. legatum ff. de leg. 2. Inst. eod. tit. in princ.* † in 6
necessitatibus nemo liberalis existit, *l. rem legatam, ff. de adim. leg.* quod etiam probatur ex traditis per Bal. *cons.*
*163. num. 5. in fin. libr. 3.* † vbi dicit, tunc cessate lega- 7
tum, quando aliàs concurrerent duæ causæ lucratiuæ, & hoc est, quod etiam vult io *d. l. Lucius. in 1. not.* dum dicit testatorem non præsumi velle multiplicare legatum, & Aym. *cons. 784. num. 2. ad fin. vers. qui text.* eo casu dicit, quòd procedit, qoando ex causa lucratiua le-
gatum legatario traditur; † videmus etiam ex aliena- 8
tione rei necessaria non posse argui animum reuocandi
legatum, [b] *l. rem legatam. ff. de adimen. legat. l. fideicom-* b
*missum. §. si rem. ff. de leg. 2.* præsertim quia per reparationem à testatore factam non poterat dici cessasse causam legati, quia causa reparationis recipit multiplicatiooem, & tractum successiuum, & propterea manet legatum, iuxta tradita pet Salycet. *in l. quinquaginta. in*
*fin. de probat.* † & ad effectum, vt legatum maneat, suffi- 9
ciunt reliquiæ causæ, vt per Ceph. *cons. 81. num. 15.* vltra quod legatum est etiam factum expresse pro augmen-
to, † & augmentum consideratum causat etiam multi- 10
plicatiooem legati ad latè tradita in Romana legati 13. Octobris 1592. coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio, & certè oon videtur eredendum, quòd testator in legato intellexerit de illa reparatione, qua indigebat Ecclesia ipso viuente, quia illa non erat committenda hæredi, nec expectandum, quòd hæres illam præstaret; suadetur etiam ex præsumptionibus, & verisimilitudi-
nibus, quòd legatum adhuc debeatur. † Vltra enim re- 11
gulam generalem, quòd non præsumatur ademptum legatum, de qua latè per Meooch. *præsump. 567. in princ.*
*lib. 4.* † & præsertim ad fauorem Ecclesiæ, iuxta tradita 12
per Tiraq. *de priuileg. pia causa priuileg. 40.* coniecturam optimam præbet, quòd testator voluit solui simile legatum Ecclesiæ Sancti Iuliani, non obstante, quod alia scuta 200. pro reparatione eiusdem Ecclesiæ deposuis-
set, † cùm vna pars testamenti aliam declaret, *l. si seruus* 13
*plurium, §. fin. ff. de leg. 1. & l. qui filiabus ff. de leg. 3.* † Ac- 14
cedit, quòd testator post factam reparationem vixit per plures annos, quibus potuisset mutare testamentum, & non mutauit, vnde præsumitur io eadem voluntate, & eo animo legandi decessisse, Illustriss. Mantic. *de coniectur. lib. 12. tit. 1. num. 13.* ex quibus, & aliis per informantes deductis Domini censuerunt legatum Ecclesiæ Sancti Aotonij deberi.

### ANNOTATIO.

a Hæc † materia, quando, scilicet, per solutionem, seu im- 15
plementum factum in vita testatoris, censeatur legatum ademptum tractatur per Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 2.* & lata decisio habetur *in recent. part. 2. decis. 499.* vbi aliæ decisiones referuntur, & ex hoc inferunt

runt DD. quòd si Pater in vita dotet filiam, extinguitur legatum dotis eidem in testamento relictum, Socin. iun. *cons.79.nu.18.lib.3.* Surd. *cons.*119. *num.*10. Pase.*de patr.potestat.par.2.cap.6.num.* 35. *& seq.* fuit dictum in Montis Falisci dotis 19. Ianuarij 1601. coram Card. Millino, si tamen in vita minor quantitas per testatorem fuerit soluta, quam fuerit legata non extinguitur legatum, nisi pro rata soluta, Vinc. de Franch. *decis.* 422.*nu.* 6. Guttierez *de Sponsal.cap.*20.*sub nu.* 29. vbi *in fin.* dicit hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, & in iudicando, & consulendo esse sequendam, quam etiam tenuit Rota in Romana dotis, & legati 28. Nouembris 1603. coram Cardinali Millino, & in Romana fideicom. de Maximis 5. Iulij 1599. coram Iusto, quæ tamen opinio non procedit, vbi ex coniecturis constaret de contraria voluntate testatoris, vt fuit dictum in dicta Romana dotis coram Cardinali Millino.

b Crass.§.*legatum quæst.*78.*nu.*6. Mant.*de coniect. vlt. vol. lib.* 12.*tit.*6.*n.*13.& dicitur alienatio facta ex necessitate quando est facta titulo oneroso, & solùm dicitur facta ex causa merè voluntaria quando est facta titulo lucratiuo, & ex causa donationis, vt bene per Mant.*loco præallegato.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Messanens. illegitimitatis.

*Lunæ 20. Februarij 1606.*

### ARGVMENTVM.

De materia Capituli *lator, qui filij sint legitimi.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Terminus præfixus in iudicio illegitimitatis per iudicem Ecclesiasticum iuxta terminos* cap. lator, *operatur, vt post eius lapsum opponens de illegitimitate non sit amplius audiendus.*

2 *Fallit si à præfixione dicti termini fuit facta repositio.*

3 *Fallit secundò concurrente iusta causa.*

4 *Capitulum* lator, qui filij sint legitimi, *loquitur quando actor, cui opponitur de illegitimitate, adit iudicem Ecclesiasticum, & facit præfigere terminum reo opponenti, non quando reus principaliter committit causam super legitimitate.*

### DECISIO CCXXXVII.

FVerunt à fœl. recor. Clem. VIII. concessa duo Breuia Marchionissæ Fabariæ, & Duci terræ nouæ, & in eis reuocata inhibitio Rotalis ad effectum, vt ipsi possent non solùm prosequi iudicium à suis maioribus cœptum contra Dominos de Brandiforte super recuperatione, & tuitione Baroniæ de Thanis, sed etiam nouum ex personis ipsorum inchoare, firma tamen remanente causa seu articulo illegitimitatis in Rota, Domini de Brandiforte adita Signatura Sanctissimi obtinuerunt audiri super subreptione, & obreptione dictorum Breuium, quia obstabant clausulæ in eis positæ. Propterea dubitaui an constet de aliqua subreptione, siue obreptione, & fuit resolutum constare de subreptione, ratio potissima resolutionis fuit, quia non fuit Papæ narratum, quod pendente discussione illegitimitatis in Rota partes deuenerint ad transactionem, cuius occasione Domini de Brandiforte soluerunt scuta 21. mil. quod si Papa sciuisset, verisimiliter non reuocasset inhibitionem Rotæ: Nam vt in Breuibus legitur, Papa motus fuit ex negligentia partis opponentis illegitimitatem, in procuranda expeditione, transactio autem omnem excludebat negligentiam. Non obstat, quòd in transactione esset reseruata causa legitimitatis, quia reseruatio fuit sub conditione, casu, quo lis, vel molestia aliqua inferretur Comiti, seu successori super Baronia, & iure
1 luendi. † Non obstat, quòd fuerit præfixus terminus, post cuius lapsum non videbatur ampliùs audiendus Comes Nicolaus, *c. lator. qui fil. sint legit.* † quia à præ- 2
fixione fuerunt eius authores repositi, & lapsus termini non impediebat, † quo minus ex iusta causa audiri 3
posset, & deberet, glos. *in d. cap. lator in vers. infra duos*; iustissimam autem causam audientiæ præbebat transactio, vt dictum est, † dicebant etiam aliqui ex DD. 4
dispositionem *c. lator.* non applicari casui nostro, loquitur enim quando actor, cui opponitur de illegitimitate, adit Iudicem Ecclesiasticum, & facit præfigere terminum reo opponenti, non quando reus principaliter committit causam super legitimitate, prout euenit in casu, de quo agitur, in quo Domini de Brandiforte commiserunt non solùm causam legitimitatis, sed etiam negocium principale recuperationis Baroniæ; ex quo etiam resultat alia subreptio, seu obreptio, cùm fuerit narratum solùm articulum, & causam illegitimitatis fuisse in Rota introductam.

---

## Lucana prætensæ confidentiæ.

*Lunæ 27. Februarij 1605.*

### ARGVMENTVM.

Confidentiæ crimen requirit plenam, & concludentem probationem, & non admittuntur præsumptiones, nisi necessariò concludant, & ex quibus confidentia probetur, vel excludatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confidentia requirit plenam, & concludentem probationem, etiam si ciuiliter agatur, & num.* 13. *vbi vide limitationem, & declarationem.*

2 *Et ideò non admittuntur coniecturæ, & probationes, nisi sint tales, quæ necessariò concludant, & conuincant confidentiam, & sub num.*14.

3 *Confidentia non consistit in hoc, vt gratificetur tertius impetrans, sed vt gratificetur in dimissione, & dispositione beneficij impetrati.*

4 *Confidentia non committitur, si quis procurat alteri beneficium, sed bene committitur, si procurat, vt possit de illo postmodum ad sui libitum disponere.*

5 *Producens scripturam tenetur illi stare, & censetur fateri omnia in ea contenta esse vera; de quo latè sub num.* 15. *vbi adducuntur plures limitationes.*

6 *Hæc regula habet locum etiam in fisco, & quando per iudicem inquirentem fit exhibitio.*

7 *Confidentiæ præsumptio cessat, vbi apparet de alia causa.*

8 *Confidentia non probatur ex his, quæ sequuntur, nisi probetur præcedens pactio, & tractatus.*

9 *Simonia non arguitur ex iis, quæ sequuntur actum, in quo prætenditur commissa Simonia, nisi probetur, quòd gesta sint in vim tractatus, & pactionis præcedentis.*

10 *Confidentiæ probationem sufficientem non inducit promissio de soluendo expensas in expeditione litterarum.*

11 *Testis vnicus nihil probat.*

12 *Confessio extraiudicialis non præiudicat.*

### DECISIO CCXXXVIII.

CVm fuissem in hac causa deputatus adiunctus R. P. D. Carradoro Iudici confidentiarum, vt iuxta votum meum procederet, & causam expediret: Proposui dubium in Rota, an constet de aliqua confidentia; quod fuit per Dominos nemine dissentiente, & sine difficultate

1 ficultate resolutum negatiuè, † cùm enim in crimine
confidentiæ, etiam quando ciuiliter agitur, requiratur
a plena, & concludens probatio, [a] vt sæpiùs dixit Rota,
& signanterin Firmana Cappellaniæ coram fœl. recor.
Clem. VIII. die 7. Maij 1582. in Imolens. confidentiæ 24.
Februarij 1592. coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio, in Aretina confidentiæ 23. Ianuarij 1595. coram
R. P. D. Litta, & in ea non admittantur coniecturæ,
2 & præsumptiones, † nisi sint tales, quæ necessariò concludant, & conuineanr cõfidentiam, Caputaq. *decis.* 202.
*par.* 1. fuit dictum in vna Orioleñ. confidentiæ 1. Febr.
1591. coram Bubalo. Hic autem non adsunt huiusmodi probationes, ant coniecturæ, licèt enim testes duo
examinati pro parte Fisci deponant Cosmum dixisse se
impetrasse Canonicatum, vt rem gratam faceret D. Decano, & aliis de Liliis, hoc tamen nullo est iure prohibi-
3 tum. † & confidentia non consistit in hoc, vt gratificetur tertius in impetratione, sed vt gratificetur in di-
b missione, & dispositione beneficij impetrati. [b] Nauarr.
*cons.* 80. *de Simon. lib.* 5. *& in suo manuali c.* 23. *sub nu.* 109.
facit, quod dicit idem Nauar. *consil.* 33. *sub num.* 5. *vers. ad*
4 *tertium respondeo. de Simon.* † non esse confidentiam, si
quis procurat alij beneficium, sed si procurat, vt de illo postmodum ad sui libitum disponatur. Quòd autem
Cosmus non impetrauerit beneficium animo illud dimittendi, sed potius animo retinendi, & quòd talis etiam
fuerit intentio D. Decani, patet ex literis tam à Dominis
de Liliis qoàm à Petro Rigorio ad Cosmum transmissis, nec non ex literis ipsius Cosmi Decano directis, in
literis enim D. Sebastiani Lilij dicitur (*V. Sairi auanti, che non può perdere niente, & va à manifesto guadagno*) &
D. Decanus in suis litteris dicit (*les non spendera niente, & hauera questo Canonicato*) in literis etiam Cosmi Decano directis leguntur hæc verba (*& se piacerà à Dio, che mi vesti questo Canonicato, cognosceranno questi Signore Canonici, quanto io li sia seruitore*) Idem etiam sonant literæ Petri Rigorij, quæ literæ omnes, cùm pro parte
Fisci fuerint productæ, non est dubium, quòd contra
5 ipsum probant, ex regula, † quòd producens scripturam illi stare tenetur, & videtur fateri omnia in ea con-
c tenta esse vera. [c] *l. cum precum. C. de lib. caus. c. cùm olim de*
6 *cons. not. in c. cùm venerabilis de except.* † quæ regula habet etiam locum in Fisco, & quando per Iudicem inquirentem fit exhibitio, Bal. *in l. parentes post num.* 5. vbi
etiam Salycet. *sub num.* 2. *vers. & idem si est producta per iudicem. Cod. de testibus.* Accedit, quod apparet de causa, propter quam DD. de Liliis cupiebant Cosmum impetrare beneficium, & illum adiuuabant pro execentione, ea enim fuit, vt excluderetur à Canonicatu Strina ipsorum inimicus, & cum quo litem habebant in
7 Rota super huiusmodi Canonicatu, † vbi autem apparet de alia causa cessat præsumptio confidentiæ, vt fuit
dictum in illa Oriolens. coram Bubalo, in Cusentina
prætensæ confidentiæ 4. Februarij 1591. coram Orano,
in Militens. Canonicatus 6. Martij 1595. coram Reuerendissimo Rodieñ. Hinc tollitur, quod dicitur, D. Decanum subministrasse Cosmo expensas litis; cùm appa-
8 reat factum ex dicta causa, non animo confidentiali, †
vltra quod ex his, quæ sequuntur absque præcedente
pactione, & tractatu ante impetrationem, non probatur
confidentia, vt fuit dictum in illa Cusentina, & in vna
d Brixieñ. confidentiæ 5. Iunij 1591. corã R. P. D. Decano, [d]
9 sicuti etiam non arguitur Simonia ex iis, † qoæ sequuntur actum, in quo prætenditur Simonia, non probato,
quòd facta sint in vim tractatus, & pactionis actum
ipsum præcedentis. [e] *Arsaldus.* 8. *quæst.* 3. *in glos. in cap. quàm pio in vers. postmodum* 1. *quæst.* 2. DD. communiter
*in c. veniens. il primo de test.* Dec. *cons.* 118. *num.* 4. Pot. *decis.* 171. *lib.* 2. Mohed. *decis.* 266. fuit dictum in Romana, seu Hispaleñ. Simoniæ 7. Februarij 1596. coram
Illustrissimo Cardinali Blanchetto. Non obstat pariter promissio de soluendo expensas in expeditione literarum, quam fatetur D. Decanus in suo constituto, quia
vltra, qood promissio facta fuit ex causa prædicta, † so- 10
lutio expensarum pro expeditione literarum; quando
aliàs faceret aliquam præsumptionem confidentiæ, sola
tamen non sufficeret, vt fuit dictum in Cusentina prætensæ confideutiæ coram Orano. Minus etiam facit dictum primi testis Cosmum dixisse (*che in detta impetratione non ne haueua vtile nessuno; mà solo il nudo nome*)
nihil enim probat, tùm, † quia est vnicus, *c. licet.* 1. *ve-* 15
*niens, & c. iurisiurandi. de testibus.* † tùm quia deponit de 12
confessione extraiudiciali, Felyn. *in c. cùm oporteat. nu.* 6.
*de accusat.* Put. *decis.* 121. *in fin. lib.* 2. & vbi testis iste vellet ex illis verbis inferre, quòd beneficium verè non
fuisset impetratum pro Cosmo, non conuincéretur do
mendacio ex literis.

## ANNOTATIO.

a Paris. † *de confid. quæst.* 64. *num.* 13. *& seq.* qui infinitos cu- 13
mulat, prout in simili dicitur de probatione Simoniæ,
quæ requirit plenam, & concludentem probationẽ, etiam
si ciuiliter agatur. Rota *decis.* 63. *num.* 1. *& decis.* 135. *nu.* 1. *inter impress. per Farinacc. post* 1. *lib. consil. & decis.* 4. 8. *num.* 4.
*par.* 1. *in recent. & decis.* 166. *nu.* 8. *par.* 2. *in recent.* Seraphin. *decis.* 1359. *num.* 3. & ibi addit. Quod tamen procedit, vbi
agitur ad effectum priuationis, secus autem si ageretur
tantùm ad effectum repellendi aliquem ab assecutione
Beneficij nondum obtenti, quia tunc sufficiunt leuiores
probationes, prout ita declarauit Rota in pluribos decisionibus quas refert, & sequitur Matescott. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 35. *nu.* 19.

Licèt † autem confidentia requirat plenam probationem; 14
nihilominus cùm sit delictum, quod occultè fieri solet,
& sit difficilis probationis, admittuntur etiam præsumptiones, & coniecturæ, latè Paris. *de confid. quæst.* 31. *num.* 23. Seraphin. *decis.* 1359. *num.* 2. *&* 3. plenè Rot. *decis.* 358. *sub num.* 1. *par.* 2. *in recent.* sicuti etiam dicitur de Simonia, quæ
probatur ex coniecturis, & præsumptionibus, Clar. §. *Simonia num.* 11. latè Paris. *de resignat. lib.* 14. *quæst.* 8. Seraphin.
*decis.* 1029. *nu.* 2. Rota *decis.* 358. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* benè
verum est, quòd huiusmodi coniecturæ, & præsumptiones debent esse adeò euidentes, ac vrgentes, vt reum de
tali crimine per necesse conuincant, Paris. *de confid. quæst.* 71. *num.* 53. Seraphin. *decis.* 1359. *num.* 2. vbi add. dat concord. Clar. *d.* §. *Simonia in fin.* Paris. *d. quæst.* 8. *nu.* 14. Verall.
*decis.* 202. *nu.* 2. *par.* 1. & dicitur in hac decisione.

b Paris. *de confid. quæst.* 34. *nu.* 30.

c Et quòd † producens scripturam in iudicio, censeatur fa- 15
teri, & approbare omnia in ea contenta, Surd *cons.* 151.
*num.* 16. Honded. *cons.* 78 *num.* 80. *lib.* 1. Vestr. *in praxi lib.* 6.
*cap.* 1. *num.* 4. *&* 5. Rota *decis.* 2. *num.* 1. *& decis.* 142. *num.* 3. *& decis.* 349. *num.* 3. *& decis.* 455. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. & par.* 1. *in recent. decis.* 108. *nu.* 3. *& decis.* 149. *num.* 6. *& decis.* 555. *num.* 9.
*& decis.* 624. *num.* 7. & dicta tacita confessio non admittit
reuocationem sub prætextu erroris, Vestr. *d. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 5. quæ regula procedit etiam quoad enunciata, & propter aliud prolata, Ruyn. *cons.* 141. *num.* 13. *vers. quinimò dici potest, & num. seq. lib.* 5. Rota *decis.* 249 *in fin. par.* 1. *in recent.*
Mohed. *decis.* 3. *in fi. de regul.* & dixit Rota in Casolens. pensionis 13. Iunij 1608. coram R. P. D. Caualerio impress. penes Marches. *de commiss. to.* 1. *fol.* 646. & in Romana fideicommissi de Gotiis 16 Nouembr. 1598. coram Gypsio, &
in Romana assecurationis dotia 12 Maij 1605. coram R. P.
D. Marquemontio. Sed hæc ampliatio habet multos contradictores qui teneot, quòd producens scripturam censeatur fateri contenta in ea solùm quoad dispositiua, secus quoad enunciata in ea, Bero. *cons.* 170. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. qui de communi testatur, Felyn. *in cap. cùm venerabilis. num.* 22. *limit.* 1. *de constit.* quam etiam tenuit Rota penes
Cæs. de Grass. *decis.* 6. *num.* 2. *de senten. & re iudic.* ad quod
facit dictum Matthes. *singul.* 33. vbi habetur quod respondens ad Positiones censetor solùm fateri contenta in eis
dispositiuè, non enunciatiuè, sed à prima opinione non
crederem esse in iudicando recedendũ, quia Rota sæpiùs
illam firmauit, vt patet ex præallegatis decisionibus, &
præsertim dicta opinio habet locum in verbis enunciatiuis prolatis à partibus, inter quas negocium gestum

est, item

est, item etiam in verbis enunciatiuis necessariis ad actum, qui geritur, vt benè per Ofasc. *decis. Pedemon. 38. num. 30.*

Prædicta conclusio, quòd scilicet producens scripturam, & instrumentum censeatur fateri in eo contenta, procedit quatenus instrumentum sit authenticum, & probet, aliàs productio non operatur approbationem contentorum in instrumento, Alex. *cons. 108. nu. 5. vers. & idem. lib. 5.* Hond. *cons. 78. num. 89. lib. 2.* Veral. *decis. 199. par. 1.* Rota *decis. 4. & decis. 159. num. 1. par. 2. diuers.* & infra coram eodem Sanctissimo *decis. 432.*

Limitatur secundò non procedere, quando esset facta productio per compulsum in parte, & partibus; tunc enim non præiudicat producenti quoad sibi præiudicialia, latè Hond *cons. 78. num. 85. & seq. lib. 2.* Rota *decis. 3. de fide instrument. in nou. & decis. 384. num. 3. par. 3. lib. 3. diu. & decis. 354. num. 12. in fin. inter impress. per Farinac. post volum 2. cons.* & fuit dictum in Barens. iurisdictionis 16. Februarij 1606. coram Cardinali Sacrato, & infra coram eodem Sanctissimo *in decis.* 432. & ideò cauti procuratores passim solent in productione iurium vti dicta cautela producendi per compulsum, & præsertim seruatur in Curia, vt per Vestr. *in praxi. lib. 6. cap. 1. nu. 6.* vbi tradit formulam, quomodo in curia fiat ista productio per compulsum Verùm ista cautela producendi per compulsum non suffragatur, nisi in iuribus alienis, non autem in iuribus propriis, Veral. *decis. 93. num. 5. par. 1.* Gabr. *cons. 40. num. 23. & 24. lib. 1.* Rota in Militens. Abbatiæ coram Gypsio impress. penes Marches. *de Commiss. tom. 1. fol.* 141 & in Auellina Vnionis 10. Iunij 1599. coram Corduba, & in Romana repetitionis indebiti 25. Iunij 1607. coram Penia. Item non suffragatur dicta cautela, quando quis in scripturis productis fundat suam intentionem, vt fuit dictum in Anconitana computorum 9. Decembris 1616. coram R. P. D. Verospio, quia non potest quis se in illis fundare, quin etiam teneatur contra se approbare, Rota Ianu. *decis. 72. num. 4.* Ofasc. *decis. 38. nu. 29.*

d Rota *decis. 108. nu. 5. par. 1. in recent. & decis. 358. nu. 11. & decis. 169. num. 9. part. 2 in recent.* & latè infra coram eodem Sanctissimo *decis. 519.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Eluen. Beneficij.

*Lunæ 27. Februarij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Episcopus non gaudet alternatiua, si de tempore vacationis Beneficij nō habebat animum residendi, & ex quibus dignoscatur non habuisse animum residendi.

### SVMMARIVM.

1 *Alternatiua non gaudet Episcopus, qui de tempore vacationis beneficij residet, si tamen constat non habere animum residendi.*

2 *Testes in concursu verisimiliora deponentibus aliis præferuntur.*

3 *Recognitio valdè exacta non requiritur in literis missiuis.*

4 *Animus probatur ex coniecturis, & indiciis, cùm directè probari non possit.*

5 *Animus declaratur ex præcedentibus, & ex sequentibus.*

6 *Papæ narranti factum proprium, vel etiam alienum secum gestum creditur.*

*Papæ assertioni an, & quando standum sit, & nu. 10.*

7 *Prorogatio licentiæ præsupponit licentiam iam obtentam.*

8 *Episcopi assertioni circa eius animum residendi non creditur ad effectum, vt gaudeat alternatiua.*

9 *Residentia ad effectum alternatiuæ attenditur de tempore vacationis beneficij.*

### DECISIO CCXXXIX.

FVit in hac causa resolutum coram Reuerendissimo Rhodien. 22. Martij 1599. & coram me 30.
Octobris 1602. † Episcopum Eluen. non potuisse habe- 1
ri pro residente apud suam Ecclesiam tempore vacationis beneficij, de quo agitur, ad effectum, vt gaudet et alternatiua, quia licèt tunc esset præsens, præsentia tamen illa non videbatur ordinata ad residentiam propter animum, quam habebat reuertendi ad Ciuitatem Vlixbonens. in qua ratione officij Inquisitoris Generalis, quo fungebatur, solitus erat residere, prout alij antecessores; Emanuel Zagabo prætendēs probare, quod imò de dicto tempore Episcopus habebat intentionem permanendi in Ciuitate Eluen. petiit, & obtinuit remissoriam, cuius vigore fuerunt plures testes examinati, quibus stantibus dubitatū; An esset à supradictis decisionibus recedendum, & DD. post plures propositiones pro maiori parte censuerunt non esse recedendum, videbatur enim solidum fundamentum decisionum in eo, quòd Inquisitores generales ex necessitate officij, vel saltem ex antiqua consuetudine residere habeant Vlixbonæ, vt de-
ponunt testes examinati pro D. Antonio Peyra, † qui- 2
bus Domini dixerunt magis credendum, quàm testibus Emanuelis contrarium asserentibus, quia deponunt verisimiliora, glos. & DD. *in c. in nostra. de test.* Alex. *cons. 27. nu. 4. lib. 2.* Aym. *cons. 6. num. 65.* multùm enim verisimile est officium hoc toti Regno commune in vno certo, & determinato loco, & non modò in vno, modò in alio exerceri deberi, & verisimiliùs in Ciuitate Vlixbonen. quæ est caput Regni, & vbi est palatium ad hoc deputatum, & quia concurrunt plura adminicula, & præsumptiones; concurrit enim confessio ipsius Episcopi in breui impetrato de anno 1599. Vbi dicitur Inquisitorem solere, & oportere residere Vlixbonæ; nec potest in dubium reuocari, quòd breue fuerit obtētum de ordine ipsius Episcopi, cùm vltra expensas & alias verisimilitudines habeamus Epistolam eiusdem Episcopi vltimo loco productam, in qua mandat licentiam in breui contentam impetrari, & ad ipsum quamprimùm transmitti. Quæ Epistola videbatur DD. satis sufficienter
recognita, † cùm præsertim in literis missiuis non re- 3
quiratur tàm exacta recognitio. Cæs. de Grass. *decis. 2. nu. 7. de prob.* concurrit etiam dictum Episcopi in dicta Epistola, dum narrat, quòd tunc non residebat Vlixbonæ, quia Papa per suum breue mandauerat, quòd Episcopi, etiamsi essent Inquisitores generales, deberent residere apud suas Ecclesias, ex quo datur intelligi, quòd contrarium priùs seruaretur, & Inquisitores Episcopi non residerent in suis Ecclesiis, præsertim quia immediatè subiungit, quòd propterea sua Maiestas desiderabat, quòd renunciaret Episcopatui, & remaneret in seruiendo officio Inquisitoris, ex quo colligitur, quòd officium requirebat residentiam, & ob id erat incompatibile cum Episcopatu Eluen. concurrit etiam facultas concessa ipsi Episcopo de anno 1594. vt posset residere in Ciuitate Vlixbonen. ad exercendùm munus Inquisitoris generalis, & percipere fructus suæ Ecclesiæ, quod vtique Papa non concessisset, si potuisset in Ciuitate Eluens. d. munus exercere; concurrit etiam longa residentia ante acta dicti Episcopi in Ciuitate Vlixbonen. stante autem huiusmodi necessitate, & solito residendi in Ciuitate Vlixbonen. surgit maximum indicium animi Episcopi Eluen. redeundi ad Ciuitatem Vlixbonen. quia non erat in potestate ipsius mutare locum, in quo erat solitum exerceri officium, & ideò dum volebat remanere Inquisitor, non poterat accedere ad suam Ecclesiam animo ibi residendi. Accedunt aliæ coniectu-
ræ, & indicia, † ad quæ recurrendum est ad proban- 4
dum animum, qui directè probari non potest. Corn. *consil. 45. num. 4. in fin. libr. 3.* Soc. *cons. 24. num. 14. libr. 1.*

Potissima

Potissima autem coniectura ex eo desumitur, quòd postquam Episcopus fuit creatus, & per totum tempus præcedens annum 1598. resedit Vlixbonæ, licèt rediret ad Ecclesiam propter festa Paschalia. Vnde idem credendum de anno 1598. quòd licèt de mense Aprilis, & sic circa tempus Paschale, esset in Ciuitate Eluen. non esset animo residendi, sed peragendi functiones, & postea redeundi Vlixbonam, † ex præce-
5 dentibus enim declaratur animus. *lege si seruus plurium §.fin.de legat.primo.* Aym.*consil.* 220 *numer.* 11. sicut ex sequente, *lege qui res in fin.ff.de solut. l.reprehendendum.* & ibi gloss. *Cod.de institut.& substit.* Vndè cùm de eodem anno redierit Vlixbonam, manifestè colligitur, quòd non habebat animum residendi in sua Ecclesia, ex effectu enim animus cognoscitur, qualis fuerit, vt notat Bart. *in lege si concubina §. res amotas ff. rer. amot.* Decian. *consil.*88.*numer.*13.*libr.tertio.* Accedit, quòd de dicto tempore, & sic de anno 1598. habebat licentiam residendi in loco officij, vt colligitur ex breui obtento de anno 1599. in quo narrat Summus Pontifex, prius illum concessisse ad triennium proximè præcedens, & dat prorogationem. Nec est, quòd reuoce-
6 tur in dubium huiusmodi breue, † cùm de eo attestetur ipsemet Papa, cui in hoc creditur, cùm narret factum proprium, vel saltem alienum cum ipso gestum, Imol. *in Cle. in literis ad fin. de probat.* Fel. *in cap. cùm à nobis numer. secundo de test.* fuit dictum in Salamant. iurisdictionis 17. Maij 1577. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in Caputaqu. iurisdictionis nono Aprilis 1601. coram R. P. D. Ortembergo, [b] & con-
b firmatur ex literis ipsius Episcopi, in quibus mandat peti prorogationem licentiæ, † quæ prorogatio præ-
7 supponit licentiam concessam. *leg.sed, & si manenti ff. de precar.* Vnde dubitari non potest, quòd habuerit animum residendi Vlixbonæ postquam illud facere potuerit tuta conscientia, & salutis fructibus suæ Ecclesiæ; cùm præsertim, vt ipse in epistola sua declarat, & testantur literæ Regis, mallet renunciare Episcopatui, quàm dimittere officium; concurrit depositio vnius testis examinati pro D. Pereyra, qui loquens de recessu anni 1598. dicit (*sentiuo, che quelli della Città si lamentauano, che lui era dimorato poco in detta Città, è venina come hospite, & che saria meglio essere vno de doi, ò Vescouo, ò Inquisitore, & questo si diceua publicamente.*) Non obstat assertio Episcopi, quòd intendebat residere in sua Ecclesia, & quòd hoc animo discesserat ab Vrbe Vlixbona, & venerat ad Eluens.
8 † quia assertioni Episcopi non videtur standum, poterat enim proficisci ab illa enixa voluntate gaudendi alternatiua, quæ colligitur ex supplicatione eius nomine porrecta Papæ, præsertim quia dictæ assertioni repugnant coniecturæ supra numeratæ, & aliæ adductæ per informantes, & quia de contrario constat ex discessu, & reditu ad Vlixbonam, qui reditus censendus est fuisse pro seruitio Officij Inquisitoris, vt dicunt testes examinati pro D. Pereyra, & animo residendi Vlixbonæ durante eadem causa Officij, & licentia illum eximendi à residentia in suo Episcopatu. Nec facit quòd dicunt testes Zagalli Episcopum se contulisse Vlixbonam pro seruitio Regis, quia vltra quod hoc habebant ex ore ipsius Episcopi, cui, sicut non est credendum, quando dixit de animo residendi in sua Ecclesia, ita nec etiam quando affirmauit se residere pro seruitio Regis, & ex hoc aliàs conuinceretur assertio animi permanendi in Ciuitate Eluens. dicitur etiam quòd satis erat in seruitio Regis, quando seruiebat in Officio Inquisitionis. Vltra quod poterat, & pro Officio, & pro alio seruitio Regis se illuc conferre, nec testes dicunt, quod cessante vocatione Regis non fuisset reuersurus. Accessus ad Ecclesiam cum tota familia non concludit necessariò animum permanendi, & licèt præbeat aliquam coniecturam, præponderant multò coniecturæ contrarium suadentes. Non obstat, quòd posteà rediit, & ampliùs non recessit, quia attendendum tempus vacationis, an de illo tempore permaneret in sua Ecclesia cum animo residendi, necne, ex quibus, & aliis adductis per informantes Domini noluerunt recedere à decisionibus factis.

### *ANNOTATIO.*

a Rota *decision.*570.*n.*2.*par.*1.*diu.* cum aliis per Gonzal. *super reg.*8.*glos.*64.*n.*27.*&* 28.

b Papæ assertioni an, & quando stetur, latam conclusionem extendit Gabr. *de probat. concl.*1.*per totam,* & Mascar. *de probat. concl.* 139. & Rota passim sequitur distinctionem, quòd aut Papa attestatur de facto proprio, seu alieno secum gesto, & illi creditur, vt tradunt omnes *in Clem.* 1. *de probat.* Crescen. *decis.*2. *numer.secundo de renunciat.* Caputaqoen. *decis.*286.*part.*2. Rota *decis.*361. *numer.*1. *part.*2.*in recent. & decis.* 405. *sub numer.*1. *vers. status enim, part.*1. *in recent.* & fuit dictum in Calaguritana, seu nullius 16. Iunij 1606. coram R. P. D. Ortembergo. Adeò quòd in tali casu nec etiam admittitur probatio in contrarium, Gemin. *consil.* 79. *in princ.* Caputaquen. *decis.* 387.*lib.*1. *in manu.* Hinc est, quòd Papæ asserenti sibi fuisse supplicatum creditur, Cresc. *dicta decis.*2. *numer.*1. *de renunciat.* Rota *decis.*171.*num.*2.*part.*1.*diuers.* item si narret resignationem fuisse in eius manibus factam, latè Paris. *de resignat.lib.octauo.quæst.*11. *numer. primo.& seq.* & dixit Rota in Pacens. Parochialis 21. Maij 1610. coram Cardinali Lancellotto, item si narret aliquem esse suum familiarem, Sarnens. *regul. de impetr. benef. per obitum famil. quæst.* 13. *vers. tamen est aduertendum.* Mascar. *de probat. conclus.*139. *numer.*4. quod tamen solùm procedit ad effectum iustificationis narratiuæ, sed non ad effectum reseruationis, quæ requirit pleniorem probationem, Rota *decis.* 832. *part.* 3. *lib.* 3. *diuers.* & fuit dictum in Ratisbauiens. Beneficij 11. Ianuarij 1616. coram R. P. D. Pirouano.

Aut verò Papa attestatur de facto alieno non secum gesto, & tunc Papæ asserenti non est standum etiam si super illa assertione fundaret suam dispositionem, Mohed. *decision.*7.*in fine de probat.* Rota *decis.*154.*numer.*5.*part.*2.*diuers.* & fuit dictum in Sogouiens. Pensionis 22. Martij 1604. coram R.P.D. Ortembergo, vbi vlterius dicitur, quòd talis narratiua nec etiam transfert onus probandi in contrarium.

Hoc tamen non procedit, quando assertio de facto alieno esset facta Motu proprio, tunc enim illi standum est, Put. *decis.*100. *lib.*3. iuxta nouam impressionem, Seraph. *decis.*1016. Rot. *decis.*556. *numer.*3. *part.* 2. *in recent. & decis.* 522. *num.*1.*& decis.* 514. *numer.*2. *part.*4.*in recent.* etiam si Papa vsus fuisset verbis (*vt accepimus*) Achil. *decis.*10. *de probat.* latè Rota *decis.* 656. *numer.*3. *part.*2. *in recent.* Admittitur tamen aduersus dictam assertionem factam Motu proprio probatio in contrarium, Put. *d.decis.*100. *in fin.lib.*3. Rota *decis.*523. *sub num.*6.*part.*4. *in recent.* Caputaquen. *decis.*47.*lib.*3. *in manu.* & fuit dictum in Portuens. Beneficij 27. Martij 1596. coram Cardinali Millino, & aliàs sæpè.

Et generaliter extra istos casus statur narratiouæ Papæ circa identitatem ab eo prouisi, & ideò narratiua Papæ de idoneitate prouisi non est iustificanda, Rota *decis.* 101. *numer.* 2. *& decis.*140. *sub num.* 3. *vers. & de aliis habilitatibus.& decis* 613.*numer.quinto part.*2.*in recent.* Item etiam statur assertioni Papæ in concernentibus præiudicium proprium ipsius Papæ, Rota *decision.*390.*numer.quarto par. prima.in recent.* In præiudicium verò graue tertij regulariter non statur assertioni Papæ, & maximè extra materiam beneficialem, Decian. *cons.*18. *numer.* 272. *lib.primo.* Mohed. *decis. septima numer secundo de probat.* fuit dictum in Viterbiens. Campi maioris 15. Martij 1591. coram Orano. Hoc fallit concurrentibus adminiculis, Seraphin. *decis.* 454. Plura alia de hac materia videnda sunt apud Gabr. & Mascard. locis supra allegatis.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Eugubina Præpositurae.

*Veneris 3. Martij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Regula 8. derogat quibuscumque indultis, & priuilegiis, etiam concessis Communitati, Regi, & Imperatori, & in ea non solùm Papa sibi reseruat ius confirmandi quoad beneficia electiua, sed etiam ius de illis liberè disponendi. Comprehendit etiam beneficia patrimonialia, & debita certo generi personarum.

### SVMMARIVM.

1 *Regula 8. derogat quibuscumque priuilegiis cum quibuscunque clausulis concessis, & num. 20. vbi amplixatur.*

2 *Clausula* (quorum tenores) *quando per viam legis proceditur, tollit omnia priuilegia quascumque derogatorias habentia, & num. 21.*

3 *Regula 8. derogat priuilegiis, & indultis etiam concessis Communitati.*

4 *Item etiam priuilegio concesso instante Duce, & Rege, & Imperatore.*

5 *Clausula* (cuiuscunque dignitatis, status, &c.) *comprehendit etiam Reges, & Imperatores.*

6 *Regula 8. comprehendit beneficia, quæ in effectu non cadunt sub cæteris regulis.*

7 *Regula 8. habet locum quandocumque, & quomodocumque beneficium spectat ad collationem, & electionem inferioris collatoris.*

8 *Regula 8. non solùm reseruat confirmationem, sed etiam liberam dispositionem.*

9 *Confirmans non dicitur disponere, nec prouidere.*

10 *Regula 8. ratio est fundata in eo, vt Papa possit prouidere pauperibus, & benemeritis personis.*

11 *Confirmans non dat.*

12 *Confirmatio est actus necessitatis, & debitus de iure.*

13 *Beneficium non dicitur facere, qui exhibet debitum.*

14 *In necessitatibus liberalitas non exercetur.*

15 *Mixtum continetur sub simplici, quando viget eadem ratio, etiam in pœnalibus, & in odiosis.*

16 *Mixtum iudicatur de illo simplici, quod est potentius.*

17 *Electio est potentior confirmatione; quia attribuit plenum ius, & confirmatio non tribuit, nisi exercitium iuris.*

18 *Priuilegium, quod quis habet ab alio, non potest vti contra eum.*

19 *Regula 8. capit etiam beneficia patrimonialia, & debita certo generi personarum, & num. 22.*

### DECISIO CCXL.

LEo Decimus de anno 1514. cum Ecclesiam Eugubinam, quæ per priùs Regularis erat, ad statum sæcularem reduxisset, concessit Capitulo tàm Præpositurae, quæ est prima dignitas, quàm omnium Canonicatuum electionem, cuius confirmationem ad Episcopum pertinere voluit, Gregorius XIII. in initio sui Pontificatus statuit, vt Præpositura, prætextu cuius confirmationem sibi reseruauit, & Canonicatus dictæ Ecclesiæ in quibuscumque mensibus vacantes nonnisi Ciuibus Eugubinis ad ipsius Capituli electionem, & Episcopi confirmationem prouiderentur, sublatis omnibus reseruationibus cum clausulis amplissimis, & derogatoriis derogatoriarum. De mense Maij præteriti cùm vacasset dicta Præpositura Capitulum ad ipsam elegit Comitem Ioann. Baptistam Gabrielium, tandem vti reseruatam impetrauit Guido Montigranellus à Sede Apostolica; orta inter ipsos lite, & causa in Rota mihi commissa, dubitaui an electio esset confirmanda: Et Domini nullo discrepante dixerunt, non esse confirmandam; fundamentum fuit in regula, reseruatoriam octo mensium, in qua Papa reseruat suæ dispositioni omnia beneficia etiam electiua, cum derogatione quorumcumque indultorum concessorum quibuscumque collatoribus, & propterea non est facienda aliqua vis in supradictis Priuilegiis Leonis, & Gregorij per regulam sublatis, & minus in clausulis derogatoriis in eis positis, † quia visum fuit DD. regulam ha- 1
bere firmiores, & potentiores clausulas, & derogationes, ob idque indulta illi cedere ex latè deductis in Compsana iuris patronatus 3. Decembris 1604. coram R.P.D. Litta, & in Meluitana beneficij Sanctæ Mariæ 14. Nouembris præteriti coram R.P.D. meo Decano, [a] præsertim cùm in regula adsit clausula *(quorum teno- a
res)* † qua stante, vbi per viam legis proceditur sine con- 2
trouersia censentur sublata omnia priuilegia quascunque derogatorias habentia de quibus esset facienda particularis mentio, ex cumulatis per Rip. *in c. 1. numer. 55. & seq. de rescrip.* vt dixit Rota in vna Astorien. Archidiaconatus 19. Martij 1576. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in multis aliis congestis per informantes. [b] Et regula procedit etiam si dicamus priuile- b
gium, † & indultum fuisse concessum Communitati 3
Eugubinæ, seu ad eius instantiam, prout fuit resolutum in dicta Meluitana beneficij Sancti Marci. † Item 4
licèt sit concessum instante Duce Vrbini prout in Rege Scotiæ resoluit Rota, Mohed. *decis. 12. de priuileg.* Ioann. Paul. *decis. 4. incip. Barchinonens. Vicaria*, & in Imperatore reouir illa Meluitana: † Id enim operatur 5
clausula *(cuiuscunque dignitatis status*, Sarn. *in Procem. Regul. Cancel. quæst. quarta. numer. secundo vers. nam dicta clausula de sui natura.* Non obstat, quòd Præpositura esset reseruata per regulam tertiam, & ideo non possit cadere sub regula octaua, quia id posset procedere, quatenus cum effectu caderet † sub regula tertia, & 6
propter ipsam remanserit reseruata dispositioni Papæ, Rota *decis. 32. de præb. in antiqu.* & propterea aut volumus, quòd Præpositura sit in effectu reseruata per regulam tertiam & sufficit Montegranello, quia cùm effectus reseruationis sit ligare potestatem, vt de beneficio disponere non possint, nec illud conferre, & per vnam reseruationem fuerit hæc potestas sublata, non egemus alia; imò alia reseruatio nihil posset auferre, vel ligare, cùm nihil inueniat, vt dicitur *in dicta decis.* aut volumus dictam regulam tertiam, seu reseruationem ex ea resultantem esse sublatam per clausulas indulti, & tunc illa deficiente remanebit ius alterius regulæ, & reseruationis, vt in dicta *decis. sub num. 5. vers. si enim prima reuocetur.* Cassad. *decis. 9. sub num. 4. de præb.* fuit dictum in Brundusina Archidiaconatus coram Reuerendissimo Rhodien. de anno 1600. aut saltem dabitur occasio, vt intret Regula 8. quia stante indulto Capitulum pote-
rat eligere, † & regula habet locum quandocumque, 7
& quomodocumque beneficium spectet ad electionem inferioris collatoris, quia reseruat pertinentia ad collationem quorumcumque collatorum. Non obstat, quòd reseruatio satis videatur operari eam confirmationem, quam voluit Papa apud se remanere, &
quà videtur fuisse contentus; † quia hoc est contra 8
verba, & mentem regulæ; cùm enim reseruet suæ di-
spositioni, † per confirmationem non dicitur dispo- 9
nere, nec prouidere, Bald. *consil. 507. numer. primo
ad fin. lib. quinto.* † est etiam contra mentem Papæ, qui 10
intendit pauperibus, & benemeritis prouidere, quod
non facit per solam confirmationem; † quia qui 11
confirmat, non dat, *lege & quia. ff. de iurisdict. omn. iud.*

*indiciturn. cap. inter dilectos. de fide instrum.* Dec. *in capit.*
*postquam. numer.* 18. *in fin. de elect.* & cùm Papa inten-
dat ipsis benefacere, confirmatio ei non posset im-
putari ad beneficium, sed ad iustitiam, vt dicit Bal. *in*
12 *loco allegat.* † cùm enim confirmatio sit necessitatis, &
debita, *c. fin. de elect. in* 6. *& d. cap. postquam.* vbi Abb. *in*
13 *primo not.* Dec. *num.* 1. † non impendit beneficium, qui
exhibet debitum, *l. si seruo* §. 1. *ff. de reb. insftis l. proximè. ff.*
14 *de rit. nupt.* Bal. *vbi supra*, † & in necessitatibus libera-
litas non exercetur, *l. rem legatam ff. de adim. leg.* Nnn
obstat, quod dicitur istum esse casum mixtum, & non
15 comprehendi sub regula, † quia respondetur, casum
mixtum contineri sub simplici, quando viget eadem
ratio, *l. interdum* §. *quod ais ff. de his, qui not. infam. l. si*
*ita facta*, vbi Iacob. de Are. Bald. & Imol. *ff. de inust.*
*nupt. & irrit. test.* Aret. *in l. si ita scriptum col.* 2. *ff. de lib. &*
*post.* vbi inquit procedere etiam in pœnalib. Alex. *cons.*
144. *numer.* 7. *lib.* 6. qui dicit idem in odiosis, latè Tira-
16 *quel. de leg. connub. glos.* 5. *numer.* 76. † Præterea mixtum
indicatur de illo simplici, quod est potentius, *l. quari-*
*tur.* vbi Bald. *num.* 3. *ff. de stat. hom.* Ang. *cons.* 348. *num.* 2.
17 *post med.* † electio autem dicitur potentior non solùm,
quia est principium, quod dicitur potissima pars, Ang.
*ibi num.* 3. & trahit confirmationem, vt dicit Dec. *in dicto*
*cap. postquam num.* 18. *in fin.* sed etiam quia per electio-
nem plenum ius acquiritur, per confirmationem au-
tem nihil noui iuris, sed tantùm exercitium, Oldrad.
*cons.* 346. *post numer.* 4. Dec. *loco alleg. numer.* 18. Non ob-
stat, quòd dicatur Capitulum ratione communionis, &
concursus cum Papa posse dici exemptum à regula, vt
ipse Papa per reg. *l. si commune. ff. quem. seruit. amittant.*
quia quando termini essent applicabiles, responsin est
in promptu, quòd istud non procederet in præiudi-
18 cium collationis, quam sibi reseruauit Papa; † quia Pri-
uilegio quod quis habet propter alium, non potest vti
contra eum, Bart. *in l. amicissimos.* §. *Lucius n.* 7. *de excus.*
*tut.* Non obstat, quòd Canonicatus, & Præpositura de-
beantur Ciuibus Eugubinis iuxta indultum Gregorij.
19 † quia hoc non impedit effectum regulæ, nec regula in
hoc derogat indulto; & sicut Capitulum in suis men-
sibus tenetur eligere dictos Ciues, ita Papa in mensibus
reseruatis confert eisdem; hoc enim fit quoties bene-
ficia sunt debita certo generi personarum, glos. *in cap.*
*cum Ecclesia tua in gloss. magn. in fin. de preb. lib.* 6. Put.
*dec.* 235. *lib.* 2. Capu. *dec.* 516. *lib.* 1. *in manuscr.* cum aliis
c relatis in d. Meluitana, [c] quæ vndique dirimit præsen-
tem controuersiam.

*ANNOTATIO.*

20 a Rota † *decis.* 58. *num.* 7. *& decis.* 88. *numer.* 5. *part.* 2. *in recent.*
vbi dicitur, quòd Regula 8. derogat quibuscumque Pri-
uilegiis continentibus derogatorias derogatoriarum, &
latissimè fuit deductum in illa Cæsaraugustana Paro-
chialis de Mayela 6. Nouembris 1619. coram R. P. D.
Coccino Decano, vbi fuit dictum, quòd propter clau-
sulas prægnantissimas Regulæ 8. erat derogatum Priui-
legio, etiam continente expressam clausulam, quòd
numquam sub reseruationibus Apostolicis intelligeretur
comprehensum.
21 b Plenè Gonzal. † *super Regula* 8. *glos.* 36. *num.* 29. vbi sub
*num.* 30. dicit, quòd ista clausula fuit adinuenta, vt dare-
tur modus, quo Pontifices possent derogare gratiis
præcedentibus, de quibus notitiam non habent, quibus
intendunt derogare, & latissimè etiam de vi, & effectu
huius clausulæ (*quorum tenores*) latè Mart. *in sua clausul.*
*part.* 1. *claus.* 139.
22 c Gonzal. † *super Regula* 8. §. 1. *glos.* 9. *numer.* 55. Seraphin.
*decis.* 1420. Rota *decis.* 580. *sub num.* 5. *part.* 2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Perusina Ratificationis.

*Luna 9. Martij 1606.*

## ARGVMENTVM.

Promittens alium ratificaturum non tenetur, nisi ad interesse illo non ratificante, & maximè quando adhibuit omnem diligentiam pro habenda dicta ratificatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Factum alienum non potest quis præcisè cogi præstare, nec potest præcisè promittere, & num.* 7. *vbi limitatur non procedere stante iuramento.*
2 *Obligatio facti alieni dum non impletur, committitur stipulatio ad interesse.*
3 *Ad factum proprium quis præcisè non tenetur, sed præstando interesse liberatur.*
4 *Clausula* (aliàs de proprio) *apposita in promissione ratificationis operatur, quod præstatio interesse succedit loco facti non solùm ex iuris dispositione, sed etiam ex forma contractus, & plura sub numero octauo.*
5 *Factum alienum promittens ad aliud non tenetur, quàm ad interesse, quando omnem adhibuit diligentiam, vt factum illud præstaretur, & plura latè de hac materia promissionis facti alieni, & sub numero octauo.*
6 *Liquidari debet interesse antequam deueniatur ad aliquam executionem.*

## DECISIO CCXLI.

MAndatum Auditoris Cameræ reuocandum esse
Domini dixerunt quia fuit relaxatum contra
Comitem Iulium Cæsarem ad ipsum carcerandum, &
in carceribus detinendum; donec fecerit, quòd
Dominus Gentilis ratificet transactionem eius nomi-
ne factam, vt promiserat Comes Iulius Cæsar,
† & tamen ad id præcisè cogi non poterat, sicut nec 1
ipse poterat præcisè se ad id obligare. *lege stipulatio*
*ista. in principio. ff. de verborum obligatione.* Purpurat.
*consilio* 561. *numero primo & secundo.* Ruynus *consilio*
67. *numero nono. circa finem libro quarto.* † sed eo non 2
ratificante censebatur commissa obligatio ad interesse
ex dicta promissione de raro, Ruynus *consilio* 152. *nu-*
*mero primo, libro primo.* † Regula enim est, quòd præ- 3
cisè ad factum etiam proprium quis non teneatur,
sed præstando interesse liberatur, *lege si quis ab alio.*
*in fine. ff. de re iudicata. lege stipulationes non diuiduntur. ff.*
*de verborum obligatione.* Decius *consilio* 502. *sub numer.*
*sexto, & num. sequent.* [a] præsertim quia Comes Iulius
Cæsar promisit Dominum Gentilem ratum habiturum, b
aliàs voluit de suo proprio [b] teneri, quo casu præsta- a
tio interesse succedit loco facti non solùm ex dispo-
sitione iuris; † sed etiam ex forma contractus, vt 4
per Decium *consilio secundo numero septimo in fine. &*
*numero sequenti.* Purpuratus *dicto consilio* 561. *post nu-*
*merum secundum versic. Ex quo per prædicta*, censetur
enim hoc casu promissum interesse in euentum non se-
cutæ ratificationis, Rip. qui alios allegat, *in lege quod*
*te num.* 46. *in fine. ff. si certum petatur.* † & hæc tantò 5
magis procedunt, quia Comes Iulius Cæsar omnem
adhibuit diligentiam, vt dictus Gentilis ratificaret
transactionem, & propterea ad nihil aliud teneri potest,

quàm ad præstandum id, quod D. Liuiæ interest propter non securam ratificationem, vt fuit dictũ in vna Asculana dotis 23. Februarij 1599. coram Robusterio in Romana Palatij 7. Maij 1590. coram Bubalo, & diebus præteritis in Anconitana dotis coram R.P.D. Pamphi-
6 lio, † quod interesse debebat prius liquidari, antequam deueniretur ad aliquam executionem, *l. hac autem* §.1. *ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eat.* Bald. *conſ.*165. *lib.*4. Aym. *conſil.*164. *num.*2. Natt. *conſ.*27. *num.*4.

### *ANNOTATIO.*

7 a Ad factum † præcisè quis præcisè compelli non potest, sed præstando interesse liberatur, Surd. *conſ.*51. *num.*14. *& ſeq.* Menoc. *conſ.*92. *n.*22. qui alios referunt, hoc non procedit stante iuramento, quia tunc quis tenetur præcisè præstare factum, quando potest illud præstare, latè Gabr. *de iureiur. conc.*8. *num.*1. *&* 2. qui testatur de magis communi, Surd. *conſ.*13. *num.*27. Seraphin. *decis.*805. *num.*3. *&* 4. & fuit dictũ in Perusina dotis impressa penes Marchef. *de commiſſ. tom.*2. *fol.*588. 15. Ianuarij 1607. coram R.P.D. Ortembergo, etiam si sit hæres iurantis, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*14. *tit.*33. *num.*8. Seraphin. *d. decis.*805. *num.*3. *&* 4. & fuit dictum in Tiburtina Castri sancti Angeli de Visinis 26. Nouembris 1616. coram bo.me. Andrea, quæ tamen ampliatio non admittitur in dicta Perusina dotis, in qua dicitur hæredem iurantis non compelli præcisè ad factum, vbi autem adest Statutum, quòd in obligationibus facti, si factum promissum adimpleri potest, teneatur promittens præcisè ad factum, Statutum est seruandum, prout huiusmodi Statutum est in Vrbe, *cap.*164. *lib.*1. & fuit dictum in dicta Tiburtina Castri sancti Angeli coram d. bo. me. Andrea.

8 b Hæc materia † de promissione facti alieni, an & quando resoluatur in simplicem promissionem de adhibendo omnem diligentiam, & conatum, & se facturum, & curaturum, latè tractatur per Gabr. *de pact. concl.*2. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*14. *tit.*33. 34. *&* 35. & per Couar. *in cap. quamuis, part.*2. §.5. *de pact. in* 6. & habetur etiam lata *decis.* Vincent. de Franch. 624. qui plures casus distinguit. Conclusio receptissima est, & à Rota sæpiùs firmata, quòd promittẽs factum alienum liberatur adhibendo omnem diligentiam, etiam non obstante iuramento, quam latissimè plures cumulando firmauit Rota *in decis.* 38. inter impress. penes Zacch. *de obligat. Camer.* vbi dicitur hoc procedere etiam, quando factum alienum directè promittitur, & etiam plenè fuit dictum in Perusina dotis coram R. P. D. Ortembergo impressa penes Marchef. *de Commiſſ. tom.*2. *fol.*588. & prius tenuerat Rota penes Vetal. *decis.*239. *num.*2. *part.*2. Circa quod tamen est aduertendum, quòd huiusmodi diligentiæ non sint collusiuæ, sed bona fide factæ; prout in dubio præsumitur, nisi collusio probetur, Rota *dicta decis.*38. *numer.* 9. Mantic. *d. tit.*35. *num.*2.

Hæc conclusio recipit plures limitationes, de quibus per DD. supra allegatos, & præsertim non procedit, quando post promissionem facti alieni additur clausula *(aliàs de proprio)* tunc enim promittens tenetur ad interesse non sequuto effectuali implemento, vt firmauit Rota in hac decisione, & videtur etiam sensisse Rota in dicta Perusina *supra allegata in verſ. ex hoc obtinet,* & plures hanc opinionem tenentes cumulantur penes Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*14 *tit.*35. *numer.*32. Sed contrariam opinionem, quòd, scilicet, non committatur stipulatio ad interesse, nisi in casu, quo promittens non adhibeat omnem diligentiam non obstante prædicta clausula *(aliàs, &c.)* tenet Gabr. *conſ.*131. *num.*5. *&* 6. *lib.*2 quem refert, & sequitur Mantic. *d. tit.*35. *num.*34. vbi dicit hoc esse notandum, & etiam secuta fuit Rota *in d. decis.* 38. penes Zacch. *de obligat. Camer.* præsertim *sub num.* 6. vbi expressè dicitur, quòd promissio interesse est conditionalis, si promittens fuerit morosus in adhibendo omnem diligentiam, & conatum. Et licèt hæc secunda opinio in puncto iuris, & de rigore videatur verior, quia si promissio facti alieni importat solùm promissionem de adhibendo diligentiam, vt supra fuit firmatum, sequitur quòd obligatio de proprio in casu non impletæ dictæ obligationis, non operetur, nisi in casu, quo non fuerit adhibita dicta diligentia, nihilominus ex verisimili mente contrahentium non crederem esse recedendum à prima opinione firmata in hac decisione, quia per huiusmodi clausulam *(aliàs de proprio)* verisimiliter contrahentes volunt, quòd factum alienum omni modo adimpleatur, saltem per præstationẽ interesse ipsius promissoris, aliàs dicta verba essent omninò superflua, quia etiam si non sint expressa, dum quis promittit factum alienum, simpliciter succedit obligatio ad interesse non secuto implemento, vt firmatur *in hac decisione n.*3. & videntur contrahentes per hanc clausulam idem voluisse dicere, ac si dixissent, quòd faciendo omnem suum conatum, promittens non liberaretur, quo casu sine dubio non suffragaretur diligentia, Mantic. *de tacit. dicto lib.*14. *tit.*35. *num.*1. *&* 19. Ioseph. Ludou. *decis. Perusina* 27. *num.*8. & admittit Rota *d. decis.*38. *sub num.*3. *&* 4. & etiam in d. Perusina relata per Marchef. *in loco præallegato.*

Quid autem dicendum sit stante clausula *(cum effectu)* videndus est latè Mantic. *d. tit.*35. *num.*1. *& seq.* & quòd d. clausula nihil plus operetur, quàm si non fuisset expressa, dicit Eugen. *conſ.*90. *num.*46. testando de veriori, & magis communi.

Hoc certum est, quòd quando promittens factum alienum vult ex dicta promissione deducere actionem aliquam, tunc non liberatur adhibendo diligentiam, nisi cum effectu sequatur implementum promissionis, Couar. *in cap. quamuis in* 2. *part. relect.* §.5. *num.*7. *verſ. vndecimo hinc apparet, de pact. in* 6. & ideò promissio dotis facta marito cum hoc, quòd faciat renunciare vxori suæ iura sibi competentia, non secuta dicta renunciatione, non potest maritus agere ad dotem, ita fuit dictum in Bononiens. dotis 1. Iunij 1609. coram R. P. D. Caualerio, vbi consideratur, quòd non est verisimile fuisse tantam dotem promissam, si cum effectu renunciatio non fuisset facta, quod idem etiam tenuit Rota in Anconitana dotis 3. Maij 1606. coram R.P.D. Pamphilio, & circa hoc est videnda *decisio* Vincent. de Franch. 624.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgeñ. Canonicatus.

*Lunæ 6. Martij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Negatiua non dispensationis, quãdo est expressa in gratia, debet iustificari per impetrantem, & non dicitur sufficienter iustificata per diligentias, nisi sint factæ à tanto tempore quo potuit obtineri dispensatio, & in omnibus libris, in quibus potuit reperiri.

### *SVMMARIVM.*

1 *In narratiua se fundans tenetur illam probare.*
2 *Narratiua gratiæ est iustificanda per impetrantem, licèt contineat negatiuam, & num.* 10.
3 *Negatiua dispensationis est per impetrantem probanda.*
4 *Actor non tenetur probare reo exceptionem non competere, nisi quando impetrans narrauit negatiuam, tunc enim ex vi narratiuæ adstringitur ad id probandum.*
5 *Qualitas narrata est omnino iustificanda.*
6 *Triennalis possessionis præsumptio tollitur ex vera probatione facta per diligentias.*
7 *Præsumptio vincitur à probatione.*
8 *Diligentiæ non probant negatiuam non dispensationis, quando non sunt factæ à toto tempore, quo potuit dispensatio obtineri, & in omnibus libris, in quibus potuit dispensatio reperiri.*
9 *Reus non prohibetur vti pluribus exceptionibus, licèt contrariis, & vide num.* 11.

## DECISIO CCXLII.

FRanciscus Rüz de Villaloa fuit vsque de anno 1592.
prouisus ab Archiepiscopo, & Capitulo Burgeñ. de
Canonicatu dictæ Ecclesiæ, hunc Canonicatum Micha-
el de Collado de anno 1602. impetrauit à Sede Aposto-
lica sub prætextu, quòd prouisio ad fauorem Francisci
fuisset nulla ob eius inhabilitatem ex defectu natalium,
super quo ad Canonicatum huiusmodi obtinendum
cum eo saltem sufficienter, non fuerit dispensatum. Du-
bitaui an gratia Michaelis sit iustificata quoad nullita-
tem collationis Ordinarij ob defectum sufficientis dis-
pensationis, præsupposito, sine veri præiudicio, quòd
constet de illegitimitate ipsius Francisci, & quòd in-
strumenta ordinum, & dispensationum sint in forma
probanti, dubium istud ex latè deductis pro vtraque
parte habuit tres inspectiones. Prima, an Michaeli in-
cumbat onus probandi negatiuam sufficientis dispensa-
tionis, vel potius Io. aduersario contrariam affirmatiuam.
Secunda, si probatio spectat ad io. an illum releuet pos-
sessio Francisci non solùm triennalis, sed etiam decen-
nalis. Tertia, si Michael sit adstrictus ad probandum
negatiuam, an illam probet ex diligentiis factis in Re-
gistris Apostolicis. Quoad primam DD. vnanimi sen-
tentia dixerunt Michaelem teneri probare non suffi-
1 cientem dispensationem ex regula generali, † quòd fun-
dans se in negatiua, illam habet probare, ex cumulatis
2 per Gabr. *de probat. conclus. 6. numer. 5.* [a] & † quia nar-
a ratiua gratiæ est iustificanda per impetrantem, licèt con-
tineat negatiuam, vt fuit dictum in vna Salamantina
pensionis 25. Iunij 1582. coram bon. mem. Bubalo
in vna Aretina Parochialis 25. Iunij 1593. coram Ota-
no in Paleñ. & Oximeñ. Præstimoniorum 9. Martij 1594.
coram R. P. D. Decano, & in Cæsaraugustana Paro-
chialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram Illustrissi-
3 mo Cardinali Pamphilio, & in aliis pluribus, † & in ne-
gatiua dispensationis, quòd sit per impetrantem proban-
da, tradit Paris. *consilio* 138. *numer.* 1. *& 2. libr.* 4. cuius
opinio placuit Dominis per prædicta quicquid sentias
Rebuff in contrarium allegatus. Non obstat, quòd de-
beat sufficere Michaelem probasse Franciscum illegiti-
mum, ex regula, quòd actori sufficit fundare inten-
tionem suam, nec teneatur probare reo exceptionem
b non competere, [b] quia regula non procedit, quando
4 impetrans id narrauit, † nam ex vi narratiuæ astringitur
ad probandum, Abb. *in capit. 3. numer. 7. de libell. oblat.*
Cassad. *decis.* 10. *numer.* 10. *de rescript.* narrando enim
suo ligone se percutit, vt dicit Cassad. Non obstat, quòd
Papa fuerit motus aut moueri potuerit ex narrata ille-
gitimitate tantùm absque negatiua sufficientis dispensa-
5 tionis, quia Domini hoc non admittebant, vltra † quòd
cùm sit adiecta vti qualitas narratiuæ illegitimitatis,
omnino venit iustificanda, simul cum illegitimitate ex
traditis per Rip. post alios *in capit.* 11. *num.* 65. *de rescrip.*
Firmato quòd onus probandi negatiuam spectat ad Mi-
chaelem, non est necessaria discussio secundæ inspectio-
nis, in qua etiam Domini non erant concordes, aut
enim Michael non probat negatiuam, & hoc sufficit
Ioanni, nec indiget triennali, aut decennali possessione,
nec de aliquo etiam debet esse sollicitus, aut non pro-
bat de diligentiis, de quo infra dicetur, & non sufficit
6 præsumptio ex triennali, † quia excluditur per diligen-
tias, Caputaquen. *decis.* 335. *libr.* 1. *in manuscript.* idem di-
7 cendum de decennali, † quia præsumptio vincitur à
probatione, *l. cùm in debito* §. 1. *ff. de probat. capit. quicum-
que* 80. *distinct.* Aymon. *consilio* 35. *numer.* 5. & cedit ve-
ritati, *leg. fin. in princip. ff. quod met. causa. l. nuptura in
fin. ff. de iur. dot.* Aret. *consilio* 38. *colum.* 2. Neuiz. *con-*
8 *silio* 81. *nume.* 24. facit decis. Cassad. 8. super regul. †
Quoad tertiam breuiter fuit dictum diligentias non
cócludere negatiuam, cùm sint factæ à die, quo Francis-
cus fuit prouisus, & sic ab anno 1592. & sine dubio ante
prouisionem poterat obtinuisse dispensationem, Acce-
dit, quòd non sunt factæ diligentiæ in registro Pœni-
tentiariæ, quibus stantibus non est necessarium discu-
tere: An dispensatio potuerit alibi, & aliunde quàm à
Papa impetrari, circa quod tamen erant diuersæ Domi-
norum sententiæ. Non obstat, quòd Franciscus aliàs di-
xerit in iudicio se natum de legitimo matrimonio, † 9
quia reus nó prohibetur vti pluribus exceptionibus, licet
contrariis [c] *l. nemo ex his*, vbi Cagnol. *numer.* 3. *& 4.*
de communi de reg. iur. *gloss. in Clemen. si appellationem*
in verbo ( *appellationes* ) *in fin. de appellat.* Socin. *in l. ne-
mo prohibetur. numer.* 1. *ff. de except.*

*ANNOTATIO.*

a Latè Marescott. † *variarum libr.* 2. *capit.* 1. *numer.* 21. *& 10
sequenti.* vbi adducit plura exempla, Paris. *de resignat. libr.*
10. *quæst.* 3. *nu.* 5. fuit latè dictum in Acheruntina Paro-
chialla 19. Aprilis 1613. coram Cardinali Sacrato, vbi di-
citur id procedere, etiam si probatio negatiuæ sit valdè
difficilis, & ideò impetrans ob non publicationem resi-
gnationis tenetur probare hanc negatiuam, Rota *dec.* 632.
*n.* 6. *par.* 1. *in recent.* Seraphin. *dec.* 1004. & infra coram
Sanctissimo *dec.* 210. vbi etiam dixi, *& decis.* 262. & aliàs
sæpè similiter impetrans ob non dimissionem beneficij
incompatibilis iuxta formam decreti, tenetur id iustifi-
care, vt tenuit Rota in Meliten. Canonicatus 16. Iunij
1586. coram Cardinali Platto, quam refert, & sequitur
Marescott. *loca prællegato*, item narrans in dispensatione
matrimonium non fuisse carnali copula consumatum te-
netur hanc negatiuam plenè iustificare, Rota *dec.* 86. *nu.*
2. impress. penes Farinac. *post* 2 *lib. consil.*

b De quo dixi supra *ad decis.* 228.

c Circa hanc conclusionem an, & † quando reus possit vti 11
exceptionibus diuersis, & contrariis est videndus Gabr.
*de action. concl.* 1. *nu.* 10. *& seq.* vbi pluribus modis ampliat,
& limitat dictam conclusionem, quam etiam firmauit
Rota in Asculana Grani. 2. Decembris 1608. corá Cardi-
nali Sacrato, & inter alias limitationes non procdit con-
clusio in exceptione, cuius contrarium excipiens obti-
nuit in iudicio canonizari, Rota *decis.* 78. *numer.* 3. *p.* 1. *in
recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Casalis, & Prædij de Iacobatiis.

*Mercurij* 10. *Martij* 1606.

ARGVMENTVM.

Sententia lata extra Rotam, causa pendente in Rota, est attentata, maximè post inhibitionem, & præsertim si causa sit iam instructa, nec consensus partium in iurisdictionem tollit huiusmodi attentata.

ARGVMENTVM.

1 *Sententia lata extra Rotam, pendente causa in Rota, est attentata, maximè post inhibitionem Rotalem.*

2 *Commissio, quæ non facit mentionem de pendentia litis iam introductæ, non est habenda in consideratione.*

3 *Causa quando iam est instructa coram alio iudice, tunc non intrant Priuilegia, & facultates alterius tribunalis.*

4 *Inhibitio Rotalis causat attentata omnia gesta per Iudicem inhibitum, non obstante consensu partium præstito in iurisdictionem.*

DECISIO CCXLIII.

Fuit resolutum sententiam R. P. D. Ripæ non esse exequendam; fundamentum præcipuum resolutionis fuit, quia causa ista fuerat vsque de anno 1599. per Colam Iacobatium auctorem Archihospitalis introducta in Rota coram Reuerendissimo Rodien. in vim commissionis iactationum, & molestationum, cuius vigore fuerunt R. P. D. Ascanius, & Fratres non solùm citati,
1 sed etiam inhibiti, † & propterea sententia per ipsos obtenta est attentata, cuius pendentiæ non potuit nec per Iudicem, nec per partes prætendi ignorantia, cùm sæpiùs fuerit protestatũ, & docti etiam per registri productionem. Non obstat commissio Illustrissimi Protectoris Ar-
2 chihospitalis, † tùm quia ea non facit mentionem de pendentia litis in Rota, ad not. *in cap. ceterum, & in cap. ad audientiam. de rescript.* tùm etiam quia causa non so-
3 lùm erat introducta in Rota, † sed etiam ibi instructa, ita vt non intrarent facultates Protectoris. Non obstat, quod dicitur de consensu præstito in iurisdictionem D. Ripæ pro parte Archihospitalis, quia vltra quod de
4 dissensu apparet ex multis protestationibus, & † talis
a consensus non excusaret ex latè deductis [a] per Dominos meos in proxima præterita Rota in Romana Vineæ, seu attentatorum coram R. P. D. meo Decano. Non enim debet esse in posse partium deludere iurisdictionem huius tribunalis, & spernere inhibitiones Rotales.

ANNOTATIO.

a Et quòd consensus partium non excuset ab attentatis lite pendente in Rota ad effectum, quòd Officio iudicis, cuius maiestas læsa fuit, non veniant reuocanda, Lancell. *de attent. part. 2. capit. 4. limit. 15. numer. 16. & sequenti. & limit. 16. num. 16. in fine,* & contraria conclusio, quòd, scilicet, consensus partium excuset ab attentatis, de qua latè per Lancellot. *d. limit. 16. & sequent. & per eundem part. 2. capit. 12. limitat. 42. numer. 12.* Cresc. *decis. 2. de lit. pend.* Rota *decisione 183. sub numer. 1. part. 2. in recent.* vbi fuit dictum sufficere consensum ne dum expressum, sed tacitum, & procedit, si ageretur de reuocatione attentatorum ad instantiam partis, vt benè declarat idem Lancellot. *d. limitat. 15. numer. 16. & d. limitat. 16. in fine.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Spoletana Hæreditatis.

*Veneris 10. Martij 1606.*

ARGVMENTVM.

Dispositio *l. hereditas ff. de hered. instit.* quando non habeat locum. Institutus in legitima, an dicatur cohæres ad effectum, vt deficiente hærede vniuersali, per ius accrescendi possit capere totum.

SVMMARIVM.

1 l. Hæreditas ex die. ff. de hæred. instit. *non habet locum, quando assunt coniectura suadentes grauamen restituendi bona post mortem instituti ad vitam, & vide numero 11.*
2 *Pater in dubio præsumitur velle prouidere filio.*
3 *Patrum communis votum est quod bona sua ad filium perueniant.*
4 l. Hæreditas ff. de hæred. instit. *non procedit quando est datus cohæres.*
5 *Legitima an sit pars hæreditatis, est valdè controuersum.*
6 *Est pars hæreditatis ad effectum, vt institutus in legitima habeat ius accrescendi.*
7 *Institutus in re certa habet commodum heredis quoad ius accrescendi, cessante vniuersali herede, perinde, ac si à principio solus fuisset hæres scriptus.*
8 *Iuri accrescẽdi semper est locus, quãdo potest cõtingere, quòd quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
9 *Consensus alicuius, dum fuit adhibitus in dispositione facta de aliqua re, ad argmi ius illius in dicta re.*
10 *Institutio vniuersalis non comprehendit bona subiecta fideicommisso.*

DECISIO CCXLIV.

Domini steterunt in decisis † & *ad l. hereditas ex* 1
*die ff. de hered. instit. cum concord.* in quo consistebat totum fundamentum impugnantium decisionem, dupliciter respondetũt. Primò dispositionẽ dictarũ legũ nõ procedere, quando sunt coniecturæ suadẽtes grauamen restituendi bona post mortem instituti ad vitam, seu toto tempore vitæ. [a] Et quicquid in contrarium la- a
borarent scribentes pro Olinda, & sororibus, placuerunt cõiecturæ consideratæ in decisione; quæ licẽt singulariter acceptæ possent recipere difficultates obiectas, tamen simul iunctæ satis persuadent dictum grauamen, præsertim ad fauorem filij. † cui pater in dubio semper præ- 2
sumitur velle prouidere, *l. filium matrem. Codic. de inoff. testa. l. si furioso pubes. ff. de test. furios.* Bald. *in l. precibus num. 56. Codic. de impub. & aliis subst.* † iuxta commune 3
votum parentum quod est, vt bona sua ad filium perueniant, *l. nam, & si parentibus. in princ. ff. de inoff. testa. l. scripto. ff. vnd. lib.* gloss. *in l. Paula Callimacho. §. fin. in ver. non etiam. ff. de leg. 2.* † Secundò fuit responsum regulam *d. l. here-* 4
*ditas ex die.* non procedere, quando est datus cohæres, [b] b
Ang. *d. l. post med. vers. fallit si post tempus.* Dec. *consilio 278. sub numer. 1. vers. non obstat, quod in casu.* Natt. *consilio 570. numer. 13.* Menoch. *consilio 105. numer. 40.* Sylvestr. Aldobr. *consilio 17. numer. 22.* cessat enim tunc inconueniens, quòd testator remaneat pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, quia finito tempore, quo ille fuit institutus, cohæres capit totum ex iure accrescendi; Trebatius autem fuit datus cohæres, quia fuit in legitima institutus. Nec obstat, quòd institutus in legitima non videatur posse dici cohæres, † cùm 5
legitima non sit pars hæreditatis, *l. Papinianus. §. quarta ff. de inoff. test.* Bart. *in l. ex facto. numer. 1. ad fin. ff. de hered. instit.* Alex. *consilio 150. sub numer. 6. vers. item videamus libr. 2.* quia quicquid sit in illa quæstione, an legitima sit quota hæreditatis, vel bonorum, quæ est multùm controuersa, † negari non potest quin possit dici quota 6
hæreditatis ad effectum, vt illi accrescat residuum hæreditatis, Dec. *inl. hares institutu sub numer. 5. vers. replicari posset. Codic. de impub. & aliis sub.* benè Corn. *consilio 31. numer. 5. in fin. & numer. sequent. libr. 4.* Mich. Crass. *in §. hereditas quasi. 8. in fin.* † Et vbi etiam non posset di- 7
ci institutus in portione hæreditatis, sed bonorum, adhuc tamen sufficeret ad effectum, de quo agitur, cùm institutus in re certa hæredis nomen, & commodum habeat quoad ius accrescendi cessante vniuersali hærede, [c] Co- c
uar. *in cap. Raimutius. §. 1. sub numer. 9. vers. nam institutus, de testam.* & totum capiat perinde ac si à principio solus fuisset hæres scriptus, *l. 1. §. si ex fundo. & l. quoties §. si duo. ff. de hered. instit.* Alex. *in l. quoties post numer. 5. vers. vnde pro pleniori doctrina. Codice de hered. instit.* Soc. Iun. *consilio 111. numer. 10. libr. 1.* latè Mich. Crass. *in d. §. hereditas quastion. 3. sub numer. 2. vers. aliquando enim hæres,* & hoc procedit non solùm, quando ab initio non est scriptus aliquis hæres vniuersalis, sed etiam, quando fuit scriptus, sed ex futuro euentu, & casu non sit hæres, † quia quandocumque possit euenire, vt quis sit pro 8
parte testatus, & pro parte intestatus, semper est locus iuri accrescendi. Alexand. *in d. l. quoties sub nu. 5. vers. pro hoc facit quia ratio.* Non obstat, quòd dicitur de consensu

consensu Trebatij adhibito testamento matris etiam
9 vltra id quod disponit Statutum, † quia imò ex adhibitione huiusmodi consensus clarè denotatur ius ipsius Trebatij in bonis ex tradit. per Bald. *in l. si permittente n. 2. C. de Velleian.* & consensus iste obstabit hæredibus Trebatij in bonis fideicommisso subiectis, de quibus specialiter mater disposuit in testamento. Nihil tamen nocebit, quoad alia bona, & quoad institutionem vni-
10 uersalem, quam fecit mater, † cùm in ea non comprehendantur bona debita Trebatio ex fideicommisso patris, Paris. *cons. 7. num. 9. lib. 1.* Cæph. *cons. 3. num. 93.* Roland. *cons. 71. num. 26. lib. 2.* cum adductis ad decisio-
d nem.[d]

### *ANNOTATIO.*

11 a An, † & quando hæres institutus ad tempus certum, seu incertum dicatur hæres purè, simpliciter, & in perpetuũ detracto tempore, & quando censeatur grauatus per fideicommissum de restituendo ad fauorem vel cohæredum, vel venientium ab intestato, videndus est Peregr. *de fideicommiss. artic. 5. num. 17.* & Surd. *cons. 439. num. 1. & 19. & seq.* vbi distinguit plures casus, & quòd vbi sunt cohæredes censeatur hæres institutus ad tempus grauatus per hanc temporis limitationem ad restituendum post illud tempus cohæredibus, dixit Rota sequendo hanc decisionem in Sabinen. seu Nullius hæreditatis 26. Februarij 1619. coram R. P. D. Pamphilio.

b Et ita etiam limitat, & declarat Surd. *d. cons. 439. numer. 18.* & dixit etiam Rota sequendo hanc decisionem in dicta Sabinen. seu Nullius hæreditatis coram R. P. D. Pamphilio.

c Ius accrescendi habet locum etiam ad fauorem hæredis instituti in re certa, & particulari, Rota *decis. 800. num. 4. par. 1. diuers.* Surd. qui plura cumulat *d. cons. 439. num. 18. in fine, & 19.* vbi dicit, quòd sit hæres vniuersalis detracta certarum rerum portione.

d De quo dixi *ad decis. 102. num. 10.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Neritonen. pensionis.

*Veneris 7. Aprilis* 1606.

### ARGVMENTVM.

Clausula (*dummodò mille remaneant*) ex quibus iustificetur in materia probationum admittitur coniunctio plurium probationum simul, maximè quando materia est difficilis probationis. Verisimilitudo multùm operatur in materia probationis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Testes deponentes de publica voce, & fama, iuncto vnico teste de scientia, faciunt plenam probationem.*

2 *In probationibus procedit regula, quæ singula non prosunt, vnita iuuant.*

3 *Ex probationibus pluribus imperfectis, simul iunctis resultat perfecta probatio.*

4 *Maximè quando probatio non est facilis.*

5 *Valoris beneficii probatio est difficilis, & n. 11.*

6 *Pensionis solutio per longum tempus multùm facit ad præsumendam iustificationem clausulæ* (dummodò centum, seu mille.)

7 *Verisimilitudo multùm inspicitur in materia probationum.*

8 *Verisimilitudo operatur, quod admittantur leuiores probationes.*

9 *Verisimilitudo operatur, quòd probent, quæ aliàs non probarent.*

10 *Et quod habeatur fides testibus, quibus aliàs non crederetur.*

11 *Clausula* (dummodò centum, seu mille) *requirit plenam probationem.*

12 *Intelligitur de centum, & mille liberis detractis oneribus, & quænam onera sint deducenda.*

13 *An sit iustificanda de tempore reseruationis, & an successiuè durare debeat.*

### DECISIO CCXLV.

DOMINI cum præsupposito, quòd iura sint in forma probanti, & testes formiter examinati, censuerunt clausulam (*dummodò remaneant mille*) [a] esse iustifi- a
catam, Secundus enim, & quartus testis deponunt de publica voce, & fama, quòd de anno 1577. quando fuit reseruata pensio duc. 600. ad fauorem bo. me. Ludouici Cardinalis Madrucij fructus Episcopatus Neritonen.
ascendebat ad valorem duc. 2. mil. & vltra, † qui testes 1
iuncta depositione quinti idem attestantis de scientia videntur facere plenam probationem, glos. *in cap. 1. in ver. famam. de appell.* cum multis per Gabr. *de prob. concl. 1. num. 8.* Cæsar de Grass. *decis. 1. n. 1. de spons.* fuit dictum in vna Hispalen. iuris votandi 16 Martij 1575. coram Can-
luccio, [b] & quando hoc in casu nostro pateretur diffi- b
cultatem, & testes non ita sufficienter deponerent, concurrunt alii plures testes de auditu, & à personis verisimiliter informantis: concurrunt, & alii deponentes particulariter de membris Episcopatus, qui in idem conueniunt. adsunt plura instrumenta arrendamentorum, & alia plura cumulata per informantes, quæ saltem si-
mul iuncta plenè probant, † cùm in materia probatio- 2
num procedat regula, quæ singula non prosunt, vnita iuuant, glos. *in l. 2. in ver. legitimè. ff. de excusat. tut.* Dec.
*cons. 146. sub n. 14. vers. sextò, & vltimò,* & † ex multis im- 3
perfectis probationibus simul iunctis resultat perfecta probatio, ad cumulata per Gabr. *d. conclus. 1. n. 1. de prob.*
† præsertim quando probatio non est facilis. Alex. *cons.* 4
24. *n. 32. lib. 2.* † prout est, quando agitur de probanda 5
quantitate fructuum, & valoris, Bald. *cons. 325. n. 5. lib. 2.* Natt. *cons. 336. n. 5. lib. 4.* fuit dictum in Auximana bonorum 7. Iunii 1591. coram Illustrissimo Cardinali Sera-
phino.[c] Quod maximè dicendum, quia concurrit ma- c
xima † verisimilitudo ex solutione viginti annorum, & 6
vltra continuata ab ipsa reseruatione, cùm pensio ante translationem fuerit semper soluta tàm ab ipso Episcopo Bouio, quàm à Furnario successore, & etiam ab aduersario, est enim plusquam verisimile, quòd si non re-
mansissent mille, non soluissent, [d] argumento *l. cùm de* d
*indebito. ff. de probat.* † Verisimilitudo autem multùm 7
inspicitur in materia probationum, Alexan. *cons. 229. nu.*
10. *lib. 6.* † & facit, quòd admittantur leuiores probatio- 8
nes, Aym. *cons. 258. n. 19.* † & quòd probent, quæ aliàs nõ 9
probarent, latè Tiraquel. *in l. si vnquàm, in præfat. n. 51.* &
† quod habeatur fides testibus, quibus aliter non cre- 10
deretur, Surd. *dec. 231. n. 17.* Nec facit, quòd testes non deponant deductis oneribus, quia cùm ex inuentario, & ex visitatione facta de anno 1578. appareat, quòd onera non ascendebant ad ducat. 100. si Episcopus non docet de aliis oneribus, liquidò constat, quòd eis etiam deductis remanebant mille.

### *ANNOTATIO.*

a Clausula (*dummodò † centum, seu mille remaneant titulari*) 11
requirit plenam, & concludentem probationem, Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 2. numer. 25.* Seraphin. *decis. 1122. num. 2.* & fuit dictum in Cusentina Parochialis coram Luca impressa penes Marches. *de commis. tom. 1. fol. 629.* Marta, qui decisiones Rotæ cumulat *in suo clausulario. par. 1. claus. 42. num. 1.* Et ideò licèt regulariter valor sufficienter probetur per publicam vocem, & famam, tamen non procedit, quando agitur ad effectum iustificationis clausulæ (*dummodò*) vt pluries fuit decisum, & præsertim *decis. 444. sub n. 1. & 4. par. 2. in recen.*

Et est iustificanda dicta † clausula deductis oneribus, quia, 12

centum, vel mille, debent remanere libera ab oneribus, vt fuit dictum in Forosempronien. Pensionis 9. Februarij 1615. coram Cardinali Sacrato, & in Cremonen. Pensionis 28. Maij 1618 coram R.P.D. Caualerio; Onera autem, quæ sunt deducenda, sunt onera ordinaria, & necessaria, & non alia. Gig. *de pens. quæst.* 96. *n.* 2. Caffad. *decis.* 19. *nu.* 1. *& 2. de preben.* & latè fuit dictum in Romana pensionis 6. Nouembris 1619. coram R.P.D. Buratto confirmata coram eodem 6. Aprilis 1620. & de oneribus extraordinarijs, quòd illa non sint deducenda, fuit resolutum *in decis.* 398. *nu.* 2. *par.* 1. *diuers.* & in Cusentina Pensionis coram Litta Impressa penes Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 629. & in dicta Romana Pensionis coram R.P.D. Buratto. Et de incertis, & variabilibus, & non perpetuis, quòd non sint deducenda, Put. *decis.* 201. *lib.* 3. Rota *decis.* 158. *nu.* 20. *par.* 1. *in recent.* & fuit dictum in dicta Romana Pensionis 6. Nouembris: Ad istum autem effectum subsidium, & excusatum, quod soluitur Regi Catholico, censetur perpetuum, & est detrahendum, quia licèt solum sit ad quinquennium concessum, tamen finito quinquennio solent Pontifices de nouo illud reconcedere, Garz. *de benef. par.* 5. *cap* 3. *num.* 174. *& seq.* Item, quòd onera voluntaria, & arbitraria non sint deducenda, est glos. *in cap. si propter tua in verbo (specialis gratia) de rescript. lib.* 6. & fuit dictum in dicta Cremonen. pensionis 28. Maij 1618. coram R.P.D. Cauallerio, & in dicta Romana pensionis 6. Nouembris, in quibus decisionibus fuit consideratum, quòd non potest Rector ad libitum imponere onera voluntaria in præiudicium pensionariorum. Hinc est, quòd onus, quod potest per ipsummet titularem subiri, non est detrahendum, Rota *decis.* 158. *num.* 19 *par.* 1. *in recent.* & fuit dictum in dicta Romana pensionis 6. Nouembris; hinc etiam est, quòd onus vnius Coadiutoris, seu Cappellani, seu Vicarij non est detrahendum, vt fuit dictum in d. Cremonen. pensionis: quia regulariter in Parochiali, vltra Sacerdotem, sufficit vnus simplex Clericus, Caffad. *decis.* 19 *sub num.* 1. *de preb.* Rota *decis.* 56. *num.* 10. *par.* 2. *diuers.* fuit dictum in Valisoletana Seruitij 11. Ianuarij 1619. coram bo. me. Andrea, si tamen probaretur, quòd vnus Rector solus sine alio Sacerdote coadiutore non posset supplere, tunc benè coadiutor diceretur necessarius, sed ad istum effectum probari debet, quòd ob defectum ministrorum, & multitudinem incolarum infantes sine Baptismo, & homines sine Sacramentis obierint, Host. *in cap. ad audientiam. il primo num.* 3. *de Ecclesf. ædific.* Veral. *decis.* 240. *numer.* 3. *par.* 2. & fuit dictum in dicta Valisoletana Seruitij coram bo. me. Andrea, vbi etiam respondetur ad decisiones in contrarium, nec sufficeret probare, quod tempore Quadragesimali, & Paschatis non sufficiat vnus Rector pro audiendis Confessionibus, & subministrando Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quia tunc pro illo tempore tantum potest Rector vocare in auxilium alios Sacerdotes, & non est necesse toto tempore anni huiusmodi coadiutores retinere, ita fuit consideratum in dicta Valisoletana Seruitij. Eadem etiam ratione non est detrahendum Salarium vnius factoris vti merè voluntarium non necessarium, vt fuit dictum in dicta Cremonen. Pensionis 1618. coram R.P.D. Caualerio, vbi consideratur, quòd prædia poterant locari colonis portionariis, & sic cessabat necessitas factoris.

Onera verò necessaria detrahenda sunt, vt Salarium vnius Clerici in minoribus constituti, qui inseruiat Missis, & cæteris necessarijs, *iuxta tex. in cap. vt quisque de vita, & honest. Cleric.* Caffad. *decis.* 19. *de preben.* & fuit dictum in dicta Cremonen. vbi Salarium dicti Clerici fuit taxatum ad scuta viginti quatuor, & in dicta Romana pensionis vbi fuit solùm taxatum ad scuta 12. ex eo, quia Ecclesia non erat Parochialis insignis, prout erat in d. Cremonen. Item sunt subducenda onera expensarum pro cultu diuino, scilicet, pro Cera, Hostijs, Vino, Oleo, pro luminaribus Sanctissimi Sacramenti, & pro Musica in Festo eiusdem Ecclesiæ, & similibus, vt fuit dictum in dicta Cremonen. Item Rota in dicta Romana Pensionis coram R.P.D. Buratto, dixit quòd Pensionarij concurrere debebant pro rata ad refectionem domorum Ecclesiæ, & fabricæ Ecclesiæ Sunt etiam subducenda cambia, quæ pro transmissione pecuniarum à loco beneficij ad locum, vbi soluenda est pensio, titularis patitur, vt fuit dictum in Monopolitana Pensionis 3. Aprilis 1598. coram Orano.

In materia etiam dictæ clausulæ (*dummodò* † *centum, seu mille*) 33 aduertendum est, quod licèt illa sit verificanda de tempore gratiæ, & reseruationis, vt per Garz. post plures decisiones relatas *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 398. tamen est necesse, quòd continuò duret illius iustificatio ad hoc, vt pensio sustineatur, Seraphin. *decis* 951. *n.* 4. si tamen aliquibus annis contingeret, quòd Rectori non remanerent centum, non propterea erit diminuenda pensio, iuxta opinionem Garz. *de benefic par.* 1. *cap.* 5. *num.* 440. admittit, quòd si post reseruationem pensionis, ita essent diminuti fructus, quòd soluta pensione, non posset Rector se, & onera Ecclesiæ incumbentia sustentare, tunc sit locus reductioni, sic etiam in materia census, & pensionis emphyteoticæ non est retardanda solutio etiam si casu aliquo fortuito per aliquod tempus fructus non possint percipi, dummodò nō in perpetuū, latè Ciuc. *de cens. par.* 1. *t.* 3. *quæst.* 2. *art.* 3. *fol.* 68. *n.* 6. *& seq.* vbi de communi, & ibi refert Nauarr. Sot. & alios, & tenet Surd. *cons.* 162. *num.* 15. *in fine* 16. *&* 21.

b Veral. *decis.* 370. *num.* 2. *& decis.* 383. *par.* 2. Cæs. de Graff. *decis.* 14 *in princip. de preben.* latè Gratian. plures cumulans *disceptat. cap.* 309. *n.* 12.

c Et quòd † valor beneficij sit difficilis probationis, Caffad. 34 *decis.* 19. *nu.* 3. *super regul.* Satnen. *in regul. de valor. quæst.* 11. *vers. præterea*, vbi dicit, quòd valor beneficij est ita difficilis probationis, vt plures etiam oriundi in eodem loco deficiant in illius probatione.

d Et hanc solutionem pensionis per aliquot annos factam ad effectum iustificationis clausulæ (*dummodò*) ponderauit Rota in Bisignanen. Pensionis 26. Iunij 1617. coram R.P.D. Buratto, vbi fuit dictum hoc habere locum etiam, si solutio fuerit facta sine præiudicio iurium.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Responsionis.

*Veneris* 10. *Martij* 1606.

Argumentum patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Successori in beneficio competit manutentio ex possessione antecessoris, & nu.* 2.

2 *Ecclesia possidens, etiam si prælatus habeat se pro spoliato, potest petere manutentionem nomine Ecclesiæ.*

## DECISIO CCXLVI.

PRo Galasso informante fuit resolutum dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi responsionem bariliorum octo vini super vinea, de qua agitur, constat enim de exactione facta non solùm à Cappellano prædecessore, † quæ sufficit ad effectum, vt Galassus a successor manutenceatur, Rota *de. a* 1 *cis.* 1. *de rest. spol. in nou.* fecit etiam ab ipso Galasso ex receptione pretij octo bariliorum, quod fuerat in monte Pietatis depositum: Vltra quod dantur plures testes deponentes Cappellanum solitum esse exigere dictam responsionem, concurrunt obligationes Roncioni, qui per prius dictam vineam possidebat de soluēdo dictam responsionem, & intimationes factæ Cappellano ad recipiendum, & alia adminicula, de quibus per informantes: De identitate vineæ constat ex depositionibus testium in Sum. *sub num.* 1. *& n.* 7.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd † successor in Ecclesia possit iuuari possessione 2 sui prædecessoris, Tiraquel. *le mort saisit par.* 1. *declar.* 5. benè Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 73. *&* 74. Rota *decis.* 316. *par.* 1. *in recent. & decis.* 623. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* Surd. *cons.* 183. *num.* 37. qui omnes dicunt quòd successor iuuatur ex possessione antecessoris ob eam rationem, quia possessio censetur esse penes ipsam Ecclesiam, & ideò titularis nomine Ecclesiæ potest intentare remedia possessoria, adeò quod etiā si titularis habeat se pro spoliato, nihilo-

nihilominus nomine Ecclesiæ potest petere manutentionem, Seraphin. *decis. 1417. num. 3.* & fuit latè dictum in Theatina iurisdictionis Sancti Ioannis 1621. coram R.P. D.Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmens. Status.

*Lunæ 10. Aprilis 1606.*

### ARGVMENTVM.

Matrimonium ex quibus probetur, & ad effectum legitimationis, & successionis sufficiunt leuiores probationes.

### *SVMMARIVM.*

1 *Præsumptiones admittuntur contra alias præsumptiones.*
2 *Præsumptiones plures superant pauciores.*
3 *Præsumptiones fortiores vincunt debiliores.*
4 *Matrimonium sufficienter probatur per præsumptiones, quando non agitur de fœdere matrimonij, & numer. 22.*
5 *Testes deponentes de publica fama iuncti cum vnico teste de certa scientia, faciunt plenam probationem.*
6 *Testis vnicus deponens de veritate facti iunctus adminiculis, & præsumptionibus plenè probat.*
7 *Et hoc procedit in quacumque materia.*
8 *Dispensatio obtenta est maxima coniectura ad probandum matrimonium.*
9 *Animus declaratur ex actu imperfecto.*
10 *Item ex actu nullo.*
11 *Tractatus non concludit matrimonium: quod procedit aliis non concurrentibus.*
12 *Tractatus coniugalis probat matrimonium, & num. 23.*
13 *Concubinatus non reddit æquiuocam, & turbidam probationem matrimonij concurrentibus aliis inferentibus matrimonium.*
*Concubinatus præcedens operatur, quòd sint necessaria vrgensiores probationes, & num. 24.*
14 *Dictio post denotat tempus indeterminatum, tàm respectu principij, quàm finis.*
15 *Articulant non fatentur.*
16 *Confessio coniugum tempore non suspecto valdè confert ad probationem matrimonij.*
17 *Matrimonij vrgens præsumptio est, si filij ex eo nati successerunt in bonis fideicommissi quorum bonorum, aliàs non fuissent capaces.*
18 *Facta sunt potiora ad declarandum, quàm verba; sæpè enim dicunt homines aliud, quàm velint; raro autem faciunt contra quod sentiunt.*
19 *Legitimitas probatur ex leuioribus coniecturis, etiam ex sola fama, & ex communi reputatione.*
20 *Præsumptiones cedunt probationibus.*
21 *Vita primi viri est de intentione excipientis contra secundum matrimonium, non autem è contra est mors de intentione allegantis matrimonium.*

### DECISIO CCXLVII.

ROtæ placuit iterum audire Dominos de Rangonibus super decisione in hac causa facta die 13. Octobris 1592. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino tūc Rotæ Auditore, in qua fuit firmatum probari matrimonium inter Bernardinum, & Catherinam sine aliqua tamē coarctatione temporis, & saltem de facto, propterea dubitaui an esset à dicta resolutione recedendum, & Domini perstiterunt in tunc resolutis, & tanto faciliùs, quia obiectiones, quæ hodie dantur, non sunt nouæ, sed in ipsamet decisione tolluntur. Informantes pro Rangonibus pro fundamento præsupponunt, quòd stantibus pluribus præsumptionibus pro negatiua matrimonij, quas deducunt ex præcedenti matrimonio Catherinæ cum Io. Petro, cuius mors vt dicunt non probatur ex raptu, concubinatu, & disparitate inter Bernardinum, & Catharinam: quod propterea nō sit agendum præsumptionibus ad probandum affirmatiuam matrimonij, sed probationibus plenis, & concludentibus: Ve-
rùm corruit fundamentum, † quia imò admittitur pro- 1
batio ex præsumptionibus contra alias præsumptiones,
*l. diuus. ff. de rest. in integr. l. non solùm. ff. de rit. nupt. c. transmissa, qui fil. sint legit.* † & sicut plures superāt pauciores, 2
*Auth. itaque. C. com. de success. l. cùm de indebito. ff. de prob.*
Dec. *consil. 470. num. 10.* † ita fortiores vincunt debilio- 3
res, glos. *in d. l. diuus*, quæ est communiter approbata, vt
per Curt. Iun. *cons. 93. nu. 6.* Præsumptiones autem, quæ
sunt pro matrimonio pondere, & numero excedunt
contrarias, † & non est dubium quòd cùm non agatur 4
de fœdere matrimonij, sufficit probatio per præsumptiones, *iuxta consil.* Gemin. 27. sæpiùs à Rota canonizatum; ª † Et in hac causa fuit resolutum 6. Martij 1592. a
sufficere matrimonium præsumptum, vbi autem opus
esset probatione concludenti, ea etiam non deest, habemus enim depositionem Presbyteri Baptistæ, cui nulla
obstat exceptio, attestantis de actu matrimonij, cuius celebrationi interfuit, † quæ iuncta cum depositione An- 5
tonij de Montesilmo, Matthæi de Rugeriis, Bernardi
Franzosi, qui deponunt de publica voce, & fama, constituunt plenam probationem, glos. *in cap. 1. in verb. fama de appel.* Alex. *cons. 180. sub num. 6. vers. licèt enim vnus testis, lib. 2.* Felyn. *in cap. veniens, el primo nu. 10 de test.* cum concordantibus adductis per Gabr. *de probat. concl. 1. n. 8.*
Cæsar de Grass. *decis 1. nu. 2. de spons.* † Rursus depositio 6
presbyteri Baptistæ de veritate facti iunctis adminiculis, & præsumptionibus plenè probat, Bart. *in l. 1. §. idem Cornelio num. 3. ff. de quæstio.* Bald. *cons. 136. sub nu. 5. vers. persuadentes igitur. lib. 2.* Cæpol. *cons. 38. colum. 4. post med.*
Aym. *consil. 6 sub num. 66. vers. facit, quod pulchrè;* † quòd 7
procedit in quacunque materia, Cæs. de Grass. *decis. 3. nu. 6. de prob.* Adminicula autem plura concurrunt pleniùs
examinata in decisione. † Præcipua autem, & vrgens 8
præsumptio surgit ex mandato de dispensando, quod probat non solùm tractatum, sed etiam enixam, & deliberatam voluntatem contrahendi matrimonium, & dum ex aduerso dicitur conditiones in mandato appositas nō fuisse iustificatas, & iustificari oportuisse propter clausulam *(si ita est)* & propterea actum remansisse im-
perfectum, imò nullum, † respondetur ex actu imper- 9
fecto declarari animum, Abb. *in c. 1. in 3. not. in fin. de success. ab intest.* Rom. *cons. 179. sub num. 10. vers. quoniam re-*
*spondit.* Dec. *cons. 159. nu. 3. circa med.* † prout ex actu nul- 10
lo, *l. fin. ff. de reb. eorum l. filij & l fin. C. famil. hercisc.* Bart. *in l. gerit nu. 18. ff. de acqu. hæred.* Paris. *cons. 7. num. 27. lib. 3.*
Quatenus etiam obiicitur depositionem presbyteri Baptistæ potiùs destrui, quàm recipere adminiculum à dicto mandato, quia mandatum est de anno 1508. loquēs de matrimonio contrahendo, & dicit contractum de anno 1502. irrefragabilis est responsio data in decisione testem nihil minus agere, quàm determinare tempus, & annum, protestatur enim se de eo non recordari. & lo-
quitur de iudicio suo cum dictione *(in circa.)* † Minus 11
etiam facit, quòd tractatus non concludat matrimoniū, Abb. *in c. cùm ex parte nu. 1. de spons.* quia verum est aliis non concurrentibus: Concurrit etiam, quòd (vt deponunt omnes testes in summario Palauicinorum) Bernardinus, & Catherina diu cohabitarunt, communiter
habiti, & reputati coniuges † & se inuicem vti tales tra- 12
ctantes, quæ non solùm adminiculantur, sed probant matrimonium. Pur. *decis. 103. lib. 2.* cum multis aliis cu-
mulatis per informantes. ᵇ Nec ex concubinatu potest b
reddi turbida, ᶜ & æquiuoca cohabitatio, & reputatio c
concurrentibus, † (vt in decisione dicitur) aliis inferen- 13
tibus

tibus matrimonium, prout nec etiam ex eo, quia aliqui ex dd. testibus deponunt forsan de impedimentis matrimonij, quia iidem dicunt alios filios natos ante, alios post matrimonium, ex quo apparet, quòd habuerunt considerationem distinctam concubinatus, & matrimonij. Non subsistit in facto, quòd tractatus, & cohabitatio inceperint de anno 1502. neque hoc dicit Ioan. Antonius de Montefelmo, licet enim deponat de tempore post mortem Federici (quam Domini de Rangonibus præsupponunt accidisse de anno 1502.) non propterea dicit, quòd immediatè, aut statim secuta morte, sed simpliciter post mortẽ, ad cuius verificationem sufficit, quòd non viuo Federico, sed eo mortuo quando-
14 cunque, siue de anno 1508. siue de alio tempore, † quia illa dictio (*post*) denotat tempus indeterminatum tàm respectu principij, quàm finis, Dec. *in l. mutuum. §. creditum sub num. 2. ff. si cert. pet.* Articulus Palauicinorum non est habendus in consideratione (prout fuerunt reiecti à
15 Rota testes super eo examinati) vltra quod † articulans
d non fatetur, [d] Lanfranc. *in c. quoniam contra in princ. num. 34. de probat.* Accedit nominatio vxoris, & mariti inter coniuges ipsos, & separatim in plusibus instrumentis
16 publicis, † quæ confessio coniugum tempore non suspecto, & super eo, quòd erat in potestate contrahentium, multùm valet ad effectum, de quo agitur, Curt. iun. qui alios allegat, & de communi testatur *cons.* 27. *num.* 2. Mohed. *decis.* 3. *qui fil. sint legit.* Et licèt pars aduersa prætendat has enunciatiuas non esse sufficientes ad probandum tam matrimonium contra tertium, posset forsan admitti, si de per se considerarentur, & non
17 in concursu aliarum præsumptionũ. † Validissima etiam præsumptio visa fuit illa, quæ pro quinta ponitur in decisione, & quam aliàs magnifecit Rota in Cæsaraugustana Status de Morata de anno 1585. corã Bubalo; successio nempè filiorum Bernardini in bonis fideicommisso, de quo agitur, subiectis, sciente, & patiente Rolando. Non obstat, quòd Rolandus habuerit illos pro pacibus, quia dicebat velle illis litem mouere tamquam incapacibus; nam quando hoc probaretur vrget magis ad declarandum animum, seu factum Rolandi in decisione perpensum cum illa patientia, & taciturnita-
18 te, † cùm facta sint potentiora ad declarandum, quàm verba, *c. dilecti filij T. & H.* vbi glos. *in verb. facto* concordantes allegat de appell. Anchar. *cons.* 302. *num.* 3. sæpè enim dicunt homines aliud, quàm velint, raró autem faciunt contra quod sentiant. Crot. *in l. non solùm. §. morte numer.* 100. *in fin. ff. de nou. oper. nunc.* Argumentum etiam huic veritati præstat factum ipsum DD. de Rangonibus; quia, vt in decisione dicitur, Domini de Rangonibus retroactis temporibus non contendebant super non existentia matrimonij, sed pugnabant super validitate, & impedimentis, quod fit etiam verisimilius ex nouiter allegatis per informantes pro Palauicinis. Nec facit, quòd Rangones in commissione vocarent priùs illos filios illegitimos, quia illegitimitatem metiebantur ab impedimentis matrimonij. Subsistit etiam adminiculum desumptum ex relatione facta per Cardinalẽ Simonettum Paulo III. quæ licèt non reperiatur, Rangones tamen in eorum commissione illam fatentur, & quamuis explicitè non dicat filios natos ex matrimonio, id satis implicitè dicit, dum in ea habetur ex actis constare sibi ipsos esse legitimos, & successibiles ad paternas hæreditates, licèt enim legitimitas potuisset aliunde prouenire; successibilitas tamen ad prætensum fideicommissum non poterat dari, nisi in nato ex matrimonio. Ex quibus
19 Domini iudicarunt standum esse in resolutione facta, † cùm præsertim Rota sæpiùs ad probandum legitimitatem admiserit longè pauciores, & leuiores coniecturas, iuxta decisiones allegatas per informantes, ita vt aliquando contenta fuerit sola fama, Cæs. de Grass. *deci.* 42. *num.* 2. *qui fil. sint legit.* aliquando sola communi reputatione, Caput. *decis.* 203. *par.* 2. Non obstant coniecturæ
allegatæ in contrarium, † quia vt dictum est, cedunt 20
pluribus, & efficacioribus pro matrimonio, & multò magis probationi, Anch. *cons.* 255. *ad fin.* Rom. *cons.* 156. *sub num.* 40. Dec. *cons.* 400. *post numer.* 8 quam probationem adesse fuit ostensum, præterea dictæ coniecturæ sunt omnes examinatæ, & reiectæ in decisione. Nec facit, quòd non fuerit habita ratio præcedentis matrimonij, ideò enim non fuit habita, quia visum fuit hoc respicere impedimenta, quæ circumscribebantur in disputatione dubij, quod postea fuit in vltima positione declaratum à Rota, quæ propterea voluit Palauicinos non teneri probare mortem primi viri. Nec facit, quòd resolutio fuerit facta cum præsupposito decisionis, de qua hodie controuertitur; quia ideo fuit in disputatione illius ista præsupposita, quia multa allegabantur contra fundamenta istius decisionis, quam Rota tunc voluit in controuersia ponere, non quia illa egeret ista vti fundamento, quia siue matrimonium sit probatum, siue
non, † semper erit verum dicere, quòd vita primi viri 21
sit de intentione excipientis contra matrimonium, non autem mors de intentione illud astruentis, vt in ea fuit dictum.

### ANNOTATIO.

a Rota † *decis.* 198. *num.* 1. *&* *decis.* 310. *num.* 1. *&* 7. *&* *decis.* 407. 22
*num.* 8. *par.* 2. *in recent.* *&* *decis.* 341. *num.* 1. *&* 5. *&* *decis.* 390. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* & in Pragens. Matrimonij vltima Ianuarij 1618. coram R. P. D. Pirouano, & ratio est, quia quando agitur solùm ad effectum legitimitatis, agitur de fauore siue animæ periculo, & etiam quia filio nihil imputari potest, quòd sibi non prouiderit de sufficienti probatione, cùm tunc nondum esset natus, prout vtramque rationem considerat Rota *d. decis.* 390. *num.* 2.

b Rota † *d. decis.* 390. *num.* 4. *&* *decis.* 341. *nu.* 4. *par.* 2. *in recentior.* 23
vbi alij cumulantur, & coram eodem Sanctissimo *infra decis.* 248. *nu.* 4. & latè materiam tractat Guttierez *de matrim. cap.* 40.

c Quando † constat de initio vitioso cõcubinatus, plenior, 24
& efficacior probatio requiritur, quàm regulariter sit necessaria: nam tunc reputatio, & tractatus, & alia quæ probare solent matrimonium, potius referuntur ad initium vitiosum concubinatus, quàm ad matrimonium, Veral. *decis.* 210. *par.* 2. Rota *decis.* 244. inter impress. per Farinae. *post* 2. *lib. consil.* & etiam admittit Rota penes Seraphin. *decis.* 978. *num.* 7. Cephal. *cons.* 82. *per totum*, & præsertim *num.* 56.

d Et dixi suprà *ad decis.* 143.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Hæreditatis de Cecchis.

*Veneris* 14. *Aprilis* 1606.

### ARGVMENTVM.

Legitimitatis probatio ad effectum successionis ex quibus deducatur.

### SVMMARIVM.

1 *Legitimitas ad effectum successionis probatur ex leuioribus probationibus, imò ex coniecturis, & præsumptionibus.*

2 *Legitimitas de facili probatur, quando constat de substantia filiationis.*

3 *Matrimonium probatur ex communi reputatione ad effectum legitimitatis, & successionis.*

4 *Tractatus coniugum ad inuicem facit præsumptionem pro matrimonio, quæ transfert onus probandi contrarium.*

5 *Matrimonium probatur ex publica voce, & fama iunctis adminiculis ad effectum legitimitatis filiorum.*

6 Testes

6 *Testes de auditu faciunt præsumptionem, & adminiculum.*

7 *Matrimonium probatur ex eo, quòd mulier induebatur iisdem vestibus, quibus aliæ nuptæ vti solent.*

8 *Matrimonij præsumptio colligitur ex eo, quòd maritus propter mortem mulieris induitur vestibus funeralibus.*

9 *Filius præsumitur natus ex ea, quæ communiter reputabatur vxor.*

10 *Legitimitas probatur ex publica voce, & fama.*

11 *Tractatus filiationis legitimæ constituit in quasi possessione legitimitatis, de quo latè nu. 15.*

12 *Fama bona in concursu pro legitimitate præualet contrariæ famæ illegitimitatis.*

13 *Contrarietates testium, quando non sunt circa id, quod principaliter quæritur, non eludunt eorum depositiones.*

14 *Testis, quando modò dicit se scire, & modò nescire, conciliari potest, & vide sub num. 16.*

## DECISIO CCXLVIII.

ACtom fuit super legitimitate Dominici, an eam
probeot testes inducti pro parte illorum de Can-
cellariis[*], & Domini censuerunt probare, si tamen non
habeant tales exceptiones in earum personis, propter
quas veniant reiiciendi; de quo particulariter discurre-
1 tur. † Quando enim incidit quæstio legitimitatis ad
2 effectum successionis, sufficiunt leuiores probationes,[a]
imò coniecturæ, & præsumptiones, vt fuit dictum in
vna Romana hæreditatis 20. Nouembris 1598. coram
Illustrissimo Cardinali Seraphino. Tanto magis in casu
isto, in quo non dubitatur de filiatione, quia est in con-
fesso apud partes Dominicum esse natum ex Mario, &
2 Semidea, sed cōtrouertitur qualitas legitimitatis, † quæ
quidem, postquam de substantia filiationis apparet, de
facili est probabilis, vt arguit in terminis Cæph. *cōs.* 435.
*num.* 41. *& seqq.* Peregr. *cons.* 91. *num.* 2. *lib.* 2. ex traditis
per Ang. *in l. si certis annis. C. de pact.* Ex testibus autem
probatur Marium, & Semideam communiter habitos,
& reputatos fuisse maritum, & vxorem: Id enim de-
ponit primus super 11. item 4. super 14. §. iuxta 9. se-
3 ptimus iuxta 11. Octauus super primo articulo; † com-
munis autem reputatio probat matrimonium ad effe-
ctum legitimitatis, & successionis, Alber. *in l. qui filium*
*num.* 6. *vers. Item probatur per communem reputationem, ff.*
*de his, qui sunt sui vel al. in.* Alexan. *cons.* 51. *num.* 2. *libr.* 1.
Caput. *decis.* 203. *par.* 2. Cæs. de Grass. *decis.* 2. *num.* 6. *qui*
*fil. sint legit.* fuit dictum in Parmen. Status 23. Octo-
bris 1591. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, &
coram me dicbus præteritis. Accedit, quòd, vt dicunt
iidem ibi testes, Marius, & Semidea se inuicem appel-
4 labant, & tractabant vti coniuges, † quod facit tantam
præsumptionem pro matrimonio, vt transferat onus
probandi in contrarium, Ant. de Butr. *in c.* 2. *in quinto*
*not. qui filij sint legit.* Dec. *cons.* 54 *num.* 3. Paris. *cons.* 13.
*num.* 23. *lib.* 2. Cæph. *d. cons.* 435. *num.* 55. Mohed. *decis.* 3.
*ad fin. qui filij sint legit.* Deponunt etiam quartus, & quin-
tus testis in locis supra allegatis de publica voce, & fa-
5 ma, † quæ saltem iunctis adminiculis probat matrimo-
nium ad effectum legitimitatis filiorum, Put. *dec.* 173.
*lib.* 2. Cæs. de Grass. *decis.* 6. *num.* 8. *qui fil. sint legit.* fuit
dictum in illa Veneta illegitimitatis coram Illustrissimo
Pamphilio. Multa autem afferuntur adminicula pro ma-
trimonio: Primò enim adsunt plures testes de audi-
6 tu, † qui præsumptionem faciunt, & adminiculum,
Dec *consil.* 82. *num.* 1. Ruyn. *cons.* 106. *nu.* 17. *lib.* 5. Cæs. de
Grass. *d. decis.* 6. *num.* 7. fuit dictum in illa Veneta illegi-
timitatis: Secundum vrgens adminiculum pro matri-
monio visum fuit Dominis, quòd Marius patiebatur,
quòd Semidea continuò tàm foris, quàm domi esset non
solùm cum matre ipsius Marij, sed etiam cum sororibus
innuptis, quod non fuisset, si fuisset mulier inhonesta,
& eius concubina, qua præsumptione etiam vtuntur te-
stes. Tertiò, vt dicit 5. testis iuxta nonum. 8. iuxta 5. † 7
Nonus super primo, Semidea induebatur vestibus no-
bilium mulierum, & quibus Romanæ nuptæ vti sole-
bant, quod ad effectum, de quo agitur, considerant
Hostie. & alij *in c. illud. de præsumpt.* Alex. *cons.* 151. *num.*
10. *lib.* 5. Cæphal. *cons.* 435. *num.* 65. concurrit dictum
quarti testis iuxta 17. † qui dicit vidisse Marium indu- 8
tum vestibus funebribus dicentem, quòd incedebat in
dicto habitu propter mortem Semideæ, quod est ma-
gnum indicium, quòd viueos fuisset coniux, vt per
Cæph. *vbi supra num.* 66. *& seqq.* Stantibus autem tot
coniecturis, & præsumptionibus persuadentibus matri-
monium inter Marium, & Semideam, non esset aliud
quærendum pro legitimitate Dominici; † quia legiti- 9
mus dicitur natus ex ea, quæ credebatur vxor, glos. *in*
*c. lator. in ver. probari, qui filij sint legitimi cum concord.* ad-
ductis per Peregr. *d. consil.* 91. *nu.* 4. *& seqq.* Verùm non
desunt etiam probationes respicientes personam ipsius
Dominici, quia 4. testis super tertio, 5. super 11. Octa-
uus super 3. & decimus iuxta 12. † deponunt ex publi- 10
ca voce, & fama, & communi reputatione Domini-
cum fuisse filium legitimum, & naturalem Marij, quod
sufficit, Cæs. de Grass. *d. decis.* 6. *num.* 2. Caput. *decis.* 150.
*num.* 1. *par.* 2. Cæph. *vbi supra. num.* 50. cùm præsertim, vt
dicūt omnes testes super tertio, Marius, & Semidea il-
lum vti legitimum & nominauerint, & tractauerint, † 11
ex quo fuerat constitutus in quasi possessione filiationis
legitimæ, Bart. *in l. non nudis in* 1. *lect. n.* 17. *C. de prob.* Ale-
xan. *in l. filium num.* 7. *ff. de his qui sunt sui, vel al. in.* Me-
noch. *de arbitr. casu* 89. *num.* 69. 71. *&* 74. Cæph. *d. cons.*
*num.* 50. *& seq.* [b] Non obstat, quod dicitur de fama ille- b
gitimitatis; † quia præualere debet fama, quæ est pro le- 12
gitimitate, vt per Put. *decis.* 2. *lib.* 3. Non obstant quædam
contrarietates allegatæ per informantes pro Cecchis, † 13
quia vel non sunt circa id, quod principaliter quæritur,
& propterea non eludunt dictum testis ad tradita per
Bero. *in c. licèt causam. num.* 37. *vers. solutio. de probat.* † Vel 14
sunt conciliabiles, vt est, quando modò dicunt scire, &
modò nescire, [c] Decian. *cons.* 272. *nu.* 2. *ad fi. vers. & idem* c
*Bart.* Neuiz. *cons.* 48. *num.* 7. Rimin. iun. *cons.* 344. *num.* 9.
*& seqq.* Et dixit Rota in vna Placentina administratio-
nis Sacramentorum 10. Martij 1582. coram Cantuccio.
Quòd Marcella, & Isabella fuerint hæredes, non obstat,
quia fuit dictum fuisse hæredes de facto, non autem de
iure, & quòd fuerint tales, pendere à legitimitate, vel
illegitimitate Dominici.

## *ANNOTATIO.*

a Vide † supra deducta ad præcedentem decisionem 247. *num.* 24. 15

b Surd. *cons.* 1. *num* 41. Rota *decis.* 1. *num.* 2. *& decis.* 238. *num.* 9. *par.* 1. *diuers.* & latissimè Mascard. *de probat. conclus.* 790. vbi latè tractat an, & quando probetur filiatio ex tractatu, & ex nominatione. Sed aduertendum est, quòd licèt tractatus, & nominatio constituat in possessione contra nominantes, & tractantes, & habentes causam ab illis; tamen non constituunt in possessione contra tertium, puta, in præiudicium fideicommissariorum, Ias. *cons.* 81. *lib.* 2. *nu.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 16. *num.* 3. Gratus *cons.* 140. *nu.* 44. *lib.* 1. Petr. *de fideicommiss. quæst.* 11. *num.* 302. *cum pluribus sequentibus.* Mascard. *quæst. prob. conclus.* 789. *num.* 36. Seraphin. *decis.* 1081. *num.* 2. fuit dictum in Sutrina beneficij Sancti Angeli 13. Maij 1588. coram R.P.D. Platto, & in Romana bonorum de Bonellis 23. Nouembris 1613. coram R.P.D. Vbaldo, & in Parmens. Status 26. Maij 1618. coram Card. Sacrato.

c Et testis, † qui modò dicit scire, & modò nescire, ad con- 16
cordiam

cordiam reducitur, quia dum dixit se nescire, intelligendus est se nescire aliter, quàm supra dixerit, ita Felyn. *in c.cùm tu.num.3. in vers.& in proposito.de testibus.* Rot. *decis. 141.nu.10.par 2.diuers. & decis.371. num.5.par.2.in recent.* & fuit dictum in Bracarens. Parochialis 16. Nouembris 1605. coram Card. Sacrato, plenè Farinac. *de testibus quæst. 67. num.355.* qui alios cumulat.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Viterbien. decursus Aquarum.

*Lunæ* 17. *Aprilis* 1606.

### ARGVMENTVM.

Possessio antecessoris non potest coniungi cum possessione successoris, quando antecessor erat in mala fide. Præscriptio requirit possessionem continuatam, quæ sit cum scientia, & patientia alterius partis. Possessio, de qua plures testes deponunt, est præferenda, & maximè si sit titulata ad effectum præscriptionis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Successor non potest iuuari ex possessione sui auctoris, qui erat in mala fide.*

2 *Possessio ad effectum præscriptionis probari debet continuata.*

3 *Præscriptio fundatur in scientia, & patientia alterius partis.*

4 *Possessio est præferenda, de qua plures testes deponunt.*

5 *Possessio titulata præfertur, etiam si de ea pauciores testes deponerent.*

6 *Hæres non potest nec à se incipere præscriptionem, si auctor erat in mala fide, quod procedit etiam in hærede hæredis.*

7 *Possessio acquiritur sine scientia, & patientia alterius, quando concurrit etiam titulus.*

8 *Item non est necessaria scientia, & patientia illius, de cuius iure aliquo non constat, nec quoad titulum, nec quoad possessionem.*

9 *Item nec quando agitur de reducendo in pristinum statum.*

10 *Item nec quando agitur in iudicio manutentionis, in quo solùm attenditur nudum factum.*

### DECISIO CCXLIX.

NOn potest Archidiaconus prætendere præscriptionem ex sua propria possessione, quia est modici temporis, minus potest vti accessione temporis,
1 quo dicit Sprecham authorem suũ possedisse, † propter malam fidem, quæ in eo erat ex laudo Reuerendissi-
a mi Landriani, [a] *l. Pomponius, §. cùm quis,* vbi gloss. & DD. *ff. de diuers. & tempor. præscript.* glos. *in l. an vitium in glos. 1. eod. tit.* Balb. *de præscript. 2. par. 3. par. princ. quæst. 12. num. 6. in fin.* Accedit, quòd nec testes Archidiaconi
2 probant possessionem Sprechæ, quæ sufficiat; † primus enim non benè concludit continuationem possessionis, prout requiritur. *l. 3. ff. de vsucap.* Paul. de Castr. qui in possessione aquæ deducẽdæ loquitur *cons. 235. post med. vers. secundo, quia iste articulus lib. 1.* dicit enim (*che per quanto hà veduto l'Archidiacono, & il Sign. Antonio hà posseduto.*) Præterea iuxta 32. Interrogatorium dicit nescire, an Paulonius viderit, vel sciuerit haustum aquæ,
3 & prætensam possessionem Sprechæ, † cùm tamen possessio, & præscriptio fundentur in scientia, & patientia
ipsius, [b] *l. 2. vbi not. C. de seruit. & aqu.* Alex. *cons. 108. numer. 4. & seq. lib. 2.* Veronens. *de seruitut. rustic. præd. ca. 4.* b
*num. 58.* fuit dictum in Veliterana aquæ 11. Decembris 1581. coram Cantuccio, alij testes nihil dicunt de scientia Paulonij. Præterea, quando aliqua probatio oriretur ex dicto istorum testium, cùm Paulonios habeat plures testes deponentes de sua possessione respectu aquæ, de qua est controuersia, conquassatur dicta probatio, † imò præferenda est probatio possessionis Pau- 4
lonij; tùm quia de ea deponunt plures testes, *ca. licèt causam. vers. ex præmissis, de probat.* glos. *in l. ob carmen. §. si testis. in ver. in pari numero. ff. de test.* Alex. *cons. 64. num. 2. lib. 2.* † tum quia est titulata, quo casu præfertur; [c] 5
etiam si testes de ea deponentes essent pauciores, glos. c
*in ca. si testes. in glos. magna circa med. vers. plures testes, 4. qu. 3.* Paris. *cons. 107. num. 77. & seq. lib. 1.* Gabr. *de testib. concl. 4. nu. 82.* Et in omnem euentum saltem probatur, quòd Paulonius pariter possederit, & quòd aliquando vsus sit dicta Scolatura, quod sufficit, vt possessio, super qua fundat Archidiaconus præscriptionem, non possit dici cootinuata, sed potius interrupta.

### *ANNOTATIO.*

a Imò, † quando sumus in hærede, & successore, non solùm 6
ille non potest vti accessione temporis sui auctoris, qui erat in mala fide, sed nec etiam potest à se ipso incipere præscriptionem propter malam fidem sui auctoris, Gabr. *de præscript. conclus. 5. num. 2.* vbi testatur de magis communi, Honded. *cons. 80. num. 73. lib. 2.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 203. num. 15.* qui omnes ampliant huiusmodi conclusionem non solùm in hærede immediato; sed etiam in hęrede hæredis.

b Seraph. *decis. 1432. num. 5.* Rota *decis. 767. num. 5. & decis. 184. num. 1. par. 1. diuers.* Rota *decis. 717. sub num. 3. par. 2. in recent.* Hæc autem conclusio, quòd, scilicet, non acquiratur possessio, & quasi possessio sine scientia, & patientia, † pri- 7
mò limitatur, vt non procedat, quando ille, qui facit actus possessorios, habet etiam titulum, quia tunc acquirit possessionem sine scientia, & patientia alterius, Castr. *in l. seruitutes prædiorum num. 9. vers. quartò requiritur. ff. de seruit.* Couar. *cap. possessor. §. initium num. 8. vers. secundus textus.* Cæpol. *de seruit. vrb. præd. cap. 20. num. 5.* Rota *decis. 533. num. 5. par. 8. in recen.* † Limitatur secundò, quòd non sit ne- 8
cessaria scientia, & patientia illius, de cuius dominio, vel possessione non constat, Rota *decis. 423. num. 6. & decis. 608. num. 9. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Balneoregiens. terrarum 23 Maij 1603. coram Cardinali Sacrato, Garz. *de benef. cap. 5. par. 5. num. 121.* vbi firmat non requiri, nisi scientiam & patientiam alterius possessoris. Limitatur tertiò, quòd non sit necessaria scientia, quando † age- 9
retur de reducendo rem in pristinum statum, puta, si ageretur de præscribenda libertate aduersus seruitutem, Couar. *in d. cap. possessor, §. initium num. 8. vers. primò sententia.* Limitatur quarto, † vt non procedat in iudicio ma- 10
nutentionis, quòd, cùm sit summariissimum, sufficit docere de actibus possessoriis de facto gestis absque alia scientia, & patientia, Rota *decis. 17. num. 7. par. 2. diuers. & in recent. decis. 685. sub num. 4. par. 1.* vbi tamen Rota loquitur per verba dubitatiua. In casibua verò † in quibus est 11
necessaria scientia, & patientia, illa sufficienter probatur ex multiplicitate actuum, ex diuturnitate temporis, & ex vicinitate, Abb. *in c. cùm Ecclesia num. 25. de causa possess.* Rota *decis. 179. num. 2. part. 1. diuers. & in recent. decis. 685. num. 4. part. 1.* plenè Garzia *de benef. par. 5. cap. 5. num. 129. & sequ.*

c Veral. *decis. 36. par. 2.* Rota *decis. 595. num. 2. par. 1. diuers.* Menoch. *de retin. remed. 3. num. 733.* Thes. *decis. 207. in fine.* cum aliis per Gratian. *disceptat. forens. cap. 402. nu. 1. & 2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana fructuum Dotis.

*Veneris 2. Aprilis 1606.*

### ARGVMENTVM.

Alimentorum præstatio ex quibus probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Præstatio alimentorum est difficilis probationis.*
2 *Probatur ex verisimili.*
3 *Verisimilitudo maximè deducitur ex impotentia se alendi.*
4 *Alimenta sunt præstanda vxori per hæredes mariti infra annum luctus.*
5 *Tutori aliunde non habenti debentur alimenta de bonis pupilli.*
6 *Alimenta censentur præstita ab eo, qui præstare tenebatur.*
7 *Factum præsumitur ab eo factum, qui facere tenetur, & num. 8. & 9. vide illationes.*

### DECISIO CCL.

FVit resolutum coostare D. Victoriam alitam fuisse
de bonis filiorum post obitum viri de tempore, quo
cum ipsis cohabitauit. Fundamentum resolutionis fuit,
1 † quia præstatio alimentorum est difficilis probationis,
Corn. *cons. 113. col. 2. vers. item premitto, quòd præstatio, lib.*
*5.* Surd. qui dicit hoc omnes admittere, *in tract. de ali-*
*ment. tit. 6. quæst. vlt. n. 9.* & propterea non requiritur præ-
2 cisa, & concludens probatio, † sed sufficit probari per
aliqua media, per quæ fit verisimilitudo vrgens, Corn.
*ibi, & in cons. 171. n. 1. lib. 2.* Surd. *vbi supra n. 10.* Cordub.
*in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, n. 66. ff. de lib. agnosc.*
Vrgens autem verisimilitudo surgit ex eo, quòd D. Vi-
ctoria de dicto tempore non habebat, vnde ex proprio
sumeret alimenta, cùm maximam partem suæ dotis re-
tinerent fratres, qui nunquam fructus soluerunt, vt
patet ex iudicio contra ipsos intentato, & residuum re-
3 mansisset apud filios: † Vnde stante impotentia se alen-
di, magna est præsumptio, quòd fuerit alita de bonis fi-
liorum, cum quibus morabatur, Imol. *in l. is sub condi-*
*tione, quæ est l. ante penult. sub n. 2. vers. potes concordare, ff. de*
*cond. & demonstr.* Alex. *in l. cùm seruus, n. 4. ad fin. ff. de*
*verb. oblig.* latè Natt. *cons. 547. n. 30. & seq.* Surd. *vbi su-*
*pra n. 19. vers. infert etiam, & num. seq.* præsertim quia te-
stes probant, quòd viuebant, & comedebant simul D.
Victoria, & filij, Surd. *ibi sub n. 20. vers. intellige etiam;*
hoc enim deponunt primus, & secundus testis exami-
nati pro D. Victoria iuxta 25. interrogatorium, & ter-
tius, & quartus, ac quintus testis pro D. Prospero exami-
nati super tertio articulo, & sexto iuxta 19. interrog.
4 † Confirmatur, quia dicti filij tenebantur alere ipsam
infra anoum luctus, Glos. *in l. diuortio, in princ. in glos. 1.*
vbi Bar. *n. 1. & alij, ff. sol. matr.* Salycet. *in l. vni. §. sin au-*
*tem, n. 6. C. de rei vxor. act.* Abb. *in c. salubriter, n. 6. de vsur.*
Dec. *in l. de alimentis, n. 6. C. de transact.* item de tempo-
re, quo gessit officium tutelæ, quod fuit ab anno 1593.
5 vsque ad annum 1599. † Cùm tutori aliunde noo ha-
benti debeantur alimenta de bonis pupilli, Bart. *in tract.*
*de alimen. n. 51.* cum aliis per Surd. *in eodem tract. tit. 1.*
6 *quæst. 47. n. 3* Vnde in istis intrat alia præsumptio, † quòd
alimenta censeantur præstita ab ipsis filiis, quia præsta-
re tenebantur, *l. fin. C. de alim. pup. præst.* Corn. *d. consil.*
*113. col. 2. vers. his tantùm non obstantibus,* Surd. *d. quæst. vl-*
7 *tima, n. 11.* † facit regula generalis, quòd factum præsu-
matur ab eo, qui facere tenebatur in iis, qui impeosam
requituot Batt. & Bald. *in d. l. fin.* idem Bart. *in l. cùm*
*seruus,* vbi etiam Alex. *n. 4. ff. de verb. oblig.* Bald. *cons. 378.*
*n. 2. lib. 1.* Abb. *cons. 54. sub num. 1. vers. nunc autem reperitur,*
*par. 1.* Natt. *cons. 231. n. 3.* [a] Et licèt medio illo tempore, a
quod intercesserat post annum luctus ante susceptio-
nem tutelæ; oon vigeant prædictæ necessitates submi-
nistrandi alimenta, vrget tamen ratio superius consi-
derata, quòd vixit in domo cum filiis, & non habebat
nec partem, nec fructus aliquos suæ dotis: vrgent etiam
plures coniecturæ, quæ colliguntur ex dictis testium,
ex pluribus literis D. Victoriæ, & ex computis per ipsam
datis in redditione rationis tutelæ, vt latè deducitur per
informantes; † quæ coniecturæ multùm in hac mate- 8
ria attenduntur, secundùm Io. de Imol. *in d. l. qui sub con-*
*ditione, in vers. potes concordare,* quem sequitur Alex. *in d.*
*l. cùm seruus, sub n. 4. vers.* Io. de Imol. *in d. l.* Corn. &
alij *supra citati.* † Vltra quòd in ista materia ab extremis 9
oritur præsumptio medij, Beniot. *decis. 43. n. 8.* Surd. *d.*
*quæst. vltima, n. 22. & seq.* Ex quibus, & aliis deductis per
informantes Domini resoluerunt satis constare D. Vi-
ctoriam fuisse alitam ex bonis filiorum tempore, quo
cohabitauit cum filiis, & de alio tempore reseruaruot
particulariter videre.

*ANNOTATIO.*

a Hinc est, quòd si testator grauet hæredem ad aliquid faciendum, puta, ad ædificandam Ecclesiam, si actus reperiatur factus, & Ecclesia constructa, & dotata, præsumitur factum ab hærede, cui testator iniunxerat, Felyn. *in c. sicut, n. 35. vers. fallit quintò, de re iudic.* Abb. *consil. 54. num. 2. vers. sed his non obstantibus, lib. 1.* Corn. *cons. 71. num. 18. lib. 4.* Veral. *decis. 226. par. 2.* & hinc Rota sæpius resoluit constare de iurepatronatus ad fauorem hæredum, quando reperitur in testamento ordinatum, quòd aliqua Ecclesia, seu Cappella debeat ædificari, seu dotari, & postea reperitur ædificata, seu dotata; vt fuit dictum in Senen. Beneficij 18. Martij 1586. coram R. P. D. Litta, & in Salamantina Cappellaniæ 17. Iunij 1605. coram R. P. D. Ortembergo, & in Agrigentina iurispatronatus 4. Februarij 1609. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Florentina Iurispatronatus de Ricasolis

*Veneris 28. Aprilis 1606.*

### ARGVMENTVM.

Attentata est possessio capta ab instituto pendente appellatione ab institutione, maximè quando Iudex iudicialiter pronunciauit esse locum institutioni non obstante constitutione prohibitiua de non appellando, quæ intelligitur quando extraiudicialiter ad institutionem fuisset processum, & dicta constitutio non ligat executorem Apostolicum.

*SVMMARIVM.*

1 *Attentata possessio iuxta stylum Rotæ est sequestranda.*
2 *Attentata est possessio, quæ est capta post appellationem.*
*An hoc procedat, quando est capta possessio vigore tituli obtenti ante motam litem, n. 13.*
3 *Attentata est possessio capta ab instituto pendente appellatione interposita ab institutione.*
4 *Maximè, quando Iudex per sententiam in iudicio pronunciat.*
*Distinguendum est, quando iudicialiter proceditur, & quando extraiudicialiter, primo enim casu possessio, & institutio est attentata, secundo verò casu non, num. 15.*
5 *Subrogata possessio est attentata, sicut erat attentata possessio illius, in cuius locum fit subrogatio, & num. 15.*
6 *Possessio subrogata est eadem cum prima.*

7 *Constitutio prohibens appellationem in materia præsentationis, & institutionis intelligi debet, quatenus extra iudicialiter procedatur.*
8 *Verbum* (videbitur) *intelligitur de arbitrio regulato.*
9 *Appellatio in dubio potius admitti, quàm reuci debet*
xo *Appellatio ratione mixturæ permittitur.*
11 *Delegatus Apostolicus non tenetur seruare stylum, & constitutiones loci, vbi fit iudicium, sed stylum, & leges Curiæ Romanæ; vnde eius iurisdictio profluit: Declara prout sub num. 16.*
12 *Attentatorum reuocatio licèt post conclusionem in causa peti non possit, tamẽ id procedit in illa instantia secùs in alia.*
13 *Possessio quatenus per viam attentatorum non esset sequestranda, potest sequestrari per viam nullitatis.*

## DECISIO CCLI.

DOmini non dubitarunt de legitimatione personæ
D. Hieremyæ, quæ est prima pars dubij. Quoad secundam
partem censuerunt possessionem D. Horatij
1 esse retinendam, † & iuxta stylum Rotæ sequestran-
2 dam, † talis enim fuit penes Marium Fanum, qui illam
3 acceperat post appellationem interpositam, *c. non solùm, de appell. lib. 6. c. 2. vt lit. pend. eod. lib 6.* † Quod obtinet
locum etiam in possessione capta ab instituto penden-
a te appellatione interposita ab institutione,[a] vt fuit di-
ctum in vna Neapolitana Cappellaniæ de mense De-
cembris anni 1562. coram Otadino, & in vna Calagu-
ritana portionis de Ametita 27. Iun. 1575. coram Can-
4 tuccio: † Quod sine scrupulo procedit, quando, vt in
casu nostro, Iudex ex processu ordinato procedendo
pronunciat aliquem esse instituendum, quo casu indu-
bitatè permissa est appellatio, quæ causat attẽtata, Gem.
*in c. auaritia, n. 7. post med. vers. tertius, quando fit ordinato iudicio, de elect. in 6.* Lancel. *de attent. 2. par. cap. 4. in præfat.* n. 613. *& seq.* Guidop. *decis.* 104. dixerunt Domini
fuisse dictum in Aurien. Parochialis coram R. P D meo
5 Lancellotto, de anno 1598. † Possessio autem Marij Fa-
ni fuit mediante subrogatione gratiosa continuata in
D. Horatium cum suo vitio, & ita adhuc est attentata, vt
dixit Rota coram Reuerendiss. Perusino, in vna Cre-
b monen. Cappellæ 24. Ianuarij 1590.[b] Possessio enim
6 subrogata est eadem cum prima, † vt fuit dictum in illa
Bracharen. de Padrinello, coram R. P. D. meo Sacrato.
Neque ab attentatis excusat constitutio posita in refor-
mationibus Curiæ Archiepiscopalis Florentiæ, *sub rubr. de caus. summ. v. & executiuis,* quæ videtur tollere appel-
lationem quoad effectum suspẽsiuum. Nam omissa dis-
cussione validitatis dictæ constitutionis; visum fuit
Dominis illam non suffragari D. Horatio: Constitutio
enim hæc emanauit, vt in ea legitur, ad tollendas tergi-
uersationes eorum, qui abutuntur remedio appellatio-
num, & ita videtur prodita ad cohibendas appellatio-
7 nes friuolas, & alias de iure improbatas. † Et propterea
cùm de præsentationibus loquitur, poterit intelligi,
quatenus in eis extraiudicialiter proceditur, prout re-
gulariter proceditur, vt in simili constitutione dixit Ro-
ta in Calaguritana de Ollaxar. 22. Martij 1604. coram
R. P. D. meo Decano, in qua etiam dicitur hanc inter-
pretationem fuisse prius factam in aliis causis. Rursus
in constitutione statuitur, vt quando ex causarum cir-
cumstantiis (quod summo studio dicit aduertendum)
iudici videbitur, non admittat appellationes, vel admit-
tat ad effectum tantùm deuolutiuum. Vnde non sim-
pliciter tollit constitutio effectum suspensiuum, sed re-
8 mittit arbitrio Iudicis, † & quidem à iure regulato, vt
denotat verbum illud (*videbitur*) Bart. *in extrauag. ad*
9 *reprimendum, in verb. videbitur,* † qui Iudex, vt benè de-
ducitur in dicta Calaguritan. de Ollaxar, debet esse pro-
pensior erga appellationem, quàm erga sententiam, &
executionem. In casu autem isto nullæ adsunt circum-
stantiæ, nec aliqua ratio propter quam potuerit moueri
Iudex ad impediendum effectum appellationis, imò
multæ rationes suadebant cõtrarium, quia Iudex à quo
non fuit contentus de sola, & nuda institutione Marij
Fani, sed vlterius procedendo pronunciauit narrata in
literis esse vera, ac DD. Nereo, & Hieremyæ perpetuum
silentium imposuit, & ingressus fuit petitorium; † ex 10
qua mixtura dabatur appellatio,[c] quando ex sola insti- c
tutione fuisset deneganda, ad cumulata per Contard. *in l. vnic. in 2. limit. C. de mom. poss.* fuit dictum in Elnen. hę-
reditatis 27. Iun. 1603. coram Reuerendiss. Rhodien. &
sæpiùs in aliis. † Tandem quicquid statuat constitutio, 11
eam non debuit attendere executor, qui habebat iuris-
dictionem delegatam, Bald. *in c. licèt, in fin.* vbi etiam Fe-
lyn. *n. 4. circa med. de off. ord.* idem Bald. in materia appel-
lationis loquens, *in l. 3. n. 3. C. si aduers. vend.* Non enim
tenebatur seruare constitutiones, & stylum Florentiæ,
& Curiæ Episcopalis, sed ius, & stylum, quem seruat
Romana Curia, Put. *dec.* 127. *lib.* 1. Ferret. *cons.* 190. *n.* 4.
[d] cum aliis allegatis per informantes. Quæ dicuntur de d
renunciatione attentatorum ex eo, quòd de illis non
fuerit oppositum ante conclusionem in causa, non pla-
cuerunt Dominis, quia vltra quod dicitur hoc in facto
non verificari, sed quod fuit oppositum, & datum du-
bium super attentatis, cuius disputatione pendente
mortuus est Marius Fanus: † Quod dicitur reuocatio- 12
nem attentatorum non posse peti post conclusionem
in causa, procedit in illa instantia, secùs in alia. Lancell.
*de attent. 3. par. cap. 23. n. 50. & seqq.* fuit dictum in Bono-
nien. attentatorum 24. Octobr. 1588. coram Illustriss.
Card. Mantica. † Et vbi cessaret remedium attentato- 13
rum, esset succursum via nullitatis, vt in Calaguritana
beneficij *d. l.* Burg. 7. Maij 1574. coram Illustriss. Card.
Seraphino: Nec est verum, quòd quando possessio re-
uocatur per viam nullitatis non sit locus sequestro, &
in contrarium est dec. Cæs. de Grass. 2. *de appell.*

## ANNOTATIO.

a In hac materia an, † & quando collatio, & institutio, nec- 14
non possessio in vim illarum capta sint attentata distin-
guendum est inter processum iudicialem, & extraiudicia-
lem, prout benè distinguit Gonzal. *super reg. 8. in annotat. contra nullit. n. 14. & seq.* & ante eum distinxit Rota in Ca-
laguritana de Olauari 22. Martij 1604. coram R. P. D.
Penia, & Seraph. *decis.* 152. quando enim ad prouisionem,
& institutionem extraiudicialiter proceditur, tunc nec
prouisio, nec possessio est attentata, Gonzal. *in loco præallegato, n.* 27. Lancell. *de attent. par. 2. cap. 12. limitat.* 40. n. 2. 5.
6. *&* 12. Seraph. *decis.* 152. & fuit dictum in d. Calaguri-
tana de Olauari, & in Lunen. Sarzanen. iurispatronatus
22. Iunij 1615. coram R. P. D. Remboldo, & prius in Cæ-
saraugustana Portionis 3. Iul. 1606. coram R. P. D. Cocci-
no Decano. Si verò proceditur iudicialiter iuris ordine
seruato, tunc sine dubio institutio, & possessio infra ter-
minum decem dierum, vel post appellationem est atten-
tata, Seraph. *d. decis.* 512. Rota *decis.* 505. n. 2. *& decis. 598. in fine, par. 1. in recent.* & plures alias decisiones cumulat,
Garz. *de benef. par. 4 cap. 4. n. 16. & seq.* per plures numeros,
& fuit dictum in dicta Lunen. Sarzanen. coram R. P. D.
Remboldo, & in Compostellana Parochial. 27. Maij 1619.
coram R. P. D. Andrea, Ex quibus autem cognoscatur an
fuerit processum iudicialiter, vel extraiudicialiter opti-
mè declarat Gonzal. *super reg. 8. in tit. de nullitat. n. 36. & seq.* & si fuisset deuentum ad institutionem, confirmatio-
nem, seu prouisionem extraiudicialiter, & antequam fuis-
set capta possessio, esset lis iam in iudicium deducta, tunc
talis possessio post motam litem capta esset attentata, ita
fuit dictum in Leodien. Abbatissatus 31. Maij 1606. co-
ram Cardinali Sacrato, & admittit Rota in Cæsaraugu-
stana Portionis 3. Iunij 1606. coram R. P. D. Coccino De-
cano. Sed hoc patitur magnam difficultatem, & contra-
rium tenent Lancell. *de attent. par. 2. c. 4. limit. 5. n. 9 &* 10.
& in principio dictæ limitationis constituit regulam,
quod actus gestus post litem motam non est attentatus,
quando est consecutiuus, & accessorius ad titulum qui
præcedit in litem, quod etiam firmauit idem Lancell. *d. par. 2. c. 4. in præfationibus, n.* 370. & facit etiam, quod dicit
Paritius

Parisius, *de resignat. lib. 2. q. 3. n. 28. & seq.* vbi dicit, quod si resignatio est facta ante moram litem, potest resignatarius lite pendente capere possessionem absque metu attentatorum; & ideò crederem quod præallegata decis. Leodien. Abbatissatus sit intelligenda, quando vltra litis pendentiam est facta etiam inhibitio, quia tunc verum est non posse capi possessionem, etiam vigore tituli præcedentis litem, vt declarat Lancellot. *d. limit. 5. n. 10.* & sequuta fuit Rota in Neapolitana Altaris Priuilegiati 23. Iunij. 1614. coram R. P. D. Coccino Decano.

b Et fuit † dictum in Pampilonen. Parochialis de Euarin, 21. Octobris 1585. coram fel. rec. Clemen. VIII. & in Vrgellen. Beneficij 16. Maij 1594. coram Cardin. Arigonio, & in Gerunden. Parochialis 1. Iulij 1602. coram R. P. D. Penia, & hinc est quòd exceptio attentatorum defuncti non retardat immissionem subrogato, vt fuit latè dictum in Pampilonen. Parochialis de Areoz 6. Iulij 1611. coram R. P. D. Vbaldo, & Rota *decis. 120. num. 6. & 7. par. 4. in recent.*

c Sententia an, & quando dicatur continere mixturam, dixi *ad decis. 232.*

6 d Et fuit † dictum in Pistorien. Beneficij 22. Aprilis 1616. coram R. P. D. Buratto, & Rota *decis. 74. par. 4. in recent.* Quod tamē intelligi nō debet quoad decisoria, sed quoad ordinatoria debet seruari stylus loci, in quo causa agitur, ita fuit dictom in Papien. bonorum 14. Februarij 1578. coram Cardin. Lancellotto sen. plenè Surd. *cons. 204. n. 7.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Aquinaten. Beneficij.

*Veneris* 28. *Aprilis* 1606.

### ARGVMENTVM.

Exceptio contra testes ex eo, quòd deponant per eadem verba, non habet locum, dato numero testium, nec minus in probatione immemorabilis, in qua testes debent deponere de eisdem requisitis. Communitas ex quibus probetur habere ius in Ecclesia. Actus censetur factus ab ordinante. Item etiam à consentiente.

### SVMMARIVM.

1 *Testium subornationis timor ex eo, quòd deponant per eadem verba, & per eumdem præmeditatum sermonem, cessat, quando adsunt plures testes, puta tres, vel quatuor, & num. 13.*

2 *Ista exceptio multū pendet ab arbitrio iudicantis, & n. 14.*

3 *Testes deponentes de immemorabili debent concludere, & esse cōtestes in requisitis,* Glos. cap. 6. de præscript. in 6. *An quilibet testis deponere debeat de omnibus requisitis, an verò sufficiat, quòd vnus deponat de vno, & alius de alio requisito, & num. 15.*

4 *Possessio non datur sine animo.*

5 *Testes examinati in vno iudicio maximè probant, etiam in alio contra illam personā, quæ in examine fuit citata.*

6 *Ecclesiam ædificare potest quicumque.*

7 *Communitas ædificans Ecclesiam cum consensu Archipresbyteri, seu Ordinarij non dicitur habere ius principale in dicta Ecclesia, sed d. ius est penes Archipresbyterum, seu Ordinarium, cuius consensus fuit requisitus.*

8 *Iura plura, quando concurrunt in vna, eademque persona, non confunduntur, sed vnumquodque consideratur de per se, tamquàm si essent duæ personæ distinctæ.*

9 *Actus attribuitur ordinanti, non exequenti.*

10 *Actus attribuitur consentienti.*

11 *Testis, vt defendatur à falsitate, admittitur omnis interpretatio, etiam impropriando verba.*

### DECISIO CCLII.

Actum fuit de exceptionibus respicientibus dicta
testium pro parte Archipresbyteri, & Cleri Sancti
Petri examinatorum, an tales sint, propter quas ve-
niant reijciendi, quod Rota resoluit negatiuè. Nam
quoad exceptiones generales, quarum prima est, † quòd 1
omnes deponant per eadem verba, & ob id sint suspe-
cti de subornatione,[a] omisso, quòd ista suspicio posset a
cadere in duobus testibus, non autem in tribus, aut
quatuor, vt dicit Iacob. Butr. *in l. 3. §. 1. de testib.* & post
eum Alexan. *cons. 149. n. 6. vers. vnde dicit expressè l. 5.*
Rol. *cons. 72. n. 6. lib. 2.*[b] & minus in septem, vt in casu b
isto, hoc ipsum, † an testes deponentes per eumdem 2
præmeditatum sermonem probent, positum est in arbi-
trio iudicantis, Curt. *de test. concl. 14. n. 29.* Næl. *in simili
tract. n. 195.* Diaz. *reg. 762. in 1. limit.*[c] Et ex qualitate rei c
super qua deponunt, multùm mouetur arbitrium, vt
considerauit Rota apud Cæs. de Grass. *dec. 13. n. 14. de te-
stib.*[d] Vnde cùm hîc agatur de probanda immemorabili, d
† in qua testes debent concludere, & esse contestes[e] in 3
requisitis. Glos. *in c. 1. de præscript. in 6.* quæ omnia de- e
bent formaliter, & punctualiter probari, est quasi ne-
cesse, quòd omnes in eadem verba incidant: alia exce-
ptio, quòd testes falsò dicant Archipresbyteros tenuis-
se, ac possedisse Ecclesiam Sancti Eleutherij tamquam
Dominos introitus, & fructus percipiendo, non respi-
cit exceptionem circa dicta, sed potius substantiam, &
veritatem depositionis, quam, dum informantes pro
Raynerio, contrarijs probationibus conuincere conan-
tur, incidunt in concursum probationum, de quo ho-
die non agitur, & suo loco videbitur, si opus fuerit: Ni-
hilominus ex abundanti fuit dictum non probari falsi-
tatem: Actus enim, qui allegantur facti à Communita-
te Arcis, sicuti non includunt possessionem, nec ius ali-
quod Communitatis super Ecclesia Sancti Eleutherij,
ita non excludunt quòd Archipresbyter illam possede-
rit vti granciam sui Archipresbyteratus, quòd autem
non includant aliquam possessionem Communitatis,
† patet ex intentione, & animo ipsius, sine quo non da- 4
tur possessio, *l. 3. § an amittenda, ff. de acquir. possess.* nulli-
bi enim apparet, quòd habuerit talem intentionem, imò
de contrario testantur explicitè nouem testes exami-
nati coram Vicario Aquinatensi, qui super decimo ar-
ticulo dicunt Communitatem ea omnia fecisse ex me-
ra deuotione, non ex iure aliquo, quod prætenderet su-
per dicta Ecclesia, † quorum testium fides non est sper- 5
nenda, licèt in alio iudicio fuerint examinati, quia in
examine fuit citatus Raynerius ad tradita. *in l. 2. C. de
eden.* Abb. *in c. causam, el 2. n. 2. de testi.* Paris. *cons. 87. n. 45.
& 48. lib. 3.* præsertim iunctis adminiculis. Adminiculū
enim magnum præbet, quòd in tot annis, quibus pen-
det lis inter Archipresbyterum, & Raynerium super
dicta Ecclesia Communitas nunquam comparuit, nec
allegauit aliquod ius. Aliud adminiculum, quod non
solùm excludit prætensionem Communitatis, sed etiam
arguit ius Archipresbyteri; surgit ex instantia, quam fe-
cit ipsa communitas coram Episcopo Aquinaten.
pro dismembratione, quæ dismembratio præsupo-
nit vnionem: Actus etiam, quos communitas exer-
cuit, non sunt tales, quod inferant possessionem
aliquam in Ecclesia; omnes enim reducuntur ad
negotium fabricæ pro amplianda Ecclesia, † quod 6
potest à quocumque extraneo exerceri, *c. quicum-
que 16. quæst. 1.* Huc etiam tendebat receptio eleë-
mosynarum, quia ex ipsis construebatur Ecclesia, vt
dicunt testes in hac causa examinati tempore bn.
me. Orani, præcipuè 7. & 14. iuxta 8. interrogato-
rium 10. iuxta 5. Nec refert, quod per aliquod tempus
antequam inceperit fabrica, fuerint receptæ dictæ eleë-
mosynæ, quia verisimile est, & experientia docet, quòd
ante cœptum opus fuerit prius coaceruata aliqua sum-
ma ex dictis eleëmosynis pro congerendis ruderibus,
cæmentis, & alijs præparamentis. Minus enim facit,
quòd Cōmunitas ex dictis eleëmosynis soluerit onera,

& seruitia Ecclesiæ, quia ipsa prius erant detrahenda, & soluenda, residuum impendendum in constructione Ecclesiæ, & quòd tota administratio Communitatis versaretur circa ædificium, inde patet, quod antequàm actũ esser de ædificanda Ecclesia, nulli dabantur actus Communitatis, & perfecto opere cessauit omnis administratio, vt tradunt omnes testes examinati coram Vicario Aquinaten. quorum depositionem coadiuuat dictum nonnullorum testium coram Orano, videlicet quarti iuxta 12. quinti, & sexti iuxta 14. qui testantur fuisse à D. Mutio Archipresbytero electum quendam Dominicum del Mastro factorem deputatum à Communitate eò quia fabrica erat perfecta, sed quod tollit omnem scrupulum; tota administratio Communitatis processit non solùm cum interuentu Archipresbyteri, vt fuit stabilitum in consilio Communitatis 7. Maij anni 1581. sed etiam accedente eiusdem Archipresbyteri consensu, cum consensu enim ipsius Communitas deputabat factores, vt dicunt non solum omnes testes examinati coram Vicario, sed etiam plures ex testibus coram Orano, nempè primus, & duodecimus iuxta 5. interrogatorium 5. 8. & 9. iuxta 12. & 7. iuxta 8. cum consensu etiam Archipresbyteri eleëmosynæ recipiebantur à deputatis, & conuertebantur in negotium fabricæ, vt dicunt 7. & 14. ex testibus Orani, iuxta 8. interro-
7 gatorium, † qui consensus non solùm est argumento, quòd Communitas ex suo aliquo iure non administrabat, sed etiam apertè denotat ius principale, & potestatiuum fuisse penes Archypresbyterum, Bald. *in l. si permittente, n. 2. C. ad Vell.* facit, quod tradit idem Bald. *in l. in adoptionibus, n. 1.* per illum textum *ff. de adopt.* tantò magis, quia deputati reddebant rationem de omnibus ipsi Archipresbytero, vt dicunt ex testibus Orani 4. iuxta 13. interrogat. & super artic. 5. & 6. super 4. artic. Non obstat, quòd D. Mutius Fortis continuauerit (postquam factus fuit Archipresbyter) negotiam nomine Communitatis, quam prius susceperat; quia non propterea erat ignarus iuris Archipresbyteratus, nec illi voluit præiudicare; imò statim, vt fuit creatus Archipresbyter, accepit possessionem Ecclesiæ Sancti Eleu-
8 therij, vti membri, & grantiæ Archipresbyteratus, † & ob id sustinebat duplicem personam, nec confundebatur ius Archipresbyteratus cum administratione Communitatis, sed vnumquodque considerabatur de per se, tamquam duæ fuissent personæ, *l. 1.* vbi Bald. *ff. de off. cons.* Socin. *in l. cùm filium, n. 28. ff. de leg. 1.* Non obstat, quòd testes dicant ignorare à quo fierent deputationes, quia iustè ignorarunt tùm propter tempus, quod intercessit, tùm quia non benè poterant discernere à quo prouenerit deputatio, quia licèt de facto fieret ab ipsa Communitate, quia tamen fiebat de ordine Episcopi Aquinaten. vt legitur in præcitato consilio anni 1581. Et dicit primus testis iuxta 5. interrogat. 4. & 6. super 4. artic. ex testibus Orani, videbatur posse dici fa-
9 cta ab Episcopo, cùm † actus attribuantur ordinanti, non exequenti, *l. si heres testamento, ff. de act. empt. l. item eorum, §. si decuriones, ff. quòd cuiusque vniuers. nom.* Bald.
10 *cons. 368. circa med. lib. 1.* Aymon. *cons. 144. num. 3.* † poterat etiam deputatio dici facta ab Archipresbytero propter consensum illi adhibitum, Paul. de Castr. *cons. 319. sub n. 3. versic. nihil ergo potuit, lib. 2.* cum aliis per Tiraquell. *in l. si vnquam, in ver. donatione largitus, n. 349. & seq. C. de reuoc. don.* Alia obiectio falsitatis, quæ datur testibus, dum dicunt Archipresbyterum pro tempore percepisse introitus, & fructus Ecclesiæ Sancti Eleutherij, quos tamen dicitur perceptos fuisse à factoribus Communitatis, non videtur subsistere, quia loquuntur testes de fructibus bonorum stabilium, quos Archipresbyter pro tempore percepit; factores autem deputati perceperunt eleëmosynas, & hanc distinctionem inter fructus stabilium, & eleëmosynas, quòd illos perceperit Archipresbyter, non deputati ponunt decimus testis iuxta 5. & 14. iuxta 8. examinati coram Orano. Vltra quòd omne, quod fuit perceptum à factoribus, cùm fuerit perceptum de consensu Archipresbyteri, dici potest, quòd Archipresbyter perceperit. Paul. de Castr. & Tiraq. *vbi supra*, & hæc tantò magis sunt ad-
mittenda, † quia admittitur omnis interpretatio etiam 11
impropriando verba, vt testis defendatur à falsitate, latè Surd. *cons. 530. n. 13.* Quoad exceptiones singulis testibus singulariter oppositas placuerunt responsiones datæ ab informantibus. Ex quibus fuit conclusum, exceptiones contra dicta testium oppositas non obstare, vna tamen excepta, quam volunt Domini particulariter discuti, quæ respicit actus, de quibus deponunt testes, an sint tales, qui necessariò inferant ad possessionem Ecclesiæ, vti de vnita; & hoc strictè ad septem testes vltimo loco examinatos.

### *ANNOTATIO.*

a Farinac. † qui plures cumolat, *de testibus, quæst. 65. num. 24.* 12
Rota *decis. 720. n. 2. par. 1. diuers.*

b Et quòd † suspicio resultans ex præmeditato sermone, 13
tollatur ex numero testium, Mascard. *de probat. conclus. 1368. n. 9.* idem Farinac. *de testibus, d. quæst. 65. num. 27.*

c Mascard. † *d. conclus. 1368. n. 10.* Farinac. *d. quæst. 65. n. 27* 14

d Et propterea, quando vis est in verbis, vel quando testes sunt interrogati de formalitate verborum, tunc non intrat ista exceptio, quòd deponant per vnum, eumdèmque sermonem, Farinacc. *d. quæst. 65. n. 28.* Cæs. de Grass. *decis. 14. n. 14. de testibus.*

e Molin. † *de primogenit. lib. 2. cap. 6. n. 34.* tenet non esse ne- 15
cesse, quòd testes omnes deponant de omnibus requisitis immemorabilis, sed dicit sufficere, quòd vnus deponat de vno, & alter de alio requisito. In contrarium tamen tenet Rota, nimirum esse necesse, quòd quilibet testis deponat de omnibus requisitis, & quòd non fiat coniunctio, si vnus deponat de vno, & alter de alio, Mantic. *decis. 289. n. 4.* & fuit dictum in Hieracen. iurispatronatus 17. Februarij 1617. coram R. P. D. Verospo, vbi in specie reprobatur Molin. benè Marescot. *var. lib. 2. cap. 100. n. 10.* & eo ipso, quòd testis deficit in vno ex requisitis immemorabilis non probat immemorabilem, vt in specie fuit dictum in d. Hieracen. vbi aliæ decisiones allegantur, & benè Rota *decis. 557. ante fin. par. 4. in recent.* inter impressas sub nomine Farinac.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. Pecuniaria.

*Veneris 5. Maij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur, quando articuli, vel sunt suspecti de calumnia, vel sunt irreleuantes, vel possunt probari per scripturas.

### *SVMMARIVM.*

1 *Quietantia præsumitur reportata à soluente.*

2 *Remissoria non datur ad probandum per testes, quod potest probari per scripturam.*
*Limitatur, & declaratur, prout num. 3*

### DECISIO CCLIII.

FVit denegata remissoria, quia primus articulus, in quo dicitur, relaxationes seruire pro quietantiis ex communi vsu illarum partium, vel est suspectus de ca-
lumnia, & quòd sit datus ad protelandam litem, † quia 1
Massarius semper habuit quietantias ab illis, quibus ipse dedit fructus, & non est verisimile, quod ipse voluisset à communi vsu recedere, vel saltem est irreleuans,

uans, quia nihil refert, quòd ita se habeat communis vsus, postquam in casu isto apparet non fuisse seruatum,& quærimus quid fecerit.non quid facere debuerit Massarius. Secundus etiam articulus visus fuit multùm suspectus, quia Massarius iam deposuit quid, quantum, & quibus ex fructibus assignauerit, & sibi parùm consuleret,si plus assignasset, & minus diceret, quod longè distat à verisimili; vltra quod si adsunt quietanciæ,quæ exhiberi possunt,Rota non solet dare
1 remissoriam ad probandum testibus, † quia potest per scripturam probari,Rota *decis. 40. de test. in antiq.* Ægid.
a *decis. 9.*[a] Et tantò magis placuit Dominis denegare remissoriam,quia plores termini fuerunt Pasqualino assignati ad hæc, & similia probandum, & ipse neglexit vsquequò causa esset in expeditione.

*ANNOTATIO.*

3 a Remissoria † non conceditur ad probandum illud quòd potest per scripturas probari, Rota *decis. 314. n.2. par.1. in recent. & decis.45. n.2. & decis.589.n.1.& 2.& dec.414.n.5. par 2. in recent.* si tamen aliqui ex articulis datis non nisi per testes probari possint, tunc est concedenda remissoria, etiam super aliis, qui possunt probari per scripturas, vt fuit dictum in Aprutina Canonicatus 29. Nouembris, 1613. coram R. P. D. Caualerio, & in Romana Iocalium 28.Febr. 1618. coram R.P.D. Decano. Imò Rot. in Turitana bonorum 23. Februarij 1615. coram R. P. D. Vbaldo dixit quòd cessante calumnia erat concedenda remissoria,etiam super materiis, quæ possunt probari per scripturas,quia cùm possit probatio fieri tàm per scripturas, quàm per testes, non est coangustanda probatio ad scripturas.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Perusina bonorum de Oddis.

*Veneris 5. Maij 1606.*

ARGVMENTVM.

Creditor postquàm sibi satisfecit de credito ex fructibus rei, super qua ex Saluiano obtinuit immissionem, tenetur restituere rem, nec potest retinere pro alio credito, nisi illud sit liquidum.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor immissus ex Saluiano, postquàm est satisfactus ex fructibus, tenetur rem restituere.*
*Aliàs conueniri potest actione spolij, & num.6.*
2 *Retinere licèt creditori pignus, quod pro vno credito recepit, etiam pro alio.*
*Etiam si non sit hypothecatum pro alio credito, pro quo vult retinere, & num. 7.*
3 *Hoc procedit quando aliud creditum est liquidum, secus si non sit liquidum, & num.* 8.
4 *Saluianum non impeditur per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*
5 *Immissio, & reuocatio possessionis à pari procedunt.*

DECISIO CCLIV.

Domina Gentilis fuit in vim vtilis Saluiani interdicti immissa in possessionem Palatij, vt sibi satisfieret de vsufructu ipsius Palatij à die alienationis eiusdem facta per Octauianum primum eius virum, die 9.Iunij 1592. vsque ad diem obitus eiusdem Octauij, qui successit 9. Iunij anni sequentis, & sic per annum tantùm, in cuius possessione permansit per 13.
1 annos continuos; † Vnde apparet quòd fuit longè vltra creditum, cuius occasione fuit immissa in possessionem,satisfacta, ita vt meritò veniat restituenda posses-

*Decisiones Papales.*

sio, cessante causa immissionis.[a] Nec obstant plures aliæ a
prætensiones D.Gentilis, † quia licèt verum sit creditorem, qui pro vno credito pignus recepit, posse pro 2
alio retinere, *l.vnic. C.etiam ob Chirograph.pecun.* Gram. *decis.58. num.2.*[b] cum aliis adductis, sed tamen non b
procedit, † quando aliud creditum non est liquidum 3
(prout fuerunt Dominis visæ prætensiones D. Gentilis) Surd. *dec. 46. in fin.*[c] facit quia sicuti ad retardan- c
dam † immissionem ex Saluiano interdicto non ad- 4
mittitur exceptio requirens altiorem indaginem, Menoch. *de adipisc. remed. 3. sub n. 180.* Sarmient. *de redit. Ecclesiast.par.3. cap. 2. sub n.23. vers.ex quo etiam fiet*, qui dicit ita communiter seruari,& fuit dictum in vna Romana, seu Amerina domus 8. Iunij 1576. coram Cantuccio, ita etiam non videtur admittenda ad impediendam restitutionem possessionis cessante causa immissionis;† à pari enim procedunt immissio,& reuoca- 5
tio possessionis,Cagnol. *in l. nihil tam naturale, num.3.ff. de reg. iur.*

*ANNOTATIO.*

a Debitori † pro recuperatione possessionis rei suæ competit actio spolij contra creditorem, postquam ille est satisfactus ex fructibus de suo credito, Pacif. *de Saluian. cap.1. insp.4.cap.1. num.220.* Scapucc. *de Salu. lib.3. quæst.12.* Rot. *decis.11. sub n 8. inter impress. penes Pacif. d.tract.de Saluian.* & fuit dictum in Montis Leonis domus 3. Iunij 1617. coram R. P. D. Pamphilio. 6

b Et hoc † procedit etiam si res non esset hypothecata pro alio credito, pro quo creditor vult retinere, Surd. *decis. 46.n. 9.* Bursatt. *cons. 63. n.28.* fuit dictum in Surrina bonorum coram Card. Platto impress. penes Marches. *de Commiss.tom.1.fol.976.* & Rot.penes Zacch. *decis.130.* 7

c Rota penes Zacch.† *decis. 130. n.8.* & Rota *in recent. decis.433. sub n.2. par. 2. in recent.* & benè Pacif. *de Saluian. inspect.4. cap.1. num. 224. & seq.* vbi refert, & sequitur hanc decisionem. 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitatis Castelli hæreditatis.

*Mercurij 10. Maij 1606.*

ARGVMENTVM.

Statutum exclusiuum fœminarum non porrigitur ad bona extra territorium statuentium, nec comprehendit forenses, & ideò vt habeat locum requiritur copulatiuè subiectio bonorum, & personarum, reprobata illa distinctione, si sit conceptum in rem, siue in personam,nec admittitur combinatio simul plurium Statutorum ad effectum excludendi fœminas.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum exclusiuum fœminarum non porrigit effectum suum ad bona sita extra territorium, & num. 7.*
2 *Item nec comprehendit personas forenses respectu bonorum sitorum in territorio Statuti, & num. 8.*
3 *Statutum exclusiuum fœminarum requirit subiectionem tàm respectu bonorum, quàm respectu personarum, & num. 4.*
4 *Combinatio Statutorum nihil operatur, quando vnumquodque de per se est imperfectum.*
5 *Domicilium facit subditum.*
6 *Statutum exclusiuum fœminarum requirit vtramque subiectionem bonorum, & personarum, siue sit conceptum in rem, siue in personam.*

## DECISIO CCLV.

PRætendebat Dominus Lucius Dominam Constan-
tiam sororem exclusam à bonis sitis in territorio
Cisternæ, quia non tantùm iuxta dispositionem Statu-
torum dicti loci, sed etiam secundùm Statuta ciuitatis
Castelli frater excludit sororem; & propterea siue at-
tendamus Statutum originis, siue Statutum loci, vbi
sunt bona, siue quæramus subiectionem personæ, siue
subiectionem bonorum, vndequaque resultat exclusio
sororis, & inclusio fratris, & huiusmodi conformitas
Statutorum hoc operabatur, allegabarut cons. Castr.
32. *lib* 1. & Purput. 320. & aliorum. Quo noo obstan-
te Domini vnanimiter censueruot Dominam Con-
stantiam non esse exclusam, circumscripta consuetudi-
ne familiæ, & ciuitate in loco Cisternæ. Verum est
1 enim quòd † Statutum ciuitatis Castelli quatenus fœ-
minas excludit, oon porrigit effectum suum ad bona
a sita in territorio Cisternæ, [a] Bart. *in l. cunctos populos, quæst. 2. n. 73.* vbi etiam Bald. *n. 9. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* Lap. *allegat.* 91. Alexan. *cons. 16. n. 1. lib. 1.* So-
cin *cons. 288. num. 1.* Dec. *cons. 213. num. 6. & 7.* Brun. *in Statut. quòd stantibus masculis, artic. 8. quæst. 25. num. 119.*
Paris. *cons. 68. num. 9. lib. 2.* Hond. *cons. 49. n. 13. lib. 1.*
Put. *decis. 351. lib. 1.* tenuit Rota in pluribus causis, &
signanter in vna Romana, seu Terracinen. bonorum
10. Maij 1576. coram Illustrissimo Cardinali Pamphi-
lio 11. Februarij 1594. & 7. Iunij 1595. & in vna Ro-
mana bonorum 8. & 13. Iunij 1599. coram Reueren-
2 dissimo Perusino. † Verum est etiam Statuta territorij
Cisternæ excludentia fœminas non comprehendere
b personas forenses, [b] Alexan. *cons. 44. num. 15. lib. 5.* Ias.
*cons. 80. num. 9. lib. 3.* Curt. *cons. 96. num. 9. lib. 2.* Ruin.
*cons. 48. n. 4. lib. 5.* Brun. *de Statut. fœm. exclus. artic. 6. n. 3.*
Roman. *cons. 214. num. 6.* Fuit tentum in illa Balneore-
gien. coram illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in
Camerinen. hæreditatis 29. Ianuarij 1588. coram eo-
dem, & in Statuto Cisternæ inter Dominos de Vitellis
fuit resolutum coram Brauo 21. Octobris 1580. ex
combinatione harum duarum conclusionum dissolui-
3 tur allegara combinatio Statutorom. Vt † enim sit lo-
cus exclusioni, requiritur subiectio tàm respectu bo-
norum, quàm respectu personæ, & quidem in vno, &
4 eodem Statuto, quia cùm † vnumquodque Statutum
sit imperfectum, & de per se nihil operetur, coniun-
c ctio nihil prodest, [c] Bald. *in l. si quis ex argentariis, n. 3. ff. de eden.* Ias. *in l. centurio, num. 57. in fin. & num. seq. ff. de vulg.* & sufficere debet decisio in terminis nostris
coram Brauo, quę loquitur de bonis Cisternę inter Vi-
tellos, qui potuissent allegare dictam conformitatem.
Non obstant Doc. in contrarium allegati, & in primis
Paul. de Castr. *cons. 32.* quia non dicit id, ad quod alle-
gatur, imò sentiunt contrarium in principio, dum lo-
quitur de Statuto Recanaten. quod dicit habere lo-
cum concorrente subiectione quoad personam, &
quoad bona, videlicet, si excludentes, & exclusi sint de
Racanate, & bona sint in territorio Racanaten. posita;
dum verò circa bona in Ciuitate, aut districtu Padua-
no dicit debere seruari Statutum Paduanum, est intel-
ligendum concurrente vtraque subiectione, vt dicit in
Statuto Racanaten. & propterea Purpur. *in alleg. cons.*
320. intelligit Paul. de Castr. quando loquitur de Sta-
tuto Paduano, quod loquitur, vbi nominati haberent
domicilium in Ciuitate Paduana. Hinc etiam patet non
obstate Purpur. quia, vt benè se explicat, loquitur con-
currente subiectione non solùm bonorum, sed etiam
personarum, siue illæ sint ratione originis, siue ratione
5 domicilij. † clarum est enim ex constitutione domicilij
quem effici subditũ, Gloss. *in clem. 1. in verb. subditos, in fin. de for. compet.* Paul. de Castr. *cons. 44 n. 5. in fin. lib. 1.* Dec.
*cons. 661. n. 6.* Socin. *cons. 79. n. 15. lib. 4.* Doctores, qui
dicunt attendenda statuta vtriusque, vel vniuscuius-
que loci Brun. ex aduerso allegatus, & alij debent in-
telligi secundùm terminos habiles, videlicet, concur-
renti in singulis iurisdictione statuentium, quod tunc
datur, quando concurrit vtraque subiectio, & altera
cessante cessat. Aliqui etiam loquuntur secundùm di-
stinctionem Bart. † an Statutum sit conceptum in rem, 6
vel in personam, quæ est communiter reiecta, [d] & Ro-
ta nunquam admisit, Put. *d. decis. 351.* & fuit dictum in
Balneoregien. & in Romana de Saluiatis 14. Martij
1603. coram R. P. D. meo Litta; Alij sequuntur opi-
nionem Salyc. quòd Statutum originis habeat locum,
& porrigat vires extra territorium, quæ est damnata
per supradicta. Put. *decis. 29. lib. 2.* non refert decisio-
nem Rotæ, sed suam particularem sententiam, quæ ad-
uersatur Decisionibus Rotalibus.

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd † Statutum exclusiuum fœminarum non porri- 7
gat vires suas ad bona sita extra territorium, latè Gaspar.
Ant. Thes. *lib. 2. quæst. 5. num. 4. & 5.* vbi attestatur de
communi, & infinitos etiam cumulat, Aldou. *cons. 98. num. 3.* & latè tenuit Rota in Colen. hæreditatis 10. Iunij
1616. coram R. P. D. Buratto, & in Ciuitatis Castelli
supplementi Legitimæ 11. Decembris 1617. coram R. P. D.
Pamphilio, vbi Rota testatur de communi. Et hoc pro-
cedit siue Statutum loquatur in rem, siue in personam,
vt reiecta distinctione Bart. tenuit Roca in d. Colen.
hæreditatis, & in dicta Ciuitatis Castelli supplementi le-
gitimæ, & de communi testatur Veg. *cons. 10. num. 4.* &
Plot. qui illam dicit veram, & indubitatam, *cons. 10. num. 6.* Hond. *cons. 5. num. 14. lib. 1.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 431. num. 27.* Aldouin. *d. cons. 98. sub num. 3.* Peregr.
*cons. 7. num. 8. lib. 5.*

b Prout nec etiam huiusmodi † Statuta exclusiua fœmina- 8
rum comprehendunt forenses, vt firmatur in hac deci-
sione, & est videndus quoad hoc Gaspar Anton. Thes.
*quæst. foren. lib. 5. quæst. 4. per totam*, vbi distinguit sex
casus, prout etiam plures casus distinguit Rota in hac
materia *decis. 196. par. 1. diuers.* & in casu quo tàm defun-
ctus, quàm fœmina, & masculi sunt forenses, indubita-
tum est Statutum non suffragari masculis, prout latè fuit
dictum in dicta Colen. hæreditatis, & tradit Hond. *cons. 5. num. 15. & 16. lib. 1.* Marxar. *cons. 15.* & cum hac opi-
nione transiuit etiam Senatus Pedemont. vt testatur Ga-
spar Anton. Thes. *d. quæst. 4. num. 21.* Difficultas est, si
masculi sint ciues, & fœmina forensis, & in huiusmodi
casu licèt Rota in Recanaten. successionis 26. Iunij 1617.
coram Buratto videatur sensisse, quòd fœminæ forenses
non sint exclusæ, tamen super hoc crederem esse valdè
cogitandum; quia cùm statutum principaliter emanaue-
rit ad fauorem ciuium masculorum, & solùm secundariò
excludat fœminas, videtur quòd intentio Statuti princi-
palis sit facere suis ciuibus masculis non minus aduer-
sus fœminas subditas, quàm forenses, & ita fauore mas-
culorum in hoc casu consuluit Surd. *cons. 343. & 553. num. 10.* & de communi testatur Peregrin. *cons. 90. num. 10. lib. 1.* Gaspar Anton. Thes. *d. quæst. 4. sub num. 19.* vbi
dicit hunc casum apud se esse indubitatum, & hæc opi-
nio, quæ ex prædictis est communis, mihi etiam vi-
detur verior ea ratione, quia si Statutum vult exclu-
dere fœminas proprias magis dilectas fauore ciuium
masculorum, multò magis censetur voluisse excludere
fœminas forenses minus dilectas fauore eorumdem ma-
sculorum.

c Et quòd nihil operetur coniunctio, & combinatio Statu-
torum, dixit Rota in dicta Colen. hæreditatis coram
R. P. D. Buratto, quæ fundatur in hac decisio-
ne.

d De quo vide supra, quod dixi sub litera A.

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana

## Romana fideicommissi de Iacobatiis.

*Veneris 12. Maij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Census censetur impositus super parte rei, quæ libera est. An, & quando in contractu oneroso censeatur tota res vendita. In obligatione generali non venit res obligari prohibita.

### *SVMMARIVM.*

1 *Census censetur impositus super ea parte rei, qua libera est, dummodo sit capax.*
2 *Maximè ad effectum euitandi caducitatem.*
3 *Decisiones in terminis quando adsunt, non est laborandum super regulis generalibus.*
4 *Venditio rei aliena tenet.*
5 *In obligatione generali non venit res obligari prohibita sub pœna caducitatis, & num. 8. vbi vide limitationem.*
6 *In obligatione rei non venit pars illa, qua prohibita est alienari.*
6 *Hares adeundo hareditatem censetur acceptare prohibitionem alienandi factam à testatore prout inest, & secundùm naturam suam.*

### DECISIO CCLVI.

DOmini respectu censuum non excedentium por-
tionem Martij, & Tarquinij perstiterunt in deci-
sis, de reliquis dixerunt particulariter videndum.
1 † Rota enim sæpius renuit censum censeri impositum
super ea parte tantùm rei, quæ libera est, dummodò sit
a capax, [a] vt in Perusina fideicommissi de Amerinis 26.
Februarij 1586. coram Orano, & in vna Romana cen-
sus de Palutiis 20. Nouembris 1606. coram R. P. D.
meo Sacraro, in qua fuit allegata alia Romana census
2 de Censiis coram R. P. D. meo Decano, † præsertim
ad effectum euitandæ caducitatis, vt fuit dictũ in d. Pe-
3 rusina fideicommissi, † & propterea non est laboran-
dum super regula generali. *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt.* cùm habeamus decisiones in terminis, neque est facienda vis super eo, quòd pars aduersa dicit in contractibus onerosis venire totam rem communem; nam vltra quòd DD. ex aduerso allegati considerant, an pretium correspondeat valori totius rei: vel partis, quo stante nihil contra decisionem, quæ loquitur, quatenus census medietatem non excedant; loquuntur etiam,
4 quando agitur inter emptorem, & venditorem, † inter
quos valet venditio rei alienæ, *l. rem alienam, ff. de contrah. empt.* hîc non agitur res inter venditores, & emptores censuum, quo casu etiam sufficere deberet emptoribus, quòd tot fructus perciperẽtur ex medietate domus, qui satis essent pro solutione censuum ex traditis in illa Romana census de Palutiis, sed agitur cum DD. Iacobatiis prætendentibus caducitatem ex impositione dictorum censuum, pro qua euitanda præsumendum est, quòd Martius, & Tarquinius vsi fuerint iure suo tantùm: distinctio inter hypothecam generalem, & specialem non facit, quia vltra quòd decisiones supra allegatæ loquuntur de impositione census facta super re particulari, & eam restringunt ad portionem, de qua poterat disponere imponens; inter obligationem specialem, & generalem eadem est ratio,
5 † quia sicut non est dicendum, quòd in obligatione
b generali veniat res obligari prohibita [b] sub pœna ca-
ducitatis; † ita nec etiam in obligatione rei, quòd ve- 6
niat pars illa, quæ subiacet tali prohibitioni, quando
sine ea, obligatio potest suum sortiri effectum. Non
obstat, quòd pars tangens Martium, & Tarquinium
fuerit prohibita per testatorem alienari, & quòd ad-
eundo hæreditatem censeantur se obligasse ad non
alienandum; † quia per aditionem censetur acceptata 7
dicta prohibitio, prout inest, & secundùm suam naturam, *l. in causa, ff. de procur.* Neuiz. *cons. 87. num. 14. & seqq.* & sic tamquam prohibitio nuda, aut saltem, quæ remaneat in terminis simplicis prohibitionis sine aliqua pœna caducitatis, cùm sit restricta ad bona propria testatoris, nec possit dici repetita circa portionem hæredum, tùm ex natura pœnæ, tùm ex aliis deductis in decisione.

### *ANNOTATIO.*

a Videnda sunt, quæ dixi supra *ad decis. 225.*
b Sub † obligatione generali non veniunt bona alienari 8
probibita, *l. obligatione generali, ff. de pigner.* latè Gabr. *de reg. iuris cancel. 12.* Mant. *de tacit. lib. 11. tit. 4. num. 14. & seq.* & infinitos cumulat Pacif. *de Saluian. inspect. 3 cap. 2. num. 45.* Rota *decis. 426. n. 1. par. 1. diu. & decis. 144. n. 8. par 1. in recent.* quod procedit etiam si verba obligationis essent valdè vniuersalia, Thes. *decis. 193.* Rota *dec. 426. n. 3.* quod tamen non procedit, quando obligans non haberet alia bona, quàm alienari prohibita, Gabr. *d. concl. 12. num. 8.* Pacif. *d. inspect. 3. cap. 2. num. 49.* Rota *d. decis. 426. n. 8. vers. quinta est conclusio, par. 1. diu.* & admisit etiam Rota *in decis. 17. num 6.* inter impress. penes dictum Pacif. onus verò probandi, quòd obligans alia bona non haberet, incumbit neganti, Rota *d. decis. 426. num. 10. & dicta dec. 17. n. 7.* Pacif. *d. cap. 2. n. 50.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Legati mobilium.

*Veneris 12. Maij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Sub legato mobilium veniunt gemmæ, & omnia, quæ apta sunt moueri de loco ad locum, & maximè stante vniuersalitate verborum, & stante exceptione aliquarum gemmarum, & rerum pretiosarum. Expressio specierum an, & quando restringat genus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mobilium appellatione veniunt gemma, & sub num. 12.*
2 *Item omnia, qua apta sunt moueri, & transferri de loco ad locum, & sub num. 12.*
3 *Mobilium appellatione stantibus verbis vniuersalibus adiectis non solùm veniunt, qua ex propria significatione venire solent, sed etiam ea, que sub simplici verbo, & indefinitè prolata non venirent.*
4 *Exceptio firmat regulam in omnibus aliis casibus non exceptis.*
5 Residui *appellatione totum continetur, & num. 13.*
6 *Exceptio declarat, quid in regula comprehendatur.*
7 *Specierum expressio non restringit genus stante vniuersalitate verborum.*
8 *Item nec quando species exprimitur non per viam dispositionis, sed per viam declarationis.*
9 *Species expressio regulariter non restringit genus, & num. 13. vbi ed limitatur.*

10 Mobilium *appellatione an veniant tantùm supellectilia destinata ad vsum domus, attento communi vsu loquendi.*

*Vsus communis loquendi probari debet ab allegante, n. 10. & latè num. 14.*

11 *Mobilia etiam si sint particulariter legata non inconuenit, quòd veniant sub institutione.*

## DECISIO CCLVII.

REalis Fusoritus in suo testamento legauit Faustinæ vxori sub his verbis; (*item esso testatore desidera, che la Signora Faustina ripigli il medesimo acconcio, che li diede, hauendoghelo sempre conseruato, che così lei li hà promesso in vita voler fare, e perciò pigliando l'istesso acconcio, la lascio padrona assoluta de tutto il mio mobile di casa, & che nessuno li habbi à riueder conto di detto mobile, eccettuando le cose, delle quali esso testatore ne hà disposto, del resto del mobile del detto testatore vuole, che sia di detta sua moglie*) Dubitaui, an in huiusmodi legato, comprehenderetur quoddam vetium perlatum, monile aureum, & vas argenteum, & fuit affirmatiuè resolutum, tàm ex vi ver-
1 borum, quàm ex mente testatoris. † appellatione enim
*mobilium* veniunt gemmæ, Rebuf. *in l. mouentium, in vers. annuli verò, ff. de verborum significatione.* Spec. *in titul. de fruct. 81. num. 9.* Dec. *cons. 472. num. 5.* Ruyn. *cons. 32. num. 4. in fin. lib. 2.* fuit dictum in vna Romana Legatorum 10. Februarij 1585. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in Romana compromissi 6. Februarij
2 1586. coram Robusterio, † & omnia, quæ apta sunt
moueri, & transferri de loco ad locum. Dec. *dicto cons. 472. num. 4* Illustrissimus Mantica, *de coniect. vlt. volunt.*
3 *lib. 9. tit. 3. sub n. 1.* † præsertim stantibus verbis vniuer-
salibus, quæ operantur, vt appellatione *mobilium* veniant non solùm, quæ ex propria significatione venire solent, sed etiam quæ sub simplici verbo, & indefinitè
a prolata non venirent. [a] Dec. *d. cons. 472. num. 3.* Ruyn. *vbi supra num. 5.* Paris. *cons. 27. num. 42. lib. 2.* Curt. iun. *cons. 183. numer. 4.* Crot. *cons. 125. numer. 9. lib. 1.* Peregr. *cons. 37. numer. 9. lib. 2.* Accedunt verba illa (*ec-*
4 *cettuando le cose, delle quali esso testatore ne hà disposto*) † hæc
enim exceptio firmat regulam in omnibus aliis rebus non exceptis, *l. quæsitum, §. denique ff. de fund. instr. §. vt autem in Auth. de non aliena.* Ruyn. *d. cons. 32. sub n. 7. vers. ponderandi sunt etiam*, præsertim quia subiungit (*il resto del mobile voglio, che sia di detta mia moglie*)
5 † appellatione enim (*residui*) totum continetur, [b] *l. 2.*
b *C. de hæred. inst.* Aret. *in l. si quidem, in 2. not. C. de transact.* Cassan. *cons. 12. col. 2. vers. & sic replicatur.* Afflict. *decis. 285. num. 3.* Eo maximè etiam, quia bona excepta, &
6 aliis legata sunt vasa argentea; & similia, † & exce-
ptio declarat quid in regula comprehendatur, Aret. *cons. 142. num. 2.* Alex. *cons. 63. num. 2. lib. 6.* Decius, *l. 1. num. 20. ff. de reg. iur.* Rip. *in l. 2. §. quòd si in patris, n. 23. ff. sol. matr.* Natt. *cons. 159. num. 31.* fuit dictum in simili in vna Romana Legatorum 30. Martij 1601. coram R. P. D. Coccino. Accedit, quod testator ipse declarauit, quòd volebat in huiusmodi legato comprehendi annulos, & sic res pretiosas. Nec propterea debet dici, quòd dispositio ad annulos restringatur, sed debet deseruire pro aliis eiusdem generis, *argumento l. regula. §. fin. ff. de iur. & fac. ignor. l. damni infecti, la 2. in fin. ff. de*
7 *damn. infect.* † Nec facit, quòd testator nominando di-
ctos annulos, & aliquas alias species mobiliũ videatur restrinxisse genus ad species enumeratas, *l. quæsitum, §. 1. ff. de leg. 3.* quia primò respondetur cum Ruyn. *d. consil. 31. num. 5.* hoc tolli ex vniuersalitate verborum,
8 † secundò cum Peregr. *in præcitato consil. 37. sub num.*
24. quod obiectum procedit, quando testator legat disponendo genus, & speciem, secùs quando, vt in casu nostro non procedit disponendo, sed declarando circa
9 iam disposita per ipsum, & legata: † Tertiò responde-
tur, prout fuit responsum in illa Romana legatorum, quòd imò regula est facienda in contrarium, quòd species non restringat genus, & quòd censeatur potius expressa species maioris declarationis gratia. [c] Non ob- c
stat, quòd attento communi vsu loquendi † appella- 10
tione *mobilium* veniant tantùm supellectilia destinata ad vsum domus, Oldrad. *cons. 219. in fin. cum aliis allegatis*, quia respondetur, quòd iste communis vsus esset
probandus, [d] vt per Dec. *d. cons. 472. num. 15. & seq.* d
cum aliis, quos refert, & sequitur Peregr. *d. cons. 37. n. 16. & seq.* prætereà attenta generalitate verborum, & declaratione ipsius testatoris, & aliis supra deductis, non potest dici, quod testator se retulerit ad communem vsum loquendi. Eodem modo respondetur ad id quod dicitur fuisse legatum non simpliciter mobilia, sed mobilia domus, quia ex declarationibus, quas fecit expressè testator in comprehendendo, & tacitè in excipiendo, apparet, quòd non se restrinxit ad ea, quæ sunt ad vsum domus parata, vltra quod in fine dum dicit (*del resto, del mobile, del testatore*) loquitur indeterminatè, & sine aliqua relatione ad certum locum, & ita non obstat decis. Romana legati mobilium domus Maij 1603. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Non obstat, quòd legatum non fuerit factum ex mera liberalitate, sed in recompensationem Acconeij, quia vt benè deducunt informantes pro Faustina, hoc potius debet augere, quia non fuit limitatè factum, ac respectiuè ad creditum ipsius Faustinæ, sed voluit, quòd in eo comprehenderetur, & vlterius voluit exercere liberalitatem, vt verba sunt elata legati. † Non obstat, 11
quòd institutio hæredis quoad mobilia aliàs erit superflua, quia imò ipsa mobilia veniunt sub institutione, & in illis dicitur hæres institutus, licèt non ad effectum derogandi legato, vt not. Bal. & alij, *in l. si quis ita hæres institutus fuerit excepto, ff. de hæred. inst.* Alex. *in l. nam qui, §. non omnis, num. 15. ff. ad Trebell.* & in terminis nostris tradit Ruyn. *d. cons. 32. num. 8.* & dixit Rota in dicta Romana legatorum. Ex quibus fuit conclusum bona de quibus agitur comprehendi sub legato Faustinæ.

## ANNOTATIO.

a Legatum † mobilium, quæ comprehendat latè vltra Man- 12
tic. *in hac decis. allegat.* tractat Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 8.* & Cardin. Tusch. *in verbo Legatum, conclus. 119.* & per plures alias conclusiones sequentes.

Et quòd legatum mobilium comprehendat non solùm supellectilia domus, sed etiam vasa argentea, & etiam omnia, quæ de loco ad locum moueri possunt, fuit latè firmatum in Fulginaten. Legati 6. Nouembris 1620. coram R. P. D. Pamphilio, vbi id maximè dicitur procedere stante affectione testatoris erga legatarium, & hoc † ha- 13
bet locum etiam si testator expressisset nonnullas species mobilium, nam talis expressio censetur facta demonstratiuè, non restrictiuè, Ceph. *cons. 372. n. 15.* Rot. *decis. 261. num. 2. par. 2. diuers.* fuit dictum in Romana Legati de Vitellis 13. Ianuarij 1583. coram R. P. D. Gypsio, prout regulare est, quòd expressio specierum non restringit genus, Surd. qui plures cumulat, *cons. 352. num. 14.* Gratian. *discept. cap. 404. n. 7.* Nisi expressio specierum fuisset facta per verba limitatiua, *videlicet, scilicet*, & similia, Bart. *in l. quæsitum. §. si quis fundum, num. 15. vers. aut fuit facta numeratio, ff. de fund. instruct.* Bald. *cons. 200. num. 3. lib. 4.* Crau. *cons. 227. num. 7. in fine.* Cæphal. *cons. 371. num. 18.*

b Et quòd † appellatione *residui* veniat etiam totum, Bero. 14
*cons. 192 num. 2. lib. 1.* Corn. *cons. 39. num. 2. lib. 2.* & dixit Rota in Romana bonorum 30. Ianuarij 1584. coram Bubalo, & in Fauentina fideicommissi 19. Ianuarij 1596. coram Litta. Hoc tamen fallit in obligationibus in quibus appellatione, *residui*, non venit totum, Rota *decis. 84 n. 5. inter impress. penes Zacch. de obligat. Camer.*

c De quo

c De quo dixi supra sub litera A.
15 d Vsus† communis loquendi articulari, & probari debet ab allegante Becc. *conf.1.n.30.* Hond. *conf.5.n.38.lib.2.* Mantic. *de tacit. lib. 2. tit.8. n. 10.* cum aliis cumulatis per Alder. Mascard. *de interpret. stat. concl.3. n. 49. & seq.* vbi multipliciter ampliat, & præsertim est probandus vsus communis loquendi de tempore conditi testamenti, & non sufficeret simpliciter illum probare, Hond. *d. conf.5.n. 38.* Becc. *conf. 1. n.30. & 31.* Item testes deponentes de communi vsu deponere debent vigere in loco, vbi emanauit dispositio, & per tempus decem annorum, Alder. Mascard. post alios, *d. concl.3. n.59.* Quando verò communis vsus loquendi esset notorius, & generalis sufficeret allegare, Seraph. *decis.730. n.7.* Mantic. *de tacit. lib.2. tit.8. sub n.10.* Alderd. Mascard. *d. conclus.3. num.51.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Beneuentana Parochialis.

*Mercurij 17. Maij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio est danda docenti de sua possessione aduersus subrogatum, qui non potest iuuari possessione illius, in cuius locum est subrogatus, quando possessio ab alio medio tempore reperitur occupata.

### *SVMMARIVM.*

1 *Possessio probatur ex instrumento captæ possessionis vacantis.*
2 *Probatio plena resultat ex vnico teste deponente de visu, iunctis duobus deponentibus de publica voce, & fama.*
3 *Manutentio non requirit plenam probationem, sed sufficit leuis.*
4 *Possessio instrumentalis capta, alio existente in possessione, non suffragatur.*
5 *Possessio desinit esse continuata, quando constat fuisse ab alio medio tempore occupatam.*
6 *Possessio ciuilissima, quæ ex subrogatione transfertur, est ad instar illius, quæ in hæredem ex Statuto continuatur.*
7 *Possessio continuatiua in hæredem ex Statuto cessat, quando ab alio fuit possessio medio tempore effectualiter apprehensa, de quo tamen vide num.9.*
8 *Seminario nondum erecto non potest acquiri possessio.*
*Seminario nondum erecto, an possit fieri vnio, & latè num. 10.*

### DECISIO CCLVIII.

REsolutum fuit Archipresbytero, & litis consortibus dandum esse mandatum de manutenendo;
1 † quia de eorum possessione constat ex instrumento
possessionis sub die 1. Nouembris 1603. quando à nullo detinebatur, *l. prædia,* vbi Bart. *ff. de acq. poss. l. non idcircò, & ibi not.* Bal. *C. de fid. instr.* & fuit sæpiùs decisum;
2 probatur etiam possessio ipsorum per testes, † quorum
cùm vnus deponat de visu, & duo alij de publica voce, & fama plenè probant, Gloss. *in c. veniens, el primo, de test.* cum cumulatis per Gabr. *de probat. concl. 1. num. 8.*
3 † licèt ad effectum manutentionis non requiratur plena probatio, sed sufficiat leuior, Alex. *conf. 103. num. 3. lib.7.* Paleott. *decis. 22.* Non obstat prætensa possessio
4 Marinelli, † quia est instrumentalis, & sub die 15. Aprilis 1604. quo tempore Archipresbyter, & alij Clerici erant in possessione, & propterea illi non suffragatur, *l. clam possidere. §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss.* Capur. *decis. 334. par. 2.* fuit decisum in vna Romana de Beneforte 11. Decembris 1574. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & sæpiùs in aliis. Neque potest se fundare Marinellus in subrogatione gratiosa, nec eius prætextu prætendere, quòd in ipsum fuerit translata, seu continuata possessio, quæ fuit penes Io. Antonium
Carraram; † quia cùm iam possessio actualis fuisset ab 5
Archipresbytero, & clericis occupata, cessat effectus continuationis possessionis, vt fuit dictum in causa Lucana Maiusculatus 27. Aprilis 1587. coram Orano, & in Romana Hospitij, & Vineæ 13. Martij præteriti co-
ram R. P. D. meo Decano. † Ista enim ciuilissima pos- 6
sessio, quæ ex subrogatione transfertur, est ad instar il-
lius, quæ in hærede ex Statuto cōtinuatur,[a] Mohed. *de- a*
*cis.11. vt lit. pend.* & dicitur in dictis decisionibus, † ces- 7
sat autem continuatio possessionis in hæredem ex Statuto, quando ab alio fuit effectualiter apprehensa, Cuman. *in l. Pomponius §. quæsitum sub n.3. vers. ego d. xi. ff. de acq. poss.* Alex. *conf.83. num. 3. lib.2.* Corn. *conf. 166. col. penul. vers. his tamen non obstantibus, lib.1.* Dec. *conf. 467. num.8.* Curt. iun. *in l. fin. post num.82. C. de edict. diu. Adr.*
*toll.* Paris. *conf. 1. num. 158. lib.1.*[b] Non obstat, quòd Col- b
legiata non esset erecta, & propterea non potuit illi ac-
quiri † possessio, prout dixit Rota in Seminario non- 8
dum erecto in Corduben præstimoniarum 7. Februarij 1601. coram bo. mem. Litta, quia fuit saltem actualiter acquisita Archipresbytero, & Primicerio, qui illam ingressi fuit tàm nomine suo proprio, quàm aliorum clericorum: & licèt non constet de aliquo præcedenti mandato Clericorum, apparet tamen de ratificatione subsecuta. Quæ dicuntur de nullitate vnionis, & quòd Collegiatæ erectio non fuerit à Sede Apostolica confirmata, respiciunt petitorium, & non pertinent ad summariissimum possessorium, de quo agitur.

### *ANNOTATIO.*

a de quo dixi infra *ad decis. 307. num. 6.*
b Benè Rota † *decis.263. n.2. par.2. in recent.* vbi tamen non 9
firmatur, an hæc conclusio procedat in suo hærede, sed quòd nullo modo apprehensio possessionis post mortem defuncti impediat continuationem in hæredem vigore Statuti ex eo, quia in illo momento temporis, quo decedit, possessio ex vi dicti Statuti statim est translata in hæredem, nec datur medium aliquod temporis inter possessionem defuncti, & hæredis: Fuit dictum in Signina bonorum 22. Iunij 1615. coram R. P. D. Andrea.
Vnio † fieri non potest Seminario in futurum erigendo, 10
sed debet esse in actu erectum, adeò quòd etiam est necesse, quòd scholares actu sint introducti, plenè Garz. *de de benef. par.12. cap.2. num.193. & seq.* vbi refert plures declarationes Sacræ Congregationis, & etiam Rotæ decisiones, Gonzal. *super regul.8. gloss.5. §.7. n.68. & seq.* & Rota *decis. 835. par.4. in recentior. & in decis. 361. num.3. 4. & 5. par.2. in recent.* Verùm quando Seminarium esset in via ad erectionem, & perfectionem, & iam præuia taxa, & detractione, & contributione fructuum fuisset deuentum ad vnionem beneficiorum, seruata forma in reliquis omnibus tradita à Concilio, tunc si non adesset aliqualis fumus, seu suspicio fraudis, videtur quòd possit sustineri vnio, etiam si effectualiter nondum fuerit erectum Seminarium, nec introducti scholares, prout hanc opinionem latè defendit Gonzal. *glos. 5. §. 7. num.75. & 76.* vbi dicit hanc opinionem placuisse multis ex Cardinalibus Sacræ Congregationis, & Rotæ Auditoribus, quam etiam sequitur Gratian. *discept. cap. 278. num. 79.* & verè mihi videtur ista opinio optimè fundata in verbis Concilij Tridentini *cap.18. sess.23.* quæ plenè ponderat Gonz. *in loco præallegato,* & pro hac opinione Ego scripsi in Rota in duabus causis, scilicet, in Anagnina Vnionis 1620. coram R. P. D. Manzanedo, quæ causa fuit proposita, & non resoluta, & in Adiacen. Beneficij 1621. coram R. P. D. Coccino Decano, quæ de proximo erit in Rota discutienda, & inter alias rationes illa mihi satis vrgere videtur, quia cùm vniones beneficiorum fieri debeant pro alimentis scholarium, est necesse, quòd dum introducuntur, adsint

adsint huiusmodi alimenta iam parata, quia, vt dicit Bartol. *conf.58. sub n.1. lib.2.* Collegia statim, quòd sunt producta, exigunt, vnde vtuntur ex fructibus iam perceptis, & percipiendos expectare nonpossunt, & est corpus, quod nascitur cum dentibus, & statim quærit cibum. Hęc sunt verba Bartol. *in dicto loco.*

Illud autem, quod ab initio dixi, quòd vnio fieri non potest Seminario nondum erecto, procedit in vnioneFacta ab inferiori, non autem quando est facta à Papa, qui potest etiam Collegio nondum erecto, sed erigendo vnire, ita fuit dictum in Portugalen. Vnionis 6. Martij 1598. coram Orano, & prius in eadem coram Iusto 17. Aprilis 1595.

*Oliuerius Beltramanus.*

## Hispalen. decimarum de Aymonte.

*Mercurij 24. Maij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### SVMMARIVM.

1. *Tertius veniens ad causam in statu, & terminis in quibus reperitur, facit suas omnes probationes, & acta tam facta, perinde ac si essent contra ipsum nominatim facta, & num. 3. Limitatur prout sub n. 6.*
2. *Beneficio status litis qui gaudet, debet etiam pati praeiudicium, quod oritur ex admissione ad causam.*
3. *Tertius, qui venit prout in prima, non in statu & terminis, acta iam facta illum non afficiunt, & quando dicatur venire, prout in prima.*
4. *Tertius, qui venit ex proprio iure independenter à iure colligantium, potest venire prout in prima, si vult, si verò veniat defendendo, & adhaerendo, non potest venire nisi in statu, & terminis.*
5. *Tertius non afficitur ex actis iam factis, nisi expressè fuerit per iudicem admissus.*
7. *Item, nec quando venit excludendo vtrumque.*
8. *Appellans facit sententiam suam, & omnia acta.*

### DECISIO CCLIX.

Domini recedentes à decisione in hac causa facta 19. Ianu. 1605. resoluerunt probationes factas pro parte Capituli Ecclesię Hispalen. afficere modernū Marchionem de Aymonte; ratio resolutionis fuit, † quia 1 cùm ipse venire t ad causam contra eius partem inchoatam, eam prosequendo, fuit admissus in statu, & terminis, in quibus reperiebantur probationes, quas inuenit factas à Capitulo, sibi communicauit. Mohed. *decis. 5 de iud.* perindè enim habentur, ac si essent contra ipsum nominatim, ipsoque citato factæ, quia veniendo ad causam fecit omnia acta sua, a Innoc. *in c. cum super, n.6. vers. si autem hac tertia persona*, vbi etiam Ant. de Butr. *n. 18.* Felyn. *n.17. de re iud.* Put. *decis. 71. lib. 3.* Achil. *decis. 13. de appell.* fuit resolutum in causa Cathanien. legitimitatis coram fœl. rec. Clem. PP. VIII. & in causa montis Regalis iurisdictionis 10. Iunij 1602. coram Reuerendissimo Rodien. & quemadmodum sententia absolutoria à prætensionibus Capituli lata ad fauorem patris Marchionis, ipsum Marchionem iuuat (quia non alia de causa venit ad iudicium ceptum, cùm potuisset nouum ex sua persona inchoare) ita etiam debent illi 2 obesse probationes contra patrem factæ, † quia qui gaudet beneficio status litis, debet & onus pati. Caffad. *decis. 1. sub num. 3. de except.*

### ANNOTATIO.

3 a Rot. † *decis. 431. n.5. & decis. 705. n.4. par. 1. in recent.* benè Marzar. *cons. 24.* Et quando tertius non vult facere acta sua, debet venire tanquàm in prima, & debet committere causam de nouo, Rota *decis. 98. n. 1. par. 1. in recent.* Seraphin. *decis. 1241.* nec dicitur venire tamquàm in prima, ex eo quòd veniat principaliter deducendo ius suum, sed requiritur, quòd expressè committat causam de nouo tamquàm in prima, ita fuit dictum in Montis Regalis Iurisdictionis 10. Iunij 1602. coram Cardinali Millino impress. penes Marches. *de Commiss. tom. 1. fol. 265.* vbi fuit dictum contrariam opinionem fuisse aliàs à Rota reprobatam, hanc tamen electionem veniendi, prout in prima † non habet, nisi ille tertius, qui venit ex proprio iure in- 4 dependenter à iure colligantium, si enim veniat ad defendendum alterum ex litigantibus, non potest venire nisi in statu, & terminis, ita fuit dictum in Hispalen. decimarum 26. Martij 1607. coram eodem Sanctis. de qua *infra decis. 303.* & benè facit Honded. *cons. 15. n. 22. & 23. lib. 2.* latè Couar. *pract. quæst. cap. 13. in princip. & per tot.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 26. n. 15.* & de hac doplici via veniendi ad causam benè Seraph. *dec. 906. sub n. 1.* & Rota in d. Montis Regalis iurisdictionis coram Millino, impress. penes Marches. *loco prealleg ato.* Ad effectum autem, vt † acta, & probationes iam factæ afficiant tertium, est 5 necesse, quod tertius fuerit per iudicem causæ expressè admissus, & non sufficeret tacita admissio, ita dixit Rota in Toletana pensionis coram Litta impress. penes Marches. *de Commiss. tom. 2. fol. 268.* Vlterius † tertius non afficitur ex illis actis, & probationibus, quæ de directo eius 6 intentioni repugnant, Seraphin. *decis. 906. n. 2.* Rot. *decis. 705. num. 5. par. 1. in recentior.* Item aduertendum est, quòd solùm acta, & probationes præteritę illum afficiunt, secùs verò acta futura, à quibus non afficitur, nisi in specie fuerit citatus, Rota *decis. 466. n. 1. par. 4. in recent.* sciendum verò est pro declaratione supradictorum, quòd quando tertius venit ad causam † excludendo ius vtriusque col- 7 litigantis, tunc acta & probationes iam facta illum non afficiunt nec pro, nec contra, ita notabiliter declarauit Rota in Nolana Pensionis 13. Iunij 1611. coram Cardinali Sacrato.

Appellans † à sententia, vel dicens de nullitate sententiæ fa- 8 cit suam illam sententiam, & omnia acta per prius gesta, Achil. *decis. 12. de appellat.* Put. *decis. 71. lib. 3.* Rota *decis. 98. num. 5. par. 1. in recentior.* & fuit dictum in Montis Regalis coram Cardinali Millino, & in eadem coram bo. me. Penia impressæ penes eundem Marches. *tom. 2. fol. 267.*

*Oliuerius Beltramanus.*

## Camerinen. Transactionis.

*Mercurij 24. Maij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Transactio non insinuata est nulla ex Constitutione Marchiæ, quæ Constitutio fuit extensa per Cardinalem de Carpo ad omnes contractus, nec tollitur dicta solemnitas ex Statuto particulari loci requirentis alias solemnitates, sicut nec suppletur ex præsentia Iudicis, nec ex præsentia patris, nec ex taciturnitate quinque annorum, postquàm minor est factus maior, nec ex confirmatione Apostolica.

### SVMMARIVM.

1. *Insinuatio requiritur ex Constitutione Marchiæ in contractibus minorum, & ista constitutio fuit per Cardinalem de Carpo extensa ad omnes contractus.*
   *Extensiones, & additiones Cardin. Carpen. ad Constitutiones Ægidianas, non extenduntur extra Prouinciam Marchiæ, & num. 17.*
2. *Transactio comprehenditur sub dispositione loquente de renunciatione, & cessione.*
3. *Constitutio Marchiæ, requirens insinuationem habet locum in quolibet contractu, in quo minor etiam indirectè lædi potest, & num. 18.*

4 *Constitutio*

4 *Constitutio Marchiæ, dum requirit insinuationem, non tollitur per Constitutionem particularis loci requirentis certas solemnitates nulla facta mentione de insinuatione, & num. 19.*
5 *Fides non facit fidem.*
6 *Insinuatio non suppletur ex præsentia Iudicis, vbi requiritur registratio insinuationis in actis.*
7 *Item nec suppletur ex præsentia Iudicis, quando requiritur pro solemnitate contractus.*
*Regulariter tamen ex præsentia Iudicis suppletur insinuatio, & num. 20.*
8 *Curator non potest in testamento dari.*
9 *Datus in testamento potest per Iudicem confirmari.*
10 *Communis error, seu reputatio non admittitur in Curatore ad effectum conualidandi actus gestos à falso Curatore.*
11 *Insinuatio non suppletur ex præsentia patris.*
12 *Pater non potest auctorizare contractum filij respectu bonorum filij, quorum non habet administrationem, nec vsumfructum.*
13 L.fin.C.si minor maior.fact. *supplet tantùm defectum decreti Iudicis, non autem tollit alias nullitates, & num. 21.*
14 *Non tollit nullitatem ex defectu auctoritatis veri Curatoris.*
15 L. fin. C. si minor maior fact. *fundatur in tacita, & præsumpta ratificatione, & ideò non habet locum, nisi data, & probata scientia cum omnibus qualitatibus, & defectibus contractus, & num. 22.*
16 *Beneplacitum Apostolicum non tollit nullitates, de quibus nulla fuit facta mentio.*
23 L.fin.C.si minor maior factus, *an habeat locum quando Statutum præsumit dolum.*

## DECISIO CCLX.

TRansactionem nullam esse visum fuit Dominis ex
defectu insinuationis, & authoritatis Marinangeli,
qui pro curatore interuenit, & authoritatem in contra-
1 ctu præstitit. † Nam quod insinuationem adest consti-
tutio Marchiæ eam requirens in contractibus mino-
rum. Nec refert, quòd loquatur de certis contractibus.
in quibus non est nominata transactio, quia vltra quod
a constitutio fuit per Cardinalem de Carpo [a] extensa ad
omnes contractus, adhuc sine extensione fuisset com-
2 prehensus contractus transactionis, † quia cùm consti-
tutio loquatur de remissione, & cessione, proculdubio
comprehendit transactionem, quæ iuris remissionem
includit, Put. *decis.4.de Ægidian.* Capot. *decis.195. par.*
3. fuit dictum in Tiburtina Castri Sambuci coram fœl.
rec. Clem. VIII. & in terminis in vna Auximana bo-
norum 11. Aprilis 1603. coram Reuerendissimo Rodien.
3 † imò habet locũ constitutio in quolibet alio contractu,
in quo minor etiam indirectè lędi posset, Put. *decis.192.*
*in 2.dub.lib.1.* Cresc. *decis.3.de constit.* fuit dictum in Ro-
mana releuationis indemnitatis coram R.P.D. Ortem-
bergo, & in Romana nullitatis contractus 26. Maij
b 1604. coram me. [b] Non obstat, quòd in terra Caldaro-
læ, adsit particulare Statutum super contractibus mi-
norum, quo stante cessat constitutio Prouinciæ, Bald.
4 *cons.201.lib.1.* † Quia hoc procederet, si Statutum Cal-
darolæ loqueretur de insinuatione, prout loquitur
constitutio, sed de illa nullum verbum facit, sed tan-
tùm præscribit formam contrahendi cum minore: Et
propterea circa formam in contractu adhibendam ser-
uabitur Statutum Caldarolæ; quoad insinuationem,
quæ requiritur post contractum celebratum attende-
c tur constitutio; [c] fides quæ datur super non vsu consti-
5 tutionis in terra Caldarolæ † non facit fidem: latè Ce-
phal. *cons.384. n.21.& seqq.* Non obstat, quòd dicitur de
interuentu Iudicis, quia negatur quòd aliquis Iudex
interuenerit, dicitur enim ex illis duobus, qui pro Iu-
dicibus allegantur, alterum fuisse Notarium, alterum
Birruarium: Vbi etiam interuenisset Iudex, adhuc non
sufficeret, quia quicquid sit de iure, in quo sunt diuer-
sæ Doctorum sententiæ, [d] constitutio requirit registra- d
tionem insinuationis in actis, † & propterea non suffi- 6
ceret præsentia Iudicis, qui etiam ex alio non potest
supplere defectum insinuationis, † quia illa requiritur 7
pro solemnitate contractus tàm ex constitutione, quàm
ex allegato Statuto Caldarolæ. Aret, *in l.si tibi pecuniam.*
*in fin.ff.si cert. pet.* Tiraq. *de retract. lign.* §. *36. glos.2. sub n.*
22. Rym. iun. *in* §. *1.n.155. Instit. de donat.* Alia nullitas de-
ducebatur, quia Marinangelus interuenit vti Curator,
& talis non erat, † quia non potuit in testamento Cu- 8
rator dari, *Instit. de Curat. in princip.* † & licèt datus po- 9
tuisset per Iudicem confirmari, vt ibi dicitur, de tali
confirmatione nullibi apparet, † & in cura non admit- 10
titur communis error, seu reputatio, *l.2. ff. de eo, qui pro*
*tutor. l. qui neque, ff. de reb. eorum.* Bald. *in l. non omnes.* §. *si*
*pupillus, n.1. circa med. ff. si cert. pet.* cum cumulatis per
Gabr. *de prob. concl.8.n.26.* Non obstat præsentia patris,
† quia ad euitandam insinuationem non habetur in 11
cõsideratione, *l.lata, C.de donat l.donationes, quas parentes,*
*C.de don. inter vir. & vxor.* præsertim quia testator pro-
hibuit illi administrationem, & vsumfructum; † quo ca- 12
su non poterat authoritatem præstare, sed requirebatur
Curator, Glos. *in Auth. excipitur,* vbi Paul. de Castr. *n.*
13. & alij, *C.de bon. qua lib.* & dicit ibi Salic, quòd cùm
testator habet suspectum patrem, lex de eo non confi-
dit, sed habet pariter suspectum. † Ad *l. fin. C. si minor* 13
*maior factus sine decreto alien. fact. rat.* habendum fuit re-
sponsum per illam suppleri tantùm defectum decreti
Iudicis; non autem tolli alias nullitates, si contractus in
minori ætate gestus laboret, [e] vt dicunt Iacob. de Aret. e
Cyn. Alberic. & alij relati à Surdo, *cons. 49. n. 29.* vbi
etiam ostendit opinionem istam authoritate, & numero
excedere contrariam; & † in terminis, quando defectus 14
est in authoritate Curatoris, quòd non procedat dispo-
sitio *d.l.* tradit ibi Salic. *n.4.* † Rursus *d.l.* si fundatur in 15
tacita, & pręsumpta ratificatione, & ideò non habet lo-
cum, nisi data, & probata scientia cum omnibus quali-
tatibus, & defectibus contractus, vt plenè per Natt.
*cons.162.n.3.& seq.* cum aliis per Surd. *vbi supra num.32.*
[f] Nec facit, quòd Vannes fuerit præsens contractui, f
quia nullitas non surgit ex gestis in ipso contractu, sed
ex deputatione Curatoris facta longè antè, & ex defe-
ctu insinuationis, quæ sequi debebat contractum, † im- 16
petratio beneplaciti supplet tantùm defectum ipsius-
met beneplaciti, cuius impetratio ex forma transactio-
nis erat debita; nec pars aduersa petiit, nec intentio Pa-
pæ fuit tollere nullitates supra allegatas, de quibus
nulla mentio fuit habita, *c.2. ne Sed. vac. c. quia diuersita-*
*tem, de concess. preb.* & quas Papa ignorauit, Paul. de
Castr. *consil.84. sub num.4. lib.2.* Idem dicitur de clausula
(*supplentes*) vt per Ferret. *cons. 38. num.3. & 4.*

### ANNOTATIO.

a Extensiones, † & additiones Cardinalis Carpen. ad Con- 17
stitutiones Ægidianas non habent locum extra Prouin-
ciam Marchiæ, quia Cardinalis Carpen. erat Legatus in
dicta Prouincia, & ideò sicut illius iurisdictio vltra di-
ctam Prouinciam se non extendebat, ita nec illius Consti-
tutiones; & licet fuerint confirmatæ à Paulo III. tamen
confirmatio non extendit confirmatum vltra id, quod
aliàs ex sui natura non comprehendebat, ita in terminis
dictarum Constitutionum, Rota *decis.6.n.3.par.4.in recent.*
& in Imolen. Damnorum 22. Iunij 1611. coram Card. Sa-
crato.
b Et † de contractu Vrbis 151. vide latè supra annotationem 18
ad decisionem 164. & in specie de Constitutione Mar-
chiæ est decisio concordans 8. inter impress. penes Picum
*super glos. ad Statut. Vrbis.*
c Idem dixit † Rota, *in d. decis. 8* penes Picum, semper 19
enim

enim quando dispositiones non sunt ad inuicem incompatibiles vna non est abrogatoria alterius, Seraphin *decis.343.*& de Statuto requirente certas solemnitates quod non censeatur abrogare alias solemnitates, quæ de iure communi requiruntur, Menoch.*cons.384.num.*14. Aldouin. *cons.2.num.84.*

20 d Et quòd præsentis Iudicis † regulariter suppleat factum insinuationis, fuit dictum in Imolen. rescissionis contractus 26. Iunij 1615.coram R. P. D. Manzanedo, & in Perusina Donationis 12. Decembris 1608. coram eodem Sanctissimo, de qua infra *decis.*391.

21 e Et idem † tenuit Rota in Romana erroris Calculi 21.Iunij 1610. coram eodem Sanctissimo, de qua *infra decis.*473. licèt contrarium teneat Menoch. *de recuperat.remed.15.n.*143.*vsque ad* 149.vbi latè defendit dispositionem *l.final.* habere locum dato defectu cuiuscumque solemnitatis.

22 f Rota † *decis.102.n.14.par.2. diuers.* fuit dictum in Anconitana dotis 17.Nouembris 1598. coram Cardinali Lancellotto, & in Romana nullitatis contractus 28. Iunij 1619. coram R.P.D. Buratto,vbi fuit dictum requiri scientiam nullitatis, tàm in facto, quàm in iure.

23 Quando † Statutum præsumeret dolum,tunc non intrat ratificatio deducta *in l. fin. C. si minor maior factus.*Rota *decis. 54. n. 3.par. 1. in recentior.* & fuit dictum in Romana nullitatis contractus 28. Iunij 1619. coram R. P. D. Buratto.Sed contrarium latè defendit Menoch. *de recuperat. remed. 15. n. 178.* qui dicit ratificationem inductam *in l. fin.*habere locum etiam stante dolo præsumpto, dummodò non adsit dolus verus.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana census scutorum 18. mil. extra Rotam.

*Veneris 2. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Molestari quis non potest vigore instrumenti, quod sibi non fuit impletum, etiam si defectus implementi consistat in minimo, & cui incumbit onus probãdi non implementum.

### SVMMARIVM.

1 *Conueniri quis non potest vigore instrumenti, quod sibi non fuit seruatum.*

2 *Frustra petit ille,qui, quod debet,non impendit.*

3 *Implementi defectus etiam in minimo obstat agenti, & num. 6. vbi vide duas limitationes.*

4 *Cessionario obstat eadem exceptio non implementi, quæ obstat cedenti.*

5 *Implementum probare debet ille, qui contractui nititur, & eius obseruantiam requirit, declara prout num.7.*

### DECISIO CCLXI.

PRincipe tantùm informante fuit resolutum fructus censuum,& aliorum debitorum DD.de Vrsinis decursorum à die 1 Iulij 1594. vsque ad diem 16. Septembris 1596. per ipsum solutos esse ponendos in computo solutionis scutorum 76. mil. residui pretij Ca[illegible] Nomenti;fuit enim in instrumento venditionis express[illegible]è conuentum, quòd donec venditores fecerint cons[illegible]ntire D.Lucretiam Saluiatam eorum matrem, & D. Beatricem Vitelliam,& alia plura per ipsos promissa adimpleuerit, emptor non possit cogi ad aliquam pretij solutionem, & quòd interim fructus debitorum delegatorum currant damno ipsorum venditorum cum clausula, & protestatione adiecta, *quod aliàs emptor non contraxisset*: cùm autem venditores in pluribus defecerint,& ob id onus soluendi fructus ad ipsos spectaret, Princeps, qui illos soluit, non soluit debitũ proprium,
vt prætenditur pro parte Ducis aduersarij,sed debitum
Vrsinorum,meritò veniunt ponendi in computo dicti
pretij.Et vltra expressum pactum † iuri conuenit Prin- 1
cipem non molestari vigore instrumenti,quod ipsi non
fuit seruatum,*l.1.C.de don.&.quæ sub modo,l.cùm proponas,*
*la 2.C.de pact.*† frustra enim petit,qui,quod debet,non 2
impendit, *c. frustra,de reg.iur. in 6.l. adiles,in fin.ff. de adil.*
*edict.* not.Bald. *in c.1. n.9.quid. Dominus propr.feud.priu.*
† quod procedit quamuis defectus implementi non 3
esset in multis,vt in casu isto,sed in minimo, Bald. *in l.*
*iuris gentium,§.adeò,in 2. not. ff. de pact.*Dec. *in dicta l.cùm*
*proponas, sub n.5. vers. quartò ampliatur.* Put. *decis.357.in*
*fin.lib.3.*[a] Et sicuti ista exceptio † obstaret Vrsinis ven- a
ditoribus, ita & Duci venienti ex dicto instrumento, 4
Dec. *consil.421.sub n.*14. † Defectum autem probare 5
non habet Princeps,sed onus probandi implementum
incumbit Duci, qui contractui nititur, & eius obseruantiam requirit, *l. Iulianus. § offerri,ff. de act. emp.* latè
Aym. *cons.248.n.6.circa med. vers.onus autem.*[b] Nec diffi- b
cultatem faciunt fructus decursi à die captæ per Principem possessionis Nomenti, quasi quòd obstet æquitas,*l.curabit,C.de act.empt.* quia æquitas illa non facit ad dubium,de quo agitur,alij enim sunt fructus censuum, de quibus in puncto, alij sunt fructus recompensatiui debiti ex æquitate *d.l.* de quibus hodie non quæritur.

### ANNOTATIO.

Vulgaris est ista conclusio, quòd exceptio non implementi obstat agenti,etiam si defectus sit in minimo,de qua præter in hac decis. allegat.

a Surd.† *cons.101.n.2.& cons.369.n.36.*Menoch.*cons.1.n.368.* 6
Becc.*cons.45.n.6.& 10.*latè Mant. *de tacit.lib.3.tit.16.n.18.* benè Rota *dec.242.n.3. par.2.in rec.*Sed hæc conclusio dupliciter limitatur,primò vt procedat solùm respectu contentorum in eodem Capitulo,vel in Capitulis connexis; secùs autem in separatis,Natt.*cons.133.n.5.* Ceph.*cons.48. n.41.* Surd. *d.cons.101.n. 25.* Mantic.*decis.238. n.2.* & idem Mantic.*de tacit.lib.3.tit.16.n.22.* & dixit Rota in Romana de Cangiis 25.Iunij 1621. coram R. P. D. Buratto. Secundò non procedit, quando defectus implementi in minimo non læderet in substantia ius alterius, tunc enim talis defectus non obstat,& intrat regula,quòd de minimis non est curandum, ita Mantic. *d.tit.16. n.23.*

b Latè Becc.† *cons. 45. n.18.* & in hac materia an.& cui in- 7
cumbat onus probandi implementum, distinctio vera, & communis est,quòd aut ille cui implendum est,negat sibi fuisse impletum, & probari debet dictum implementum ab allegante, Rip.*in l. in illa,n. 15. ff. de verb. oblig.* Corn. *cons.11.n.8 vers. & hoc nisi allegetur, lib. 2.* Cras.*cons. 1.n.10.* Rota *decis.361.par.1.in recent.*& Rota *decis.362.sub n.2.par.1 in recent.* & fuit dictum in Calaguritana Cappellæ de Algurite 14. Nouembris 1592. coram Gypsio, aut verò neganti non est implendum,sed tertio,& tunc allegans non implementum tenetur probare hanc negatiuam, Corn. *dicto cons.11.n. 8. in princip.* & Rota in d. Calaguritana de Albarite coram Gypsio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgen. Canonicatus.

*Veneris 9. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Diligentia,vt probent negatiuam, non dispensationis,fieri debens in omni loco,vbi expeditio fieri, & reperiri poterat, & num. 2.*

DECI

## DECISIO CCLXII.

FVit resolutum diligentias non esse sufficientes, cùm
non fuerint factæ super supplicationibus secretis,
a ª & tamen fieri debent in omni loco, vbi expeditio fieri
1 potuit, vt fuit dictum in vna Forosemproniens. Parochialis 20. Maij 1575. coram bo.mem. Oriolens.

### ANNOTATIO.

a Negatiua non probatur ex diligentiis, nisi fiant in omnibus scripturis, & locis, in quibus potest esse adnotatus actus, Crauett. *con.112.num.7.* Ruyn. *consil.35.num.19.lib.1.* Rot. *decis. 636. num.2. & 3.part. 1. diuers.* benè Rota *decis. 356.num.3. inter impress. penes Farinacc. post 2. lib. consil. & decis. 333. sub numer. 4. part. 2. in recent.* Et vt diligentiæ suffragentur quid seruari debeat dixi *ad decis. 287. sub littera A.*

---

## Seguntina Expensarum.

*Lunæ 12. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Capitulum litigans cum Beneficiatis an, & quando possit ex massa communi extrahere expensas pro lite, & an, & quando quis teneatur suo colliticanti subministrare sumptus litis.

### SVMMARIVM.

1 *Expensæ, quas faciunt Canonici litigando cum Pensionariis, non sunt extrahendæ ex massa communi cum ipsis Portionariis, & num.7.*
2 *Collitigans non tenetur propriam pecuniam subministrare suo collitiganti pro sumptibus litis.*
3 *Rusticus litigans cum suo Communi non est cogendus ad soluendum gabellam, quæ imponitur pro expensis dictæ litis.*
4 *Beneficiatus non tenetur ad contributionem expensarum, quas faciunt alij beneficiati, qui litem habent cum illo.*
5 *Lis quando respicit vtilitatem Ecclesiæ, tunc beneficiatus litigans cum Ecclesia tenetur concurrere ad expensas, & sumptus d. litis, & num.8.*
6 *Secus est si lis respiciat particulare, & priuatum interesse, & quomodo id cognoscatur, & num.8.*

## DECISIO CCLXIII.

1 DVbitauit bo.me. D.Litta, † an expensæ, quas faciunt Dignitates, & Canonici Seguntini, litigando cum Portionariis eiusdem Ecclesiæ, sint extrahendæ ex massa communi cum ipsis Portionariis, & Rota
2 resoluit non esse extrahendas † ex regula, quod nemo
tenetur pecuniam propriam, aut proprios reditus collitiganti in sumptus litis subministrare, *l. Imperator. ff.*
a *de tutel. & ration. distrah.* ª per quem tex. dicit ibi Al-
3 bert. rusticum litigantem † cum suo Communi non
esse cogendum ad soluendum gabellam, quæ imponi-
4 tur pro expensis d. litis, † & propterea coram Illustrissimo Cardinali Mantica 7. Februarij 1594. Rota resoluit beneficiatum non teneri ad contributionem expensarum, quas faciunt alij beneficiati cum ipso litigantes, & coram eodem Litta 20. Nouembris 1595. fuit decisum in vna Burgens. Seruitij non posse Capitulum ex massa communi desumere pecunias pro sustinenda lite mota contra Dignitates. Non obstant notata per Bart. & Bald. *in l. ab omnibus. §. si Titio. ff. de leg. 1.* quòd ciuis litigans cum Ciuitate teneatur ad collectam im-
5 positam occasione illius litis, † quia placuit responsio
b data in dicta Burgens. vt procedat, ᵇ quando lis mota
Ciuitatis respicit commodum Ciuitatis, & à Capitulo vtilitatem Ecclesiæ, quod non contingit in casu isto,
† quia lites, quas Capitulum sustinet, non respiciunt 6
vtilitatem Ecclesiæ; eius enim non interest, si antiquior Portionarius, absentibus omnibus Canonicis, & Dignitatibus præcedat necne in Choro, & aliis actibus, prout nec etiam in quo loco incedat Portionarius, ante, vel post Crucem: & propterea fuit dictum expensas esse extrahendas de particulari bursa Dignitatum, & Canonicorum, non autem ex massa communi capitulari, de qua participant Portionarij; quæ resolutio fuit per me subrogatum extensa Dominis ita mandantibus.



### ANNOTATIO.

a Seraphin. † *decis. 1090. num.6.* fuit dictum in Tirasonens. 7
iurisuotandi 14. Decemb. 1609. coram R.P.D. Manzanedo, & in Anconitana bonorum 26. Ianuarij 1612. coram R.P.D. Pamphilio.
b Et Rota † semper sequuta fuit istam distinctionem, quòd 8
aut lis respicit vtilitatem, & interesse Ecclesiæ, & tunc fieri debet expensis communibus Ecclesiæ, & per consequens ex bursa communi, aut nullum versatur interesse Ecclesiæ, sed potius priuatum personarum, & tunc expensæ non sunt faciendæ de communi, Rota *decis. 138. sub num.1. part.1. in recent.* & fuit dictum in dicta Tirasonens. iurisuotandi coram R.P.D. Manzanedo, & in Pampilon. de Sanguessa 3. Aprilis 1609. coram R. P. D. Ortembergo, & in Burgens. Seruitij 20. Nouembris 1595. coram Litta; dicitur autem agi de interesse Ecclesiæ, quando lis est cum extraneis, secùs autem si fit inter eosdemmet de eadem Ecclesia, Rota d. *decis. 138. sub num.1. part.1. in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Vineæ.

*Veneris 16. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Exceptio defectus mandati, & legitimationis personarum reddit nullum iudicium. Creditum est de substantia Saluiani. Sententia est notoriè iniusta, quæ non iustificatur ex actis.

### SVMMARIVM.

1 *Mandati defectus reddit sententiam, & processum nullum, & quandocunque potest opponi.*
2 *Legitimatio personarum est necessaria in omni iudicio, quantumuis summario, & latè num.5.*
*Procedit parte opponente, num.6.*
*Requirit plenam probationem, num.7.*
3 *Creditum est de substantia, & est necessarium antecedens Saluiani.*
4 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, est notoriè iniusta.*

## DECISIO CCLXIV.

FVit resolutum sententiam Aud. Cam. esse reuocandam; quia de mandato comparentis nomine Ioan.
Antonij, & aliorum de Nouitiis nullibi constat; † ex- 1
ceptio autem defectus mandati reddit sententiam, & processum nullum, & quandocumque potest opponi, *l. licet. Cod. de procur. cap. in nostra. in fin. eod. tit. cap. licèt. de appellat. in 6.* & non solùm obstat defectus in persona comparentis, sed etiam in persona agentium, qui iudicium intentarunt, vti hæredes Pasij de Nouitiis.
† nec tamen probauerunt se esse tales, & in iudicio hoc, 2

a licèt summario ª debuerunt suas personas legitimare, Bart. in l.2.in fin. Cod. de edict. diu. Adr. toll. Alex. consil. 59.nu.2.lib.2. Ias. in rubr. Cod. qui admitti. nu. 5. quod sine scrupulo procedit, quia sæpiùs fuit protestatum, vt docerent quid ipsi haberent agere super vinca, de qua agitur: Egerunt etiam vigore cuiusdam census, quem dicunt fuisse impositum ab Octauio Grato, & venditum cuidam Pasidi de Nouitiis, cum quo non apparet, quòd habeat agere Pasius, cuius se dicunt esse
3 hæredes, propterea census ipse non legitur,† & sic non constat de credito, quod est de substantia, & necessariū antecedens Saluiani, vt fuit dictum in vna Romana, seu Ariminens. domus 8. Iunij 1586. coram Cantuccio.
4 † Nec iustificatur sententia ex actis, & propterea est notoriè iniusta, Parif. cons. 54.num.2.lib.4.Cæl.de Grass. decis. 2. de solut. fuit dictum in vna Romana Vineæ de Scappucciis 15. Martij 1572. coram Binaino, & in
b Vlisbonens. beneficij 9.Iunij 1600. coram me. ᵇ

*ANNOTATIO.*

5 a Et quod † etiam in iudicio Summario sit necessaria legitimatio personarum, Vant. de nullitat. in tit. de nullit. ex defectu habilitatis num.3. Marant. in prax. part.4. distinct.9. num.38. Rota decis.18.num.3.part.1. in recent. & decis. 142. numer.2. eadem part.2. Imò etiam in executiuis est necessaria legitimatio personarum, benè Rota dec.70.sub n.6. inter impress. penes Zacch. de oblig. Cam. & Rota decis. 28. num.4.part.2.in recent. Et non facta legitimatione processus, & sententia subiacent nullitati, vt dixit Rota coram Sanctissimo supra decis.223.sub numer.3. & secuta fuit etiam Rota in Clusina Postæ Puteolæ 18.Iunij 1618. coram R. P. D. Buratto, Caball. post alios consil. decis. 42.
6 num.4 & 5.part.1. Hoc † autem procedit parte opponente, nam parte non opponente, valet processus etiam non facta legitimatione, Rota decis.307.num.7.part.1.in recent. & dixit Rota in Ferrariens. bonorum 30. Martij 1615. coram R. P. D. Vbaldo, & tenuit etiam Rota coram Sanctissimo supra decis. 88. num. 1. vbi etiam dicitur non censeri ad hunc effectum factam oppositionem per generalem protestationem, neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato. Ab hac tamen declaratione recedit Menoch. de adipiscen.remed.4.numer.442. vbi dicit, quòd iudex ex officio curare debet fieri dictam legitimationem personarum, sed Menoch. intelligi debet, vel quando non adest contradictor, vt etiam videtur tacite sensisse Rot. d.decis.307.num.7.vel non loquitur ad effectum, quòd inde resultet nullitas; aliàs eius doctrina non est
7 tuta ex decisionibus prææallegatis. Huiusmodi † autem legitimatio personarum requirit plenam probationem, Menoch. qui plures cumulat d.remed.4. num.443. vbi de communi, & tenuit Rota in Casalens. seu Nullius de Carretris 15. Decembris 1586. coram Rubeo.
b Vide annotationem supra ad decis.2.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana census scutorum 18. mil.

*Veneris 16. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Res empta per personam nominandam non cadit sub hypotheca ad fauorem creditorum ementis, postquam emptor nominauit personam, tantò magis, si creditores consenserunt dictæ nominationi.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ censetur remittere hypothecam.*
2 *Ius quærendum faciliùs impeditur, quàm quæsitum tollatur.*
3 *Retentio est fauorabilior, quàm acquisitio de nouo.*
4 *Iuri de futuro renunciatur etiam tacitè.*
5 *Quæ à voluntate contrahentium dependent, magis inspici debet eorum voluntas, & opinio, quàm veritas ipsa.*
6 *Iuri de futuro nunquam censetur renunciatum, & quando expressè renunciatur, intelligitur renunciatio de iure de futuro habente causam de præterito.*

### DECISIO CCLXV.

Domini perstiterunt vnanimiter in decisis ea potissimum ratione, quia D.Lothatius, & litis consortes, qui pro personis nominandis accesserunt, & pro solutione censuum illis facienda se obligarunt, non possunt solutionem euitare sub prætextu obligationis initæ cum Rauenna: si enim volumus, quòd dominium non fuerit in Rauennam translatum, prout videtur non habuisse animum sibi, sed personis nominandis acquirendi, vt dictum est in decisione, sumus in claris, quòd non venit sub hypotheca bonorum ipsius Rauennæ; si etiam volumus, quòd dominium fuerit in eum translatum, & resederit vsque ad nominationem, id tamen cùm fuerit reuocabiliter ad effectum transferendi illud in personas nominandas, & tali translationi faciendæ consenserint D. Lothatius, & alij fideiubendo, Domini censuerunt attenta natura actus, & verisimili paciscentium mente censum non esse comprehensum in generali obligatione, quam constituit Rauenna, † sicuti 1 enim per talem consensum, si prius fuisset hypothecatus censeretur remissa hypotheca, iuxta l.4 §. in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.solu. Ita, & multò fortius ostenditur quòd non fuit animus acquirendi ex regula, † quod faciliùs impeditur ius quærendum, quàm quæ- 2 situm tollatur, l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui,vel al. iur.l.fin.C.de acquiren.poss.c.quemadmodum de iur.iurand. Alexand.consil. 196. in fin.lib.6. † & quia fauorabilior 3 est retentio, quàm acquisitio de nouo, l.pur. ff. de dol. except.l.miles codicillum. §. veteranus.ff.de mil.test. Aym. consil.6.sub num.98. Nec facit, quod dicitur renunciationem non cadere in iure de futuro, ª ex Bart. in l.1. a Cod. de pact. quia vltra quod iuri de futuro † renuncia- 4 tur etiam tacitè, imò fortius quàm iuri de præsenti, & quæsito, Rot. decis.2.de renunc.in nou.quando non procederet ex renunciatione, procederet saltem ex animo non acquirendi qui faciliùs datur, quàm renonciandi id quod fuit quæsitum, vt dictum est; distinctio, an persona nominanda sit certa, vel incerta, non videtur subsistere, vt benè deducunt informantes, quia persona nominanda; licèt posset esse certa in mente eius, qui habet nominare, quoad animum illius cū quo contrahit videtur esse incerta, quàuis in casu isto non possit dici omnino incerta, quia cùm fuerit dictum, quòd census emebatur non solùm pro personis nominandis, sed etiam de pecuniis earumdem, dominium pecuniarum reddebat certas personas, ita vt non esset liberum Rauennæ nominare quos vellet, & licèt nomina ignorarentur, erant tamen certa ex qualitate dominij pecuniarum. Non obstat, quòd dicitur verè non fuisse emptos census de pecuniis nominandorum, quia quicquid sit de hoc, negari non potest, quod in animo fideiussorum, non fuerit fideiubere pro personis nominandis ementibus ex pecuniis suis, & quod hoc dominium pecuniarum præ oculis non habuerint, hinc etiam cogebantur fideiussores indicare, quod si Rauenna emebat nomine nominandorum, & de eorum pecuniis, quòd vel præcessisset aliqua promissio Rauennæ, per quam teneretur nominare, vel quòd coactus fuisset pecuniam restituere non nominando; ex quo sequitur, quòd etiam si esset facienda distinctio, si dominium esset resolubile ex causa necessaria, vel voluntaria; quod autem est inter partes, vt de dominio non resolubili non ex causa voluntaria, & ad cognoscendum an fuerit in intentione partium quod sub hypo

5 hypotheca veniret iste census,† videndum est quomodo actum sit inter partes in constitutione census, id enim magis inspicitur quàm veritas ipsa, in iis, quæ à voluntate contrahentium dependet, iuxta tradita per Bald. *in l. quo loco*. §.1. *ff. de hered. institu.* cum concord. per Surd. *cons.* 315. *num.* 66. & propterea stante huiusmodi forma contractus Domini censuerunt censum non comprehendi in generali hypotheca, quam constituit Raucona. Adducta in contrarium loquuntur in tertio non in fideiossore, & sunt sublata in decisione, & per informantes.

### *ANNOTATIO.*

a Renunciatio regulariter non trahitur ad ius de futuro, Gabr. *de regul. iuris Conclus.* 4. *num.* 8. Gonzal. *glos.* 9. *titul.* 5. *numer.* 28. latè Bursatt. *cons.* 67. *per totum*, & Menoch. *cons.* 749. *per tot.* adeò quod etiam si sit renunciatum iuri de futuro, intelligitur de iure de futuro habente tamen causam de præterito, Dec. *cons.* 369. *num.* 11. Bursat. *consil.* 347. *num.* 19. *& seq.* Menoch. *consil.* 749. *numer.* 11. *& seqn* Rimin. iun. *cons.* 72. *nu.* 112. Aldob. *consil.* 66. *numer.* 2. Surdus *cons.* 15. *n.* 28. *& consil.* 418. *n.* 24. Peregr. *de fideic. art.* 52. *n.* 35. Rot. *decis.* 549. *sub n.* 3. *part.* 2. *in recent.* vbi de communi, & quid dicendum sit, quando adsunt verba sonantia in futurum, puta quando quis renunciat iuribus, quæ habet, vel habere potest, seu sperat, vide Surd. *consil.* 267. *num.* 25. *& seq.* Peregrin. *de fideic. art.* 52. *sub num.* 32. Matth. Brun. *consil.* 38.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Montisfalisci Fideicommissi.

*Veneris 6. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Detractiones quæ sint faciendæ ex fideicommisso, & præsertim quando possit detrahi dos.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dos est detrahenda ex fideicommisso.*
2 *Æs alienum est detrahendum de fideicommisso.*
3 *Legitima filiorum est detrahenda de fideicommisso.*
4 *Trebellianica etiam est detrahenda.*
5 *Etiam si non fuerit confectum inuentarium iuxta veriorem opinionem, quam sequitur Rota, & num.* 13.
6 *Fructus non imputantur in Trebellianicam, quando sumus in filiis, & num.* 14.
7 *Etiam si vltra Trebellianicam competat etiam detractio legitima.*
8 *Melioramenta sunt detrahenda tàm à Colonis quàm à possessoribus facta.*
9 *Dos non est detrahenda de fideicommisso, quando superest legitima, & Trebellianica, in quibus dos potest constitui, & num.* 15.
10 *Dos non detrahitur ex fideicommisso, nisi in subsidium, & in casu necessitatis quando non adsint alia bona, præter fideicommisso subiecta.*
11 *Dos detrahi non potest de fideicommisso, etiam si fideicommissum esset tale, quod pateretur detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, quando dicta quarta de tempore restitutionis dotis erant iam consumpta.*
12 *Probandi onus cui incumbat, an asserenti extare legitimam, & Trebellianicam, seu alia bona libera, in quibus dos possit assignari, vel neganti, est controuersum, & latè num.* 16.
*Hæredi sine beneficio inuentarij incumbit onus probandi non extare alia bona, ex quibus possit facere suas detractiones, & num.* 16.

## DECISIO CCLXVI.

SVper prima parte dubij, quæ continet detractiones
faciendas ex fideicommisso Nicolai Bisentij Senio-
ris, reseruata altera parte, in qua agitur de imputatio- 1
nibus bonorum in aliam positionem, † resolutum fuit
in primis detrahendam esse dotem Rosatæ vxoris te-
statoris, *l. ab omnibus.* §. *fin. ff. de leg.* 1. Soc. iuo. *cons.* 170. 2
*num.* 5. *lib.* 2. Gabr. *consil.* 95. *num.* 3. *lib.* 2. † prout omne
aliud æs alienum testatoris, *l. Papinianus.* §. *quarta. ff. de* 3
*inoff. test. l. si filia. in princ. ff. ad Trebell.* † post dotem, &
æs alienum detrahendam esse legitimam filiorum, *leg.*
*quoniam in prioribus. Cod. de inoff. test.* Rim. *consil.* 185. 4
*num.* 2. Dec. *consil.* 81. *in princ.* † & quoniam filij fue-
runt sub conditione grauati vltra legitimam, detrahen-
da est etiam Trebellianica, *c. Raynutius, & c. Raynaldus.*
*de testa.* Rom. *d. consil.* 181. *num.* 3. *& 4. cum multis cumu-* 5
*latis per* Mandos. *ibi in addit.* † Nec cessat detractio
Trebellianicæ ex eo, quòd filij non confecerint inuen-
tarium secundùm opinionem, quam vti veriorem, &
æquiorem sequitur Rota Cassad. *decis.* 3. *de testam.* fuit
dictum in vna Oriolens. bonorum de anno 1590. co-
ram Orano, & in vna Cæsenatens. hæreditatis 1. Iulij a
1596. coram eodem. [a] Nec isto casu agendum est de 6
imputatione fructuum in Trebellianicam; † quia su- b
mus in filiis, *l. iubemus. Cod. ad Trebell.* [b] quod procedit,
licèt vltra Trebellianicam † debeatur etiam legitima, 7
Bart. *in l. quòd de bonis.* §. *quòd Actus. ff. ad l. Falcid.* cuius
opinio est communiter recepta, Aym. *cons.* 16. *in fin.*
latè Rol. *consil.* 12. *in vlt. dub. lib.* 1. Peregr. *de fideicomm.*
*art.* 3. *num.* 112. & sequuta est Rota apud Cassad. *decis.*
2. *de testament.* † sunt etiam deducenda melioramenta 8
tam à colonis, quàm à possessoribus facta, *l. domos. ff.*
*de leg.* 1. *l. vbi purè.* §. *fin. & l. mulier.* §. *sed cùm distra-*
*hend. ff. ad Trebell.* Paul. de Castr. *consil.* 247. *numer.* 7.
*lib.* 1. Paris. *consil.* 55. *numer.* 22. *lib.* 3. cum aliis per Pe-
regr. *de fideicomm. artic.* 50. *numer.* 5. fuit dictum in
Viterbiens. fideicommissi 17. Nouembris 1597. coram
Orano: census etiam impositos super tenuta Floren-
tini de consensu Rosatæ dixerunt Domini esse dedu-
cendos, ita tamen, vt imputentur in legitimam, &
Trebellianicam, quatenus per prius non essent detra-
ctæ, & consumptæ; si autem erant consumptæ, erant
vltra dictas quartas detrahendæ stante consensu Rosa-
tæ, & permissione testatoris. Idem fuit dictum de dote
Ersiliæ, tùm quia consensus Rosatæ in eius restitutione
adhibitus recipit supradictam conditionem, & distin-
ctionem.† Tùm quia dispositio *auth. res, quæ. Cod. comm.* 9
*de leg.* non habet locum quando superest legitima, &
Trebellianica, ex quibus possit dos restitui, Paul. de Cast.
*consil.* 77. *num.* 7. *lib.* 2. Corn. *cons.* 3. *sub num.* 3. *lib.* 4. Soc.
*cons.* 75. *sub num.* 13. *vers. præterea.* Bal. & Paul. de Castr.
*lib.* 1. Aym. *cons.* 19. *post num.* 18. Rol. *consil.* 85. *num.* 10.
*& seqq. lib.* 1. † est enim remedium subsidiarium, cui 10
non est locus, nisi in casu necessitatis, & quando non
sunt alia bona, præter fideicommisso subiecta, Bald.
*consil.* 468. *numer.* 1. *lib.* 4. Salyc. *in l. fin. num.* 4. *Cod. de*
*reb. non alien.* Alex. *consil.* 56. *numer.* 3. *in fin. lib.* 1. Ias.
*consil.* 231. *col.* 3. *ad fin. vers. nam cùm ista D. Angela lib.* 2.
Paris. *cons.* 63. *num.* 49. *lib.* 2. fuit dictum in vna Bono-
niens. fideicommissi de Formagliariis 4. Nouembris
1585. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.† Si au- 11
tem tempore restitutionis faciendæ dictæ quartæ erant
consumptæ, restitutio erat facienda de fideicommisso,
tùm propter authoritatem Rosatæ attributam à testa-
tore, tùm ex dispositione *dicta Auth. res quæ*, vt in
terminis dicit ibi Castr. *numer.* 11. Corn. *dicto consil.* 3.
*sub num.* 3. *vers. & hoc satis apertè.* Natt. *consil.* 61. *numer.* 4.
[c] Cui autem incumbat onus probandi, † vel asse- c
renti extare legitimam, & Trebellianicam, seu alia 12
bona, ex quibus possit dos restitui, [d] vel neganti, d
habet difficultatem, quia Corn. *d. cons. num.* 3. *in fin.* dicit

incumbere onus probandi oegatioam ei, qoi dicit detrahendam de fideicommisso; contrarium tamen asserit Curt. Sen. relatus ab Aym. *vbi supra*, & propterea quando opos esset particulariter esset discutiendum.

## *ANNOTATIO.*

13 a Et tenuit † etiam Rota in Booonienf. de Cataneis 10. Martij 1619. coram R.P.D. Pirouano.

14 b Crass. † §. *Trebellianica quaest. 11. num.* 2. Peregr. *de fideic. art. 3. n.* 112. boc tamen non procedit, oisi in liberis primi grados, non autem vlterioris gradus, prout sunt nepotes, quia nepotes imputant fructus in Trebellianicam, Gabr. *consil. 111. in princ. lib. 2. & consil. 122. lib. 1.* Peregr. *de fideic. art. 49. num. 62.* & hanc opinionem tenuit Rota, vt *in decis. 517. sub num. 8. part. 4. in recent.* quae tamen opinio babet cohtradictores, vt per Menoch. *consil. 681. num. 18. & 19. & consil. 982. num. 14.*

15 c Hooded. † *cons. 76. numer. 5. lib. 1.* & latè Rota io Perusina Dotis 9. Iunij 1614. coram R.P.D. Vbaldo.

16 d Et quòd † asserenti extare alia bona, ex qoibus dos detrahi possit, incumbat onus probandi, tenuit Rota penes Mant. *decis. 152. sub numer. 5. vers. & sit aliquis*; sic etiam fideicommissario opponenti extare alia bona libera, ex quibus possit fieri detractio legitimae, & Trebellianicae, praeter fideicommisso subiecta, incumbere onus probandi, tenet Gabr. *consil.* 138. *per tot. lib.* 2. & latè Gratian. *discept. cap. 700. num.* 25. Rota *decis. 210. part. 2. diu.* Praedicta verò non procedunt ad fauorem haeredis, qui haereditatem adiuit non confecto inuentario; is enim propter malam praesumptionem subtractionum bonorum haereditariorum tenetur probare, non extare alia bona, ex quibus possit facere suas detractiones, Natt. *cons. 129 num. 11. & cons. 118. nu. 8.* Ferrar. Gar. *patroc. 60. per tot. lib. 2* Couar. *in cap. si haeredes sub numer. 9 vers. quamobrem ni fallor, de testament.* Coch. *de legit. in verbo (legitima.)* oullom grauamen admittit *num. 44.* Peregrin. *de fideic. artic. 39. num. 14.* Surd. *decis. 316. sub num. 13. & seq.* plenè Gratian. *disceptat. forens. cap. 570. numer.* 20. quam etiam opinionem secuta fuit Rota penes Seraphin. *decis. 609. num. 6. & 7.* & io Romana de Herculanis 7. Iunij 1581. coram Brauo, in qua fuit dictum, quòd alia decisio in eadem caosa facta, quae reperitur impressa *in decis.* 210. *part. 2. diu.* fuerat facta cum praesoppofito quòd extaret inuentarium, quo oon exhibito ibi resoluitur, onus probandi oon extare alia bona, ex quibus fieri possit sofficiens detractio, praeter fideicommisso subiecta, & particulariter legata, incumbere haeredi, quod idem fuit dictum in Romana Legati 29. Aprilis 1616. coram R. P. Caualerio, & in Bonon. de Poëtis 4. Maij 1615. coram R P.D. Vbaldo, & in Romana de Stephanellis 24. Aprilis 1617. coram R.P.D. Remboldo. Quando verò confectum est inuentarium allegans fuisse factas detractiones tenetur probare, de quo vide, quod dixi supra ad *decis. 185. sub num. 5.*

*Oliuerius Beltramiuus.*

---

## Romana dotis de Trinciis.

*Lunae 19. Iunij 1606.*

## ARGVMENTVM.

De Statuto Vrbis circa limitationem, & taxationem dotium, & an, & quando dispositio dicatur noua, vel simplex confirmatio praecedentis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Confirmatio non alterat statum rei confirmatae, sed conualidat in ea specie, in qua illud reperit, & nu. 10.*
2 *Actus talis praesumitur qualis à faciente denominatur: Hoc non procedit quando substantia, & effectus aliud suaderet, & num. 11.*
3 *Ad cautelam quae fiunt non nocent, sed magis actum sustinere intendunt.*
4 *Dispositio dicitur continere confirmationem attenta dispositione praecedenti respectu facti.*
5 *Dictio* (quaecunque) *est praegnantissima, & includit etiam ea, quae propriè non sunt talia, & num. 12.*
6 *Statuta confirmata à Papa dicuntur statuta Papalia, & num. 13.*
7 *Populi subiecti Sedi Apostolicae non possunt condendere Statuta sine confirmatione Papae, de quo latè num. 14.*
8 *Confirmans actum nullum dicitur de nouo facere.*
9 *Posteriora, quae prioribus derogant, sunt attendenda.*

## DECISIO CCLXVII.

Domini dixeruot Statuta antiqua de dote loqoētia fuisse abrogata, & inter alia Statutú à Pio V. Gregorius eoim XIII. foeli. rec. io sua Constitutione, quam edidit pro confirmatione nonorum Statutorum Vrbis, abrogauit, & aboleoit omnia, & quaecumque Statuta Vrbis antiqua etiam reformata, & cōfirmata ac iououata quibuscumque approbatiooibus, & confirmatiooibus Apostolicis roborata, & negari non potest, quin Bulla illa super reformatione, & limitatione dotium cootineat Statutum, quia ita illud pluries appellat, & in effectu innouat, licèt quoad quantitatem dotis amplier antiqua Statuta Pauli II. & Clemeotis VII. super dotibus, & earum moderatione emanata, confirmatio autem accedens non tollit, quin sit Statutum,
† quia confirmatio non alterat Statutum rei confirmatae, sed cooualidat in ea specie, in qua illud reperit, 1
Ruyn. post Bald. quem allegat *cons. 12. sub num. 16. lib. 3.* Crott. *consil. 55. num. 17.* Peregrio. *cons. 63. num. 6. lib. 1.*
Surd. *consil. 361. num. 37.* [a] Non obstat, quòd Pius V. a
videatur etiam statuere de oouo, ibi, *& pro abundanti cautela*, quia potoit, & confirmando dare, & dando confirmare, vt per Paris. *cons. 19. numer. 48. lib. 1.* & in hoc atteoditur meos secundùm praeexistentem, & ibi propositam materiam; postquàm ita saepiùs nominauit;
† talis enim ostenditur actus, qualis à facieote deoominatur, iuxta tradita per Bald. ad Specul. *tit. de locat. in princ.* Alex. *consil. 3 sub num. 1.* Aym. *consil. 2. num. 10. &* 2
*seq.* [b] † & quae ad cautelam fiunt, non nocent, sed actum b
magis sustinere intendunt. Praeterea negari non potest, 3
quin aliquo modo, & saltem impropriè possit dici de
nouo fieri, † respectu tamen facti dicitur coofirmatio 4
dispositiooispraecedentis, Imol. *in c. inter dilectos nu. 24. de fid. instrum.* Ruyo. *d. cons. 12. sub num. 16. vers. & si dicatur:* Constitutio autem Gregorij habet verba tàm ampla, vt comprehendat etiam ea, quae impropriè dici
possiuot Statuta confirmata, † hoc enim inter alia im- 5
portat illa dictio (*quaecunque*,) Bald. *in l. quaecunque. Cod. de ser. fugit.* Alex. *consil. 17. num. 6. & seq. lib. 6.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. sub num. 22. decis.* Pedem. 102.
*num. 4.* [c] Vlterius vbi considerare volumus hoc vti fa- c
ctum, & ordinationem solius Papae, adhue tameo erit Statutum, quia Papa etiam facere potest Statuta, si vult, & voluit hoc casu, postquam appellauit Statu-
tum, & oihilomious veniet sub reuocatione, † qua re- 6
uocantur Statuta confirmata à Papa, quae dicuntur facta ab ipso Papa confirmante, Curt. iun. qui de communi *consil. 342. num* 20. & dicuotur Statuta Papalia, vt de
Statutis Vrbis, fuit saepiùs resolutum, [d] cùm enim popu- d
li, praesertim immediatè subiecti † Sedi Apostolicae, non 7
possiot condere Statuta, & condita non valeant sine
confirmatione, [e] vt fuit dictum in vna Montis Falisci e
haereditatis 19. Martij 1584. coram Illustrissimo Cardi-
nali Seraphino, & in pluribus aliis, † qui confirmat actú 8
nullum, dicitur de oouo facere, Bart. *in l. more. n. 5. ff. de iurisd. omn. iud.* Ang. Aret. *cons. 123. num. 18.* Paris. *consil. 3. n. 40. & 41. lib. 4.* Tandem quando ista esset constitutio,

& non

& oon Statutum adhuc esset sublata propter clausulam (*non obstantibus verbis amplissimus in Constitutione Gregory positis*) per quam tolluntur omnes Constitutiones, quæ illis, & eorum obseruantiæ aduersantur. Constitutio autem prædicta multùm obstaret Statuto, quo cauetur mulieres debere dotari de Paragio, & secundùm facultates patrimonij. Paragium enim & vires patrimonii possunt importare longè maiorem quaoritatem dotis, quàm due. 4500. quæ se-
9 cundùm Constitutionem Pii excedi non potest, † & ideo posteriora, quæ prioribus derogant, sunt attendenda. Accedit quia si intentio compilatorum fuisset, quòd seruari debuisset illa limitatio in coostituendis dotibus, vtique eam inseruissent inter Statuta de dotibus loqueotia; erat enim recens, & illis benè cognita, quia (vt videri potest) aliqui eorum, qui interuenerant in formando Statuto Pii Quinti, interuenerunt etiam in compilandis Statutis nouis à Gregorio XIII. confirmatis. Ex qoibus fuit conclusum Statutum super reformatione dotium,
5 quatenus fuerit vsu receptum [f] (super quo moltum insistunt informaores) fuisse abrogatum à Gregorio XIII. & propterea sententiam bo. me. D. Oriolen. quæ super tali Statuto fundatur, esse renocandam, nisi D. Rogerio obstet prætensa acceptatio d. sententiæ, quod reseruarunt Domini particulariter videndum.

### ANNOTATIO.

10 a Rota † *decis. 429. nu. 1. & decis. 555. nu. 2. & decis. 181. nu. 2. par. 2. in recent.*

11 b Quod † tamen non procedit, quando effectus rei, & substantia aliud suaderet; magis enim attendi debet substantia, quàm denominatio. Neuiz. *cons. 92. num. 12. & seq.* Crau. *cons. 15. nu. 7. & cons. 20. num. 5.* Cephal. *cons. 603. n. 14. & seq.* Hond. *cons. 35. n. 10. lib. 2.*

12 c Hond. † *cons. 76 nu. 16. lib. 2.* Crescent. *decis. 1. numer. 4. & 5. de praben.* Seraphin. *decis. 980. num. 8.* Rot. *decis. 781. num. 10. par. 2. diuers.* & est optima decis. Cardin. Lancellott. impressa penes Picum ad Statutum Vrbis *decis. 2.* vbi plura ponit de vi, & efficacia illius verbi (*quicumque*) & dicit locum habere etiam si aliàs materia esset odiosa, & strictè interpretanda.

13 d Et quòd Statuta † confirmata à Papa dicantur Papalia in terminis Statutorum Vrbis dicit Hond. *cons. 5. in fin. lib. 2.* latè Marescott. *var. lib. 2. cap. 6. nu. 20. & seqq.* Seraph. *decis. 153. nu. 1. & decis. 794. nu. 26.* Rota *decis. 451. num. 1. & decis. 369. nu. 3. par. 1. diuers.*

14 e Et quòd populi † subiecti Sedi Apostolicæ non possint cõdere Statuta, nisi sint confirmata à Papa, Bald. *cons. 407. in princip. & num. 2. vers. secus est lib. 2.* Rota *decis. 536. num. 1. & decis. 780. nu. 1. par. 1. diu.* & plenè Rota in Ferretrana Bonorum coram R. P. D. Buratto impressa penes Marches. *de rem. tom. 2. fol. 552.* & fuit dictum in Assisien. hæreditatis 14. Decembris 1607. coram R. P. D. Ortembergo. Et requiritur expressa confirmatio, nec sufficit præsumpta ex lapsu 30. annorum, vt fuit dictum in dicta Feretrana, quæ inter alias rationes considerat Constitut. Ægid. *lib. 2. cap. 36.* declarantem ipso iure nulla Statuta, quæ per Rectorem Prouinciæ publico instrumento approbata non apparent. Et non sufficeret confirmatio Apostolica in forma communi, quando Statuta sunt contra ius commune, Rota *decis. 103. num. 12. par. 2. diuers.* & fuit dictũ in dicta Feretrana, dixit tamen Rota in Rauennaten. hæreditatis 14. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio, quod respectu Statuti exclusiui fœminarum sufficiebat confirmatio in forma communi, quia huiusmodi Statutum est valdè honestum pro conseruanda agnatione, licèt sit contra dispositionem iuris communis, *in l. maximum vitium. cap. de lib. prater.*

f Constitutio † Papæ eo ipso quod est publicata dicitur vsu
15 recepta, & non potest tolli per contrarium vsum sine scientia Papæ, Rota *decis. 197. num. 3. & decis. 213. nu. 2. par. 1. in recent.* imò etiam requiritur consensus expressus Papæ, & non sufficit tacitus, Rota *decis. 221. sub nu. 5. par. 2. in recent.* vbi redditur ratio, quia potestas Papæ est à Deo, non ab homine.

Ottauius Beltraminus.



---

## Hispaleñ. beneficij de Marchina.

*Veneris 23. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis. Testes sunt nulliter examinati ex defectu citationis ad videndum iurare testes, & citatio requiritur specialis, & indiuidua. Procurator an possit præiudicare Domino quoad possessionem.

### SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis sufficit pro manutentione, quando non constat de possessione alterius, secùs autem si de possessione alterius constaret, & num. 8.*
*Et quid si dicta possessio alterius esset omnino vitiosa, & infecta, & nu. 9.*
*Licet ad istum effectum dare de possessione tertij, dummodò illa probetur, & nu. 10.*
*Possessio instrumentalis capta iudicis auctoritate suffragatur etiam alio existente in possessione, & nu. 11.*

2 *Testes dicuntur nulliter examinati ex defectu citationis ad videndum iurare.*

3 *Nec sufficit citatio generalis, sed requiritur specialis, & indiuidua, & nu. 12. vbi vide limitationes.*

4 *Recursus factus in partibus ad iudices laicos non præsumitur de mandato principalis, qui de dicto tempore erat in Curia.*

5 *Procurator non potest facere actus, ex quibus principalis habeat se pro spoliato, nisi ad id habeat speciale mandatum, & nu. 13.*

6 *Pro spoliato se habere, pendet ab animo.*

7 *Mandatum speciale requiritur in his, quæ pendent ab animo.*

### DECISIO CCLXVIII.

FVit conclusum Hieronymo dandum esse mandatum de manutenendo, quia docet de possessione pre
instrumentum sub die 7. Aprilis 1592. † quæ possessio 1
instrumẽtalis sufficit, ex quo nõ apparet in actis, quòd de dicto tempore alius esset in possessione, vt fuit dictum in Piscien. seu nullius Cappellaniæ 21. Februarij 1578.
corã fœl. rec. Clẽ. VIII. [a] Andreas autẽ, qui nõ docet, nec a
docere potest de possessione, nisi multò posteriori, solùm allegat, quòd de tempore d. instrumenti possessio beneficij erat penes Ioannem de Alicastro; & propterea per iostrumentum acquiri non potuit Hieronymo, vt fuit dictum in Maceraten. bonorum 27. Nouembris 1589. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & sæ-
piùs in alijs. [b] Verùm testes, quibus vtitur Andreas ad b
hoc probãdũ, sunt nulliter examinati ex plurib. defecti-
bus, & præcipuè ex defectu citationis ad vidẽdũ † iura- 2
re testes. *c. 2. de test. l. si quando. C. eod.* Rot. *decis. 1. sub nu. 1. vers. modo receptio, vel publicatio. de fid. instrum. in nou.*
Caputaquen. *decis. 274. nu. 3. par. 3.* † Nec sufficit citatio 3
generalis, sed requiritur specialis, & indiuidua, vt fuit dictum in vna Tirasonen. decimarum 18. Iunij 1599. coram Bruno & in Portugallen. dismembrationis 3. De-
cemb. 1601. coram R. P. D. meo Iusto. [c] Quando etiam c
essent ritè examinati, nihil concludunt; quia non percutiunt tempus instrumenti, & quando percuterent, saltem illud non determinant, cùm vtantur dictionibus (*plus vel minus.*) Et multùm facit pro Hieronymo, quòd contra ipsum Ioan. obtinuit in Rota mandatum de manutenendo in possessione huius beneficij, & propterea tantò magis est concedendum contra Andream. Non
obstant recursus ad iudices † laicos, quia nec 4

S 3 fue-

fuerunt facti à procuratore babente ad hoc mandatum,
nec potest præsumi aliqua præsumptio cōtra Hierony-
num, qui de dicto tempore erat in Curia, vt fuit dictum
in vna Pacen. pensionis 21. Octobris 1593. coram Illu-
strissimo Cardinali Pamphilio, & Hieronymus habita
notitia illis renunciauit. Non obstat, quod dicitur Hie-
ronymum habuisse se pro spoliato, quia actus, qui ad hoc
5 allegantur, hoc non concludunt, † & quando id con-
cluderent, non nocerent Hieronymo, quia sunt facti à
d procuratore non habente ad id speciale mandatum, d
6 prout requiritur; quia cùm habere se † pro spoliato pē-
deat ab animo ipsius Hieronymi, *l. 3. §. in amittenda. ff. de*
7 *acq. poss.* † quæ pendent ab animo, non possunt explicari
per procuratorem non habentem speciale mandatum,
Alex. *cons. 78. nu. 14. lib. 5.* Natt. *cons. 230. num.* 8. Paris.
*cons. 31. numer. 112. lib.* 1. Caput. *decis. 168. par. 1.*

## *ANNOTATIO.*

8 a Rota † *decis. 92. num. 1. & decis. 106. numer. 4. & 618. numer. 1. par. 1. in recent. & decis. 56. num. 1. & decis. 525. num. 1. par. 2. in recent.*

b Rota *decis. 269. num. 3 par. 1. in recent. & decis. 206. num. 8. & decis. 147. num. 2. & decis. 649. numer. 9. & 10. par. 2. in recent.*

9 imò sufficit, † quòd alius sit in mera, & nuda possessione,
& detentione ad effectum, vt possessio instrumentalis per
alterum capta non suffragetur, Mohed. *decis. 20. circa med. de restit. spoliat.* Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. de attent. occasione pendente num. 63.* vbi dixit, quòd possessio attentata impedit possessionem posteriorem instrumentalem, & fuit dictum in Maceraten. hæreditatis 4. Iulij 1590. coram Cardinali Pamphilio, & supra coram Sanctissimo *in decis. 138. num. 4.* si tamen prior possessio esset omnino nulla, & infecta, tunc non impediret acquisitionem posterioris possessionis instrumentalis. Crescent. *decis. 1. de cons. possess.* fuit dictum in Beneuentana beneficiorum 14. Decembris 1601. coram R. P. D. Decano impress. penes Garz. *de benefic. par. 5. cap. 1. numer.* 418. vbi redditur ratio, quia quando possessio est omninò infecta, habetur pro vacua.

10 Ad hunc autem effectum † impediendi alterius possessio-
nem instrumentalem, licet etiam stare de possessione tertij, Mohed. *decis. 10. de restitut. spoliat.* & fuit latè dictum in Varmien. 27. Maij 1610 coram Cardin. Sacrato, & etiam coram eodem Sanctissimo *supra decis. 138.* Tenetur tamen ille, qui impugnat possessionem instrumentalem probare; alium fuisse in possessione, non autem dans de possessione instrumentali tenetur probare possessionem fuisse vacuam, quando fuit capta, Seraphin. *decis. 321. num. 2.* fuit dictum in Vmbriaticen. Parochialis 1. Iulij 1613. coram Card. Sacrato, & in Hipporegien. Cappellæ Sancti Martini 6. Aprilis 1609. coram R. P. D. Penia.

11 Prædicta procedunt † quando possessio instrumentalis pro-
pria auctoritate caperetur, secus autem, si caperetur auctoritate iudicis, quia tunc suffragatur etiam si alius sit in possessione, quia auctoritas iudicis priuat possessione absque alia eiectione, Angel. *in l. qui vniuersas §. item cum prætor in fin. ff. de acquiren. possess.* Seraphin. *decis. 1325. nu. 1.* Rota *decis. 525. nu. 3. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Salamantina Beneficij 6. Iunij 1598. coram Litta.

12 c Et fuit dictum in † Burgen. Cappellaniæ 27. Aprilis 1600.
coram Corduba, & in Æsina damnorum, & interesse 3. Decemb. 1601. coram Card. Lancellotto, citatio tamen generalis ad omnia ad causam pertinentia, includit etiam citationem ad videndum iurare testes: vt fuit dictum in nullius iurisdictionis 28. Iunij 1617. coram R. P. D. Pirouano. Item decretum admissionis ad probādum parti intimatum continet citationem ad videndum iurare testes, Rota *decis. 686. sub nu. 4. par. 1. in recent.*

13 d Et quòd procurator † non possit facere actum talem, ex
quo possit inferri, quòd principalis habuerit se pro spoliato; fuit dictum in Pampilonen. Vicariæ de Nauarra 4. Maij 1607. coram R. P. D. Marquemontio, & in Papien. bonorum 14 Martij 1612. coram Pena, & in Rauennaten. bonorum 6. Februarij 1612. coram eod. Sanctissi. de quā *infra ad dec. 346.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Sabinen. fructuum Dotis.

*Lunæ 6. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Viduæ debentur fructus ad rationem septem pro centenario. Statuta Vrbis habent locum solùm in districtu, & qualiter probetur non vsus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Viduæ debentur fructus ad rationem septem cum dimidio pro centenario post iudicialem interpellationem.*
*Ista interpellatio est de forma, & nu. 7.*
*Præsumitur interuenisse stante solutione fructuum facta viduæ per multum tempus, & num. 8.*
2 *Statutum Vrbis est seruandum in omnibus locis districtus, vbi non adest Statutū particulare in contrariū.*
3 *Non vsus Statuti non probatur per testes deponentes se nescire, an Statutum fuerit in vsu, quia testes deponere debent non esse in vsu, & quòd si esset in vsu ipse testis sciret.*
4 *Non vsus probari debet in specie.*
5 *Non vsus probari debet per actus contrarios.*
6 *Testis deponens de negatiua non vsus Statuti etiam non interrogatus tenetur reddere rationem.*
9 *Statuta, quæ viduæ deferunt certum interesse, donec per hæredes mariti dos ei restituatur, an sint valida.*

### DECISIO CCLXIX.

FVit per Dominos resolutum fructus Aemiliæ deberi à die interpellationis factæ in Curia Capitolina;
† fundamentum resolutionis fuit in Statuto Vrbis *lib.* 1
*1. c. 137.* quod disponit fructus deberi viduæ ad ratio-
nem septem cum dimidio pro centenario post iudicia-
lem interpellationem a factam pro dotis restitutione. a
Non obstat, quod dicitur Abbatiam Pharfen. habere
particularia Statuta; † quia cùm super hoc, de quo quæ- 2
ritur, non ostendatur particulare Statutum, seruandum
est Statutum generale Vrbis ex traditis in illa Cameri-
nen. Transactionis 24. Maij præteriti coram me. Imò
Papa expresse mandat seruari Statuta Vrbis in districtu,
vbi non adest particulare Statutum loci, & fuit resolu-
tum in hac causa coram bo. mem. Otano 10. Martij
1595. Non vsus Statuti, seu contrarius vsus in Territo-
rio Pharfen. non probatur, nec testes super eo examina-
ti aliquid concludunt † Aliqui enim tantùm dicunt 3
nescire, quod Statuta Vrbis fuerint in dicto loco in vsu,
& propterea nihil probant, Alex. *cons. 196. num. 13. vers. quia dicti testes. lib. 2.* Paris. *cons. 13. sub num. 17. lib. 3.* debent enim dicere non solùm, quòd nesciunt fuisse in
vsu, sed addere, quòd non potuissent esse in vsu, quin
ipsi sciuissent, Ang. *in § hinc nobis. Auth. de hæred. & Falcid.* Alex. *cons. 156. num. 17. lib. 5.* Dec. *cons. 534. post num. 10.*
Paris. *vbi supra:* Aliqui etiam dicunt, quòd in Territorio
Abbatiæ sunt in vsu Statuta dictæ Abbatiæ; sed non ex-
cludunt Statuta Vrbis in defectum ipsorum, & licèt
nonnulli subiungant, quòd in defectum Statutorum
prædictorum recurritur ad dispositionem iuris com-
munis, hoc potest verificari in casibus, in quibus Statuta
Vrbis non disponunt, † & propterea non sufficit ita in 4
genere deponere, sed debent dicere in specie, quòd in
casibus non determinatis per Statuta Abbatiæ, de qui-
bus tamen Statuta Vrbis disponunt, recurri ad ius com-
mune, Oldrad. *cons. 237. num. 3.* Aym. *cons. 96. nu. 4.* Curt.
Iun. *cons. 26. num. 10.* Cæs. de Grass. *decis. 6. n. 5. de præbendis.* † Præterea testes simpliciter loquuntur de non vsu, 5
quod nō sufficit, nisi deponant de simplici actu cōtrario,
quia nō entis nullæ sunt causæ, vt per Alex. *cōs. 196. n. 15. lib. 2.*

6 *libr.* 2. † Rursus non reddunt rationem, quam tamen
reddere debent etiam non interrogati in hac materia,
Caput. *decis.* 25. *libr.* 1. *in manuscript.* maximè cùm de-
ponant super negatiua, Bald. *in l. solam. in fin. Codic. de
test.* Alex. *consil.* 65. *numer.* 4. *vers. unde dicimus libr.* 1.
Dec. *consil.* 534. *numer.* 10. Aym. *consil.* 2. *numer.* 3. *in fin.*
Non obstat, quod dicitur Aemiliam percepisse fructus
prædij, quod pro eius dote fuerat traditum marito, quia
vltra quod fuit resolutum coram bon. mem. Orano,
fructus, si quos percepit, fuisse perceptos iure familiari-
tatis, hoc respicit solutionem, & satisfactionem, de qua
poterit particulariter videri; fuit enim pro nunc firma-
tum fructus dotis fuisse debitos à die interpellationis,
& sic conclusum.

*ANNOTATIO.*

7 a Ista iudicialis † interpellatio requiritur de forma, & ideò
præcisè est adimplenda; ita fuit dictũ in Romana fructuũ
dotis 27. Februarij 1605. coram R.P.D. Penia, & etiam in
Bononien. de Lambertinis 19. Aprilis 1619. coram R.P.D.
8 Manzanedo; si tamen † per multum tempus fuissent solu-
ti fructus dotales viduæ, præsumeretur ista interpellatio,
vt latissimè fuit firmatum in Bononien. dotis 9. Decem-
bris 1619. coram R.P.D. Remboldo, quæ fuit coram eo-
dem confirmata 22. Martij 1621. præterea ista protestatio,
seu interpellatio à Statuto requisita potest per partem
remitti bonam fidem agnoscendo & dando se pro inter-
pellato; ita fuit dictum in Romana fructuum 12. Iunij
1606. coram bo. me. Penia, quam etiam refert, & sequitur
Rota in d. Bononien. dotis 9. Decembris 1619.
9 Et licèt † inter DD. sit controuersia, an talia Statuta, quæ
deferunt certum interesse viduæ, sint valida, nihilominus,
quando Statutum est à Sede Apostolica cõfirmatum nul-
la adest difficultas circa eius validitatem, Gab. *consil.* 152.
*numer.* 3. *vers. cum igitur libr.* 2. Gratian. *discept. capit.* 466.
*numer.* 14. & de Statuto Bononien. fuit dictum in Bono-
nien. de Lambertinis 19. Aprilis 1619. coram R.P.D. Man-
zanedo, & in dicta Bononien. de Maiolis 22. Martij 1621.
coram R. P. D. Remboldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana pecuniaria, seu Societatis.

*Lunæ 30. Iunij 1606.*

## ARGVMENTVM.

Eligens vnam viam, quando possit agere, & ob-
tinere ex alia, & an socius teneatur pro debi-
to societatis insolidum.

*SVMMARIVM.*

1 *Eligens vnam viam censetur alteri renunciare.*
2 *Id procedit quando agitur ad idem, & ex eadem causa; secùs quando, licèt agatur ad idem, agitur tamen ex causa diuersa.*
3 *Item non procedit; quando ab initio quis se non restrinxit ad certam viam, tunc enim prosecutio ex vna causa non impedit quominus ad aliam possit conuolari.*
4 *Clausula* (quam, & quas) *operatur, vt quis non censeatur se restrinxisse ad certum caput, nec elegisse certam viam.*
5 *Clausula* (quam, & quas) *operatur, vt sic quis possit omissa vna via aliam aggredi absque refectione expensarum, & numer.* 11.
6 *In summariis agens ex vna causa, si probet ex alia obtinere debet.*
7 *Productio per compulsum non præiudicat.*
8 *Productio facta à procuratore non præiudicat.*
9 *Confessiones procuratoris possunt reuocari etiam non docto de errore, limita prout sub num.* 17.
10 *Socius an teneatur insolidum pro debito societatis.*

## DECISIO CCLXX.

RESolutum fuit Petro Antonio Busso, vti creditori,
non vti socio deberi scuta 1394. prout constat ex
partitis librorum Aduersarij, & super hoc non erat dif-
ficultas, sed dicebatur illum non posse petere vti cre-
ditorem, quando priùs petiit, vti socius; † eligendo enim 1
istam viam, alteri renunciauit, *l. quod in harede.* §. *eligere.*
*ff. de tribut. act.* † Verùm fuit responsum id procedere, 2
quando agitur ad idem, & ex eadem caussa, secùs quan-
do; licèt agatur ad idem, agitur tamen ex causa diuersa,
Gabr. qui alios congerit *de action. concl.* 2. *numer.* 16. † 3
Rursus non applicatur regula *d.* §. *eligere.* quia monito-
rium non est restrictum ad causam Societatis propter
clausulam (*ius, & iustitiam ministrari omni meliori modo*) &
aliàs, prout in processu, quo casu censetur omne ius à
principio deductum, & prosecutio ex vna actione non
impedit, quo minus ad aliam possit conuolari, vt fuit la-
tè deductum in illa Romana donationis 50. mil. 29.
Martij, & 30. Iunij 1574. coram fœl. recor. Clem. VIII.
Vltra quod fuit postea obtenta Commissio, cum clau-
sula † (*quam, & quas*) ex qua apparet, quòd non se ar- 4
ctauerit, vt fuit dictum in dictis decisionibus. † Et pro- 5
pterea stante huiusmodi commissione, & quando fuit
omne ius deductum, Rota passim obseruat, quòd ille,
qui omissa vna via aliam aggreditur non tenetur ad re-
fectionem expensarum, vt fuit dictum in vna Ceruien.
bonorum 17. Iunij 1583. coram Illustrissimo Cardina-
li Seraphino. [a] Accedit quòd causa † in dicta com- a
missione fuit summariè commissa. & in summariis agens 6
ex vna causa si probet de alia, nihilominus obtinet, Alex.
*consil.* 114. *numer.* 6. *libr.* 6. Marsil. *sing.* 272. Crot. *in l.*
1. §. *si quis ita. numer.* 50. *ff. de verb. oblig.* Ruyn. *consil.*
5. *numer.* 12. *libr.* 4. Caput. *decisione* 126. *part.* 3. fuit
dictum in illa Romana donationis 50. mil. & in vna
Perusina Fractæ veteris 1. Martij 1577. coram Cantue-
cio: Altera erat difficultas, an Michael posset conuenire
insolidum pro dicta Summa, quod ipse negabat ex du-
plici capite. Primò ex apocha diuisionis societatis inter
Michaelem, & Neapolionum Crostam, in qua apparet,
quòd creditum istud fuit inter ipsos diuisum, & istam
diuisionem censetur approbasse Petrus Antonius pro-
ducendo apocham ipsam diuisionis. Secundò, quia, cùm
istud sit debitum societatis, socius nõ tenetur insolidum.
† Quoad primum de productione apochæ respondetur, 7
quòd fuit facta per compulsum, [b] nec intrat *decisio* b
Caput. 193. *part.* 1. quia ista non est scriptura propria
ipsius Petri Antonij continens factum eius, sed est scri-
ptura aliena continens factum inter Crostam, & Mi-
chaelem: † Præterea ista productio fuit facta per 8
procuratorem, qui nec producendo, nec agendo, vi-
gore dictæ apochæ potuit præiudicare Petro Anto-
nio quoad remissionem solidi, & diuisionem debiti,
cùm hoc requirat speciale mandatum, Rip. *in l. si
ex toto* §. 1. *numer.* 19. *ff. de leg.* 1. Ronchegal. *in leg.*
3. §. *vbi duo. numer.* 36. *ff. de duobus reis*, † & in 9
omnem euentum Petrus Antonius renocauit omnes
confessiones sibi præiudiciales à suis procuratoribus fa-
ctas, quod potuit facere etiam non docto de errore,
Caput: *decisione* 198. *part.* 1. [c] Quoad secundum an Mi- c
chael vti socius teneatur pro debito societatis insoli-
dum, † vel tantum pro sua rata, nihil fuit firmatum; 10
pro Michaele enim allegabatur decisio Pedem. 150.
*in dubio*, in qua concluditur socium non teneri inso-
lidum, nisi eo casu, quo plures socij exercerent ali-
quam societatem ministerio vnius. Pro Petro Anto-
nio autem dicebatur, quòd Michael, & Crosta pro-
miscuè negociabantur, modò vnus, modò alter, ex quo
videbatur omnes inuicem præpositi societati, & tenen-

tur insolidum, Surd. *decisione* 213. *numer.* 1. Rursus allegabatur decoctio Crostæ, quo casu etiam, vbi ab initio fuisset facienda diuisio, cessaret hodie propter decoctionem, & Michael rectè conueniretur insolidum, allegabatur Roncbegal. *in dicto* §. *vbi duo. numer* 107. qui tamen loquitur in duobus reis, & in beneficio diuisionis, quod illis conceditur ex quadam benignitate, cùm alioquin de stricto iure teneatur insolidum: vnde erit videndum, an hæc habeant locum in pluribus sociis, qui regulariter non sunt plures rei, Rim. iun. *consil.* 52. *num.* 74. Et propterea Domini reseruarunt particulariter videndum: an Michael teneatur insolidum.

*ANNOTATIO.*

11 a Seraphin. † *decisione* 630. *numer.* 5. & fuit dictum in Hispalen. & Corduben. Præstimoniorum 27. Februarij, & 7. Aprilis 1606. coram bo. me. Litta.

b Vide supra annotationem ad decisionem.

12 c Rot. † *decis.* 613. *numer.* 9. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 198 *nu.* 3. *part.* 1. *in recent.* & *decis* 170. *num.* 6. & *decis.* 768. *nu.* 5. *ead. part.* 1. *in recent.* vbi dicitur hoc procedere etiam si sit geminata, si tamen principalis vigore illius obtinuisset in iudicio, non posset illam reuocare nisi docto de errore, vt fuit dictum in Foroliuien. Census 13. Iulij 1589. coram Orano, & idem etiam esset, si quomodocumque principalis in iudicio confessione sui procuratoris vsus fuisset, vt fuit dictum in Elnen. Minerorum 6. Decembris 1588. coram Orano, quia illa vtendo censeretur ratificare, Rota *decisien.* 39. *de procur. in nouissim.* Surd. *decision.* 199. *numer.* 7.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana hæreditatis de Bonellis.

*Lunæ* 26. *Iunij* 1606.

### ARGVMENTVM.

Emphyteotica, & fideicommisso subiecta non veniunt in generali restitutione. Legatarius post acceptatum legatum an, & quando possit ab intestato petere petitionem hæreditatis, & de præteritione fratris instituta turpi persona.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteotica bona non veniunt sub generali institutione, & latè sub numer. 27 vbi declaratur, & limitatur d. conclusio.*

2 *Item nec bona fideicommisso subiecta.*

3 *Restitutio præsupponit realem traditionem.*

4 *Legatarius non est admittendus ad petitionem hæreditatis ab intestato, nisi restituto legato.*

5 *Legatarius acceptans legatum, non potest petere hæreditatem ab intestato.*

6 *Testamento annullato ex præteritione fratris, turpi persona instituta non conseruantur legata ex communi opinione contra Afflictum.*

7 Authent. ex causa C. de liberis præteritis. *non conseruat legata facta personæ præteritæ & querelanti.*

8 *Clausula codicillaris operatur repetitionem legatorum à venientibus ab intestato.*

9 *Hoc tamen non procedit, quando legata sunt relicta iisdemmet, qui prætendunt venire ab intestato, quia sibi ipsi à se ipso legari non potest.*

10 *Codicillaris clausula tendit ad conseruandam voluntatem testatoris.*

11 *Testator non præsumitur voluisse quòd conseruarentur legata personis, quæ impugnant eius testamentum.*

12 *Codicillaris clausula non operatur, vbi deficit voluntas testatoris.*

13 *Impugnans testamentum facit se indignum omni cõmodo hæreditario.*

14 *Pro legato competit actio ex testamento.*

15 *Legatarius non est admittendus ad petitionem hæreditatis, nisi restituto legato, dummodò tamen ei offeratur cautio de iterum dando si succumbat, & non petita dicta cautione iudicium sine restitutione tenet.*

16 L. diuersa C. de transact. *non procedit, quando transactio & actus est nullus, & n. 28. vbi vide declarationem.*

17 *Spurius reputatur turpis persona ad effectum quòd testamentum sit nullum, in quo frater est præteritus instituto d. spurio.*

18 *Legatarius acceptans legatum videtur confirmare testamentum.*

19 *Frater, cui in testamento aliquid minus legitima est relictum instituta turpi persona, an possit impugnare testamentum in totum, an potius agere debeat ad supplementum legitimæ.*

20 *Clausula codicillaris, an sustineat testamentum in quo frater est præteritus instituta turpi persona.*

21 *Testamentum, in quo est institutus filius, & tamquàm filius qui tamen non est filius, est nullum, & sub num. 29. Quod procedit etiam si institutio sit cum clausula (* siue sit filius, siue non sit filius.*) eod. num. 29.*

22 *Spurius est patri insuccessibilis tam ex testamento, quàm ab intestato, potest tamen pater instituere in casu quo erit legitimatus, & num. 30.*

23 *Institutione hæredis nulla existente succedunt venientes ab intestato.*

24 *Institutio legitimati est nulla, si legitimatio est nulla, & tunc succedunt venientes ab intestato.*

25 *Legatarius etiam post legatum acceptatum potest venire ab intestato, quando sumus in casu, in quo non est in eius potestate tollere nullitatem testamenti.*

26 *In muliere præsumitur ignorantia iuris.*

### DECISIO CCLXXI.

DVbitaui, an constet sorores de Bonellis aliquid recepisse de hæreditate Thomæ, quòd restituere teneantur ad effectum, vt possint impugnare testamentum ipsius Thomæ, & petere hæreditatem ab intestato. Difficultas reducitur ad legatum factum Hortensiæ; quia relictum filiabus aliarum sororum non est in consideratione, cùm ipsæ non impugnent testamentum, reducitur etiam ad portionem debitam Hortensiæ in bonis ipsius
Thomæ. † Nam quoad bona emphyteotica non dicitur 1
impugnare testamentum, quia non veniunt sub generali institutione Alexandri, Bart. *in l. vt iurisiurandi* §. *si liberi*
*numer.* 6. *ff. de oper. liber.* eum aliis per Surd. *consil.* 395. *nu-* a
*mer.* 18. [a] Idem dicendum de bonis, † quæ ex fideicom- 2
misso Thomas restituere tenebatur, Bart. *in l. codicillis* §. *instituto numer.* 5. & ibi Imol *in fin. ff de leg.* 2. Rolan. qui alios refert, & de communi testatur *consil.* 71. *numer.* 26. *libr.* 1. fuit dictum in vna Foroliuien. fideicõmissi 4. Maij
1583. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. [b] Si pro- b
baretur, quòd pro parte Hortensiæ, quæ asserit domum, quæ dicitur illi in solutum data pro suo legato, verè, & realiter nõ fuisse sibi traditam, sed adhuc ab Alexandro
possideri, non esset vlteriùs quærendum, † quia restitu- 3
tio adaptari non potest, vbi non interuenit realis traditio, Salyc. *in l. si constante post num.* 4. *C. de don. ant. nupt.* Ias. *in l. si donaturus* §. *si quis indebitam nu.* 14. *ante med. ff. de cond. ob caus.* & si est apud Alexandrum, non potest illam petere, *l.* 1. *C. de re ind. l. si quis ex argentariis* §. *prohibet*; vbi gloss. *ff. de edendo*; sed quia hoc non probatur, & contrarium innuit instrumẽtum, necessaria fuit discussio dubij propositi pro Alexandro, quòd Hortensia non posset agere ab intestato, & petere successionem Thomæ saltem non restituto legato, allegabatur in terminis
*l. postquam ff. de petit. hered.* qua cauetur † legata- 4
rium non esse admittendum ad petitionem hæreditatis, nisi restituto legato, improbatur exemplo

transa

transactionis, l. si diuersa. C. de transact. adducebatur etiam
l. post legatum, ff. de his quibus, vt indig. qua disponitur
5 enim, † qui acceptauit legatum factum in testamento,
non posse petere hæreditatem ab intestato. Quibus non
obstantibus fuit contra ipsum resolutum; prout etiam
sensit Rota 30. Ianuarij 1605. in hac causa: Et quia
tota difficultas residet io remoueodis cootrariis, & præ-
cipuè io respondendo, l. postquam. de pet. hæred. infor-
mantes pro responsione allegabaot decis. Afflict. 125.
cum qua etiam transibant aliqui ex Dominis: Verùm
responsio ex decisione illa oon caret magna difficulta-
6 te; dum enim Afflict. ibi vult, † quòd annullato testa-
mento ex præteritione fratris turpi persona instituta,
iuxta l. fratres. C. de inoffic. testamen. legata conserueotur
ex dispositiooe Auth. ex causa. C. de lib. præter. boc est
contra communem DD. sententiam, vt per Ias. in d. l. fra-
tres num. 3 Ign. in d. Auth. ex causa num. 212. præterea,
quando esset verum dictum Afflict. non applicaretur ca-
7 sui nostro, † quia Auth. ex causa. non conseruat legata
facta personæ præteritæ, & querelanti, Ias. in d. Auth.
nu. 15. Ign. n. 204. Curt. iun. nu. 59. Cagnol. num. 116. qui
omnes de commuoi testantur, dum etiam Afflict. pon-
derat clausulam codicillarem, habet magnam difficol-
8 tatem, an applicetur casui nostro; † licèt enim clausula
hæc operetur repetitionem legatorum à venieotibus ab
intestato, l. ex ea §. his verbis, vbi Bartol. ff. de test. Dec.
cons. 242. num. 1. in fin. & seq. Franch. decis. 1. num. 13. hoc
9 † tamen noo videtur posse habere locum in casu isto,
in quo legata facta sunt ipsis, qui prætendunt venire ab
intestato, qui sibi ipsis grauari non possuot, nec à se ipsis
legari, l. plane §. si duobus. & l. legatum, §. 1. ff. de leg. 1.
præterea sicut per Auth. ex causa. non conseruantur le-
gata facta personis, quæ ex præteritione impugnant te-
stamentum, ita nec etiam videtur, quòd conserueotur
ex clausula codicillari; à pari enim procedere viden-
10 tur; † quia sicut clausula codicillaris tendit ad conser-
uandam volontatem testatoris, Bald. in l. fin. vers. nunc
aliqua. C. de codicill. Dec. cons. 394. post num. 9. ita etiam d.
Auth. emanauit fauore voluntatis defuncti conseruan-
dæ. Bald. in d. Auth. quæst. 8. num. 60. post med. Cagnol.
11 sub num. 116. vers. eò maximè: † ideò autem non conser-
uantur legata personæ præteritæ facta; quia oon est ve-
risimile, quòd testator voluerit talem cooseruatio-
nem, Bart. in d. Auth. sub num. 19. vers. hoc probat primò.
Cagnol. post Bald. & Alexan. quos allegat num. 116. cir-
ca med. qui rationem huius verisimilitudinis beoè de-
12 ducit ex Bald. allegato † clarum est autem clausulam
codicillarem non operari, vt deficiat voluntas testato-
ris, Bald. cons. 170. nu. 10. lib. 5. Dec. cons. 205. num. 10. Al-
ciat. cons. 527. num. 9. Gram. decis. 62. num. 23. Accedit
alia ratio, propter quam Doctores volunt legata per-
13 sonæ præteritæ non conseruari; † quia nempè impu-
gnando testamentum fecit se indignum omni commo-
do hæreditario, Bart. ibi sub num. 19. vers. præterea, qui in-
dicium. Ign. num. 204. in fin. & num. seq. qui dicit hanc
rationem communiter adduci, quæ ratio vtique etiam
viget stante clausula codicillari, sicuti enim in terminis
14 Auth. ex causa. legatarij agunt ex testamento, † & pro
legato competit actio ex testamento, Bart. ibi num. 19.
in fin. & num. seq. & est communis opinio, vt testantur
ibi Alexand. num. 21. Ias. sub num. 20. Curt. iun. nu. 63.
c ita etiam, quando legata conseruantur ex clausula co-
dicillari,[c] Curt. iun. qui dicit communem in d. Auth. sub
num. 65. vers. circa aliam, & propterea, quando difficul-
tas reduceretur ad decis. Afflict. 125. vellem super ea
15 particulariter partes audire; † sed ad l. postquam. daba-
tur alia responsio ex ipso textu, quòd non est facienda
restitutio, nisi oblata, vt dicit ibi Bart. cautione de ite-
rum dando, si succumbat, vel præstita, vt dicunt Bald.
Ang. & Paul. de Castr. quod magis congruit literæ, &
propterea cùm non solum nõ fuerit data, sed nec obla-
ta per Alexandrum dicta cautio, sorores non tenentur
restituere, & iudicium sine restitutione tenet, vt per An-
gel. ibi. † Ad l. si diuersa C. de transactionibus, fuit dictum 16
illam non procedere, quando agitur de nullitate actus,
vt fuit decisum in causa Tirasonens. iuris præsentandi
coram Cantuccio, de qua decisione, licèt fuerit aliquan-
tulum dubitatum coram bo. me. Gypsio in causa Reca-
natens. Transactioois 29. Maij 1595. fuit tamen bonis
rationibus cõfirmata coram Reuerendissimo Rhodiens.
in Arimmens. transactionis 13. Iunij 1601.[d] ad l. post le- d
gatum, ff. de his quibus, vt indig. si sorores venirent con-
tra testamentum per viam querelæ ob institutionem
turpis personæ, † cùm talis reputetur ad istum effectum 17
spurius, vt latè per Thesaur. decis. 126. viderentur, quòd
essent exclusæ ab impugnatiooe, † quia cùm huiosmo- 18
di impugnatio, & nullitas cõcernat eorum fauorem ac-
ceptando legatum, videntur confirmasse testameotum,
vt per Bart. in d. l. post legatum, in princ. Paul. de Cast. in d.
l. postquam num. 1. & 2. vbi etiam Ang. latè Corn. qui lo-
quitur de fratre querelanti cons. 176. num. 5. lib. 4. faciunt
tradita per Abb. in cap. 2. sub num. 7. vers. vnde dicerem. de
except. Et isto casu excusarentur sorores propter igno-
rantiam facti tantùm, non autem propter ignorantiam
iuris, Bartol. vbi supra sub num. 2. Vbi autem propter
ignoraotiam facti essent excusandæ, essent discutiendæ
duæ difficoltates multum controuersæ. † Prima est, an 19
ex quo Thomas aliquid reliquit sororibus, ipsæ impu-
gnare possint in totum testamentum, vel potius agere
debeant ad supplementum legitimæ. Nam quòd frater
per querelam in totum expugnet testamentum, tradit
Ias. alios cumulans, & commuoem dicẽs cons. 71. in 2. dub.
lib. 1. sequitur Dec. qui pariter testatur de communi cõs.
530. num. 13. Afflict. tamen decis. 204. refert consilium
Neapolitanum sequutum fuisse sententiam Ang. in l. 1.
ff. de inoffic. testamen. contrarium tenentis, quòd, scili-
cet, etiam in fratre procedat dispositio l. omnimodo. C. de
inoffic. testamen. quam opioionem sequitur post alios,
quos allegat, & dicit commuoem Paris. cons. 64. num. 26.
& sequ. lib. 3. latè Anch. iun. quæst. 11. num. 6. & seqq. qui
pariter alios allegat, & testatur de magis recepta senten-
tia. Secunda difficultas est, † quam dicit multum dubi- 20
tabilem, Curt. iun. in d. auth. ex causa. sub num. 75. An sci-
licet, clausula codicillaris operetur, quòd frater veniens
ab iotestato teneatur deducta sua legitima restituere re-
siduum hæreditatis turpi personæ iostitutæ. Negatiuam
enim opinionem tenuit Fulgos. cons. 71. in secundo dubio,
cui consilio se subscripsit Cumanus, & reperitur etiam
inter coos. Castr. 168. lib. 1. idem voluit ipse Castr. in l. si
patroni, §. fin. num. 6. circa med. ff. ad Trebell. qoi dicit ita se
coosuluisse, Ias. in l. fratres sub num. 2. vers. quartò notabi-
liter. C. de inoffic. testam. Cremen. sing. 91. latè Dec. cons.
561. per tot. Ruyn. cons. 5. num. 20. lib. 3. Gozad. cons. 85. nu.
2. Gabr. cons. 126. num. 3. lib. 1. Decian. cons. 31. nu. 44. lib. 4.
istam tamen opiniooem dicit periculosam Curt. iun. vbi
supra, & contrariam defendit Anchar. d. quæst. 11. num. 3.
& seqq. vbi alios refert, & testatur de communi, sed su-
mus extra istas difficultates, quia Hortensia, & sorores
non impugnant testamẽtum per viam querelæ, sed præ-
teodunt illud annullare, & deducere rem ad causam in-
testati ex eo, quòd fuit institutus à Thoma Alexander,
tamqoàm filius, † qui tameo non sit,[e] l. si pater, & l. 21
nec apud, C. de hæred. inst. Capra cons. 2. num. 20. vel † quia e
si filius tamquàm spurius sit patri insuccessibilis,[f] Auth. 22
licèt. C. de natur. liber. auth. ex complexu. C. de incest. nupt. f
§. fin. Auth. quibus mod. nat. eff. sui. Bart. in l. fin. vers. quæro,
an istis spuriis, ff. de his, quibus, vt indign. † Et isto etiam 23
casu, quia institutio, quæ est caput testamenti facta de
filio spurio, est nulla, sorores veniunt ab intestato, vt
benè per Surd. cons. 384. num. 44. & seq. & per hanc viam
impugnan

impugnando non efficiuntur indigni, vt per Aym. *conf.*
24 200.*sub num.6. vers. præterea si lex prohibet.* † Nec facit
quòd esset legitimatus, quia si legitimatio est nulla, vt
prætenditur, nulla etiam erit institutio, & succedent
venientes ab intestato, Dec.*conf.*453 *in fin.* Paris.*conf.* 12.
25 *num.*227.*lib.*2. Soc. iun. *conf.*110.*num.*23.*lib.*2. † in qui-
bus casibus, cùm nullitas non sit inducta in fauorem
ipsarum sororum, nec in earum potestate sit ipsam tolle-
re, possunt venire ab intestato post legatum receptum,
siue ignoranter, siue scienter receperint, secundũ Castr.
*in d. l. postquàm num.* 1. *in fin.* sed glos. *in l. legitimam.in
glos.fin.* & ibi Alber. & Bart. *in d.l.post legatum num.*2. &
Bald. *in d.l.postquam sub nu.*2. distinguunt inter sciẽtem,
& ignorantem. Benè verum est, quòd Bart. dicit excusare
ignorantiam iuris non minus, quàm facti, & hoc sufficit
26 Hortẽsiæ, † quia in ea vti muliere præsumitur ignoran-
tia iuris, glos. *in Auth.de incest. nupt. circa princip.in vers.
sciens.* Aret *conf.*62.*colum.*4.*vers.quintò, & vltimò.* Socin.
*conf.*47.*num.*11 .*lib.*1. Dec.*conf.*351.*in fin.* Ruyn.*conf.* 190.
*num.*11.*lib.*1.*&* 108.*num.*2.*lib.*3. Aym. *conf.*142.*nu.* 11. &
in proximis terminis Ceph.*conf.*377.*num.*58.

*ANNOTATIO.*

27 a Et quòd † bona emphyteotica non veniant sub generali
institutione, Surd.*decis.93.per totum.* Mantic.*de coniect. vlt.
volunt.lib.7.tit.8.nu.*21. Rota *dec.*154. *par.* 1. *diuers. & in re-
cent.*375.*per totum par.*1.*& in decis.*219.*nu.*10.*par.*4.*in recent.*
& fuit dictum in Romana emphyteusis 18. Maij 1605. co-
ram R.P.D. Coccino Decano, quod procedit etiam si te-
stator habeat facultatem disponendi de dicta emphyteu-
si; nam adhuc non venit in generali institutione bono-
rum, Aret. *conf.*53.*nu.*3.*colum.*2.*vers.& quamuis.* Surd. *decis.*
93.*num.* 16. & ideò etiam si primus acquirens regulariter
possit disponere de emphyteusi, iuxta tradita per Rotam
*decis.*435.*nu.*13.*part.* 1. *in recens.* nihilominus non venit sub
eius generali dispositione, Rota *d. decis.* 219. *sub num.* 10.
*par.*4.*in recent.* & hoc tantò magis procedit, quando testa-
tor restrinxisset se ad bona sua, quia tunc eo minus vé-
niunt bona emphyteotica, Surd. *d.decis.*93.*num.*19.*in fin.&*
20. & Rot. *decis.* 375. *sub num.*7. & conferunt, quæ in ma-
teria bonorum fideicommisso subiectorum in simili dixi
*ad decis.*105. prædicta tamen omnia procedunt in emphy-
teusi ex pacto, & prouidentia, secus autẽ quando emphy-
teusis est hæreditaria transitoria ad quoscunque, tunc
enim venit in generali restitutione, Peregr.*de fideic.art.*6.
*nu.*29. Mant.*de coniect. vlt.vol.lib.*7.*tit.*9.*num.*6. Rota *decis.*
154.*par.*1.*diuers.& decis.*435.*num.*13.*& decis.*642. *num.* 9. *&
decis.*375.*sub num.*7.*par.*1.*in recent.& decis.*152.*num.*2.*& de-
cis.*194.*num.*1.*par.*2.*in recens.* vbi dicitur hoc caruisse apud
Dominos difficultate.

b Vide supra annotationem *ad decis.*102.

c De hoc latè tractat Turre. *de claus.codicillar. quæst.*31.*effe-
ctu* 18.

28 d Et sæpè Rota hanc opinionem tenuit, † prout in Roma-
na Gasalis coram R.P.D. Coccino Decano impress. penes
Marches *de Commiss. tom.*1.*fol.* 1159. *vers. nec applicatur,* &
Rota *decis.*262.*num.*4. impress. penes Cincium *de Censib.* vbi
quàm plures aliæ decisiones cumulantur, & fuit etiam
dictum in Lucana terrarum 9. Iunij 1614. coram R. P. D.
Caualerio. Verùm hæc conclusio est sano modo intelli-
genda, hoc est, quod agi possit ad nullitatem transactio-
nis prius quàm fiat restitutio accepti, sed postquam est
detecta, nullitas non potest agi ad executionem nisi prius
facta restitutione, prout benè declarauit Rota in Medio-
lanens. legati 15. Decembris 1593. coram R.P.D. Gypsio,
vbi dicit DD. tenentes in contrarium intelligendos cum
supradicta distinctione, & infinitos cumulat Menoch.
*conf.* 644. *nu.* 14. Plura alia in materia *d.l.si diuersa.* dixi in
annot.*ad decis.*354.

29 e Plenè Rota † Bononiens.*in conf.vnico post decis.* Cæs. Bar-
zij *num.*31. *& sequ.* vbi pluribus comprobat causam fina-
lem institutionis esse filiationem, & ideo non subsisten-
te qualitate filiationis, fuit dictum corruere institutio-
nem. Et hoc procedit etiam si testator dixisset, quòd insti-
tuebat siue esset, siue non esset filius, nam id censetur fe-
cisse ad maiorem cautelam, non quia reuera præsumen-
dum sit, quòd voluerit instituere etiam si constaret non
esse filium, plenè Rota Bononiens. *in prællegato conf.nu.*62.
*& seq.*

f Cum aliis plenè cumulatis per Rot. † Boniens. *in prælle-* 30
*gato conf.num.*8.*& seq.* sustinetur tamen institutio facta de
filio spurio, quando est collata in tempus habilitatis, sci-
licet, legitimationis, Couar *in epitom.de sponsal.par.*2.*cap.*
8.§.5. *n.*1.*& seq.* & latè habetur *in dicto conf.* Rotæ Bono-
niens.*nu.*2.*& seq.* vbi dicit, quòd interim hæreditas rema-
net in suspenso, & datur curator bonis.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonens. beneficij de Nuarte.

*Mercurij 31. Iunij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Annus datus in regula de annali ad finiendum causam incipit currere à die executæ citationis, & sufficit, quòd causa sit instructa, ita vt iudex possit ferre sententiam siue pro vna, siue pro altera parte, & in computatione dicti anni sunt subducenda impedimenta ab altera parte præstita.

*SVMMARIVM.*

1 *Annus ad expediendam causam iuxta regulam de annali incipit currere à die executa citationis.*

2 *Regula de annali requirens expeditionem causæ infra annum satisfit instruendo causam; ita vt expediri possit infra annum, & nu.6.*

3 *Procedit siue sit in statu, vt sententia ferri possit pro reo, siue actore.*

4 *Instructio sola causæ infra annum sufficit, etiam si non fuerit conclusum in causa ad effectum, vt censeatur satisfactum regulæ de annali.*

5 *Tempora impedimentorum sunt deducenda in computatione anni dati in regula de annali ad finiendam causam, prout etiam sunt subducenda in materia appellationis, & num.7.*

7 *Noua iura possunt quandocumque produci ad corroborationem probationis antiquæ, nec non ad eludendas probationes contrarias factas, & latè sub nu.9.*

### DECISIO CCLXXII.

ROta censuit Bartholomæo de Nuarte non obstare
regulam de annali, quia citatio fuit executa die 13.
Aprilis 1601. † certum est autem annum ad expedien- 1
dum causam currere à die executæ citationis, Guidob.
*decis.*7. Put. *decis.* 2. super hac regula, & fuit sæpè deci-
sum; vnde cùm à dicta die vsque ad diem 15. Decemb.
1601. Bartholomæus fecerit suas probationes exami-
nando 27. testes, † causa satis erat instructa, ita vt expe- 2
diri possit, quod sufficit, & satisfecit regulæ; prout fuit
decisum in Egittaniens. Canonicatus 18. Maij 1578. co-
ram fœl. record. Clem. VIII. in Hispalens. Beneficiorum
10. Ianuarij 1603. coram R.P.D. meo Iusto, a aut enim 3
testes probabant institutionem Bartholomæi, & causa
poterat ad eius fauorem expediri, aut non probabant, &
poterat expediri contra ipsum pro Ioanne, siue † enim 5
sententia feratur pro reo, siue pro actore semper est sa-
tisfactum regulæ, vt fuit dictum in vna Burgens. 13. Ia-
nuarij 1586. coram Cantuccio, & in illa Hispalens. Bene-
ficij. Non obstat, quòd Bartholomæus non obtinuerit
concludi in causa, † quia vltra quòd sola instructio citra 4
conclusionem in causa satisfacit regulæ, vt dixit Rota in
vna Pampilonens. Beneficij de Astensa 2. Iunij 1553. co-
ram Capisucco. Caputaquen. *decis.* 305. *causa tunc dicitur
lib.*1.*in manuscrip.* id prouenit facto Ioãnis, qui obtinuit
terminos, & dilationes ad faciendum suas probationes,
quæ

quæ etiam fuerunt iteratò concessæ, & cum pluribus
protogationibus, quibus pendentibus quiescebat officiũ
iudicis, *l. siue pars. C. de dilat.* & sic propter impedimenta
præstita à Ioanne nõ potuit peti conclusio, & nihilomi-
nus subducto tempore impedimentorum dictarum di-
lationum, vt benè calculant informantes pro Bartholo-
5 mæo, conclusio fuit facta infra annum, quod sufficit, †
quia elatum est tempora impedimentorum esse subdu-
cenda, Sarnen. *super hac reg. quæst.* 14. 71. *&* 76. Peregrin.
b *decis.* 98. fuit dictum in illa Hispalens. & aliis pluribus.[b]
Nec facit, quòd Bartholomæus se opposuerit conclusio-
ni ex aduerso petitæ; quia nimis properè petebatur; cùm
adhuc superessent nouem menses ad causam instruen-
dam: vltra quòd Iudex tunc decreuit non esse locum
conclusioni causæ concedendo terminum vtrique parti
ad probandum, & sic etiam in fauorem partis aduersæ,
quæ dederat articulos, conclusio non fuit sortita effectũ.
Non obstat, quòd impedimenta prouenerint facto Bar-
tholomæi volentis priùs expediri suũ examen; quia post
examen Bartholomæi remanserunt aduersario quatuor
menses, intra quos potuit cõmodissimè facere suas pro-
bationes. Non obstat, quod postmodum pro parte Bar-
6 tholomæi fuerint noua iura producta; † quia id factum
c fuit potiùs ad corroborationem probationis antiquæ, [c]
& ex abundanti, quia illa sufficiebat pro iustificatione
gratiæ, & ad elidendum contrarias probationes posteà
d factas; [d] & nihilominus, vt dictum est, satis erat, quòd
causa ista fuisset instructa, quòd si non pro ipso, saltem
contra ipsum ferri potuisset sententia.

*ANNOTATIO.*

7 a Rota † *decis. 601. par. 4. in recent.* & fuit dictum in Placenti-
na Decanatus 6. Decembris 1594. coram Penia, & in Con-
chens. parochialis 1602. coram eodem.

8 b Et in † simili materia appellationis, quòd subducenda
sunt tempora impedimentorum, quæ processerunt ex fa-
cto appellati, ne interim currant fatalia latissimè Scacc.
*de appellat. quæst. 15. nu. 61. & seq.*

9 c Probatio † de nouo non omnino dicitur quando tendit
ad coadiuuationem primæ probationis, & semper admit-
titur, Cæsar de Graff. *decis.* 20. *num.* 11. *de probat.* & fuit di-
ctum in Cæsaraugustana portionis coram Iusto impressa
penes March. *de Com. tom. 1. fol.* 340. & in Cæsaraugustana
Canonicatus 2. Februarij 1610. coram R.P.D. Pamphilio;
sed tamen est aduertendum, quòd non debent ita indi-
stinctè, sub prætextu coadiuuandi probationes iam fa-
ctas admitti nouæ probationes, vbi aliàs non admitte-
rentur, sed præcedere debent probationes tales, quæ
sufficiant ad instruendum, & mouendum animum iudicis
licèt aliquid deficeret, prout considerauit Rota in dicta
Cæsaraugustana portionis impressa penes Marches. *supra
alleg.*

Sicut etiam quis admittitur ad faciendas nouas probatio-
nes, etiam si aliàs non admitteretur, quando illæ tendunt
ad elidendum contrarias probationes ex aduerso factas
post lapsum terminum ad probandum, seu post senten-
tiam, Menoch. *cons.* 506. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 224.
*num.* 7. *&* 8. Rota *decis.* 168 *num.* 10. *&* 11. inter impress. pe-
nes Pacif. *de Saln.* vbi fuit dictum, quòd ad elidendam
exceptionem de nouo propositam potest actor nouas
probationes facere, & fuit dictum in Romana Mercium
28. Nouembris 1607. coram R. P. D. Ortembergo, & in
Anconitana bonorum 22. Maij 1603. coram Iusto.

d De quo supra in præcedenti annotatione sub litera C.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Neritonens. Pensionis.

*Lunæ 3. Iulij 1606.*

### ARGVMENTVM.

Testis vnicus deponens de certa scientia, & fa-
ma iunctus cum alio teste de fama, plenè
probat. Fama probatur per testes deponen-
tes publicè audiuisse. Testes non probant va-
lorem; nisi deponant deductis oneribus, &
quando dicantur deponere deductis oneri-
bus. Verisimilitudo multùm operatur in ma-
teria probationum.

*SVMMARIVM.*

1 *Testis vnus deponens de scientia, & fama iunctus cum alio deponente de fama, facit plenam probationem, & num. 9.*

2 *Fama probatur per testes deponentes publicè audiuisse, & num. 10.*

3 *Testis deponens de fructibus censetur deponere deductis oneribus, quia fructus non dicuntur, nisi deductis oneribus. Declara prout sub nu. 11.*

4 *Verisimilitudo est potens ad supplendam probationem imperfectam.*

5 *Verisimilitudo operatur, vt ea probent, quæ aliàs nullam fidem facerent.*

6 *Scriptura priuata nullam fidem facit pro scribente.*

7 *Fallit, si contineat verisimilia, & num. 12.*

8 *Confessio verisimilis probat pro confitente.*

### DECISIO CCLXXIII.

DOmini informantibus tantùm translatariis, persti-
terunt in resolutis 7. Aprilis præteriti. Et quoniam
in memoriali dato pro parte Episcopi 10. Maij, quando
petiit reuisionem decisionis, contra eam obiiciebatur
deficere principale fundamentum ipsius, quòd consistit
in depositione quinti testis deponentis de scientia, quæ
iuncta cum depositione 2. & 4. attestantium de publica
voce, & fama constituebat plenam probationem, diceba-
tur enim non esse verum quintum testem deponere de
scientia, & alios duos non deponere concludenter de
fama, nec loqui per verbum (*fuit & est.*) Verùm fuit re-
spõsum, quòd quicquid dicat quintus testis, adest quar-
tus, qui super 4. articulo in causa sciẽtiæ dicit, quòd scit,
vidit, & audiuit, & iuxta 47. interrogatorium loquitur
de visu, & est multùm verisimile quòd sciuerit, quia,
vt ipse testatur iuxta 47. interrogatorium (*fu creato di
Cesare Bouio*) qui consensit reseruationi pensionis, & su-
per primo articulo dicit (*che lo sà come Prete, & pratico*)
qui testis, † cum deponat non solùm de scientia, & ve- 1
ritate, sed etiam de fama, iunctus cum secundo teste,
qui de fama tantùm deponit, facit plenam probationem,
Bald. *in l. Gallus. §. ille casus. sub num. 3. vers. & est argu-
mentum*, vbi etiam Socin. *nu. 4. ff. de lib. & posth.* Ias. *in l.
admonendi. num. 213. vers. istam conclusionem*, & Curt.
*num. 295. ff. de iur. iur.* Ruyn. *cons.* 44. *num.* 5. *lib.* 4. Pa-
ris. *cons.* 57. *num.* 23. *& seq. lib.* 1. Caputaquen. *decis.* 383.
*par.* 2. Cæs. de Grass. *decis.* 14. *in princ. de testib.* [a] & non a
est verum, quod non deponant concludenter famam,
quia quartus super 1. articulo, † dicit publicè audiuisse, a
per quæ verba probatur fama secundùm sententiam
Bald. quam semper est secuta Rota, Cassad. *decis.* 3. *de
probat.* Caputaq. *decis.* 289. *par.* 3. & fuit sæpiùs dictum;
[b] percutit etiam tempus ante motam litem, vt requiri- b
tur, Caputaquen. *decis.* 413. *par.* 2. loquitur enim de tem-
pore reseruationis, & sic vsque de anno 1577. & per to-
tum tempus, quo vixit Bouius. Secundus testis depo-
nit de fama ab anno 1577. & ante, & de continuato tẽ-
pore, vsque in præsens in 1. & 8. articulo. Non obstat,
quòd testes nesciant onera; imò expressè deponunt ipsis
non deductis; quia iam fuit responsum constare de one-
ribus, quibus deductis remanebant abundè vltra mille
Episcopo: & hoc quamdiù ex aduerso non probentur
extare alia onera vltra descripta in inuentario, & visita-
tione. Minus facit, quòd non deducant impensas pro re-
collectione fructuum, † quia imò satis deducere di- 3
cuntur

cuntur eo ipso, quòd de fructibus loquuntur, quia non
dicuntur fructus, nisi eis deductis, ad not. *in l. in fundo. ff.*
*de rei vend.* latissimè Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 14. *vel*
c *74 glos. 1. num. 1. cum multis seqq.* ᶜ Probatio prædicta,
quando aliquam pateretur difficultatem, coadiuuatur
ex aliis testibus, & adminiculis, de quibus in decisione,
& nititur maximè verisimilitudine, quæ oritur ex so-
lutione tanti temporis per omnes Episcopos, qui suc-
4 cesserunt, & per Modernum per plures annos: † quæ
verisimilitudo non solùm potens est ad supplendam
probationem imperfectam, Tiraquel. *in l. si vnquàm. in*
*præfat. nu. 51. C. de reuocat. donat.* Euer. *in loco à verisimili*
5 *sub num. 3. vers. quintò valet*; † sed etiam operatur, vt ea
probent, quæ aliàs nullam fidem facerent, & nullum
gradum probationis, Surd. qui alios allegat *decis.* 325.
6 *num. 5.* † & propterea scriptura priuata, quæ nullam fi-
dem facit pro scribente, *l. instrumenta, & l. rationes. C. de*
7 *prob.* † si tamen contineat verisimilia probat etiam ad
fauorem scribentis ex cumulatis per Tiraquel. *vbi supra*,
d ᵈ & † confessio verisimilis probat pro confitente, Surd.
8 *d. decis. sub nu. 6.*

## *ANNOTATIO.*

9 a Verall. † *decis. 370. nu. 2. par. 1.* & fuit dictum in Nouariens. Beneficij 15. Iunij 16.0. coram R.P.D. Coccino Decano, & latè infinitos cumulando Gratian. *disceptat. forens. c. 368. nu. 12. cum pluribus seqq.* nam, vt dicit Gabr. *cons. 41. nu. 16. lib. 1.* non est absurdum in iure, quòd vnus, & idem testis possit plura probare.

10 b Rota † *decis. 702. sub nu. 4. par. 1. in recent.* vbi plures decis. cumulantur, & ibi dicitur, quòd Rota non seruat doctr. Bart. *in l. minors. §. tormenta num. 19. ff. de quæstion. & in decis. 235. sub num. 3. & decis. 351. num. 1. in fin. par. 2. in recent.* & quando testis deponit se publicè audiuisse probat famam etiam si postea interrogatus quid sit fama, respondeat se nescire, vt fuit dictum in Spoletana bonorum 18. Maij 1590. coram Penia, & in Conchens. Cappellaniæ 17. Martij 1608. coram R.P.D. Ortembergo, & in Vicens. Parochialis 4. Iunij 1612. coram R.P.D. Manzanedo; si tamen testis, postquam deposuit se publicè audiuisse, postea subiungeret, quòd audiuit à multis, tunc, quia verba illa (*multis*) possunt verificari in duabus personis, non probaret famam, Gratian. *discept. forens. decis. 310. numer. 84. & sequ.*

11 c Hæc † decisio fuit declarata *in decis. 444. num. 5. par. 2. in recent.* vt solum procedat in oneribus, & expensis necessariis pro recollectione fructuum, non autem quoad alia onera extrinseca beneficij.

12 d Rota † *decis. 803. sub num. 1. & seq. par. 1. diuers.* fuit dictum in Reatina fructuum census 5. Iunij 1610. coram Cardinali Lancellotto.

*Oliuerius Beltramiaus.*

---

# Romana, seu Marsicana Thesaurariæ.

*Luna 3. Iulij 1606.*

## ARGVMENTVM.

Administrator tenetur conficere librum rationum, secùs autem administrator particularis, & quis nam dicatur administrator publicus, vide in Summario.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ærarius tenetur conficere librum distinctum ex ritu Magnæ Curiæ Neapolitanæ.*

2 *Administrator generalis tenetur librum conficere, secus verò particularis, & nu. 7.*

3 *Administrator publicus habeat amplissimam auctoritatem, & mandatum generale cum libera, &c. potest ea expedire, quæ requirunt speciale mandatum.*

4 *Relatiuum (qui) dum non præcedit copula, stat restrictiuè.*

5 *Doctori attestanti de consuetudine fides non adhibetur iuxta opinionem, quam sequitur Rota, & vide num. 8.*

6 *Ratio reddi potest sine libro, & nu. 9.*

## DECISIO CCLXXIV.

PRætendebatur Melchiorem Francionum teneri
conficere libros tàm ex forma ritus Regni, vbi est
positus Comitatus Albe, in quo fuit constitutus ærarius,
quàm ex dispositione iuris communis, extat enim ritus
magnæ Curiæ Neapolis *in ritu* 45. † In quo disponitur 1
ærarium debere conficere librum distinctum, & luci-
dum, qui licèt loquatur de ærario Regio, Carauita ibi
testatur idem seruari in omnibus aliis Curiis inferiorum,
& Baronum. De iure communi etiam dicebatur teneri,
quia non est administrator particularis, sed generalis, † 2
qui tenetur librum conficere, *l. 1. §. officio ff. de tut. & cur.*
*distr.* Quibus non obstantibus Domini contrarium re-
soluerunt inhærẽdo decisioni factæ sub die 17. Decem-
bris 1604. quia Melchior non fuit officialis publicus, nec
administrator generalis, ita vt ratione officij teneretur
librum conficere. Quòd autem non esset publicus offi- a
cialis, seu administrator potest ex authoritate, quam ha-
bebat multùm limitatam ab instructione illi data à bo.
mem. Illustrissima D. Fœlice, tùm quia in omnibus ne-
gociis recurrebatur ad Contestabilem, † publicus autem 3
administrator habet amplissimam authoritatem, & man-
datum generale, cum libera facultate, & potest ea expe-
dire, quæ requirunt speciale mandatum, *l. Præses*, vbi Ias.
post alios *num. 7. C. de transact.* Bald. *in l. vni. num. 3. Cod.*
*etiam per procur.* cum aliis per Surd. *cons. 335. nu. 48.* Nec
etiam erat generalis administrator, vt fuit resolutũ, quia
administratio generalis fuit primò penes d. D. Fœlicem,
postea penes Illustrissimos tutores, sed erat merus exa-
ctor redituum particularium descriptorum in quadam
lista sibi consignata. Non etiam intrat dispositio ritus
magnæ Curiæ; quia expressè loquitur de ærario pro-
uentuum magnæ Curiæ, vt sonant illa verba (*de quibus*
*possit commodum peruenire Curia prælibata*) † quæ verba 4
iuxta naturam relatiui (*de quibus*) prolati sine copula
sunt restrictiua, *l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. l. a filio §. te-*
*stator*, vbi Bart. *ff. de alim. & cib. leg.* Alex. *cons. 29. num. 4.*
*lib. 1.* Dec. *cons. 261. nu. 1.* Ruyn. *cons. 30. nu. 6. lib. 1.* & pro-
pterea non applicatur ærariis Baronum, si tales merean-
tur nomen ærarij, de quo dubitabãt Domini ex traditis
per Afflict. *super constitutione Regni lib. 1. Rub. 17. nu. 32.*
Nec facit, quòd Carauita super dicto Ritu dicat illum
seruari in Curiis Baronum, quia si volumus intelligere
dictum Carauitæ, prout potest intelligi respectu æra-
rij Regis, quod hoc seruetur etiam in Curiis Baronum,
hoc nihil ad casum nostrum, si autem volumus, quòd
ipse attestetur ita seruari etiam respectu ærariorum Ba-
ronum, tali attestationi non est standum; † cùm Docto- 5
ri fidem facienti de consuetudine fides non adhibeatur
secundùm magis receptam sententiam, vt per Gabr. *de*
*prob. conclus. 4. sub num. 1. vers. contrarium.* Franc. Becc.
*cons. 7. nu. 29.* quam tenet Rota, vt per Mohed. *decis. 2. &*
*3. de consuetud.* ᵇ fuit etiam in alia decisione dictum, & b
hodie repetitum, quòd nec propter reddendam ratio-
nem administrationis fuit necesse, quòd liber confice-
retur, † quia sine eo poterat reddi, iuxta consilium Cal- 6
can. sæpius à Rota canonizatum; ᶜ & obseruantia c
comprobauit in casu nostro, quia sine eo fuit red-
dita.

## *ANNOTATIO.*

a Administrator, † qui non est generalis, nec est officialis 7
publicus, non tenetur conficere librum rationum, Paul.
de Monte Pico *cons. 67. num. 4.* fuit dictum in Melitens.
rescissionis

rescissionis computorum 30. Octobris 1595. coram Card. Pamphilio impress. penes Farin. *decis.* 101. *post* 2. *di. cons.* in Romana redditionis computorum 29. Maij 1596. coram Card. Millino, vbi fuit dictum, quòd magister domus vulgariter dictum ( *il mastro di Casa* ) non tenebatur conficere librum rationum, & fuit etiam dictum in Romana redditionis computorum 14. Maij 1593. coram Litta.

7 b Et tenuit etiam Rota penes Seraphin.† *decis.* 1349. *nu.* 5. & in Camerinen. Spolij 4. Iunij 1610. coram Card. Sacrato, & prius in Papien. & Placentina feudorum 4. Iunij 1597. coram Litta. Posset tamen id temperari, vt, scilicet, ista opinio solùm procedat in iis Curiis, & foris io quibus doctores attestantes de consuetudine versati non sunt, secùs autem in iis Curiis in quibos Doctores sunt versati iuxta distinctionem, quam facit Surd. *cons.* 74. *n.* 14. post Gabr. *de prob. conclus.* 4. *n.* 2.

8 c Rota † in Romana Tutelæ 13. Ianuar. 1597. coram Gypsio relat. à Farinac. *in cons.* 96. *sub n.* 53. & post plures decis. fuit etiam dictum in Romana Legatorum, seu Administrationis 2. Decembris 1619. coram R. P. D. Remboldo, vbi propterea fuit resolutum non potuisse administratorem criminaliter puniri ex eo, quia minus legaliter tenuerit libros rationis, cùm etiam sine illis possit rationes reddere.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pistorien. Pensionis.

*Luna 3. Iuly 1606.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de quasi possessione exigendi pensionem ad effectum manutentionis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pensionarius ex exactione pensionum à prædecessore censetur esse in possessione etiam contra successorem, qui nunquam soluat, & n.* 17.

2 *Possessionem metimur ex parte possidentis, nec variatur ex mutatione personarum, contra quas possidetur, & num.* 18.

3 *Mandatum præsumitur in soluente; quia non est verisimile, quòd quis velit iactare pecunias suas saltem concurrentibus aliis adminiculis, & nu.* 19. *vbi vide adminicula.*

4 *Pro adminiculis deseruit reseruatio pensionis, pluralitas solutionum cum diuturnitate temporis, & summa notabilis pecuniarum solutarum, & n.* 19.

5 *Notarij attestatio, licèt non probet mandatum, multùm tamen operatur, & magnam facit præsumptionem.*

6 *Confessio circa possessionem exigendi pensionem probat ad fauorem confitentis, quando est multùm verisimilis, & ex quibus reddatur verisimilis habetur in decisione.*

7 *Promissio præcedens valdè iustificat confessionem subsequentem de recepto, & n.* 20.

8 *Solutiones factæ ab œconomo Ecclesiæ vacante non constituunt in quasi possessione exigendi, & late sub n.* 22.

9 *Solutiones factæ à reseruatario fructuum non constituunt in possessione exigendi, & n.* 23.
*Faciunt tamen indicium, quòd etiam per priùs pensionarius esset in quasi possessione exigendi.*

10 *Manutentionis iudicium contentatur leuioribus probationibus.*

11 *Manutentionis iudicium non admittit exceptionem nullitatis translationis, vti requirentem altiorem indaginem.*

12 *In manutentione non requiritur aliquis titulus, & sufficit sola possessio.*

13 *Manutentio in summarissimo peti potest etiam post latam sententiam in possessorio plenario retinendæ.*

14 *In manutentionis iudicio præseruantur iura non solùm in petitorio sed etiam in possessorio ordinario.*

15 *Mandatum de manutenendo iam vni datum Rota ad libitum reuocat detecta possessione alterius, & n.* 25.

16 *Et è contra semel denegatum iterum concedit, vbi constat de possessione.*

## DECISIO CCLXXV.

FVit vnanimi Dominorum sententia resolutum Zanobio dandum esse mandatum de manutenendo,
quia † constat de pluribus solutionibus pensionis fa- 1
ctis ab antiquioribus Episcopis, quæ sufficiunt, vt Zanobius dicatur in quasi possessione exigendi contra modernum Episcopum, qui nunquàm soluit, Pur. *decis.* 151. *di.* 3. Fuit dictum in vna Cæsaraugustana Pensionis coram bo. me. Gypsio, & in vna Burgen. Pensionis 19.
Februar. 1596. coram Illustr. Card. Blanchetro,[a] quia a
ius metimur † à possessore, quod non mutatur, nec va- 2
riatur ex mutatione personarum, Guidop. *decis.* 629. fuit dictum in vna Romana census 8. Febr. 1577. coram bo.
mem. Orioleo.[b] Apparet autem de pluribus solutioni- b
bus factis à Lactantio Episcopo per publica documenta, quibus solùm obiicitur non constare de mandato,
nec soluentis, nec recipientis.† Verùm fuit responsum 3
quoad soluentem præsumi, quòd habuerit mandatum, quia non est verisimile, quòd voluisset iactare pecunias suas, Rot. *decis.* 2. *de caus. possess. & propr.* Cassad. *decis.* 3. *sub n.* 4. *vers. item secundum Rotam. de procur.* Quod Rota passim sequitur concurrentibus aliis adminiculis, vt fuit dictum in vna Larinen. Pensionis coram bo. me. Cardi. Lancellotto, & coram eodem in vna Lucana pensionis
4. Iunij 1574. & in causa Parten. Pensionis[c] coram Illust. c
Card. Pamphilio. † Pro adminiculis in casu isto deser- 4
uiunt reseruatio pensionis, in cuius executionem solutiones factæ præsumuntur, pluralitas solutionum cum diuturnitate temporis, & summa notabilis pecuniarum solutarum, quæ omnia ad istum effectum Rota considerauit in illa Cæsaraugustana, & in Parten. concurrunt etiam plures literæ d. Episcopi partitæ librorum Mercatorum, & alia, de quibus per informantes pro Zanobio. Quòd Antonius Brauius esset procurator, adest relatio Notarij in instrumento solutionis anni 1579. cum attestatione, quòd ipse de eo fuit rogatus, & cum ex-
pressione diei, & anni, quæ relatio † licèt non probet 5
perfectè mandatum multùm tamen operatur, & magnam facit præsumptionem, vt dixit Rota in vna Veliterna Casalis 7. Iunij 1574. coram Illust. Card. Lancellotto; præsertim quia etiam in aliis instrumentis, & in partitis librorum mercatorum enunciatur procurator, & vt procurator solutiones recepit: concurrunt coniecturæ consideratæ in soluente, quia non est verisimile, quòd Episcopus soluisset tot, & tàm graues summas pecuniarum, nisi sibi constitisset eum esse procuratorem, & quòd Zanobius id passus fuisset: constat etiam de solutione facta per Episcopum Ambrosium; cùm enim ipse de anno 1594. locasset redditus Episcopatus in instrumento locationis, ordinauit Octauio Barchiolino conductori, vt de affictu sibi debito solueret pensionẽ Zanobio, & adest quietantia ipsius Zanobij ad fauorem Barchiolini per instrumentum rogatum de anno 1597.
Nec facit, quòd confessio Zanobij † non probet ad 6
eius fauorem, quòd sit in quasi possessione exigendi; quia id non procedit, quando confessio, vt in casu isto habet multùm verisimilitudinis, vt dixit Rota in illa Cæsaraugustana Pensionis; verisimilitudo enim deducitur, prout deducebatur in illa Cæsaraugustana ex reseruatione pensionis, ex notabili summa, & quia non est præsumendũ, quòd Zanobius voluisset iactare suũ; quia confessio illi præiudicasset, quando voluisset dictos terminos exigere, vt in dicta decisione: Cõcurrit etiã mandatum, & ordo Episc. Ambrosij, & promissio ipsius Bar-
chiolini de soluẽdo † quæ promissio præcedens multũ 7
iustificat confessionem subsequutam, quæ præsumitur

facta pro liberatione Barchiolini, qui promisit, & pro
veritate, Paul. de Castr. *cons.* 383. *sub n.* 1. *vers. secundus casus.li.* a. sicuti videmus confessionem mariti de recepto
iustificari ex præcedenti promissione dotis, Paul. de
Castr. *ibi.* Afflict. *decis.* 102. Aym. *cons.* 40. *post nu.* 1. Con-
d currit etiã alia confessio ipsius [d] Ambrosij in sua Com-
missione, quam porrexit pro repetitione pensionum
solutarum, in quibus comprehenduntur etiam termini
soluti per Barchiolinum. Accedit etiam iuramentum
Zanobij in sua confessione, quod pariter fuit perpen-
sum in Cæsaraugustana. Adsunt etiam solutiones factæ
à Camerario mensæ episcopali de anno 1598. & à sub-
collectore Spoliorum de anno 1600. quæ licèt forsan
8 † non prosint ad constituendum Zanobium in quasi
e possessione exigendi; [e] faciunt † tamen magnum in-
9 dicium, quòd per priùs esset in quasi possessione, quia
aliàs prædicti non soluissent: & propterea solutiones
huiusmodi factas, Sede Episcopali vacante non negle-
xit Rota in illa Pacten. Vlteriùs adest mandatum, siue
ordo Episcopi Passerini sub die 29. Iulij 1599. in quo
ordinat Baldaxari Astadillo, vt soluat Zanobio senta
250. pro termino pensionis Natiuitatis S. Io. Baptistæ
cum quietantia Zanobij in calce dicti mandati sub die
4. Augusti eiusdem anni, quæ, si sunt recognita, carent
omni difficultate, & si non sunt recognita, possunt si
opus esset recognosci; sed non est opus, quia ex aliis
abundè constat de quasi possessione exigendi, quæ sin-
gula sufficiunt, & multo magis simul iuncta; præsertim
10 cùm agatur ad effectum manutentionis, † in quo Rota
contentatur leuioribus probationibus, vt fuit dictum
in vna Regien. reseruationis fructuum 6. Iunij 1586.
coram Gypsio, & in dicta Pacten. Quæ dicuntur de
attentatis nõ intrant, quia causa appellationis fuit com-
missa cum solita clausula (*sine retardatione pensionis*)
11 † Minus etiam, quæ opponuntur circa nullitatẽ trans-
lationis, quia stante quasi possessione exigendi exceptio
nullitatis non admittitur ad impediendam manuten-
tionem, Paleott. *deci.* 129. fuit dictum in vna Florentina
Pensionis 24. April. 1592. coram R.P.D. meo Decano,
& in illa Burgen. Pensionis coram Illustr. Card. Blan-
chetto. An autem intret Constitutio Pij V. erit in peti-
torio videndum; & per tres conformes, vt dicit Paleot-
tus *dicta decisione.* Nec est verum, quòd manutentio
pendeat à validitate tituli pensionis; quia nihil com-
mune habet possessio cum proprietate, *l. naturaliter.* §.
12 *nihil commune. ff. de acquir. possess.* † præsertim vbi de ma-
nutentione agitur, in qua non requiritur aliquis titu-
lus, sed sola possessio sufficit, *l.* 1. §. *sicut interdict. ff. vti
possid.* §. *retinendæ Instit. de interdict.* fuit dictum in vna
Bononien. iurisdictionis 1. Febr. 1574. coram Illustriss.
Card. Lancellotto, & in Regien. reseruationis fructuum
6. Iunij 1586. coram Gypsio, & Domini non fecerunt
vim, quòd fuerit pronunciatum non esse locum ma-
nutentioni, quia aut volumus, quòd sententia sit lata in
13 possessorio plenario, † & cùm fuerit ab ea appellatum,
& commissa causa appellationis, quamdiù pendet lis
super plenario possessorio retinendæ, potest officio iu-
dicis in summariissimo possessorio concedi mandatum
de manutenendo, latè Rol. *cons.* 8. *n.* 24. *& pluribus seqq.
lib.* 4. iudex enim in isto casu non intendit aliud, quàm
manutenere lite pendente in eo statu, in quo quis re-
14 peritur, † & præseruat iura omnia, non solùm in peti-
torio, sed etiam in possessorio ordinario, Neuiz. post
Castr. & Felyn. quos allegat *cons.* 81. *nu.* 17. & dixit Rota
in vna Romana Vineæ 23. Iunij 1581. coram bo. mem.
f Oriolen. [f] aut volumus, quòd iudex, à quo pronun-
ciauerit contra manutentionem in isto summariissimo
possessorio, & hoc etiam non habet impedire manuten-
15 tionem; † quia sicut in hoc iudicio Rota mandatum
priùs datum reuocat, quandocunque ei constat de non
possessione, aut detegitur alterius possessio, vt fuit di-
ctum in dicta Romana Vineæ; [g] ita etiam denegatio g
præcedens non tollit, † quo minus possit, & debeat con- 16
cedi manutentio, vbi apparet de possessione, & de iniu-
stitia denegationis.

### *ANNOTATIO.*

a Et fuit dictum † in Campanien. Pensionis coram R.P.D. 17
Vbaldo impress. penes Marches. *de Commiss. par.* 1. *fol.* 615.
& Rot. *decis.* 562. *n.* 1. *par.* 1. *in recent. & decis.* 508. *n.* 1. *par.* 2.
*in recent. & dec.* 387. *n.* 2. *eadem par.* 2. *in recent.* & fuit etiam
dictum in Spoletana Pensionis 21. Iunij 1619. corã R.P.D.
Vbaldo, vbi aliæ decisiones cumulantur, de quo vide in-
fra *sub d. n.* 19. *&* 20.

b Seraphin. † *dec.* 878. *nu.* 1. *&* 2. & in Cusentina Pensionis 4. 18
Maij 1616. coram R.P.D. Vbaldo, latè Gratian. *discept. fo-
rens. cap.* 113. *n.* 16. *& seq.*

c Rota † *deci.* 196. *par.* 1. *diuers. & decis.* 43. *n.* 3. *inter impress. pe-* 19
*nes Pacif. de Saluian. iuxta non. impress.* & fuit dictum in To-
letana Pensionis 23. Iunij 1617. coram R.P.D. Pamphilio,
& in Sancti Martij Pensionis coram Card. Saccato im-
press. penes Marches. *de Commiss. tom.* 2. *fol.* 486. & Rota so-
let in hac materia considerare pro adminiculis præce-
dentem reseruationem pensionis, pluralitatem solutio-
num, vt *in deci.* 196. *par.* 1. *diuers. & deci.* 591. 2. 2. *&* 3. *par.* 2. *in
recent.* & plura etiam adminicula ponderauit Rota in di-
cta Sancti Martij Pensionis, & sufficere pro adminiculis,
quòd notabilis quantitas fuerit soluta, fuit dictum in Bi-
signaten. Pensionis 26. Iun. 1617. coram R.P.D. Buratto, &
† sine adminiculis Rota non seruat *decis.* 2. *de caus. possess.* 20
Rota *dec.* 44. *n.* 12. *inter impress. penes Pacif. de Saluian.* Imò
quòd *d. deci.* 2. non procedat, nisi constet de scientia titu-
laris, & principalis debitoris tenuit Rota penes Verall.
*deci.* 165. *par.* 3. & fuit dictum in Camerinen. Pensionis 22.
Maij 1592. coram R.P.D. Gypsio, & tenuit etiam Rota in-
fra in decis. Vrbinaten. coram eodem Sanctissimo: Ego
tamen non credo requiri probationem istius scientiæ,
quando concurrunt adminicula, & decisiones prædictas
credo esse intelligendas, quando alia adminicula non
concurrunt, & ideò in tot decisionibus, in quibus Rota
dixit præsumi mandatum ex adminiculis, nunquam ap-
paret, quòd Rota requisiuerit d. scientiam principalis
debitoris.

d Gabr. *de iur. dot.* † *conclus.* 4. *n.* 1. Surd. *decis.* 55. *n.* 5. Seraphin. 21
*decis.* 678. *n.* 10 Rota *deci.* 124. *n.* 3. *par.* 2. *in recent.* & fuit di-
ctum in Romana Augmenti dotis 1[illegible] Nouembr. 1599. co-
ram Gypsio.

e Et quòd solutiones † factæ ab œconomis, & sequestrata- 22
riis non habentibus titulum non cõstituant in quasi pos-
sessione exigendi contra verum titularem, Rot. *decis.* 184.
*n.* 1. *&* 2. *par.* 1. *diuers. & decis.* 508. *num.* 4. *par.* 2. *in recent. & in
decis.* 44. *n.* 2. *inter impress. penes Pacif. de Saluian.* vbi de solu-
tione facta Sede Vacante; fuit dictum in Vicen. Pensio-
nis 28 Nouembris 1614. coram R.P.D. Andrea, & in Me-
liten. Pensionis 27. Iunij 1617. coram eodem Gratian. *dis-
cept. cap.* 113. *n.* 51. *& seq.* Prædicta † non procederent in re- 23
seruatario fructuum cum facultate percipiendi fructus
propria auctoritate, quia iste soluendo pensionem consti-
tuit in quasi possessione exigendi contra verum titula-
rem, latè Rota *decis.* 508. *n.* 3. *par.* 2. *in recent.*

f Rota *decis.* 641. *n.* 8. *par.* 1. *diuers.*

g Seraphin. † *deci.* 1295. *n.* 5. & benè Rota *decis.* 404. *sub n.* 2. *&* 24
3. *par.* 2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Augustana Sepulturæ.

*Luna* 20. *Nouembris* 1606.

### ARGVMENTVM.

Pater potest eligere Sepulturam pro filio de consuetudine; sed non de Iure Remissoria quibus casibus sit concedenda.

SVM

*SVMMARIVM.*

1 *Pater potest eligere Sepulturam pro filio ex consuetudine, licèt secus sit de iure.*
2 *Remissoria datur etiam in causa restitutionis in integrum, & n. 7.*
3 *Remissoria non solet concedi super articulis, super quibus causa in partibus pendente poterat fieri probatio propter suspicionem calumniæ, & nu. 8. vbi vide limitationem.*
4 *Hoc non procedit, quando ille, qui petit remissoriam obtinuit in partibus sententiam fauorabilem; quia tunc cessat præsumptio calumniæ.*
5 *Attentata sunt purganda, antequam petatur remissoria.*
6 *Attentatorum purgationi non est locus; quando agitur de exhumatione corporis.*
9 *Attentata ante omnia non reuocantur; quando alias talis reuocatio posset causare scandalum.*

## DECISIO CCLXXVI.

RESolutum fuit pro remissoria, quia materiæ sunt releuantes: articulatur enim consuetudo, quòd pa-
1 ter eligat sepulturam pro filio impubere, † quæ valida est, & seruanda; licèt contrarium sit de iure, *c. licet pater.*
2 *de sepult. in 6.* † & Remissoria datur in causa restitutionis in integrum, Simonet. *decis.* 29. fuit dictum in causa Ciortaten. Decimatum 20. Martij 1600. coram R.P.D.
a meo Decano.[a] Non obstat, quòd lis fuerit diù in partibus agitata, vbi Fratres Sancti Francisci potuerunt
3 examinare testes super articulis, qui hodie dantur, † quo caso Rota non solet concedere remissoriam, Put. *decis.*
b 201. *lib.* 1. Caputaq. *decis. 63. par. 3.* [b] quia cùm obtinuerit sententias fauorabiles, cessat non solùm negligentia, & culpa in non probando consuetudinem forsan ibi notoriam, sed etiam omnis præsumptio calumniæ, vt in proposito considerauit Rota in vna Bononien. Census 17. Nouembris 1606. coram R.P.D. meo Sacrato. Non
4 obstat, quòd constat de attentatis, † quæ priùs sunt purganda, antequam concedatur remissoria, Caput. *decis.*
5 52. *par.* 3. † quia cùm agatur de exhumatione corporis,
6 non est locus purgationi † attentatorum, Rota *decis. vlt. vt lis. pend. in antiq.* Franc. *in c. dilectis, il secondo, n. 5. de appell.* Gemin. *in c. non solum. in fin. eod. tit. in 6.* & dixit Rota coram bo. mem. D. Litta.[c]

*ANNOTATIO.*

7 a Caputaquen. *deci. 61. par. 3.* † fuit dictum in Bergomen. Legati 3. Iunij 1600. coram R. P. D. Ortembergo. & in Rauennatem censuum 8. Iunij 1618. coram R. P. D. Manzanedo, Seuer. *de remis. cap. 3. sub num. 43.* & hoc procedit non obstante lapsu quadriennij, Simonett. *decis. 75* benè verum est, quòd maior fumus requiritur, quando petitur remissoria in causa restitutionis in integrum, vt fuit dictum in Oriol. beneficiorum 27. Maij 1596. coram Litta, Seuerol. *d. cap. 3. sub n. 43. vers. sed de istis*, & tunc leuis suspicio calumniæ sufficit ad denegandam remissoriam, Seraphin. *decis. 1307 sub n. 1. vers. non obstat.*

8 b Rota *decis. 491. n. 2. par. 2. in recent. & decis. 712. n. 5. par. 1. in recent.* † fuit dictum in Tarentina retractus 21. Apri. 1613. coram R.P.D. Manzanedo, vbi aliæ decisiones referuntur: ab hac autem regula receditur, si materia articulata est releuans, & datur fumus, vt fuit dictum in Hieracen. iurispatronatus 5. Iunij 1617. coram R. P. D. Verospo. Item non procedit regula, quando sententia lata in partibus fuisset reuocata; quia ex dicta reuocatione cessat præsumptio calumniæ, Rota *decis. 67. n. 5. par. 1. in recentior.*

9 c Benè Lancell. *de attent. par. 2. c. 4. limit. 13.* vbi sub *n. 8.* † dicit procedere de æquitate, sed non de iuris rigore, & generale est, quod vbicumque reuocatio attentatorum posset causare scandalum in populo, tunc attentata non sunt ante omnia reuocanda, Lancell. *d. limit. 13. n. 1. & seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Neritonen. pensionis.

*Veneris 24. Nouembris 1606.*

## ARGVMENTVM.

Agitur de probando, & iustificando valore beneficij.

*SVMMARIVM.*

1 *Valor magis ad iudicium intellectus, & discursum rationis spectat, quàm ad sensum corporis.*
2 *Visus est sufficiens ratio testis deponentis super valore.*
3 *Testis deponens* (non mi ricordo d'altro) *intelligitur præter ea, de quibus expressè supra deposuit, & n. 8.*
*Relatio fieri debet ad proxima, & n. 5.*
4 *Fama iunctis adminiculis plenè probat præsertim in his, quæ sunt difficilis probationis.*
5 *Valor beneficij est difficilis probationis.*
6 *Valor beneficij etiam in conditione positus probatur ex probationibus imperfectis adminiculatis ex coniecturis.*
*Requirit plenam probationem, & n. 8.*
7 *Testis deponens de fructibus censetur deponere de valore deductis oneribus.*
*Testes deponere debent de fama per verbum* (fuit) *& quando id non habeat locum, & n. 9.*

## DECISIO CCLXXVII.

TErtia vice resolutum fuit pro iustificatione clausulæ (*dummodò remaneant mille*) si tamen iura sunt in forma probanti, & testes ritè examinati; licèt enim requiratur plena probatio ex latè deductis per informantes pro Episcopo, ea tamen resultat ex fama iuncta cum dispositione quarti testis deponentis de scientia, vt dictum est in vltima decisione, & quicquid ex aduerso dicatur, visum fuit Dominis satis apparere d. testem deponere de scientia tàm iuxta 47. interrog. quàm supra quarto articulo, dicit enim scire, vidisse, audiuisse, & reddit causam scientiæ non solùm quia presbyter, & practicus, sed etiam quia fuit familiaris Bouij, qui de tempore reseruationis erat Episcopus. Nõ obstat, quod dicitur, rationem de visu non esse proportionatam va-
lori, † qui magis ad iudicium intellectus, & discursum 1
rationis spectat, quàm ad sensum corporalem, Cagnol. *in l. 2. num. 136. C. de rescind. vend.* quia discursus, & iudicium fundatur in iis, quæ testis nota habet per sensum corporis, & ab his, quæ vidit, & audiuit, & non po-
test aliundè oriri scientia, † & quòd visus sit sufficiens 2
ratio deponentis super valore tradit Cagnol. *ibi vers. si tamen testes.* Non obstat, quòd testis se referat ad exactores, & neget se fuisse exactorem; quia talis relatio intelligenda est quoad illam punctualem, & totalem scientiam vsque ad obulum, quia illa tantùm haberi potest ab exactoribus, non autem quoad hoc, vt fructus ascenderent ad ducat. 1500. non enim dicit testis, quòd etiam non excederent; poterat enim esse, quòd in multo etiam excederent, sufficit illi dictam quantitatem re-
dituũ includere: † propterea potest, & debet intelligi 3
quoad alia per ipsum non expressa, [a] tùm ex verbis a
ipsius testis (*non mi ricordo d'altro, rimettendomi del tutto alla verità*) vt relatio fiat ad proxima, & immediata, glos. *in l. 1. ff. de leg. præst. l. idem cum eodem §. fin.* vbi glos. & DD. *ff. de iurisd. omn. iud.* tùm quia alioquin testis redderetur sibi contrarius, quòd sciret, & se remitteret, vbi etiam sustineri non posset, quòd iste testis deponeret de scientia, & veritate, adhuc tamen resultat plena iustificatio dictæ clausulæ ex fama cum adminiculis, vt tennit Rota in Clusina pensionis 28. Ianua. 1575. coram
Illustr. Cardin. Blanchetto, † & facit, quia fama iunctis 4

adminiculis plenè probat, præsertim in iis, quæ sunt
difficilis probationis, Cyn. *in l. si quidem. C. sol. matr.* Ale.
b *cons. 4. n. 4. li. 6.* Dec. *cons. 596. post n. 6.* [b] difficultas autem
5 probationis in casu isto surgit non solùm, † quia agi-
tur de probanda quantitate fructuum, & valoris, Bald.
*cons. 325. n. 5. li. 2.* cum aliis allegatis in prima decisione,
c [c] sed quia etiam sunt probandi reditus vsque de anno
6 1577. † facit etiam; quia Rota pluries tenuit sufficere
probationes imperfectas adminiculatas ex coniecturis
d ad probandum valorē in conditione positum, [d] vt fuit
dictum in vna Pampilonen. Beneficij de Larcar coram
bo. mem. Rubeo 18. Martij 1580. Non obstat, quòd te-
e stes nō deponant de fama per verbum *fuit*, & *est*, [e] quia
hoc tollitur ex vltima decisione, & ex traditis per in-
formantes. Minus etiam facit, quòd testes ignorent
7 onera Episcopatus † quia vt dictum fuit in aliis deci-
sionibus, deponunt de tanta quantitate fructuum, quæ
deductis oneribus concludit valorem, quod sufficit, vt
dictum fuit in vna Pisaurien. pensionis de anno 1573.
coram bo. mem. Oriolen. Alia onera vltra expressa in
inuentario, & visitatione adfuisse tempore reseruatio-
nis pensionis visum fuit Dominis non bene iustificari,
vt benè per informantes pro translatariis: Ex quibus
fuit resolutum standum esse in decisis, maximè attenta
verisimilitudine, quæ maxima visa fuit semper Domi-
nis ex solutione tot annorum tot Episcoporum, & ip-
siusmet aduersarij, quæ verisimilitudo, vt dictum est,
suppleret defectum, si quis adesset, probationis.

### *ANNOTATIO.*

8 a Et † quòd testis qui dicit se scire, & postea dixit nescire intelligendus sit. se nescire aliàs, quàm supra dixerit, Felyn. *in c. cùm tu, num. 3. vers. & in proposito. de testib.* Rota *decis. 141. n. 10. par. 2. diuers. & decis. 371. n. 5. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Braccaren. parochialis 16. Nouembr. 1605. coram Card. Sacrato, plenè Farinac. *de testibus quæst. 67. nu. 355.* qui alios cumulat.

b Rota *decis. 496. n. 2. par. 2. in recent.*

c Vide supra, quod dixi *ad decis. 245. sub littera* B.

9 d Ad probandum † valorem beneficij in conditione positum, & qui est probandus per assensum, Rota requirit plenam, & concludentem probationem, Rota, *decis. 380. & dec. 381. n. 2. & 3. par. 1. diu. & deci. 444. n. 1. par. 2. in recent.*

10 e Et quòd testes deponentes † de fama debeant deponere per verbum (*est*, & *fuit*) Seraph. *decis. 469. n. 2.* Rota *deci. 325. n. 5. par. 2. in recent.* Gonzal. *super reg. 8. in annot. contra nullit. n. 93.* & ratio est, quia testis debet percutere tempus ante motam litem, Veral. *decis. 9. & decis. 413. par. 2.* si tamen ex tota facti serie, & ex circunstantiis, de quibus deponunt, colligi posset, quòd testes voluerint deponere de tempore etiam ante motam litem, tunc probarent etiam si non deponerent per verbum (*fuit*) sed per verbum (*est*) benè Gonzal. *in d. tit. de nullit. & attent. n. 94. & seq.* vbi reddit rationem, quia dicta testium sunt coadiuuanda, non calumnianda.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana incendij.

*Luna 27. Nouembris 1606.*

### ARGVMENTVM.

Incendium probari debet, quòd sine culpa contigerit, cùm non soleat sine culpa euenire.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excipiens probare debet omnes qualitates necessarias ad effectum, vt exceptio concludat intentionem suam.*

2 *Excipiens de resignatione debet docere de resignatione publicata.*

3 *Incendium est de his, quæ sine culpa euenire non solent, & nu. 11.*

4 *Casus fortuitus probari debet, qui excludat culpam, quando sumus in iis, quæ citra culpam accidere non solent.*

5 *Incendium præsumitur euenisse culpa leuissima, de qua non tenetur conductor, & vide sub nu. 11.*

6 *Præsumptiones Rota non admittit, quando quis tenetur probare, de quo etiam sub nu. 12.*

7 *Nec quando agens plenè probauit suam intentionem.*

8 *Actus præsumitur factus ab eo, cuius interesse concernit, & nu. 3.*

9 *Diligentiæ solitæ probari debent, quòd fuerint factæ ad effectum, vt sit locus executioni.*

10 *Diligentiæ præsumptio non suffragatur, quando diligentia est fundamentum intentionis.*
*Diligentia regulariter præsumitur, & n. 14.*

## DECISIO CCLXXVIII.

ROta censuit Hospitali incumbere onus probandi
incendium granarij accidisse sine culpa suorum
ministrorum; fundamentum fuit, quia Princeps agit
ad restitutionem Casalis vnà cum omnibus membris, &
pertinentiis meliorati potiùs, quàm deteriorati iuxta
promissionem sibi in contractu locationis factam so-
lemni stipulatione, & obligatione Camerali vallatam.
Et propterea Hospitale, quod ad excusandum se à re-
stitutione granarij dicti Casalis excipit de incendio,
debet probare, quòd nulla sua præcedente culpa conti-
gerit, † quia excipiens habet probare omnes qualitates 1
necessarias ad effectum, vt exceptio concludat inten-
tionem suam, Franc. *in cap. 1. in 1. not. de præscript. in 6.*
Aym. *cons. 226. n. 8.* fuit dictum in vna Cæsaraugustana
Parochialis 14. Nouembr. 1583. coram bo. me. Oriolen.
† sic dicimus excipientem de resignatione, debere do- 2
cere de resignatione valida, & publicata, vt tenuit Ro-
ta in illa Cæsaraugustana, & in aliis multis relatis in il-
la Hispalen. & Corduben. præstimoniorum 14. Iunij
1600. coram R. P. D. meo Lancellotto. Tanto magis,
quia † incendium est de iis, quæ sine culpa euenire non 3
solent, Bar. *in l. si quis ex argentariis. §. an verò num. 4. ff. de*
*eden.* Franc. Marc. *decis. 61. n. 1. vers. seqq. par. 1.* [a] in iis au- a
tem, quæ † citra culpam accidere non consueuerunt, 4
debet non solùm probari casus, sed etiam tale quid,
quod culpam excludat, Bald. *in l. si creditor sub n. 3. vers.*
*si autem probatur modus*, & ibi etiam Salyc. *in fi. C. de pig.*
*act.* Aret. *in §. si. sub num. 3. Instit. quibus mod. re contr. oblig.*
Corn. *cons. 318. n. 6. ad fin. lib. 4.* Non obstat cons. Bal. 441.
*lib. 1.* & alij in contrarium allegati; quia procedunt,
quando locator directè, & principaliter agit ad emen-
dationem damni, quod ex incendio prouenit, actione,
vel ex locato, vel ex lege Aquilia, quia tunc fundat se in
culpa conductoris: vnde nil mirum, si illam probare ha-
bet tamquàm fundamentum suæ intentionis. † Eodem 5
modo respondetur, dum dicitur incendium præsumi
euenisse culpa leuissima, de qua non tenetur condu-
ctor, *l. sicut certè. §. nunc videndum ff. locat.* & culpa, quæ
consistit in omittendo, non autem in committendo, ita-
vt etiam cesset lex Aquilia, *l. si cuius. §. denique. ff. de vsufr.*
quia istud procedit ad excludendum intentionē agen-
tis ad damnum; nam si intendit aliud genus culpæ in-
teruenisse grauatur onere probandi: Non autem iuuat
intentionem rei volentis se excusare à restitutione pro-
missa; quia possibile est & facilè maiorem culpam in-
teruenisse: vnde hoc casu non sufficit illi talis præsum-
ptio, † cùm præsertim Rota non admittat huiusmodi 6
præsumptiones, quando quis tenetur probare, Achill.
*decis. 1. de probat.* [b] nec † quando agens plenè fundauit b
suam intentionem, Ægid. *decis. 618. n. 2. ad fin.* Quæ tan- 7
tò magis habent locum in casu; de quo agitur; quia
liquidò

liquidò constat incendium prouenisse ab immissione
ignis in stipulas, qui præsumitur immissus à Ministris
8 Hospitalis, † cuius interesse respiciebat combustio sti-
e pularum,[c] *l.2.§.siquis ita in suo*, & ibi not. Alber. *ff. ne quid in loc. public.* in qua combustione solent, vt dicunt testes, fieri quædam præparamenta, nc ignis iouadat
9 ædificia, † & propterea pro excusatione est proban-
dum, quòd fuerunt factæ diligentiæ solitæ, Fran. Marc.
10 *d.decis.61.nu.3.& 4.par.1.& 521.sub nu.2.par.2.* † Et li-
d cèt aliàs quis præsumatur diligens, [d] non procedit, quando est fundamentum suæ intentionis vt per Grat. *cons.46.nu.21.lib.2.*

## *ANNOTATIO.*

11 a Quòd incendium † præsumatur culpa inhabitantium latissimè Farinae. qui plures cumulat *quæst.110.n.41. & seq.* Gail. *lib.2.obseru.21.nu.3.* & latè etiam Felician. *de censib. cap.21.à n.49.vsque ad 56.* an verò præsumatur ortum culpa leuissima, vel alia culpa maiori, latè idem Farinace. *quæst.110.n.90.* & an ista culpa præsumatur in omittendo, an verò in committendo, plenè idem Farinac. *dicta quæst. 110. num.22.*

12 b Rota † *decis.102.n.6.par.1.diuers.* Seraph. *decis.1171.n.2.* fuit dictum in Comen. decimarum 8. Iulij 1611. coram Card. Saetato, vbi dicitur Rotam sequi hanc opinionem, Gonzal. *super reg.8.glo.43.sub num.95.vers.maximè*: Verùm hæc opinio Rotæ, quòd scilicet non sufficiat probare præsumptiuè, quando quid est fundamentum intentionis, non videtur locum habere in præsumptione iuris, vt latè defendit Garz. *de benef.par.5.cap.1.n.535.* quia præsumptio iuris dicitur vera, & liquidissima probatio, Rota *decis.4. n.21.par.2.diuers.* Menoch. *cons.5.n.10.* Mantic. *decis.21.n.10.* vbi dicit censeri manifestum illud, quod apparet ex præsumptione iuris, & benè Rot. *decis.756. sub num.4.par.2.in recent.* vbi propterea fuit dictum, quod clausola (*constito*) quæ aliàs requirit plenam probationem, sufficienter iustificabatur ex iuris præsumptione: & ideò crederem, quòd opinio Rotæ, de qua supra, sit intelligenda de præsumptione non iuris, sed hominis.

13 c Et quòd † actus præsumatur factus ab eo, cuius interesse concernit, Seraph. *decis.1078.n.2.* Rota *decis.396.nu.2.par.1. diu.* benè Rota *decis.529. per totam par.1. in recent.* & hoc procedit etiam in materia pœnali, Rota *d.decis.529. nu.4.* quæ loquitur in materia recursus ad iudices sæculares; & hinc etiam dixit Rota in Hispalen. Primitiarum, seu Attentatorum 24. Ianuarij 1614. coram R. P. D. Pamphilio, quòd ablatio processus facta à Iudice præsumebatur de ordine, & instante eo, cuius interesse dicta ablatio concernebat.

14 d Negligentia † regulariter non præsumitur, sed diligentia, Seraph. *decis.455.n.3.* Rota *decis.259.nu.3.par.2.diuers.* Bec. *cons.37.n.19.* & tantò magis in concernentibus proprium interesse, Rota *decis.131.n.6. par.2. diuers.* Vetall. *decis.110. n.3.par.3.* Menoch. *de præsumpt.li.6.præsumpt.77.n.3.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitatis Castelli hæreditatis.

*Veneris 1. Decembris 1606.*

## ARGVMENTVM.

Ciuilitas, & domicilium in loco ex quibus acquiratur, & quænam sint indicia indicatiua domicilij. Dominus loci non ligatur Statutis loci.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ciuis, non autem forensis quis præsumitur.*
2 *Excipiens in sua exceptione est actor, & debet probare concludenter suam exceptionem.*
3 *Probationem præsumptiuam Rota non solet admittere ad probandum illud, quod est fundamentum intentionis.*

*Decisiones Papales.*

4 *Ciuilitatis præsumptio est satis vaga, & fallax.*
5 *Ciuis quis non censetur ex sola possessione maioris partis bonorum in loco.*
6 *Sed vlterius requiritur animus perpetuò habitandi.*
7 *Vicarius perpetuus censetur vtilis Dominus.*
8 *Dominus loci non potest dici ciuis loci.*
9 *Dominus loci non comprehenditur sub Statutis loquentibus de exclusione fœminarum.*
*Eius tamen filiæ comprehenduntur, quia illæ sunt subditæ, & nu.21.*
*Dominus loci in fauorabilibus potest vti Statutis loci, & nu.22.*
10 *Forensis non ligatur Statutis loci, & n.23.*
*Prout nec etiam gaudet beneficio Statutorum loci, & nu.25.*
11 *Domicilium incolatus, vt contrahatur requiritur animus perpetuò habitandi in loco.*
12 *Et iste animus debet esse firmus, & non vagus, & nu.26.*
13 *Ciuem esse aliud est, & aliud haberi pro Ciue.*
14 *Veritas est præferenda reputationi.*
15 *Forenses de generali consuetudine patiuntur collectas.*
16 *Onera realia, quæ debentur ratione rei non minus soluuntur à ciuibus, quàm à forensibus.*
17 *Iurisdictioni loci quis subiicitur ratione rerum, quas in illo territorio possidet.*
18 *Filius non censetur habere domicilium diuersum à domicilio paterno.*
19 *Filius sequitur originem patris, & dicitur pars quædam Patris.*
20 *Habilitas, & inhabilitas consideratur de tempore mortis illius, de cuius successione agitur.*
21 *Ciuilitas superueniens post delatam alteri successionem non iuuat.*
24 *Ecclesia in fauorabilibus potest vti Statutis laicorum.*

## DECISIO CCLXXIX.

COnclusum fuit per Dominos non constare de aliqua ciuilitate, aut domicilio in Terra Cisternæ, ob quam D. Constantia excludatur à successione paterna in bonis sitis in Territorio Cisternæ vigore Statutorum d. loci. Nec placuit, quòd Domina Constan-
tia sit actrix, † & debeat probare D. Lucium esse foren- 1
sem; cùm præsumatur Ciuis, Bart. *in l.1.nu.21.ff.ad municip.* quia ad hoc, vt præsumptio intret, plura requiruntur, de quibus per Menoch. qui alios refert *præsumpt. 30.n.6.l.6.* & quòd sit actrix, procederet, si D. Constantia fundaret se in ista qualitate, quòd sit forensis; quia tunc illam probare deberet, vt per Menoch. *ibi sub n.8.* sed ipsa fundat suam intentionem de iure communi *in l.maximum vitium. C.de lib. præter.* & D. Lucius, qui excipit de Statuto, debet probare concludenter illam
exceptionem; & † sic quod comprehendatur sub Sta- 2
tuto, quia in hac exceptione est actor, *l.1.* vbi Bart. per illum textum *ff. de except.* Corn. *consil.223. col.3. lib.2.*
Paris. *cons.45.in princ.li.1.* † & Rota non solet admittere 3
probationes præsumptiuas, Achil. *decis.1. de probat.* [a] † a
præsertim cùm ista præsumptio ciuilitatis sit satis vaga, 4
& fallax, vt per Alciat. *reg.2.præsumpt.15.n.2.* Non etiam placuit, quòd Vitellij possint dici ciues Cisternæ ex eo, quòd ibi haberent maiorem partem bonorum, quia hoc
in facto non verificatur, † nec videtur verum in iure, 5
quòd sola possessio maioris partis bonorum faciat ciuem: nā quod non sufficiat, sentit Host. *in c.dilectus. il secondo, n.6.& 7.* & ibi etiam Ant. de Butr. *n.15.de rescript.* Soc. *in c.si.sub num.26.vers.ego multùm dubito, vt lit. pend.* Reboff. *de domic.elect.in præfat.sub nu.*18. Gabr. *cons.189. n.20.& seq.li.2.* quod etiam probat text. *in l.ciues.* iuncta
glos. *C.de incol.li.10.* † vbi requiritur vltra maiorē par- 6
tem bonorum animus perpetuò habitandi; nec probat contrarium *l.2. C. vbi senat. vel clariss.* quia imò facit

pro ista opinione, ibi ( *aut maiorem partem bonorum possident, & assiduè versantur* ) cùm illa duo copulatiuè requirat. Nec etiam probatur aliqua ciuilitas ex persona Alexandri, nec probari potest; quia ipse erat Vicarius perpetuus pro Sede Apostolica deputatus Terræ Ci-
7 sternæ: † & propterea vtilis Dominus,[b] Card. *in clem. 1.*
b *nu. 3. ad fin. & n. 9.* vbi etiam Imol. *nu. 8. de off. Vic.* Felin.
8 *in c. G. perpetuus sub n. 3. vers. in glos. 1. de fid. instr.* † Dominus autem non potest dici ciuis, Ant. de Butr. *in c. ex parte num. 4. vers. nota, quòd de cler. agr.* Gram. *decis. 103.*
9 *num. 111.* † & minùs comprehenditur sub Statutis de exclusione fœminarum loquentibus, *l. penult. ff. de arbit.* Card. *cons. 2. ad fin.* Brun. *in tract. quòd stantibus masculis, &c. artic. 6. nu. 67.* cum aliis per Menoch. *cons. 250. n. 54.* fuit dictum in illa Balneoregien. bonorum 11. Februarij
c 1594. coram Illustrissimo Card. Pamphilio: [c] & propterea non applicantur, quæ dicuntur de simplici Gubernatore, quia quicquid de ipso sit, clarum est Dominum nec ciuem esse, nec comprehendi sub Statutis, & distinctio, quæ fit ex aduerso inter Statuta edita ante, vel post dominium non subsistit, & Bald. *in c. 1. de nat. feud.* eam non probat, & loquitur in aliis terminis. Non
10 obstant, quæ deducuntur ex persona Alphonsi, † quem aliàs vti forensem non ligari Statutis Cisternæ resoluit Rota 21. Octobris 1580. coram Brauo in vna Romana
d supplementi legitimæ; [d] testes enim in hoc iudicio examinati per Dominum Lucium non solùm non probant ciuilitatem d. Alphonsi, sed potius illam excludunt, omnes enim ( omisso primo iuxta 17. interrog. ) deponunt, quòd aliquando morabatur in Ciuitate Castelli, aliquando in Terra Cisternæ ad libitum, & prout sibi videbatur, & sic clarè demonstrant, quòd non habebat animum perpetuò manendi; & non recedendi à
11 Terra Cisternæ, † prout requiritur ad contrahendum domicilium, & incolatum, *l. Ciues. C. de incol. lib. 10.* vbi
12 Bald. notat, † quòd in incolatu debet esse animus firmus, & non vagus, glos. *in l. 1. in verb. incolam. C. de municip. & origin. eod. lib. & in l. scire. in glos. vltima ff. ad municip.* Alciat. *in l. pupillus § incola in princ. ff. de verb. sign.*
e [e] Primus testis, vltra quòd conuincitur ab aliis testibus, & detegitur mendax in pluribus, in omnem euentum remanet vnicus. Non obstat, quòd aliqui testes dicant
13 illum fuisse reputatum ciuem; † quia aliud est esse ciuem, aliud haberi pro ciue, *l. messis appellatione*, vbi glos. & DD. *ff. de verb. signif.* præsertim quia ex depositionibus eorumdem apparet, quòd verè non erat ciuis; &
14 propterea † veritas est præferenda tali reputationi, *l. 3. § si Titij, & ibi notat* Bal. *ff. de neg. gest.* Non obstat, quòd Alphonsus soluerit datia; quia istud probat solus primus testis; vltra quòd nec etiam talis solutio concludit
15 ciuilitatem, † cum etiam forensis possessor saltem de generali consuetudine patiatur collectam, Ias. *in l. placet, nu. 4.* vbi etiam Parpal. qui de communi *nu. 56. C. de*
16 *Sacr. Eccles.* Natt. *cons. 389. sub num. 6.* † Solutio onerum, quæ debentur ratione rei, non minùs spectat ad forenses quàm ad ciues, cùm res in alieno Territorio possessa dicatur subdita Paul. de Castr. *in l. inter debitorem*
17 *nu. 4. post med. ff. de pact.* Natt. *d. cons. 389. nu. 6.* † & quis subiicitur iurisdictioni loci ratione rerum in Territorio existentium, *l. pupillo ff. de tut. & cur. dat. ab his l. 2. C. vbi in rem act.* cum aliis per Natt. *ibi nu. 1.* Super incolatu D. Lucij, & D. Constantiæ non est laborãdum; nam de tempore vitæ Alphonsi, cùm ipse Alphonsus non
18 esset ciuis, nec incola, non potest prætendi, † quòd filij contraxerint, & habuerint aliud domicilium diuersum
19 à paterno, Bald. *cons. 261. in princ. lib. 1.* † filius enim sequitur originem paternam, & dicitur pars quædam patris, idem Bald. *cons. 334. post nu. 1. vers. sequitur originem lib. 4.* Declaratio D. Lucij, & alij actus facti post mortem Alphonsi quando etiam fecissent illum ciuem, non
20 essent habendi in consideratione; † quia habilitas, & inhabilitas consideratur de tempore mortis illius, de cuius successione agitur, *l. si Titius ff. de test. milit.* † & in 21
terminis forensis, qui vult vti beneficio Statuti, & haberi pro ciue tradit Soc. iun *cons. 19. nu. 1. lib. 3.* & quòd ciuilitas post delatam alteri successionem non iuuet, probatur in fortioribus terminis, ex traditis per Anchar. *cons. 169. num. 2.* & Dec. *cons. 662. nu. 12. ad fin. & num. seq.*

## *ANNOTATIO.*

a Vide annotationem ad decisionem antecedentem sub littera B.

b Et quòd huiusmodi Vicarij perpetui in omnibus fungantur vice Principis, Rota *decis. 230. n. 2. par. 2. in recent.*

c Licèt † Dominus loci non comprehendatur sub Statutis 22
exclusiuis fœminarum; tamen eius filiæ, & nepotes comprehenduntur, quia illæ non sunt dominæ, sed subditæ, prout latè fuit dictum in Balneoregien. bonorum 18. Maij 1588. coram Litta, vbi reprobatur Menoch. *cons. 250.* qui contrarium tenet. Item sciendum est, quod licèt Statu-
tum † loci non afficiat dominos loci, id intelligitur in 23
partibus præiudicialibus, sed si dominus loci in partibus fauorabilibus vellet vti dicto Statuto, potest, Surd. *cons.*
*261. n. 58.* ad instar quod dicitur de Ecclesia, † quæ licèt 24
non ligetur Statutis Laicorum, potest tamen in partibus fauorabilibus eis vti, Surd. *cons. 560. num. 13.* Hond. *cons. 78. nu. 110. & seq. lib. 2.* & fuit dictum in Mediolanen. hæreditatis 15. Martij 1595. coram Card. Millino, & in Papien. bonorum 17. Febr. 1578. coram Card. Lancellotto seniore.

d Rot. † *decis. 673. n. 1. & 2. par. 2. diuers.* sicut nec è contra fo- 25
rensis gaudet Statutis loci, Rot. *decis. 295. nu. 3. par. 1. diuers.* Hond. *cons. 5. n. 16. li. 1.* Surd. *cons. 204. nu. 3.* & in specie quòd Statutum exclusiuum fœminarum, non comprehendat forenses, fuit dictum in Camerien. hæreditatis 29. Febru. 1588. coram Card. Pamphilio, & in Balneoregien. bonorum 7. Iunij 1591. coram eodem, & in Perusina bonorum 16. Martij 1591. coram bo. mem. Pensa. Et huiusmodi Statuta requirunt vtramque subiectionem, tàm ratione bonorum, quàm ratione personarum; vt fuit dictum in Callien. hæreditatis 10. Iunij 1616. coram R. P. D. Buratto, & in Recanaten. successionis 26. Iunij 1617. coram eodem Gratian. post alios *discept. cap. 431. n. 16.* quod procedit, siue Statutum loquatur in rem, siue in personam; prout hæc distinctio fuit latè reprobata in d. Callien. coram R. P. D. Buratto, & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. Decembris 1617. coram R. P. D. Pamphilio; prout etiam eam reprobat Gratianus *dicto cap. 431. n. 17.* & communiter est reprobata; prout de communi testatur Tiraquell. *de primogenit. quæst. 46. n. 2.* & de hac materia pleniùs dixi supra *ad decisionem 255.*

e Et est † adeò necessarius ille animus permanendi in lo- 26
co, vt etiam si per centum annos quis habitaret, si tamen haberet animum recedendi, non contraheret domicilium Roland. *cons. 79. nu. 51. lib. 3.* in dubio tamen talis animus continuò habitandi præsumitur ex habitatione decennali, Roland. *d. cons. 79. nu. 51. & 52. lib. 3.* Surd. *cons. 371. nu. 47.* & tenuit Rota in Romana societatis coram Cominulo impress. penes Marches. *de commiss. tom. 2. fol. 227.* vbi dicitur hoc procedere etiam absque alia declaratione.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana dotis, seu testamenti.

*Lunæ* 10. *Decembris* 1606.

## ARGVMENTVM.

Agitur de pluribus nullitatibus ex defectu iurisdictionis, & ex defectu mandati procuræ, & ex defectu non seruationis terminorum substantialium. Iudex potest pronunciare super exceptione.

SVM

*SVMMARIVM.*

1 *Commissio super causis vertentibus non comprehendit causas, quæ nondum erant in iudicio deducta.*
2 *Hoc non procedit respectu causarum per viam exceptionis in iudicio deductarum, ad quas commissio se extendit, etiam si fuerint post commissionem in iudicio deducta.*
3 *Procurator habens mandatum commune cum alio sine clausula* ( in solidum) *non potest solus comparere, & n. 9. Vbi dicitur hoc procedere non obstante clausula* (cum libera.)
4 *Clausula*(absentes,)*&c.& clausula*(promittens,)*&c. opposita in mandato procura iuxta formularium Curia extenduntur, vt comprehendant clausulam*(in solidum)*& n. 10.*
5 *Obseruantia subsecuta interpretatur mandatum.*
6 *Citans vnum ex pluribus procuratoribus censetur illum approbare pro procuratore insolidum, de quo latè vide sub num. 11.*
7 *Termini substantiales vt sanentur, sufficit, quòd interuenerint tot audientia, vt potuerint seruari.*
8 *Iudex potest pronunciare super exceptione opposita.*

## DECISIO CCLXXX.

DOmini non dubitarunt de iustitia sententiæ R.P.
D.Alæ: difficultas fuit circa nullitates, quibus tamen non obstantibus dixerunt sententiam validam, &
confirmandã: defectus enim iurisdictionis, qui deducebatur ex eo, quia non appareat de deputatione, tollitur
ex facto, quia constat de deputatione facta sub die 23.
1 Decembris 1597. † & licèt obiiceretur fuisse deputatũ
in causis vertentibus, & sic in illis, quæ erant introductæ, & ob id non comprehendi controuersiam super
obseruantia testamenti; de qua hodie agitur, quæ tunc
non erat in iudicium deducta, Alex. *consil. 124. num. 6.*
2 *lib. 2.* † fuit responsum hic fuisse per viam exceptionis
deductum, quod potuit fieri post deputationem quandocunque ante sententiam, *l. cùm nondum finitam*, vbi
Bald. & Salyc. *C. de except.* Ad aliam nullitatem continentem defectum mandati procuratoris D. Citarellæ,
3 † qui cùm haberet mandatum commune cum alio sine
clausula (*insolidum*) non poterat solus comparere, *l. si
quis cum procuratorio. §. penult. ff. de procur. c. si duo. eod. tit.
a in 6.* ᵃ dictum fuit mandatum fuisse datum in personam
4 Petri, & Terentij fratrum, † cùm clausula ( *absentes* ) quæ iuxta formularium Curiæ extenditur ad absentes tamquàm præsentes, & quemlibet eorum insolidum, item cum clausula (*promittens*, &c. ) quæ iuxta
idem formularium extenditur, promittens haberi ratum, & gratum quicquid ab eis, seu altero eorum, quæ
declarat mentem constituentis fuisse, vt essent procu-
b ratores in solidum, ᵇ Put. *decis. 98. lib. 3.* & ita interpre-
5 tata est obseruantia subsecuta † non solùm ex parte
Petri, qui solus semper comparuit, & per consequens
ita intellexit mandatum, Ceph. *consil. 220. n. 36.* Roland.
6 *cons. 93. in fin. lib.* 4. † sed etiam ex parte aduersariorum,
qui illum solum pluries citando tàm in prima, quàm in
secunda instantia illum habuerunt, declararunt, & approbarunt pro procuratore insolidum, ad gloss. & DD.
*in l. Pomponius. §. rati ff. de procur. & in cap. cùm in iure de
c officio deleg.* Natt. *cons. 262. n. 7.* ᶜ cessat etiam altera nullitas ex breuitate temporis, iuxta quod dicebatur non
7 potuisse seruari terminos substantiales, † quia sufficit,
quòd interuenerint tot audientiæ, vt potuerint seruari:
nam posteà licet inculcatè & nulliter seruati per reiterationem sanantur iuxta facultatem, quam habet Aud.
Cam. vt fuit dictum in vna Auximana dotis 5. Maij
1581. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino: prætetea à die, quo exceptum fuit de obseruantia testamenti, vsque ad diem sententiæ decurrerunt plures menses; super qua exceptione potuit iudex pronunciare:
† licet enim magna sit difficultas, an, & quando iudex 8
debeat pronunciare super exceptione opposita, de qua latè per Asyn. *in praxi §. 18. cap. 2.* tamen sine difficultate, & indistinctè iudex potest, si vult pronunciare, &
tenet sententia, vt per Asyn. *ad fin. d. c.* sed sumus extra difficultatem; quia 16. Ianuarij 1598. per viam actionis fuerunt DD. Montotij citati ad recipiendum Palatium, compensandum, soluendum, & liberandum respectiuè iuxta formam testamenti, quæ petitio, & instantia est per decem menses ante sententiam, & tempus istud non fuit coangustatum per monitorium secutum, saltem ad effectum sustinendi sententiam. Alia benè tolluntur per informantes pro D. Citarella.

*ANNOTATIO.*

a Latè Mantic. † *de tacit. lib. 7. tit. 16. n. 1.* & etiam si plures 9
procuratores essent constituti cum clausula ( *cum libera* )
non tamen intelligerentur constituti insolidum, Paris. *de resignat. lib. 9. quæst. 3. n. 24.* latè Mantic. *dicto lib. 7. tit. 17. sub n. 8. & 9.* vbi reprobat Baldum contrarium tenentem.
b Clausula ( *promittens † habere ratum quicquid ab eis, vel al-* 10
*tero ipsorum erit gestum* ) importat mandatum in solidum,
Paris. *d. lib. 9. q. 3. num. 22. & 23.* Marta *in suo clausular. par. 1. clausula* 127. vbi refert decisiones Rotæ.
c Approbans † in iudicio personam alicuius, vti procura- 11
toris, puta si faciat illum citare vti talem non potest amplius opponere de defectu mandati, Surd. *decis. 104. n. 12.* Rot. *decis. 169. n. 3. par. 2. in recent.* fuit dictum in Pampilonen. de Stella 15. Martij 1602. coram R. P. D. Coccino Decano, & in Bononien fideicommissi de Mauris 24. Nouembris 1596. coram Cardinali Lancellotto, & in Toletana, decimarum de Capella 6. Aprilis 1615. coram bo. mem. Andrea: & propterea non est amplius necesse producere mandatum postquam quis tamquàm procurator fuit citatus, quia ex hac citatione adeò censetur approbata persona procuratoris, vt amplius reprobari non possit, vt fuit dictum in Vrbinaten. pensionis 18. Iunij 1619. coram R. P. D. Buratto, ideò cautela est, quæ passim seruatur à cautis procuratoribus, quòd in citatione non citetur quis simpliciter, vti procurator, sed cum clausula asserius, seu prætensus, Neuisan. *cons. 17. n. 8.* Hæc tamen omnia notabiliter limita non procedere, quando in actis appareret de minùs sufficienti mandato, tunc enim non obstante prætensa approbatione posset opponi de defectu mandati, ita fuit dictum in Verulana supplementi legitimæ 18. Martij 1588. coram Card. Blanchetto. Item non procedit, quando approbatio esset facta à procuratore, quia procurator non potest approbare personam non legitimam in præiudicium domini, vt fuit dictum in dicta Verulana coram Cardinali Blanchetto per *decis.* Bisignetti *6. de procurat.* Vlteriùs de directo contra istam decisionem, dum firmat per citationem vnius ex pluribus procuratoribus censeri approbatam illius personam pro procuratore insolidum, est dicta decisio Verulana coram Blanchetto, quæ mouetur ea ratione, quia censetur quis citatus talis qualis est, & vt citanti minus præiudicatum censeatur per *consil.* Decij 268. sed hanc nostram decisionem quoad hoc caput in specie secuta fuit Rota in Toletana decimarum de Capilla 6. Aprilis 1615. coram bo. me. Andrea.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fructuum censuum.

*Lunæ 11. Decembris 1606.*

## ARGVMENTVM.

Spoliatus non tenetur respondere spoliatori in alio iudicio, quando spolium habet mixtam

vim, si verò spolium sit commissum super eadem re, tunc spoliatus nullo modo tenetur respondere spoliatori, etiam si nulla vis in spolio interuenerit.

### SVMMARIVM.

1 *Spoliatus non tenetur respondere super alio iudicio spoliatori.*
2 *Hoc procedit, quando fuit vis illata, vel compulsiua, vel ablatiua.*
3 *Vis non censetur illata, quando possessio fuit capta de mandato iudicis.*
4 *Regula, de qua supra, quòd spoliatori non obstet in alio iudicio exceptio spolij, nisi quando interuenit vis illatiua, vel compulsiua, solùm procedit quando agitur de re diuersa, secus autem si agatur de eadem, in qua fuit commissum spolium.*
5 *Census est quid diuersum à re super qua est impositus.*
6 *Ideò imponens censum non censetur rem, super qua censum imponit, alienare.*

### DECISIO CCLXXXI.

PRæsidenti, & Oblatis Turris speculorum agentibus contra Paulum Pinum pro fructibus censuum non obstare exceptionem Spolij domorum oppositam,
1 tenuerunt Domini dicentes, regulam, † quod spoliatus non teneatur spolianti super alio iudicio respondere,
2 † procedere contra illum tantùm, qui priùs fuerat conuentus interdicto vnde vi, vel vi bonorum raptorum ex vi compulsiua, vel ablatiua. Ioan. Andr. *in c. frequens num. 5. vers. non tamen contra eum.* Anch *num. 2. vers. quod talis exceptio non competit.* Gem. *num. 11. vers. sed quid, si reus.* Franc. *num. 4. vers. quia exceptio spoliationis non competit de restit. spol. in 6.* Abb. *in c. 2. num. 12. vers. & credo oppositum tenendum de ord. cogn* Afflict. *decis. 19. numer. 7. vers. quòd exceptio.* Auffre. *in addit. ad decis. 493.* Capell. Tholos. Sarn. *decis. 44.* fuit dictum in vna Cornetana Spolij 28 Martij 1582. & in vna Bononien. de Maluetiis 2. Aprilis eiusdem anni coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. Hic autem nulla potest dici illata vis,
3 † cùm possessio esset capta de mandato iudicis, *l. creditores, ff. ad l. Iul. de vi priu.* & dixit Rota in illa Corneta-
4 na. † Et licèt ex aduerso dicatur prædicta procedere, quando agitur de re diuersa ab ea, in qua fuit commissum spolium, & vis, vt etiam innuit dicta decisio Cornetana, attamen hoc facit pro Præsidente, quia spolium fuit de domibus, & hodie agitur super censibus, qui
5 licet sint impositi super domibus, † negari tamen non potest, quin sint quid verè, & realiter distinctum ab
a ipsis dom bus, a & propterea dominus, & possessor fundi non est, nec esse potest possessor, aut dominus census.

### ANNOTATIO.

6 a Rota † *decis. 1. numero 2.* inter impress. penes Cinc. *de censibus*; & ideò imponens censum non censetur vendere rem ipsam censuatam, Rota *dicta decis. 1. numero 2. & decis. 81. num. 8.* inter impress. penes Cincium *de censibus*, vbi propterea infertur, quòd Statutum loquens de venditione rerum immobilium, non habet locum in impositione census, & fuit etiam dictum in Tusculana Siluarum 15. Martij 1619. coram R. P. D. Caualerio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Boianen. Pensionis.

*Lunæ 11. Decembris 1606.*

### ARGVMENTVM.

Procurator specialis admittitur ad iurandum de calumnia etiam in casu, in quo principalismet iurare deberet, & maximè si principalis est impeditus, & an, & quando procurator dicatur habere mandatum speciale.

### SVMMARIVM.

1 *Procurator specialis ad iurandum de calumnia admittitur ad iurandum, & censetur ipsemet principalis iurare per organum procuratoris.*
*Imò etiam de consuetudine generaliter admittitur procurator habens generale mandatum ad lites: & Statutum Vrbis contrarium disponens vti ordinatorium non seruatur extra Curiam Capitolij & n. 8.*
2 *Decretum iudicis intelligi debet secundùm censuram legis, qua non debet esse durior.*
3 *Ad iurandum de calumnia per procuratorem faciliùs quis admittitur, quando est impeditus.*
4 *Ad iurandum de calumnia censetur quis habere mandatum, si habet mandatum ad iurandum in eadem causa.*
5 *Notarij attestationi statur circa illud, quòd fuerint specificata materia.*
6 *Intimationis defectus suppletur ex citatione.*
7 *Processisse præsumitur illud, quod pro validitate actus præcedere debet, & n. 11. vbi vide illationem.*
9 *Mandatum specialissimum requiritur ad ponendum, & ad respondendum positionibus.*
10 *Positionibus non sufficienter respondetur, si dicatur:* (Non credit, prout ponitur, ad effectum ad quem ponitur.)

### DECISIO CCLXXXII.

DOmini perstiterunt in decisis non obstantibus pluribus nullitatibus ex aduerso deductis, quibus impugnabantur dicta testium remissorialium, nam quoad defectum iurisdictionis, qui deducebatur ex eo, quòd executor datus sub conditione, quòd principalismet iuraret de calumnia, & medio eius iuramento specificaret materias, non adimpleta dicta conditione processerit, dictum fuit conditionem quoad vtrumque caput fuisse seruatam: nam quoad iuramentum calumniæ fuit dictum decretum esse intelligendum secundùm dispositionẽ iuris cõmunis, † secũdùm quã iudex, 1
qui admisit procuratorem specialem ad iurandum, non facit iniuriam parti, a *c. fin. de iur. calum. in 6.* vbi enim a
talis procurator iurauit, censetur ipse principalis iurasse per organum procuratoris, Mil. *in ver. procuratore habente mandatum speciale ad iurandum de calumnia*, & censetur principalis ipse iurasse, ita vt non possit dominus tãquàm iustior vocari, Abb. *in c. pertractandis sub n. 2. de iur. calum.* cum aliis allegatis in decisione, † & 2
propterea iudicis decretum debet interpretari secundùm censuram legis, qua non debet esse durior, Bald. *cons. 298. sub n 3. vers. præterea sicut nos non debemus lib. 2.* Aym. *cons. 115. n. 1.* † & hoc eo faciliùs admittendum, 3
quia Marius de dicto tempore erat infirmus in partibus longinquis, Franc. *in c. 1. sub n. 2. vers. excusant de iud. lib. 6.* † Procurator autem satis habebat speciale 4
mandatum, ex quo illud habebat ad iurandum in dicta causa, vt post Ioan. Andr. dicit Franc. *in d. c. fin. n. 2. circa med.*

*med.de iur.calum.in 6.* & quæ ex aduerso dicuntur, pro-
b cedunt in mandato ad respondendum positionibus. [b]
Quoad specificationem materiarum medio iuramen-
5 to, † fuit dictum illud probari interuenisse per attesta-
tionem Notarij dicentis fuisse iuratum iuxta formam
literarum, in quibus mandabatur, quòd iuraretur de
calumnia super materiis, siue articulis in remissoria in-
clusis, ad decis. Put. 75 *lib.* 1. cum aliis adductis per in-
6 formantes. † Defectus intimationis iuramenti tollitur
ex citatione ad videndum iurare: iudex enim intima-
tionem requisiuit non alia de causa, nisi vt iuramen-
tum parti innotesceret; id autem per citationem pin-
guius adimplebatur, & per eam pleniùs parti consu-
lebatur, citatio ad videndum iurare testes per affixio-
nem, sustinetur secundùm formam commissionis; licèt
enim eadem die comparuerit procurator, tamen pars
7 præsumitur in citando præuenisse † ex regula, quòd
semper illud precessisse præsumitur, quod pro validita-
c te actus præcedere debuit, [c] *l. cùm in testamento. §. hæc
verba*; vbi Bald. Ang. & Imol. *not. ff. de hæred. instit.* Al-
ciat. *reg. 3. præsumpt.* 42. Cassad. *decis. 2. de præben.* Cresc.
*decis. 4. & 6. de præsumpt.* Quæ opponuntur ex diuersi-
tate iudiciorum petitorij, & possessorij satis fuerunt
sublata ex decisione Illustrissimi Cardinalis Millini; &
videtur cessare difficultas ex lectura monitorij, quià
non est restrictum ad iudicium possessorium: Alia be-
nè tolluntur per informantes.

## *ANNOTATIO.*

8 a Ex consuetudine generali admittitur, † ad iurandum de calumnia etiam procurator habens mandatum generale ad lites, Rota *decis. 101. n. 3. 4. & 5.* vbi testatur de generali consuetudine, inter impress. penes Zacch. *de obligat. Cameral.* quidquid sit de iuris rigore: & fuit etiam dictum in Romana domorum 22. Martij 1604. coram R.P. D. Pamphilio, & in Romana Pecuniaria de Columna 21. Aprilis 1617. coram R.P.D. Dunozetto latè Marescot. *variar. lib. 1. cap. 47. n. 8. & 9.* hoc procedit etiam in Vrbe, extra tamen forum Capitolinum, non obstante Statuto Vrbis *66. lib. 1.* disponente, quòd principales personæ, si præsentes sint per se ipsos iuramentum calumniæ præstare debeant, quia istud Statutum vti ordinatorium non habet locum extra Curiam Capitolinam, vt fuit dictum in d. Romana domus.

9 b Ad respondendum † positionibus requiritur specialissimum mandatum, ad respondendum sic, & sic, Menoch. *cons. 84. n. 64.* Hond. *cons. 66. n. 72. lib. 1.* Rota *decis. 779. sub num. 3. vers. & per easdem rationes par. 2. in recent.* & fuit dictum in Romana de Gradis 10. Aprilis 1606. coram R. P. D. Marquemontio, & ratio est, quia positiones sunt inuentæ, vt ponens releuetur per confessionem partis contrariæ ab onere probandi *cap. 1.* vbi glos. *in præambulo vers. & pro intellectu de confess. in 6.* qui effectus non habetur, nisi procurator habeat mandatum ad sic respondendum; nam semper posset principalis reuocare confessiones sui procuratoris, vt benè considerat Rota *in d. decis. 779. num. 2.* Ita etiam ad ponendum requiritur specialissimum mandatum ad sic, & sic ponendum, glos. *in cap. in positionibus in verbo (expressè) de iureiur. lib. 6.* Franc. Marc. *decis. 441. n. 2. par. 2.* Neuiz. *cons. 7. n. 12.* Rota *d. decis. 779. per totam par. 2. in recentioribus.*

10 In qua etiam † materia responsionis ad positiones nolo omittere, quòd responsio solita fieri (*non credit, prout ponitur nec effectum ad quem ponitur*) non est sufficiens, nisi addatur copula (*&*) vel (*neque*) & ita respondeatur, *non credit, prout ponitur, & ad effectum, seu neque ad effectum, ad quem ponitur*, & ratio est, quia hoc secundo casu sunt duæ orationes separatæ, & prima oratio continet responsionem certam, & præcisam, non sic in primo casu, ita Rota *decis. 846. vers. ad tertiam par. 4. in recent. diuers.* impress. Lugduni sub nomine Farinae. vbi dicitur fuisse in pluribus causis resolutum.

11 c Et quòd † ex duobus actibus eodem tempore factis præsumatur præcessisse ille, qui præcedere debet pro validitate, Crescen. *decis. vltima de præsump.* Seraphin. *decis. 1215.* Rota *decis. 750. n. 12. par. 1. diuers.* Mascard. post alios *de probat. concl. 244. n. 4.* quod procedit etiam, si ordo scripturæ aliud suaderet, Alciat. *de præsump. reg. 3. præsumpt. 34. num. 2.* Mant. *decis. 352. n. 11.* hinc est, quod si eadem die appareat lata sententia, & iudex inhibitus, præsumitur sententiam præcessisse inhibitionem, Seraph. *decis. 1215.* Et generaliter, quòd actus gestus eadem die executæ inhibitionis, præsumatur, quòd fuerit gestus ante executionem inhibitionis, Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 20. declarat. 2.* Mandos. *de inhibit. quæst. 81.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. Sepulturæ.

*Veneris* 15. *Decembris* 1606.

## ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione sepulturæ non est danda, vbi non constat de aliqua sepultura. Traditio possessionis in vim alicuius tituli recipit conditiones omnes illius tituli, & ideò non verificatis illius conditionibus non censetur translata possessio.

## *SVMMARIVM.*

1 *Mandatum de manutenendo in possessione sepulturæ non potest dari, vbi nullum adest signum aliquod sepulturæ.*
2 *Patientia alterius non requiritur in acquirenda possessione stante titulo illius qui gerit actus possessorios, & num. 6.*
3 *Possessio in vim Breuis censetur tradita iuxta conditiones contentas in dicto Breui.*
4 *Et ideò si illæ conditiones non verificentur, non censetur translata aliqua possessio.*
5 *Manutentio pendente validitate tituli non est danda, nisi primo discusso titulo, & latè de hac materia, quando manutentio, & attentata pendent à cognitione negotij principalis, & sub n. 6.*
7 *Possessio transfertur etiam si sit capta ex causa falsa.* [b]
8 *Attentata, quorum reuocatio pendet à cognitione negotij principalis ante omnia non reuocantur.*
*Decretum irritans non operatur, nisi postquàm est cognitum intrare dispositionem, cui est annexum, & n. 9.*

## DECISIO CCLXXXIII.

FVit conclusum Michaëli non † esse dandum man- 1
datum de manutenendo; quia in Cappella nulla
adest sepultura, imò nec signum aliquod, imò nec ali-
qua humatio cadaueris, propter quam possit prætende-
re possessionem: & propterea, quod non est, possideri
non potest. Nec facit prætensa acquisitio possessionis
ex actu sedendi, & præcedendi, quia iste actus fuit vs-
que ab initio traditionis sibi controuersus tùm à Recto-
re Ecclesiæ, tùm à Iuratis negantibus in dicta Cappella
adfuisse aliquam sepulturam. Nec refert, quòd stante
Breui Apostolico contradictio non releuat, † cum non 2
requiratur aliqua patientia ipsorum stante titulo, Paul.
de Castr. *in l. seruitutes (In grande) n. 9. ad fin. ff. de seruit.* [a] a
quia traditio † censetur facta iuxta formam ipsius Bre- 3
uis, quòd erat conditionale propter clausulam (*sine cuiusquam præiudicio*) [b] *l. testamento Centurio. §. 1. ff. de ma- b
numiss. testa.* Put. *decis. 32. lib. 2.* Tholo. *decis. 1013. inter di-
uers. par. 3* † & propterea si deficiat, aut non verificetur 4
dicta conditio, non est translata aliqua possessio, [c] nec c
est locus manutentionis, *l. qui absentis. §. 1. ff. de acquir.
poss.*

*poss.cap.olim*.vbi gloss.& DD.*de rest.spol*.Rot. *decis*.19.*n*.2.*de rest.spol.in antiq*.Put.& Tholom. *vbi supra*, hic autem si non constat, quòd priùs adesset sepultura,& pretensum ius sepeliendi, constat de euidenti præiudicio Rectoris,& Iuratorum,& sic deficit conditio, aut saltem pendet à validitate,seu subreptione Breuis, de qua
5 est videndum,† & propterea non est danda aliqua ma-
d nutentio, nisi postquàm apparuerit de validitate, [d] vt fuit dictum in vna Sytacusana Abbatissatus 1. Decembris 1597.& in vna Lucen.iurisdictionis 4.Maij 1598. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino.

### *ANNOTATIO.*

6 a Cæpol.† *de seruit.vrbanar.prædiar.cap*.20.*n*.20. Conat.*cap.possessor.§.initium, sub n*.8.*vers.secundò textus*.Rota *decis*.53.*sub n*.3 *par*.1.*in recent*.vbi aliæ decisiones cumulantur.

b De hac clausola (*sine præiudicio iurium alterius*) dixi latè *infra ad decis*.332.

7 c Possessione tradita cum † clausula (*sine præiudicio*) an censeatur possessio translata,dixi *infra ad decis*.332.Quando verò possessio est translata purè,& simpliciter,sed tamen ex causa falsa,ista falsitas causæ non vitiat possessionem,Surd.qui alios refert *consil*.93.*n*.10.*in fine,&* 11. Gratian.*disceptat.forens.cap*.213.*n*.9.*&* 10.*in fine*.Rota *decis*.275.*sub n*.5.*par*.1.*in recentior*. & fuit dictum in Romana Tutelæ 18.Maij 1609.coram R.P.D.Manzanedo,& in Vratislauien prædiorum 4.Februarij 1614.coram R.P. D.Pirouano, in quibus decisionibus Rota dixit possessionem etiam captam ex falsa causa esse manutenibilem,vt facit etiam, quando ex contractu, & actu etiam nullo transfertur possessio,dummodo non adsit defectus consensus, de quo dixi *supra ad decis*.149.

8 d Quando manutentio† pendet à negocio principali,priùs discuti debet negocium principale, quàm concedatur manutentio, Lancell. *de attent.par*. 3. *cap*.24. *quæst*.19.*n*.4. Seraphin. *decis*.1278.*n*.1. Rota *decis*.423.*n*.7.*par*.2.*in recent*. & fuit dictum in Romana de Bombellis 31.Maij 1613.coram Cardinali Sacrato, & priùs in Constantien. iurisdictionis 16.Nouembris 1607.coram R. P. D. Ortembergo. Et ideò si petatur manutentio ratione assistentiæ iuris communis, eo quia locus controuersus sit intra fines diœcesis,seu Parochiæ, interim donec cognoscatur, an locus sit, vel non sit intra fines, non potest concedi manutentio, Seraphin. *d. decis*. 1278.*n*.4. & fuit dictum in d. Constantien. in simili etiam videmus, quòd si opponatur possessionem non esse manutenibilem, eo quia sit infecta propter decretum irritans, priùs cognosci debet, an sit locus dispositioni, quæ habet decretum irritans quod in effectu est cognoscere negotium principale, antequàm ex isto capite possit concedi, vel denegari manutentio, latè Garz.*de benef.par*.5.*cap*.1.*n*.430.*& seq*. vbi plures decisiones Rotæ refert,Scraph. *dec*.1471.*n*.5. Rota *decis*.516.*n*.4.*par*.1.*in recent.& decis*.423.*n*.5.*par*.2.*in recent*.Ob eamdem etiam rationem in materia attentatorum non est procedendum ante omnia ad illorum reuocationem; quando cognitio illorum pendet à negotio principali, sed est expectandus finis articuli principalis, Lancellot. *de attent.dicta par*.3.*quæst*.19.*per totum*.Rota *decis*.574.*lib*.3.*par*. 3. *diuers*. & fuit dictum in Cæsaraugustana dismembrationis coram Cardinali Sacrato impressa penes Marches. *de commiss.tom*.3.*fol*.178.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsaraugustana præeminentiarum.

*Luna* 18. *Decembris* 1606.

### ARGVMENTVM.

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis præcedere debet Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Capitulum Cathedralis præcedit Capitulum Collegiatæ.*
2 *Episcopus est caput sui Capituli.*
3 *Membra non debent separari à capite.*
4 *Membra debent præcedere eos omnes,quos eorum caput præcedit.*

### DECISIO CCLXXXIV.

IN contumaciam Capituli Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Pilar non informantis fuit sine aliqua difficultate resolutum Capitula Ecclesiarum Cathedralium Regni Aragonum habere de iure communi fundatam intentionem in eo, quod prætendunt in Comitiis generalibus,& in aliis Congregationibus habere sedem immediatam post Capitulum Ecclesiæ Cæsaraugustanæ,quę Metropolis est illius Regni,ac præcedere dictum Capitulum del Pilar.† Eo enim ipso,quòd prædictæ Eccle- 1
siæ in Statu sunt Cathedralium, proculdubio præcedere habent præfatum Capitulum,quod in Statu Collegiatæ reperitur, [a] Gem.*in c.quamuis.§.quamquam n*.3. a
*de præbendis.in* 6.Boer.*d.Anth.mag.consil.num*. 78. sicut enim † Episcopus,qui est caput sui Capituli,*c. nouit de* 2
*his,quæ fiunt à Prælat.sine consens.capit*. præcedit dictam Collegiatam; † ita etiam Canonici, qui sunt membra, 3
illam præcedere habent ex regulis in materia præcedentiæ constitutis,quòd membra non separentur à capite, [b] *c*.1.12.*dist*.Pelyn.*in cap.pastoralis sub n*. 10. *de off*. b
*deleg*. † & præcedunt omnes, quos antecedit eorum 4
Caput.Felyn.*in c.cùm non liceat sub num*.2.*vers.gusta benè de præscript*.Boer.*vbi supra n*.79.& fuit latè deductum in vna Pampilonen. Decimarum die 10. Maij 1577. coram bo.mem.Cardinali Lancellotto.

### *ANNOTATIO.*

a Et fuit dictum in Calaguritana pręeminentiarum 26.Nouembris 1601.coram R. P. D.Litta,imò etiam in propria Ecclesia Collegiata Capitulum Cathedralis præfertur d. Capitulo Collegiatæ,Gonzal.Mendez de Vasconcel.*lib*.1.*diuers.iuris argument.cap*.1.Gratian.*discept.cap*.111.*n*.11.

b *Can*.1.*dist*.12. Gratian. *d cap*.11.*n*.3. vbi propterea per totum pluribus probat Vicarium Episcopi non posse præcedere Capitulum,ne membra disiungantur à Capite.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Montis Falisci fideicommissi.

*Luna* 18. *Decembris* 1606.

### ARGVMENTVM.

Mobilia,quæ seruando seruari possunt, cadunt sub generali fideicommisso, & de eis grauatus tenetur reddere rationem fideicommissario,secus verò de mobilibus, quæ vsu consumuntur, quæ lapsu longi temporis præsumuntur non ampliùs extare.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mobilia, quæ seruando seruari possunt, veniunt sub generali fideicommisso, & num*. 4. *vbi vide ampliationem, & declarationem.*
2 *Liquidatio dictorum mobilium tàm quoad substantiam, quàm quoad valorem, est facienda à fideicommissario.*
3 *Mobilia, quæ seruando seruari non possunt, præsumuntur consumpta, & heres grauatus non tenetur ad illorum restitutionem, nec sunt imputanda in detractionibus.*

DECI

ISIO CCLXXXV.

per quibus bonis sint faciendæ detra- ... omini animaduertentes hoc pendere ... uantitate bonorum alienatorum, nihil ... erint, solùm dixerunt in hoc haben- ... em bonorum mobilium, quæ seruando ... † quia non est dubium, quòd ea ve- ... rali fideicommisso, Soc. iun. *cons.*130.*n.* ... *lib.*1. Illustriss. Card. Mantica *de conie-* ... *.*2.*tit.*6.*n.*1.[a] & de eis tenetur graua- ... ionem fideicommissario, latè Aym. *cons.* ... Dixerunt tamen † valorem huiusmodi ... iquidandum à Bisentiis fideicommissa- ... unt in fortioribus terminis tradita per ... Alex. quem allegat, vbi dicit, fidei- ... debere probare hæc, & illa mobilia fuis- ... & peruenisse ad manus grauati: si enim ... st probanda, fortiùs valor. Quoad bona ... consumuntur, illa non fuerunt habita ... e; † quia, cùm tanto tempore consum- ... ur, grauatus ad illarum restitutionem ... Paris. *cons.*55.*in fin. lib.*2. Rim. iun. *consil.* ... *seq.* & propterea illi imputanda non

*ANNOTATIO.*

...in. † *de fideicommiss. art.*5.*n.*43.*in fin.* Menoch. *de præ-* ... *lib.*4.*præsumpt.*197.*n.*2. fuit dictum in Foroliuien. Fi- ... missi 13. Nouembris 1595. coram R.P.D. Litta, & ... io procedit etiam respectu mobilium, quæ ser- ... seruari non possunt, Peregrin. *de fideicommiss. artic.* ... *& seq.* Benè verum est, quòd si hæres grauatus su- ... isset per tantum tempus, quo verisimiliter mobilia ... unt esse consumpta, non tenetur ad illorum resti- ... em, Peregr. *de fideicom. art.*10.*n.*40. & fuit dictum in ... llien. Prædij 18. Martij 1616. coram R. P. D. An- ... & coram eodem in Romana Vineæ 29. Februarij ... firmatur in hac decisione in fine. ... in annotatione immediatè antecedenti.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Romana de Celsis.

*Veneris* 19. *Ianuarij* 1607.

ARGVMENTVM.

...tio an, & quando restringatur ad ter- ...s litis præcedentis, an verò omnia com- ...endit, etiam non deducta in lite.

*SVMMARIVM.*

*...sactio quantumuis generalis restringitur ad termi- ... litis præcedentis, nec extenditur ad causas, super ... non erat contentio.*

*...imè quando generalitas verborum est posita in exe- ...tiuis.*

*...consetur facta cum iisdem qualitatibus.*

*...ibitus mouere controuersiam, potest mouere contro- ...siam ex ipso contractu nascentem.*

*...sactionis natura est recessus à lite.*

*... intelligitur tàm de præsenti, quàm de futura.*

*...sactio non restringitur ad terminos litis præcedentis, ... verba sunt adeò ampla, & generalia, quòd sal- ... ratione recti sermonis dictam restrictionem non pa- ...antur.*

*...sactionis natura est includere pactum de non peten- ... & non molestando.*

*...tio (videlicet) est declaratiua, & restrictiua præce- ...entium.*

10 *Relatio non fit contra intentionem disponentium.*

11 *Recessus à lite est fauorabilis, maximè inter personas coniunctas.*

DECISIO CCLXXXVI.

PRætendebat Dominus Marius posse agere contra Dominam Isabellam pro augmento fideicommissi, nec sibi obstare transactionem cum ipsa initam duabus potissimum rationibus. Primò, quia super huiusmodi augmento de tempore transactionis non pendebat aliqua lis, † & transactio quantumuis generalis re- 1
stringitur ad terminos litis præcedentis, nec extenditur ad eas causas, de quibus non erat cõtentio, [a] *l. emptor.* §. a
*Lucius ff. de pact.* iunctis ibi not. per Paul. de Castr. *n.* 2. *& per eundem in l. Aquilia n.* 1. *ff. de transact.* Bald. *in Lege cum Geminiano in fin. C. de transact.* Bero. *cons.*159.*n.*41.*lib.*
2. † præsertim quia generalitas verborum est posita in 2
verbis executiuis. Secundò, quia acceptatio assignationis bonorum pro fideicommisso non fuit facta simpliciter, sed relatiuè ad sententiam latam à Senatore Vrbis, & iuxta formam ipsius *non aliàs, aliter, nec alio modo,*
† & propterea censetur facta cum illa reseruatione au- 3
gendi fideicommissum, quæ in transactione legitur, §. *asse toto, ff. de hered. instit.* vnde tantum abest, quòd ipsa transactio obstet, vt imò ex ipsamet transactione agi posset ad prædictum augmentum, Bald *cons.*397.*n.*2 *lib.*
4 † cùm prohibitus mouere controuersiam posset mo- 4
uere controuersiam ex ipso contractu nascentem, [b] *l.* b
*venditores ff. de verb. oblig. cum aliis alleg.* Quibus non obstantibus fuit resolutum transactionem obstare D. Mario tàm ex verisimili mente contrahentium, quàm ex verbis transactionis: Mens enim colligitur, quia, vt præ-
fantur, voluot lites euitare, & † est de natura transa- 5
ctionis, quæ nihil est aliud, quàm recessus à lite, *l.* 1. *ff. de transact. l.* 11. *& l. si pro fundo. C. eod* Corn. *cons.* 167. *post n.*
15 *lib.*2. & totaliter Rolan. *cons.*28.*n.*16.*lib.* 4. † & tàm 6
à lite futura, quàm à præsenti, *l. fratris, & l. causas, & lites. C. de transact.* Corn. *ibi post n.*33. & non est verisimile, quòd voluerint à iudicio recedere animo iterum, & statim redeundi, & quòd dimiserint, & receperint respectiuè bona pro fideicommisso, & legitima animo iterum dimittendi, aut repetendi; verba etiam sunt clara, quia sicut D. Isabella amplissimis, & prægnantissimis verbis promittit non molestare DD. Io. & Marium super bonis pro fideicommisso assignatis; sic è conuerso ipsi promittunt eam non molestare super bonis pro legitima declaratis, & constitutis. Augmentum autem fideicommissi, & bonorum fideicommisso subiectorum non potest accidere sine diminutione legitimæ, & repetitione bonorum pro ea assignatorum. Non obstat, quòd primo loco dicebatur transactionem restringendam ad illud, quod erat in lite, quia negari non potest, quin lis super augmento, & diminutione fideicommissi, & legitimæ penderet, cùm Senator in sententia sibi cognitionem, & facultatem iudicandi super eis reseruasset, imò super hoc tantùm erat lis tempore transactionis, quia alia erant per dictam sententiam terminata, & terminationi vtraque pars acquieuerat, & informantes pro D. Mario fatentur, quòd semper post sententiam actum est super deductionibus, quæ concernebant augmentum, & diminutionem fideicommissi: Vlteriùs quando lis etiam non fuisset super dicto augmento, re-
gula, † quòd transactio restringatur ad terminos litis 7
præcedentis, non procedit, quãdo verba sunt adeò ampla, & generalia, quòd salua ratione recti sermonis dictam restrictionem non patiantur, Cyn. *in l. si ex remots. C. de except.* Bar. *in l. si de certa n.*5. *C. de transact. & in l. emptor.* §. *Lucius num.*3. *ff. de pact.* cum multis cumulatis per Surd. *cons.*267.*n.*12. *cum duobus seqq.* per Hond. *cons.*49. *num.* 24. *lib.*2. Non est verum, quòd promissio de non

mole

molestando sit posita in clausulis executiuis, sed stat
æquè principaliter, dicitur enim in transactione (*pro-
miserant insuper causa, & occasione.*) Et hoc est de natura
8 transactionis, † quæ includit pactum de non petendo,
& non molestando, Bald. *in l. cum proponas n. 5. C. de pact.*
Non obstat prætensa relatio ad sententiam, in qua iu-
dex reseruat sibi facultatem augendi, & diminuendi.
Nam verba illa (*non aliàs, aliter, nec alio modo*) non sunt
relatiua ad sententiam, nec qualificant acceptationem
fideicommissi, sed ipsam obligationem, quòd volunt
esse obligati tanquàm fideicommissarij, & non aliàs, ali-
ter, nec alio modo; alia verba (*prout, & iuxta*) stant qui-
dem relatiuè, & demonstratiuè secundùm naturam eo-
rum ad ipsam sententiam, sed non referũt, vel demon-
strant reseruationem iudicis, quæ litem, & controuer-
siam respicit, sed bona assignata, & specificata, prout de-
9 notat illa dictio († *videbitur*) quæ cùm sit declaratiua, &
restrictiua præcedentium, Soc. iun. *cons. 108. n. 17. lib. 2.*
Paris. *cons. 85. n. 47. lib. 2.* ostendit circa eas fuisse tantùm
factam relationem. Accedit, quod supra ostensum fuit,
mentem fuisse partium in totum recedere à litibus,
non autem eas suscitare, prout contingeret si pateret
10 aditus tali augmento, & diminutioni, † relatio autem
non fit contra intentionem disponentium, Oldrad. *cons.*
152. *col. 2.* Abb. *cons. 75. in fin. lib. 2.* Puteut. *cons. 599. n. 5.*
Aym. *cons. 20. n. 9.* Et ista resolutio Dominis eò magis
11 placuit, † quia fauorabilis est, cùm imponat finem liti-
bus, *c. finem litibus de dol. & contu. l. fratres, & l. si pro fun-
do. C. de transact. l. proponendum. C. de iud.* & continet libe-
rationem reciprocam inter personas coniunctas, vt la-
tè, & benè deducit Honded. *cons. 49. n. 18. & seqq. lib. 1.*
Quæ dicuntur de læsione erunt particulari dubio exa-
minanda.

### *ANNOTATIO.*

a Circa hanc materiam vide annotationem *supra ad decisio-
nem 158.*

b Sicut in simili prohibita quacunque exceptione non cen-
setur prohibita exceptio prouenienis ex ipso contractu,
& instrumento vigore cuius agitur, Roman. *cons. 244. n. 5.*
& ibi Mandos. Decian. *cons. 1. n. 68. lib. 3.* Cassad. *decis. 10. de
rescript.* Surd. *cons. 186. n. 22. & seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgen. Canonicatus.

*Veneris* 19. *Ianuarij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Diligentiæ censentur sufficienter factæ, quan-
do nullus remansit locus non perquisitus, &
officialis in relatione non tenetur iurare, &
plura circa facultates legatorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Diligentiæ ad probandam negatiuam dicuntur sufficien-
ter factæ quando nullus remanet locus non perqui-
situs.*

2 *Relatio officialis quoad diligentias, & perquisitiones fa-
ctas, dato, quod sine iuramento non suffragetur, tamen
sufficiet iuramentum præstitum in ipsa adeptione offi-
cij de illo fideliter exercendo.*

3 *Decisio Caputaquen. 265. par. 1. requirens iuramentum
officialis in relatione circa diligentias factas, non ser-
uatur, & vide n. 10.*

4 *Diligentia in libris censentur sufficienter facta per ru-
bricellas, & repertoria.*

5 *Legatus non potest dispensare cum illegitimo, vt habilis
sit ad obtinendum curatas.*

6 *Item nec ad Canonicatus Cathedralis.*

7 *Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, & curata beneficia in
materia dispensationis pari passu procedunt.*

8 *Facultas illa, quæ non legitur data in facultatibus Le-
gati, censetur denegata.*

9 *Legatus destinatus in vna Prouincia non potest dispen-
sare personam exteram alterius Prouinciæ ad obtinen-
da beneficia in Prouincia sibi non decreta.*
*Quid possit Legatus extra Prouinciam, & erga perso-
nas non subditas suæ Prouinciæ, & n. 11.*

10 *Diligentiæ vt suffragentur qualiter, fieri debeant.*

### DECISIO CCLXXXVII.

Licet pluries Michaël defecisset in diligentiis, vt
fuit in aliis positionibus resolutum, tandem visum
fuit Dominis illum omnes defectus suppleuisse, † quia 1
iam nullus remanet locus non perquisitus, in quo as-
seruentur gratiæ Apostolicæ, & propterea fuit conclu-
sum, diligentias illi suffragari. † Non obstat, quòd offi- 2
ciales relationem fecerint sine iuramento, contra *decis.*
Caput 265. *par. 1.* quia sufficit illud, quod præstiterunt
in susceptione officij de illo fideliter exercendo, Bald.
*in l. hac edictali §. hic illud num. 3. in fin. vers. potest etiam
dici. C. de secund. nupt.* Felyn. *in cap. proposuisti n. 9. in fin.
vers. fallit quinto de probat.* † & super tali iuramento 3
Rota non fecit vim in pluribus decisionibus citatis per
informantes, ita vt non videatur obseruari decis. Ca-
put. [a] quod præsertim in hoc casu admittendum, vbi a
officiales medio eorum iuramento recognouerunt ma-
num suam; ex quo resultat etiam quędam implicita ap-
probatio contentorum in scriptura. Non obstat, † quòd 4
in aliquibus registris sint factæ diligentiæ per rubricel-
las, & repertoria, quia sic fieri solent perquisitiones.
Rubricellæ enim, & repertoria sunt notæ eorum, quæ
in supplicationibus, & Bullis continentur; Et dixerunt X
Domini sufficere diligentias in Curia vbi regulariter
conceduntur huiusmodi dispensationes, nisi doceatur,
à quo aliundè potuerit haberi dispensatio. Nam quoad
Nuncios clarum est eorum authoritatem ad hoc non
extendi. Quoad Legatos essent inspiciendæ ipsorum
facultates, quia de iure hoc illis non videtur compete-
re, [b] † cùm enim non possint dispensare cum illegiti- b
mo, vt habilis sit ad obtinendum curatas, Spec. *de di- 5
spens. §. nunc de Episcopo n. 33* Rebuff. *in prax. in tit. de di-
spens. super defect. natal. n. 45.* † Ita nec etiam ad Canoni- 6
catus Cathedralis, qui in materia dispensationis † pari 7
passu ambulant cum Curatis, Rot. *decis. 2. de fil. presbyt.
in nou.* & facit dec. Caput. 270. *par. 1.* † & in facultatibus 8
bo. mem. Cardinalis Alexandrini non legitur talis fa-
cultas, & propterea censetur denegata, vt fuit dictum
in Leodien. hæreditatis 15. Octobris 1571. & in Areti-
na Cummendæ 13. Maij 1587. coram Illustriss. Cardin.
Seraphino, & quod d. Cardinali, qui tempore Legatio-
nis erat Nepos Papæ, non fuit concessum, non est cre-
dendum, quòd alius in dictis partibus habuerit in fa-
cultate. Non obstant facultates bo. me. Cardinalis Ma-
drutij, quia fuit missus in partes Germaniæ, † & pro- 9
pterea non est tutum dicere, quòd vigore illarum fa-
cultatum potuerit dispensare Hispanum illegitimum
ad obtinenda beneficia in partibus Hispaniarum, prout
voluit Dec. *cons. 207.* quem ibi reprobant addentes, &
contrarium consuluit Cassan. *cons. 31.* iuxta cuius consi-
lium fuit pronunciatum contra Dec. vt testatur idem
Cassan. *super consuet. Burgun. rub. 9. §. 16. n. 13. vers. ego ta-
men.* Præterea longè distat à verisimili, Franciscum ex
Hispanis profectũ fuisse in Germaniam pro obtinen-
da simili dispensatione, quam pleniùs, & securiùs obti-
nere potuisset in Curia, minus etiam credendum, quòd
ipse

ipsa notitiam habuerit facultatũ dicto Cardinali concessarum. Coadiuuantur diligentiæ factæ à Michaële, quia si emanasset talis dispensatio, reperta fuisset vnà cum aliis inter scripturas Francisci; fuissent enim cum aliis custoditæ, & tantò magis, quia fuisset plenior, & sufficiens.

*ANNOTATIO.*

10 a Diligentiæ, † quæ fiunt in Coria, vt sint validæ, deputantur duo Officiales, qui referre debent medio iuramento, & pars citatur ad videndum fieri relationem diligentiarum, & aliter factæ diligentiæ non suffragantur, Rota decis. 313. num. 4. par. 2. in recent. vbi canonizatur decis. Caputaq. 265. par. 1.

11 b Circa † potestatem Legati extra Prouinciã tractat Gambar. in tract. de auct. Legat. de latere, lib. 1. c. penul. & sub nu. 4. distinguit sequendo d. consil. Dec. 207. quod quoad concernentia personam potest habilitare etiam non subditum, qui sit alienigenus à sua Prouincia, ad quam est destinatus, & ideo latè resoluit etiam Rota in Vercellen. Archipresbyteratus 21. April. 1608. coram R. P. D. Coccino Decano, quod poterat Legatus creare Protonotarium non subditum in sua Prouincia etiam absentem, ea potissimum ratione, quia istud concernit iurisdictionem voluntariam, quæ territorio non terminatur, & potest exerceri inter non subditos, l. 2. ff. de offic. Proconsul. l. extra territorium ff. de iurisd. omn. iudic. & in terminis Legati de latere, est glos. in cap. excommunicati in verbo commissa in fine de offic. Leg. Hinc etiam videmus quod Legatus potest conferre beneficia suæ Prouinciæ etiam non subdito, & etiam absenti extra Prouinciam, ex quo collatio est voluntariæ iurisdictionis, Oldrad. consil. 73. in princ. vers. sicut dicimus Cald. cons. 3. nu. 3. qui fil. sint legit. & dixit Rota in d. Vercellen. Archipresbyteratus coram R.P.D. Coccino Decano, & latiùs etiam dixit Rota inf. coram eodem Sanctiss. decis. 353. n. 5. & 6.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Narnien. Canonicatus.

*Veneris 26. Ianuarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Impetrans ob non publicationem tenetur hanc negatiuam concludenter probare, & non probatur per eos modos, de quibus sub n. 3.*

2 *Confessio resignatarij circa publicationem non factam non probat non publicationem, quia potuit publicatio esse facta à resignante, quia Bulla de publicando admittit ad publicandum tàm resignantem, quàm resignatarium.*

### DECISIO CCLXXXVIII.

GRatiam Melliuitani non esse iustificatam concluserunt Domini informantibus tantùm eius aduersariis, † cùm enim impetrauerit beneficia ob non publicationem, debet eam concludenter probare tamquam fundamentum suæ gratiæ, licèt consistat in negatiua, vt fuit dictum in vna Salamantina Pensionis 25. Iunij 1581. coram Bubalo in vna Aretina Parochialis 25. Iunij 1593. coram Orano in Palen. & Oxomen. præstimoniarum 11. Martij 1594. coram R.P.D. meo Decano, 
2 a & tamen Melliuitanus eam non probat, quia confessiones prætensæ Iacobi, & alia, quæ adducuntur ad ostendendum ipsum non publicasse, quando id proba-
3 rent, † non tamen cócludunt non publicationem, quia potuit eam facere Attilicinius qui cum ipso beneficia, de quibus agitur, permutauit, vt fuit dictum in vna Cæsarauguſt. Canonicatus, & præbendæ 30. Maij 1579. coram fœl. rec. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditore, quia *Decisiones Papales.* Bulla admittit ad publicandum tàm resignantem quam resignatarium. b

*ANNOTATIO.*

a Vide annotationem *supra ad decis. 210.*

3 Non † probatur negatiua non publicationis ex collatione facta resignatario post tempus ad publicandum, quia potuit esse obtenta alia collatio, & prouisio, quæ in tempore fuerit publicata, cùm in beneficialibus detur multiplicatio titulorum, ita fuit dictum in Iacen. beneficij 21. Maij 1599. coram Orano, sicut nec etiam probatur publicatio nulla, seu inualida ex eo, quòd fuerit facta extra tempus, tùm quia potest esse quod fuerit obtenta prorogatio, tùm quia potuit alia esse facta in tempore; cùm sit actus reiterabilis, vt dixit Rota coram Sanctiss. *supra decis. 210.* & vide ibi, quod dixi.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Ianuen. Iurisdictionis.

*Mercurij 24. Ianuarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Priuilegium obtentum à Papa schismatico an, & quando præbeat iustum titulum præscribendi, & plura in materia tituli putatiui habilis ad præscriptionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Ioannes XXIII. an fuerit verus Papa, vel Schismaticus.*
2 *Priuilegium obtentum à Papa schismatico est nullum.*
3 *Priuilegium quando est concessum ab vno Pontifice, dum alius prætendit esse verus Pontifex, dicitur interim habere statum implicitum validitatis, & illius validitas pendet à futuro euentu.*
4 *Priuilegium, quod habet implicitum statum validitatis, præstat titulum validum ad præscribendum.*
5 *Schisma, dum est in Ecclesia Dei propter controuersiam Pontificatus, cadit probabilis error facti penes illos, qui vni adherent, antequàm sit detectum quis sit verus Pontifex.*
6 *Titulus errore facti suffultus dat causam legitimam præscribendi.*
7 *Titulus minus iustus sufficit ad præscribendam libertatem, & exemptionem à iurisdictione Ordinarij.*
8 *Titulus putatiuus, & inualidus iusto errore causatus sufficit ad præscriptionem.*
*Titulus qualis sufficiat in hac materia præscriptionis latè nu. 15.*
9 *Error iuris non præbet iustam causam præscribendi.*
10 *Error mixtus facti, & iuris præbet iustam causam præscribendi.*
11 *Præscriptio non requirit titulum verum, sed sufficit titulus putatiuus, & sub n. 15.*
12 *Titulus etiam redactus ad non titulum in materia præscriptionis suffragatur.*
13 *Titulus in præscriptione non requiritur pro bono iure præscribentis, sed solùm ad effectum eliciendi bonã fidem.*
14 *Titulus habitus à non habente facultatem sufficit ad præscribendum, quando impetrans credidit concedentem habere facultatem, & sub n. 15.*
*Titulus iniustus, in quo non cadit probabilis ignorantia non suffragatur.*

### DECISIO CCLXXXIX.

ORta controuersia inter Illust. Archiepisc. Ianuen. & Abbatem Eccl. S. Martini dictæ Ciuitatis, quæ est de iurepatronatus familiæ Dominorum de Auria super libertate, & omnimoda exemptione à iurisdictione ordinaria, quam prætendit dictus Abbas, & exhibito pro parte eiusdem Priuilegio Io. XXIII. pro titulo præscriptionis dictæ exemptionis Illustriss. Cardinales

 Sera

Seraphinus,& Pamphilius, quibus ex speciali rescripto
Sanctissimi fuit causa commissa dubitantes,an Priuile-
gium prædictum Abbati sufficeret ad effectum præ-
scribendi me proponente Rotam consuluerunt.In cu-
ius dubij propositione duæ inciderunt principales in-
spectiones ex duabus oppositionibus,quibus impugna-
batur Priuilegium,altera super nullitate,& inualidita-
te Priuilegij, super reuocatione altera. Nullitas dedu-
1 cebatur ex persona concedentis,quia dicebatur † Ioan.
2 non fuisse verum Papam,sed schismaticum,† & clarum
est Priuilegium à Papa schismatico obtentum esse nul-
lius roboris,*c. factus in fin.7. q.1. c.didicimus in princ.34.
quæst.5.* fuit dictum in vna Tullen.Prioratus 20.Martij
1583.coram Illustr.Cardi. Seraphino. Reuocatio verò
sumebatur ex Conc.Constantiensi *sess.43.* in quo Mar-
tinus V. reuocauit omnes exemptiones concessas à
tempore obitus Gregorij XI. Quoad primam inspe-
ctionem licèt informantes multa hinc inde deducant,
& multùm laborent super eo:An Ioannes fuerit verus,
& legitimus Papa,vel potius schismaticus,istam tamen
discussionem dixerũt Domini cum hac diligentia fuis-
se examinandam,si Abbas exemptionem deduceret ex
3 Priuilegio tantùm, & illi soli niteretur, † quia cùm eo
tempore plures se pro Pontificibus gererent,Priuilegij
validitas pendebat à futuro euentu,an ille detegeretur
verus Papa,nec ne, vt de duobus Imperatoribus dicit
Oldrad.*cons.22.*Alber.*in l.benè à Zenone col.2.C.de quadr.
præscrip.* sed quia vtitur priuilegio pro titulo suæ præ-
4 scriptionis,*iux.c.cùm persona de priuileg.in 6.* *sufficit* † ille
implicitus status validitatis, qui est ante detectionem,
vt Priuilegium concessum à Papa etiam schismatico in
loco suæ obedientiæ subiecto præbeat titulum habilem
ad præscribendum, prout post longam disputationem
tenuit Rota 2. Iunij præteriti in Valentina Parochialis
5 de Palma coram R.P.D. meo Coccino, † nam quoad
illos,qui Ioanni adhæserunt, cadit probabilis error fa-
cti,vt dicit Card.*in cap.veniens sub nu.9.de præscript.*titu-
6 lus autem errore † facti suffultus dat causam legitimam
præscribendi, Rota *decis.3. de præscription. in nou.* Ægid.
7 *decis.*205.*nu.*1.Royn.*cons.*217.*nu.*11.*circa med. lib.*1. † &
ad effectum præscribendi libertatem, & exemptionem
à iurisdictione Ordinarij sufficit titulus minus iustus,
Archid. *in d.cap.cùm persona in fin.* & priuilegium inua-
lidum iusto errore accedente,Ioan.Andr.*ibi nu.*4.Ioan.
Menoch.*nu.*12.Anchar.*nu.*5.Gemin. *in d.cap. §.quod si
8 talis n.6.*Franch.*nu.*1.Alexan.*cons.*30. *nu.*13.*lib.*5.† & est
generale in omnibus casibus,in quibus requiritur titu-
lus cum præscriptione,vt sufficiat titulus putatiuus, &
inualidus iusto errore causatus, Caputaquen. *decis.*361.
a *nu.3.& 4.par.2.* [a] Non obstat,quod dicitur hîc versari
9 errorem iuris, † qui non præbet iustam causam præ-
scribendi,quia imò est error facti, vt per Card. *in dict.
10 cap.veniens*, & dixit Rota in d. Valentina, † aut saltem
mixtus,qui non minus sufficit ad præscribendum,Gab.
qui alios allegat *de præscript.conclus.vltim.*& fuit latè de-
b ductum in dicta decisione.[b] Nec etiam facit, quod di-
citur de titulo redacto ad non titulum, ex Sarnen. *in
regul. de trien. quæst.*18. non enim applicantur materiæ
11 præscriptionis, † in qua sicut non requiritur validitas
tituli à principio,sed sufficit titulus putatiuus, qui, sci-
licet,putetur legitimus,Abb.*in cap.si diligenti nu.* 33.*post
12 med. de præscript.* † ita etiam non obest, si reddatur ad
non titulum,modò extet probabilis ignorantia, *ad l.pro
13 leg.ua,& l.fin.ff.pro leg.* † titulus enim non requiritur,vt
cognoscatur de iure præscribentis,sed solùm ad finem
eliciendi bonam fidem,quæ cum præsumatur in mala
propter iuris resistentiam,titulus præbet quoddam ve-
lamen, cuius vmbra nutritur bona fides, vt post Abb.
tradit Felin.*in d.c.si diligenti sub n.12.vers. considera benè.*
14 Non obstat, † quòd titulus habitus à non habente fa-
c cultatem concedendi, non sufficiat, [c] quia hoc non
procedit, quando petens iusta credulitate ductus cre-
didit illum habere facultatem concedendi, vt vidêmus
in emente ab eo,quem credidit dominum,*l.claudius in
fin.*vbi glos.*ff.de contr.empt.* Abb. *in d.c.si diligenti nu.*33.
*in fin.*latè Menoch.alios referens *cons.90.nu.61. in fin.&
seqq.*& abundè fuit dictum in Valentina,quæ sola suffi-
cit pro decisione; & respondet omnibus, quæ hodie
contra titulum Abbatis opponuntur. Nec est laboran-
dum in terminis *l. Barbarius ff. de off. prætor.* quia de ea
esset agendum, si Abbas contenderet super validi-
tate tituli, & si esset validus, non esset opus præscri-
ptione.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd † ad præscriptionem sufficiat titulus putatiuus, 15
& inualidus,Rota *decis.91.nu.3.in princip. & decis.*324.*n.*8.
*par.1. in recent. & decis.662.num.6.par.2.in recent.*non enim
requiritur iustitia tituli in præscriptione, vt dixit Rota
in Valentina decimarum de Gardia 25.Maij 1607. coram
bo.me.Iusto,& in Valentina de Palma 2.Iun.1606.coram
R. P. D. Coccino Decano,impressa *post 2.li.cons.*Farinac.
*decis.*228.& ratio est,quia quando titulus est verus,& iu-
stus tunc superflua est alia præscriptio, vt dixit Rota in
Tirasonen.iuris præsentandi coram bo.me.Litta impress.
penes Garz.*de benef.par.12.cap.2.nu.*242.requiritur tamen,
quòd † ille titulus sit iusto errore causatus, Rota *decis.* 16
324.*nu.8 par.1. in recent.* & ideò si esset causatus ex iuris
errore in quo non cadit probabilis ignorantia, non suf-
fragaretur ad præscriptionem,Felyn.*in cap.de quarta n.35.
vers.sed considera primò de præscrips.* Alex.*cons.44.nu.7.li.3.*
& benè Rota in Baeen. iurisdictionis coram R. P. D.
Verospo impressa penes Marches.*de commiss.to.1.fol.*1068.
nisi esset error iuris habens mixturam facti,Rota *d.decis.*
228.*sub nu.3.post 2.lib.cons.*Farinac.vel nisi esset error iuris
valdè dubij,Rota *dicta decis.*228. *sub num.*3. Item quando
titulus esset reprobatus, adeò quod ius resisteret, non
præberet iustam causam præscriptionis non obstante la-
psu cuiuscumque temporis, Surd. post relatos *cons.* 276.
*num.* 24.

Hoc tamen semper in hac materia est obseruandum, quòd
titulus putatiuus debet esse talis, quòd si esset verus de
per se solus sufficeret, ità dixit Rota in Corduben. deci-
marum 18.Maij 1618. coram R.P.D. Coccino Decano,&
est decis.Veral.361. *nu.4.par.2.* Item licèt titulus non suf-
fragetur ad præscriptionem quando prouenit, à non ha-
bente potestatem,Guidop.*decis.85.in princip.nu.3.* Cassad.
*decis.7.num.3.super regulis* cum aliis per Gratian.*disceptat.
cap.441.num.19.* tamen sufficit titulus habitus ab eo, qui
probabiliter credebatur quod habeat facultatem, Rota
*d.decis.228.post 2.lib.cons.* Farinac. quæ in specie loquitur
de titulo habito à Papa Schismatico,prout loquitur hæc
decisio.

b De quo dixi supra sub litera A.

c Et vide etiam supra sub litera A.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmen. Status.

*Mercurij 24. Ianuarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Testes deponentes super tempore an, & quan-
do dicantur probare deponendo super eo
dubitatiuè.

*SVMMARIVM.*

1 *Testis,qui non recordatur de tempore, censetur quidquid de tempore deposuit dubitatiuè deponere.*

2 *Testis deponens de iudicio suo dicitur dubitatiuè deponere.*

3 *Testis deponens per dictionem* ( in circa ) *dicitur dubitatiuè deponere.*

4 *Dubia probatio etiam respectu temporis non releuat.*

5 *Tempus*

5 *Tempus non dubitatiuè, ſed præciſè eſt probandum, vbi agitur de reprobando alios teſtes.*
6 *Teſtis dubitatiuè deponens non poteſt redargui quod falſum dixerit.*
7 *Teſtis de tempore dubitatiuè deponens dicitur conteſtis cum aliis teſtibus deponentibus de præciſo tempore.*
8 Bart. in l. quod tamen §. ſi arbiter ff. de arb. *declaratur.*
9 *Teſtis deponens de iudicio ſuo probat, quando iudicium eſt iunctum cum ſenſu corporis, qui ſit correſpondens, & proportionatus.*
10 *Memoria eſt ſenſus proprius, & proportionatus reſpectu temporis.*
11 Bart. in l. de ætate ff. de minor. *declaratur.*
12 *Teſtis deponens ſuper ætate alicuius probat, licèt non recordetur de anno natiuitatis.*
13 *Teſtis dubitatiuè deponens de tempore non probat.*

## DECISIO CCXC.

LIcet fuerit bis reſolutum, dum ageretur de proba-
tione matrimonij inter Bernardinum, & Catheri-
nam, Don Baptiſtam in ſua depoſitione non firmare,
nec determinare tempus dicti matrimonij, quia tamen
multum vrgebat iuſtantia DD. de Rangonibus, & ma-
gis rationes in contrarium allegatæ, quæ diligenti ege-
bant diſcuſſione Rota voluit, vt particulariter dubita-
tem, an Don Baptiſta probet aliquod tempus matrimo-
nij, & quod. Et poſt longam diſputationem maior pars
Dominorum amplexa eſt negatiuam ſententiam aliàs
firmatam rationibus, de quibus in dictis deciſionibus,
licèt obiter, & breuiter deductis; in quam opinionem
ex duobus præſuppoſitis faciliùs deſcenderunt. Quo-
rum alterum fuit, quia conſiderabant Don Baptiſtam
1 dixiſſe non recordari de tempore matrimonij, † ex quo
ſequebatur, quicquid de eo depoſuit, dubitatiuè dixiſ-
a ſe. ª Ang. *conſil. 25. nu. 3. in fin.* Alex. *conſ. 65. ſub nu. 4. verſ.
& dicit etiam Ang.* Surd. *conſ. 12. n. 43. in fin.* Quod pro-
cedit ſine difficultate, quia de tempore loquēdo num-
quàm præciſè reſpondit, ſed vſus eſt verbis hæſitatio-
nem pariter, & dubitationem, ſeu incertitudinem de-
notantibus. Alex. *ibi.* Vſus enim fuit illis verbis ( *iudi-
2 cio ſuo* ) † quæ hæſitationem important, Ruyn. *conſil. 12.
nu. 45. li. 5.* Soc. iun. qui de tempore matrimonij loqui-
tur *conſ. 31. ſub nu. 31. verſ. & hoc ex eo maximè lib. 2.* cum
multis allegatis per informantes, & nihil aliud impor-
tant niſi, quod non recordatur, Aret. *in c. quoties in fine
3 de teſti.* † Eandem dubitationem, & incertitudinem in-
dicat illa dictio ( *in circa* ) Ant. de Butr. *in c. vlt. in fin. de
deſponſ. impub.* Corn. *conſ. 179. nu. 4. li. 3.* prout etiam illa
verba ( *plus vel minus* ) Cæſ. de Graſſ. *dec. 7. n. 3. de prob.*
4 † dubia autem probatio etiam reſpectu temporis non
releuat. Natt. qui alios allegat *conſ. 170. num. 9.* Alterum
præſuppoſitum fuit, quòd intentio Rangonorum eſt
elicere probationem aliquam ex dicto D. Baptiſtæ, non
ad ſaluandam eius depoſitionem, ſed potiùs ad illam
perimendam, vel ad conquaſſandas alias probationes
5 matrimonij. † Vbi autem agitur ad reprobandum, tem-
b pus eſt præciſè probandum, ᵇ Caputaq. *deciſ. 247. par. 3.*
benè facit, quod tradit Card. *conſ. 56. nu. 9. & ſub nu. 18.*
tempus furoris ad inualidandum actum deberi ita præ-
ciſè, & determinatè probari, vt non poſſit de alio in-
telligi, & propterea non ſufficere, ſi teſtis dicat ( *iudicio
6 ſuo* ) † iſte enim teſtis ſic dubitatiuè deponēs non po-
teſt redargui, quòd falſum dixerit circa tempus, Alex.
7 *conſ. 156. n. 12. in fin. lib. 5* Surd. *conſ. 12. n. 43. in fin.* † Nec
erit contrarius imò conteſtis cum aliis teſtibus, ſi qui
aderunt de certo tempore matrimonij deponentibus,
Paul. de Caſtr. *conſ. 26 ſub nu. 3. verſ. item concludo lib. 1.*
Alex. *d. conſ. 156. n. 11. & 12. & 185. n. 3. in fi. li. 7.* Bero. *conſ.
201. ſub n. 40. li. 3.* Soc. iun. *d. conſ. 31. nu. 31 in fi & nu. ſeq.*
Aym. *conſ. 78. ſub nu. 9. verſ. amplius ſi vnus teſtis.* Affl: &.

*Deciſiones Papales.*

*deciſ. 178. n. 8.* Et quod dicitur de teſtibus, dicendum de
alio genere probationis deſignanti certum tempus ma-
trimonij. His præſuppoſitis firmatis reſultat reſponſio
ad contraria, † nam ad doctrinam Bar. *in l. qui tamen §.* 8
*ſi arbiter ff. de arbit.* in qua eſt potiſſimum fundamen-
tum Dominorum de Rangonibus, dictum fuit Bart.
loqui ad ſaluandum teſtem, dicit enim ex hoc dictum
eius non vitiari, & propterea non applicari ad caſum
noſtrum in quo agitur ad reprobandum, vt in ſecundo
præſuppoſito. Dicebant etiam Domini Bart. eſſe intel-
ligendum quoad probationem facti, non autem quoad
probandum tempus determinatum, & iſta videtur eius
intentio, alioquin eius dictum eſſet multum periculo-
ſum, Aret. *in c. quoties n. 24. & ſeq. de teſti.* quem ſequitur
Felyn. *ibi n. 12. verſ. ſed hoc dictum, & in c. de cætero n. 1. in
fi. de homicid.* Card. *d. conſ. 56. ſub n. 10. & ſub n. 18.* Et licet
multi adducantur ſequaces Bart. † tamen ſequi viden- 9
tur in eo, quòd iudicium iunctum cum ſenſu corporis
admittatur, ſed ſenſus debet eſſe correſpondens, & pro-
portionatus, Bal. *in l. ſolam ſub n. 10.* vbi etiam Sal. *ad fin.
C. de teſti.* Paul. de Caſtr. *in l. teſtium poſt n. 5. eod. tit.* Rom.
*in l. 1. n. 12. circa med. verſ. & ratio ff. ſi cert. pet.* † nihil au- 10
tem commune habere videtur recordatio temporis, &
tempus cum viſu, ſed ſenſus proprius, & principalior
in tempore eſt memoria, Bal. *in l. de quibus n. 119. in fi. ff.
de legib.* quæ cum in caſu noſtro ceſſet, quia teſtis dixit
non recordari, non erit verum, quòd iudicium ſit vni-
cum cum ſenſu, ſed potius ſeparatum, & propterea ceſ-
ſabit fundamentum doctrinæ Bart. Rurſus Bart. loqui-
tur, quando teſtis ſolùm vſus eſt verbo ( *videtur* ) ſed
D. Baptiſta vltra illa verba ( *iudicio ſuo* ) quæ æquipol-
lent verbo ( *videtur* ) addidit alia denotantia incertitu-
dinem. † Non obſtat alia doctrina Bar. *in l. de ætate ff. de* 11
*minor.* quia Bar. loquitur ad effectum ſaluandi teſtem à
contrarietate. Item loquitur de eo, qui dixit vidiſſe ali-
quem naſci, & quòd à dicto tempore non concurrunt
quatuordecim anni, † quo caſu non eſt facienda vis, ſi 12
ignoret annum natiuitatis, quia ſcientia, ſeu recordatio
anni non eſt de ſubſtantia ſui dicti, pro cuius veritate
ſufficit, quòd natus ſit à decimo quarto anno infra, &
in tanta latitudine benè ſtant iſta ſimul, quòd ſciat na-
tum non perfeciſſe annum decimum quartum, & quòd
non recordetur, aut ignoret annum natiuitatis, Alex.
*conſ. 149. li. 5.* vt patet *nu. 2.* loquitur ad effectum, vt non
vitietur probatio, & non loquitur, quando teſtis dixit
non recordari de tempore, & quando vtitur dictioni-
bus denotantibus incertitudinem, & dubietatem, qui-
bus concurrentibus tenuit contrarium *in ſupra allegato
conſ. 65. n. 4. li. 2. imò in d. conſ. 149.* repellit teſtem depo-
nentem de tēpore cum dictione ( *in circa* ) Corn. *conſ. 61.
lib. 3.* loquitur in prædicamento quantitatis, quæ cadit
ſub ſenſu viſus, Bald. *in l. de quibus n. 127. ff. de legi.* & in
caſu, in quo ſenſus non erat excluſus, ſed vnitus cum
iudicio intellectus. Non obſtat, quòd Don Baptiſta di-
cat de eo tempore fuiſſe in trigeſimo tertio ætatis ſuæ
anno, quia non dicit determinatè, ſed cum dictione
( *in circa* ) & ſi non recordabatur de quo tempore fuit
matrimonium celebratum, non poterat ſcire, in qua
ætate tunc fuiſſet conſtitutus, prout è conuerſo ſi ſci-
uiſſet præciſè ætatem ſuam ex eius dimenſione ſciuiſ-
ſet pariter tempus matrimonij. Adminicula, quæ ad-
ducuntur, quando poſſent deſeruire pro veritate tem-
poris, non tamen ſunt indicia quòd Don Baptiſta re-
cordaretur, & quòd intellexerit magis de vno, quàm
de alio tempore.

### *ANNOTATIO.*

a Teſtis † dubitatiuè deponens non probat, latè Farinac. 13
*de teſt. quæſt. 68. nu. 8. &* [illegible] quando teſtis dicatur du-
bitatiuè deponere, latè tradit Farinac. ibidem per plur.
numeros ſequentes.

b Quando vis est in tempore illud ad vnguem, & præcisè est probandum Seraphin. *decis.1172. nu.2.* Rota *decis 402. nu.5. par.2. in recent.* & nisi testes deponant ceritudinaliter de illo præciso tempore nihil probant Macard. post relatos de probat.*conclus.1357.nu.14. & seq.* & dicitur in hac decis.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Meleuitana beneficij Sancti Marci.

*Lunæ 29. Ianuarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Indultum conferendi an, & quando censeatur reuocatum. Priuilegia quando sunt æquè principaliter concessa, reuocato vno non censetur reuocatum aliud.

### *SVMMARIVM.*

1 *Collatio beneficiorum de iure communi spectat ad Episcopum in sua diœcesi in omnibus mensibus, de quo latè sub nu.4*

2 *Indultum nihil de nouo concedit, sed remouet tantum obstaculum reseruationum.*

3 *Iurisdictio executoris dati in gratia licèt expiret vnà cum gratia, quando accessoriè est datus, secus tamen est, si principaliter, & de per se.*

5 *Indultum in effectu non tollit reseruationem, sed tribuit facultatem conferendi etiam reseruata.*

6 *Indulta an sint fauorabilia, & latè interpretanda, & quid in praiudicium tertij.*

7 *Indultum concessum collatori ordinario non venit sub generali derogatione indultorum.*

8 *Indultum concessum alicui Cardinali intra alienam diœcesim non comprehendit beneficia spectantia ad collationem Ordinarij.*

9 *Indultum comprehēdit beneficia curata, & Dignitates.*

10 *Indultum non comprehendit beneficia vacantia in Curia, & apud Sedem.*

11 *Indultum an comprehendat beneficia duplici reseruatione affecta.*

12 *Indultum non tollit facultatem Papæ, quin praeueniendo possit tamquàm de reseruato conferre.*

### DECISIO CCXCI.

INformante tantùm Michaele, & impugnante decisionem vltimo loco in hac causa factam, fuit contra ipsum resolutum, placuit enim Dominis decisio ex rationibus in ea deductis, quam etiam secuta est Rota in Eugubina Præpositura 3.Maij 1606.coram me. Non obstat, quòd sicut indultum non censetur reuocatum quoad Ciues Meleuitanos, vt firmat decisio, ita nec etiam quoad Episcopum facultas conferendi tanquàm accessoria ad gratiam Meleuitanis factam, *iuxta cap. si*
1 *super gratia de offic.deleg.in 6.* quia † fuit pro responsione dictum, quòd cùm de iure communi ad Episcopum spectet collatio omnium beneficiorum suæ diœcesis,
a ᵃ *cap.omne decretum in fin. 10. quæst.1. cap. omnes Basilicæ. 16.quæst.7.* & in omnibus mensibus, *cap.2.de concess.præben.à e.sede preben.li.6.* Caputaq.*decis.214.n.5.p*ar.*2.* per
2 illud † indultum nihil de nouo conceditur Episcopo Meleuitano, sed remouetur tantùm obstaculum reseruationum, vt illud, quod est suæ ordinariæ potestatis, li-
b berè agat, & absque impedimento, ᵇ Cassad. *decis.3.4. de priuileg.* Put.*decis.215.n.4. & 5.li.1.* Crescent.*dec.11. de Priuileg.* Io. Paul. *decis.28.* Et propterea non applicatur dispositio *d. cap. si super gratia* quia ille executor non habebat facultatem exequendi; nisi quia erat datus specialiter, & expressè in gratia. Et sic etiam cessat aliud motiuum, quod datum alterius contemplatione iudicetur tamquàm accessorium, vti datum in gratiam personæ contemplatæ. † Rursus quando diceodum foret 3
priuilegium fuisse concessum etiam Episcopo, negari posset, quòd esset accessoriè concessum; quinimò æquè principaliter, itavt non intraret dispositio *dict. cap. si super*, vt per Franc. *ibi n.4.in fin.vers.tertiò intelligo*, quod patet, quia in eo decernitur quòd Episcopus possit conferre familiaribus, & consanguineis, & non existentibus Clericis dictæ Ciuitatis, & diœcesis originariis, & familiaribus liberè, & quibus velit.

### *ANNOTATIO.*

a Et quod † Episcopus habeat de iure communi funda- 4
tam intentionem conferendi omnia beneficia sita in sua diœcesi, latè Gonz.*super reg.8.§.1.proœm.nu.21.* qui plures cumulat, Rota *decis.756.ante finem par.2. in recent. & decis. 416.n.1.ead.par.2. in recent.* vbi fuit dictum, quòd ex hac sola iuris assistentia erat danda Episcopo manutentio, & hoc procedit non solùm respectu beneficiorum sæcularium, sed etiam regularium, *cap.Abbate,* & ibi Abbas *n.3. de verborum signific.* Gonzal.*super reg.8.glos.23. n.22.* quod est verum in beneficiis regularibus non exemptis, secùs autem in exemptis, istorum enim collatio spectat ad Prælatos regulares, Gonzal.*dicta glos.23.n.20.& 21.* & dixit Rota in Ferrarien. Prioratus 18. Aprilis 1611. coram R. P. D. Ottembergo, prout nec etiam Episcopus habet intentionem fundatam in beneficiis Ecclesiæ Collegiatę, quorum collatio spectat ad Capitulum, nec in canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis, quorum collatio est simultanea Episcopi, & Capituli, de quibus latè per Gonzal.*glos. 45.n.36.& n.47.* & alibi suo loco dicam.

b Circa † hoc plura dixi *supra ad dec.99.* quibus addo, quod 5
illud, quod dicitur in hac decisione indultum tollere obstaculum reseruationum, non est intelligendum, quod tollat in effectu reseruationes, sed quòd tribuat facultatem conferendi perinde ac si non esset reseruatio, Garz. *de benefic. par.5. cap.1. numero 628.* & dixit Rota in Salsburgen. Præpositure 7. Aprilis 1621. coram R. P. D. Verospo.

Et quia indultorum materia est valde frequens in Romana Curia, ideò nonnulla, quæ mihi magis notabilia videntur, annotare volui. Et primò præsupponendum est indul-
ta de sui natura esse fauorabilia, † quia tollunt obsta- 6
culum reseruationum, & reducunt ad statum primæuum, quæ reductio ad primæuam naturam reputatur in iure fauorabilis, Cassad.*deci.4. nu.2. in princip. de priuil.* Cresc. *deci.3.n.5.& 6.eodem tit.* ideóque etiam sunt latè interpretanda, maximè contra Pontificem concedentem, Cresc.
*d.deci.3.n.3.* Cassad.*deci.3.n.3.eod.tit.* Præsertim † verò re- 7
putantur fauorabilia indulta concessa ordinariis collatoribus, quæ propterea non veniunt sub generali derogatione indultorum, Gonzal. *super regul.8. glos.24. n.42.* Put.*deci.17.de Priuileg.& decis.432.lib.2.* Rota *deci.537.n.7. & 9.cum seq.* & præcipuè sub *num.12.par.3.lib.3.diuers.* In præiudicium tamen tertij non sunt latè interpretanda, Cassad. *decis.3. num.2. de Priuileg.* & fuit consideratum à RR. PP. DD. Vbaldo, & Verospo in eorum voto dato in causa Cæsenaten.1615. vbi dicitur, quòd licèt respectu Papæ concedentis sint latè interpretanda, tamen cùm agatur etiam de interesse illorum, qui prouidendi sunt à Papa, attento hoc respectu dicunt indultum esse restringendum, & ibi allegatur cons. Ferret.314. *n.9.in fine*: Ex hoc, quòd, scilicet, in præiudicium tertij indultum non
sit extendendum infertur quod indultū concessum † Car- 8
dinalibus conferendi beneficia intra alienam diœcesim non comprehendit beneficia quorum collatio spectat ad Ordinarium, ne aliàs Ordinariis fiat præiudicium. Gonzal. *super regul.8.§.1.proœm.num 77.& § 4 proœm.num.24.* & hoc est adeò verum, vt etiam si Sedes Episcopalis vacaret, dùm vacat beneficium in mense Ordinarij, non posset Cardinalis vigore indulti illud conferre, Rota *decis. 442.par.1.diuers.*

Indulta † comprehendunt etiam beneficia curata, & digni- 9
tates, Gonzal. *super reg. 8. glos.6. num.24.* Garz. *de benef. par.1. cap. 6. num. 41.* vbi tamen sub *num. 43.* refert contradictores.

Indultum

10 Indultum † non comprehendit vacantia in curia, & apud sedem; nisi de ista vacatione expressa mentio in indulto habeatur, Rota *decis. 4. de præb. in nou. & decis. 17. de præb. in antiq.* Simonet. *de reserua. quæst. 73. n. 1. & quæst. 83. n. 4.* Mandos. *ad Iap. allegat. 96. litera D.* & fuit dictum in Salsburgen. Præpositura 7. Iunij 1621. coram R.P.D. Verospo.

11 Nec etiam † comprehendit beneficia duplici reseruatione affecta, Capuraquen. *decisio. 85 par. 2.* Aegid. *decis. 425.* Mandos. *in praxi Signat grat. in verbo (indultum) conferendi vers. an autem.* Gonzal. *super reg. 8. glos. 13. n. 101.* & latissimè fuit resolutũ coram RR.PP.DD. Vbaldo, & Verospo in eorum voto dato in causa Cæsenaten. de anno 1615. vbi dixerunt hoc habere locum non obstantibus clausulis generalibus, & prægnantibus, quia non comprehendunt ea, quæ Papa non esset de facili concessurus, sed in fine dicti voti distinxerunt inter duas reseruationes personales, seu coæquales, v.g. si quis sit familiaris Papæ, & Protonotarius, & tunc dixerunt indultum non extendi ad beneficia reseruata hac duplici reseruatione, si verò reseruationes sunt dispares, videlicet, realis, & personalis, vel vtraque personalis, vna tamen sit alteri inferior, nempè si quis sit familiaris Papæ, & Cardinalis, & hoc casu admiserunt posse locum habere contrariam opinionem, prout etiam hanc distinctionẽ optimè facit Sarnen. *reg. de impetr. benef. vacan. per obitum quæst. 15. n. 7. & 8.* Alio etiã modo distinguit in hoc articulo Germon. *de indulto in §. commendare n. 24. & seq.* scilicet, inter indultarium, qui sit ordinarius collator, & alium, qui non sit collator ordinarius: in primo admittit indultum comprehendere etiam reseruata duplici reseruatione, tale indultum est fauorabile, secus in secundo casu.

12 In hac † etiam materia indultorum sciendum est, quòd non obstante indulto non est ligata manus Papæ quin præueniendo possit tamquàm de reseruato cõferre, Garz. *de benef. 5. par. cap. 1. n. 628.* Gonzal. *super reg. 8. glos. 53. n. 39. & seq.* & fuit dictum in Papien. Beneficij 10. April. 1617. coram Andrea, & in Salsburgen. Præpositura 7. Iun. 1621. coram R.P.D. Verospo, quod procedit etiam, si indultum tolleret gratias præuentiuas, quia non intelligitur de præuentione per concursum, sed de gratiis præuenientibus vacationem, ita fuit dictum in Hispalen. Portionis 24 Februar. 1597. coram Orano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Neritonen. Pensionis.

*Mercurij 31. Ianuarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

A recusatione iudicis quando censeatur recessum per comparitionem coram eodem iudice factam. Iura an, & quando sint in forma probanti.

### SVMMARIVM.

1 *Recusans iudicem post recusationem coram eodem comparendo censetur à recusatione recedere, & latè n. 4. de hac materia, vbi præsertim quando sit protestatio* (citrà consensum in iurisdictionem.)

2 *Iura sunt in forma probanti, quando sunt extracta in vim literarum compulsorialium Rotalium seruatis de iure seruandis, & n. 4.*

*Compulsorialium vigore possunt extrahi etiam iura propria, quando sunt in longinquis partibus, & num. 5.*

3 *Opponi non potest, quòd iura non sint in forma probanti, quando in termino citationis ad dicendum contra nihil fuit oppositum, & de hoc latè n. 6.*



### DECISIO CCXCII.

QVia resolutiones super iustificatione clausulæ (*dummodo remaneant mille pro Episcopo*) ad fauorem translatariorum factæ fuerunt cum præsupposito, quòd iura per ipsos producta essent in forma probanti, & testes ritè, & validè examinati, dubitans de præsupposito, & informantibus tantùm translatariis fuit pro validitate examinis, & legalitate iurium resolutum. Nam quoad examen testium interuenerunt omnia de iure requisita. Nec ex recusatione iudicis, quam fecit pars aduersa inferri potest ad aliquam nullitatem, † 1 quia à dicta recusatione recessit, & appellationi interpositæ renunciauit, non solum comparendo pluries coram eodem iudice,[a] sed etiam instando deputari Cantorem Collegiatæ Ecclesiæ Lupersini in locũ Episcopi Vgendini pro parte sua electi, qui cum eodem iudice recusato procederet, *c. gratum. de off. deleg. c. sollicitudinem de appell.* † iura etiam sunt in forma probanti, fuerunt 2 enim extracta in vim literarum compulsorialium per Rotam decretarum seruatis de iure, & ex earum forma seruandis,[b] vt benè deducunt informantes, & vbi aliquem defectum continerent, adhuc fidem facerent, & probarent contra partem aduersam, † quæ in re- 3 productione nihil opposuit.[c] Rot. *decisio. 2. de fid. instr. in nou.* Alex. *consilio 585. in fin. lib. 6.* Put. *decisio. 4. de fid. instr.*

### ANNOTATIO.

a Et † quòd comparens coram iudice à quo censeatur recedere à recusatione, Gabr. *de iudic. conclus. 5 n. 4* Rota *decis. 901. n. 1. par. 2. diuers.* Seraph. *decis. 898. n. 7. & decis. 532. nu. 2. & decis. 1057.* & dixit etiam Rota infra coram eodem Sanctissimo *in decis. 368.* Hoc procedit etiam si comparitio fiat cum protestatione citrà consensum in iurisdictionem, dummodò tamen factum explicetur, & perficiatur, puta, si quis post recusationem compareat coram iudice, & obtineat iurare testes, aliósque fecerit actus, Put. *decis. 370. sub n. 3. li. 1.* iuxta nouam impressionem, & fuit dictum in Mediolan. rescissionis transactionis 14. Decembr. 1601. coram Card. Sacrato, & in Nullius iurisdictionis 28. Iun. 1617. coram R.P.D. Pirouano, benè Scac. *de appellat. quæst. 17. limit. 2. n. 45. & 47.* si tamen quis simpliciter compareat corã iudice, & non explicet, seu non perficiat actum, pro quo comparet, sicque remaneat sola comparitio cum protestatione, tunc protestatio præseruat quin dicatur recessum à recusatione, Put. *d. decis. 370. sub n. 3.* Scac. *d. limit. 2. sub n. 45. & sub n. 47.* 4

b Rota † *decisio. 43. de probat. in antiq.* Seraphin. *decis. 1028. in princip.* Rota *in recent. decis. 18. num. 2. & decisio. 679. sub num. 4. par. 2. in recent.* Et hac occasione nolo omittere, quòd Rota diebus præteritis notabiliter resoluit in hac materia compulsorialium posse, scilicet, vigore illarum extrahi etiam iura propria, maximè quando ex longinquis partibus sunt extrahenda propter periculum amissionis in Toletana, seu Nullius iurisdictionis 20. Decembris 1621. coram R. P. D. Pirouano per Doctr. Bartol. *in l. prætor ait §. quòd si instrumentum. ff. de edend.* cuius contrarium tenuerat Gabr. *consilio 199. numero 1. libro 1.* 5

c Et quòd † si pars citata ad dicendum contra iura nihil opponat infra terminum ad opponendum non possit ampliùs opponere contra dicta iura, quia censetur tacitè illa approbasse, Put. *decisio. 116. lib. 2.* Rota *decis. 581. num. 1. par. 2. in recent. & decis. 362. sub numer. 9. vers. primo par. 1. in recent.* & in Mediolanen. decimarum de Varisco 27. Iunij 1617. coram R. P. D. Pirouano, vbi fuit dictum, quòd propter lapsum terminum ad dicendum contra iura producta erat quæsitũ ius parti, & fuit etiam dictum in Calagurritana decimarum 5. Decemb. 1618. coram R. P. D. Pamphilio, & hinc est, quod elapso termino ad dicendum contra, non potest etiam opponi de 6

defectu recognitionis, vt fuit dictum in Rauennaten. pecuniaria 13. Maij 1619. coram R. P. D. Pirouano, & hoc procedit etiam si non principalis met, sed procurator fuerit citatus ad dicendum contra, & nihil opposuit, ita fuit dictum in Asten. fructuum 19. Ianuar. 1618. coram R. P. D. Manzanedo, procurator enim praeiudicat domino in omittendo, licet non in committendo, Surd. *decis.181.n.3.* Veral. *decis.415.n.4.par.2.* Rota *decis.719.n.3.par.1.diuers.*

Et ideo praxis inoleuit, quòd semper, quando pars aduersa producit iura in terminis ad opponendum, opponitur generalis contra, ex qua generali oppositione censetur praeseruatum Ius quandocumque opponendi contra iura Veral. *decis.323.par.2.* Gonzal. *super reg.8.glos.64.n.14.*

Videnda est in hac materia *decis.* Mantic. 127. quae distinguit, quando est iam lata sententia post iura producta, & tunc dicit non posse amplius opponi de illorum defectu, si verò nondū sententia sit lata, vult posse opponi, quamuis non fuerit dictum (*generalia contra*) sed dicta decisio loquitur, quando non est praefixus terminus ad opponendum, nec est facta citatio ad dicendum contrà, quae habet vim praefixionis termini, vt colligitur *ex eadem decis. n.2.& 3. in fine.*

In productione iurium verbaliter facta non habet locum conclusio supra firmata, sed tantùm in productione reali, vt infra coram eodem Sanctissimo in *decis.393.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Toletana haereditatis.

*Mercurij 7. Februarij 1607.*

## ARGVMENTVM.

Amita excludit auiam maternam in successione nepotis stante Statuto, quòd haereditas deuoluatur ad propinquiores consanguineos ex paterna linea, vel ex aui paterni linea descendentes. Masculinum an, & quando concipiat foemininum.

### SVMMARIVM.

1 *Amita in successione nepotis excludit auiam maternam stante Statuto, quòd haereditas deuoluatur ad propinquiores consanguineos ex linea patris, vel aui descendentes.*

2 *Amita agnata est.*

3 *Foemina sub nomine consanguineorum veniunt.*

4 *Item sub nomine propinquorum.*

5 *Item sub nomine descendentium, & n.10. vbi vide ampliationem.*

6 *Amita est in tertio gradu.*

7 *Statuti intētio declaratur ex ratione expressa in Statuto.*

8 *Masculinum concipit foemininum in materia indifferenti masculis, & foeminis, & n.11.*

9 *Masculinum concipit foemininum in materia successionis, quia materia successionis est indifferens ad masculos, & foeminas.*

10 *Materia indifferens ad effectum videndi an masculinum concipiat foemininum dicitur, quando ratio considerata ità viget in foemina, sicut in masculo, & vide sub nu.21.*

11 *Masculinum concipit foemininum, quando in vtroque sexu habet locum eadem ratio dispositionis.*

12 *Masculinum concipit foemininum etiam in Statutis exorbitantibus à iure communi propter identitatē rationis.*

13 *Maximè quando ratio est expressa in Statuto.*

14 *Ratio expressa vbi viget, dicitur casus comprehensus in dispositione quantumuis odiosa, & correctoria, etiam si verba deficiant.*

15 *Foeminae non veniunt nomine agnatorum, quando viget ratio diuersa in foeminis, & agitur de conseruatione agnationis.*

*Foeminae sunt de agnatione, etiam si sint nuptae, & num. 23.*

16 *Foeminae licèt sint de agnatione non conseruant agnationem, & n.24.*

*Non veniunt sub dispositione facta pro conseruatione agnationis, & n.25.*

17 *Ratio vnica quando reperitur expressè per Statutum assignata, non est alia ratio quaerenda.*

18 *Agnationis ratio non potest considerari, vbi agitur de successione matris.*

19 *Statutum excludens descendentes à foeminis non censetur excludere foeminas ipsas, nam foemina ipsa sunt agnata sed non descendentes ab illis.*

21 *Masculinum regulariter concipit foemininum.*

## DECISIO CCXCIII.

Agitur de haereditate Nicolai Caldini inter Faustinam eius amitam, & Perisiam auiam maternam, & quaeritur ad quam spectet successio; † fuit resolutum pro Faustina amita, pro qua in simili Statuto consuluerunt Alciat. *cons.58.* & Soc. iun. *cons.10.li.2.* habet enim pro se dispositionem Statuti tam quoad verba, quàm quoad mentem. Verba enim Statuti sunt, quòd haereditas decedentis ab intestato deuoluatur ad propinquiores consanguineos ex paterna linea, vel Aui paterni linea descendentes vsque in tertium gradum. † Amita enim agnata est §. *ceterum. Insti. de legit. agnat. success.* Dec. *cons.563.sub n.8.vers. non obstat*, quòd ratio, † & sub nomine consanguineorum veniunt etiam foeminae, Tiraquel. post Bald. & Corn. quos allegat *de retract. lignag.§.1.glos.9.n.102.* Soce. iun *cons.10.n.14.lib.2.* † item sub nomine propinquiorum, Bald. *cons.334.n.5. li.3.* cum aliis per Honded. *cons.12.n.8.& 9.li.1.* † prout etiam sub nomine descendentium, Alex. *cons.160. nu.2. li.2.*[a] & Amita est in tertio † gradu, *l.1.§3. grad. ff. de grad. affin.§.3. gradu. Inst. eodem.* Dec. *cons.563.n.9.* itavt in ea verificentur verba omnia Statuti. † Conuenit etiam mens Statutentium, quae ex ratione in Statuto expressa demonstratur, *l. cum mulier. ff. sol. matr. l. scire oportet. §. oportet ff. de excus. tut.* dicit enim esse conueniens rationi, quod bona reuertantur ad primum statum, vnde principium habuisse dicuntur, quae ratio verificatur non minus in Amita, quàm in alio ex linea paterna, & tàm in foemina, quàm in masculo. Non obstat, quòd in Statutis correctoriis iuris cōmunis masculinum non concipiat foemininum, & ob id in Statutis exclusiuis appellatione agnatorum non veniant foeminae Agnatae, quia respondetur † regulam esse, quòd in materia indifferenti masculis, & foeminis masculinum semper concipiat foemininum, vt not. DD. *in l.1. ff. de verb. signif. in l. si quis id, quod ff. de iurisd. omn. iud.* latissimè Tiraquel. *de retract. lign.§.1.glos.9.n.200.& 205.*[b] materia † autem successionis est indifferens † ad masculos, & ad foeminas, *l. maximum vitium. C. de lib. praeter.* Bald. *cons. 334.n.5.li.3.* Gabr. qui dicit omnes hoc fateri *consil.14. n.23.li.1.* Honded. *cons.12.n.17.li.1.* † Rursus dicitur materia indifferens, quando ratio considerata ita viget in foemina, sicut in masculo, Ias. *in l. si quis id, quod ff. de iurisd. omn. iud.* Menoch. *cons.496 n.46.* † Et propterea pro regula infallibili traditur, quòd semper masculinum concipiat foemininum, quando in vtroque sexu habet locum ratio dispositionis, Cur. sen. *cons.9. nu.22. & 23.* Paris. *cons.49.n.12.in fi.li.3.* Tiraq. *vbi supra nu.105.in fin.* Syluestr. Aldobr. *cons.101.n.5.*[c] Nec releuat, quod dicitur de correctione iuris communis, quia si restringeremus verba ad masculos, magis diceretur correctorium, quia masculi excluderent foeminas in eodem genere, vt in terminis nostris considerat, Corn. *consilio 248. sub numer.6. lib.3.* praeterea etiam † in Statutis exorbitantibus à iure communi propter identitatem rationis masculinum concipit foemininum, Curt. *vbi supra,* praeter

13 præsertim, † quando ratio est scripta in Statuto, Ias. *in*
14 *d.l.si quis id, quod sub n.18.* † quando enim ratio expres-
sa viget, etiam vbi verba deficiunt, casus dicitur com-
prehensus in omni materia quantumuis odiosa, & cor-
rectoria, gloss. *in cap. 1. in ver. Italia de tempor. ordin. lib. 6.*
Ias. *in Auth. quas actiones n.22. C. de Sacr. eccles.* Paris. *cons.*
15 *16. n.23. & seq. lib. 3.* Aym. *cons. 183. n.3. circa med.* † Et li-
cèt aliqui DD. velint, quòd in Statutis appellatione
*Agnatorum* non veniant fœminæ de Agnatione, illud
tamen est quando viget ratio diuersa in fœminis, &
16 agitur de conseruatione Agnationis, † quam non con-
d seruant fœminæ, licèt de agnatione,[d] vt benè per Aym.
*cons. 588. n.9.* Non possumus autem dicere statuentes in
casu isto fuisse motos ratione conseruandæ agnationis,
17 † quia cùm Statutum ipsum assignet rationem supra-
dictam, non est alia ratio quærenda, *l. cùm pater §. dulcis-
simis ff. de leg. 2.* Syluestr. Aldobrand. *cons. 99. n. 31.* Nec
potest considerari aliqua ratio agnationis non solùm
quia nullibi legitur, sed etiam quia loquitur tam de
18 successione materna, quàm paterna, † & tamen vbi de
successione matris agitur, non potest considerari agna-
tio, *l. pronunciatio §. familiæ ff. de verb. signif.* Ias. *cons. 115.
n. 25. lib. 4.* Pereg. *cons. 106. n. 2. lib. 1.* Non obstat, quòd
Statutum locutum sit de masculis, & fœminis discreti-
uè, ibi (*si aliquis, vel aliqua intestatus, vel intestata*) quia id
factum fuit respectu personæ, de cuius successione agi-
tur, non autem respectu personarum ad successionem
vocatarum. Non obstat, quòd Statutum expresè ex-
cludat in linea paterna, & Amitæ descendentes à fœ-
minis, & propterea multò magis videatur fœminas
19 ipsas excludere voluisse, † quia viget diuersa ratio, nam
fœminæ ipsæ sunt agnatæ, sed non descendentes ab
ipsis, Alex. *cons. 89. n. 23. lib. 6.* Soc. iun. *cons. 10. n. 3. & 4.*
quæ sequuntur originem patris, non matris.

### ANNOTATIO.

20 a Latè Peregrin. † *de fideicommiss. art. 25. n. 8.* Rota *decis. 535.
par. 4. in recent.* quod procedit etiam si dispositio loquere-
tur de descendentibus per lineam masculinam, vel per
virilem sexum, Alciat. *cons. 176. n. 5.* Menoch. *cons. 379. n. 26.*
Pereg. *cons. 11. n. 15. lib. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.
8. tit. 12. n. 9.*

21 b Hond. † *cons. 92. n. 48. lib. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 5. n. 16.*
& è contra, quando materia est differens, tunc masculi-
num non concipit fœmininum, latè Rota plures cumu-
lans *decis. 663. sub n. 14. par. 1. in recent.* & dicitur materia
differens etiam si fœminæ non sint omnino incapaces,
dummodò tamen materia magis cōgruat masculis, quàm
fœminis, Rota *d. decis. 663. sub n. 15. vers. vltra quod*; sed in
hoc contrarium tenet Honded. *d. cons. 92. n. 46. & 47.* vbi
vult materiam dici indifferentem, quando fœminæ sunt
capaces, licèt materia magis conueniat masculis.

22 c Et Regulam simpliciter, † & in abstracto quod, scilicet,
masculinum concipiat fœmininum constituit, Gabr. *cons.
125. n. 5. lib. 2.* Peregr. *cons. 36. n. 21. lib. 1.* Honded. *cons. 92. n. 5.
lib. 1.* vbi dicit hanc regulam procedere in omni mate-
ria, Thes. *decis. 263. n. 7. & 8. & decis. 269. n. 4.*

23 d Fœminæ † sunt de agnatione, & dicuntur agnatæ plenè,
Rota *decis. 282. & per totam par. 2. in recent.* vbi fuit dictum
venire sub vocatione de domo, & familia, & sub nomine
proximiorum, & latè etiam fuit dictum in Montis Falisci
fideicommissi 5. Iunij 1617. coram R.P.D. Coccino Deca-
no, vbi Rota dixit venire sub nomine cippi, & sub nomi-
ne familiæ de Rubeis, & hoc procedit etiam si fœminæ
sint nuptæ, Gabr. *cons. 195. n. 3. lib. 1.* Surd. *cons. 140. n. 67.* Se-
raphin. *decis. 1438. n. 2.* Rota *decis. 587. n. 8. par. 1. in recent. &
dicta decis. 282. sub n. 2. vers. quod procedit par. 2. in recent.* &
ideò non est habenda ratio de DD. qui tenent fœminam
nuptam non esse de familia, quos plures refert Seraphin.
*decis. 848. n. 3.*

24 Licèt autem † fœmina sit agnata, non tamen ipsa conser-
uat agnationem, *l. pronunciatio in fine ff. de verb. significat.*
Surd. *decis. 9. n. 6.* Honded. *cons. 1. n. 68. lib. 2.*

25 Latè Thes. *decis. 37. n. 7.* † & ideò Rota sæpiùs resoluit, quòd
quando testator non solùm vocauit agnatos, sed etiam
expressit verba, ex quibus constat voluisse bona conser-
uari in agnatione, tunc fœminæ non censentur vocatæ,
etiam si aliàs verba substitutionum apta essent illas com-
prehendere, Rota *decis. 203. n. 4. & decis. 217. n. 1. par. 2. in re-
cent.* & latè fuit dictum in Romana fideicommissi de Ior-
danis 6. Nouembris 1617. coram R. P. D. Buratto, & in
Firmana fideicommissi 27. Ianuarij 1620. coram R. P. D.
Remboldo, in quibus decisionibus notandum est, quòd
Rota noluit admittere fœminas, etiam si non adesset
concursus masculorum ex eo, quia ipsæ non sunt habiles
ad obseruandam agnationem, & tradunt post alios Man-
tic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 8. & 9.* Molin. *de
primogen. Hispan. lib. 3. cap. 5. n. 38.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana separationis thori.

*Veneris 9. Februarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Separatio thori non est materia, quæ pendeat à voluntate coniugum; sed reseruatur iudicio Ecclesiæ, quæ non admittit huiusmodi separationem, nisi adsit iusta, & legitima causa, & quæ nam sit iusta causa deducitur in decisione.

### SVMMARIVM.

1 *Separatio coniugum non est materia, quæ pendeat à voluntate ipsorum, nec etiam respectu thori, & cohabitationis, sed hoc reseruatur iudicio Ecclesiæ. & n. 13.*
2 *Quod procedit non obstante iuramento, quod vti temerarium non est seruandum.*
3 *Pro separatione thori non est iusta causa occasio tollendi contentiones.*
4 *Votum continentiæ fuisse factum non probatur per assertionem coniugum ad effectum separationis thori.*
5 *In prohibitis, quæ ex causa tantùm permittuntur, assertio facientis non probat causam, & n. 14.*
6 *Votum continentiæ ad effectum separationis thori requiritur, quòd fuerit emissum ab vtraque parte.*
7 *Votum continentiæ emissum pro parte vnius ex coniugibus tenet in præiudicium ipsius, adeò quod debitum ab alio petere non possit.*
8 *Coniuges quando iurant seruare continentiam, non possunt exigere debitum.*
9 *Si tamen posteà non contineant incontinentiam, coguntur adinuicem redire.*
10 Dec. cons. 540. *reprobatur, dum vult sufficere quod in promissione de non cohabitando, maritus dicat se id facere iustis de causis, & vide sub n. 15.*
11 *Generalitas habetur pro expressa, quando non potest verificari, nisi in vno.*
12 *Separatio thori est causa grauis, & ardua, & ideò requirit probationes necessarias, & concludentes, & n. 16.*

### DECISIO CCXCIV.

ROta vtraque parte informante censuit sententiam
Domini Vicegerentis esse confirmandam, nihil
enim contra eius validitatem opponitur, quòd releuet,
& iustitia est patens, † quia dissolutio coniugum non 1
pendet ab ipsorum voluntate, [a] non solùm quando 2
dissolutio tendit ad substātiam vinculi, sed etiam quan-
do agitur de dissolutione respectu mutuæ seruitutis, ac
cohabitationis, & de separatione Thori, Abb. *in c. cum
nos il a. in 1. not. de iur. iur.* hoc enim reseruatur iudicio

Ecclesiæ,& determinationi iudicis Ecclesiastici, *c. porrò,*
vbi Butr. *in c. nos de diuort.* glos. *in c. literas in verb. diuertit de rest. spol.* Nauar. *in c. diuortium n. 14. distinct. 1.* Gabr.
3 *cons. 161. n. 8. lib. 1.* † quòd procedit licèt intercedat iuramentum, glos. *vbi supra,* quia vltra illud requiritur licita,& iusta causa, *d. c. tua nos,* & DD.& Abb. *in c. veniens n. 4. de Regul.* qua cessante iuramentum est temerarium,
& non obligatorium, glos. *in d. c. tua nos. in glos. 1.* Abb. *n. 3.* Causæ autem, quæ narrantur in instrumento separa-
3 tionis, non sunt tales, † non enim sufficiens est illa ad tollendum occasionem contentionum, Dec. ex aduerso *alleg. cons. 140. n. 2. & 7. in fin.* Vltra quod causæ debent priùs iudicio Ecclesiæ approbari, *c. sæculares 33. quæst. 2.* Nec facit, quod legitur de continentiæ voto
4 seruando, † quia respondetur primò non dici, quòd tunc emittatur votum, sed enuntiatur, quòd fuerat omissum per priùs, cui assertioni ad effectum, de quo agitur, non statur, glos. *in d. c. literas in ver. diuertit. c. fin.*
5 vbi glos. *in ver. in fi andem de frigid. & malef.* † & est regula generalis in rebus prohibitis, quæ ex causa tantùm permittuntur, vt assertio facientis non probet causam, *l. qui testamentum de probat.* latè Tiraquel. *in l. si vnquam.*
b *in ver. donation. largitus n. 87. & seq. C. de reuoc. donat.* [b]
Secundò respondetur, quòd enunciatur votum fuisse
6 emissum à Hieronyma, & de Laurentio nihil, † & tamen requiritur votum vtriusque partis, Ioan. Andr. *in c. dudum n. 8. de conuers. coniug. c. charissimus,* vbi Abb. *n. 6.*
7 *eod. tit.* † valet enim votum in præiudicium vouentis tantùm, vt ipse debitum exigere non possit, Abb. *in d. cap. charissimus n. 5* Non obstat, quòd in persona vtrius-
8 que legatur (*seruando vita honesta*) † & quando vterque iurauit seruare continentiam, vlterius petere non possunt, Innoc. *in d. c. tua nos,* vbi etiam Host. *n. 1.* Ioan. Andr. *n. 5.* Anchar. *num. 3.* quia verba prædicta non sunt promissoria, nec causa promissionis, sed est quædam tacita conditio, quæ inest separationi Thori ex causa iusta
9 etiam continentiæ seruandæ facta, † quia si postea non contineret, cogerentur adinuicem redire, Io. Andr. *in d.*
10 *c. tua nos ad fin.* & ibi Innol. *n. 1. in fin.* † *Cons. dec. 540,* dùm vult sufficere, quòd in promissione maritus dicat se eam facere iustis de causis, non placuit Dominis, quia hoc modo possent omnes coniuges pro libito suæ voluntatis se inuicem separari, & frustra iura requirerét causas iustas approbatas à iudice Ecclesiastico, possent enim sub hac generali expressione non solùm alios decipere, sed etiam se ipsos fallere, putantes aliquam cau-
c sam iustam, & sufficientem, quæ tamen non sit.[c] Quando etiam consultatio Decij esset vera, ea tamen non faceret ad casum nostrum. Ideo enim vult ibi Dec. valere illam generalem expressionem, quia non poterat verificari, nisi quòd ex voto continentiæ facta fuerit,
11 † & proinde illa nominatim expressa reputatur, *arg. l. nominatim. ff. de lib. & posth. & l. fundus, qui locaturus erat ff. de fundo instr.* In casu autem nostro non adest ista clausula vniuersalis, quæ possit causam voti inferre, sed causæ sunt singulariter expressæ. Non obstat, quòd separatio non sit perpetua, sed ad triennium, quia eadem viget ratio in tempore tàm longo, cum præsertim per priùs, vt in promissione legitur, diuisi vixerint per octo annos, imò ista separatio respectu Laurentij futura erat perpetua, quia ipso lapso triennio redire non poterat iuxta conuentionem, nisi restitutis scutis centum, quæ restitutio illi non solùm difficilis, sed ferè impossibilis fuisset propter eius paupertatem. Quæ de frigiditate, & impotentia Laurentij adducuntur non benè pro-
12 bantur, † & tamen, vbi de separatione Thori agitur, quia est causa grauis, & ardua, requiruntur probationes necessariæ, & concludentes, Paris. *cons. 54. n. 14. & seq. lib.*
d *4.* [d] & si tales causæ fuissent veræ, non fuissent omissæ in apocha, alia bene tolluntur per informantes.

*ANNOTATIO.*

a Gabr. † *cons. 161. n. 8. lib. 1.* fuit dictum in Auximana dotis 7. Maij 1609. coram R.P.D. Pirouano, vbi aliæ referuntur. 13

b Natt. † *cons. 203. n. 3.* Ioan. de Amic. *cons. 31. n. 7.* Seraphin. *decis. 145.* & latè Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. n. 24. & seq.* quod procedit non obstante iuramento partium, latè Tiraquel. *l. si vnquam in verbo (donatione) n. 91. C. de reuoc. donat.* concurrentibus tamen adminiculis est standum assertioni partium etiam in materia prohibita, Menoch. *d. præsumpt. 29. n. 31. & seq.* 14

c Et facit in simili, quod Rota † resoluit *in decis. 32. num. 5.* inter impress. penes Picum ad Statut. Vrbis, in qua fuit dictum non censeri satisfactum Statuto Vrbis requirenti iustam causam alienationis in contractu minoris, si in contractu exprimatur, quòd fuit factus iustis de causis eorum animum mouentibus. 15

d Rimin. † iun. *cons. 174. n. 16. & 17.* Barbos. *in rubr. soluto matrim. par. 2. n. 17.* Rota *decis. 411. n. 2. par. 1. in recent.* vbi propterea fuit dictum in hac materia non admitti testes singulares. 16

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Censuum.

*Veneris 16. Februarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Emptori si detegatur res empta censuata, seu affecta aliqua obligatione, qualiter succurratur. Exceptio rei liberè non traditæ non obstat, vbi cessat interesse.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptori est sufficienter succursum per fideiussionem euictionis, si detegatur res empta comprehensa sub obligatione generali omnium bonorum.*

2 *Emptori in casu, in quo detegatur res empta censuata, censetur sufficienter succursum per retentionem sortis principalis, & fructuum census.*

3 *Exceptio rei non liberè traditæ non obstat, quando emptor nullum potest damnum pati, & latè. n. 5.*

4 *Ratificatio idem operatur quod mandatum præcedens.*
*Procedit etiam respectu eorum, quæ exigunt speciale mandatum, n. 6.*
*Ratificatio in multis casibus non æquiualet mandato, de quibus, & sub n. 6.*

5 *Promissio intelligitur, quatenus stipulatoris interest, & ideò cessante illius interesse ex ea agere non potest.*

### DECISIO CCXCV.

Fvit resolutum pro relaxatione mandati tàm respectu fructuum censuum, quàm extinctionis, quia de vtraque promissione D. Citarellæ constat publico instrumento obligatione Camerali vallato, & exceptiones, quæ ex aduerso obiiciuntur, non obstant. Nam quoad censum Christophori Scoti, qui dicitur intulisse molestias, cùm non sit impositus super domo, & cessauerint molestiæ, † & solùm remaneat sub obligatio- 1
ne generali omnium bonorum, & succursum D. Citarellæ non solùm per fideiussionem euictionis. *arg. l. si post. C. de euict.* † sed etiam per retentionem sortis prin- 2
cipalis, & fructuum dicti census ex pretio domus, † & 3
propterea cùm nullum possit damnum pati, cessat interesse, ita vt non obstet exceptio rei non liberè traditæ, vt fuit dictum in vna Romana non adimplementi 17. Nouembris 1597. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, [a] prout etiam cessat interesse respectu a
aliorum

aliorum duorum censuum ad fauorem Marchionis
Montorij, quia cùm hodie spectent ad Episcopum Neo-
castren. ipse consensit liberationi domus facto deposito
pretij in monte Pietatis ex peconiis, quas debet D. Ci-
tarella Domino Federico. Molestiæ illatæ à D. Anna
super domo in vim sequestri, per eiusdem reuocatio-
nem sunt sublatæ. Non obstat, quod dicitur, fideiusso-
rem promissum non fuisse saltem sufficienter datum,
cùm procurator, qui fideiussit nomine Equitis Cre-
scentij non haberet ad hoc mandatum, quia adest rati-
4 ficatio eiusdem Equitis, † quæ idem operatur, quòd
b mandatum præcedens, [b] *l. cum mandati. in fin. C. mand. l.
ratihabitio. ff. de reg. iur.* Possessio domus vsque ab initio
fuit pacificè tradita, & licèt multæ super ea inculcen-
tur ex aduerso molestiæ, tamen non iustificantur in fa-
cto, nisi supradictæ, quæ (vt dictum est) hodie cessant.
Quæ dicuntur de testamento D. Lauræ, & de vulnera-
tione instrumenti per sententiam sunt sublatæ in alia
decisione, quæ in disputatione præsentis dubij præsup-
ponitur. Alia benè tolluntur per informantes pro D.
Federico.

### *ANNOTATIO.*

5 a Bene Alex. † *consil. 65. numer. 4. & 5. lib. 5.* vbi dicit, quòd
ille, qui tenetur tradere rem liberam, sufficit, quod tali-
ter satisdet ei, cui ad liberandum tenetur, quod cum cer-
tum faciat damnum pati non posse, & ideò Rota plu-
ries resoluit quòd si imponens censum asserat rem esse
liberam ab omni alio censu non tenetur illam libera-
re ab alio censu præexistente, si res censuata est capax
vtriusque, quia nihil dicitur interesse ipsius emptoris
census illam liberari ab alio censu, Rota penes Farinac.
*decis. 126. post 2. lib. consil.* fuit dictum in Bononien. bono-
rum 1610. coram Cardinali Lancellotto, & in Romana
census 17. Aprilis 1598. coram bo. mem. Penia, & benè fa-
cit Rota *decis. 350. n. 3. par. 2. in recentioribus*, vbi dicitur,
quòd promissio prædium esse liberum ab omni obliga-
tione, intelligi debet de obligatione, quæ possit præiudi-
care emptori, & similiter promissio de faciendo consen-
tire omnem personam intelligitur, dummodò intersit em-
ptoris, & ideò si hoc interesse cessaret per præstationem
fideiussionis, id sufficit, Seraph. *decis. 1243. n. 2.* fuit dictum
in Senogallien. prædij 5. Iunij 1617. coram R.P.D. Andrea,
Gratian. *discept. cap. 113. num. 44.*
6 b Hæc conclusio, † quòd ratificatio æquiparetur mandato,
habet locum etiam quando exigitur speciale manda-
tum, Lancellot. *de attent. par. 1. cap. 1. n. 46.* Gabr. *cons. 195. n.
5. lib. 1.* Surd. *decis. 159. n. 15 & 16.* vbi reprobat contrarium
tenentes, & *decis. 231. n. 11.* Si tamen lex, seu constitutio
requireret mandatum ab initio, ratificatio non sufficeret,
Gabr. *cons. 194. n. 6. lib. 1.* Hond. *cons. 38. n. 27. lib. 1.* vbi dicit
hoc esse verum in commodum ratificantis, sed in eius
præiudicium, & damnum valeret; sicut nec etiam suffi-
cit ratificatio quando mandatum requiritur pro forma,
Surd. *decis. 159. n. 16.* In materia etiam stricti iuris dispo-
sita in mandato non extenduntur ad ratificationem, Surd.
*cons. 28. num. 16.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi domorum.

*Lunæ 19. Februarij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de materia *l. hæredes mei ff. ad Trebell.* & quando substitutio facta duobus, si ambo, vel vterque decedant sine filiis, habeat locum, si alter tantùm sine filiis decedat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Substitutio quando est facta duobus, si vterque sine filiis decederet, locum habet etiam, si primus decedat cum filiis, & secundus sine filiis.*
2 *Hoc procedit etiam si fuerit dictum,* si ambo, *&c. reprobato Ripa contrarium tenente.*
3 *Pluralitas non resoluitur in singularitatem in substitutione vulgari.*
*Et in genere de hac conclusione, quando pluralitas resoluatur in singularitatem ibi, & n. 7.*
4 *Secus est in fideicommissaria, vbi assignatur ratio differentiæ.*
5 *Compendiosa quando resoluitur in vulgarem, vel in fideicommissariam debet de ea iudicari tamquàm de vulgari, vel fideicommissaria.*
6 *Ripa in* l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian, num. 236. *declaratur.*

### DECISIO CCXCVI.

PLacuit [a] Dominis decisio in hac causa facta sub die a
26. Iunij præteriti, vt enim benè in ea animaduerti-
tur pro præsenti controuersia, extat responsum Papi-
niani *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* † quia testa- 1
tor institutis hæredibus duobus filiis, & inuicem sub-
stitutis, quando alter sine filiis, & Nepotibus morere-
tur in euentum, in quem ambo sic decederent, substi-
tuit Catherinam, & Margaritam eius filias, quæ con-
ditio in primo decedente deficit, & purificata fuit in
vltimo, qui est casus *d. §.* & in fortioribus terminis de-
cidit præsentem quæstionem, cùm testator substituerit
dictas filias vltimo decedenti, ita vt non sit necesse
præsumere aliam substitutionē in persona vltimò mo-
rientis sine filiis, vt videtur requiri in terminis illius
§. vt post Bolognet. *ibi n. 58. & seq.* & alios adductos
dixit Rota in vna Romana Supplementi legitimæ 26.
Octobris 1584. coram Illustrissimo Cardinali Seraphi-
no. Nec subsistit, quòd in dicto §. adsit verbum (*vter-
que*) testator autem in casu isto dixerit (*si ambo*) † quia 2
nulla in hoc constituenda est differentia inter vtrum-
que verbum, Bar. *ibi ad fin. vers. si verò substitutio.* Bero.
*cons. 119. n. 20. lib. 2.* Aym. *cons. 878. sub n. 2. vers. secundò
respondetur.* Illustrissimus Cardinalis Mantica *de coniect.
vlt. volunt. lib. 11. tit. 5 n. 19.* Peregr. *de fideic. artic. 13. n. 35.*
Rota in dicta Romana Supplementi legitimæ. Non
enim refert quibus verbis vniuersalibus concepta sit
substitutio, Cor. *cons. 283. sub n. 2. vers. his tamen minimè
refragantibus lib. 1.* Et differentia, quam videtur velle
constituere Rip. ex aduerso allegatus *in d. §. cùm ita. n.
112.* non facit, tùm quia, vt ipse fatetur *num. præcedenti*,
talis distinctio communiter non tenetur, tùm quia non
constituit illam differentiam inter verbum (*ambo*) &
verbum (*vterque*) tùm & tertiò, quia loquitur in vulga-
ri, † in qua regulariter pluralitas non resoluitur in sin- 3
gularitates, etiam quando facta est simpliciter absque
dictione vniuersali, & collectiua, Bar. *in d. § sub n. 4. vers.
solutio ibi loquitur, & sub n. 5. vers. in vulgari.* Illustrissi-
mus Cardinalis Mantica, qui de communi, *vbi supra n.
3.* † in fideicommissaria autem, in qua versamur, regu- 4
la est contraria, Bar. *ibi sub n. 5. vers. si verò loquimur in fi-
deicommissaria*, & omnes post eum, Curt. iun. qui de
communi *cons. 128. n. 6.* de qua etiam testatur Illustriss.
Card. Mantica *in loco citato n. 12.* & rationem differen-
tiæ assignant, quia in vulgari agitur ad vnum effectum,
in fideicommissaria ad plures, & ius accrescendi in illa
habet locum, non in ista. Et quod dicitur, substitutio-
nem fuisse factam per verbum (*substituit*) quod com-
mune est, & continet vulgarem, posset applicari, si eue-
nisset casus vulgaris, Bart. *in d. §. cùm ita. ad fin. vers. si ve-
rò loquimur in substitutione cōpendiosa*, & ibi Zanch. *n. 883.*
*in fin.*

*in fin.* Corn. *cons.198.in fin.vers. licèt autem iunctis traditis supra n.8.lib.4.* Soce. *cons.94.n.2.lib.4.* & quando resol-
5 uitur in vulgarem, Bar. & Soc. *in locis citatis.* † Com-
pendiosa eorum, quando resoluitur in vulgarem, vel in
fideicommissariam debet de ea iudicari tamquam de
vulgari, vel fideicommissaria simpliciter, & absolutè,
ac secundùm propriam naturam, Dec. *cons. 416. sub n. 10.vers.secundò considerandum est.* Rim. *cons.168.n.14.lib. 2.* latè Paris. *cons.72.n.31.& seqq.lib.3.* Verba illa (*in euentum in quem*) vt in decisione dicitur, non restringunt
casum præcedentem, sed illum de nouo ponunt, &
constituunt, nec est verum, quòd limitent, & coarctent
fideicommissum, prout verba (*tunc, & eo casu*) denotant
enim potius conditionem, quàm restrictionem, cùm
idem sit dicere in euentum in quem ambo decedant,
ac si ambo decedant. Ponderatio illa, quòd substitutio
sit facta in tota hæreditate, & illatio, quòd cùm Catharina,
& Marguerita nō possint totum consequi, non sint
admittendæ ad partem, est de directo contra *d. §. cum ita,* per rationem ibi traditam. Claudia enim erat substituta
in totum, & fuit admissa ad portionem vltimi,
qoia absurdum fuisset denegari portionem illi, quam
6 totum habere testator voluerit. Dicta per † Rip. *ibi n.* 136. procedunt, quando primus decessit sine liberis, qui
est casus *l. quidam testamento. ff. de vulgar. & pupil.* & diuersus
à casu *§. cùm ita,* qui, vt dictum fuit, est quando
impleta fuit conditio in persona vltimi. Et propterea
benè dicit Ripa *ibi vers. quid igitur respondendum,* quòd
ratio, quæ in illo casu facit contra substitutum, in isto
facit pro substituto. Alia, quæ ex aduerso deducuntur,
vel non releuant, vel sunt sublata in decisione, in qua
Domini perstiterunt.

*ANNOTATIO.*

a Ad materiam dictæ decisionis vltra allegata in decis. videndus est latè, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumptio. 186.*

7 b Pluralitas an, & † quando resoluatur in singularitates, latè tractat Gonzal. *super reg. 9. glos. 21. n. 1. vsque ad 17.* qui ex hac conclusione plures deducit illationes; Et in duobus præcipuè casibus pluralitas non resoluitur in singularitatem, primò, vbi pluralitas est de forma, Bal. *cons. 123. n. 3. in fine vers concludendum lib. 5.* Secundò quando plures improprietates concurrerent, Cephal. *cons. 352. n. 15.* & vtramque declarationem deduxit Rota in Carpentoraten. pensionis 20. Nouembris 1602. coram Cardinali Lancellotto.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana census scut. 18. millium.

*Lunæ 5. Martij* 1607.

## ARGVMENTVM.

Plura in decisione deducuntur, sed præsertim an, & quando liceat arguere à contrario sensu, & an, & quando emptor faciat fructus suos.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor, quando retinet penes se pretium, non facit fructus suos.*

2 *Procedit etiam, si venditor promissa ex parte sua non adimpleuisset, & latè n. 12.*

*Fallit si emptori esset data dilatio ad soluendum pretium, & num. 10.*

*Fallit secundò, si emptor ex re empta nullos fructus percipere potuisset, & n. 11.*

3 *Correctio repentina, & contrarietas præsumitur aliena à mente contrahentium.*

4 *Relatio non debet fieri ad id, ex quo resultaret contrarietas.*

5 *Argumentum à contrario sensu non admittitur, quando sequeretur correctio eiusdem dispositionis.*

6 *Item nec sumitur contra expressum sensum dispositionis, nec per illud reuocatur expressa dispositio.*

7 *Argumentum à contrario sensu non habet locum in Statutis ad correctionem iuris communis.*

8 *Argumentum à contrario sensu debet sumi strictè, & ad limites verborum, & n. 17.*

9 *Singula singulis congruè sunt referenda.*

## DECISIO CCXCVII.

FVit 2. Iulij præteriti resolutum fructus censuum,
& aliorum debitorum de Vrsinis decursos à die 21.
Iulij 1594. vsque ad diem 26. Septembris 1596. à Principe
solutos esse illi ponendos in computo solutionis
scutorum 16. mi debitorum occasione residui pretij
Castri Nomenti, sed quia pro parte Ducis prætendebatur
quòd à dicta 21. Iulij vsque per totum mensem Septembris
fructus deberent quidem simpliciter currere
damno Vrsinorum, post verò mensem Septembris non
simpliciter, & absolutè, sed duobus concurrentibus
non implemento videlicet, ex parte Vrsinorum, & datione
cedulæ Bancharìæ pro parte Principis: Placuit
Rotæ Ducem iterum super eisdem audire, & parte
vtraque informante iterum resoluit, fructum à die 21.
Iulij, vsque ad diem 26. Septembris 1596. nulla habita
distinctione cessisse damno Vrsinorum rationibus, de
quibus in decisione. Non obstant verba illa (*quatenus
verò elapso mense Septembris prædicta adimpleta non fuerint,
tunc data ex parte dicti emptoris cedula Bancharia,
conuenerunt, vt fructus debitorum currãt eo modo vt supra,
ad damnum venditorum, & nihilominus fructus rei emptæ
currant beneficio emptoris*) quæ verba sunt conditionalia,
vt multipliciter ponderant informantes pro Duce, &
secundùm eorum intentionem important, quod fructus
censuum, & aliorum debitorum currant ad damnum
venditorum sub conditione si fuerit ipsis non
adimplentibus data per Principem emptorem cædula,
quod etiam deducebant arguendo à contrario sensu,
iuncta præsertim limitatione emptoris, sed fuit responsum
conditionem dationis cedulæ fuisse positam ad effectum,
vt emptor faceret suos fructus Castri, † quos 1
non fecisset, quando retinuisset penes se pretium, *l. ex. ɫ. curabit. C. de act. empt.* [a] etiam quòd venditor promissa a
† non adimpleuisset secundùm receptiorem senten- 2
tiam, de qua per Cagnol. *in d. l. n. 31. & seq.* non [b] autem b
ad effectum, vt fructus censuum currerent ad damnum
venditorum, ad quod de iure, vt in decisione dictum
fuit, sufficiebat sola ipsorum inobseruantia, & non ad-
implementum, † aliàs induceretur repentina correctio, 3
& contrarietas, quæ non solùm aliena esse solet à mente
contrahẽtium, *l. nam ad ea ff. de cond. & dem.* sed etiam
in casu isto à verbis expressis ibi (*eodem modo, vt supra*)
† & propterea cōditio referri non debet ad id, ex quo 4
resultaret contrarietas, glos. *in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisd. omn. iud.* Aym. *cons. 70. n. 5. circa med.* Hinc patet
responsio ad argumentum deductum à contrario
sensu, † quod non admittitur, quando sequeretur cor- 5
rectio eiusdem dispositionis in alia parte, Corn. *consil.*
*150. n. 9. lib. 2.* Alciat. *cons. 537. n. 3.* † non enim sumitur 6
contra expressum sensum eiusdem, nec per illud reuocatur
expressa decisio contraria, Corn. *cons. 270. n. 1. lib. 1. & cons. 308. n. 4. lib. 4.* cum aliis per Rim. iun. *in l. 1 n.*
*412. ff. de offic. eius.* † & facit, quòd in Statutis non licet 7
arguere à contrario sensu ad correctionem iuris communis,
vt tradunt communiter DD. *in d. l. 1.* Dec. *cons. 508. n. 1.* fuit dictum in vna Bononien. siue Rom. iuris
succedendi 10. Aprilis 1592. coram Illustriss. Cardinali
Blanchetto.

8 Blanchetto.† Rursus cùm d.argumentum sumi debeat
strictè ad limites verborum,& sensus directi,Butr. *in c.*
*cum Apostolica in vlt.not.de his,quæ fiunt à Prælat.* Dec. *in*
*d.l.1.n.38.& cons.586.n. 4. circa med. vers. & hoc duplici*
c *ratione*, c cùm in sensu directo dicatur,quòd non secu-
to implemento,& data cædula duo sequantur ad fauo-
rem emptoris,vnum quòd nõ teneatur ad fructus cen-
suum,alterum,quod faciat suos fructus Castri,benè se-
quitur à contrario sensu , quòd deficiente tantùm cæ-
dula non consequator vtrumque effectom,sed non in-
9 fertur necessariò, quòd neutrum , sed potiùs † singula
singulis congruè referendo , quod sicut deficiente in-
obseruantia tenetur ad froctus censuum accollatorum,
ita non data cædula non lucretur fructus Nomenti,
& sic conclusum.

*ANNOTATIO.*

10 a Venditor † si retineat penes se pretium , quia fuerit illi
data dilatio ad soluendum,facit fructus suos,Bero.*in cap.*
*1.n.125.de vsur.* nec tenetur ad fructus recompensatiuos,
*iuxt.æquitatem l.curabit.*Gabr. *de empt.conclus.4.n.21.* Dec.
*cons.119.n.7.*Hieron.Gabr. *cons.57.n.5.lib.1.* Honded. *cons.*
*44.n.4.lib.1.*fuit dictum in Asculana pecuniaria 11.De-
cembris 1606.coram R.P.D. Coccino Decano. Hoc ta-
men procedit in dilatione, quæ continet certum , & de-
terminatum tempus ab initio , secùs autem in dilatione
incerta , & indeterminata , & quæ de sui natura venit
quantò citius implenda , ita distinxit Rota in Romana
Casaletti 20.Iunij 1611.coram Cardinali Sacrato.
11 Prout nec etiam † emptor tenetur ad fructus recompensa-
tiuos,si nullos fructus ex re empta percipere potuit,iux-
tà veriorem,& æquiorem opinionē, quam tenet Cagnol.
*in l.curabit n.48. C.de act. empt.*Couar.*var.lib.3.cap.4.num.3.*
Lup.*in ead.l.curabit Comm.1.§.7.n.141.*Odd. *cons. 87. n. 18.*
Molin. *de contract.disput.368.n.12.* & dixit Rota infrà co-
ram Sanctissimo *dec.347.n.5.*vbi tamen dubitatur, an pro
rata temporis,quo fructus curantur,& crescunt,sit locus
æquitati,*l.curabit* ob eam rationem, quia fructus dicuo-
tur percipi etiam pro tempore,quo curantur,& crescunt
*l.diuortio §.non solùm ff.solut.matrim.* Si tamen emptor fuit
in possessione,& habuit facultatem percipiendi fructus,
licèt non perceperit tenetur ad fructus compensatiuos
quos percipere poterat ex æquitate *l.curabit.*Surd. *consil.*
*101.n.21.*& dixit Rota in Beneuentana pecuniaria 15. Iu-
nij 1607.coram Cardinali Sacrato.
12 b Alex.† *cons.147.n.3.lib.5.* Surd. *cons.101.n.23. & dec.117.n.*
*7.*Hond.*cons.44.n.12.lib.1.* Rota *dec.686.n.3.par.2.in recent.*
& fuit dictum in Beneuentana pecuniaria 15. Iunij 1606.
coram Card.Sacrato,& latè in Romana Casaletti 30. Iu-
nij 1611.coram eod. vbi redditur optima ratio,nempè quia
per non implementum venditoris non minuitur vsus rei
venditæ,cuius vsus contemplatione debentur isti fructus
recompensatiui , ne emptor locupletetur cum aliena ia-
ctura; & quòd debeantur isti fructus etiam vbi nulla po-
test imputari mora emptori,si nõ soluerit pretium,Gabr.
*cons.56.n.3.lib.1.*Surd. *d.cons.101.n.23.& seq.& decis.117.n.*
*7.*& fuit dictum Parisien. pecuniaria 18.Iunij 1618.coram
R.P.D.Coccino Decano ; & isti fructus debiti ex dispo-
sitione *l.curabit* non sunt propriæ vsuræ, sed potiùs repa-
ratio damni,Surd.*d.cons.101.n.20.*& fuit dictum in d. Ro-
mana Casaletti,nec debentur vti vsuræ, sed tamquàm rea
propriæ ex æquitate iustitiæ commutatiuæ, & iure natu-
rali,Couar.*var.lib.3.cap.4.n.1.vers.& ideò alia ex causa* , &
dixit Rota in Romana pecuniaria 25.Octobris 1621. co-
ram R.P.D.Coccino Decano,vbi etiam dicitur,quòd pe-
tuntur non tamquam fructus rei principaliter deductæ
in iudicio , sed tamquàm rea principalis debita , & ideò
omni iure tàm ciuili , quàm naturali , & iure canonico
debentur, Hond. *cons.44. lib.1.* fuit dictum in d. Romana
pecuniaria , & etiam coram eodem Sanctissimo infra *in*
*decis.347.n.7.*
13 c Surd.† *cons.224 n.2.*Mant.*de tacit.lib.2.tit.14.n.21.* fuit di-
ctum in Tudertina nullitatis obligationis 1. Iunij 1615.
coram R.P.D.Buratto.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Aquinaten. beneficij.

*Veneris 9. Martij 1607.*

## ARGVMENTVM.

Immemorabilis requirit in teste ætatem 54.annorum,de qua ætate præcisè , & concludenter constare debet , & testis de maiori summa quando includat minorem.

*SVMMARIVM.*

1 *Immemorabilis requirit in testibus ætatem 54. annorum,& n.12.*
2 *Et debet de ista ætate concludenter apparere.*
3 *Contrarietas in testibus circa substantialia vitiat eorum depositionem.*
4 *Regula,quòd in maiori summa minor insit, patitur difficultatem in depositione testis.*
5 *Et non solet admitti in actu , qui potest afferre præiudicium.*
6 *Testes ad concordiam reduci non possunt,quando sibi manifestè contradicunt.*
7 *Item quando concordia non est probabilis , nec consonat verbis, nec veritati.*
8 *Testis sibi ipsi contrarius difficilius ad concordiam reducitur,quam si contrariaretur cum alio teste.*
9 *Testis deponens de decem sine taxatiua non excludit quindecim,& an,& quando hoc locum habeat.*
10 *Fides non facit fidem.*
11 *Testes deponentes de immemorabili debent esse benè certi, & constantes de ætate.*
13 *Immemorabilis excluditur ex actibus in contrarium, & quid si sint antiqui vltra centum annos , vel è contra sint gesti post completam immemorabilem.*
*Immemorabilis excluditur ex solo rumore , & tumultu in contrarium,& sub d.n. 13.*

## DECISIO CCXCVIII.

DOmini recedentes à decisione in hac causa facta
sub die 9. Decembris 1605.resoluerunt testes,qui
in tempore ætatis suæ variarunt plures annos sibi so-
peraddendo, non esse ad probandum immemorabilem
admittendos , † cùm enim ad eam probandam de sub- 1
stantia requiratur certa ætas saltem 54.annorum , Ca-
put. *decis. 290. par. 3.* & fuit latè deductum in illa Co-
men.decimarum coram R.P.D.Ortembergo, a necesse a
est,quòd de tempore dictæ ætatis præcisè,† & conclu- 2 a
denter appareat,*l.mater.C.de prob.l.alium*,vbi glos.Bart.
& alij *ff.de neg.gest.*Ias.*in rub.C.qui admit.n.9.* Aym.*cons.*
*6.n.106.circa med.*& propterea † contrarietas circa æta- 3
tem est circa substantialia , & vitiat eorum depositio-
nem , *cap. licèt causam* , vbi glos. *in verb. contradicunt de*
*prob.* Ioan. & Imol. *in l.his verbis. §.fin.ff.de hæred.instit.*
Alex.*cons.5.n.10.lib.1.* siue ista contrarietas , & variatio
studiosè,& dolo malo facta sit,siue ex quadam temeri-
tate,aut potius,quia ignorauerint ætatem suam , quod
facilè contingere potuit in personis rusticis quamuis de
malitia dubitandum sit, quòd sibi auxerint ætatem , vt
concludere possent immemorabilem,quia ad istum ef-
fectum ferè omnes egebant tali augmento,cùm habita
ratione alterius depositionis ætas non sufficeret, & au-
gmentum sit in notabili annorum quantitate.
Non † obstat regola , quòd in maiori summa minor 4
insit,quia in depositione testis difficultatem patitur,Ias.
*in l. 1. §.stipulanti num.9. in fine vers. septimò limita. ff.de*
*verb.oblig.cum aliis alleg.* & non solet admitti in actu,
qui potest afferre præiudicium,*l.si decem in princ.ff.locat.*
Ias.*loco citato num. 9.*

Non

Non obstat, quòd vna depositio aliam non destruit
quando possunt inuicem concordari, & quòd quan-
6 tum fieri potest, debent ad concordiam reduci, † qoia
hoc noo potest fieri, quando testis sibi manifestè con-
7 tradicit, Alex. *cons.* 20. *n.* 3. *lib.* 4. † & quando concordia
non est probabilis, & consona verbis, ac veritati, Fel. *in
cap. cùm tu post n.* 13. *vers. tertiò nota de testib.* tantò minus,
quando non agitur de concordando vno teste cum
alio; sed de concordandis pluribus depositionibus
8 eiusdem testis; † quia magis notatur contrarietas in
vno teste, & non est ita laborandum pro concordia, vt
post Bart. *in l. eos in fine. ff. de fals. tradit* Felyn. *in d. cap.
cùm tu sub n.* 2. *vers. quinimo dixit Bart. & n.* 30. *in fin.*
9 Non obstat *cons.* Alex. 64. *num.* 7. *lib.* 2. † quòd ille, qui
deponit de decem sine taxatiua non excludit quindecim,
quia vltra quod, vt notant ibi Addentes, non procedit
in teste deponente de facto proprio, & pari ratione
non habebit locum in teste deponente de propria
ætate, dictum etiam Alex. procedere potest, vbi agitur
de probando aliquo vniuersali, vel aliquo in genere, se-
cus autem quando agitur de probando certo actu, Afflict.
*decis.* 72. *sub n.* 6. quando autem quæritur de ætate
testis, agitur de vltimo anno, & tempore, in quo reperitur
testis, & de hoc interrogatur.

Non obstat, quod dicebatur in aliis depositionibus
fuisse obiter, & perfunctoriè dictum de ætate, quia fuit
ad eamdem interrogationem, & pariter cum iuramento.

10 Non sufficiunt fides datæ, † quia non faciunt fidem,
nec descriptio focularium, quia ea ore ipsorum procedit.

Non etiam coniecturæ, quæ adducuntur pro secun-
11 dò dicto, quia † ætas ad effectum immemorabilis est
probanda concludenter, & testes debent esse de ea benè
certi, & constantes; admittebant tamen Domini illorum
depositionem, quòd etiam in minori ætate per
eos expressa detracto tempore litis habebant tantam
ætatem quanta requiritur pro immemorabili iuxta superiùs
expressa.

*ANNOTATIO.*

12 a Et quòd † immemorabilis requirat in teste ætatem 54. an-
norum, Rota *dec.* 76. *n.* 3. *& dec.* 254. *n.* 2. *& dec.* 445. *n.* 1. *par.*
1. *in recent. & dec.* 248. *sub n.* 3. *par.* 2. *in recent.* cùm enim de-
ponere debeat de visu de quadraginta annis, necesse est,
qoòd de tempore, quo videre cœperunt, essent doli capa-
ces, & proinde quatoordecim annorũ, Rot. *dec.* 557. *in fine
par.* 4. *in nouissimis.* Et necesse est, quòd sint huiusmodi æta-
tis 54. aonorum subducto tempore litis motæ, Rot. *d. dec.*
248. *n.* 4. *par.* 2. *in recen.* & fuit dictum in Corduben redeci-
marum 1618. coram R. P. D. Coccino Decano; & ideò si
quàm plures anni sint quibus lis cœpta fuit, adeò quòd
verisimiliter oon possint reperiri testes, qui subducto de
medio tempore litis habeant huiusmodi ætatem, tunc
immemorabilis est improbabilis, Seraphin. *decis.* 1450.

13 In hac etiam † materia immemorabilis vulgaris est conclo-
sio in Rota, quòd illa excluditur ex actibus in contrariũ,
Rota *dec.* 254 *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 324. *n.* 13. *par.* 1. *in recent. & dec.*
248. *n.* 2. *par.* 1. *in recent.* imò solus rumor, & tumultus in
contrariũ reddit improbabilẽ immemorabilẽ, cùm testes
deponere debeant, quòd aliquid in contrarium nunquàm
fuerit visum, nec auditum, vt fuit dictum in d. Corduben.
redecimarum 18. Maij 1618. coram R. P. D. Coccino Deca-
no. Aduertendum tamen est, quòd si actus, qui dantur in
contrarium, sunt supra centum annos, non elidunt imme-
morabilem, stat enim simul non extare memoriam in
contrarium cum actu antiquo vltra centum annos; cùm
memoria hominum non præsumatur se extendere vltra
centum annos, si verò actus in contrarium sunt infra cen-
tum annos, tunc intrat conclusio, de qua supra, quòd ex-
cludunt immemorabilem, ita benè declarat Molin. *de pri-
mogen. Hispan. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 60. *&* 61. & secuta fuit Rota in
Caualicen. feudi 26. April. 1613. coram R. P. D. Pirouano,
sed nec actus facti infra centum annos eliderent imme-
morabilem, quando essent gesti post completam proba-
tionem immemorabilis, vt dixit Rota in d. Caualicen.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana fideicommissi de Iacobatiis.

*Mercurij 14. Martij 1607.*

ARGVMENTVM.

Alienari possunt prohibita à testatore pro solutione
æris alieni hæreditarij, & pro restauratione
corporis hæreditarij, ac etiam quando
ex dicta alienatione fideicommissum fit pinguius.

*SVMMARIVM.*

1 *Contrauenire prohibitioni alienationis facta à testatore hæres non dicitur, quando alienat pro soluendo ære alieno eiusdem testatoris.*
2 *Item nec quando alienat pro restauratione, & reparatione corporis hæreditarij.*
3 *Census impositus, & creatus pro extinctione alterius census sortitur eamdem naturam, & qualitatem primi.*
4 *Impensa necessaria consistit non solùm in reficiendo, sed etiam in faciendo aliquod necessarium.*
5 *Prohibitio alienationis non comprehendit illam alienationem, per quam fideicommissum fit pinguius, & pretiosius.*
6 *Fideicommissum vt possit alienari ex causa æris alieni hæreditarij, quænam sint necessaria.*

DECISIO CCXCIX.

IMpositionem census soper domo, de qua agitur à
Martio Iacobatio, factam de anno 1580. ad fauorem
Angeli Clauarij non fuisse illi imputandam in contra-
uentionem prohibitionis alienationis dixerunt Domi-
ni animaduertentes † fuisse impositum in maxima par- 1
te pro extinguendo anteriori censu super eadem domo
per Alexandrum Columnam Martij tutorem constitu-
to pro causis necessariis, videlicet, pro soluendo ære
alieno hæreditario, a *l. filius familias.* § *diui in fin.* vbi Ias. a
*n.* 72. *in* 2. *lectura.* Rip. *n.* 9. *ff. de leg.* 1. Alber. *in l. senatus in
princ. eod. tit.* † & pro reparatione, ac restauratione eius- 2
dem domus, *l. domos hæreditarias ff. de leg.* 1. Bald. *cons.* 20.
*sub n.* 1. *lib.* 2. latè Peregr. *de fideicom. art.* 50. *n.* 8. † & pro- 3
pterea cùm in hoc census Clauarij in locum antiqoi
succedat, præ se fert eamdem necessitatem, ita vt non
includatur in prohibitione alienationis *d.* § *diui. & l. pe-
to.* § *prædium. ff. de leg.* 2. cum aliis per Rom. *cons.* 107. *n.* 2.
prout etiam in causam necessariam videtur cessisse re-
siduum pretij census, quod fuit impensum in ædifica-
tione stabuli pro seruitio domus; † licèt enim impensa 4
necessaria communiter sit in reficiendo; tamen etiam
in faciendo sæpenumero occurrere potest, Peregr. qui
alios congerit *d. art.* 50. *n.* 6. & vbi etiam constitutio sta-
buli non habuisset causam necessariam, continebat sal-
tem maximam commoditatem, & vtilitatem domus.
† Prohibitio autem non comprehendit illam alienatio- 5
nem, per quam fideicommissum fit pinguius, & pretio-
sius, ne aliàs prohibitio facta ad fauorem fideicommissi,
& vocatorum operaretur eorum detrimentum, vt be-
nè per Soc. iun. *cons.* 28. *n.* 8. *& seqq. lib.* 2.

Non obstat, quòd talis alienatio ex causa necessaria
non probetur aliundè; quàm ex assertione illorum,
qui erant prohibiti alienare, quibus non est standum,
quia respectu primi Census impositi per Alexan-
drum Columnam probatur ex assertione ipsius, stan-
te præsertim amplissima authoritate illi à testatore
concessa alienandi bona pro vtilitate hæredum:
6 Respectu verò residui, pro quo etiam fuit creatus
census concurrit transactio cum hæredibus Cinij fa-
cta, ex qua apparet creditum illorum de Capisucchis
occasio

occasione stabuli, & aliorum melioramentorum, quod creditum iustificatur tùm ex decreto Aud. Cam. tùm ex laudo lato per Iulium Cæsarem Columnam de voto D. Bernardini Biscie. Vltra quod constat integram summam peruenisse ad manus hæredum Cincij de Capisucchis.

Non obstat, quod dicitur potuisse satisfieri ex fructibus bonorum hæreditariorum, vel per impositionem census super aliis bonis non prohibitis alienari, quia non constat fructus fuisse sufficientes, nec adfuisse alia bona, quæ si adessent, res non esset sine difficultate.

*ANNOTATIO.*

6 a Ad hoc, † vt alienatio fideicommissi sustineatur vti facta ex causa soluendi æs alienum hæreditarium duo concurrere debent, Primò quòd non adsint alia bona libera; Secundò, quod constet pretium fuisse conuersum in solutionem dicti æris alieni, Perégrin. *de fideicommiss. art. 40. num. 23.* Gratian. *disceptat. foren. cap. 570. num. 13. & 14.* Item etiam est necesse, quòd creditores hæreditarij vrgeant, Gabr. *consil. 118. num. 5 lib. 2.* Peregr. *d. artic. 40. num. 25.* & est habenda etiam consideratio ne pro modico debito alienetur res magni valoris, Peregr. *d. artic. 40. sub num. 26.* Gabr. *d. consil. 118. num. 6.* nec est deueniendum ad electionem immobilium, quando adsunt mobilia, ex quibus debita solui possunt, Molin. *de primogen. lib. 4. c. 6. num. 15 & cap. 7. num. 2.* Gratian. *dicta cap. 570. num. 12. & 13.* & fuit dictum in Romana fideicommissi 18. Iunij 1618. coram R.P.D. Remboldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Maceraten. executionis rej iudicatæ.

*Veneris 16. Martij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Acta in diuersa causa non sunt transportanda, prout nec iura exhibita parte non citata.

*SVMMARIVM.*

1 *Acta in diuersa causa non sunt transportanda.*
2 *Acta coram arbitris, à quibus fuit appellatum, sunt transportanda.*
3 *Iura non exhibita parte citata non possunt dici de actis, & num. 4.*

### DECISIO CCC.

1 FVit resolutum pro informante non fuisse † necessariam transportationem actorum [a] coram Laurentino Locumtenente Gubernatoris Maceratæ, quia illa nihil aliud continent, nisi sæpiùs iteratam petitionem reuocationis sequestri, & reductionis ad viam iuris, quæ nihil habent commune cum causa, quæ tractata fuit in Rota coram R.P.D. meo Lancellotto inter matrem, & filios, in qua solum agebatur de interpretatione legati, an importaret integrum vsumfructum, vel restringeretur ad alimenta ex consuetudine Bulgari; & quia causa erat in Rota introducta per viam appellatio-
2 nis à sententia arbitrorum, † satis fuit producere acta facta coram prædictis arbitris, *cap. cupientes. vers. cum omnibus. de elect. in 6.* & fuit sæpiùs dictum.

Minùs facit, quòd coram eodem Laurentino repetiantur quædam allegationes iuris, quia concernunt reuocationem sequestri, & sic sunt aliena à iudicio, de
3 quo agitur, prout alia acta, † vltra quòd non sunt exhibita parte citata, & propterea nullatenus dici possunt
b de actis, Guidop. *decis. 241.* [b]

*ANNOTATIO.*

a De hac materia transportationis actorum dixi supra ad *decis. 59. & infra ad decis. 320.*
b Sarnen. 1 *de annali quæst. 2. circa med.* Cæsar de Graff. *decis. 3. num. 7. de testit. spol.* Hond. *cons. 75. num. 34. lib. 2.* 4

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononiens. Legati.

*Lunæ 19. Martij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Legatum dotis debetur legatariæ Monasterium ingredienti, & Christo nubenti, & latè respondetur ad coniecturas in contrarium ponderatas.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum pro dote relictum debetur etiam si legataria ingrediatur religionem, & vide num. 16.*
2 *Dos, quæ constituitur pro nuptiis spiritualibus non minus dicitur dos, quàm quæ datur pro matrimonio carnali.*
3 *Nubere quis dicitur etiam si religionem ingrediatur, quia Christo nubere dicitur.*
4 *Legatum relictum in casu nuptiarum debetur contrahenti spirituales nuptias.*
5 *Verba sunt maximum testimonium veritatis ad declarandum voluntatem testatoris.*
6 *Testator præsumitur conformare sensum suum cum sensu legis.*
7 *Dilecti, qui magis fuerunt à testatore, non est verisimile, quòd testator voluerit esse deterioris conditionis, quàm minus dilectos.*
8 *Religionem ingredienti minus relinqui, quàm nubenti in sæculo alias Rota pro absurdo reputauit.*
9 *Dispositum censetur illud, quod si cogitasset testator, verisimiliter disposuisset, de quo etiam sub num. 17.*
10 *Religioni debetur fauor.*
11 *Legatum dotis relictum extraneis debetur etiam in casu ingressus in religionem, non obstante quòd idem testator suis propriis descendentibus in casu; in quo ingrediantur religionem, minorem quantitatem reliquerit.*
12 *Item etiam si aliquando testator in testamento discretiuè locutus fuerit de nuptiis, & de ingressu in religionem.*
*Discretiua locutio excludit, & separat, & num. 18. vbi declaratur.*
13 *Item etiam si ex consuetudine loci puellæ monachentur cum multo minori dote.*
14 *Prohibitio facta à testatore quòd bona non transeant in Ecclesias, intelligitur per viam successionis, non per viam dotis.*
15 *Legatum dotis, quod testator voluit solui tempore, quo legataria nubet, an sit conditionale, Rota non resoluit, & pro affirmatiua, vide num. 19.*

### DECISIO CCCI.

MAtthias Amorinus in suo testamento, in quo Iulium Cæsarem, & Alexandrum ex fratre nepotes hæredes instituit, legauit singulis filiabus ex ipsis nascituris scuta 2. mil. auri in auro cum apparatibus condecentibus, quas dotes, & mobilia voluit per dictos fratres de communibus bonis dari, & solui tempore, quo nubent. Accidit ex Iulio Cæsare duas tantùm; ex Alexandro autem decem extare filias fœminas; orta fuit forsan occasione huius disparitatis inter eos controuersia, [a] An legatum debeatur solùm filiabus in sæ- a

culo nubentibus, an verò illis etiam, quæ spiritualiter
nuberent per ingressum alicuius Monasterij, & pro-
fessionem in eo emissam: causa in partibus in iudicium
deducta, iudicatum fuit ad fauorem filiarum religio-
1 nem profitentium, † quam sententiam confirmandam
esse Domini vnanimiter censuerunt; iste enim intel-
lectus non solùm conuenit verbis legati, sed etiam
menti testatoris est multùm conformis, licèt enim reli-
ctum sit sub nomine dotis per illa verba (quas dotes)
2 † non minus tamen dicitur dos, quæ constituitur pro
nuptiis spiritualibus, quàm quæ datur pro matrimo-
nio carnali, glos. *in capit. fin. in glos. vltim. de testament.*
Bal. *in Auth. nisi rogati in princ. Cod. ad Trebell.* licèt etiã
testator mandet illud præstari tempore, quo nubent,
3 † verbum (*nubent*) non excludit, imò includit filias re-
ligionem ingredientes, quæ Christo nubere dicuntur,
vt dicit Paul. ad Timotheum *epist. 1. cap. 5. v. quæ Christo,*
*& cap. hi igitur 17. quæst. 1.* Bald. *in d. Auth. nisi rogati in*
4 *primis verbis*, & † legatum factum in casu nuptiarum
debetur cnntrahenti spirituales nuptias, *§. sed & hoc*
*præsenti. Auth. de Episcop.* & post Fulgos. Soc. & alios
quos allegat tradit Illustrissimus Cardinal. Mantica *de*
*coniect. vlt. voluntat. tit. 18. numer. 26. lib. 11.* latè Natta
*cons. 296.* cum multis relatis à Surd. *consil. 192. num. 19.*
& adductis per informantes. Congruè multum etiam
intentioni, & menti testatoris, quæ potissimum ex
5 verbis colligitur, † quibus nullum maius testimonium
veritatis, Bald. *in l. generaliter in 1. not. Codic. de non nu-*
*mer. pecun.* verba enim non aliò tendunt, nisi vt men-
tem dicentis exprimant, *lege Labeo ff. de supellect. leg.*
cum infinitis cumulatis per Tiraquell. *in l. si vnquam in*
6 *verbo libertis. nu. 17. & seq. Cod. de reuoc. donat.* † Item ex
eo, quòd testator præsumitur sensum suum conformare
cum sensu legis, *l. hæredes mei §. cùm ita ff. ad Trebell.*
*l. peto ff. de leg.* 2. lex autem interpretatur, quòd legatum
factum in casum nuptiarum intelligatur etiam de nu-
ptais spiritualibus. *d. § sed & hoc præsenti.* Vlteriùs etiam
colligitur mens testatoris ex legato librarum 2000.
facto filiabus Pantasileæ sororis testatoris cùm nupse-
rint, vel religionem intrauerint, ac Christo nubenti,
7 vel religionem ingredienti; † non enim est credendum
testatorem voluisse illas esse deterioris conditionis,
quas verisimiliter magis dilexit, quia sunt agnatæ, &
descendant ab hæredibus institutis, *l. publicus §. 1. ff.*
*de cond. & demonstr. l. qui fundum §. qui filios ff. ad leg.*
8 *Falcid. Auth. hoc amplius Cod. de fideicommiss.* † Aut enim
volumus testatorem, quando legauit filiabus hæredum
institutorum cogitasse de ingressu religionis, prout
fecit aliis fœminis legando, & tunc dicendum quòd
censeatur legasse etiam in dicto casu, cùm reliquis om-
nibus voluerit in vtroque prospicere, & prospexerit;
alioquin istæ puellæ non habebunt aliquid, si Mona-
9 sterium ingrediantur, † & si pro absurdo habetur, quòd
minus relinquatur pro ingressu Monasterij, quàm pro
matrimonio carnali secundùm opinionem, quam aliàs
tenuit Rota apud Mohed. *decis. 12. de consuetud. & 3. de*
*testament.* multò magis si nihil relinquatur. Aut volu-
mus quod hoc casu de tali ingressu non cogitauerit, &
præsumendum est, quòd si cogitasset, idem disposuis-
set, quod fauore nuptiarum sæcularium disposuit; lex
enim isto casu supplet defectum testatoris ex præ-
b sumpta eius voluntate, [b] Paul. de Castr. *in d. Auth. nisi*
*rogati numer. 4.* Corn. *consil. 253. sub numer. 6. vers. hanc*
*etiam opinionem lib. 4.* Dec. *consil. 259. post numer. 4.*
10 *vers. etiam ideò tali causa*, & pro † hac interpretatione
vrget non solùm fauor, qui præcipuus exhibetur reli-
gioni, *l. sunt personæ in fine ff. de relig. & sumpt. fun. l. Titia*
*§. Seia ff. de aur. & arg. leg.* sed etiam fauor, qui doti de-
betur, cùm, vt dictum est. ista sit dos.
11 Non obstant coniecturæ † in contrarium adductæ,
& primò illa, quòd neptibus ex propriis filiis noluit re-
linquere eam summam in casu Monachationis, quam
reliquit, cùm carnales nuptias contraherent, quia re-
spondetur, visum fuisse testatori summam scut. 15.
mil. esse nimis magnam pro ingressu Monasterij, &
ex ea posse sequi diminutionem fideicommissi, quod
voluit conseruari, non transire in Ecclesiam, non sic
in summa scut. duo mil. quæ est adaptabilis vtrisque
nuptiis, & licèt in causa Monachationis neptibus ex
filiis reliquerit scuta quingenta, tamen id factum
fuit, tùm quia voluit testator illas prouocare ad nu-
bendum, vt summoperè cupiebat, & ad procrean-
dum liberos masculos, quos deficiente linea masculina
voluit succedere. Tùm quia etiam ipsæ vtroque casu
poterant in bonis testatoris consequi legitimam, seu le-
gitimæ supplementum, quæ non vigent in filiabus in-
stitutarum, quibus nec aliqua legitima poterat esse de-
bita, nec earum filij erant aliquo casu vocati ad succes-
sionem.
Non obstat alia coniectura desumpta ex eo, quòd
testator filiabus suis, quæ Monasterium ingressæ fue-
rant, dederat libras mille tantùm; quia de eo tem-
pore habebat filios masculos, & fortè non erat ita
opulentus.
Alia etiam, † & tertia coniectura ex eo quòd locutus 12
sit testator discretiuè de nuptiis, & de ingressu religio-
nis, [c] non facit quia imò ista æquiparauit, & sub eadem c
dispositione posuit, vt in legato facto filiabus sororis,
& quando voluit separatam dispositionem facere, non
contentus fuit verbo, nubere, sed addidit illa verba, in
sæculo: ex quo bene infertur testatorem pro comperto
habuisse, quòd sub nomine nuptiarum non venirent
solum sæculares.
Quarta coniectura † deducta ex consuetudine Ciui- 13
tatis Bononiæ, in qua puellæ monachantur minori do-
te, nihil facit, quia non probatur, quin aliqui possint,
& solent etiam plus dotis constituere præsertim per
viam vltimæ voluntatis, & quando excessus non est
magnus.
Quinta coniectura, † quæ elicitur ex eo, quòd testa- 14
tor voluit conseruari bona in familia, & expresse pro-
hibuit, ne transirent in Ecclesias, non obstat, quia pro-
hibuit, quòd per viam successionis non per viam dotis
transirent, & prohibitio est respectu corporum hære-
ditariorum, vel summæ grauis, ex qua sequeretur no-
tabilis diminutio fideicommissi; ista autem summa
non est talis, ex qua sequi possit talis diminutio. Et
testator respectu alterius legati non solùm non ab-
horruit, sed etiam voluit, quòd possit in Monasterium
transire.
Non obstat decisio Romana dotis 21. Iunij 1602. co-
ram me, quia ibi dos erat assignata Moniali, seu Mo-
nasterio, & ipsa prætendebat habere dotem æqualem
illi, quæ fuerat constituta sorori, quæ in sæculo nu-
pserat, & sic est casus ab eo, qui agitur, diuersissimus.
Ex quibus, & aliis adductis per informantes Domini
censuerunt fortiores esse coniecturas, quæ militant ad
fauorem ingredientium religionem, licèt sufficere de-
berent verba hoc importantia.
An autem legatum † sit conditionale, fuit aliqua dif- 15
ficultas inter Dominos. Aliqui enim dicebant non
esse conditionale, quia conditio nuptiarum non est
apposita substantiæ legati, sed executioni, & solutio-
ni, vt patet ibi (quæ voluit dari, & solui tempore,
quo nubent) quo casu nuptiæ non faciunt legatum
conditionale, Bald. *consil. 286. numer. quarto. lib. tertio.*
cum multis per Honded: *consil. 53. numer. 31. & sequ. lib.*
2. fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli Castri Montonis
1. Decembris 1578. coram fœl. rec. Clemente VIII. &
in vna Romana donationis 26. Maij 1603. coram me.
Aliqui tamen tenebant contrarium, quia legatum
dotis ex sui natura est conditionale, & habet tacitam
conditio

d conditionem, si nuptiæ sequantur,[d] Bald. *in l. non sine Cod. de bonis quæ liber.* Paris. *cons.* 110. *n.* 7. *lib.* 4. latè Rolan. *consil.* 29. *num.* 15. *& sequ. lib.* 4. & fuit allegata decisio Rotæ in Romana de Maximis 5. Iulij 1599. coram R.P.D. meo Iusto, & ideo si opus fuerit, particulariter super hoc dubitabitur.

### *ANNOTATIO.*

16 a Hæc materia an,† & quando legatum dotis debeatur, si legataria ingrediatur religionem amplè tractant Sanchez *de matr. lib.* 3. *disp.* 33. *per totam.* & Guttierez *de sponsal. c.* 20. *n.* 27. qui plures casus distinguit.

17 b Sunt in hac † materia duæ iuris conclusiones, quæ videntur inter se contrariæ, prima est, quòd haberi debet pro expresso, & disposito illud, quòd si testator cogitasset, expresse disposuisset, quæ firmatur in hac decisione: Altera conclusio est, quòd non sufficit testatorem ita voluisse, nisi etiam disposuerit, & voluntas, quæ non transiuit in dispositionem, non est attendenda, ad quod communiter allegatur tex. *in l. quidam cum filium ff. de hæred. instit.* Has autem conclusiones optimè ad concordiam reducit, & declarat DD. plures cumulando Castil. *de coniect. & interpret. vlt. volunt. cap.* 11. *per totum*, & ad eius dicta me refero.

18 c Discretiuæ † orationis natura est excludere, & separare, vt post alios dicit Surd. *cons.* 426. *n.* 1. & dum disponēs loquitur de duobus separatim, & discretiuè, præsumendum est, quòd illa duo habuerit vti quid omnino inter se separata, idem Surd. post alios *cons.* 554. *n.* 7. 8. *&* 9. & per plura exempla bene comprobat Menoch. *consil.* 215. *n.* 69. *&* 70. vbi dicit *filiorum* appellatione non venire nepotes, nec masculinum concipere fœmininum, quando discretiuè de iis in aliqua dispositione reperitur facta mentio. Hæc autem conclusio pluribus modis declaratur per Surd. *d. consil* 426. *sub n.* 28. *& seq. vsque ad num.* 31. & Rota in Romana fideicommissi de Paluzellis 4. Maij 1615. in vers. respondebatur. coram R. P. D. Manzanedo declarauit illam habere locum, quando discretiua locutio est in eadem met parte dispositionis, de cuius interpretatione agitur, secùs autem si in diuersa.

19 d Et quòd legatum † dotis sit conditionale, Seraphin. *dec.* 959. vbi propterea dicitur non transmitti ad hæredes, & Rota *decis.* 450. *num.* 2 *part.* 1. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Pecuniaria.

*Veneris* 23. *Martij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Socius an, & quando possit insolidum conueniri pro mercibus receptis occasione negociationis, & an, & quando creditor agendo contra vnum socium, vel recipiendo ab eo partem debiti censeatur remittere obligationem solidi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Socij sunt insolidum obligati quando ambo promiscuè negocium gerunt, & num.* 9.
2 *Et præsertim quando sunt socij in negociatione mercium venalium.*
3 *Socius eò magis insolidum est obligatus, quando ipsemet recepit merces.*
4 *Libri mercatoris non probant pro tertio, nec contra tertium.*
5 *Non procedit quando aliundè sunt adminiculati.*
6 *Probant etiam sine adminiculis solitum, & quod ita actum sit.*
*Res inter alios acta probat factum ipsum contra quoscumque; licèt actus tertio non noceat, & numero* 10.
7 *Creditor agendo contra vnum ex sociis, seu recipiendo ab eo solutionem pro eius rata, vt censeatur remisisse obligationem solidi, requiritur quòd solutio punctualiter correspondeat ratæ, & portioni soluentis; aliàs enim si in aliquo excedit, vel minor sit, sibi non præiudicat.*
8 *Item requiritur, quod expressè petatur, aut soluatur pro rata sua.*



### DECISIO CCCII.

PRoposui dubium in alia decisione reseruatum, an Michaël Confalonerius teneatur insolidum Petro Antonio Busso; quod fuit affirmatiuè resolutum, potissima ratio resolutionis fuit, quia ex partitis diuersorum mercatorum, in quibus legitur merces pro societate aliquando Crostæ, aliquando Confalonerio consignatas, † apparet consueuisse promiscuè modò vnum, 1
modò alium gerere; ex quo inter ipsos censetur datum reciprocum mandatum, & possunt insolidum cōueniri,
[a] Bald. *in rubr. Cod. de exercit. actio. num.* 26. *& in l. cum* a
*in fin. vers. caue tamen ff. si cert. petat.* Paul. de Castr. *in l.* 1. §. *si plures num.* 3. *ff. de exercit. act.* Ronchegal. plenè *in l. eamdem num.* 187. *& num.* 191. *in fin.* vbi dicit communem, *ff. de reb. dub.* cum aliis, quos refert, & sequitur Surd. *decis.* 213. *num.* 1. † Cùm præsertim essent socij in 2
negociatione mercium venalium, Bart. *in l. nemo ex sociis ff. pro soc.* Bald. *in rub. Cod. eod.* Alex. *consil.* 186. *num.* 3. *lib.* 2. Surd. *d. decis. num.* 2. Tantò etiam magis, quia partitæ omnes, in quibus Bussus fundat creditum suum, sunt occasione mercium ipsi Confalonerio traditarum, & ipse manu propria creditorem fecit Bussum in libris societatis, † & sic non solùm concurrit promiscuum so- 3
litum gerendi, sed etiam agitur contra Confalonerium de facto proprio, iux. tradita per Bart. *in d. l. eamdem num.* 9. *ff. de duob. reis.* & quia concurrunt etiam multa, de quibus per informantes.

Non obstat, † quòd libri mercatorum non probent 4
pro tertio, nec contra tertium, † quia propter confor- 5
mitatem, quam habent cum libris societatis, & libris Bussi, & alia adminicula, de quibus per informātes, plenè probant, Aym. *de antiq. temp. part.* 1. §. *tertiò limita num.* 110. fuit dictum in vna Romana census 25. Februarij 1578. coram Rubeo, & in vna Farfeñ. grani 9. Martij 1580. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in aliis pluribus, † vlterius, cùm non agatur de vi 6
partitarum, sed tantùm ad probandum solitum, & quòd ita actum sit, [b] probarent etiam sine adminiculis b
ad tradita per Paul. de Castr. *consil.* 281. *numer.* 10. *lib.* 1. Aym. *consil.* 65. *num.* 6. Ad illud, quod Bussus sibi præiudicarit, & fecerit diuisionem solidi producendo apocham diuisionis factam inter Crostam, & Confalonerium, fuit responsum in decisione: † Additur etiam 7
quòd ad hoc, vt creditor sibi præiudicet, & remittat obligationem solidi, iuxta *l. si creditores. Cod. de pact.* requiritur, quòd solutio punctualiter correspondeat ratæ, & portioni soluentis, quia si in aliquo excedat, vel minor sit, non intrat dispositio *d. l. glos. in l. inter eos* §. 1. *in verb. soluit*, vbi Ang. *in fin. ff. de fideiuss.* Dec. *in d. l. si creditores num* 2. Ias. *post num.* 3. *vers. limita quatuor modis.* Bellam. *cons.* 44. *num.* 3. *circa med.* Ronchegal. *in l.* 3. *vers. vtique num.* 92. *ff. de duob. reis*: hic autem non concurrit petitio virilis portionis adæquata, & punctualis, quia creditum est scut. 1194. in apocha autem fit mentio de scutis 606. quæ distant à medietate crediti: † Rursus, 8
vt inducatur diuisio, debet expressè dici, quòd petitur aut soluitur pro rata, & portione sua, Ang. *in d. l. inter eos* § 1. *vers. tu adde quòd si soluens*, & ibi etiā Imol. *sub nu.* 3. *vers. Ang. tamen hic dicit.* Decius *in d. l. si creditores num.* 1. Ias. *sub n.* 3. *vers. secundò limita.* Ronchegal. *vbi supr. n.* 23.



& 34.

*& 34.* Bella. qui communem dicit *d.consil. 44. num. 3.* quam etiam communem dicit Lanfranc. *decis. 289.* Quòd diuisio fuerit approbata ex eo, quòd in commissione de ea fuerit facta mentio, est vanitas, vltra quod hoc est factum procuratoris, quòd non deberet obstare Busso, vt in decisione.

*ANNOTATIO.*

9 a Menoch. † *cons. 410. num. 37.* & hanc decisionem secuta fuit Rota *in decisione 61. numer, 9.* inter impress. penes Picum *ad Stat. Vrbis 151.* & latissimè de obligatione sociorum respectu extranei, cum quo fuit actum, tractat Hector Felic. *de societat. cap. 30. à num. 1. vsque ad 39.*

10 b Quando † agitur de probando facto ipso etiam res inter alios acta, & instrumentum inter alios celebratum probant veritatem facti; licèt effectus illius tertio non noceat, Couar. *pract. cap. 20. num. 9.* Surd. *consil. 170. num. 22. & consil. 429. num. 41. & 42.* Mandel. *cons. 276. num. 6.* vbi dicit, quòd communis DD. sententia est, quòd res inter alios acta probat apud omnes dictum factum; licèt non probet effectum postea dependentem ab ipso facto, Rota *decis. 107. numer. 1.* inter impress. penes Pacif. *de Salut. iuxta nouam impres.* & benè etiam Rota *decis. 161. sub numer. 3. part. 2. in recent.* vbi dicitur quòd licet sententia non afficiat tertium, nihilominus probat factum, & dixit etiam Rota coram Sanctissimo *infra decis. 484.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. Decimarum de Ayamonte.

*Lunæ 26. Martij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Tertius pro suo interesse potest ad causam venire cum alio cœptam in statu, & terminis non solùm, quando venit ad defendendum alterum ex collitigantibus, sed etiam quando venit pro iure proprio, requiritur tamen tacita admissio, quæ sufficienter deducitur ex actibus gestis concernentibus negocium principale.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tertius potest pro suo interesse venire ad causam cum alio cœptam, ita vt acta iam facta, & sententiæ ipsum afficiant, perinde ac si cum ipso emanassent.*

2 *Quod procedit tam in tertio, qui venit ad defendendum alterum ex litigantibus, quàm in eo, qui venit iure proprio.*

3 *Tertius veniens ad defendendum alterum ex litigantibus non potest venire nisi in statu, & terminis, ille autem, qui venit iure proprio, potest nouum iudicium inchoare, & etiam potest, si vult venire in statu, & terminis.*

4 *Tertium vt acta iam facta afficiant, est necesse, quòd constet de illius admissione ad causam.*

5 *Sufficit tamen tacita admissio, quæ deducitur ex eo, quòd faciat aliquos actus respicientes merita causæ.*

6 *Et sufficit, quod sit obtentum decretum compulsorialium generalium.*

### DECISIO CCCIII.

Domini vnanimi voto perstiterunt in vltimo loco decisis: vera enim, & receptissima est sententia,
1 quam Rota passim tenet, † posse tertium pro suo interesse venire ad causam cum alio cœptam, ita vt acta, & sententiæ præcedentes ipsum iuuent, & afficiant, perinde ac si cum ipso, & ipso citato emanassent ex allega-
2 tis in decisione, & additis per informãtes, † & distinctio, quam faciunt informãtes pro Marchione inter tertium
venientem ad defendendum alterum ex litigantibus, & eum, qui venit pro iure proprio, non subsistit: differentia enim in hoc tantùm cõstituitur, † quia ille velit no- 3
lit venit ad prosecutionem iudicij cœpti in statu, & terminis, in quibus reperitur; iste autem non cogitur hanc viam intentare, cùm possit nouum iudicium inchoare, & ita loquuntur Couar. *pract. q. cap. 3. in princ. & decis.* Toletana Decimarum coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, sed quòd tertius iste, si velit adhærere iudicio cum alio inchoato, & illud pro suo interesse prosequi, non posset, nec Couar. nec decis. Toletana dicunt; imò dicta decisio expresse admittit potestatem, dum scrutatur voluntatem Ducis comparentis. De voluntate autem Marchionis non est dubitandum, quia est clara ex mandatis datis in hac causa tàm per eius tutricem, quàm per ipsum, in quibus expresse dicitur ad prosequendum hanc causam in statu, & terminis, in quibus reperitur cum ratificatione actorum præcedẽtium. Non obstat, quod dicitur non reperiri Marchionem fuisse admissum ad causam, prout videtur requiri, Cres. *dec. 3. de rescript.* † quia sufficit pro tacita admissione, quòd 4
tertius faciat aliquos actus, qui respiciant merita causæ, & negocium principale, vt fuit dictum in vna Legionen. iurisdictionis de Saldagna 15. Martij 1592. coram
Illustr. Card. Pamphilio, † & dicit Mandos. *in commiss. 9.* 5
*in verb. admittat in 3. q.* † fuisse in Rota resolutum suffi- 6
cere ad istum effectum, quòd sit obtentum decretum compulsorialium generalium. Hic autem dantur multæ comparitiones, & instantiæ procuratorum Marchionis cum defensione causæ per 20. annos.

*ANNOTATIO.*

a De hac materia tertij venientis ad causam latè dixi in annotat. *ad decis. 259.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nullius, seu Camerinen. vnionis.

*Lunæ 26. Martij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vnione, & incorporatione secuta omnia iura Ecclesiæ vnitæ censentur acquisita Collegio, cui fuit facta vnio.*

2 *Visitandi ius habet ille, qui habet iurisdictionem, cùm actus visitandi ad iurisdictionem pertineat.*

### DECISIO CCCIV.

Dvbitaui an Rector Collegij Romani posset visitare Ecclesiam de Flastra, & omnia membra in ea existentia, & ipso Rectore tantùm informante Domini partem affirmatiuam secuti sunt, moti præcipuè ex eo, quòd Papa suppressit nomen, titulum, essentiam, & insignia dignitatis Abbatialis, & annexuit, & incorpora-
uit Collegio bona, & iura omnia, ac pertinentias, † quo 1
fit, vt omnia iura tàm temporalia, quàm spiritualia ple-
no iure censeantur acquisita ipsi ª Collegio, Ang. *cons.* 2
*247.* Felyn. *in c. translato. sub n. 6. vers. sed adde. de Const.* Vital. *in clem. 1. numer. 84. de excess. Prælat.* Ferret. *consil. 242. nu. 5. & seq.* fuit dictum in vna Aretina, seu Montis Politiani iurisdictionis in. Martij 1595. coram bo. memor. Gypsio, & cùm inter alia in specie concedatur Rectori iurisdictio Abbatiæ priùs competens, ita vt curam omnem tàm conuentualem, quàm iurisdictionalem, ac etiam parochialem, quæcumque sit, per se,
vel per alium gerere possit, & exercere, † vtique etiam 2
concessum fuit ius visitandi Ecclesiam, & Monachos respectu eorum, quæ concernunt seruitium Ecclesiæ,
eùm

cùm actus visitandi ad iurisdictionem pertineat, Socin. *de Visitat.col.4.vers. decimò quarto.* Paum. *in eodem tract. quæst.1.par.1.num.* 8.fuit dictum in vna Pampilonen.iuris visitandi 27.Aprilis 1583.coram Illustrissimo Cardi-
b nali Seraphino. [b] Nec facit,quòd Papa in vnione prohibuerit solitum Monachorum,& ministrorum numerum minui, quia id fecit, ne ex tali diminutione diminueretur cultus diuinus,non inde tamen sequitur Rectorem non posse,& debere visitare.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd beneficium vnitum omnia iura sua perdat, & omnia eius iura transferantur in Ecclesiam, cui est facta vnio,Rota *decis.710.sub nu.2.par 2.in recent.*plenè Garz.*de Benef.par.12.cap.2.n.14.& seq.*

b Seraphin.*decis.625.n.2.& decis.*1068.*num.*4.Mant.*decis.*322. *n.*14.Rota *decis.*168 *sub n.*2.*& decis.*394.*nu.*4 *par.*2. *in recent.* & fuit dictum in Sabinen. siue Aretina Abbatiæ 4. Decembris 1592.coram Otano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Acheruntina Archipresbyteratus.

*Veneris 30.Martij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Possessio capta lite pendente, & post inhibitionem est attentata, & potest à iudice reuocari, etiam si quando fuit capta esset vacans, & etiam si fuerit capta vigore literarum, in quibus de lite non fuit facta mentio.

*SVMMARIVM.*

1 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
2 *Item si sit capta post inhibitionem præsentatam.*
3 *Possessio vacans potest lite pendente absque vitio attentatorum capi.*
4 *Declaratur hoc procedere respectu partis,vt ad eius instantiam non possint dicta attentata reuocari,sed benè potest iudex ex officio reuocare.*
5 *Literæ Apostolicæ non excusant ab attentatis,quando in eis non fuit facta mentio de lite.*
6 *Beneficium vt dicatur litigiosum, debet peti non tamquàm suum,sed tamquam debitum, & vti collatum, non vti conferendum, & de hoc vide latè n.7.*
7 *Lis inter præsentatos facit beneficium litigiosum, sicut etiam inter electos.*

### DECISIO CCCV.

1 FVit dictum † possessionem Mazziotti esse attentatam,quia fuit capta lite pendente Rota *decis.10.vt lit.*
2 *pend.in nou.* Guidob. *decis.* 104. † & post inhibitionem præsentatam, *cap.non solùm*, *& cap. Romana.de appell. in 6.*Rota *decis.*20. *de appell.in nou.* Non obstat, quòd pos-
3 sessio esset vacans, † & propterea potuerit Mazziottus illam ingredi lite pendente absque vitio attentatorum,
4 Castad.*decis.6.num.6.de caus.possess.& propr.* † quia hoc procedit respectu partis,vt ad eius instantiam non posset tamquam attentata reuocari,sed nihilominus potest eam iudex ex officio reuocare,& ponere sub sequestro,
a [a] iuxta tradita per Modern. *de attent. lit. pend. in præfat. num.*129.*&* 334.Non obstat clausula (*sine retardatione*) apposita in commissione, quia cùm sit restricta ad collationem Ordinarij, illam tantùm præseruat, † & literæ 5
Apostolicæ non excusant attentata, quia in eis non fuit facta mentio de lite,vt fuit dictum in vna Vrgellen. Archidiaconatus 13.Aprilis 1592.[b] Dubium tamen remanet ex doctrina Innocentij,quam refert,& sequitur Bal. b
*in Auth.litigiosa n.1.de litig.*quòd † beneficium, vt dicatur litigiosum ad effectum attentatorum, debet peti 6
tamquam suum,non tamquam sibi debitum, & sit collatum,non conferendum, quia quando petitur conferri,imploratur quodammodo officium iudicis, quod sapit actionem personalem ex qua non contrahitur vitiũ litigiosi, idem tradit addit.ad Ro*e.decis.*3.*vt lit.pend. in nou.*fuit dictum in causa Casalen. Præpositurae 9. Iunij 1597.coram bo.me.Gypsio.Ideo propter hoc motiuum, cui non satisfaciunt informantes pro Marco Antonio.& quod aliquibus ex Dominis placebat, Mazziottus erit iterum audiendus.

*ANNOTATIO.*

a Et secuta fuit Rota † in Romana,seu Tiburtina Castrorum 15.Martij 1619.coram R.P.D.Buratto.

b Vide supra,quod dixi *ad decis.*2.

c Hanc doctr.Bald.*d.Auth. litigiosa C. de litigios.* de qua latè per Gonzal §.2.*proam num.* 68. sæpè Rota fuit secuta, & præsertim nouissimè in Romana Cappellaniæ 3. Aprilis 1620.coram R P.D.Coccino Decano, & in Leodien Canonicatus 9.Iunij 1621.coram R P.D.Vbaldo, in quibus decisionibus fuit latè resolutum beneficium non esse litigiosum quando gratia Apostolica est expedita, non in forma gratiosa, sed per viam mandati de prouidendo ex eo,quia non dicitur facta collatio, sed beneficium petitur vti debitum,& ibi ponderatur;quòd huiusmodi mandata de prouidendo solùm dant facultatem implorandi Iudicis officium,quod videtur quædam actio personalis,in qua non contrahitur vitium litigiosi. Ego in vtraque causa partes contrarias defendebam, & præcipuè mouebat ex glos.*in cap.2.in verbo (finita) vt lite pend.in 6.*vbi dicitur, quòd si quis petit alium priuari & sibi cõferri beneficium,eo ipso censetur litigiosum, quam glos. communiter DD. sequuntur, & Rota etiam in dictis decisionibus ab ea non recedit, sed respondet dictã glossam loqui,quando præcedit titulus tribuens ius in re,scilicet, collatio seu prouisio in forma gratiosa, quæ responsio habet maximam difficultatem,quia glos.loquitur,quando agitur ad priuationem, numquam autem dantur prouisiones in forma gratiosa, quando quis venit priuandus, & impetratio est certo modo,sed tunc solùm procedit ut per viam mandati de prouidendo directi executori, qui cognoscit,an sit locus priuationi, & successiuè confert, & in specie,quòd quando beneficium petitur etiam vti debitum,sit litigiosum dixit Rota in Gerunden beneficij 8.Iunij 1612.coram R.P D. Pena, & est optima decisio Putei 485.*lib.*2.latè Garz.*de benef.par.*11.*cap.*3.*à numer.*75. *vsque ad* 84 vbi agit plenè de hac materia,& hinc etiam videmus, quòd lis inter præsentatos facit beneficium litigiosum,Seraphin.*decis.*990.Rota *decis.*306.*numer.* 1.*par.*1. *in recent.* & ideò præsentato superstiti vigore regulæ de subrogãdo est debita subrogatio,vti de litigioso, Sarnen. *reg.de subrogand.quæst.*13. prout etiam lis inter electos facit beneficium litigiosum, vt est textus expressus *in c.* 1. *&* 2.*vt lit.pend.* & nihilominus neque præsentati, neque electi ante institutionem, & confirmationem dicuntur habere titulum aliquem in re, & petunt beneficium vti debitum, non vti collatum, cùm præsentatio, & electio solùm tribuant ius ad rem, Rota *decis.* 8. *numer.* 2. *de surepatr.in nou.*Sarnen. *reg. de infirmis quæst.* 17. *numer.* 6. Seraph. *decis.* 1446. *numer.*1. Et ad doctrinam Baldi, quæ fuit originaliter Innocentij respondebatur illum propriè loqui de literis commendatitijs seu etiam Monitorialibus, quæ antiquitùs solebant per Papam concedi directè collatoribus, etiam antequàm vacarent beneficia, quarum vigore non competebat, nisi quædam imploratio officij Iudicis, de quibus literis habetur per Rot.*decis.*636.*n.*1.2.3.*&* 4.*par.*1.*in recen.* vel etiam quando agitur de mandato de prouidẽdo ad beneficium incertũ

vacaturum, proot videtur sensisse Rota in Burgen. Canonicatus coram Cardinali Pamphilio impressa penes Marches. *de commiss. tom. 1. fol. 142.* quando verò versamur in mandato de prouidendo de certo beneficio, gratia in substantia censetur perfecta, & solùm executio est dilata, Garz. *de benef. par. 2. cap. 1. num. 130. & seq.* Rot. *decis. 711. sub num. 2. vers. nam quicquid, par. 1. in recent.* & plenè Rota in Burgen. Canonicatus coram Cardinali Pamphilio impressa penes Marches. *de commiss. par. 2. fol. 141.* vbi dicitur, quòd stante gratia in forma dignum beneficium habetur pro collato; cùm paria sint, quòd alicui beneficium sit collatum, vel quòd illi debeatur, si in rei veritate est habilis; dicta enim gratia continet conditionem de præterito, & non impedit acquisitionem iuris, sed solùm suspensio est circa executionem, & propterea ibi dicitur non posse beneficium interim alteri conferri; ad contraria autem respondet procedere in mandato de prouidendo ad beneficium incertum vacaturum. Et quidem Innocen. *in cap. cùm M. sub num. 9. de constit.* in quo se fundat Bald. *in Auth. litigiosa*, loquitur in casu, in quo beneficium, non obstante mandato de prouidendo, poterat alteri conferri ex eo; quia beneficium non erat effectum litigiosum, quæ qualitas litigiosi impedit alienationem in tertium, *tot. tit. de litigiosis.* Cùm igitur simus certi, quòd stante mandato de prouidendo ad beneficium certum, interim non potest alteri conferri, vt Rota latè tenuit in dicta Burgen. coram Cardinali Pamphilio, ideò dicendum est, quòd Innoc. non loquitur in huiusmodi casu, sed in literis commendatitijs, seu in mandatis de prouidendo ad beneficium incertum. Neque glossa *in d. cap. 2. verbo (finita), vt lit. pend. in 6.* dum facit distinctionem inter casum, in quo petitur sola priuatio, & inter casum, in quo vlteriùs vltra priuationem petitur sibi beneficium adiudicari, vnquàm cogitauit facere indifferentiam inter adiudicationem per viam præcedentis collationis, siue per viam mandati de prouidendo, sed vtrumque habuit ad hunc effectum pro eodem, & ideò DD. qui illam ibi communiter sequuntur, indistinctè loquuntur de prouisione; & solùm considerant vnà cum glos. quòd actor non stet in puris terminis priuationis, sed vlteriùs petat sibi prouideri de beneficio quocumque titulo id petat, prout inter alios Franc. *in dicto cap. 2. numer. 6. vers. sed si petitur.* Prob. ad Monac. *in cap. præsenti nu. 16. de offic. deleg.* Aufr. ad Capel. Tholos. *decis. 437. sub nu. 6.* Paris. *de resign. lib. 2. quæst. 3. num. 57.* benè Garz. *de benef. par. 11. cap. 3. num. 75. & seq.* & quidem quando actor petit sibi de titulo prouideri, reus verò dicit titulum esse suum, non video, quare non dicatur in hoc casu lis pendere super titulo, quæ lis super titulo facit beneficium litigiosum, Cassad. *decis. 4. num. 1. vt lite pendente.* Rota *decis. 342. sub n. 1. par. 1. in recent.*

Tandem dicebam, quòd cessare debebat omnis difficultas in hac materia, aduertendo, quòd doctrina Innoc. *in cap. cùm M. Ferrariensis. sub n. 9. de constit.* quæ sola hanc materiam turbat, fuit correcta per textum *in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* quia titulus ille solùm emanauit ad corrigendam, & declarandam d. doctr. Innoc. ita benè notauit gl. 1. *in princ. d. cap. 1. vt lit. pend.* & hinc est, quòd DD. omnes *in d. cap. cùm M. Ferrariensis.* post relatam dictam doctr. Innoc. subdunt hodie aliud esse dicendum stante *d. cap. 1. & 2. vt lit. pend.* & inter alios Imol. *in d. cap. cùm M. sub nu. 36. ante med. vers. super hoc tamen.* Io. Andr. *sub nu. 23. vers. super hoc. de constit.*

Quæ omnia eò faciliùs procedunt, quando agitur de priuatione ob delictum, quod inducit vacationem ipso iure, Garz. qui alios refert *d. cap. 3. n. 80. & seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Beneuentana Parochialis,

*Veneris 30. Martij 1607.*

ARGVMENTVM.

Subrogato gratiose debetur immissio probato obitu defuncti in possessione, & Clericatu subrogati. Deserta causa appellationis non censetur deserta causa nullitatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Subrogato gratiose est danda immissio in possessione beneficij litigiosi, quando constat de obitu defuncti in possessione, & de clericatu.*

2 *Deserta causa appellationis non censetur deserta causa nullitatis æquè principaliter commissa, & nu. 3.*

*Declara, dummodò constet de aliqua nullitate, secus si nulla adsit nullitas, nu. 4.*

*Incompatibile beneficium cum eo, super quo lis pendet, obtinens censetur renunciare liti, dummodò assecutio sit valida.*

### DECISIO CCCVI.

DOMINI dixerunt † Marinello dandum esse man- 1
datum de immittendo vigore subrogationis gratiosæ, quam habet ad possessionem defuncti, de cuius obitu in possessione constat, prout etiam de Clericatu Marinelli, quod sufficit, cùm simus in beneficio litigioso, Put. *decis. 495. lib. 2.* Mohed. *decis. 11. vt lit. pend.* fuit dictum in Legionen. Prioratus 14. Maii 1584. & in Lucana Maiusculatus 13. Octobris 1586. coram Orano, & in alijs pluribus. Non obstat, quòd lis videatur extincta
per desertionem, † quia licèt sit deserta causa appella- 2
tionis; tamen non fuit deserta causa nullitatis simul, & æquè principaliter commissa, Bart. *in l. si expressum num. 10. ff. de appell.* Bald. *in l. tale pactum §. qui procurauit num. 12. ff. de pact.* Ruyn. *cons. 34. n. 10. lib. 5.* & in his terminis dixit Rota in Placentina Parochialis de Malpartida 6. Nouembris, & 12. Decembris 1602. coram bo. me. Litta.
[a] Non obstat, † quòd Marinellus videatur renunciasse a
liti per assecutionem alterius incompatibilis, [b] iuxta 3
glos. *in clem. gratiæ in verb. renunciare. de rescript. cum concord.* quia esset videnda talis assecutio, si sit valida, & quomodo se habeat, & interim non esset retardanda immissio.

*ANNOTATIO.*

a Seraphin. *decis. 1485. num. 1.* Rota *decis. 512. sub num. 3 & decis. 591. nu. 4. par. 2. in recent.* & censetur commissa causa nullitatis æquè principaliter eo ipso, quòd reperitur commissa non solùm causa appellationis, sed etiam causa nullitatis, ita fuit dictum in Toletana decimarum 5. Iunij 1613. coram Cardinali Sacrato, verùm conclusio firmata in decisione, quòd deserta causa appellationis non censeatur deserta causa nullitatis, † procedit quando constat
de aliqua nullitate, secùs autem, si non constat de aliqua 4
nullitate, ita fuit dictum in Cæsaraugustana pensionis 13. Martij 1619. coram R. P. D. Coccino Decano, & in Ciuitatis Castelli bonorum 15. Martij 1622. coram R. P. D. Verospo, vbi dicitur constare debere notoriè de nullitate, & ideò quando re vera non adesset aliqua nullitas, tunc eò magis de plano procederet, quòd deserta causa appellationis, censeretur etiam deserta causa nullitatis, vt est optima decis. Achil. 15. *de rescript.*

b Rota *decis. 160. sub nu. 4 par. 2. in recent.* vbi fuit consideratum, quòd si per assecutionem secundi incompatibilis censetur renunciatum primo, multò magis liti super primo, cùm faciliùs amittatur actio, quàm res ipsa, & plenè Paris. *de resignat. lib. 1. quæst. 1. num. 20.* vbi dicit hoc procedere, dummodò possessio secundi fuerit pacifica, & non aliàs.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgen. Canonicatus.

*Veneris 30. Martij 1607.*

ARGVMENTVM.

Immissio an, & quando sit debita vigore subrogationis gratiosæ, & quid si defunctus in

in vita sit priuatus possessione naturali, & plura alia concernentia executionem subrogationis gratiosæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Subrogato gratiosè est danda immissio probatis tribus requisitis, lite, Clericatu subrogati, & obitu.*
2 *Subrogatio non potest dari, vbi cessat possessio defuncti.*
3 *Statutũ de continuanda non operatur, nisi data possessione defuncti.*
4 *Subrogatio gratiosa, & Statutum de continuanda à pari passu procedunt, & num. 25.*
5 *Executor mixtus tenetur procedere cum causa cognitione.*
6 *Executio nulliter à iudice facta non priuat possessione, si pars non habeat se pro spoliata.*
7 *Et ideò ea non obstante competit manutentio.*
8 *Subrogatus potest petere immissionem, quando defuncto non potuisset denegari manutentio, & sub num. 14.*
9 *Possessio ciuilis non admittitur sine animo.*
10 *Pro spoliato in dubio quis non præsumitur se habere, & probari debet ab allegante.*
11 *Vtilius quod est agenti, censetur in dubio quis velle, & facere.*
12 *Pro spoliato quis apparet se non habuisse, quando dixit se possessorem, & petiit manuteneri.*
13 *Pro spoliato non censetur quis se habere ex negligentia recuperationis possessionis naturalis, nisi post lapsum decennij, & de hoc latè vide num. 16.*
14 *Statutũ de continuanda operatur continuationem possessionis in heredem ex sola possessione ciuili defuncti, licet naturalis esset ab alio occupata, & num. 27.*
*Et quid si possessio esset à tertio occupata post mortem defuncti ante aditam hereditatem, & vide num. 27.*
15 *Subrogatus gratiosè non potest petere immissionem, quando defunctus non potuisset prætendere manutentionem.*
16 *Subrogatio gratiosa nihil aliud est, quàm quædam continuatio in subrogatum illius possessionis, quam habebat defunctus.*
17 *Sequestrum à iudice petens videtur sibi in possessione præiudicare.*
18 *Iudicium super iustificatione literarum non desinit esse executiuum.*
19 *Possessorium potest in qualibet parte iudicij intentari suspenso petitorio.*
20 *Gratia de beneficio vacaturo habet tacitam conditionem, licèt postquam vacationi fuerit factus locus.*
21 *Expressio conditionis, quæ tacitè inest, non reddit dispositionem conditionalem.*
22 *Executiua via non impeditur ex conditione adiecta.*
23 *Subrogatio gratiosa non impeditur per cessionem iuris defuncti, quæ ad alium iudicium est reseruanda.*
24 *Possessionis continuationem an tertius possit allegare, & an ei suffragetur.*

DECISIO CCCVII.

POst binam propositionem resolutum fuit Ioanni
a Spinosæ a dandum esse mandatum de immittendo
1 † in possessionem Canonicatus vigore subrogationis gratiosæ: concurrunt enim omnia requisita, lis, clericatus Ioannis, & obitus Francisci in possessione, vt in Burgeñ. de Pancoruo 24. Octobris, & 18 Nouembris 1588. coram bo. me. Gypsio, & in Mirandeñ. Parochialis 17. Martij 1601. coram R.P.D. meo Decano, & in aliis pluribus; de lite, & clericatu non est controuersia, difficultas reducitur ad possessionem Francisci, licèt enim negari non possit eum aliquando possedisse, tamen prætendit Michael tempore eius obitus fuisse in possessione, quam illo viuente habuerat à Nuncio Apostolico, in qua dicit permansisse vsque ad tempus appositi sequestri, † & pro- 2
pterea non posse dari subrogationem ad possessionem,
quam Franciscus non habebat tempore mortis; † sicut 3
contingit in Statuto continuante possessionem defuncti in hæredem, Tiraquel. *in tract. le mort saisit le vif. par. 5. declar. 1. in princ.* † subrogationes enim & Statutum 4
huiusmodi procedunt per easdem regulas, Mohed. *decis. 11. vt lit. pendan.* & pluries fuit dictum. b Sed Domini b
dixerunt fuisse nulliter per Nuncium processum † ex 5
quo erat mixtus executor, & tenebatur procedere cum causæ cognitione, vt benè deducunt informantes
pro Ioanne, † & propterea Franciscus, qui se pro spolia- 6
to non habuit, non amisit possessionem, Put. *decis. 419. lib. 2.* & passim tenet Rota. † Vnde sicut non potuisset 7
Francisco denegari manutentio, vt fuit resolutum in Saluiarum iurispatronatus 1. Iulij 1602. coram me, † ita 8
nec Ioanni subrogato immissio, prout resoluit Rota in Toletana Parochialis 14. Iunij 1604. coram R.P.D meo Sacrato. Nec obstat, quòd non habere se pro spoliato penderet ab animo Francisci, quem non videtur posse hodie declarare Ioannes, quia etiam habere se pro spo-
liato ab eiusdem animo pendebat, † cum sine eo non 9
potuisset ciuilem possessionem amittere, *l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss.* † Michael autem, qui ad inter- 10
rumpendam, & remouendam possessionem Francisci, dat de sua immissione nulla, quæ illum non priuauit possessione, nisi quatenus se pro spoliato habuerit, debet probare non solùm immissionem suam, sed etiam quòd Franciscus se pro spoliato habuerit, cùm præsertim sit potius iudicandum, quòd voluerit suam ciuilem retinere, ex regula, † quòd semper quis velle, & facere præsu- 11
mitur, quod est sibi vtilius, *l. 1. & 2 ff. de solut.* Bart. *in l. gerit sub n. 21. vers. in contrarium ff. de acquir. hæred.* Aym. *consil.*
106. *n. 9.* † imò videmus esse in claris, quòd Franciscus 12
habuit animum retinendi possessionem ex mandatis per ipsum datis, in quibus dixit se possessorem, & in commissionibus Rotalibus eius nomine obtentis, in quibus committit causam appellationis etiam cum facultate oratorẽ ipsum manutenẽdi in possessione, ex quo etiã cessat, quòd dicitur Franciscũ ex negligẽtia recuperandi natura-
lẽ occupatam videri habuisse se pro spoliato, † vltra 13
quod sufficiebat illi, quòd esset intra tempus interrogandi remediũ retinẽdi, Tiraq. *in præd. tr. ct. part. 4. declar. 1. nu. 5.* & satis erat intra tempus, quando non erat vltra decennium, per quod negligens recuperare naturalem amittit ciuilem, c Ias. *in l. clam possidere §. qui ad nundinas numer. 19. ff. de acquir. possess.* Rip. *in capit. cum Ecclesia sub numer. 23. vers. ex hoc elicitur de caus. poss. & propr.* Non est verũ sufficere ad excludendum effectum subrogationis, quòd possessio naturalis esset à tertio tempore mortis occupata arguendo à Statuto continuanti, seu transferenti possessionem in hæredem, quia vltra quod in subrogatione est decisio Toletana superius
allegata; † in contrarium etiam Statutum operatur con- 14
tinuationem possessionis in hæredem ex sola ciuili Bald. *consil. 436. sub n. 2. vers. quinto, nam cùm dicta ciuilis lib.*
3. cum aliis per Tiraq. *d. tract. 3. part. decl. 3.* d & distinctio, d
quæ ex aduerso datur, quando naturalis vacat, & quando ab alio est occupata, confunditur tùm ex decisione Toletana, in qua naturalis reperiebatur à tertio occupata; tùm ex traditis per Tiraq. *d. tract. part. 4. declar. 1. numer. 5.* quia sicut daretur defuncto manutentio contra intrusum; ita & subrogato immissio, vt ibi per
Tiraq. † sicuti è contra cessat immissio in subrogato, 15
quando defuncto fuisset deneganda manutentio, vt dixit Rota in vna Placeñ. Canonicatus 22. Aprilis 1601.
coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio; † subrogatio 16
enim nihil est aliud, quàm quædam continuatio in subrogatum illius possessionis, quam habebat defunctus, Mohed. *dicta decisione 11. vt lit. pend.* Paleott. *decis. 118.* cum omni iure, quod circa ipsum habebat prædecessor

cessor, vt fuit dictum in Bracharen. beneficij de Padro-
nello 17. Iunij 1607. coram R.P.D. meo Sacrato. Non
obstat Tiraquel. *in præcitato tract. in præfat. declar.* 8. quia
non loquitur in terminis Statuti, sed de iure communi,
quòd hæres possit propria auctoritate capere possessio-
nem rerum hæreditariarum, modò non sint ab alio oc-
cupatæ, minus facit Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. in præ-
fat. nu.* 36. quia loquitur, quando ille, in cuius locum est
17 subrogatus, desijsset possidere. Non obstat, quòd † Io.
procurauerit apponi sequestrum à Rota, & propterea
videatur sibi in possessione præiudicasse, iuxta tradita
in vna Vlixbonen. bonorum 15. Nouembris 1574. co-
ram Robusterio. & in Alerien. beneficij 27. Iunii 1605.
coram R.P.D. meo Coccino, quia hoc procederet, si Io-
annes prætendisset habuisse per priùs in persona sua a-
liquam possessionem, sed non habet impedire, quo mi-
nus agat ad consequendam possessionem, quam habe-
bat Franciscus. Non obstat, dum dicitur Io. egisse priùs
via ordinaria, cùm fuerit admissus ad causam in statu, &
18 terminis, & fecerit probationes, † quia illud iudicium
fuit pariter executiuum, & probationes factæ concer-
nebant iustificationem literarum, vt fuit dictum in A-
storicen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram
R.P.D. Lancellotto, vltra quod, vt etiam in eadem di-
19 ctum fuit, † clarum est posse in qualibet parte iudicij
intentari possessorium reiecto, vel suspenso petitorio,
ad not. *in cap. pastoralis. de caus. poss. & propr.* Non obstat,
quòd in hac subrogatione adsit clausula (*si, & postquam
vacationi, & collationi per cessum, vel decessum Francisci lo-
cus fuerit*) & quòd dicta clausula videatur facere condi-
tionem, quæ tollat virtutem executiuam literarum sub-
rogationis, quia multipliciter fuit responsum, primò
20 quòd hoc tacitè inerat de iure, † cùm in qualibet gra-
tia de beneficio vacaturo tacitè subintelligatur, *si, &
postquam vacationi factus fuerit locus*, ne aliàs sit prouisio
21 de beneficio viuentis, † & propterea expressio condi-
tionis quæ tacitè inerat, non reddit subrogationem
conditionalem, *l. Cornelius ff. de hæred. instit. l.* 3. vbi latè
exornat Ripa *in 1. not. ff. de leg.* 1. Secundò non est ve-
22 rum, quòd † conditio impediat viam executiuam, pro-
ut videmus in testamento, & in remedio *l. fin. C. de edict.
diu. Adrian. tollendo* ex deductis per informantes. Ter-
tiò ista conditio pro sui verificatione in materia subro-
gationis non requirit aliam probationem, quàm obitus
eius, cui subrogatur in possessione beneficij. Quæ op-
ponuntur contra ius Francisci, non sunt attendenda,
23 † quia quando petitur immissio vigore subrogationis
gratiosæ, non discutitur ius defuncti, Mohed. *decis.* 11.
& dixit Rota in Legionen Prioratus 14. Maij 1584. co-
ram fœl. re. Clemente VIII. minùs etiam verum est con-
stare de iure aduersarij, quia illegitimitas Francisci, quæ
est fundamentum suæ intentionis, adhuc non est pro-
bata.

## *ANNOTATIO.*

24 a Licèt de iure possessio præsumatur continuata; tamen dif-
ficultas est, an tertius possit iuuari dicta præsumptione,
& negatiuam tenet Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt.* 21.
*num. 9. in princ.* Gabr. *conf.* 143. *num. 4. lib.* 1. & videtur sen-
sisse Rot. in Elnen. Canonicatus 5. Maij 1603. coram Car-
dinali Lancellotto, vbi redditur ratio, quia continuatio
possessionis pendet ab animo, qui non potest esse notus
tertio. Contrariam autem opinionem Rotam hodie se-
qui fuit dictum in Varmien. Canonicatus 27. Maij 1610.
coram Cardinali Sacrato, vbi dicitur, quòd alia opinio
procedit solùm, quando ille, de cuius possessionis conti-
nuatione agitur, negaret illam continuationem, sed hæc
vltima opinio Rotæ procedit, quando non constat, quòd
alius medio tempore cœperit naturalem possessionem,
sed data possessione, & occupatione alterius, tunc ter-
tius nõ potest allegare præsumptam continuationem, ita
fuit dictum in Leodien. Beneficij 11. Decembris 1619. co-
ram R.P.D. Coccino Decano, quam Rota postea secuta
fuit in Alben. iurispat. 21. Februarij 1620. coram R. P. D.
Pamphilio, & in Romana Spolij domus 16. Martij 1620.
coram R.P.D. Caualerio, vbi fuit dictum, quòd retentio
ciuilis non potest à tertio allegari, sed in dicta causa Al-
ben. in qua eram aduocatus pro parte negante continua-
tionem possessionis, fuit controuersa hæc conclusio, &
præsertim allegabatur ista decisio coram Sanctissimo.
Verùm quicquid dicendum sit in alijs casibus in subro-
gatione ad ius, & possessionem defuncti, in quibus termi-
nis loquitur nostra decisio, non est dubium, quin subro-
gatus possit allegare continuationem possessionis defun-
cti; sicut poterat allegare ipse defunctus, Rota *decis.* 523.
*sub num. 1. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Conchen. be-
neficij de Thiestra 2. Decembris 1619. coram R. P. D.
Coccino Decano, & optime in Agrigentina beneficij 30.
Maij 1611. coram R.P.D. Pamphilio, vbi sequendo hanc
decisionem Sanctissimi Rota dixit, quòd subrogatus pe-
tere poterat immissionem non obstante, quòd defunctus
fuisset in vita spoliatus.

b Gonzal. † *super reg. 8. §. 3. proœm. num.* 90. Rota *decis.* 159. *nu.* 25
3. *par. 4. in recent.* & dixit Rota coram Sanctissimo super *de-
cis.* 258. *num.* 6.

c Distinctio † sæpiùs approbata per Rotam in hac materia 26
est, quòd aut tertius interuertit possessionem naturalem
illam occupando, & tunc possessio ciuilis vltra decen-
nium non præsumitur continuata, sed solùm infra decen-
nium, aut possessio naturalis est vacans, & tunc etiam vl-
tra decennium non censetur amissa ciuilis, ita Mant. *de-
cis.* 172. Rota *decis. 287. num. 5. & decis. 404. num. 7. par. 2. in
recent. & decis. 634. num. 6. par. 2. in recent.* & in Cusentina
pensionis 12. Februarij 1618. coram R. P. D. Vbaldo, vbi
in materia pensionis dicitur non censeri amissam posses-
sionem exigendi, etiam si per decennium non fuerit pen-
sio exacta, Gratian. *discept. cap. 320. nu. 52. & 53.* In corpora-
libus tamen non præsumitur possessio continuata vsque
ad decennium, quando quis patitur in contrarium exer-
citium plurium actuum positiuorum, ita declarauit Rota
*in decis. 454. sub num. 2. par. 1. in recentior.* Verùm quoad il-
lud membrum distinctionis, quòd possessio censeatur cõ-
tinuata vsque ad decennium, etiam quando ab alio repe-
ritur occupata, de plano procedit data ignorantia occu-
pationis, sed data scientia est contra communem doctri-
nam DD. *in l. si de eo fundo §. si fortè*, vbi Bart. *num.* 4. Castr.
*num. 2. vers. aut est per alium occupata ff. de acquir. possess.* A-
lex. *in l. quod meo §. fin. sub num 2. vers quòd benè ff. de acquir.
possess.* qui omnes dicunt, quòd data scientia occupatio-
nis, si quam primùm fieri potest, quis non curat recupe-
rare suam possessionem, perdit ciuilem, & benè Crau. *cons.*
235. *num.* 1. vbi considerat negligentiam tridui, & Crau.
secuta fuit Rota in Romana Canonis Sancti Martini 23.
Februarij 1612. coram R.P.D. Pamphilio, & hoc etiam
videtur fuisse de mente Rotæ penès Mant. *decis.* 172 *sub
num.* 5. dum ibi consideratur, quòd occupatio fuerat fa-
cta ignorante possessore; quando enim quis quampri-
mùm potest, non curat recuperare possessionem, videtur
suspicari se posse repelli, Abb. *cons. 62. num. 7. ante fin. & n.
8. lib.* 1. Put. *decis. 26. in fin. num. 4. lib.* 1. eo ipso autem, quòd
quis suspicatur se posse repelli, amittit possessionem, glos.
*in l. 3. §. si quis nunciet. in verbo amisisse ff. de acquir. possess.*
Put. *decis.* 169. *num.* 4 Seraph. *decis. 769. num.* 2. Verùm quia
difficile est probare scientiam occupationis, & Rota sim-
pliciter in tot decisionibus secuta fuit illam opinionem,
quòd infra decennium non censetur amissa possessio, &
quia materia amissionis est præiudicialis, & odio-
sa, esset difficile in Rota pro hac opinione obti-
nere.

d Est controuersa ista opinio, an Statutum de continuanda
habeat locum, quando antè aditam hæreditatem est oc-
cupata possessio ab alio, & negatiuam tenuit Rota *decis.*
163. *num. 2. par. 2. in recentior.* vbi etiam dicitur sæpiùs Ro-
tam resoluisse pro hac opinione. Verùm contrariam o-
pinionem conformem nostræ decisioni tenuit Rota in Si-
gnina bonorum 22. Iunij 1611. coram bo. me. Andrea, quæ
mouetur ex ea ratione, quia Statutum de continuanda
operatur, vt nec momento temporis possessio sit vacans,
& per consequens possessio capta alio existente in posses-
sione est nulla, & infecta, quæ nullum iuris effectum pro-
ducere potest, & sic nõ potest impedire cõtinuationem,

quæ

quæ ratio mihi videtur valde vrgens, & propterea credo hanc opinionem veriorem, licèt fortasse contraria sit magis communis, vt patet ex alleg. per Gabr. *conclus. vltima num. 18. de acquir. possessione*, & per Tiraqu. *in tract. le mort saisit. par. 5. dec. 3. num. 1.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Rauennatens. Apothecæ.

*Lunæ 2. Aprilis* 1607.

### ARGVMENTVM.

Apotheca communi nomine, & de pecuniis communibus empta est inter socios diuidenda non obstantibus nonnullis pactis adiectis, quæ videbantur obstare.

### *SVMMARIVM.*

1 *Communio rei est inter socios diuidenda, cùm communio sit causa diuisionis.*
2 *Pars vna copulatiua recipit declarationem ab alia.*
3 *Copula (&) qualitatem præcedentis extremi attribuit sequenti, & ea vniformiter iungit.*
4 *Pactum continens iniquitatem est maximè reprobatum in contractu societatis, quæ in supremo requirit bonam fidem, cùm sit ad instar cuiusdam fraternitatis.*
5 *Contractus sumit interpretationem ex solito contrahentium seruato in aliis contractibus, & num. 9.*
6 *Contractus secundus recipit interpretationem à primo initio inter easdem partes, & nu. 10.*
7 *Domus potius, quàm apotheca est censendum ædificium, quando pars maior, & principalior est domus.*
8 *In materia præiudiciali, & strictè interpretanda mixtum comprehenditur sub simplici.*
*Et generaliter mixtum quando comprehendatur sub simplici, & num. 11.*

### DECISIO CCCVIII.

APotheca, de qua agitur, fuit cõmmuni nomine, &
1 de pecuniis communibus sociorum empta, † & propterea eam esse diuidendam resoluerunt Domini; cùm communio sit causa, & fundamentum diuisionis, *l. 1. & 2. ff. famil. hercis.* Paris. *cons. 26. nu. 46. & seq. lib. 2.* Non obstat pactum in instrumẽto societatis oppositum (*Che tutte le botteghe, che seruino, & seruiranno in detta ragione, & negotio fuori d'Ancona, in fine di detta Compagnia restino al detto M. Angelo*) quia Domini intelligebant pactum loqui de apothecis, quæ conducerentur, non de illis, quæ essent in dominio sociorum, & communes. Mouebantur; quia pactum dicit de apothecis (*che seruino, & seruiranno*) Vnde sicuti illæ, quæ tempore cõuentionis inseruiebant, erant conductitiæ, ita credendum eos intellexisse de in futurum conducendis, † quia
2 vna pars copulatiuæ recipit ab alia declarationem, *l. 1.*
3 vbi Socin. *nu. 1. ff. de reb. dub.* Crot. *cons. 45. n. 3.* † Copula enim illa (&) qualitatem præcedentis extremi attribuit sequenti, & ea vniformiter iungit, Signorol. *cons. 199. sub num. 2. vers. t. ex monosyllaba.* Et accedit, quòd si cogitassent de emendis communi nomine, & propriis, fuisset cautum de soluendo medietatem pretij Bonello;
4 tùm quia aliàs pactum contineret iniquitatem, † quòd maximè est alienum à contractu societatis, quæ contrahitur ad instar cuiusdam fraternitatis, & in supremo re-
a quirit bonam fidem, & debet contrahi iusta, & æqua,[a] Corn. post Bald. quem allegat *consil. 152. sub num. 9. lib. 2.* Tùm quia id expressum fuit in apotheca Lanxiani. Nec faciunt verba illa (*con tutti i carichi, e spese*) quia illa non comprehendunt pretium, neque ex eorum vi, *l. quibus diebus. §. 1. ff. de cond. & demon.* neque ex mente contrahentium, qui licèt apposuissent dicta verba, expresserunt refectionem pretij respectu apothecæ Lanxiani, quod non expressissent, si voluissent sub illis pretia contineri. Concurrit etiam obseruantia circa apothecam Anconæ, quæ durante societate fuerat pariter communi nomine empta, & in fine societatis fuit diuisa. Nec obstat, quòd illud accideret ex alio contractu, & alio tempore, quia fuit contractus similis societatis inter easdem partes continens in indiuiduo istud idem pactum,
† vnde præsumendum, quòd in hoc vltimo contracto 5
habuerint eundem sensum arguendo à solito contrahentium,[b] *l. si quis donaturus, ff. de vsufruct.* † & arguen b
do ex eo, quod partes senserunt in primo contractu ad 6
interpretationem secundi,[c] iuxta latè tradita per Aym. c
*cons. 291. num. 12.* cùm præsertim non sit dare rationem diuersitatis, & simus quasi in renouatione primæ societatis. Adest & obseruantia nõ solùm in hoc vltimo contractu, sed in indiuiduo in apotheca, de qua agitur, quæ fuit inter socios diuisa Nec refert, quòd diuisio sit facta per modum prouisionis, quia fuit facta sine præiudicio melioris diuisionis faciendæ, & sic semper habita fuit pro diuisibili. Ex alio etiam non veniebat sub tali pacto,
quia est potiùs domus quàm Apotheca † denominando 7
à maiori, & principaliori parte, aut saltem propter anne-
xionem domus erat quid mixtum, † ita vt non debeat[d] 8
in pacto præiudiciali, & strictè interpretando compre- d
hendi, vt per informantes. Non obstat, quòd apotheca Lanxiani fuit communibus expensis fabricata, & tamen in fine societatis remansit Iouitæ: quia id fuerat expressè conuentum, & propterea facit potius in contrarium arguendo ex regula *l. vni. §. sin autem, C. de caduc. tollen.* & quando fuit concessa ad fabricandum à Communitate Lanxiani, fuit adiecta prohibitio diuisionis sub pœna caducitatis; fuit etiam conuentum, quòd remaneret Iouitæ refuso pretio, quæ cùm cessent in apotheca, de qua agitur, non est bona illatio.

### *ANNOTATIO.*

a De quo latè per Mant. *de tacit. libr. 6. tit. 4. num. 3. & sequent.*

b Et † quòd contractus præcipuè sumant interpretationem 9
à consuetudine contrahentium, latè Mant. *de tacit. lib. 3. titul. 9. num. 67.*

c Vnus † contractus per alium declaratur, Bart. *in l. venditores num. 2. ff. de verb. oblig.* Mant. *de tacit. lib. 2. tit. 1. nu. 8.* 10
etiam si sint ex interuallo celebrati, Crau. *dict. cons. 464. nu. 3. & num. 6. vers. sextò.* Mant. *tit. 1. nu. 8.*

d Mixtum † in materia præiudiciali, & strictè interpretan- 11
da non comprehenditur sub simplici, Surd. *decis. 174. nu. 14. & decis. 329. num. 13.* Gabr. *cons. 197. num. 5. lib. 1.* & infinitos cumulat Gonz. *super reg. 8. glos. 9. num. 20.* quòd tamen non procedit, quando eadem ratio militaret tàm in simplici quàm in mixto, Surd. *cons. 33. num. 19.* Rota *decis. 385. sub num. 4. par. 2. in recent.* in materia autem fauorabili mixtum comprehenditur sub simplicibus, Rota *d. decis. 385. sub num. 4.* cum aliis per Gonz. *d. glos. 9. nu. 20.* Hoc procedit, quando de vtroque simplici, ex quo componitur mixtum, facta est mentio in dispositione, secus autem quando de vno tantum simplici fuit dispositum, quia tũc licèt dispositio sit fauorabilis, nõ includit mixtum, Surd. post alios *decis. 319. num. 24.* & dixit Rota in Romana domus, siue retractus 26. Februarij 1590. coram bo. me. Penia; plura de hac materia quando scilicet, mixtum comprehendatur sub simplici penè, vide penes Polidor. Rip. *in tract. de noct. temp. cap. 4. per totum.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Sabinens.

## Sabinens. Alluuionis.

*Lunæ 2. Aprilis 1607.*

Argumento non indiget.

### SVMMARIVM.

1 *Existentia Scappiæ, seu Insulæ probatur ex testibus.*
2 *Testes sunt ad inuicem conciliandi.*

### DECISIO CCCIX.

Domini circumscriptis exceptionibus, quas reseruarunt particulariter videndas, censuerunt ex dictis testium, pro parte Illustrissimi Cardinalis examinatorum probari existentiam Scappiæ, seu Insulæ, de qua
1 agitur in genere tamen, † hanc enim existentiam benè concludunt viginti testes, & quamuis vnus testis Mallianésium dicat aquam cooperuisse vniuersam Insulam, ita vt ab inde citra non potuerit possideri; attamen vltra quod est vnicus, in contrarium sunt omnes prædicti testes, qui dicunt Terras Scappiæ adhuc extare; licèt non sit amplius Insula; sed ager coniunctus cum aliis terris, quæ antea mediante flumine erant ab ea diuisæ. Ex eisdem etiam testibus visum fuit DD. benè probari flumen vno impetu deseruisse alueum antiquum, quem habebat versus Mallianum. Non obstant testes aduersariorum, ex quibus contendunt probari non vno impetu, sed paulatim flumen reliquisse primum alueum, ac se rece-
2 pisse in secundū; † quia, vt dictum fuit, possent conciliari inuicem dicta testium vtriusque partis, ita vt vtraque
a depositio sit vera; ª nempe quòd flumen paulatim, & per modum euiusdem præparationis cœperit se conuertere ad alueum minorem, & quòd semel, & vno impetu mediante quadam vehementi aquarum excrescentia in totum se conuerterit in d. alueum; nullo autem pacto per alluuionem id contigerit.

### ANNOTATIO.

a Semper enim dummodò possibile sit est sumenda talis interpretatio per quam testes ad inuicem ad concordiam reducantur, de quo latissimè per Farin. *de testib. quæst. 65. num. 37. & seq.* vbi pluribus modis hanc conclusionem ampliat, & limitat.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Seguntina Portigherij.

*Veneris 4. Maij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Portigherius, qui est Laicus, non debet in functionibus Ecclesiasticis se immiscere cum Clericis, & multò minus stare debet in loco digniori, & consuetudo in contrarium, tamquam irrationabilis, non est attendenda.

### SVMMARIVM.

1 *Laicus in functionibus Ecclesiasticis non debet se cum Clericis immiscere, & maximè in digniori loco stare non debet.*
2 *Dignior locus censetur ille, qui vltimo propius accedit, & num. 8.*
3 *Dignior locus debetur secundùm dignitatem, & honorem, & num. 9.*
4 *Clericus est maior quocumque Laico etiam Principe.*
5 *Consuetudo, quæ minus dignum digniori præfert, tamquam irrationabilis, & inualida, non est ferenda, & respondetur ad decis. Seraph. in contrarium.*
6 *Et huiusmodi consuetudo est imprescriptibilis. Non tamen est incongruum, quòd in aliquo casu ex particulari causa minus dignus præcedat magis dignum, & num. 10.*
7 *Rota plurimum defert in materia præcedentiæ iudicio Sacræ Congregationis Rituum.*

### DECISIO CCCX.

Informantes pro portionariis in suis informationibus & expressiùs in mappula oculis Dominorum subiecta tribus constitutis ordinibus incessionis, in quibus interuenit Portighierius ad tertium suam prætensionem restringunt, qui est, quando celebrantes finito responsorio pro defunctis ex Zenatasio redeunt ad sacristiam, in quo Portigherius vult incedere post Crucem, & Subdiaconum eam deferentem immediatè ante Diaconum, quod Dominis visum fuit carere omni decentia, & ratione, cùm † enim ipse Laicus sit, non debet se in hu- 1
iusmodi functionibus Clericis immiscere, *c. 1. de vit. & honest. Cleric. c. Sacerdotem, de consecr. dist. 1.* Host. *in cap. 1. col. 3. vers. Laici autem. de celebr. miss.* fuit dictum in vna Valentina Cappellæ 5. Martij 1599. coram R.P.D. meo Iusto, & multò minus incedere post Subdiaconū Crucem deferentem; † cùm enim dignior sit locus, qui vl- 2
timo propiùs accedit, Præpos. *in cap. perfectis num. 10. & 25. dist.* Boet. *de auct. magn. cons. nu. 79. vers. ideo debet*, fuit dictum in vna Calaguritana præeminentiarum 31. Ianuarij 1597. coram R. P. D. meo Decano; ª & dignior a
locus debeatur secundùm dignitatem, † & honorem, *l.* 3
*1. & toto tit. C. vt dignitat. ordo seruet. lib. 12. l. honor § generandorum, & l. vt gradatim. de muner. & honor. cap. statuimus. de maior. & obed.* Bald. *in l. decernimus in 2. not. C. de Sacr. sanct. Eccles.* ᵇ absurdum maximum est Portighe- b
rium incedere in loco digniori eo, quo incedit Subdiaconus, cui longè est inferior tùm ratione ordinis; † 4
cùm Clericus sit maior quocumq; laico, etiam Principe, *c. 1. in fine 16. distinct. c. quis dubitet. 96. distinct. c. duo sunt 8. q. 1.* tùm ratione famulatus; quia est famulus Capituli, & Subdiaconus est vnus ex Capitularibus, & Dominis. Nec facit consuetudo allegata, † quia quando 5
illa probaretur, non esset ferenda, tamquam inualida, & irrationabilis, cùm omni iuri, & rationi repugnet, quòd minus dignus in digniori loco incedat, ex latè deductis per Abb. *cons. 2. lib. 1.* Ruyn. *cons. 155. num. 11. lib. 4.* c & c
licèt consuetudine etiam quandoque fieri possit, vt minor maiori præferatur, & posterior priori; prout fuit dictum in Calaguritana præeminentiarum coram Illustriss. Card. Seraphino ex aduerso allegata, illud potest procedere si id contingat ratione dignitatis, † vel offi- 6
cij; alioquin consuetudo est irrationabilis, & imprescriptibilis, Host. *in c. 1. sub nu. 2. vers. verum si subtiliter attendas*, & ibi Io. Andreas *nu. 3.* Card. *sub nu. 3. vers. tertiò quæro.* Anan. *num. 1. in fine.* Ant. de Butr. *num. 11.* Imol. *num. 2. in fine de maior. & obed.* plurimùm † etiam in hoc 7
Domini deferebant iudicio Illustrissimorum Cardinalium Congregationis Rituum, qui huiusmodi consuetudinem in indiuiduo reprobarunt, & in posterum seruari vetuerunt, & licèt decretum reuocauerint, id tamen factum fuit, quia fuerat tacitum, quòd lis penderet in Rota, eius determinationi decidendum reliquerunt. Non obstat, quòd Capitulum teneat Portigherium in loco illo, vt sit facilis, & præstò ad ipsi inseruiendum; quia vltra quod æquè facilè, & commodè inseruire potest, si à latere altero extra ordinem incedat, quando Sacerdos redit ad sacristiam, peracto iam officium, cessat omnis indigentia, & Portigherius non habet, in quo inseruiat. Non obstat, quòd Portigherius non intendat aliquam præeminentiam; quia vltra quod in dubio quæritur, an locus prædictus sit illi debitus, quæcumque sit eius, aut Capituli intentio, negari non potest indecentia

indecentia maxima; quæ mali sit exempli spectantibus, omnes enim illum vident incedentem in loco digniori, perspectam autem non habent Capituli intentionem.

*ANNOTATIO.*

8 a Rota † *decis.596. par. 4. in nouissim. diu.* & fuit dictum in Hispalens. præeminentiarum 13. Martij 1602. coram R.P. D.Coccino Decano.

9 b Seraph. † *decis.1445.num.3.* & fuit dictum in Toletana admissionis 25. Iunij 1618. coram R.P. Vbaldo.

10 c Non est incongruum, quòd in † aliquo particulari loco, & actu minus dignus præferatur digniori, vt fuit dictum in Seguntina Præcedentiæ 22. Iunij 1609. coram R. P. D. Pamphilio, & in istis etiam terminis subsistit decis. Seraph. *964.nu.2.* & benè facit Menoch. *cons.52. num. 99.* vide latiùs, quod dixi supra *ad decis.114.*

*Oliuerius Beltramious.*

---

## Rauennatens. Census.

*Luna 7. Maij 1607.*

## ARGVMENTVM.

Procurator ad transigendum quantumuis cum libera, &c. non potest transigere super iure claro, & ratificatio dictæ transactionis non censetur inducta, nisi data scientia clara, & specifica per lecturam instrumenti, neque ex actu æquiuoco, & indifferenti illa inducitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator habens facultatem transigendi non potest transigere super iure claro, & indubitato.*

2 *Procurator non potest remittere ius clarum suorum principalium.*

3 *Remissio gratuita est species alienationis.*

4 *Procurator quantumcumque generalis, & sub quacumque facultate etiam cum libera, &c. constitutus donare non potest, & num. 18. vbi vide limitationem.*

5 *Clausulæ executiuæ non augent, nec alterant dispositionem principalem.*

*Benè tamen illam declarant, & num. 19.*

6 *Papa quando reducit census numquàm illos redimit quoad fructus iam decursos.*

7 *Solitum fieri à Principe, non venit sub mandato, licèt veniat solitum constituentis.*

8 *Interpretatio, quæ sit minus præiudicialis, est capienda.*

9 *Remissio iuris est strictissimè interpretanda.*

10 *Et vt remittenti minus noceat, quàm sit possibile.*

11 *Interpretatio est sumenda contra eum, qui se fundat in dispositione.*

12 *Remissio censetur conditionalis, quando est facta cum clausula* (dummodò.)

13 *Cedentis assertio post factam cessionem non præiudicat cessionario, quod declaratur, prout sub num. 20.*

14 *Transactionis natura est, vt pars, quæ aliquid remittit, in transactione aliquid recipiat.*

15 *Ratificatio requirit claram, & specificam scientiam omnium in instrumento contentorum.*

16 *Et pro habenda tali notitia requiritur, quòd ratificans legerit, vel ei fuerit lectum instrumentum, & num.21.*

17 *Ratificatio non inducitur ex actu, qui potest referri ad alium titulum citra ratificationem.*

## DECISIO CCCXI.

Domini censuerunt transactionem non obstare intentioni agentium; quia Carolus Alrauilla ab eis
procurator constitutus in multis excessit fines sui mandati; licèt enim fuisset illi data facultas transigẽdi super
quacumque re, iure, causa, & negocio emergẽti virtute,
& vigore solutionis tàm sortis principalis, quàm cẽsuum
decursorum; attamen † non potuit transigere super iu- 1
re claro, & indubitato, *l. Lucius. §. fin. ff. de admin. tut. l. pa-
ctum curatoris. C. de pact. l. 1.* vbi Bald. *ff. de transf.* Sal. *in l.
præses nu.2.* & ibi Ias. *num.13. ff. de pact.* Abb. *cons.85. ad fin.
vers. nam transactio. lib. 2.* [a] minus potuit † procurator a
ius suorum principalium, quod controuersiam pati non 2
poterat, remittere, Feder. de Sen. *cons. 177. num. 3. & 4.*
Alex. *cons.22. num.8. lib.1.* Ias. *in l. contra iuris. § si filius nu.
5. ff. de pact.* † Ista enim gratuita remissio vim prorsus 3
donationis obtinet, *l. contra, § si filius ff. de pact. l. sicut, §.
an paciscif. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solu.* Dec. *cons. 402. nu.
5.* † & procurator quãtumuis generalis, & sub quacum- 4
que facultate, ac etiam cum libera, constitutus, &c. donare non potest, [b] Bart. *in l. procurator cui. in princ. ff. de* b
*procur.* Bald. *in l. non abstulit num. 1. ante fin. C. de nouat.*
Alex. & Ias. *vbi supra.* Natt. *cons.25. nu.4.* Non obstant † 5
clausulæ executiuæ, quia non augent, nec alterant, [c] vt c
benè per Informantes. Ex quibus constat non potuisse
censum impositum ad rationem decem pro centenario
reduci ad octo. Non obstat quòd Papa soleat facere huiusmodi reductiones in Signatura; † quia vltra quòd 6
numquam facit pro fructibus decursis, vt fecit procurator, potest etiam quoad futuros denegare, & aliquando
denegat reductionem. Imò in indiuiduo in hoc censu
denegauit, † & istud solitum à Principe fieri non venit 7
sub mandato, licèt veniat solitum cõstituentis, *l. vel vniuersorum, ff. de pign. act.* cùm præsertim istud solitũ Principis contineat remissionem, & donationem, quæ censeatur exclusa à quocumque mandato in quo expressa non
reperitur, vt dictum est. Neque in contrarium faciunt literæ, quæ exhibentur; quia vltra quod non sunt productæ, nec recognitæ, non etiam cõcludunt reductionem.
Nam literæ, quæ dantur sub nomine Pyrrhi Gonzaghi,
loquuntur de remissione vnius pro centenario, & procurator duos dimisit, non apparet etiam, an loquantur
de fructibus decursis, vel de decurrendis, & intelligendæ sunt de remissione decursorum, non de reductione
futurorum, & perpetua, † vt capiamus interpretatio- 8
nem minùs præiudicialem, Aym. *cons.33. nu.24.* præsertim † in remissione, quæ est stricti iuris, & strictissimè 9
interpretanda, Cald. *cons.5. de præb.* Card. *cons.120. nu.3.*
Dec. *cons.352. nu.7.* Gabr. *cons.60. num.6 lib.1.* † & ita vt 10
remittenti minùs noceant, quàm sit possibile, Dec. *in l.
postquàm liti. num.15. C. de pact.* Grat. *cons.17. num.46. li.1.*
& dixit Rota in vna Nullius Castri Montis Porrij 6.
Martij 1581. coram Brauo, † & est capienda interpreta- 11
tio verborum ad fauorem remittentis contrà eum, qui
se in remissione fundat, *iuxta l. veteribus. ff. de pact.* Curr.
iun. *in d. l. postquàm liti num.6.* Gabr. *vbi supra,* & Rota in
d. nullius. Accedit, quòd in aliis literis sub nomine Iulij
Cæsaris apparet † remissionem fuisse conditionalem; 12
dummodò solutio statim facta fuisset. Literæ Iulij Cæsaris approbantis factum Pyrrhi censentur approbare
sub eadem conditione; rursus approbatio licèt remittat
conditionem; & inobseruantiam quoad præterita, tamen eas renouat quoad futura per illa verba (*volendo
seruare la conditione*) vnde oporteret probare solutionem factam incontinenti. Accedit, quod dicitur, literas
Iulij Cæsaris fuisse scriptas; postquam ipse vnà cum
aliis fratribus cesserat hunc censum D. Herculi, & eius
vxori, † & propterea illis nullo modo præiudicant, [d] 13
Bar. & alij *in l. facta, §. si heres ff. ad Trebell.* Afflict. *decis.* d
*163. in fin.* Gozad. *cons. 3. num. 8.* Additur etiam censum
fuisse

fuisse constitutum etiam ad fauorem aliorum fratrum Pyrrhi,& Iolij Cæsaris, quibus oon potuissent ipsi præiudicate remittendo,aut confitendo. Vlteriùs idem procurator concessit dilationem quatuor annorum ad soluendum terminos decursos, in quo etiam ius constituentium diminuit,§.*plus autem.Instit.de actio.* Accedit, quòd in taxando valore monetæ,qui semper fuit minor eo, qui vigebat Mantuæ,vbi erat destinata solutio, & in aliis,de quibus per informantes grauauit suos principales omnia ad fauorem aduersariorum statuendo nihil suis principalibus acquirendo, vt propterea terminos
14 etiam transactionis excesserit, † de cuius natura est, vt pars, quæ aliquid remittit, in recompensationem aliud recipiat,*l.1.ff.de transact.l.transactio C.eodem.* Bart. *in l. si cognitu.num.5.C. eodem.* Non obstat prætensa ratificatio transactionis deducta ex quibusdam literis D.Francisci,
15 † quia probari deberet, quòd ipse habuisset claram, & specificam scientiam omnium in instrumento transactionis contentorum,Paul.de Castr.*consil.* 465.*num.* 5. *vers.restat nunc lib.*1.Card.*consil.*44.*n.*3. Ruyn.*cons.*91. *nu.*11.*lib.*1. latè Tiraquel. *de retract. par.*2.*glos.*2. *num.* 3. quæ scientia videtur potius per dictas literas excludi, cùm Franciscus in eis conqueratur non potuisse vnquam habere copiam transactionis,licèt eam sæpiùs petierit, & vis est, vt potuerit habere perfectam notitiam
16 ipsius, † ad quam videtur requiri, quòd illam legerit, vel illi lecta fuerit, Paul.de Castr. *vbi supra.*Aym.*cons.*
c 197.*post num.* 14.[c] Minùs etiam concluditur ratificatio ex receptione solutionis in scutis monetæ ad formam ipsius transactionis, quia omnes quietantiæ post transactionem factæ dicunt ad computum fructuum, seu liuellorum nulla facta mentione transactionis, & licèt non ascenderent ad summam debitam vigore instru-
17 menti census, † fuerunt receptæ ad bonum computum, & dicuntur receptæ, vt minus debeatur, non animo ratificandi transactionem, Innoc.*in c. super hoc num.* 2.*in fin.*vbi Ioan.Andreas *propè fin. vers.super spoliatione.* Ant.de Butr.*sub num.* 22. *de renunc.* Bart. *in l. si per vim nu.*2.vbi etiam Alex.*num.*2.*C.de his,quæ vi,metúsve caus. fiunt.*Socin.*cons.*24.*num.*46.*lib.*1.

## *ANNOTATIO.*

a Benè Rota *decis.697.sub num.4.par.2.in recent.*

18 b Paris.† *cons.8.num.8.lib.4.*Honded.*cons.66.nu.81. & 82. lib.* 1.& latè Paris.*de resign.lib.5.quæst.7.nu.17.&* 18. Rota *dict. decis.697.num.4 par.2.in recent.* & fuit dictum in Verulens. Statuti 26. Iunij 1606.coram R. P. D. Coccino Decano. Ex quibus auctoritatibus probatur mandatum cum libera, &c.cum quanis plena potestate non comprehendere facultatem donandi, sed requiritur speciale mandatum ad donandum, si tamen in mandato legeretur facultas data non solùm ad transigendum, sed etiam ad remittendum,tunc per hoc censeretur data facultas donandi,quia remittere est donare, ita dixit Rota in Fulginatens. redditionis rationis 16.Decembris 1616.coram R.P.D Pamphilio.& licèt in d.causa,in qua pro contraria parte succumbente,scribebam,allegarem,quòd ista remissio intelligi debebat de remissione iuris dubij, non autem iuris clari, quæ sapit donationem, cùm semper verba mandati sint interpretanda in fauorem constituentis;tamen Rota noluit hoc attendere.

19 c Clausulæ † executiuæ licèt non augeant, nec alterent dispositionem, illam tamen (si sit dubia) benè declarant, Seraph.*decis.574.num.2.& decis.726.num.3.& decis.1321 nu.* 5.per doctrinam Bald. *in l.eam quam num.36. Cod. de fideicommiss.*

20 d Confessionem † cedentis post factam cessionem non nocere cessionario,latè infinitos cumulãdo tradit Surd.*cons.* 22.*num.* 31. hoc non procedit, quando cessio est facta ad commodum cedentis, vel cessionarius habiturus est regressus contra cedentem, quia tunc confessio cedentis etiam post factam cessionem nocet cessionario, Surd. *d. cons.22.nu.9.in fine,&* 10.

21 e Gabr.† *consil.149. num. 78.lib.2.* Menoch. *consil. 389.num.21.* & latè in Malfiens. fructuum 8. Iunij 1581. coram Cantuccio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

# Vrbinatens.Decimarum.

*Veneris 11. Maij 1607.*

## ARGVMENTVM.

Assistentia iuris communis, quando redditur turbida, non suffragatur pro manutentione; possessio exigendi non acquiritur per solutionem factam à tertio, de cuius mandato non constat, nec minus de scientia principalis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Assistentia iuris communis, quæ offuscatur, & redditur turbida,nõ suffragatur pro obtinenda manutentione. Assistentia iuris communis an, & quando suffragetur pro manutentione,latè num 4.*

2 *Sanatio nullitatis examinis testium non censetur concessa, ex eo solùm quòd Papa remittit fidem testium arbitrio Rotæ.*

3 *Exigendi quasi possessio non acquiritur contra aliquem ex solutione facta per tertium sine mandato principalis, & non constito de scientia eiusdem principalis.*

## DECISIO CCCXII.

Resolutum fuit non esse dandum Rectoribus Ecclesiarum Parochialium mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas ex fructibus,quos Fratres Sancti Francisci percipiunt ex eorum prædiis, † assistentia enim iuris communis, quam pro 1
manutentione allegant, cùm offuscetur & turbida reddatur ex priuilegiis exemptionis,quæ habent Fratres, & ex depositionibus testium, qui pro eis fuerũt examinati, visa fuit non suffragari Rectoribus, ita vt ex ea sit concedenda manutentio, vt fuit dictum in causa Montis Regalis Iurisdictionis 4.Nouembris 1596. corã R.P.D. meo Decano,& in aliis pluribus, & vltimo loco in Calaguritana Iurisdictionis 14. Martij præteriti coram R.P. D.meo Iusto. [a] Quantum ad testes, qui dantur ad pro- a
bandam quasi possessionem,non potest fieri fundamentum, cùm patiantur plures nullitates. † Nec facit præ- 2
tensa commissio sanatoria, quia Papa remittit eorum fidem arbitrio Rotæ,quæ nunquam declarauit suum arbitrium, nec Rectores fecerunt aliquam instantiam pro habenda huiusmodi declaratione: vltra quod in dicto non probant possessionem vniuersalem totius Comitatus, nec concludunt per aliquam scientiam, vel sensum corporis. Quoad listas, vltra quod sunt scripturæ priuatæ,quæ nullum faciunt genus probationis,nec sunt formiter extractæ,† non probatur eum,qui dicitur soluisse 3
vinum,habuisse aliquod mandatum,vel quod soluerit de ordine Superiorum monasterij,aut ipsis scientibus, prout requiritur ad effectum, vt ex tali solutione contra ipsos acquiratur quasi possessio exigendi, Caput.*decis.*165.*par.* 3.*cum aliis alleg.* b

## *ANNOTATIO.*

a Assistentia † iuris communis an, & quando sufficiat pro obtinenda manutentione plenè tractat Marescot.*var.lib.*1. *cap.*11.*per totum*, & in materia iurisdictionali sufficere solam assistentiam pro manutentione sæpiùs Rota dixit *per text.in cap.cum personæ, de priuileg.in 6.vt in decis.*382. *num.* 1.*& in decis* 493.*num.*2. *& decis.*501.*num.* 1.*par.* 2. *in recentioribus & in decis.*491.*num.*2. *par.*1. *in recentior.* Seraphin. *decis.*1449.*nu.* 1. vbi dicitur, quòd Rota hanc opinionem perpetuò

perpetuò amplexa est, & decis. 1004. & propterea dixit Rota in dicta decis. 493. n. 1. quod aduersus Episcopum non est inhibendum, & si est inhibitum, ante omnia est inhibitio reuocanda. Procedit præallegata conclusio etiam si ex aduerso exhiberetur priuilegium, nisi vnà cum priuilegio probetur etiam possessio, prout latè resoluit Rota in d. dec. 491. quæ ponderat verba tex. in d. cap. cùm personæ. de priuil. in 6. Marescot. d. cap. 1. num. 5.

Limitatur inter alia præallegata conclusio de manutentione ratione assistentiæ iuris, vt non procedat, quando assistentia est turbida, Seraph. decis. 1379. num. 4. Rota decis. 382. num. 5. par. 2. in recent. fuit dictum in Marsicen. iurisdictionis 16. Iunij 1618. coram R. P. D. Buratto; sed adhuc non obstante turbiditate danda esset manutentio habenti fundatam intentionem de Iure communi, quando concurrerent etiã aliqui actus possessorij, Rota d. decis. 382. n. 5. vbi dicitur offuscationem obstare manutentioni, quando solùm fieret via in assistentia iuris communis.

Item assistentia non suffragatur, quando alius est in possessione, quia manutentio est danda existenti in possessione, non autem habenti iuris assistentiam, Rota decis. 685. sub num. 2. vers. & præterea par. 1. in recent. vbi dicitur hoc solùm procedere quando possessio est temporis considerabilis, & dixit etiam Rota in Aquilana iurisdictionis 1607. coram R. P. D. Pamphilio impress. penès Marches. de com. tom. 1. fol. 980. & in Hispalens. præeminentiarum 30. Februarij 1619. coram R. P. D. Vbaldo, vbi dicitur sufficere, quòd possessori ius vehementer non resistat.

Extra verò materiam iurisdictionis, puta, in materia decimarum Rota non dat manutentionem propter assistentiam iuris, nisi probata possessione, vt benè distinguit Seraph. decis. 1449. n. 3. & dixit Rota in Mediolanens. decimarum 26. Nouembris 1613. coram R. P. D. Pirouano, & in Ciuitatens. decimarum 26. Martij 1618. coram R. P. D. Verospo, Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 11. num. 13.

b Vide, quod dixi ad decis. 215.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Imolens. Census.

*Veneris 11. Maij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Ex vnica solutione acquiritur quasi possessio exigendi, quæ suffragatur ad effectum manutentionis etiam aduersus hæredes, & successores soluentis non obstante sententia in contrarium lata, quando ab illa est appellatum.

### *SVMMARIVM.*

1. *Possessio exigendi acquiritur ex vnico actu solutionis.*
2. *Pluralitas causarum non præsumitur.*
3. *Possessio quæsita contra auctorem suffragatur ad effectum obtinendi manutentionem contra illius hæredes & successores, & latè num. 6.*
4. *Manutentio in quasi possessione exigendi competit etiam post sententiam, quæ fuit suspensa per appellationem.*
5. *Et tantò magis, quando constat de solutionibus factis post d. sententiam.*

### DECISIO CCCXIII.

ROta censuit DD. de Capponibus dandum est mãdatum de manutenendo in quasi possessione exi-
1 gendi censum, de quo agitur, † ex solutione enim, quæ datur, licèt vnica, quæsita fuit possessio, glos. & Doct. in cap. cùm Eccles. Sutrina. de caus. posses. & propr. Bart. in l. hoc interdicto n. 3. ff. de itin. actuque priuat. Alex. cons. 74. num. 16. lib. 4. Roman. cons. 311. num. 17. & fuit sæpius resolutum, signanter autem in terminis istis in vna Venetiarum census 22. Martij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Arigonio, & in Romana census 6. Nouem-



bris proximè præteriti coram R. P. D. meo Decano.
Non obstat, quod dicitur, solutionem hîc factam ex
alia causa, quia vltra quod de alia non apparet, † & plu- a 2
ralitas causarum non præsumitur, l. si diuortio. ff. de verb.
oblig. Aym. cons. 73. num. 38. ex instrumento quietantiæ contrarium conuincitur, cùm in eo habeatur solutionem esse faciendam DD. Francisco, & Nicolao de Capponibus cessionariis Marci Antonij Bencij, & cessio est
de censu, de quo agitur, † & ista quasi possessio acquisi- 3
ta contra Hieronymum defunctum est manutenenda contra filios hæredes, & successores, quia in interdicto retinendæ ius metimur ex persona actoris, quod non mutatur mutata persona ex parte rei, Guido, Pap decis. 629. Put. decis. 151. lib. 3. Gig. de pens. q. 97. num. 10. & in his terminis fuit dictum in vna Romana census 17. Maij 1583. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in pluribus citatis, & in alia Romana census superiùs
allegata.[a] Non obstat sententia contra censum ex capi- a
te euictionis, † quia fuit suspensa per appellationem, & 4
commissionem restitutionis in integrum, & nullitatis, & interim sunt manutenendi DD. de Capponibus in sua quasi possessione censum exigendi, Cæs. de Graff. decis. 4. de caus. poss. & propr. fuit dictum in Bononien. census 13. Iunij 1594. coram Reuerendissimo Pacen. in Romana census 26. Aprilis 1596. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in præallegata Romana cen-
sus coram R. P. D. meo Decano. † Tantò magis, quia 5
apparet de solutione post sequutam euictionem, vt ponderauit Rota in Terdonen. pensionis 7. Decembris 1585. coram Illustrissimo D. Cardinali Blanchetto, & in Pactens. pensionis coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio 1. Iulij 1596. & in Calaguritana pensionis 2. Maij 1598. coram Reuerendissimo Pacen.

### *ANNOTATIO.*

a Rota † passim sequitur decis. Guidop. 629. quòd, scilicet, 6
possessio sit metiẽda ex parte actoris adeò quod per mutationem rei, & possessoris non tollatur quasi possessio exigendi ex parte actoris existentis in possessione, vt penes Seraph. decis. 878. n. 1. & 2. & in decis. 512. num. 1. par. 1. in recent. vbi dicitur fuisse pluries resolutum; & ideò pensionario existenti in quasi possessione exigendi competit manutentio contra successorem in beneficio, qui numquam soluit, Rota decis. 508. num. 1. par. 1. in recent. & fuit dictũ in Spoletana pensionis 21. Iunij 1618. corã R. P. D. Vbaldo, vbi aliæ decisiones cumulantur; sic etiam censuario competit manutentio contra successorem in re cẽsuata, qui censum numquàm soluit, Seraph. d. decis. 878. num. 1. Gratian. disceptat. cap. 113. num. 16. & seq. non tamen possessio acquisita contra emphyteutam esset manutenibilis aduersus dominum directum post secutam deuolutionem, vt dixit Rota in Ciuitatis Castellanæ iuris pascendi coram Cardinali Millino; nam feudo ad dominum deuoluto expirant omnes obligationes, seruitutes, & onera durante inuestitura contra inuestitos acquisita, Rosent. de feud. cap. 9. memb. 1. conclus. 11. num. 1. & 2. & conclus. 18. in princ.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Colimbriens. Canonicatus.

*Veneris 9. Maij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Prouisus Apostolicus tenetur iustificare suam gratiam, & præsertim reseruationem, quando in prouisione adest clausula (*dummodò collatio ad nos hac vice pertineat*) alternatiua non capit beneficia simultaneæ collationis inter Episcopũ, & Capitulum nõ obstante diuisione turni inter Capitulum, & Episcopũ facta.

*SVMMARIVM.*

1 *Imper.ans tenetur iustificare narratiuam suæ impetrationis.*

*Reseruatioest de substantia, & est fundamentum gratiæ.*

3 *Papa prouidens cum clausula* ( dummodò collatio ad nos hac vice pertineat) *declarat nolle prouidere, nisi quatenus beneficium reseruatum existat.*

4 *Alternatiua non capit beneficia, quæ sunt simul tantæ collationis Episcopi, & Capituli, & num.7.*

5 *Quod procedit non obstante diuisione turni inter Episcopum, & Capitulum, declara. vt num.8.*

6 *Papa quomodo dignoscatur, quod velit concurrere, & præuenire, & an & quando velit conferre uti reseruatum, & num.6.*

DECISIO CCCXIV.

PRo Iacobo informante fuit sine difficultate resolu-
tum, quia in actis nihil reperitur pro iustificatione
1 gratiæ Hieronymi aduersarij, † cùm tamen debuisset
iustificare narratiuam suæ impetrationis, Ioan. Andr. &
communiter alij *in cap. 1. de lit.contest. lib. 6. decis. 20. de*
2 *praben. in non.* † præsertim quoad reseruationem, quæ
3 est substantia, & fundamentum gratiæ, † Papa enim
apponendo clausulam ( *dummodò collatio ad nos hac vice*
*pertineat*) fecit prouisionem conditionalem, & declara-
uit nolle prouidere, nisi quatenus reseruatum existat,
Simonet. *de reseruat. q. 61. numer. 3.* fuit dictum in vna
Taurinen. Cantoriæ 14. Octobris 1569. coram Ora-
dino, & in Romana Clericatus Sancti Petri 27. No-
uembris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphi-
a lio, [a] reseruatio autem huiusmodi non solùm non est
iustificata, sed nec etiam iustificabilis, quia reseruatio
est expressa sub prætextu, quòd mensis Septẽbris, in quo
narratur vacatio, & qui est ex quatuor mensibus Ordi-
narij, effectus fuisset Apostolicus in vim alternatiuæ
4 acceptatæ ab Episcopo, quod nullo modo subsistit. † Al-
ternatiua enim restricta est ad beneficia liberæ collatio-
nis Episcopi, & propterea non capiebat Canonicatum
istum, qui spectat ad collationem simultaneam Epi-
scopi, & Capituli Colimbriens. & Capitulum non par-
ticipat de alternatiua, vt fuit dictum in Salamantina
alternatiuæ 22. Octobris 1581. coram Rubeo, & in
b aliis pluribus. [b] Et non est facienda † vis in diuisione
5 Turni, & concordia inter Episcopum, & Capitulum,
quia fuit confirmata saluis reseruationibus, & affectio-
nibus Apostolicis, & sine illarum præiudicio, & pro-
pterea menses remanent, prout erant ante concordiam,
vt fuit resolutum in alia Colimbrien. Canonicatus 24.
c Maij 1599. coram Illustrissimo Cardinali Millino. [c]

*ANNOTATIO.*

6 a Intentionem † Papæ præueniendi, & concurrendi cum Ordinario excludit dicta clausula ( *dummodò collatio ad nos hac vice pertineat*) Rota *decis. 444. in fin. part. 1. in recent. & decis. 777. num. 6. part. 2. in recent.* Marta *in suo Clausulario clausula 36. num. 2.* & quando Papa vult præuenire loco clausulæ (*dummodò collatio hac vice ad nos pertineat* ) apponere solet clausulam ( *dummodo à die data præsentium non sit alicui ius quæsitum*) ita fuit dictum in Paterbonens. Canonicatus 29. Martij 1610. coram R. P. D. Coccino Decano, & priùs in Elnens. beneficij 21. Iunij 1604. coram R.P.D. Pena, & in Hispalen. Canonicatus 23. Iunij 1616. coram R. P. D. Buratto, prout etiam censetur Papa velle præuenire; quando expressa vacatione in certo mense reseruato addita est clausula ( *seu alio tempore mense*) quia tunc constat noluisse Papam restringere suam collationem ad reseruationem, ita fuit dictum in dicta Elnens. beneficij, quæ postea fuit coram eodem confirmata 13. Nouembris 1602. si verò narratur dispositiuè vacatio in mense reseruato, tota gratia, vnà cum omnibus clausulis in ea contentis, restringitur ad reseruationem, qua deficiente corruit prouisio, Gonzal. post relatos *super reg. 8. §. 4. proœm. num. 80.*

b Latè † Gonz. *glos. 45. num. 1. & seq.* & Garz. *de benef. par. 5. c. 1. num. 474.* Seraph. *decis. 1297. num. 7. & 8.* 7

c Tenuit † etiam Rota in Barbastrens. Archipresbyteratus 15. Iunij 1615. coram R P.D. Pirouano, si verò fuisset diuisus Turnus, & non fuisset secuta confirmatio Apostolica, vel si confirmatio interuenit, & non fuerit in ea apposita clausula ( *saluis reseruationibus* ) quæ reperitur apposita in casu nostræ decisionis, tunc succedente vacatione in mense Episcopi Capitulum gaudebit alternatiua, Seraph. *decis. 1296. num. 8.* Gonz. *super reg. 8. glos. 45. §. 1. num. 55.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 1. num. 726.* & dixi etiam de hac materia supra *ad decis. 95.* 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Ciuitatis Castelli fideicommissi.

*Lunæ 14. Maij 1607.*

ARGVMENTVM.

Filij positi in cõditione cẽsentur vocati ex coniecturis, & plures coniecturæ numerantur. Dictio vniuersalis (*omnes*) refertur ad omnes supra nominatos, & de sui natura verificari debet in pluribus, quàm in duobus.

*SVMMARIVM.*

1 *Filij positi in conditione censentur vocati ex coniecturis, & num. 15.*

2 *Coniectura est, quando non semel, sed pluries reperiuntur positi in conditione, & num. 16.*

3 *Item si in alia parte testamenti reperiuntur expressè vocati.*

4 *Item ex digressu ad plures gradus substitutionum, quæ coniectura saltem iuncta cum aliis plurimùm operatur, & num. 17. vbi referuntur decisiones in contrarium.*

5 *Item si positi in conditione sint descendentes testatoris, in quibus sufficiunt leuiores coniecturæ.*

6 *Item si testator vocauit extraneos, & personas minùs dilectas.*

7 *Item ne resultet absurdum, quod minùs dilectus sit melioris conditionis, quàm magis dilectus.*

8 *Item si testator vocauit filios substitutorum, multò magis censetur vocasse filios institutorum positos in conditione.*

9 *In hac materia coniecturæ simul coniunguntur, & quæ singula de per se non sufficiunt, simul iuncta suffragantur, & num. 18.*

10 *Filij in conditione positi, qui ex coniecturis sunt tacitè vocati, habentur ac si expressè fuissent vocati.*

11 *Dictio vniuersalis* ( omnes ) *neminem excludit, & idem operatur, ac si de singulis esset facta expressio specialis.*

12 *Non potest referri ad duos tantùm, sed prædicatur de pluribus, & num. 15. reprobatur Bero. contrarium tenens.*

13 *Fideicõmissum vbi est reale, æquè grauat vocatos, & positos in conditione, quibus est reseruatum ius succedendi ab intestato.*

14 *Testator præsumitur magis voluisse grauare fideicommisso nepotes, quàm filios.*

DECISIO CCCXV.

POst plures positiones Domini recesserunt à decisione in hac causa facta 28. Iunij 1604. dubium enim, quod agitur: An Andreas, & fratres de Chri-

stianis

stianis sint vocati ad fideicommissum Nicolai de Rubeis in casu obitus Nepotum ex filiis ipsius Nicolai, pendet à duabus inspectionibus, quarum prima est, an dicti Nepotes sint vocati, altera an sint grauati, ita vt post obitum ipsorum inuitati sint Andreas, & fratres.
1 Quoad primam Domini dixerunt † eos esse, si non expreisè, tacitè saltem vocatos, vti positos in conditio-
a ne ex coniecturis vocationem suadentibus, [a] qua-
2 rum † prima est, quia non semel, sed pluries sunt positi in conditione, Corn. *consil. 74. numer. 5. & seqq. lib. 2.* Gozzad. *cons. 64.* Purpur. *inter cons. Silua. cons. 53. sub num. 4. vers. tertia coniectura.* Ceph. *consil. 476. n. 10.* latè
b Menoch. plures referens *præs. 76. num. 58. lib. 8.* [b] etsi hoc verum quando positi sunt in duabus conditionibus, longè magis, quando sunt in aliqua parte testamenti vocati, vt in casu, de quo agitur, ita arguit Ceph.
3 *vbi supra.* Vnde † insurgit secunda, & fortior coniectura vocationis etiam in casu, in quo sunt positi in con-
c ditione, [c] Ias. *cons. 108. col. 3. vers. non quoque obstat lib. 4.* Aym. *cons. 61. num. 10.* Ruyn. *cons. 160. sub num. 24. lib. 2.* Gozzad. *consil. 60. sub numer. 20. vers. quintò dico.* Gabriel. *de fideicom. conclus. 4. num. 36. & 53.* quam coniecturam semper magni fecit Rota, & signanter in Vrbeuetana Castrorum 21. Aprilis 1578. coram Illustrissimo Cardinali Blancheto, in Cæsenaten. hæreditatis ta. Februarij coram bo. me. Orano, in Viterbien. fideicommissi 18. Decembris 1600. coram bo. me. Litta in Montis Falisci fideicommissi 29. Nouembris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in Vrbeuetana fideicommissi 6. Ianuarij anni præteriti coram
4 R. P. D. meo Coccino. † Alia oritur coniectura ex di-
d gressu ad plures substitutiones, [d] Anchar. *consil. 74.* Alex. *consil. 65. sub numer. 5. vers. corroboratur.* Ruyn. *consil. 153. numer. 6. lib. 2.* Dec. *consil. 477. in fin.* Alciat. *in l. Lucius. num. 49. ff. de vulg.* Purpur. *cons. 53. num. 4. vers. quarto resultat inter consil. Siluan.* quam crebriori calculo approbatam dicit Cephal. *consil. 252. sub nu. 17. vers. & idem.* Decian. *consil. 103. num. 12. lib. 2.* Menoch. *consil. 173. num. 55.* Thesaur. *decis. 96. sub numer. 17.* qui dicit mirari de illis, qui dicunt contrariam sententiam esse magis receptam, & eam sæpiùs Senatum Pedemontanum fuisse secutum, quam etiam tenuit Rota in Spoletana terrarum 21. Iunij 1599. coram Illustrissimo Cardinali Millino. Quæ coniectura, quando sola pateretur aliquam difficultatem, iuncta tamen cum aliis plurimùm operatur, Rip. *in l. Centurio num. 165. ff. de vulg.* Socin. iun. *consil. 110. sub num. 28. lib. 1.* Purpur. *vbi supra.* Grat. *consil. 89. sub numer. 9. lib. 2.* Cæphal. *consil 475. in fine.* Illustrissimus Cardinalis Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. sub num. 13. vers. verum planè in fin.* Thesaur. *vbi supra,* qui dicit sufficere, si concurrat aliqua ex leuioribus cõiecturis. Et ista coniectura de plano procedit in casu, de quo agitur, ex duobus,
5 † primò quia filij positi in conditione sunt descendentes testatoris, Alexand. *d. cons. 65. sub numer. 5. vers. sanè quia limitatio. lib. 5.* Gozzad. *cons. 64. num. 10.* Socin. iun. *cons. 110. sub numer. 28. vers. hoc etiam lib. 3.* Decian. *cons. 103. numer. 17. ante medi. lib. 1.* Rimin. iun. *cons. 476. n. 32.* in descendentibus enim sufficiunt leuiores coniecturæ, vt censeantur vocati, Corn. *cons. 97. sub n. 3. vers. est enim tam vrgens. lib. 1.* Aym. *consil 367. sub numer. 9.* Illustrissimus Cardinalis Mantica *lib. 11. tit. 2. in final. verb.* cum aliis per Peregr. *cons. 91. num 34. lib. 1.* fuit dictum in Viterbiens. fideicommissi in Spoletana terrarum, & in Vrbeuetana fideicommissi superiùs relatis. Secundò maximè procedit in casu isto coniectura dedu-
6 cta ex digressu ad plures gradus, † quia in sequentibus gradibus vocati sunt extranei, qui non sunt de familia testatoris, & personæ minùs dilectæ testatori, quàm filij in conditione positi, Rip. *in d. l. Centurio sub num. 165. vers. quarta conclusio* Aym. *consil. 155. num. 6.* Alba.

*consil. 87. num. 12.* Cæphal. *consil. 251. numer. 80.* Tob. *consil. 31. numer. 15.* Rimin. iun. *consil. 21. numer. 11.* Menoch. *cons. 173. num. 55. in fin.* † Et hinc oritur alia con- 7
iectura vocationis, ne sequatur absurdum, quòd minùs dilectus sit melioris conditionis magis dilecto, Aym. qui dicit grauem coniecturam, quæ sola sufficere videtur *consil. 02. numer. 6. & seqq.* Grat. *consil. 101. num. 19. lib 2.* Gabr. *d. conclus. 4. de fideicom. nu. 27.* Hieron. Gabr. *concl. 96. num. 17. lib. 1.* Rim. iun. *consil. 476. num 71.* Illustrissimus Mantica *d. tit. 3. num. 13. ad fin. vers. & quòd filij positi,* vt enim dictum absurdum euitetur, verba conditionalia disponunt, Ruyn. *cons. 158 num. 13. circa med.*
*lib. 2.* † Huic affinis est alia coniectura, quia testator 8
filiis hæredibus institutis substituit filias, & eorum filios; si enim vocauit filios substitutorum, multò magis credendum, quòd voluerit vocari filios institutorũ, Ruyn. *cons. 140. post numer. 9. & 142. sub numer. 11. vers. & istud etiam. lib. 3.* Gozzad. *d. cons. 64. sub nu. 16. vers. quintò dico.* Aym. *d. cons. 62. num. 10.* latè Rim. sen. *cons. 183. num. 10. cum pluribus seqq.* Cephal. *consil. 251. num. 73.* Menoch. *præsumpt. 76. numer. 56. lib. 4.* sicuti enim magis dilexit testator institutos, quàm substitutos, ita etiam plus illorum, quàm istorum filios, Cephal. *consil. 88. sub*
*num. 15.* † Quæ coniecturæ, quando singulariter captæ 9
reciperent difficultatem, simul iunctæ, & additis aliis per informantes adductis proculdubio rem ponunt in tuto, quia in hac materia passim admittitur regula, quæ singula, &c. Bero, qui alios allegat, *consil. 104. num. 12. in fin. lib. 2.* Gratus *consil. 106. num. 48. in fin. lib. 1.* Socin. iun. *consil. 110. n. 28. in fin. & num. seq. lib 3.* Cephal. *consil. 251. num. 87.* & dixit Rota in illa Spoletana terrarum in Vrbinatens. bonorum, & in Montis Falisci fideicom-
missi; [e] firmata prima inspectione altera remanet sine e
difficultate, † quia, cùm sint tacitè ex coniecturis vo- 10
cati, habentur ac si verè, & expressè fuissent nominati, Gabr. *consil. 115. num. 17. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. artic. 28. num. 3.* sed si priùs essent expressè vocati, & substituti eorum parentibus, quando testator postea subiungit (*si omnes quandocumque sine filiis decedant*) sine du-
bio essent & ipsi comprehensi; quia illa dictio † vni- 11
uersalis (*omnes*) prænominatos includit, & neminem excludit, *l. 1. ff. de leg. 1.* & idem operatur, ac si de singulis esset facta expressio specialis, Bart. *in l. 2. ff. de no-*
*ua.* Aym. *cons. 308. n. 6.* Ceph. *cons. 156. n. 21.* † Et si re- 12
ferretur ad institutos tantùm, sine dubio esset contra naturam verbi (*omnes*) quod prædicatur de pluribus, quàm de duobus, *l. non distinguimus. §. si plures. ff. de arbitr.* Innoc. *in c. quia propter. numer. 5. de elect.* Bald. *in l. in testamento sub numer. 12. vers. tu dic. Cod. de testam. milit.* Anchar. *consil. 68. num. 1. & 3.* Paul. de Castr. *consil. 123. circa princip. vers. & fallit dubium libro primo, & 271. sub num. 1. lib. 2.* Surd. *consil. 31. numer. 25. & seq.* Et quòd per istam dictionem (*omnes*) censeatur impositum fideicommissum omnibus superiùs nominatis, tradit Grat. *consil. 5. num. 59. lib. 2.* & fuit dictum in simili in illa Vrbeuetana fideicommissi, & transit sine difficultate, quia, vt dictum est, filij hæredum non sunt tantùm nomina-
ti, sed etiam vocati: † Et vbi etiam esset illis tantùm 13
reseruatum ius succedendi ab intestato, adhuc censerentur comprehensi, & grauati, quia, cùm simus in fideicommisso reali, seu in rem scripto, vt benè deducunt informantes, nulla constituitur differentia inter vocatos, & positos in conditione, vt per Decian. qui alios congerit, *consil. 44. numer. 72. lib. 3.* Rim. iun. *consil. 456. num. 50.* Concurrit etiam verisimilis mens
testatoris, quia non est dare rationem, † cur magis vo- 14
luerit grauare onere restitutionis filios, quàm nepotes, imò credendum, quòd istos magis voluerit grauare, vt per Grat. *d. consil. 5. numer. 31. & seqq.* Et quod ex aduerso dicitur, grauato filio non censeri grauatum nepotem, non applicatur, quia procedit quando filius

*SVMMARIVM.*

1 *Imperans tenetur iustificare narratiuam suæ impetrationis.*

*Reseruatio est de substantia, & est fundamentum gratiæ.*

3 *Papa prouidens cum clausula* (dummodò collatio ad nos hac vice pertineat) *declarat nolle prouidere, nisi quatenus beneficium reseruatum existat.*

4 *Alternatiua non capit beneficia, quæ sunt simul tanta collationis Episcopi, & Capituli, & num.7.*

5 *Quod procedit non obstante diuisione turni inter Episcopum, & Capitulum, declara vt num.8.*

6 *Papa quomodo dignoscatur, quòd velit concurrere, & præuenire, & an & quando velit conferre vti reseruatum, & num.6.*

## DECISIO CCCXIV.

PRo Iacobo informante fuit sine difficultate resolutum, quia in actis nihil reperitur pro iustificatione
1 gratiæ Hieronymi aduersarij, † cùm tamen debuisset iustificare narratiuam suæ impetrationis, Ioan. Andr. & communiter alij *in cap.1. de lit.contest. lib.6. decis.20. de*
2 *praben. in nou.* † præsertim quoad reseruationem, quæ
3 est substantia, & fundamentum gratiæ, † Papa enim apponendo clausulam (*dummodò collatio ad nos hac vice pertineat*) fecit prouisionem conditionalem, & declarauit nolle prouidere, nisi quatenus reseruatum existat, Simonet. *de reseruat. q. 61. numer.3.* fuit dictum in vna Taurinen. Cantoriæ 14. Octobris 1569. coram Oradino, & in Romana Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphi-
a lio, [a] reseruatio autem huiusmodi non solùm non est iustificata, sed nec etiam iustificabilis, quia reseruatio est expressa sub prætextu, quòd mensis Septẽbris, in quo narratur vacatio, & qui est ex quatuor mensibus Ordinarij, effectus fuisset Apostolicus in vim alternatiuæ
4 acceptatæ ab Episcopo, quod nullo modo subsistit. † Alternatiua enim restricta est ad beneficia liberæ collationis Episcopi, & propterea non capiebat Canonicatum istum, qui spectat ad collationem simultaneam Episcopi, & Capituli Colimbriens. & Capitulum non participat de alternatiua, vt fuit dictum in Salamantina alternatiuæ 22. Octobris 1581. coram Rubeo, & in
b aliis pluribus. [b] Et non est facienda † vis in diuisione
5 Turni, & concordia inter Episcopum, & Capitulum, quia fuit confirmata saluis reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, & sine illarum præiudicio, & propterea menses remanent, prout erant ante concordiam, vt fuit resolutum in alia Colimbrien. Canonicatus 24.
c Maij 1599. coram Illustrissimo Cardinali Millino. [c]

*ANNOTATIO.*

6 a Intentionem † Papæ præueniendi, & concurrendi cum Ordinario excludit dicta clausula (*dummodò collatio ad nos hac vice pertineat*) Rota *decis.444. in fin. part.1. in recent. & decis.777. num.6. part.2. in recent.* Marta *in suo Clausulario clausula 36. num.2.* & quando Papa vult præuenire loco clausulæ (*dummodò collatio hac vice ad nos pertineat*) apponere solet clausulam (*dummodo à die data præsentium non sit alicui ius quæsitum*) ita fuit dictum in Paterbonens. Canonicatus 29. Martij 1610. coram R. P. D. Coccino Decano, & priùs in Elnens. beneficij 21. Iunij 1604. coram R.P.D. Penia, & in Hispalen. Canonicatus 23. Iunij 1616. coram R. P. D. Buratto, prout etiam censetur Papa velle præuenire; quando expressa vacatione in certo mense reseruato addita est clausula (*seu alio vero quouis mense*) quia tunc constat noluisse Papam restringere suam collationem ad reseruationem, ita fuit dictum in dicta Elnens. beneficij, quæ postea fuit coram eodem confirmata 13. Nouembris 1602. si verò narratur dispositiuè vacatio in mense reseruato, tota gratia, vnà cum omnibus clausulis in ea contentis, restringitur ad reseruationem, qua deficiente corruit prouisio, Gonzal. post relatos *super reg.8. §.4. proœm. num.80.*

b Latè † Gonz. *glos.45. num.1. & seq.* & Garz. *de benef. par.5. c.1. num.474.* Seraph. *decis.1297. num.7. & 8.* 7

c Tenuit † etiam Rota in Barbastrens. Archipresbyteratus 15. Iunij 1615. coram R P.D. Pirouano, si verò fuisset diuisus Turnus, & non fuisset secuta confirmatio Apostolica, vel si confirmatio interuenit, & non fuerit in ea apposita clausula (*saluis reseruationibus*) quæ reperitur apposita in casu nostræ decisionis, tunc succedente vacatione in mense Episcopi Capitulum gaudebit alternatiua, Seraph. *decis.1296. num.8.* Gonz. *super reg.8. glos.45. §.1. num.55.* Garz. *de benef. par.5. cap.1. num.726.* & dixi etiam de hac materia supra *ad decis.95.* 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitatis Castelli fideicommissi.

*Lunæ 14. Maij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Filij positi in cõditione cẽsentur vocati ex coniecturis, & plures coniecturæ numerantur. Dictio vniuersalis (*omnes*) refertur ad omnes supra nominatos, & de sui natura verificari debet in pluribus, quàm in duobus.

*SVMMARIVM.*

1 *Filij positi in conditione censentur vocati ex coniecturis, & num.15.*

2 *Coniectura est, quando non semel, sed pluries reperiuntur positi in conditione, & num.16.*

3 *Item si in alia parte testamenti reperiuntur expressè vocati.*

4 *Item ex digressu ad plures gradus substitutionum, quæ coniectura saltem iuncta cum aliis plurimùm operatur, & num. 17. vbi referuntur decisiones in contrarium.*

5 *Item si positi in conditione sint descendentes testatoris, in quibus sufficiunt leuiores coniecturæ.*

6 *Item si testator vocauit extraneos, & personas minus dilectas.*

7 *Item ne resultet absurdum, quod minùs dilectus sit melioris conditionis, quàm magis dilectus.*

8 *Item si testator vocauit filios substitutorum, multò magis censetur vocasse filios institutorum positos in conditione.*

9 *In hac materia coniecturæ simul coniunguntur, & quæ singula de per se non sufficiunt, simul iuncta suffragantur, & num.18.*

10 *Filij in conditione positi, qui ex coniecturis sunt tacitè vocati, habentur ac si expressè fuissent vocati.*

11 *Dictio vniuersalis* (omnes) *neminem excludit, & idem operatur, ac si de singulis esset facta expressio specialis.*

12 *Non potest referri ad duos tantùm, sed prædicatur de pluribus, & num. 15. reprobatur Bero. contrarium tenens.*

13 *Fideicõmissum vbi est reale, æquè grauat vocatos, & positos in conditione, quibus est reseruatum ius succedendi ab intestato.*

14 *Testator præsumitur magis voluisse grauare fideicommisso nepotes, quàm filios.*

## DECISIO CCCXV.

POst plures positiones Domini recesserunt à decisione in hac causa facta 28. Iunij 1604. dubium cum, quod agitur: An Andreas, & fratres de Chri

stianis

ſtianis ſint vocati ad fideicommiſſum Nicolai de Ru-
beis in caſu obitus Nepotum ex filiis ipſius Nicolai,
pendet à duabus inſpectionibus, quarum prima eſt, an
dicti Nepotes ſint vocati, altera an ſint grauati, ita vt
poſt obitum ipſorum inuitati ſint Andreas, & fratres.
1 Quoad primam Domini dixerunt † eos eſſe, ſi non ex-
preſsè, tacitè ſaltem vocatos, vti poſitos in conditio-
a ne ex coniecturis vocationem ſuadentibus, [a] qua-
2 rum † prima eſt, quia non ſemel, ſed pluries ſunt po-
ſiti in conditione, Corn. *conſil. 74. numer. 5. & ſeqq. lib. 2.*
Gozzad. *conſ.* 64. Purpur. *inter conſ. Silua. conſ. 53. ſub
num. 4. verſ. tertia coniectura.* Ceph. *conſil.* 476. *n.* 10. latè
b Menoch. plures referens *præſ. 76. num. 58. lib. 8.* [b] etſi
hoc verum quando poſiti ſunt in duabus conditioni-
bus, longè magis, quando ſunt in aliqua parte teſtamen-
ti vocati, vt in caſu, de quo agitur, ita arguit Ceph.
3 *vbi ſupra.* Vnde † inſurgit ſecunda, & fortior coniectu-
ra vocationis etiam in caſu, in quo ſunt poſiti in con-
c ditione, [c] Iaſ. *conſ. 208. col. 5. verſ. non quoque obſtat lib. 4.*
Aym. *conſ. 61. num. 10.* Ruyn. *conſ. 160. ſub num. 24. lib. 2.*
Gozzad. *conſil. 60. ſub numer. 20. verſ. quintò dico.* Ga-
briel. *de fideicom. concluſ. 4. num. 36. & 53.* quam conie-
cturam ſemper magni fecit Rota, & ſignanter in Vr-
beuetana Caſtrorum 21. Aprilis 1578. coram Illuſtriſ-
ſimo Cardinali Blanchetto, in Cæſenatenſ. hæredita-
tis 12. Februarij coram bo. me. Otano, in Viterbien. fi-
deicommiſſi 18. Decembris 1600. coram bo. me. Litta
in Montis Faliſci fideicommiſſi 29. Nouembris 1602.
coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, & in Vrbe-
uetana fideicommiſſi 6. Ianuarij anni præteriti coram
4 R. P. D. meo Coccino. † Alia oritur coniectura ex di-
d greſſu ad plures ſubſtitutiones, [d] Anchar. *conſil.* 74.
Alex. *conſil. 65. ſub numer. 5. verſ. corroboratur.* Ruyn.
*conſil. 153. numer. 6. lib. 2.* Dec. *conſil. 477. in fin.* Alciat.
*in l. Lucius num. 49. ff. de vulg.* Purpur. *conſ. 53. num. 4.
verſ. quarto reſiſtit inter conſil. Siluan.* quam crebriori
calculo approbatam dicit Cephal. *conſil. 252. ſub nu. 17.
verſ. & idem.* Decian. *conſil. 103. num. 12. lib. 2.* Menoch.
*conſil. 173. num. 55.* Theſaur. *deciſ. 96. ſub numer. 17.* qui
dicit mirari de illis, qui dicunt contrariam ſententiam
eſſe magis receptam, & eam ſæpiùs Senatum Pede-
montanum fuiſſe ſecutum, quam etiam tenuit Rota in
Spoletana terrarum 21. Iunij 1599. coram Illuſtriſſimo
Cardinali Millino. Quæ coniectura, quando ſola pa-
teretur aliquam difficultatem, iuncta tamen cum aliis
plurimùm operatur, Rip. *in l. Centurio num. 165. ff. de
vulg.* Socin. iun. *conſil. 110. ſub num. 28. lib. 1.* Purpur.
*vbi ſupra.* Grat. *conſil. 89. ſub numer. 9. lib. 2.* Cæphal.
*conſil 475. in fine.* Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica *de
coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. ſub num. 13. verſ. verùm
planè in fin.* Theſaur. *vbi ſupra,* qui dicit ſufficere, ſi con-
currat aliqua ex leuioribus cõiecturis. Et iſta coniectura
de plano procedit in caſu, de quo agitur, ex duobus,
5 † primò quia filij poſiti in conditione ſunt deſcenden-
tes teſtatoris, Alexand. *d. conſ. 65. ſub numer. 5. verſ. ſanè
quia limitatio lib. 5.* Gozzad. *conſ. 64. num. 10.* Socin. iun.
*conſ. 110. ſub numer. 28. verſ. hoc etiam lib. 3.* Decian. *conſ.
103. numer. 17. ante medi. lib. 2.* Rimin. iun. *conſ. 476.
n. 32.* in deſcendentibus enim ſufficiunt leuiores con-
iecturæ, vt cenſeantur vocati, Corn. *conſ. 97. ſub n. 3. verſ.
eſt enim tàm vrgens. lib. 1.* Aym. *conſil. 367. ſub numer. 9.*
Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica *lib. 11. tit. 2. in final.
verb.* cum aliis per Peregr. *conſ. 91. num. 34. lib. 1.* fuit
dictum in Viterbienſ. fideicommiſſi in Spoletana terra-
rum, & in Vrbeuetana fideicommiſſi ſuperiùs relatis. Se-
cundò maximè procedit in caſu iſto coniectura dedu-
6 cta ex digreſſu ad plures gradus, † quia in ſequentibus
gradibus vocati ſunt extranei, qui non ſunt de fami-
lia teſtatoris, & perſonæ minùs dilectæ teſtatori, quàm
filij in conditione poſiti, Rip. *in d. l. Centurio ſub num.
165. verſ. quarta concluſio.* Aym. *conſil. 155. num. 6.* Alba.

*conſil. 87. num. 12.* Cæphal. *conſil. 251. numer. 80.* Tob.
*conſil. 31. numer. 15.* Rimin. iun. *conſil. 21. numer. 1.* Me-
noch. *conſ. 173. num. 55. in fin.* † Et hinc oritur alia con- 7
iectura vocationis, ne ſequatur abſurdum, quòd minùs
dilectus ſit melioris conditionis magis dilecto, Aym.
qui dicit grauem coniecturam, quæ ſola ſufficere vide-
tur *conſil. 62. numer. 6. & ſeqq.* Grat. *conſil. 101. num. 19.
lib. 2.* Gabr. *d. concluſ. 4. de fideicom. nu. 27.* Hieron. Gabr.
*concl. 96. num. 17. lib. 1.* Rim. iun. *conſil. 476. num 71.* Illu-
ſtriſſimus Mantica *d. tit. 3. num. 13. ad fin. verſ. & quòd filij
poſiti,* vt enim dictum abſurdum euitetur, verba con-
ditionalia diſponunt, Ruyn. *conſ. 158 num. 13. circa med.
lib. 2.* † Huic affinis eſt alia coniectura, quia teſtator 8
filiis hæredibus inſtitutis ſubſtituit filias, & eorum filios;
ſi enim vocauit filios ſubſtitutorum, multò magis cre-
dendum, quòd voluerit vocari filios inſtitutorũ, Ruyn.
*conſ. 140. poſt numer. 9. & 142. ſub numer. 11. verſ. & iſtud
etiam lib. 3.* Gozzad. *d. conſ. 64. ſub nu. 10 verſ. nunc dico.*
Aym. *d. conſ. 62. num. 10.* latè Rim. ſen. *conſ. 189. num. 10.
cum pluribus ſeqq.* Cephal. *conſil. 251. num. 75.* Menoch.
*præſumpt. 76. numer. 56. lib. 4.* ſicuti enim magis dilexit
teſtator inſtitutos, quàm ſubſtitutos, ita etiam plus
illorum, quàm iſtorum filios, Cephal. *conſil. 88. ſub
num. 15.* † Quæ coniecturæ, quando ſingulariter captæ 9
reciperent difficultatem, ſimul iunctæ, & additis aliis
per informantes adductis proculdubio rem ponunt in
tuto, quia in hac materia paſſim admittitur regula, quæ
ſingula, &c. Bero. qui alios allegat, *conſil. 104. num. 12.
in fin. lib. 2.* Gratus *conſil. 106. num. 48. in fin. lib. 1.* Socin.
iun. *conſil. 110. n. 28. in fin. & num. ſeq. lib. 3.* Cephal. *conſil.
251. num. 87.* & dixit Rota in illa Spoletana terrarum
in Vrbinatenſ. bonorum, & in Montis Faliſci fideicom-
miſſi; [e] firmata prima inſpectione altera remanet ſine e
difficultate, † quia, cùm ſint tacitè ex coniecturis vo- 10
cati, habentur ac ſi verè, & expreſsè fuiſſent nominati,
Gabr. *conſil. 115. num. 17. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. artic.
28. num. 3.* ſed ſi priùs eſſent expreſsè vocati, & ſubſti-
tuti eorum parentibus, quando teſtator poſtea ſubiun-
git (*ſi omnes quandocunque ſine filiis decedant*) ſine du-
bio eſſent & ipſi comprehenſi; quia illa dictio † vni- 11
uerſalis (*omnes*) prænominatos includit, & neminem
excludit, *l. 1. ff. de leg. 1.* & idem operatur, ac ſi de ſin-
gulis eſſet facta expreſſio ſpecialis, Bart. *in l. 2. ff. de no-
uat.* Aym. *conſ. 308. n. 6.* Ceph. *conſ. 156. n. 22.* † Et ſi re- 12
ferretur ad inſtitutos tantùm, ſine dubio eſſet contra
naturam verbi (*omnes*) quod prædicatur de pluribus,
quàm de duobus, *l. non diſtinguimus. § ſi plures. ff. de ar-
bitr.* Innoc. *in c. quia propter. numer. 5. de elect.* Bald. *in l. in
teſtamento ſub numer. 12. verſ tu dic. Cod. de teſtam. milit.*
Anchar. *conſil. 68. num. 1. & 3.* Paul. de Caſtr. *conſil. 123.
circa princip. verſ. & fallit dubium libro primo, & 271. ſub
num. 1. lib. 2.* Surd. *conſil. 31. numer. 25. & ſeq.* Et quòd
per iſtam dictionem (*omnes*) cenſeatur impoſitum fidei-
commiſſum omnibus ſuperiùs nominatis, tradit Grat.
*conſil. 5. num. 59. lib. 2.* & fuit dictum in ſimili in illa Vr-
beuetana fideicommiſſi, & tranſit ſine difficultate, quia,
vt dictum eſt, filij hæredum non ſunt tantùm nomina-
ti, ſed etiam vocati: † Et vbi etiam eſſet illis tantùm 13
reſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato, adhuc cenſe-
rentur comprehenſi, & grauati; quia, cùm ſimus in
fideicommiſſo reali, ſeu in rem ſcripto, vt benè de-
ducunt informantes, nulla conſtituitur differentia in-
ter vocatos, & poſitos in conditione, vt per Decian.
qui alios congerit, *conſil. 44. numer. 72. lib. 3.* Rim. iun.
*conſil. 456. num. 50.* Concurrit etiam veriſimilis mens
teſtatoris, quia non eſt dare rationem, † cur magis vo- 14
luerit grauare onere reſtitutionis filios, quàm nepotes,
imò credendum, quòd iſtos magis voluerit grauare,
vt per Grat. *d. conſil. 5. numer. 31. & ſeqq.* Et quod ex
aduerſo dicitur, grauato filio non cenſeri grauatum
nepotem, non applicatur, quia procedit quando filius

fuisset in ... cie grauatus, & ageretur per viam extensionis ... grauando nepotem, hic autem agitur, an sub ... vniuersali comprehendantur etiam nepotes, vel potius filij tantum. Non obstat *cons.* Bero. 70. *lib.* 2. *in*
15 decisione allegatum, † quia, vt ipse testatur *num.* 12. *in fine*, in suo casu aderant quatuor filij, ad quos sermo generalis poterat adaptari, & licèt *num.* 13. subiungat dictionem (*omnes*) congruè adaptari ad duos, hoc tamen repugnat menti legis, & testatoris, vt dicit Bald. *in loco supra allegato*, & iura, ac authoritates à Bero. citata nullo pacto probant eius intentionem, vt benè aduertunt informantes, qui etiam benè tollunt alia ex aduerso allegata. Et ex his Domini recesserunt à resolutis.

*ANNOTATIO.*

16 a Quòd † ex coniecturis recedatur ab opinione gloss. *in l. Lucius ff. de hæred. instit.* pluries Rota tenuit, & præsertim *in decis.* 133. *sub num.* 1. *& decis.* 266. *n.* 3. *& decis.* 320. *nu.* 15. *part.* 1. *in recent.* vbi aliæ decisiones allegantur, Seraph. *decis.* 1319. *n.* 1. & in testamentis ascendentium sufficiunt leuiores coniecturæ pro vocatione descendentium, Cran. *consil.* 62. *n.* 6. *in fine*. Surd. *cons.* 67. *n.* 35. Rota *decis.* 105. *sub nu.* 3. *part.* 1. *in recent.* extra verò descendentes coniecturæ debent esse vrgentes, & necessariæ, vt dixit Rota *in decis.* 538. *sub n.* 6. *part.* 2. *in recent.* & latè fuit dictum in Comen. fideicommissi 11. Martij 1619. coram R.P.D. Buratto, vbi plures coiecturæ reprobantur, & præsertim coniectura digressus ad plures gradus, nec non expressæ qualitatis legitimationis, & clausulæ (*omni meliori modo.*) Et quæ nam coniecturæ sufficiant, est recurrendum ad amplum tractatum Rustici de filiis in conditione positis, qui amplè hanc materiam tractat.

17 b Et hanc † geminationem ad hoc propositum ponderauit Rota *in decis.* 266. *num.* 11. *part.* 1. *in recent.*

c Hanc coniecturam latè defendit Rota *decis.* 46. *n.* 3. *&* 4. *part.* 1. *in recent.* vbi dicitur fuisse semper per Rotam approbatam, & ibi plures decisiones cumulantur, & reprobatur Rusticus, qui hanc coniecturam non admittit, quam etiam approbauit Rota *in decis.* 533. *sub num.* 2. *part.* 1. *in recent.*

18 d Hanc † etiam approbauit Rota *in decis.* 424. *num.* 2. *part.* 1. *in recent.* vbi dicitur sufficere, quòd concurrat alia coniectura, quantumuis leuis, & in Meluitana hæreditatis 17. Maij 1619. coram R.P.D. Dunozetto, vbi dicitur hanc coniecturam esse maximum argumentum vocationis; sed hanc coniecturam reprobat Rota *decis.* 1154. *part.* 3. *lib.* 3. *diuers. & decis.* 486. *num.* 18. *part.* 1. *in recent. & decis.* 538. *sub num.* 7. *part.* 2. *in recent.* & latè fuit reprobata in Comen. fideicommissi 11. Martij 1619. coram R.P.D. Buratto, vbi fuit dictum hanc coniecturam esse considerabilem in descendentibus, non autem in transuersalibus.

19 e Coniecturæ † in hac materia non debent discuti separatim, sed simul sunt iungendæ, Rota *decis.* 266. *num.* 19. *& decis.* 146. *num.* 1. *part.* 1. *in recent.* & in Meluitana hæreditatis 17. Maij 1616. coram R.P.D. Dunozetto, vbi dicitur, quòd licèt aliquæ coniecturæ de per se essent reprobatæ; tamen iunctæ cum aliis suffragantur.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Ariminen. Legati.

*Lunæ* 21. *Maij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summatio.

### SVMMARIVM.

1 *Heres, cui alternatiuè fuerat iniunctum onus soluendi legatum, vel in pecunia, vel bonis, amittit electionem propter longam moram, & num.* 3.

2 *Electio non durat post sententiam, vel saltem non habet locum post consumptam executionem.*

### DECISIO CCCXVI.

Fuit conclusum pro vlteriori exequutione, quia licèt † legati solutio fuerit alternatiuè hæredi iniuncta, videlicèt, vel in pecunia, vel in bonis, electionem tamen propter tam longam moram amisit, glos. *in cap. Inter cæteras. in vers. quandoque ad fin.* vbi Rips *num.* 72. *de rescript.* Bart. *in l. eum qui tertarum.* §. *fin. ff. de verb. oblig.* Paul. de Castr. *in leg. prim.* 1. *numer. secund. ff. de solut.* Iason *in lege legato generaliter num.* 19. *ff. de leg.* 1. Parif. *cons.* 23. *numer. quarto & quinto lib. tertio.* & fuit dictum in vna Neapolitana liberationis à fideiussione 24. Maij 1600. coram R.P.D. meo Iusto. Non obstat, quod dicitur, † electionem durare etiam post sententiam, & in ipsa executione, glo. *in d. l. eum, qui certarum.* § *fin. in verb. quoties. ff. de verb. obl.* quia gloss. loquitur, quando sententia est concepta alternatiuè, & saltem non habebit locum post consumptam exequutionem, & in actu deliberationis, vt in casu, de quo agitur.

*ANNOTATIO.*

a Tenuit etiam Rota in Romana electionis 11. Decembris 1617. coram R.P.D. Buratto, & quòd elapso tempore ad eligendum, & non facta electione facultas eligendi transferatur in alium, Gratian. *discept. foren.* 539. *num.* 10. vbi alios refert.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana dotis de Trinciis.

*Lunæ* 22. *Maij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Rota, prout alia suprema Tribunalia, non attendit sententias, quando constat de earum iniustitia, etiam si iustitia non sit notoria, & ex quibus detegatur iniustitia sententiæ.

### SVMMARIVM.

1 *Rota, prout alia suprema Tribunalia, non attendit res iudicatas.*

2 *Et hoc procedit, quando iniustitia est notoria.*

3 *Res iudicata non obstat, quando ille, qui obtinuit rem iudicatam, passus est discuti super illius iustitia, & vide declarationes, & limitationem, sub num.* 8.

4 *Creditor, qui confessus fuit se creditorem de certa summa absque dictione taxatiua, non censetur fateri sibi plus non deberi.*

5 *Approbatio sententiæ non nocet respectu tertij effectus, quando potest dicta approbatio referri in alium effectum.*

6 *Approbatio nunquam ad id refertur, per quod induceretur renuntiatio alicuius iuris ratificantis, & maximè stante ratificatione.*

7 *Maritus non potest in præiudicium vxoris facere aliquam renunciationem.*

### DECISIO CCCXVII.

Prætendebant creditores Honorij Trincij obstare D. Ruggerio acceptationē sententiæ bo. me. Robusterij, quam deducebant ex prosecutione appellationis, ex confessione eiusdem in commissione directa Illustrissimo Cardinali Millino, & ex eo, quòd petiit dictæ sententiæ exequutionem. Contrarium fuit in Rota resolutum, & quoad non prosequutionem appellationis, & prætensam rem iudicatam clarum Dominis videbatur

tur dicere, sententiam illam esse seruandam, postquam
1 fuit ex decisionibus Rotalibus detecta eius iniustitia: † Rota enim, prout alia suprema Tribunalia, non attendit res iudicatas, quandocumque appareat de errore, aut iniustitia sententiarum, Guidop. *decis.* 215. *sub numer.* 9. *vers. an sententia*, & 368. *numer.* 1. Put. *decis.* 407. *libr.* 1. Cæs. de Grass. *decis.* 10. *numer.* 12. *& seq. de re iud.* fuit dictum in vna Auximana dotis 14. Martij 1575. Non obstat quod dicitur, hoc procedere, quando iniustitia est
2 notoria; quia, † vltra quod Put. & Cæs. de Grass. expressè loquuntur in iniustitia non notoria, adest etiam notoria iniustitia, cùm sententia sit contra constitutio-
3 nem Gregorij, † & res caret omni scrupulo in casu isto, quia creditores passi sunt, quòd discutiatur iustitia sententiæ post rem iudicatam, Dec. *in l. res iudicata. numer.* 4. *ff. de reg. iur.* [a] Confessio deducta ex commissione non obstat; quia si D. Ruggerius dixit se creditorem in
4 scutis 3375. † non propterea negauit plus sibi debeti, cùm non adiecerit aliquam dictionem taxatiuam. Bart. & alij *in l. si quidem. C. de transact. in l. rationes C. de fid. instrum.* Ruyn *consil.* 56. *numer.* 9. *libr.* 1. Aym. *consil.* 313. *post numer.* 1. *vers. similiter si creditor.* Quatenus autem approbatio deducitur ex petitione exequutionis sententiæ, fuit dictum, quòd Ruggerius ius suum metiebatur à promissione dotis, tàm respectu quantitatis quàm respectu obligationis, per sententiam autem sortitus fuerat locum tantùm, & ius respectu graduationis, quia autem sententia respectu certæ summæ tantùm illum graduauerat quoad residuum, absoluendo creditores, quando petiit iuxtà gradum suum assignari sibi creditum in sententia declaratum, vi-
5 detur tantùm assignationem gradus approbasse, † nullo autem pacto censetur eam approbasse, quatenus suum creditum vulnerat, cùm possit dici facta alio respectu, Bart. *in l. si per vim numer.* 2. *C. de his, quæ vi, metúsue caus.*
6 *fiũt.* † & approbatio numquã ad id referatur per quod induceretur renunciatio alicuius iuris approbantis, Anch. *consil.* 105. Aym. *consil* 257. *sub num.* 4 *vers. Octauò si dicimus*, & tantò minus stante probatione, *l. si debitor* §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut.* Dec. *consil.* 450. *sub num.* 7. Tãdem cessat omnis difficultas propter interesse vxoris D. Ruggerij, in cuius præiudicium ipse non potuit facere aliquam renunciationem, *l. seruus dotalis, & l. fin. ff. solut. matr.* Dec. *consil.* 58. *numer.* 3. nec dotis conditionem deteriorem facere, *l. de die eum l. seq. ff. de pact. dot.* benè faciunt tradita per Rimin. *cons.* 670. *numer.* 27. *cum plu-*
7 *ribus seq.* vbi per multa probat, † approbationẽ, quã fecerat maritus testamẽti minuẽtis dotẽ, non nocere vxori.

*ANNOTATIO.*

1 a Mohed. *decisione* 4. *num.* 3. *de sent. & re iudic.* Rota *decis.* 55. *libr.* 2. *part.* 3. *diu.* cum aliis per Gonz. *sup. reg.* 8. *glos.* 66. *num.* 39. & non sufficit protestari de re iudicata, Put. *decision.* 197. *in fin. lib.* 2. & dixit Rota in Placentina decimarum 5. Iunij, & 8. Octobris 1579. coram R. P. D. Penia: aduertendum tamen est, quòd si ex iuribus productis non constat de iustitia rei iudicatæ non censetur aliquod præiudicium illatum rei iudicatæ ex eo, quòd super illius iustitia fuerit discussum, Caputaq. *dec.* 87. *l.* 1. *in manuscript.* fuit dictum in Burgen. præeminentiarum 3. Iunij 1605. coram R. P. D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. conseruationis indemnitatis.

*Veneris 25. Maij 1607.*

ARGVMENTVM.

In Saluiano sufficit probare solam possessionem absque dominio, quæ possessio probatur ex instrumento locationis effectuatæ, vel aliunde adminiculatæ.

*SVMMARIVM.*

1 *In Saluiano sufficit probare solam possessionem absque dominio ipsius debitoris, seu testatoris.*
2 *Locatio probat possessionem concurrentibus adminiculis, & num. 4. & 5.*
3 *Et pro adminiculo consideratur venditio rei locatæ facta à locatore.*

DECISIO CCCXVIII.

RESolutum fuit, informantibus tantùm Dominis Canobiis constare prædium, de quo agitur, fuisse in bonis Bonifacij Basij, & ab eo possessum, † quod suf- 1
ficit ad effectum Saluiani, §. *interdictum quoque. Instit. de Interd.* Bart. *in l.* 1. *in fine ff. de Sal. interd.* † possessio au- 2
tem probatur per instrumentum locationis ab eo factæ, quia constat de effectuatione tàm ex solutione pensionis, quàm ex fruitione, & detentatione conductorum, *cap. cùm venissent de rest. spol.* glos. *in l. qui vniuersas* §. *quod per Colonum. in verb. Colonum. ff. de acquir. possess.* Bart. *in l. ad probationem. C. locat.* Corn. *consil.* 6. *in fin. lib.* 2. cum cumulatis per Gabr. *de locat. conclus.* 4. *numer.* 2. [a] a
Concurrunt etiam adminicula, quo casu † sine difficul- 3
tate locatio probat possessionem locantis, [b] Paris. *consil.* b
104. *numer.* 82. *libr.* 1. Rimin. sen. *consil.* 92. *num.* 14. & alij per Gab. *vbi supra numer.* 16. Cæsar de Grass. *decision.* 10. *in fin. de rest. spol.* fuit latè deductum in vna Placeñ. administrationis sacramentorum 10. Martij 1581. coram Lauretano, & in aliis pluribus: Adminiculum † 4
autem facit non solùm venditio dicti pretij facta à filiis, & hæredibus Bonifacij, vt fuit consideratum in illa Placen. sed etiam, quia in dicta conditione fit mentio dictæ locationis; concurrunt & alia, de quibus per informantes: Quibus omnibus iunctis Domini sine difficultate dixerunt constare de possessione Bonifacij, qui releuationem promisit, & sic de primo extremo Saluiani.

*ANNOTATIO.*

a Vide, quod dixi *ad decis.* 6.
b Rota † *decis.* 573. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.* vbi dicit locationem probare possessionem, etiam si non constet de effectuatione; dummodò concurrant alia adminicula. 5

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgi Sancti Sepulchri.

*Lunæ 28. Maij 1607.*

ARGVMENTVM.

Subhastatio declaratur nulla ex pluribus nullitatibus, de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Subhastatio quæ est nulla respectu non citatorum, est etiam nulla quoad citatos ratione indiuiduitatis, & plura sub num.* 7.
2 *Curator est dandus minori, aliàs processus est nullus.*
3 *Subhastatio, & deliberatio facta pro maiori summa, quàm sit debitum, corruit in totum.*
4 *Subhastatio facta non præsente pecunia est nulla.*
5 *Forenses ex constitutionibus Apostolicis in Statu Ecclesiastico prohibentur acquirere stabilia.*
6 *Habet locum etiam in subhastatione, licèt subhastatio sit venditio necessaria, non voluntaria.*

DECISIO CCCXIX.

INformantibus tantùm Dominis de Ballionibus fuit vnanimi Dominorum sententia, & sine difficultate resolutum pro nullitate subhastationis ex pluribus

 capitibus.

...ıò, quia cùm lis esset introducta ex capitibus. P...a Carolum, Griffonum, Galeotrum, Ale... præse...n, & Pandulphum filios, & hæredes Bracchij, xa contra omnes processum ad subhastationem
& deliberationem deuentum fuit citato tantùm pro-
1 curatore Griffoni, & Galeotti, † & propterea sub-
hastatio fuit nulla, non solùm quoad alios non citatos,
*l. creditor. C. de distr. pignor.* vbi Alber. Afflict. *decis.* 358.
*numer.* 3. sed etiam quoad ipsos Griffonum, & Galeot-
tum ratione indiuiduitatis, Bald. *in l.* 1. *num.* 63. *vers.*
*aut continet quid indiuiduum. C. de error. calcul.* Fulgos.
*in hoc numer.* 2. *vers. sed si Iudicium. ff. famil. hercisc.* Ruyn.
*consil.* 129. *numer.* 12. *&* 13. *libr.* 5. Gabr. *consil.* 56. *nu-*
a *mer.* 17. *libr.* 1. [a] Quæ nullitas augetur, † quia fuit
2 datus Curator solùm Bracchio, & Federico, filiis Grif-
fonij, indefensis, & sine Curatore, relictis Carolo, &
aliis filiis eiusdem Griffoni, *l.* 1. vbi Bald. *C. qui legit. part.*
*stat.* Secundò principaliter deducitur nullitas subhasta-
3 tionis, & deliberationis, † quia fuit facta pro maiori
summa, quàm esset debitum Ballconorum, quo casu in
b totum corruit, [b] vt dixit Rota in vna Assisien. subhasta-
tionis 10. Nouembris coram Orano, & in Romana spo-
lij 21. Februarij 1600. coram R. P. D. meo Iusto, & in
aliis pluribus, quòd autem fuerit facta plus debito pa-
tet; quia fuit facta vigore mandati relaxati à R. P. D.
meo Lancellotto pro scutis 1454. cuius vigore 4. Ia-
nuarij 1599. fuit capta possessio Turris Clusinæ, & Ca-
stri Turris Andriæ, & 24. Aprilis fuit facta deliberatio
non deductis fructibus medio tempore à creditore
4 perceptis ad summam notabilem ascendentibus. † Ter-
tiò est nulla, quia facta fuit non præsente pecunia, vt di-
xit Rota coram me in Romana vineæ 2. Aprilis 1601.
c in qua aliæ decisiones allegantur. [c] Tandem † facta
5 fuit contra Constitutiones Summorum Pontificum
prohibentium venditionem rerum existentium in statu
6 Ecclesiastico in Forenses, & non subditos, † quæ con-
stitutiones loquentes de venditione, habent locum in
subhastatione, licèt sit venditio necessaria ex deductis
coram me in Romana prælationis 19. Nouembris 1604.

## *ANNOTATIO.*

7 a Et quòd † stante connexitate iuris ex eadem causa prouenientis, defectus citationis vnius ex litis consortibus annullet actum etiam respectu citati, Rota *decisione* 451. *numer.* 7. *part.* 2. *in recent.* & de pluribus venientibus ex eodem iure fuit dictum in Maceraten. hæreditatis 13. Maij 1616. coram R. P. D. Caualerio, & ideò si plures sint possessores, & vnus solùm citetur, alter verò non, processus est nullus in totum etiam respectu citati, ita fuit dictum in Romana spolij domus 15. Decembris 1617. coram R. P. D. Pirouano, si tamen sententia, & mandatum potest exequi super portione citati absque eo, quod præiudicetur portioni non citati, valet processus respectu citati, ita fuit dictum in Romana pecuniaria de Columna 21. Aprilis 1617. coram R. P. D. Dunozetto, vbi responderur ad decis. in causa Maceraten. hæreditatis, & quòd quando interesse non est connexum, tunc defectus citationis quoad vnum non noceat quoad alium legitimè citatum, Rota alios cumulans *decisione* 561. *numer.* 13. *part.* 1. *in recent.*

b Vide, quod dixi *ad decis.* 198.

c De subhastatione facta nô præsente pecunia dixi *ad d.* 23.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana de Cencis.

*Veneris* 1. *Iunij* 1607.

ARGVMENTVM.

Acta sunt transportanda, quæ faciunt ad causam etiam si causa sit commissa, prout in prima, & etiam si sint acta criminalia.

### *SVMMARIVM.*

1 *Acta sunt transportanda, quæ sunt necessaria ad detegendam iustitiam vel iniustitiam sententiæ.*

2 *Acta, quæ faciunt ad causam, sunt transportanda, etiam si causa fuerit commissa, prout in prima, de quo vide sub num.* 4.

3 *Etiam acta criminalia, quæ faciunt ad causam sunt transportanda.*

## DECISIO CCCXX.

VIsum fuit Dominis acta, de quibus agitur, esse transportanda, Bernardus enim in commissione præuia narratione suæ innocentiæ, & quòd ex processu contra eum formato in Curia Vicarij non probatur, quòd ipse fuerit particeps mortis paternæ, & quòd contra illum indefensum fuit lata sententia condemnatoria ad triremes cum confiscatione omnium bonorum, & quòd hoc acta ipsius causæ, & sententia vltimo loco lata ad illius fauorem per Gubernatorem Vrbis, qui dictam sententiam reuocauit, demonstrant; ne iniustè remaneat priuatus bonis paternis, & auitis, supplicat committi causam super recuperatione dictorum bonorum contra quoscumque detentores, & occupatores, & in specie contra filios Iacobi Cincij habentes causam à Fisco, nec non causam restitutionis in integrum aduersus præiudicialia quæcumque, & lapsum quo-
rumcumque temporum, † ex quibus patet, quòd in- 1
tentio Bernardi agentis ad recuperationem bonorum
ablatorum fundatur super iniustitia condemnationis,
pro qua detegenda est necessaria visio, & exhibitio acto-
rũ dictæ condemnationis. Nec refert, quòd prætendatur
causa commissa vt in prima, † quia hoc non tollit, quòd 2
acta, quæ in eã influunt, non sint transportanda, [a] vt fuit
dictum in causa Virduneñ. repetitionis fructuum 23.
Iunij 1597. coram R. P. D. meo Decano, & in Bracharen.
Parochialis de Moriera 8. Martij 1602. coram bo. me. Iu-
sto. Minus facit quòd acta sint criminalia, † quia cùm 3
Bernardus veniat ad illa impugnandum, & ad redarguendum de iniustitia, & in effectu sit commissa cognitio dictæ iniustitiæ, vtique sunt transportanda quæcumque illa sint, & aliàs fuerunt transportata acta criminalia in Rota in illa Romana Societatis coram Illustrissimo Cardinali Seraphino ad cognitionem de nullitate sententiæ latæ contra Cæsarem Glorierium.

## *ANNOTATIO.*

a Et quòd acta † sint trãnsportanda, etiam si procedatur 4
prout in prima, Rota *dec.* 77. *& dec.* 114. quæ ambæ sunt impressæ penes Farinac. *post* 2. *libr. cons.* & in Cremonen. pensionis 24. Martij 1608. coram R. P. D. Ottembergo, & in Cæsaraugustana Canonicatus de Menaz 12. Decembris 1603. coram Cardinali Lancellotto, Gratian. *disceptat. cap.* 121. *numer.* 24. *&* 25. in contrarium tamen, quòd quando fuit processum prout in prima, non sit necesse transportare acta vti acta, sed solùm quælibet pars possit illis vti tamquam iuribus, fuit dictum in Romana Vineæ 5. Iunij 1610. coram R. P. D. Caualerio, & in Imolen. bonorum 21. Iunij 1619. coram R. P. D. Buratto, sed pro concordia dicendum est, quòd aut causa est deuoluta per viam appellationis, & tunc coram iudice appellationis non potest procedi prout in prima, nisi transportatis actis, aut inchoatur omninò de nouo iudicium non introducta causa per viam appellationis, & tunc non est necessaria transportatio actorum, quæ distinctio benè colligitur ex decis. Rotæ in Romana Vineæ 12. Febr. & in ead. 5. Iunij 1610. coram R. P. D. Caualerio, plura de hac materia transportationis actorum dixi *supra ad decis.* 59.

*Oliuerius Beltraminus.*

Bono

## Bononien.pecuniaria.

*Mercurij 6.Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Mulier an,& quando possit fideiubere,&quando obligatio fideiussoris sustineatur data nullitate obligationis principalis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Publicum instrumentum facit rem certam, & manifestam.*
2 *Mulier non potest fideiubere ex senat.cons.Velleian.*
3 *Non procedit,quando certiorata de tali beneficio illi in specie cum iuramento renunciauit.*
4 *Imo sufficit iuramentum absque certioratione, & n.11. Hoc non procedit,quando mulier remaneret omnino sine dote,& nu.12.*
5 *Filius familias excepto mutuo potest contrahere.*
6 *Fideiussoris obligatio non corruit, licèt sit nulla obligatio principalis, quando nullitas non prouenit ex iure communi, sed ex iure speciali, puta ex Statuto numer.13.*
7 *Fideiussoris, qui se vti principalis obligauit, sustinetur obligatio, licèt obligatio principalis sit nulla, & numer.13.*
8 *Cedi quando non possunt actiones citra culpam alicuius, illi imputandum non est,si cedere non potest.*
9 *Mulier,quæ dat de nullitate obligationis ex eo, quòd remanserit indotata,tenetur hoc probare.*
10 *Pretium conuentum præsumitur iustum.*

### DECISIO CCCXXI.

SEntentiam de partibus confirmandam esse dixerunt
Domini,quia contra eius validitatem nihil obiicitur,
& iustitia est patens cùm fundetur in obligatione D.
1 Violantis,† de qua constat publico instrumento, quod
facit rem certam,& manifestam.Bart.*in l. 1.in princ. nu.*
*8.ff.de nou.oper.nunc.*Bald *in l.2.col.2.C. quando Fisc. vel*
2 *priu.*Non obstat,quòd ista sit fideiussio,† quam in muliere improbat Senat.Consult.Velleian.*l.1.& tot. tit.ff.*
3 *& C.ad Senat.Vell.* † quia certiorata de tali beneficio illi
in specie,& cum iuramento renunciauit,glos.*in c.ex rescripto.de iure iur.*Abb. post Innoc.*in c.si diligenter nu. 9.*
4 *in fine de foro comp.* Alex.*cons.146.num. 1. lib. 7.* † Imò
sufficiebat iuramentum absque certioratione, latissimè
a Thes.*decis.122.n.11.*[a] Non obstat, quòd principalis obligatio sit nulla tamquàm facta à filiofamilias, & pro-
b pterea corruat etiam obligatio accessoria, [b] *l.qui contra ff.de fideiuss.*glos.*in l.1.eod.tit.*glos. & Doct.*in c.grauis.de*
5 *censib.* Quia fuit responsum † obligationem fuisse ex
causa emptionis, quæ de iure communi est permissa in
filiofamilias, prout aliæ omnes, præterquam ex causa
mutui,*in l.4 §. is autem* , vbi glos.& DD.*ff. ad Maced.*
6 † & propterea licèt ex iure speciali per Statutum annul-
c letur,non corruit obligatio accessoria, & fideiussoria, [c]
Paris.*cons.* 16 *numer.*111 *lib.*2.Aug.Pinel.*in l.2.C.de rescind.vend.par.3.cap.1. numer.* 17. Grat.*cons.* 82 *numer.*
21. *lib.*1.Franc.*decis.247.numer.*2.fuit dictum in Romana census bo.me.de Prouanis 8.Aprilis 1598.coram bo.
me.Otano,& in vna Romana euictionis 5. Iulij 1599.
coram eod Otano extensam per Illustriss. D Cardina-
7 lem Seraphinum.† Rursus sustinetur, quia D. Violan-
d tes se obligauit vti principalis,[d] Bart. *in l.si quis pro eo.n.*
*15.ff.de fideiuss.*Natt.*cons.262.n.14.dec.* Perus.27.*n.* 2.Decian.*cons.72.n.5.lib.*2.Mohed. *decis.* 2. *de fideiuss.*& dixit
Rota in illa Romana ecolus,& in vna Bononien.bonorũ deOuellis 26.Aprilis 1602.corã bo.me.Litta.Cùm enim ita se obligauerit,licèt respectu filij esset fideiussor,
respectu tamen Colonelli Odoardi est rea principalis,
Bart.Ang.& alij *in l.reos.in princip.ff.de duobus reis.* Nat.
*cons.52.num. 1.& 6.*& dixit Rota in vna Romana repetitionis indebiti 16. Nouembris 1573. coram bo. mem.
Robusterio,& in vna Romana Dohanæ Salis 10. & 21.
Iulii 1581.coram Lauretano.Non obstat, quòd Colonellus non potuit cedere actiones contra filium fam. &
propterea cesset obligatio soluendi; quia hoc non procedit, cùm ipsa Violantes sit principalis debitrix respe-
ctu ipsius Colonelli venditoris,vt dictum est, † & non 8
fuerit factum culpa venditoris,quòd cedere non possit,
*l.huic.§.si duos ff. de solut.*& nihilominus Colonellus non
omittet facere cessionem, quæcumque sit, quæ si non
erit proficua,sibi imputet. Non obstat, quòd obligatio
D.Violantis facta sit pro soluendo pretio rei emptæ, &
cùm emptio sit nulla,nullum sit pretium, & obligatio
nulla,vt fuit dictum in Romana nullitatis obligationis
23.Ianuarii 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio; quia applicari posset decisio, quando venditio
non fuisset effectum sortita. Quod dicitur D. Violan-
tem remansuram indotatam, † si teneatur soluere pre- 9
tium,non iustificatur,prout nec etiam iustificatur,&tamen iustificari debet allegata læsio,*l.si circumscripta. C. solut.matrim.*glos.*in l.Iuri succursum.de iure dot. not. in l.*
*2.C.de rescind.vend.* quia, † pretium conuentum præsu- 10
mitur iustum,*l.in minoribus,& l.hæreditatem.ff.de minor.*
Bald.*in l.per diuersas in 4.quæst.C.mandat.*Rolan.*con.92.*
*n.17.lib.2.*præsertim in casu isto,in quo æstimatio præcessit emptionem.

### *ANNOTATIO.*

a Rota † *decis.619.num.3.part.2.in recent.*fuit dictum in Imo- 11
len.damnorum 23.Iunij 1612.coram Card. Sacrato, vbi
opinio contraria reprobatur, Surd. *cons.367. num.* 12. sed
hoc procedit inspecto iure communi, inspecto verò statuto Vrbis Romæ,quod præsumit iuramentum per fraudem,& dolum extortum,obligatio mulieris etiam iurata
non tenet, vt dixit Rota in Romana Societatis officij
seu fideiussionis 4.Februarij 1602.coram R P.D. meo Penia, & in Romana releuationis indemnitatis 22. Maij
1602.coram R.P.D.meo Ortembergo,& infra coram Sãctissimo, *decis.* 363. Verùm etiam de iure communi fide-
iussio † vxoris cum iuramento non tenet, quando rema- 12
neret omnino indotata, vt fuit dictum in Romana fideiussionis coram Cardinali Arigonio, & in Imolen. damnorum 28. Iunij 1610. coram Cardinali Sacrato *per tex. in Auth. si qua mulier C. ad Vellean* & plura de fideiussione mulieris an,& quando sustineatur, latè tradit
Maur.*de fideius.cap.3.per totum.*Enrig.*eod.tract. cap. 7. num.* 389.

b Regulariter † obligatio fideiussoris est nulla data nulli- 13
tate obligationis principalis,prout latè regulam constituit Maur.*de fideius.sect.prima cap.5.*Marescot.*var.lib.2 cap.*
*65.num.1.*qui ambo plures limitationes, & ampliationes
circa hanc regulam adducunt,& inter alias, duæ solent
esse limitationes magis practicabiles,quæ etiã *in hac dec.*
deducũtur,prima,quado fideiussor obligat se vti principalis principaliter,quia tunc sustinetur eius obligatio etiã
data nullitate obligationis principalis,vt firmatur in hac
decisione, & fuit etiam firmatum infra coram eodem
Sanctissimo *in decis.*560.Seraph. *decis.*1324. & fuit dictum
in Bononien. Bonorum 14. Iunij 1608. coram Cardinali
Sacrato.& tradit Marescot.*d.cap.65.num.* 7. vbi alias decisiones Rotæ refert Maur.*in d.cap.5.num.*17.Gratian.*discep.Forens.cap.*122.*num.*21 idem etiam esset dicendum, si
adessent clausulæ æquipollẽtes obligationi vti principalis,v.g.clausula(*omni meliori modo*)interpositio iuramenti,obligatio Cameralis,& similia,Seraph.*d.decis.*1324.*nu.*
5 Mohed.*d.decis.2.de fideius.*Marescot.*d.cap.65.nu.* 8. Gratian.*discept.Forens.d. cap.* 122.*num.* 10. Alia limitatio, est
quòd non procedat conclusio, quando obligatio principalis est nulla fauore aliquo speciali, qui non militat respectu fideiussoris.quæ etiam limitatio adducitur in hac
decisione,& eam secuta fuit Rota in *d.decis.*Seraph.1324.
& optimè etiam Rota in *decis.* 118. *num.* 4. inter impress.
penes Farin. *post secundam lib. consil.* vbi respondendo ad

conclusionem, qoòd data nullitate cōtractus principalis corruit obligatio fideiussoris, dicit hoc procedere; quando contractus de iure communi est nullus, secus si de iure speciali, sequuntur Marescot. *d. cap. 65. nu. 9.* Maurus *d. cap. 5. n. 25.* Gratian *d. cap. 122. n. 14. & 15.* vbi decisiones Rotæ refert.

c De quo in annotatione antecedenti sub litera b.

d Vide etiam supra in eadem annotatione sub littera b.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitaten. habitus, seu Antianitatis.

*Mercurij 6. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Mercatura, quæ obijcitur ad effectum, vt quis sit incapax habitus religionis Hierosolymitanæ, debet plenè probari, nec sufficit testis vnicus cum fama, & excluditur probatio in contrarium deducta.

### SVMMARIVM.

1 *Mercatura, quæ opponitur ad effectum, vt quis non sit capax habitus Religionis Hierosolymitanæ, debet concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, & nu. 13.*
2 *Testes deponentes de fama non probant obiectum.*
3 *Testis vnicus de visu cum fama non probat obiectum.*
4 *Item non probat quando agitur de causa graui, & ardua.*
5 *Incertitudo personæ ex eo, quia reperiantur duo eiusdem nominis, & cognominis reddit æquiuocam probationem.*
6 *Testes plures in concursu sunt præferendi paucioribus.*
7 *Testes deponentes de affirmatiua tunc demum præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando affirmatiua est concludenter probata, & non aliàs.*
8 *Testes super affirmatiua non præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando sumus in actu successiuo, & continuo, in quo negatiua, sicut affirmatiua æquè cadit sub cognitione testis.*
9 *Mercatura est ars mechanica.*
10 *Mercatura apud aliquas nationes non inficit nobilitatem.*
11 *Nobilitas potissimùm attenditur ex consuetudine regionis.*
. *Statuta Religionis Hierosolymitanæ non contentantur nobilitate locali, sed requirunt nobilitatem vbique pro tali communiter habitam, & n. 14.*

### DECISIO CCCXXII.

DVbitaui, an obiectus mercaturæ Didaci de Miranda, Aui materni fratris Gundisalui illi obsit ad effectum, de quo agitur, effectus autem est, vt Gundisaluus reddatur incapax non solùm Antianitatis, sed etiam
1 habitus Religionis Hierosolymitanæ, † quem per plures annos portauit, postquam fuit admissus ad solemnem professionem, & solita, sibique iuncta seruitia præstitit, & Domini fuerunt pro negatiua; quia visum fuit non probari d. Didacum mercaturam exercuisse, quod tamen debuit concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, Paris. *cons. 104. num. 3. & 4. lib. 4.* Ægid. *decis. 518. & 561.* Put. *decis. 6. de probat.* Mohed. *decis. 4. eo-*
2 *dem tit.* [a] testes enim, qui id † probare prætenduntur,
3 deponunt de auditu, & fama, quæ sine dubio non probat obiectum, Sarnen. *in reg. de infirm. resign. quæst. 36.* Cæs. de Graff. *decis. 184. n. 2.* Nec refert, quòd adsit 13.
3 testis deponens de visu, † quia in huiusmodi materia non sufficit vnus testis de visu cum fama, Ægid. *decis.*
4 471. † nec quando agitur de causa graui, & ardua, Dec. *in c. veniens nu. 29. de testibus.* Alciat. *cons. 6. nu. 13.* Gabr. *de probat. conclus. 1. n. 18.* Rursus probatio redditur æquiuoca, & minus concludens, quia pro parte Gundisalui adsunt decem, & nouem testes, qui dicunt eodem tempore, & loco fuisse alterum Didacum de Miranda mercaturam exercentem, cum quibus concordat dispositio testis examinati coram bo. mem. Illustrissimo Cardinali Lancellotto de mandato fœl. recor. Clementis VIII. qui licèt fuerint parte non citata examinati, attamen reddunt turbidam depositionem testium ex aduerso examinatorum, qui pariter deposuerunt Gundisaluo
minimè citato. † Vnde cùm existerent duo Didaci 5
Mirandæ, quorum alter erat mercator, probatio contra Gundisaluum non est concludens, vt in terminis fuit conclusum in alia Comen. habitus 14. mensis præteriti coram R. P. D. meo Iusto, imò testes apertè dicunt non Didacum, de quo agitur, sed alterum fuisse mercatorem. Tandem est depositio viginti testium ex aduerso examinatorum partim in prima, partim in secunda probatione dicentium, quòd Didacus auus maternus Gundisalui se semper tractauit vti nobilem, & idalgum, & pro tali reputabatur, & quòd
numquàm aliquod officium vile exercuit, † qui testes 6
cùm sint longè plures, quàm illi, qui dicunt illum fuisse mercatorem, sunt in eorum dicto præferendi, *c. licèt causam. vers. ex præmissis. de probat.* glos. *in c. si testes. in glos. magna 4. quæst. 3.* Alex. *cons. 64. n. 2. lib. 2.* Cæs. de Graff. *de-*
*cis. 13. nu. 7. de re iudic.* Non obstat, quòd † contrarij de- 7
ponentes affirmatiuè videantur præferendi istis, qui deponunt super negatiua, quia hoc non procedit, quando affirmatiua non est concludenter probata, Ias. *cons. 81. nu. 30. vers. tertiò dicitur lib. 3.* cum alijs per Gabr. *de testibus conclus. 4. nu. 12. & seqq.* & cùm simus in actu non in-
stantaneo, sed successiuo. † & continuo, in quo negati- 8
ua, sicut affirmatiua cadit sub cognitione testis, non est facienda differentia inter affirmatiuam, & negatiuam, Salyc. *in l. 2. sub nu. 27. C. de rescind. vendit.* Non etiam facit, quòd testes non dicant Didacum non exercuisse mercaturam, sed quòd non exercuit aliquod officium vile. Nam vel dicendum est, quòd excludendo officium
vile, excluserint mercaturam, † quam artem mechani- 9
cam appellat Bald. *in l. nobile. C. de Commerc. & mercat.* vel dicendum, quòd cùm testes illum nobilem dicant, & quòd nullum officium vile exercuit, innuant mercaturam in illis partibus non esse exercitium vile, nec
derogare nobilitati, † prout contingit apud aliquas na- 10
tiones, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap. 33. num. 21.* & circa
nobilitatem † potissimè attendatur consuetudo Reli- 11
gionis, [b] Paul. de Castr. *cons. 125. nu. 4. lib. 2.* Ruyn. *cons.* 14
*66. numer. 23. libro 3.* Socin. *cons. 246. post numer. 3. libro 2.*

### ANNOTATIO.

a Materia † obiectiua requirit plenissimam probationem, 12
glos. *in cap. 1. §. si quis igitur. in verbo (apertissime) de except. in 6.* fuit dictum in Parmen. Beneficii 10. Decembris 1604. coram Cardinali Sacrato, & in Elnen. Canonicatus 5. Martij 1604. coram Cardinali Lancellotto, & in Cracouien. illegitimitatis 22. Maij 1606. coram eodem Cardinali Sacrato.

b Statutum † Religionis Hierosolymitanæ non contenta- 13
tur nobilitate locali, sed requirit nobilitatem, quæ habeatur pro tali vbique, vt latè fuit decisum in illa Comen. habitus coram R. P. D. Marquemontio 22. Iunij 1609. & 4. Martij 1611. quæ est impressa *decis. 297. par. 1. in recent.* vbi fuit decisum, quòd licèt notariatus in Ciuitate Comen. non haberetur pro officio vili, sed nobili; nihilominus reddebat inhabilem ad habitum Religionis Hierosolymitanæ, quia notariatus communiter reputatur officium vile.

*Oliuerius Beltraminus.*

Pharen.

## Pharens. Abbatiæ.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio in beneficialibus datur docto de sola possessione absque exhibitione tituli, & possessio posterior tertij illam non impedit, quando quis non se habet pro spoliato.

### SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo est dandum ei, qui docet de sua possessione capta in vim mandati executoris Apostolici.*

2 *Manutentio etiam in beneficialibus datur absque productione tituli, & multò magis absque illius iustificatione, & num. 4.*

3 *Possessio posterior tertij non impedit manutentionem, quando quis non habet se pro spoliato.*

*Possessio titulata, data paritate, præfertur possessioni non titulatæ ad effectum manutentionis, & sub num. 5. & ideo in manutentionis iudicio articuli concernentes petitorium non sunt omninò irreleuantes, & num. 6.*

*Possessio anterior non titulata præfertur posteriori titulatæ in iudicio manutentionis, & nu. 7.*

### DECISIO CCCXXIII.

GEorgio dandum est mandatum de manutenendo,
1 † quia constat de eius possessione capta 19. Martij
2 1601. in vim mandati executoris Apostolici. † Nec facit, quòd titulus nondum sit iustificatus, quia vbi de manutentione agitur, etiam in beneficialibus Rota passim eum concedit non solùm absque aliqua iustificatione, sed etiam sine tituli productione, vt fuit dictum in vna Lucana Cappellæ coram bo. me. Litta, & in aliis sæ-
a piùs. ª Nec facit, quod obiicitur de iurepatronatus, & de non facta probatione, quia ista erunt discutienda in negocio principali, & interim, dum examinantur, Georgius est manutenendus in sua possessione. Non obstat prætensa possessio aduersarij, quia vltra quod est atten-
3 tata, est etiam posterior, & turbatiua, † quæ non impediuit, quominus Georgius non retinuerit possessionem saltem ciuilem. Bart. *in l. 1. §. fin. num. 17. ff. vti possid.* Bero. *consil.* 102. *num.* 4; *lib.* 1. fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. cùm ipse numquàm se pro spoliato habuerit, Put. *decis.* 189 *num.* 4. *lib.* 1. & 419. *num.* 4. *lib.* 2. & sæpius dixit Rota.

### ANNOTATIO.

4 a Rota † *decis.* 595. *nu.* 8. *par.* 1. *diuers.* fuit dictum in Parmens. Prioratus 20. Iunij 1594, coram R.P.D. Penia & in Genuens. Cappellaniæ 11. Ianuarij, 1619. coram R.P.D. Pamphilio. si tamen hinc inde concurrerent possessiones, tunc
5 † benè suffragaretur titulus, quia possessio, de cuius titulo constaret, esset præferenda in manutentione, Rota *decis.* 596. *nu* 2. *par.* 1. *diuers.* Veral. *decis.* 386. *par.* 2. & infrà coram eodem Sanctissimo *decis.* 380. Menoch. *de retin. remed.*
6 3. *nu.* 733. Gratian. *discept. cap.* 402. *num.* 1. & 2. † ideò in iudicio manutentionis articuli concernentes titulum non sunt omninò impertinentes, Bald. *in l. vnica post prim. nu.* 12. *in fin. vers. si autem vterque probat. ff. vnde vi.* Gratian. *discept. d. cap* 402. *nu.* 1. & 2. & infra coram eodem Sanctiss.
7 *decis.* 412. Quod tamen intelligitur, dummodò † probationes super possessione sint pares, nam si constat de possessione anteriori, illa etiam non titulata præfertur posteriori titulatæ. Menoch. *d. remed.* 3. *nu.* 228. Honded. *cons.* 2. *nu.* 23. *lib.* 1. Sord. *cons.* 481. *nu.* 4. & hoc procedit etiam in beneficialibus, vt fuit dictum in Lucan. Cappellæ 17. Iunij 1594. coram Litta.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Responsionis.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Plura inter se omnino separata continet, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Recognitio cum vno facta afficit etiam tertium venientem ad causam in statu, & terminis.*

2 *Deponens pecuniam præsumitur habere mandatum, quia non præsumitur quis pro alio facere depositum de propriis pecuniis.*

3 *Depositum conditionale non dicitur ex eo, quod fuerit factum cum clausula* ( sine præiudicio.)

4 *Probationes leuiores sufficiunt, vbi non agitur de substantia debiti, sed de quantitate.*

5 *Manutentionis iudicium admittit leuiores probationes.*

6 *Mandatum præsumitur ex impensa, & an, & quando procedat, vbi vide limitationem.*

### DECISIO CCCXXIV.

DOmini steterunt in decisis D. Galasso de Campis dandum esse mandatum de manutenendo: de exactione enim responsionis, de qua agitur, constat ex deductis in decisione. Non obstat, quod dicitur, quietantiam Raynaldi prædecessoris non esse recognitam, quia imò constat de recognitione facta cum Ioanne Baptista
Lilio, † quod debet sufficere contra Angelam, quæ, al- 1
legando se possidere vineam, venit ad causam ad tradita in Hispalens. Decimarum de Ayamonte diebus præteritis coram me, & vbi opus esset, D. Galassus dicit se esse paratum recognoscere de nouo citata Angela: Nec facit, quòd quietantia nõ sit producta citata ipsa Angela; quia vltra quod sufficit citatio contra Ioannem Baptistam, cùm ipsa venerit ad iudicium contra illam coeptum: omnia intrà contra Ioannem Baptistam producta, fuerunt ipsa citata repetita 12. Februarij præteriti: Quòd autem Annibal Raynaldus prædecessor D. Galassi esset Rector cappellæ Sancti Pauli in Ecclesia Sancti Angeli, vltra quietantiam, quæ facta fuit vti tali, patet ex eo, quòd fuit collata D. Galasso vti vacans per obitum Annibalis, ex quo etiam cessat obiectio, quæ opponitur D. Galasso, quòd non constet eum esse Rectorem. Non obstat, quod dicitur, non constare de mandato procuratoris Octauij Roncioni, quia quando de eo non ap-
parear, intrat præsumptio mandati; † quia depositum 2
non fit sine pecuniis, nec sine impensa, ª Bart. & Alex. a
*in l. cùm seruus, ff. de verb. obligat.* Cassad. *decis.* 3. *num* 4. *de reb. Eccles. non alien.* Satn. *de annal. quæst.* 32. *num.* 6. Caput. *decis.* 190. *num.* 4. *par.* 1. Non obstat, quod dicitur, non constare in actis de dicta cædula; quia cædula non reperitur in actis, cùm fuerit consignata D. Galasso; sed
apparet de productione facta sub die 8. Maij 1589. † 3
Non facit, quòd depositum esset conditionale propter clausulam (*sine præiudicio*) quia clausula (*sine præiudicio*) posita fuit propter differentiam, quæ erat circa pretium; Octauius enim non prætendebat, quòd D. Galasso non deberetur responsio, vt patet ex oblationibus factis in actis. Quòd autem responsio sit octo batilium, patet ex quietantia Annibalis Raynaldi, ex particula denunciationis reperta in libris fabricæ basilicæ Principis Apostolorũ, ex cædula scutorũ decem, quæ satis correspon-

det

conclusionem, quòd data nullitate cõtractus principalis corruit obligatio fideiussoris, dicit hoc procedere; quando contractus de iure communi est nullus, secus si de iure speciali, sequuntur Marescot. *d. cap. 65. nu. 9.* Maurus *d. cap. 5. n. 25.* Gratian. *d. cap. 122. n. 14. & 15.* vbi decisiones Rotæ refert.

c De quo in annotatione antecedenti sub litera b.

d Vide etiam supra in eadem annotatione sub littera b.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Ciuitaten. habitus, seu Antianitatis.

*Mercurij 6. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Mercatura, quæ obijcitur ad effectum, vt quis sit incapax habitus religionis Hierosolymitanæ, debet plenè probari, nec sufficit testis vnicus cum fama, & excluditur probatio in contrarium deducta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mercatura, quæ opponitur ad effectum, vt quis non sit capax habitus Religionis Hierosolymitanæ, debet concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, & nu. 13.*

2 *Testes deponentes de fama non probant obiectum.*

3 *Testis vnicus de visu cum fama non probat obiectum.*

4 *Item non probat quando agitur de causa graui, & ardua.*

5 *Incertitudo personæ ex eo, quia reperiantur duo eiusdem nominis, & cognominis reddit æquiuocam probationem.*

6 *Testes plures in concursu sunt præferendi paucioribus.*

7 *Testes deponentes de affirmatiua tunc demum præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando affirmatiua est concludenter probata, & non aliàs.*

8 *Testes super affirmatiua non præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando sumus in actu successiuo, & continuo, in quo negatiua, sicut affirmatiua æquè cadit sub cognitione testis.*

9 *Mercatura est ars mechanica.*

10 *Mercatura apud aliquas nationes non inficit nobilitatem.*

11 *Nobilitas potissimùm attenditur ex consuetudine regionis.*

*Statuta Religionis Hierosolymitanæ non contentantur nobilitate locali, sed requirunt nobilitatem vbique pro tali communiter habitam, & n. 14.*

### DECISIO CCCXXII.

DVbitaui, an obiectus mercaturæ Didaci de Miranda, Aui materni fratris Gundisalui illi obsit ad effectum, de quo agitur, effectus autem est, vt Gundisaluus reddatur incapax non solùm Antianitatis, sed etiam
1 habitus Religionis Hierosolymitanæ, † quem per plures annos portauit, postquam fuit admissus ad solemnem professionem, & solita, sibique iuncta seruitia præstitit, & Domini fuerunt pro negatiua; quia visum fuit non probari d. Didacum mercaturam exercuisse, quod tamen debuit concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, Paris. *cons. 104. num. 3. & 4. lib. 4.* Ægid. *decis. 518. & 561.* Put. *decis. 6. de probat.* Mohed. *decis. 4. eo-*
a *dem tit.* [a] testes enim, qui id † probare prætenduntur,
a deponunt de auditu, & fama, quæ sine dubio non probat obiectum, Sarnen *in reg. de infirm. resign. quæst. 36.* Cæs. de Grass. *decis. 184. n. 2.* Nec refert, quòd adsit
3 testis deponens de visu, † quia in huiusmodi materia non sufficit vnus testis de visu cum fama, Ægid. *decis.*
4 *471.* † nec quando agitur de causa graui, & ardua, Dec. *in c. veniens nu. 29. de testibus.* Alciat. *cons. 6. nu. 13.* Gabr. *de probat. conclus. 1. n. 18.* Rursus probatio redditur æquiuoca, & minus concludens, quia pro parte Gundisalui adsunt decem, & nouem testes, qui dicunt eodem tempore, & loco fuisse alterum Didacum de Miranda mercaturam exercentem, cum quibus concordat dispositio testis examinati coram bo. mem. Illustrissimo Cardinali Lancellotto de mandato fœl. recor. Clementis VIII. qui licèt fuerint parte non citata examinati, attamen reddunt turbidam depositionem testium ex aduerso examinatorum, qui pariter deposuerunt Gundisaluo
minimè citato. † Vnde cùm existerent duo Didaci 5
Mirandæ, quorum alter erat mercator, probatio contra Gundisalunm non est concludens, vt in terminis fuit conclusum in alia Comen. habitus 14. mensis præteriti coram R. P. D. meo Iusto, imò testes apertè dicunt non Didacum, de quo agitur, sed alterum fuisse mercatorem. Tandem est depositio viginti testium ex aduerso examinatorum partim in prima, partim in secunda probatione dicentium, quòd Didacus auus maternus Gundisalui se semper tractauit vti nobilem, & idalgum, & pro tali reputabatur, & quòd
numquàm aliquod officium vile exercuit, † qui testes 6
cùm sint longè plures, quàm illi, qui dicunt illum fuisse mercatorem, sunt in eorum dicto præferendi, *c. licèt causam. vers. ex præmissis. de probat.* glos. *in c. si testes, in glos. magna 4. quæst. 3.* Alex. *cons. 64. n. 2. lib. 2.* Cæs. de Grass. *de-*
*cis. 15. nu. 7. de re iudic.* Non obstat, quòd † contrarij de- 7
ponentes affirmatiuè videantur præferendi istis, qui deponunt super negatiua, quia hoc non procedit, quando affirmatiua non est concludenter probata, Ias. *cons. 81. nu. 30. vers. tertiò dicitur lib. 3.* cum alijs per Gabr. *de testibus conclus. 4. nu. 12. & seqq.* & cùm simus in actu non in-
stantaneo, sed successiuo, † & continuo, in quo negati- 8
ua, sicut affirmatiua cadit sub cognitione testis, non est facienda differentia inter affirmatiuam, & negatiuam, Salyc. *in l. 2. sub nu. 27. C. de rescind. vendit.* Non etiam facit, quòd testes non dicant Didacum non exercuisse mercaturam, sed quòd non exercuit aliquod officium vile. Nam vel dicendum est, quòd excludendo officium
vile, excluserint mercaturam, † quam artem mechani- 9
cam appellat Bald. *in l. nobile. C. de Commerc. & mercat.* vel dicendum, quòd cùm testes illum nobilem dicant, & quòd nullum officium vile exercuit, innuant mercaturam in illis partibus non esse exercitium vile, nec
derogare nobilitati, † prout contingit apud aliquas na- 10
tiones, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap. 33. num. 21.* & circa
nobilitatem † potissimè attendatur consuetudo Reli- 11
gionis, [b] Paul. de Castr. *cons. 125. nu. 4. lib. 2.* Ruyn. *cons.* &
*66. numer. 23. libro 3.* Socin. *cons. 246. post numer. 3. libro 2.*

### *ANNOTATIO.*

a Materia † obiectiua requirit plenissimam probationem, 12
glos. *in cap. 1. § si quis igitur. in verbo (apertissime) de except. in 6.* fuit dictum in Parmen. Beneficij 10. Decembris 1604. coram Cardinali Sacrato, & in Elnen. Canonicatus 5. Martij 1604. coram Cardinali Lancellotto, & in Cracouien. illegitimitatis 22. Maij 1606. coram eodem Cardinali Sacrato.

b Statutum † Religionis Hierosolymitanæ non contenta- 13
tur nobilitate locali, sed requirit nobilitatem, quæ habeatur pro tali vbique, vt latè fuit decisum in illa Comen. habitus coram R. P. D. Marquemontio 12. Iunij 1609. & 4. Martij 1611. quæ est impressa *decis. 257. par. 1. in recent.* vbi fuit decisum, quòd licèt notariatus in Ciuitate Comen. non haberetur pro officio vili, sed nobili; nihilominus reddebat inhabilem ad habitum Religionis Hierosolymitanæ, quia notariatus communiter reputatur officium vile.

*Oliuerius Beltraminus.*

Pharen.

## Pharens. Abbatiæ.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio in beneficialibus datur docto de sola possessione absque exhibitione tituli, & possessio posterior tertij illam non impedit, quando quis non se habet pro spoliato.

### SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo est dandum ei, qui docet de sua possessione capta in vim mandati executoris Apostolici.*

2 *Manutentio etiam in beneficialibus datur absque productione tituli, & multò magis absque illius iustificatione, & num. 4.*

3 *Possessio posterior tertij non impedit manutentionem, quando quis non habet se pro spoliato.*

*Possessio titulata, data paritate, præfertur possessioni non titulatæ ad effectum manutentionis, & sub num. 5. & ideò in manutentionis iudicio articuli concernentes petitorium non sunt omninò irreleuantes, & num. 6.*

*Possessio anterior non titulata præfertur posteriori titulatæ in iudicio manutentionis, & nu. 7.*

### DECISIO CCCXXIII.

GEorgio dandum est mandatum de manutenendo,
1 † quia constat de eius possessione capta 19. Martij
2 1601. in vim mandati executoris Apostolici. † Nec facit, quòd titulus nondum sit iustificatus, quia vbi de manutentione agitur, etiam in beneficialibus Rota passim eum concedit non solùm absque aliqua iustificatione, sed etiam sine tituli productione, vt fuit dictum in vna Lucana Cappellæ coram bo. me. Litta, & in aliis sæ-
a piùs. ᵃ Nec facit, quod obiicitur de iurepatronatus, & de non facta probatione, quia ista erunt discutienda in negocio principali, & interim, dum examinantur, Georgius est manutenendus in sua possessione. Non obstat prætensa possessio aduersarij, quia vltra quod est atten-
3 tata, est etiam posterior, & turbatiua, † quæ non impediuit, quominus Georgius non retinuerit possessionem saltem ciuilem, Bart. *in l. 1. §. fin. num. 17. ff. uti possid.* Bero. *consil. 102. num. 42. lib. 1.* fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. cùm ipse numquàm se pro spoliato habuerit. Put. *decis. 189. num. 4. lib. 1. & 419. num. 4. lib. 2.* & sæpius dixit Rota.

### ANNOTATIO.

4 a Rota † *decis. 595. nu. 8. par. 1. diuers.* fuit dictum in Parmens. Prioratus 20. Iunij 1594. coram R.P.D. Penia & in Genuens. Cappellaniæ 11. Ianuarij, 1619. coram R.P.D. Pamphilio. si tamen hinc inde concurrerent possessiones, tunc
5 † benè suffragaretur titulus, quia possessio, de cuius titulo constaret, esset præferenda in manutentione, Rota *decis. 596. nu. 2. par. 1. diuers.* Veral *decis. 386. par. 2.* & infrà coram eodem Sanctissimo. *decis. 380.* Menoch. *de retin. remed.*
6 *3. nu. 733.* Gratian. *discept. cap. 402. num. 1. & 2.* † ideò in iudicio manutentionis articuli concernentes titulum non sunt omninò impertinentes, Bald. *in l. vnica post princ. nu. 12. in fin. vers. si autem vterque probat. ff. vnde vi.* Gratian. *discept. d. cap. 402. nu. 1. & 2.* & infra coram eodem Sanctiss.
7 *decis. 412.* Quod tamen intelligitur, dummodò † probationes super possessione sint pares, nam si constat de possessione anteriori, illa etiam non titulata præfertur posteriori titulatæ, Menoch. *d. remed. 3. nu. 228.* Honded. *cons. 2. nu. 23. lib. 1.* Surd. *cons. 481. nu. 4.* & hoc procedit etiam in beneficialibus, vt fuit dictum in Lucan. Cappellæ 17. Iunij 1594 coram Litta.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Responsionis.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Plura inter se omnino separata continet, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Recognitio cum vno facta afficit etiam tertium venientem ad causam in statu, & terminis.*

2 *Deponens pecuniam præsumitur habere mandatum, quia non præsumitur quis pro alio facere depositum de propriis pecuniis.*

3 *Depositum conditionale non dicitur ex eo, quòd fuerit factum cum clausula* (sine præiudicio.)

4 *Probationes leuiores sufficiunt, vbi non agitur de substantia debiti, sed de quantitate.*

5 *Manutentionis iudicium admittit leuiores probationes.*

6 *Mandatum præsumitur ex impensa, & an, & quando procedat, vbi vide limitationem.*

### DECISIO CCCXXIV.

DOmini steterunt in decisis D. Galasso de Campis dandum esse mandatum de manutenendo: de exactione enim responsionis, de qua agitur, constat ex deductis in decisione. Non obstat, quod dicitur, quietantiam Raynaldi prædecessoris non esse recognitam, quia imò constat de recognitione facta cum Ioanne Baptista Lilio, † quod debet sufficere contra Angelam, quæ, al- 1
legando se possidere vineam, venit ad causam ad tradita in Hispalens. Decimarum de Ayamonte diebus præteritis coram me, & vbi opus esset, D. Galassus dicit se esse paratum recognoscere de nouo citata Angela: Nec facit, quòd quietantia nō sit producta citata ipsa Angela; quia vltra quod sufficit citatio contra Ioannem Baptistam, cùm ipsa venerit ad iudicium contra illam cœptum, omnia iura contra Ioannem Baptistam producta, fuerunt ipsa citata repetita 12. Februarij præteriti: Quòd autem Annibal Raynaldus prædecessor D. Galassi esset Rector cappellæ Sancti Pauli in Ecclesia Sancti Angeli, vltra quietantiam, quæ facta fuit vti tali, patet ex eo, quòd fuit collata D. Galasso vti vacans per obitum Annibalis, ex quo etiam cessat obiectio, quæ opponitur D. Galasso, quòd non constet eum esse Rectorem. Non obstat, quod dicitur, non constare de mandato procuratoris Octauij Roncioni, quia quando de eo non appareat, intrat præsumptio mandati; † quia depositum 2
non fit sine pecuniis, nec sine impensa, ᵃ Bart. & Alex. a
*in l. cùm seruus, ff. de verb. obligat.* Cassad. *decis. 3. num. 4. de reb. Eccles. non alien.* Sarn. *de annal. quæst. 32. num. 6.* Caputt *decis. 190. num. 4. par. 1.* Non obstat, quod dicitur, non constare in actis de dicta cædula; quia cædula non reperitur in actis, cùm fuerit consignata D. Galasso; sed apparet de productione facta sub die 8. Maij 1589. † 3
Non facit, quòd depositum esset conditionale propter clausulam (*sine præiudicio*) quia clausula (*sine præiudicio*) posita fuit propter differentiam, quæ erat circa pretium; Octauius enim non prætendebat, quòd D. Galasso non deberetur responsio, vt patet ex oblationibus factis in actis. Quòd autem responsio sit octo barilium, patet ex quietantia Annibalis Raynaldi, ex particula denunciationis reperta in libris fabricæ basilicæ Principis Apostolorū, ex cædula scutorū decem, quæ satis correspondet

conclusionem, quòd data nullitate cōtractus principalis corruit obligatio fideiussoris, dicit hoc procedere; quando contractus de iure communi est nullus, secus si de iure speciali, sequuntur Marescot. *d. cap. 65. nu. 9.* Maurus *d. cap. 5. n. 25.* Gratian. *d. cap. 122. n. 14. & 15.* vbi decisiones Rotæ refert.

c De quo in annotatione antecedenti sub litera b.

d Vide etiam supra in eadem annotatione sub littera b.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitaten. habitus, seu Antianitatis.

*Mercurij 6. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Mercatura, quæ obijcitur ad effectum, vt quis sit incapax habitus religionis Hierosolymitanæ, debet plenè probari, nec sufficit testis vnicus cum fama, & excluditur probatio in contrarium deducta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mercatura, quæ opponitur ad effectum, vt quis non sit capax habitus Religionis Hierosolymitanæ, debet concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, & nu. 15.*

2 *Testes deponentes de fama non probant obiectum.*

3 *Testis vnicus de visu cum fama non probat obiectum.*

4 *Item non probat quando agitur de causa graui, & ardua.*

5 *Incertitudo personæ ex eo, quia reperiantur duo eiusdem nominis, & cognominis reddit æquiuocam probationem.*

6 *Testes plures in concursu sunt præferendi paucioribus.*

7 *Testes deponentes de affirmatiua tunc demum præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando affirmatiua est concludenter probata, & non aliàs.*

8 *Testes super affirmatiua non præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando sumus in actu successiuo, & continuo, in quo negatiua, sicut affirmatiua æquè cadit sub cognitione testis.*

9 *Mercatura est ars mechanica.*

10 *Mercatura apud aliquas nationes non inficit nobilitatem.*

11 *Nobilitas potissimùm attenditur ex consuetudine regionis.*

*Statuta Religionis Hierosolymitanæ non contentantur nobilitate locali, sed requirunt nobilitatem vbique pro tali communiter habitam, & n. 14.*

### DECISIO CCCXXII.

DVbitaui, an obiectus mercaturæ Didaci de Miranda, Aui materni fratris Gundisalui illi obsit ad effectum, de quo agitur, effectus autem est, vt Gundisaluus reddatur incapax non solùm Antianitatis, sed etiam
1 habitus Religionis Hierosolymitanæ, † quem per plures annos portauit, postquam fuit admissus ad solemnem professionem, & solita, sibique iuncta seruitia præstitit, & Domini fuerunt pro negatiua; quia visum fuit non probari d. Didacum mercaturam exercuisse, quod tamen debuit concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, Paris. *cons. 104. num. 3. & 4. lib. 4.* Ægid. *decis. 518. & 561.* Pur. *decis. 6. de probat.* Mohed. *decis. 4. eo-*
a *dem tit.* [a] testes enim, qui id † probare prætenduntur,
2 deponunt de auditu, & fama, quæ sine dubio non probat obiectum, Sarnen. *in reg. de infirm. resign. quæst. 36.* Cæs. de Grass. *decis. 184. n. 2.* Nec refert, quòd adsit 13.
3 testis deponens de visu, † quia in huiusmodi materia non sufficit vnus testis de visu cum fama, Ægid. *decis.*
4 471. † nec quando agitur de causa graui, & ardua, Dec. *in c. veniens nu. 29. de testibus.* Aleiat. *cons. 6. nu. 13.* Gabr. *de probat. conclus. 1. n. 18.* Rursus probatio redditur æquiuoca, & minus concludens, quia pro parte Gundisalui adsunt decem, & nouem testes, qui dicunt eodem tempore, & loco fuisse alterum Didacum de Miranda mercaturam exercentem, cum quibus concordat dispositio testis examinati coram bo. mem. Illustrissimo Cardinali Lancellotto de mandato fœl. recor. Clementis VIII. qui licèt fuerint parte non citata examinati, attamen reddunt turbidam depositionem testium ex aduerso examinatorum, qui pariter deposuerunt Gundisaluo
minimè citato. † Vnde cùm existerent duo Didaci 5
Mirandæ, quorum alter erat mercator, probatio contra Gundisaluum non est concludens, vt in terminis fuit conclusum in alia Comen. habitus 14. mensis præteriti coram R. P. D. meo Iusto, imò testes apertè dicunt non Didacum, de quo agitur, sed alterum fuisse mercatorem. Tandem est depositio viginti testium ex aduerso examinatorum partim in prima, partim in secunda probatione dicentium, quòd Didacus auus maternus Gundisalui se semper tractauit vti nobilem, & idalgum, & pro tali reputabatur, & quòd
numquàm aliquod officium vile exercuit, † qui testes 6
cùm sint longè plures, quàm illi, qui dicunt illum fuisse mercatorem, sunt in eorum dicto præferendi, *c. licèt causam. vers. ex præmissis. de probat.* glos. *in c. si testes. in glos. magna 4. quæst. 3.* Alex. *cons. 64. n. 2. lib. 2.* Cæs. de Grass. *de-*
*cis. 15. nu. 7. de re iudic.* Non obstat, quòd † contrarij de- 7
ponentes affirmatiuè videantur præferendi istis, qui deponunt super negatiua, quia hoc non procedit, quando affirmatiua non est concludenter probata, Ias. *cons. 81. nu. 30. vers. tertiò dicitur lib. 3.* cum alijs per Gabr. *de testibus conclus. 4. nu. 12. & seqq.* & cùm simus in actu non in-
stantaneo, sed successiuo. † & continuo, in quo negati- 8
ua, sicut affirmatiua cadit sub cognitione testis, non est facienda differentia inter affirmatiuam, & negatiuam, Salyc. *in l. 1. sub nu. 27. C. de rescind. vendit.* Non etiam facit, quòd testes non dicant Didacum non exercuisse mercaturam, sed quòd non exercuit aliquod officium vile. Nam vel dicendum est, quòd excludendo officium
vile, excluserint mercaturam, † quam artem mechani- 9
cam appellat Bald. *in l. nobile. C. de Commerc. & mercat.* vel dicendum, quòd cùm testes illum nobilem dicant, & quòd nullum officium vile exercuit, innuant mercaturam in illis partibus non esse exercitium vile, nec
derogare nobilitati. † prout contingit apud aliquas na- 10
tiones, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap. 35. num. 21.* & circa
nobilitatem † potissimè attendatur consuetudo Reli- 11
gionis, [b] Paul. de Castr. *cons. 125. nu. 4. lib. 2.* Ruyn. *cons.* b
*66. numer. 23. libro 3.* Socin. *cons. 246. post numer. 5. libro 2.*

### *ANNOTATIO.*

a Materia † obiectiua requirit plenissimam probationem, 12
*glos. in cap. 1. § si quis igitur. in verbo (apertissimus) de except. in 6.* fuit dictum in Parmen. Beneficij 10. Decembris 1604. coram Cardinali Sacrato, & in Elnen. Canonicatus 5. Martij 1604. coram Cardinali Lancellotto, & in Cracouien. illegitimitatis 22. Maij 1606. coram eodem Cardinali Sacrato.

b Statutum † Religionis Hierosolymitanæ non contenta- 13
tur nobilitate locali, sed requirit nobilitatem, quæ habeatur pro tali vbique, vt latè fuit decisum in illa Comen. habitus coram R. P. D. Marquemontio 22. Iunij 1609. & 4. Martij 1611. quæ est impressa *decis. 297. par. 1. in recent.* vbi fuit decisum, quòd licèt notariatus in Ciuitate Comen. non haberetur pro officio vili, sed nobili; nihilominus reddebat inhabilem ad habitum Religionis Hierosolymitanæ, quia notariatus communiter reputatur officium vile.

*Oliuerius Beltraminus.*

Pharen.

## Pharenſ. Abbatiæ.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio in beneficialibus datur docto de ſola poſſeſſione abſque exhibitione tituli, & poſſeſſio poſterior tertij illam non impedit, quando quis non ſe habet pro ſpoliato.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mandatum de manutenendo eſt dandum ei, qui docet de ſua poſſeſſione capta in vim mandati executoris Apoſtolici.*

2 *Manutentio etiam in beneficialibus datur abſque productione tituli, & multò magis abſque illius iuſtificatione, & num. 4.*

3 *Poſſeſſio poſterior tertij non impedit manutentionem, quando quis non habet ſe pro ſpoliato.*

*Poſſeſſio titulata, dota paritate, præfertur poſſeſſioni non titulatæ ad effectum manutentionis, & ſub num. 5. & ideò in manutentionis iudicio articuli concernentes petitorium non ſunt omninò irreleuantes, & num. 6.*

*Poſſeſſio anterior non titulata præfertur poſteriori titulata in iudicio manutentionis, & nu. 7.*

### DECISIO CCCXXIII.

GEorgio dandum eſt mandatum de manutenendo,
1 † quia conſtat de eius poſſeſſione capta 19. Martij
2 1601. in vim mandati executoris Apoſtolici. † Nec facit, quòd titulus nondum ſit iuſtificatus, quia vbi de manutentione agitur, etiam in beneficialibus Rota paſſim eum concedit non ſolùm abſque aliqua iuſtificatione, ſed etiam ſine tituli productione, vt fuit dictum in vna Lucana Cappellæ coram bo. me. Litta, & in aliis ſæ-
a piùs. ª Nec facit, quod obiicitur de iurepatronatus, & de non facta probatione, quia iſta erunt diſcutienda in negocio principali, & interim, dum examinantur, Georgius eſt manutenendus in ſua poſſeſſione. Non obſtat prætenſa poſſeſſio aduerſarij, quia vltra quod eſt atten-
3 tata, eſt etiam poſterior, & turbatiua, † quæ non impediuit, quominus Georgius non retinuerit poſſeſſionem ſaltem ciuilem. Bart. *in l. 1. §. fin. num. 17. ff. vti poſſid.* Bero. *conſil.* 102. *num.* 43. *lib.* 1. fuit dictum in vna Ciuitatis Caſtelli bonorum 8. Nouembris 1589. cùm ipſe numquàm ſe pro ſpoliato habuerit, Put. *decif.* 189 *num.* 4. *lib.* 1. & 419. *num.* 4. *lib.* 2. & ſæpiùs dixit Rota.

### *ANNOTATIO.*

4 a Rota † *decif.* 595. *nu.* 8. *par.* 1. *diuerſ.* fuit dictum in Parmenſ. Prioratus 20. Iunij 1594. coram R.P.D. Penia & in Genuenſ. Cappellaniæ 11. Ianuarij, 1619. coram R.P.D. Pamphilio. ſi tamen hinc inde concurrerent poſſeſſiones, tunc
5 † benè ſuffragaretur titulus, quia poſſeſſio, de cuius titulo conſtaret, eſſet præferenda in manutentione, Rota *decif.* 395. *nu* 2. *par.* 1. *diuerſ.* Veral. *decif.* 386. *par.* 2. & infrà coram eodem Sanctiſſimo. *decif.* 380. Menoch. *de retin. remed.*
6 3. *nu.* 733. Gratian. *diſcept. cap.* 402. *num.* 1. & 2. † ideò in iudicio manutentionis articuli concernentes titulum non ſunt omninò impertinentes, Bald. *in l. ea mea poſt princ. nu.* 12. *in fin. verſ. ſi autem vterque prohibet. ff. vnde vi.* Gratian. *diſcept. d. cap.* 402. *nu.* 1. & 2. & infra coram eodem Sanctiſſ.
7 *decif.* 412. Quod tamen intelligitur, dummodò † probationes ſuper poſſeſſione ſint pares, nam ſi conſtat de poſſeſſione anteriori, illa etiam non titulata præfertur poſteriori titulatæ. Menoch. *d. remed.* 3. *nu.* 228. Hondcd. *conſ.* 2. *nu.* 13. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 481. *nu.* 4. & hoc procedit etiam in beneficialibus, et fuit dictum in Lucan. Cappellæ 17. Iunij 1594. coram Litta.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Reſponſionis.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Plura inter ſe omnino ſeparata continet, de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Recognitio cum vno facta afficit etiam tertium venientem ad cauſam in ſtatu, & terminis.*

2 *Deponens pecuniam præſumitur habere mandatum, quia non præſumitur quis pro alio facere depoſitum de propriis pecuniis.*

3 *Depoſitum conditionale non dicitur ex eo, quòd fuerit factum cum clauſula (* ſine præiudicio. *)*

4 *Probationes leuiores ſufficiunt, vbi non agitur de ſubſtantia debiti, ſed de quantitate.*

5 *Manutentionis iudicium admittit leuiores probationes.*

6 *Mandatum præſumitur ex impenſa, & an, & quando procedat, vbi vide limitationem.*

### DECISIO CCCXXIV.

DOmini ſteterunt in deciſis D. Galaſſo de Campis dandum eſſe mandatum de manutenendo: de exactione enim reſponſionis, de qua agitur, conſtat ex deductis in deciſione. Non obſtat, quod dicitur, quietantiam Raynaldi prædeceſſoris non eſſe recognitam, quia imò conſtat de recognitione facta cum Ioanne Baptiſta
Lilio, † quod debet ſufficere contra Angelam, quæ alle- 1
legando ſe poſſidere vineam, venit ad cauſam ad tradita in Hiſpalenſ. Decimarum de Ayamonte diebus præteritis coram me, & vbi opus eſſet, D. Galaſſus dicit ſe eſſe paratum recognoſcere de nouo citata Angela: Nec facit, quòd quietantia nõ ſit producta citata ipſa Angela; quia vltra quod ſufficit citatio contra Ioannem Baptiſtam, cùm ipſa venerit ad iudicium contra illam cœptum: omnia iura contra Ioannem Baptiſtam producta, fuerunt ipſa citata repetita 12. Februarij præteriti: Quòd autem Annibal Raynaldus prædeceſſor D. Galaſſi eſſet Rector cappellæ Sancti Pauli in Eccleſia Sancti Angeli, vltra quietantiam, quæ facta fuit vti tali, patet ex eo, quòd fuit collata D. Galaſſo vti vacans per obitum Annibalis, ex quo etiam ceſſat obiectio, quæ opponitur D. Galaſſo, quòd non conſtet eum eſſe Rectorem. Non obſtat, quod dicitur, non conſtare de mandato procuratoris Octauij Roncioni, quia quando de eo non ap-
pareat, intrat præſumptio mandati; † quia depoſitum 2
non fit ſine pecuniis, nec ſine impenſa, ª Bart. & Alex. a
*in l. cùm ſeruus, ff. de verb. oblig. at.* Caſſad. *decif.* 3. *num* 4. *de reb. Eccleſ. non alien.* Sarn. *de annal. quæſt.* 32. *num.* 6. Caput. *decif.* 190. *num.* 4. *par.* 1. Non obſtat, quod dicitur, non conſtare in actis de dicta cædula; quia cædula non reperitur in actis, cùm fuerit conſignata D. Galaſſo; ſed
apparet de productione facta ſub die 8. Maij 1589. † 3
Non facit, quòd depoſitum eſſet conditionale propter clauſulam (*ſine præiudicio*) quia clauſula (*ſine præiudicio*) poſita fuit propter differentiam, quæ erat circa pretium; Octauios enim non prætendebat, quòd D. Galaſſo non deberetur reſponſio, vt patet ex oblationibus factis in actis. Quòd autem reſponſio ſit octo bailium, patet ex quietantia Annibalis Raynaldi, ex particola denunciationis reperta in libris fabricæ baſilicæ Principis Apoſtolorũ, ex cædula ſentorũ decem, quæ ſatis correſpon-

det

conclusionem, quòd data nullitate cõtractus principalis corruit obligatio fideiussoris, dicit hoc procedere, quando contractus de iure communi est nullus, secus si de iure speciali, sequuntur Marescot. *d. cap. 65. nu. 9.* Maurus *d. cap. 5. n. 25.* Gratian. *d. cap. 122. n. 14. & 15.* vbi decisiones Rotæ refert.

c De quo in annotatione antecedenti sub litera b.

d Vide etiam supra in eadem annotatione sub littera b.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitaten. habitus, seu Antianitatis.

*Mercurij 6. Iunij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Mercatura, quæ obijcitur ad effectum, vt quis sit incapax habitus religionis Hierosolymitanæ, debet plenè probari, nec sufficit testis vnicus cum fama, & excluditur probatio in contrarium deducta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mercatura, quæ opponitur ad effectum, vt quis non sit capax habitus Religionis Hierosolymitanæ, debet concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, & nu. 13.*

2 *Testes deponentes de fama non probant obiectum.*

3 *Testis vnicus de visu cum fama non probat obiectum.*

4 *Item non probat quando agitur de causa graui, & ardua.*

5 *Incertitudo personæ ex eo, quia reperiantur duo eiusdem nominis, & cognominis reddit æquiuocam probationem.*

6 *Testes plures in concursu sunt præferendi paucioribus.*

7 *Testes deponentes de affirmatiua tunc demum præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando affirmatiua est concludenter probata, & non aliàs.*

8 *Testes super affirmatiua non præferuntur testibus deponentibus de negatiua, quando sumus in actu successiuo, & continuo, in quo negatiua, sicut affirmatiua æquè cadit sub cognitione testis.*

9 *Mercatura est ars mechanica.*

10 *Mercatura apud aliquas nationes non inficit nobilitatem.*

11 *Nobilitas potissimùm attenditur ex consuetudine regionis.*

*Statuta Religionis Hierosolymitanæ non contentantur nobilitate locali, sed requirunt nobilitatem vbique pro tali communiter habitam, & n. 14.*

### DECISIO CCCXXII.

DVbitani, an obiectus mercaturæ Didaci de Miranda, Aui materni fratris Gundisalui illi obsit ad effectum, de quo agitur, effectus autem est, vt Gundisaluus reddatur incapax non solùm Antianitatis, sed etiam
1 habitus Religionis Hierosolymitanæ, † quem per plures annos portauit, postquam fuit admissus ad solemnem professionem, & solita, sibique iuncta seruitia præstitit, & Domini fuerunt pro negatiua; quia visum fuit non probari d. Didacum mercaturam exercuisse, quod tamen debuit concludentissimè probari, cùm materia sapiat obiectum, Paris. *cons. 104. num. 3. & 4. lib. 4.* Ægid. *decis. 528. & 561.* Put. *decis. 6. de probat.* Mohed. *decis. 4. eo-*
a *dem tit.* [a] testes enim, qui id † probare prætenduntur,
a deponunt de auditu, & fama, quæ sine dubio non probat obiectum, Sarnen. *in reg. de infirm. resign. quæst.* 36. Cæs. de Grass. *decis. 184. n. 2.* Nec refert, quòd adsit 1
3 testis deponens de visu, † quia in huiusmodi materia non sufficit vnus testis de visu cum fama, Ægid. *decis.*
4 471. † nec quando agitur de causa graui, & ardua, Dec. *in c. veniens nu. 29. de testibus.* Alciat. *cons. 6. nu. 13.* Gabr. *de probat. conclus. 1. n. 18.* Rursus probatio redditur æquiuoca, & minus concludens, quia pro parte Gundisalui adsunt decem, & nouem testes, qui dicunt eodem tempore, & loco fuisse alterum Didacum de Miranda mercaturam exercentem, cum quibus concordat dispositio testis examinati coram bo. mem. Illustrissimo Cardinali Lancellotto de mandato fœl. recor. Clementis VIII. qui licèt fuerint parte non citata examinati, attamen reddunt turbidam depositionem testium ex aduerso examinatorum, qui pariter deposuerunt Gundisaluo
minimè citato. † Vnde cùm existerent duo Didaci 5
Mirandæ, quorum alter erat mercator, probatio contra Gundisaluum non est concludens, vt in terminis fuit conclusum in alia Comen. habitus 14. mensis præteriti coram R. P. D. meo Iusto, imò testes apertè dicunt non Didacum, de quo agitur, sed alterum fuisse mercatorem. Tandem est depositio viginti testium ex aduerso examinatorum partim in prima, partim in secunda probatione dicentium, quòd Didacus auus maternus Gundisalui se semper tractauit vti nobilem, & idalgum, & pro tali reputabatur, & quòd
numquàm aliquod officium vile exercuit, † qui testes 6
cùm sint longè plures, quàm illi, qui dicunt illum fuisse mercatorem, sunt in eorum dicto præferendi, *c. licèt causam. vers. ex præmissis. de probat.* glos. *in c. si testes. in glos. magna 4. quæst. 3.* Alex. *cons. 64. n. 2. lib. 2.* Cæs. de Grass. *de-*
*cis. 13. nu. 7. de re iudic.* Non obstat, quòd † contrarij de- 7
ponentes affirmatiuè videantur præferendi istis, qui deponunt super negatiua, quia hoc non procedit, quando affirmatiua non est concludenter probata, Ias. *cons. 81. nu. 30. vers. tertiò dicitur lib. 3.* cum alijs per Gabr. *de testibus conclus. 4. nu. 12. & seqq.* & cùm simus in actu non in-
stantaneo, sed successiuo. † & continuo, in quo negati- 8
ua, sicut affirmatiua cadit sub cognitione testis, non est facienda differentia inter affirmatiuam, & negatiuam, Salyc. *in l. 2. sub nu. 27. C. de rescind. vendit.* Non etiam facit, quòd testes non dicant Didacum non exercuisse mercaturam, sed quòd non exercuit aliquod officium vile. Nam vel dicendum est, quòd excludendo officium
vile, excluserint mercaturam, † quam artem mechani- 9
cam appellat Bald. *in l. nobile. C. de Commerc. & mercat.* vel dicendum, quòd cùm testes illum nobilem dicant, & quòd nullum officium vile exercuit, innuant mercaturam in illis partibus non esse exercitium vile, nec
derogare nobilitati. † prout contingit apud aliquas na- 10
tiones, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap. 33. num. 21.* & circa
nobilitatem † potissimè attendatur consuetudo Reli- 11
gionis, [b] Paul. de Castr. *cons. 125. nu. 4. lib. 2.* Ruyn. *cons.* b
66. *numer. 23. libro 3.* Socin. *cons. 246. post numer. 3. libro 2.*

### *ANNOTATIO.*

a Materia † obiectiua requirit plenissimam probationem, 12
glos. *in cap. 1. § si quis igitur. in verbo (apertissimu) de except. in 6.* fuit dictum in Parmen. Beneficii 10. Decembris 1604. coram Cardinali Saerato, & in Elnen. Canonicatus 5. Martij 1604. coram Cardinali Lancellotto, & in Cracouien. illegitimitatis 22. Maij 1606. coram eodem Cardinali Saerato.

b Statutum † Religionis Hierosolymitanæ non contenta- 13
tur nobilitate locali, sed requirit nobilitatem, quæ habeatur pro tali vbique, vt latè fuit decisum in illa Comen. habitus coram R. P. D. Marquemontio 22. Iunij 1609. & 4. Martij 1611. quæ est impressa *decis. 257. par. 1. in recent.* vbi fuit decisum, quòd licèt notariatus in Ciuitate Comen. non haberetur pro officio vili, sed nobili; nihilominus reddebat inhabilem ad habitum Religionis Hierosolymitanæ, quia notariatus communiter reputatur officium vile.

*Oliuerius Beltraminus.*

Pharen.

## Pharens. Abbatiæ.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio in beneficialibus datur docto de sola possessione absque exhibitione tituli, & possessio posterior tertij illam non impedit, quando quis non se habet pro spoliato.

### SVMMARIVM.

1 *a Mandatum de manutenenda est dandum ei, qui docet de sua possessione capta in vim mandati executoris Apostolici.*

2 *Manutentio etiam in beneficialibus datur absque productione tituli, & multò magis absque illius iustificatione, & num. 4.*

3 *Possessio posterior tertij non impedit manutentionem, quando quis non habet se pro spoliato.*

*Possessio titulata, data paritate, præfertur possessioni non titulatæ ad effectum manutentionis, & sub num. 5. & ideò in manutentionis iudicio articuli concernentes petitorium non sunt omninò irrelevantes, & num. 6.*

*Possessio anterior non titulata præfertur posteriori titulatæ in iudicio manutentionis, & nu. 7.*

### DECISIO CCCXXIII.

GEorgio dandum est mandatum de manutenendo,
1 † quia constat de eius possessione capta 19. Martij
2 1601. in vim mandati executoris Apostolici. † Nec facit, quòd titulus nondum sit iustificatus, quia vbi de manutentione agitur, etiam in beneficialibus Rota passim eum concedit non solùm absque aliqua iustificatione, sed etiam sine tituli productione, vt fuit dictum in vna Lucana Cappellæ coram bo. me. Litta, & in aliis sæ-
a piùs. a Nec facit, quod obiicitur de iurepatronatus, & de non facta probatione, quia ista erunt discutienda in negotio principali, & interim, dum examinantur, Georgius est manutenendus in sua possessione. Non obstat prætensa possessio aduersarij, quia vltra quod est atten-
3 tata, est etiam posterior, & turbatiua, † quæ non impediuit, quominus Georgius non retinuerit possessionem saltem ciuilem, Bart. *in l. 1. §. fin. num. 17. ff. uti possid.* Bero. *consil. 102. num. 43. lib. 1.* fuit dictum in vna Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. cùm ipse numquàm se pro spoliato habuerit, Put. *decis. 189 num. 4. lib. 1. & 459. num. 4. lib. 2.* & sæpiùs dixit Rota.

### ANNOTATIO.

4 a Rota † *decis. 595. nu. 8. par. 1. diuers.* fuit dictum in Parmens. Prioratus 20. Iunij 1594. coram R.P.D. Penia & in Genuens. Cappellaniæ 11. Ianuarij, 1619. coram R.P.D. Pamphilio. si tamen hinc inde concurrerent possessiones, tunc
5 † benè suffragaretur titulus, quia possessio, de cuius titulo constaret, esset præferenda in manutentione, Rota *decis. 595. nu. 2. par. 1. diuers.* Veral. *decis. 386. par. 2.* & infrà coram eodem Sanctissimo. *decis. 380.* Menoch. *de retin. remed.*
6 *3. nu. 733.* Gratian. *discept. cap. 402. num. 1. & 2.* † ideò in iudicio manutentionis articuli concernentes titulum non sunt omninò impertinentes, Bald. *in l. unica post princ. nu. 12. in fin. vers. si autem uterque probat. ff. unde vi.* Gratian. *discept. d. cap. 402. nu. 1. & 2* & infra coram eodem Sanctiss.
7 *decis. 412.* Quod tamen intelligitur, dummodò † probationes super possessione sint pares, nam si constat de possessione anteriori, illa etiam non titulata præfertur posteriori titulatæ, Menoch. *d. remed. 3. nu. 218.* Honded. *cons. 2. nu. 23. lib. 1.* Surd. *cons. 481. nu. 4.* & hoc procedit etiam in beneficialibus, vt fuit dictum in Lucan. Cappellæ 17. Iunij 1594. coram Litta.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Responsionis.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Plura inter se omnino separata continet, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Recognitio cum uno facta afficit etiam tertium venientem ad causam in statu, & terminis.*

2 *Deponens pecuniam præsumitur habere mandatum; quia non præsumitur quis pro alio facere depositum de propriis pecuniis.*

3 *Depositum conditionale non dicitur ex eo, quòd fuerit factum cum clausula* (sine præiudicio.)

4 *Probationes leuiores sufficiunt, vbi non agitur de substantia debiti, sed de quantitate.*

5 *Manutentionis iudicium admittit leuiores probationes.*

6 *Mandatum præsumitur ex impensa, & an, & quando procedat, vbi vide limitationem.*

### DECISIO CCCXXIV.

DOmini steterunt in decisis D. Galasso de Campis dandum esse mandatum de manutenendo: de exactione enim responsionis, de qua agitur, constat ex deductis in decisione. Non obstat, quod dicitur, quietantiam Raynaldi prædecessoris non esse recognitam, quia imò constat de recognitione facta cum Ioanne Baptista
Lilio, † quod debet sufficere contra Angelam, quæ, al- 1
legando se possidere vineam, venit ad causam ad tradita in Hispalens. Decimatum de Ayamonte diebus præteritis coram me, & vbi opus esset, D. Galassus dicit se esse paratum recognoscere de nouo citata Angela: Nec facit, quòd quietantia nõ sit producta citata ipsa Angela; quia vltra quod sufficit citatio contra Ioannem Baptistam, cùm ipsa venerit ad iudicium contra illam cœptum: omnia iura contra Ioannem Baptistam producta, fuerunt ipsa citata repetita 12. Februarij præteriti; Quòd autem Annibal Raynaldus prædecessor D. Galassi esset Rector cappellæ Sancti Pauli in Ecclesia Sancti Angeli, vltra quietantiam, quæ facta fuit vti tali, patet ex eo, quòd fuit collata D. Galasso vti vacans per obitum Annibalis, ex quo etiam cessat obiectio, quæ opponitur D. Galasso, quòd non constet eum esse Rectorem. Non obstat, quod dicitur, non constare de mandato procuratoris Octauij Roncioni, quia quando de eo non ap-
pareat, intrat præsumptio mandati; † quia depositum 2
non fit sine pecuniis, nec sine impensa, a Bart. & Alex. a
*in l. cùm seruus, ff. de verb. obligat.* Cassad *decis. 3. num. 4. de reb. Eccles. non alien.* Sarn. *de annal. quæst. 32. num. 6.* Caput. *decis. 190. num. 4. par. 1.* Non obstat, quod dicitur, non constare in actis de dicta cædula; quia cædula non reperitur in actis, cùm fuerit consignata D. Galasso; sed
appàret de productione facta sub die 8. Maij 1589. † 3
Non facit, quòd depositum esset conditionale propter clausulam (*sine præiudicio*) quia clausula (*sine præiudicio*) posita fuit propter differentiam, quæ erat circa pretium; Octauius enim non prætendebat, quòd D. Galasso non deberetur responsio, vt patet ex oblationibus factis in actis. Quòd autem responsio sit octo batiium, patet ex quietantia Annibalis Raynaldi, ex particula denunciationis reperta in libris fabricæ basilicæ Principis Apostolorũ, ex cædula scutorũ decem, quæ satis correspondet

## Pharenſ. Abbatiæ.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio in beneficialibus datur docto de ſola poſſeſſione abſque exhibitione tituli, & poſſeſſio poſterior tertij illam non impedit, quando quis non ſe habet pro ſpoliato.

### SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo eſt dandum ei, qui docet de ſua poſſeſſione capta in vim mandati executoris Apoſtolici.*

2 *Manutentio etiam in beneficialibus datur abſque productione tituli, & multò magis abſque illius iuſtificatione, & num. 4.*

3 *Poſſeſſio poſterior tertij non impedit manutentionem, quando quis non habet ſe pro ſpoliato.*

*Poſſeſſio titulata, data paritate, præfertur poſſeſſioni non titulatæ ad effectum manutentionis, & ſub num. 5. & ideò in manutentionis iudicio articuli concernentes petitorium non ſunt omninò irrelevantes, & num. 6.*

*Poſſeſſio anterior non titulata præfertur poſteriori titulatæ in iudicio manutentionis, & nu. 7.*

### DECISIO CCCXXIII.

GEorgio dandum eſt mandatum de manutenendo,
1 † quia conſtat de eius poſſeſſione capta 19. Martij
2 1601. in vim mandati executoris Apoſtolici. † Nec facit, quòd titulus nondum ſit iuſtificatus, quia vbi de manutentione agitur, etiam in beneficialibus Rota paſſim eum concedit non ſolùm abſque aliqua iuſtificatione, ſed etiam ſine tituli productione, vt fuit dictum in vna Lucana Cappellæ coram bo. me. Litta, & in aliis ſæ-
a piùs. ª Nec facit, quod obiicitur de iurepatronatus, & de non facta probatione, quia iſta erunt diſcutienda in negotio principali, & interim, dum examinantur, Georgius eſt manutenendus in ſua poſſeſſione. Non obſtat prætenſa poſſeſſio aduerſarij, quia vltra quod eſt atten-
3 tata, eſt etiam poſterior, & turbatiua, † quæ non impediuit, quominus Georgius non retinuerit poſſeſſionem ſaltem ciuilem, Bart. *in l. 1. §. fin. num. 17. ff. vti poſſid.* Bero. *conſil. 102. num. 42. lib. 1.* fuit dictum in vna Ciuitatis Caſtelli bonorum 8. Nouembris 1589. cùm ipſe numquàm ſe pro ſpoliato habuerit, Put. *decif. 189. num. 4. lib. 1. & 419. num. 4. lib. 2.* & ſæpiùs dixit Rota.

### ANNOTATIO.

4 a Rota † *decif. 595. nu. 8. par. 1. diuerſ.* fuit dictum in Parmenſ. Prioratus 20. Iunij 1594. coram R.P.D. Penia & in Genuenſ. Cappellaniæ 11. Ianuarij, 1619. coram R.P.D. Pamphilio. ſi tamen hinc inde concurrerent poſſeſſiones, tunc
5 † benè ſuffragaretur titulus, quia poſſeſſio, de cuius titulo conſtaret, eſſet præferenda in manutentione, Rota *decif. 595. nu. 2. par. 1. diuerſ.* Veral. *decif. 386. par. 2.* & infrà coram eodem Sanctiſſimo, *decif. 280.* Menoch. *de retin. remed.*
6 *3. nu. 733.* Gratian. *diſcept. cap. 402. num. 1. & 2.* † ideò in iudicio manutentionis articuli concernentes titulum non ſunt omninò impertinentes, Bald. *in l. vnica poſt princ. nu. 12. in fin. verſ. ſi autem vterque probat. ff. unde vi.* Gratian. *diſcept. d. cap. 402. nu. 1. & 2.* & infra coram eodem Sanctiſſ.
7 *decif. 412.* Quod tamen intelligitur, dummodò † probationes ſuper poſſeſſione ſint pares, nam ſi conſtat de poſſeſſione anteriori, illa etiam non titulata præfertur poſteriori titulatæ, Menoch. *d. remed. 3. nu. 228.* Honded. *conſ. 2. nu. 23. lib. 1.* Surd. *conſ. 481. nu. 4.* & hoc procedit etiam in beneficialibus, vt fuit dictum in Lucan. Cappellæ 17. Iunij 1594 coram Litta.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Reſponſionis.

*Veneris 8. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Plura inter ſe omnino ſeparata continet, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Recognitio cum vno facta afficit etiam tertium venientem ad cauſam in ſtatu, & terminis.*

2 *Deponens pecuniam præſumitur habere mandatum; quia non præſumitur quis pro alio facere depoſitum de propriis pecuniis.*

3 *Depoſitum conditionale non dicitur ex eo, quòd fuerit factum cum clauſula* (ſine præiudicio.)

4 *Probationes leuiores ſufficiunt, vbi non agitur de ſubſtantia debiti, ſed de quantitate.*

5 *Manutentionis iudicium admittit leuiores probationes.*

6 *Mandatum præſumitur ex impenſa, & an, & quando procedat, vbi vide limitationem.*

### DECISIO CCCXXIV.

DOmini ſteterunt in deciſis D. Galaſſo de Campis dandum eſſe mandatum de manutenendo: de exactione enim reſponſionis, de qua agitur, conſtat ex deductis in deciſione. Non obſtat, quod dicitur, quietantiam Raynaldi prædeceſſoris non eſſe recognitam, quia imò conſtat de recognitione facta cum Ioanne Baptiſta
Lilio, † quod debet ſufficere contra Angelam, quæ, al- 1
legando ſe poſſidere vineam, venit ad cauſam ad tradita in Hiſpalenſ. Decimarum de Ayamonte diebus præteritis coram me, & vbi opus eſſet, D. Galaſſus dicit ſe eſſe paratum recognoſcere de nouo citata Angela: Nec facit, quòd quietantia nō ſit producta citata ipſa Angela; quia vltra quod ſufficit citatio contra Ioannem Baptiſtam, cùm ipſa venerit ad iudicium contra illam cœptum: omnia iura contra Ioannem Baptiſtam producta, fuerunt ipſa citata reperita 12. Februarij præteriti. Quòd autem Annibal Raynaldus prædeceſſor D. Galaſſi eſſet Rector cappellæ Sancti Pauli in Eccleſia Sancti Angeli, vltra quietantiam, quæ facta fuit vti tali, patet ex eo, quòd fuit collata D. Galaſſo vti vacans per obitum Annibalis, ex quo etiam ceſſat obiectio, quæ opponitur D. Galaſſo, quòd non conſtet eum eſſe Rectorem. Non obſtat, quod dicitur, non conſtare de mandato procuratoris Octauij Roncioni, quia quando de eo non ap-
pareat, intrat præſumptio mandati; † quia depoſitum 2
non fit ſine pecuniis, nec ſine impenſa, ª Bart. & Alex. a
*in l. cum ſeruus, ff. de verb. oblig.* Caſſad. *decif. 3. num. 4. de reb. Eccleſ. non alien.* Sarn. *de annal. quæſt. 32. num. 6.* Caputt. *decif. 190. num. 4. par. 1.* Non obſtat, quod dicitur, non conſtare in actis de dicta cædula; quia cædula non reperitur in actis, cùm fuerit conſignata D. Galaſſo; ſed
apparet de productione facta ſub die 8. Maij 1589. † 3
Non facit, quòd depoſitum eſſet conditionale propter clauſulam (*ſine præiudicio*) quia clauſula (*ſine præiudicio*) poſita fuit propter differentiam, quæ erat circa pretium; Octauius enim non prætendebat, quòd D. Galaſſo non deberetur reſponſio, vt patet ex oblationibus factis in actis. Quòd autem reſponſio ſit octo bailium, patet ex quietantia Annibalis Raynaldi, ex particula denunciationis reperta in libris fabricæ baſilicæ Principis Apoſtolorū, ex cædula ſcutorū decem, quæ ſatis correſpondet

det pretin ncto barilium, non autem quatuor, vt præten-
4 dit pars aduersa; † & vbi agitur non de substantia de-
biti, sed de quantitate, sufficiunt præsumptiones, &
coniecturæ, Ias. *in repet. l. admonendi. n. 202. ff. de iur. iur.*
cum aliis per Cæph. *cons.* 297. *num.* 12. & per Surd. *cons.*
5 94. *num.* 28. † præsertim cùm agatur in summariissimo
possessorio, quod etiam ex sui natura admittit leuiores
probationes. Non obstat, quòd vnus testis dicat de quatuor barilibus, quia refert se ad instrumentum emptionis, in quo licèt dicatur, vineam respondere quatuor barilia, hoc tamen non potuit præiudicare Ecclesiæ, & forsan ita fuit expressum callidè à venditore, vt faciliùs emptorem inueniret; & pro maiori pretio.

*ANNOTATIO.*

6 a Mandatum † præsumitur ex impensa, latè Paris. *de resignat. lib. 10. quæst. 8. num. 55. & seq* Surd. *cons.* 355. *nu.* 23. & 24. Rota *decis.* 241. *nu.* 5. & *decis.* 475. *nu.* 9. *par.* 1. *in recent.* vbi aliæ cumulantur, quod procedit etiam, si impensa sit modica, dixit Rota penes Seraph. *decis.* 856. *nu.* 5. sed contrarium de iure est verius, quòd scilicet impensa modica non facit præsumere mandatum, Mantic. qui tres decis. Rotæ refert, *de tacit. lib. 7. tit. 4. num.* 14. Gratian. *discept. forens. cap.* 296. *num.* 22. est benè verum, quòd ad istum effectum dicitur impensa considerabilis, & non modica, etiam si non sit in notabili summa, prout in impensa vnius ducati, est decis. Pur. 329. *nu.* 3. *lib.* 2. iuxta nouam impress. Rota *decis.* 440. *nu.* 6. *in fin. par.* 2. *in recent.* & *decis.* 408. *sub nu.* 6. *part.* 1. *in recent.* limitatur conclusio supra allegata circa præsumptionem mandati ex impensa, quòd non procedat, quando ille, qui facit actum cum impensa, potest ex illo actu consequi aliquod commodum, vel habere aliquod interesse; tunc enim cessat præsumptio mandati, vt dixit Rota in Beneuentana pecuniaria 14 Martij 1611. coram Cardinali Sacrato.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ianuens. Iurisdictionis.

*Mercurij* 13. *Iunij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Agitur de probando exercitio iurisdictionis, & præsertim an, & quando testes deponentes super negatiua iurisdictionis teneantur reddere rationem, & quam rationem allegare debeant, agitur etiam de probatione famæ, & de aliis, de quibus in summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Obseruantia interpretatiua debet esse proxima dispositioni, nec potest esse remota, declara, & limita prout sub num.* 26.
2 *Exemptio præsupponit subiectionem.*
3 *Testes deponentes de iurisdictione, cùm non sit de iis, quæ cadunt sub sensu, tenentur etiam non interrogati reddere rationem per sensum corporis.*
4 *Testis deponens super negatiua tenetur reddere rationem.*
5 *Et ista ratio reddi debet per remotionem actus à sensu, dicendo, quod aliter esse non posset, quin ipse vidisset, & sciuisset.*
6 *Hoc habet locum etiam in teste, qui verisimiliter sit adeò informatus, vt non potuisset geri actus, quin ipse sciuisset, de quo vide sub num.* 27.
7 *Ex præsentia testis arguitur scientia.*
8 *Testis impossibile est, quod potuerit esse præsens in omnibus locis, in quibus actus potuit fieri.*
9 *Negatiua non coarctata ob sui latitudinem non cadit verisimiliter in sensu testis.*
10 *Negatiua aliquando est coniuncta cum sensu, verbi gratia, quòd quis non habeat biretum, & tunc non est necesse remouere actum à sensu.*
11 *Testes ad probandum negatiuam iurisdictionis, debent probare, quòd oblata sit occasio exercendi iurisdictionem sciente illo, de cuius iurisdictione agitur, & non exercuerit, quia prohibitus.*
12 *Testis deponens de fama debet perennere tempus ante motam litem.*
13 *Testis ignorans, quid sit fama, non probat. Declara, prout sub nu.* 28.
14 *Fama non facit sufficientem probationem.*
15 *Negatiua probatur per famam, quando aliter probari non potest.*
16 *Famæ probatio non admittitur super eo, quod habet contra se præsumptionem iuris in contrarium.*
17 *Item, nec quando adest aliquid in contrarium, quod elidit famam.*
18 *Famæ probatio vti priuilegiata facilè prosternitur.*
19 *Iurisdictio arguitur ex cognitione causarum tàm ciuilium, quàm criminalium.*
20 *Remissoriæ concessio præsupponit iurisdictionem.*
21 *Transportatio actorum non est necessaria, quando non tractatur de iustitia, seu iniustitia, sed tantùm de probando facto, quòd scilicet fuerit inter partes agitatum iudicium.*
22 *Scientia probatur ex multiplicitate actuum.*
23 *Exemptus an possit prorogare iurisdictionem in personam Ordinarij, cui circumscripta exemptione esset subiectus, & vide num* 29.
24 *Non potest, quando est immediatè subiectus Sedi Apostolicæ.*
25 *Ordinarius censetur actus fecisse potiùs nomine proprio, & ex facultate, quam habet ex iure communi, quàm iure delegato, & iure speciali.*

### DECISIO CCCXXV.

ACtum fuit super vsu, & obseruantia Priuilegij
Ioannis XXIII. & parte vtraque acerrimè infor-
mante Domini censuerunt ex deductis per Abbatem
non probari aliquam obseruantiam, quæ releuet: Vltra
enim, † quòd deberet esse proxima, & cohærens priui- 1
legio, nec peti potest à remotis, ª Bald. *in proœmio, ff sub* a
*num.* 7. fuit dictum in vna Valentina emolumentorum
24. Octobris 1583. coram Illustrissimo Cardinali Sera-
phino in vna Tirasonen. iuris pascendi coram Bubalo
14. Octobris 1588. & in vna Alexandrina Decanatus
12. Iunij 1598. coram bo. mem. Orano: vltrà etiam
quod est non solùm difformis, sed etiam in aliquibus
contraria priuilegio, vt benè deducunt informantes
pro Illustrissimo Archiepiscopo, nulla adducitur ob-
seruantia circa immediatam subiectionem Sedi Apo-
stolicæ, quæ non solùm est potissima pars priuilegij; sed
etiam de natura exemptionis, † quæ non datur sine di- 2
cta, aut alia subiectione, *cap. cùm non liceat*, & ibi not. *de
præscript.* Oldrad. *cons.* 254. *circa princip.* Rota *decis.* 1. *de
præscript. in non.* & fuit dictum in Montis regalis iuris-
dictionis 18. Octobris 1598. coram R.P.D. meo Deca-
no, & 21. Febru. 1600. coram R. P.D. meo Lancellotto.
Non etiam probatur obseruantia circa exemptionem ab
ordinaria Archiepiscopi iurisdictione: testes enim pro
Abbate examinati, omissis exceptionibus, quæ dantur
tàm contra personas, quàm dicta, iam nullo modo pro-
bant; dicunt enim semper vidisse, & audiuisse Abba-
tem exercere iurisdictionem, & fuisse in quasi posses-
sione exemptionis, sed nullam reddunt rationem, † 3
quam tamen reddere debebant, licèt non interrogati,
per sensum corporeum; cùm hoc non sit de iis, quæ
sensu percipiuntur, Bart. *in l. solam sub num.* 3. Bald. *sub
num.*

num.1.vers.sed quando tale.Salic.sub num.3.vers. quadam
autem sunt.C. de testibus. Anc. de Butr.in c. super hoc nu.
17.vers.sed dico.de renunc.Abb.in c. cùm causam. sub num.
b 6.vers.aut fuit testis interrogatus, & ibi Pelyn.sub num.3.
4 vers. fallit secundo de testib. [b] quam † etiam reddere debuissent, quando dicunt Archiepiscopum non exercuisse suam iurisdictionem in Ecclesia Sancti Matthæi, nec in Clericos dictæ Ecclesiæ, cùm deponant super negatiua, Felin. in c. tertio loco.num. 5. Dec. num.43. de prob. idem Dec.cons.101.ad fin.Aym. cons. 2. sub num. 3.
5 vers. quinimò,† & quidem per remotionem actus à sensu, dicendo, quòd Archiepiscopus non potuisset exercere iurisdictionem, quin ipsi vidissent, aut sciuissent, glos. in §.hinc nobis, quam dicit ibi Angel. communiter approbatam, Auth. de hered.& Falcid. Bald.in l.1.sub nu.7.Cod.de bon.poss.secundum tabul, Paul.de Castr.in l.1. num.22.ff.si cert.petat.Card.cons.25. num. 6.Alex. consil. 108. nu. 10.lib. 2. Dec. in d. cap. tertio loco num. 44. & cons.94. num. 5. Purpur. cons.440.num.13.Rip. in cap. cùm Ecclesia sub num.88.vers. ratio autem.de caus.possess.&
c propr. [c] Non obstat, quòd ex qualitate testium, qui sunt Cappellani dictæ Ecclesiæ, appareat ipsos fuisse taliter informatos, quòd non potuisset exerceri iurisdictio, quia ipsi sciuissent, quo casu non requiritur, quòd il-
d lud exprimant, [d] glos. in l.1.§. hoc interdicto il primo in
6 verb. an non in fin. ff. de itin. actuque priuat. † quia vltra quod plures ex ipsis non sunt Cappellani, glos. illa non est simpliciter, prout loquitur, intelligenda; & propterea ab ea cauendum dicunt Bald. in l. actor post num. 14. Cod.de probat. & Flor.in l.2. num. 4.in fin.ff. eod. & diuiram appellat Dyn.in d.§.hoc interdicto, quem sequi videtur ibi Bart.saluari tamen posset glos. prout illam saluat Aret. in cap.tertio loco num.11. & post eum Felyn. sub nu. 5. quòd procedat in illis, quæ non solent fieri in omni loco, & omni tempore, sed certo loco, & tempore, & solemniter certo signo præcedenti, tunc, qui sunt de loco, & præsentes in loco, præsumuntur habere notitiam: Vnde non applicatur casui nostro; quia clarum est, quòd Archiepiscopus potuit omni tempore, & pluribus in locis exercere iurisdictionem in personas Clericorum, & Cappellanorum Ecclesiæ, de qua agitur: Rur-
7 sus testes non deponunt de præsentia, † ex qua arguitur scientia, & vltra Aret.& Felyn. tradit Dec. in d.cap. tertio loco sub num.44. Ruyn.cons.145. num. 1.ad fin.lib.5.
8 Paris.cons.162.num.14. & seq. lib. 4. † quæ præsentia est etiam impossibilis; cùm requiratur continua in locis, in quibus potuit exerceri iurisdictio, Card.cons.25.num.5. & 6. Præterea dictum glos. indubitanter non procedit,
9 quando negatiua † est parùm coarctata, seu non multùm restricta; quia ob sui latitudinem non cadit verisimiliter in scientiam nominis testificantis, Bald. in d.l.actor nu.13.& 14.Flor.in d.l.2. sub nu.4. idem dicit Salyc. in d.l.actor.num.13. circa med. Lanfranc. in c.quoniam contra in 3.not.sub nu. 15. vers. vnum non omitto.de prob. Corn. consil.205.sub num.14.vers.& patet.lib.3.Natt. cons. 648. sub num.12.Boss. in tit. de defen. reorum num. 18. Cotta in mem. in verb. negatiua vers. alium etiam casum, & loquitur Bald. de deponente per tempus vnius anni, imò vnius mensis; testes autem in casu isto deponunt negatiuam per tempus 40. annorum; & tantò magis, quia vltra tantam latitudinem temporis concurrit etiam incertitudo loci, in quo potuit exerceri iurisdictio, vt per Salyc. vbi supra. Decisio Asculana Parochialis S. Laurentij ex aduerso allegata loquitur in actis permanentibus, videlicet, de Arca, sigillo, & aliis signis Collegiatæ, quæ indubitatè sciuntur ab illis Clericis, qui in Ecclesia simul morantur, & allegat Aret. & Paris. supra alleg. & propterea debet intelligi iuxta eorum declarationẽ: Alia Portugallens. vnionis loquitur in iisdem terminis, videlicet, in signis Collegiatæ, & in nouâ restauratione Eccle-
10 siæ, † quo casu negatiua est coniuncta sensui, & sub sensu cadit, sicut negatiua, quòd aliquis non haberet loculos, siue biretum, Dec. post Innoc. & Abb. in c. quoniam cõtra nu.69.de prob. Præterea testes debuissent dicere, quòd † 11
Archiepiscopo oblata sit occasio exercendi iurisdictionem eo sciente; & non exercuit, Ign. in l.necessarios, §.non alias nu.162.vers. quare testis interrogatus, ff.ad Syllan.& quòd non exercuerit, quia prohibitus, Aym.cons.154 post nu.2.cum multis adductis per informantes. Non obstat, quòd testes deponunt de fama, quæ solet supplere probationem negatiuæ, † quia vltra quod aliqui deponunt 12
per tẽpus præsens, & non probant; cùm non percurrant tempus ante motam litem, Caput. decis.413.par.2.† Ali- 13
qui ignorant quid sit fama, [e] Dec.in l.1.in 2.lect.num.52. e
ff.si cer.pet. Ruyn.cons.44.num.14.lib.4. in omnem euentum † ex fama non oritur sufficiens probatio, l.3.§.eius- 14
dem. iuncta glos.ff.de testa.glos. in cap. dilecti in verb. fama, vbi Dec.post alios num.36.de appell.Rot.decis.16.de probat an non.Cassad.decis.2.in princ.de probat.& quod dicitur probari † negatiuam per famam, procedit, quando 15
aliter probari non potest, Bald.in l. paupertas in fin.ff.de excusat. † Rursus non admittitur probatio per famam 16
super eo, contra quod militat præsumptio iuris in contrarium, vt per Aym cons.425.nu.86.vers. secundo respondeo, & num. seq. in casu autem isto est præsumptio pro affirmatiua, & pro Archiepiscopi iurisdictione contra negatiuam, c. cùm persona.de priuil. libr. 6. Nec etiam, † 17
quando aliqua adsunt in contrariũ, elidant, & debilitent famam; quo casu etiam in antiquis non probat, vt fuit dictũ in vna Ouetens. Canonicatus 24. Ianuarij 1578.coram Illustrissimo Cardinali Seraphino; † cùm enim fa- 18
ma procedat ex quodam iure priuilegiato, facilè prosternitur, Cur.iun.cons.17.sub nu.1.Aym.d.cons.n.87. Dantur autem pro parte Archiepiscopi plurimi actus iurisdictionales, qui non solùm elidunt famam, sed etiam conuincunt testes, si non de mendacio, & falsitate, saltem de non sufficienti informatione, & quòd non est verum assumptum partis aduersæ, quòd si Archiepiscopus exercuisset iurisdictionem, non esset factum insciis testibus. Probatur autem ex scripturis, † quæ dantur, multiplex 19
cognitio causarum, tàm ciuilium, quàm criminalium in Curia Archiepiscopali, quę sine dubio ad iurisdictionem spectat, l.Imperium, ff.de iurisdiction.omn.iud. Rom.consil. 70.nu.13.Dec.consil.694.nu.11. Socin. cons.187.num. 19. lib 2. Item † concessio literarum remissorialium, quæ 20
pariter à iurisdictione procedit, Abb. in cap. fraternitatis sub nu.6.vers.est enim hoc iurisdictionis.de Cleric. non resid. & dixit Rota in vna Salamantina iurisdictionis 18. Aprilis 1581.coram Lauretano: dantur etiam multi actus cõcernentes tàm contentiosam, quàm volũtariam, & diœcesanam iurisdictionem, de quibus latè per informantes, & in summario Archiepiscopi. Nõ obstat, quod opponitur, non esse in forma probanti, sed fides, quæ non faciũt fidem; quia in multis dantur instrumenta actorum tradita à Notariis rogatis, vel successoribus in officio; aliqui coadiuuantur, & probantur ex depositionibus testium partis aduersæ, & vbi opus esset, posset particulariter videri. Non obstat, quòd non exhibeantur integra acta causarum agitatarum, quia † non tractatur de 21
iustitia, vel iniustitia earum; sed tàntùm quòd fuerint agitata inter partes. Non obstat, quòd potuerint esse actus facti ex negligentia Abbatis, quia in multis apparet statim, & immediatè, cùm euenit casus, aditam Curiam Archiepiscopalem. Non obstat, quòd non appareat fuisse factos sciente Abbate, quia † vltra quòd ex 22
eorum multiplicitate præsumitur scientia, Abb. in cap. cùm Ecclesia Sutrina num.25.vers.& an præsumatur scientia.de caus.possess.& propr. Fuit dictum in vna Reatina beneficij 20.Iunij 1576.coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & in aliis pluribus, datur depositio duorum testium, ex qua probatur, duos Clericos Sancti Matthæi, qui se inuicem percusserant, fuisse ab ipsomet Ab-
bate

bate ad Archiepiscopum transmissos pro absolutione,&
actus factus contra ipsum Abbatem, videlicet, prohibi-
tio Archiepiscopi, seu eius Vicarij, ne benediceret Po-
pulo, & Calices, & vbi non probaretur scientia Abba-
tis, saltem eliderertur probatio testium dicentiũ Archi-
episcopum nunquàm exercuisse iurisdictionem. Non
obstat, quòd dicti actus potuerunt fieri ex prorogatio-
23 ne,quam † potest exemptus facere in personam eius,qui
esset Ordinarius circumscripta exemptione,*iux.cons.* 14.
Feder.quia vltra quod dictum Feder.habet multos con-
f tradictores,[f] vt latè per Socin.*in cap.significasti, num.* 42.
*de foro compet.* & Rota apud Crescen. *decis.* 3. *de for. com-
pet.*firmauit exemptum non posse prorogare iurisdictio-
nem, cùm non agatur de suo præiudicio tantùm, sed
etiam de præiudicio Superioris;decisio Salamantina iu-
risdictionis ex aduerso allegata loquitur expresè,quan-
do exempti non sunt immediatè subiecti Sedi Aposto-
licæ,& non sine causa,quia isti non possunt prorogare,vt
per Felyn.*in ca.P.& G.sub nu.*13.*de offic. delegat.*& pari-
ter loquitur expresè,quando non redundat præiudiciũ
alterius,quàm prorogantis.Præterea illud posset proce-
dere;quando non dubitaretur de exemptione, sed age-
24 retur tantùm de validitate actorum Ordinarij; † cùm
autem negetur exemptio,censendum potiùs,quòd actus
sint facti ab Ordinario iure proprio, & ex facultate,quã
habet de iure communi ex latè deductis in Conchen.
iurisdictionis 22.Maij 1593. corã Illustrissimo Cardinali
Mantica: Alia benè tolluntur per informantes pro Ar-
chiepiscopo, ex quibus fuit conclusum non constare de
obseruantia Priuilegij. Non obstat, quòd testes dicant
Archiepiscopum Riparcham semel voluisse visitare Ec-
25 clesiam,& non fuisse admissum,† quia est vnicus actus,
& modernus; nec apparet, an prohibitioni acquieuerit.

## *ANNOTATIO.*

26 a Obseruantia † interpretatiua debet esse proxima,non re-
mota,vt præter alia in hac decisione allegata dixit Rota
*decis.37.num.34.& 35.par.2.diuers. & decis. 170. num.4.par.2.
in recent.*fuit dictum in Comens. decimarum 1. Februarij
1608.coram Cardinali Sacrato,& in Placentina Canoni-
catus 3.Iunij 1613. coram R.P.D. Pirouano: Non dicitur
autem remota obseruantia,si est infra 40.annos, vt dixit
Rota in Tirasonens. Sacristiæ 9. Iunij 1600. coram bo.
mem.Iusto; obseruantia etiam remota suffragatur, quan-
do per prius nunquam venit occasio faciendi aliquem
actum,vt fuit dictũ in Barchinon. Prioratus 11.Maij 1609.
coram R.P.D.Coccino Decano: Item etiam obseruantia
remota suffragatur, quando iuuatur aliquo alio admini-
culo,quod inducat præsumptionem status antiqui conti-
nuati, Rota *decis.482.num.20.part.1. in recent.*
b Latè Farinac. *de testib.quæst.65 num.*238.
c Farinac.*de test.b.d.quæst.65. num.* 218. qui plures refert.
27 d Circa † quod est videndus Farin. *d.quæst.65. num.* 229. &
hoc casu, quando testis esset verisimiliter informatus su-
per negatiua, non est necesse, quòd remoueat sensum ab
actu dicendo,quod alter esse non possit,quin ipse sciuis-
set,sed sufficit,quòd simpliciter deponat de negatiua, vt
dixit Rota in Cusentina pensionis coram bo.me. Litta im-
pressa penes Marches.*de commiss.tom.1.fol.* 629. & in Bur-
gens.Abbatiæ 4.Decembris 1602.coram bo.mem. Penia,
& in Calaguritana Canonicatus 20. Iunij 1605. coram
Card. Lancellotto, & coram eod. in Aquens. nullius 19.
Decemb.1608.
28 e Rota penes Farinac. † *post 2.lib.consil.decis.* 138.*num.* 7. &
fuit etiam dictum in Auenionens. Præpositura 13. Maij
1594.coram Litta.Est tamen aduertendum,quòd licèt te-
stis dicat se ignorare, quid sit fama, tamen sufficit, quòd
ex illius verbis colligatur tale factum, ex quo resultet
publica vox, & fama,vt fuit dictum in d.Conchen.Cap-
pellaniæ 17.Martij 1608. coram R.P.D. Ortembergo, &
in Vicens.Parochialis 4.Iunij 1612.coram eodem, & ideò
si testis deponat, quòd publicè dicitur, probat famam,
etiam si dicat se ignorare,quid sit fama,vt fuit dictum in
Maioricens.Sacristiæ 16. Decembris 1602. coram bo.me.
Peniæ,Rota *decis.*702.*num.*5 *par.*1.*in recent.*

f Exemptus † non potest in præiudicium Papæ, cui im- 29
mediatè est subiectus, prorogare iurisdictionem alterius
Iudicis,Manric.*decis.*137.*num.*4.Rodriquez *de regul.lib.*2.
*q.*62.*art.*10.si verò non est subiectus Sedi Apostolicæ po-
test prorogare iurisdictionem in præiudicium tamẽ pro-
rogantis,& non alterius,Seraphin.*decis.*595.*num.*7.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalens. Matrimonij de Alcalà.

*Lunæ* 18. *Iunij* 1607.

## ARGVMENTVM.

Metus in filia matrimonium contrahente ex
quibus probetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Metus probatio maximè pendet ex eo,an extiterit prin-
cipium meticulosum.*
2 *Metus est difficilis probationis.*
3 *Metus dicitur quasi mentem terrens.*
4 *Metus maximè est difficilis probationis, quando infer-
tur à patre filiæ secum habitanti.*
5 *Metus huiusmodi probatur ex leuioribus probationi-
bus,& ex testibus domesticis,& aliàs inhabilibus,ac
etiam ex indicijs,& coniecturis.*
6 *Metus valdè arguitur à verisimili,sicut etiam è contra
à verisimili excluditur.*
7 *Metus probatur ex magna animi auersione, & repu-
gnantia,circa actum gestum.*
8 *Metus in muliere respectu matrimonij contracti colligi-
tur ex declaratione, quam fecerat de nubendo cum
alia diuersa persona.*
9 *Metus probatur ex lamentationibus, & protestatio-
nibus.*
10 *Metus arguitur ex qualitate personæ tàm incutientis,
quàm patientis metum.*
11 *Metus solus reuerentialis, iuxtà magis communem opi-
nionem non sufficiat ad annullandum matrimonium,
iunctus tamen cum alio etiam leui metu sufficit, &
num.*51.
12 *Metus illatus à persona, cui debetur reuerentia, est mul-
tùm considerabilis, quando illa persona erat multùm
terribilis & seuera.*
13 *Metus reuerentialis sufficit,quando vnà cum reuerentia
concurrunt importunæ,& continuæ persuasiones,quia
illæ iustum metum inducunt.*
14 *Metus valdè incutitur ex indignatione.*
15 *Virginali pudori non conuenit eligere sibi maritum in-
scio patre.*
16 *Metus illatus ex propria culpa non debet prodesse.*
17 *Fallit in matrimonio, quod nullum est propter metum,
licèt metuens in illum culpa sua inciderit.*
18 *Metus inducitur ex minis illatis à persona, cui debetur
reuerentia.*
19 *Metus inducitur ex minis de nece, & de priuatione suc-
cessionis.*
20 *Melioramenta, & augmenta primogenituræ spectant ad
liberam dispositionem meliorantis.*
21 *Metus iustus inducitur etiam ex amissione magni
lucri.*
22 *Successio paterna dicitur quasi debita filio, & illius pri-
uatio sonat potiùs in damnum, quàm in lucri amis-
sionem.*
23 *Metus inducitur ex minis paternis,etiam si non fuerint
factæ in faciem filiæ; dummodo fuerint ei notificata.*
24 *Metus redditur verisimilis attenta persona metum pa-
tientis.*
25 *Metus minor requiritur in muliere, quàm in ma-
sculo.*

16 *Metus minor exigitur in minore, quàm in maiore.*
27 *Metus eò magis est considerabilis, si constat, quòd metum passus valdè metuebat illum, qui metum incussit*
28 *Metus minor sufficit in filia matre carente, & non habente personam, quæ illam confortet.*
29 *Metus, & incussio arguitur à solito.*
30 *Metus licèt non probetur ex protestationibus, valde tamen ex illis coadiuuatur, etiam si non sint facta in ipso actu, nec parte præsente, & num. 43.*
31 *Metus arguitur, quando contrahens non erat in sua libertate plenè constitutus.*
32 *Metus arguitur ex diligenti custodia facta personæ metum passæ.*
33 *Item arguitur ex prohibitione commercij, & loquelæ.*
34 *Metus iustus dicitur, quando non potest adiri magistratus, sicut è contra non est iustus metus, quando potest adiri.*
35 *Metus multùm præsumitur ex serie facti, & ex circumstantiis.*
36 *Metus arguitur ex modo insolito, & ex nimia festinatione.*
37 *Metus præsumitur interuenisse in matrimonio, quòd fuit celebratum ianuis clausis.*
38 *Item astantibus hominibus armatis*
39 *Metus præsumitur in matrimonio, quod fuit celebratum nullis interuenientibus consanguineis.*
40 *Metu præsumitur contractum matrimonium ex lamentationibus, & conquestionibus.*
41 *Item ex lachrymis.*
42 *Metus in contractu matrimonij arguitur non solùm ex precedentibus, sed etiam ex subsequentibus.*
44 *Metus adhibitus in ratificatione arguit etiam violentiam in ipso contractu adhibitam.*
45 *Metus postquam est probatus, difficile est probare contrarium.*
46 *Testes duo deponentes de metu præferuntur mille deponentibus de libera voluntate.*
47 *Metus probatur ex testibus singularibus.*
48 *Minæ probantur ex testibus singularibus.*
49 *Restitutio vxoris non est impedienda marito non obstante quacumque exceptione etiam notoria.*
50 *Arbitrium minuit iuris rigorem, & operatur vt possit cumulari petitorium cum possessorio reintegrandæ.*

## DECISIO CCCXXVI.

a QVoniam, vbi de metu [a] agitur, attendi debet in
1 primis, si adsit principium meticulosum, † à quo
cætera subsequuta regulantur, vt admonet Barbat. *consil. 54. colum. 12. in fin. lib. 1.* & post eum Rimin. iun. *cons. 77. post num. 29. inter cons. matrim.* summa ratione Domini statuerunt, vt ante omnia particulari dubio discuteretur: An constet de metu Marchionissæ de Alcalà abinitio contracti matrimonij cum Don Philippo de Aragon, & de Guzman, quod vtraque parte informante omnibus idem sentientibus fuit affirmatiuè resolu-
2 tum; pro resolutione autem præmittebatur † metum esse difficilis probationis, Paris. *cons. 53. num. 63. lib. 4.* Menoch. *de arbitr. cas. 116. num. 17.* dixit Rota in vna Nicien. Matrimonij 6. Martij 1587. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, tàm ex parte illum patientis, cùm in eius animo sit reconditus, *l. 1. ff. quod met. caus.* Anch.
3 *consil. 289. num. 1.* Alciat. *cons. 5. num. 25. lib. 1.* † Dicitur enim metus quasi mentem terrens, Anton de Butr. *in cap. ad audientiam, n. 14. in fin. de his, quæ vi, metúsve caus. fi.* quàm ex parte inferentis, cùm secretò, & clam inferatur, Alciat. *regul. 3. præsumpt. 7. n. 3. & cons. 5. num 9. lib. 1.*
4 Andr. Gail. *obseruat. 93. num. 19. lib. 2.* † Præsertim, quando infertur à patre filiæ secum habitanti, Corn. *cons. 124. num. 4. lib. 3.* Purpur. *consil. 579. num. 11. in fin. & n. seq.*
5 Soc. iun. *cons. 47. sub num. 33. lib. 3.* † & propterea in eo leuiores probationes sufficiunt, Corn. *d. cons. 124. sub.*

*Decisiones Papales.*

*n. 4.* Alba. *cons. 77. num. 9.* Alciat. & And. Gail. *vbi suprà,* admittuntur testes domestici, Purpur. *d. cons. 579. n. 11. in fin. & n. seq.* & qui aliàs non admitterentur, Alex. *cons. 156. num. 15. lib. 5.* & etiam indicia, & côiecturæ, Anchar. *cons. 299. sub num. 1.* Alex. *cons. 98. num. 6. lib. 3.* Dec. *in l. in omnibus, num. 7. ff. de reg. iur.* Ruin. *cons. 121. num. 12. lib. 4.* Paris. *cons. 60. num. 21. lib. 4.* Cæpol. *consil. ciuil. 2. n. 5.* Corn. *d. consil. 124. sub num. 4.* Socin. iun. *cons. 77. num. 43. lib. 1.* Purpur. *d. consil. 579. nu. 12.* Grat. qui dicit communem, *cons. 38. num. 15. lib. 2.* fuit dictum in illa Nicien. matrimonij, & in vna Romana legatorum 13. Nouemb.
1595 coram bo. me. Orano. Et multùm † in eo valet ar- 6
gumentum ductum à verisimilitudinibus, Bald. *cons. 364. sub num. 5. lib. 3.* Anchar. *d. cons. 299. n 3.* Paris. *cons. 139. num. 21. in fin. & num. 27. lib. 4.* Rim. sen. *cons. 15. num. 18. & seq.* Aym. *cons. 49. n. 5.* Rol. *cons. 100. num. 118. lib. 4.* sicuti è contra à verisimili arguitur libertas animi, & quòd spontè, & libenter fiat. Syluester Aldobr. *cons. 23. num. 34.* Præsumitur enim metu, & coactè fecisse, qui facit actum, quem verisimiliter non fecisset, Paris. *cons. 53. num. 64. lib. 4. & d. cons. 139. num. 20.* Aym. *d. consil. 49. n. 4.* Alban. *cons. 77. num. 24.* Rolan. *d. cons. 100. n. 112.* Menoch. *præsumpt. 4. num. 13. lib. 3.* sicuti è contra cessat metus præsumptio in actu, quem alias verisimiliter fuisset facturus, Bald. *de Schismate in princ. num. 27. circa med.* Hoc argumento vsi sunt Domini [*], verisimilitudi-
nem deducendo à nimia animi auersione, † & repu- 7
gnantia, quæ erat in Marchionissa nubendi cum Don. Philippo, prout in terminis arguit Rim. iun. *d. cons. 72. sub n. 24.* inter consilia matrimonialia post Alex. quem
allegat. † Animum autem Marchionissæ alienum, & 8
contrarium probat primò cædula scripta, & subscripta manu ipsius, in qua promittebat nubere Don Francisco de Zuniga, & ad ipsum transmissa, velle enim nubere Don Francisco, erat nolle nubere Don Philippo, *argumento cap. gaudemus, de diuort.* Tantò magis, quia, vt deponunt 1. 3. & 4. testes, super 2. articulo benè informati de animo Marchionissæ, non tàm fecerat prædictam cædulam, vt nuberet Don Francisco, quam, vt se liberaret à periculo nubendi Don Philippo; quod est etiam multùm verisimile: tùm quia cædula scripta & transmissa fuit pendente tractatu matrimonij cum Don Philippo; Tùm quia non apparet, quòd Marchionissa vnquam fuerit conquesta, quòd impediretur nubere Don Francisco; cùm tamen continuæ sint lamentationes, quòd in vita cogeretur contrahere cum Don Philippo. De veritate autem cædulæ, & quòd esset scripta manu Marchionissæ, dubitari non potest, cùm de ea deponant 1. 2. 3. 4. 5. testis super 2. art. quorum aliqui viderunt eam, dum scriberet, aliqui scriptam, & habent benè notam eius manum, aliquibus Marchionissa exposuit se illam scripsisse, etsi non fuisset scripta manu ipsius, non ita fuisset turbatus, & in furorem raptus Marchio pater, quando illi fuit ostensa, nec ita fuisset sollicitus, quòd Marchionissa illam negaret, & manum contrafaceret, vt dicunt testes in Summario Marchionissæ *num. 3.* Nec refert, quòd Marchionissa cædulam negauerit, quia vt dicunt testes, fuit vi, & metu compulsa ad negandam, prout etiam eodem metu territa nouerca negauit se cognoscere, an esset manu Marchionissæ conscripta, vt ipsa testatur super 2. *articulo.* Secun-
dò, & apertiùs repugnantiam animi declarant † lamen- 9
tationes, & protestationes continuæ, quibus cum iuramento, & maximis imprecationibus negabat se vnquam nupturam Don Philippo, quæ sicut declarant animum Marchionissæ alienissimum à contrahendis dictis nuptiis, *l. si quis, §. plerique ff. de relig. & sumpt. fun. l. si mihi, & tibi, §. interdum ff. de leg. 1.* ita remouet consensum à contractis; *l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. 3.* Natt. *cons. 451. n. 20.* & dixit Rota in vna Toletana matrimonij 3. Mart. 1589. coram Illustr. D. Card. Seraph. Et quoniam

10 multùm inspici debet † qualitas personę tàm incutien-
tis,quàm patientis metum, Calder. cons. 1. circa princ.
vers.secundo,quòd metus,sub tit. de his, quæ vi. metúsve caus.
fiunt. cum aliis, quos refert, & sequitur Tiber. Decian.
cons. 30.num.24.lib.4. Sued. decis. 194. num. 3. Inferens
metum in casu isto est pater, cuius solam reuerentiam
in filio pro iusto metu sufficere voluerunt plures relati
à Menoch. cons. 1. numer. 492. & seq. quorum opinio
b licèt communiter non recipiatur, [b] negari tamen non
11 potest, † quin propter huiusmodi reuerentiam minor
metus requiratur, Franc. Marf. decis. 1090. num. 2. par. 1.
& quod sufficiat iunctis adminiculis, Alciat. cons. 1. n.
14. lib. 8. & dixit Rota in Valentina professionis 27.
Aprilis 1570. coram Cardinali Lancellotto. Accedit,
quòd Marchio, vt dicunt testes, erat multùm terribilis,
asper, & seuerus; quæ qualitas, præcipuè in persona,
12 † cui debetur reuerentia, est multùm considerabilis,
Alba post Ang. quem allegat cons. 77. num. 19. Felyn.
cons. 14. sub num 8. vers. & aduerto ad personam istam patris.
Ias. ex mente Bald. quem allegat cons. 3. col. penult. vers.
non obstat dictum. Bald lib 1. decis. Pedem, quæ alios cu-
mulat, & de communi testatur 179. post num. 10. Hon-
ded. cons. 29. sub num. 36. lib. 1. quam qualitatem magni-
fecit Rota in vna Neapolitana Professionis 15 Iunij
1598. coram bo.me Gypsio. Nec in contrarium faciunt
testes aduersarij dicentes, quòd erat homo placidus,
quia non loquuntur, quando erat iratus, & quando
contraueniebatur eius voluntati, vt loquuntur testes
Marchionissę, sed quando erat sedato, & tranquillo ani-
13 mo. Cum reuerentia paterna concurrunt † importunæ,
& continuæ persuasiones, quibus nomine Patris solli-
citabatur tàm à Nouerca, quàm à quodam Sacerdote,
c quæ sufficiunt [c] sine minis, & verberibus, Afflict. decis.
69. num. 4. Aym. consil. 461. num. 21. Honded. d. cons. 29.
num. 34. Huiusmodi enim persuasiones importunæ,
quando sumus in persona, cui debetur reuerentia, iu-
stum metum incutiunt, & vim coactionis habent, In-
noc. in cap. petitio, de iur. iur. Soc. cons. 263. num. 8. lib. 2.
Cur. iun. cons. 43. num. 18. Aym. consil. 10. num. 17. & d.
cons. 461. num. 11. Alba. d. cons. 77. num. 10. Io. Bapt. Ferret.
cons. 296. num 17. & seq. & fuit dictum in illa Romana le-
gatorum 13. Nouembris 1595. coram Orano, huius-
modi importunitatem suadendi considerauit Rota in
Valentina Professionis 15. Iunij 1587 coram Illustrissi-
mo Cardinali Pamphilio, & multò magis quia vltra
persuasiones apparet de repetitis contradictionibus
Marchionissæ, Aym. d. cons. 461. sub n. 11. de quibus con-
tradictionibus benè deponit Doct. Sebastian. Martinez
iuxta interrogatoriũ 2. art. in sum. n. 10. Consideranda est
etiam in parte magna illa indignatio, quam concepit ex
apocha, quam filia confecerat, & ex eo, quòd nolebat
14 suæ voluntati obedire, † quæ indignatio plurimùm con-
ducit ad incussionem metus, Boer. cons. 10. num. 37. vers.
& idem Abb. fuit dictum in illa Valen. Professionis co-
ram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Nec facit, quòd
ista indignatio processerit culpa Marchionissæ; cùm
15 non sit † pudoris virginalis eligere sibi maritum inscio
patre, c. honorantur, 32. quæst. 2. & propterea metus illatus
16 † ex sua culpa non debet illi prodesse, [d] l. si mulier, in
d princ. ff. quod met. caus. quia respondetur † hoc non pro-
17 cedere in matrimonio, quod nullum est propter me-
tum, licèt metuens in illum culpa sua inciderit, c. ve-
niens, il 2. vbi Franc. num. 6. in fin. Ant. de Butr. in 4. not.
de spons. Glos. in c. Clericum, in glos. vlt. 50. distinct. Abb.
in c. 2. num. 8. de his, quæ vi met. caus. fi. Alex. cons. 99. in
princ. lib. 3. Paris. cons. 61. num. 19. lib. 4. Rim. iun. d. consil.
77. num. 20. inter cons. matrim. Concurrunt etiam minæ,
18 † quæ cum reuerentia personæ debita minanti gene-
rant iustum metum, Bart. in l. 1. in fin. ff. quar. rer. act. non
dat. Dec. cons. 232. post n. 4. Purpur. qui de communi, d.
cons. 579. n. 6. Paris. cons. 26. n. 67. lib. 3. Alba de communi,
d. cons. 77. n. 5. Rolan. cons. 95. n. 30. lib. 1. † quæ minæ sunt 19
de his, quæ iustum metum ingerunt: tùm quia de nece
sunt, c. cum dilectus, de iis, quæ vi, met. caus. fi. Bald. & alij,
in l. interpositas, C. de transact. tùm quia de priuatione
successionis Marchionatus; iustus est enim timor amis-
sionis maioris partis bonorum, Bald. post Guidop. &
Cyn. in l. isti quidem. §. si is in fin. ff. quod met. caus. Abb. in
c. 2. num. 1. eod. tit. Paris. cons. 77. n. 34. lib. 1. latè Aym.
consil. 387. num. 19. & 20. Nec facit, quòd maioratus
ad illam spectasset ex prouisione maiorum, & propte-
rea pater in illo præiudicare non potuisset, quia vt di-
cunt testes, pater illum in maxima parte auxerat: & de
hoc augmento loquebatur, quod † vti separatum à Ma- 20
ioratu, illi non cedebat, sed erat sub libera dispositione
patris augentis, ad latè tradita per Molin. de primog. lib.
1. cap. 26. Nec etiam facit, quod istud contineat non
damnum, sed amissionem lucri, quæ non causat iustum
metum, quia vltra quod † non procedit, quando agitur 21
de amissione magni lucri, [e] Cyn. in l. interpositas, C. de e
transact. Ias. in l. Titia, sub n. 10. vers. 2. notabiliter ff. de verb.
oblig. Ruyn. cons. 121. n. 10. lib. 4. Neuiz consil. 47. n. 18. Ce-
phal. cons. 295. n. 17. Rol. cons. 100. n. 126. lib. 4. † Cùm aga- 22
tur de successione paterna filio quasi debita, potius so-
nat in damnum, quàm in amissionem lucri, l. vltim. ante
fin. C. de codicil. Bart. in l. si quis testamento, circa med. ff. de
cond. inst. Alex. cons. 144. n. 15. lib. 6. col. 1. Aret. cõs. 2. vers. pro
ista conclusione. latissimè Tiraq. in l. si vnquam, in præfat. n.
19. C. de reuoc. donat. licèt in hoc non sit laborandum,
cùm minæ sint etiam de morte, prout nec etiam est ne-
cessarium discutere, an in patre minante sit necesse
probare, quòd sit solitus exequi minas, de quo latè per
Rimin. iun. in repet. cap. 1. n. 17. de off. deleg. quia solitum
probant concludenter testes benè informati. Non ob-
stat, quòd non probetur Marchionissam fuisse præsen-
tem, quando pater minabatur, quia multùm est verisi-
mile, quòd pater fuerit illi in faciem minatus, † sed for- 23
san probari non potuit; quia minæ à patre illatæ sunt
difficilis probationis, Bertran. cons. 64. n. 5. par. 1. in antiq.
Boër. decis. 101. n. 1. Alba. d. cons. 77. num. 9. sufficit, quòd
fuerint Marchionissæ notificatæ à nouerca, & illo Sa-
cerdote qui adhibiti fuerunt mediatores ad terren-
dum, & minandum nomine patris. Multùm etiam at-
tendi debet † qualitas personæ metum patientis, vbi de 24
illius iustitia agitur, vt dictum est, & tradit Dec. in l.
in omnibus, sub num. 2. vers. & aduertendum, de reg. iur.
Purpur. d. cons. 579. n. 7. Boër. decis. 100. num. 2. Alba. d.
cons. 77. num. 2. Menoch. de arbitr. cas. 135. num. 4. & di-
xit Rota in illa Nicien. matrimonij, † sumus autem in 25
muliere, in qua requiritur minor metus, quàm in mas-
culo, glos. & Doct. in cap. quod locum, de spons. Innocen.
& alij in cap. cum causam matrimonij, de offic. delegat.
Calder. consil. 1. vers. tertiò quod sub titul. quod met.
caus. Anchar. consil. 24. sub numer. 7. Abb. consil. 4.
numer. 5. lib. 1. Felyn. consil. 14. num. 2. & 3. & in puerula,
vt dicit vnus testis, aut saltem in constituta in minori
ætate, † minor autem metus exigitur in minore, quàm 26
in maiore, & perfectæ ætatis, Paul. de Castr. consil.
174. post numer. 3. lib. 1. Purpur. d. consil. 579. numer.
7. Rimin. sen. consil. 15. numer. 22. Marchionissa etiam
valdè † metuebat patrem, vt plenè dicunt testes, 27
primus, videlicet, secundus, & tertius super 13. arti-
culo secundæ instantiæ, quæ qualitas est consideratio-
ne digna; prout eam considerat Alex. de Neuo cons. 3.
num. 7. in fine, ratione enim huius timiditatis minor re-
quirebatur metus, vt per Boss. de plur. violen. sub. n. 30.
Non est etiam omittendum, quòd Marchionissa non so-
lùm carebat matre, † quæ illam haberet confortare, sed 28
habebat nouercam, quę haberet illam terrere, & in odio
patris ponere, vt in proposito considerandum dicit
Paul. de Castr. d. cons. 174. n. 2. ad fin. quod in casu nostro
nõ stat in terminis præsumptionis, quia sumus in claris,
quòd

quòd nouerca assiduè terrebat Marchionissam, vt ipsa
fatetor, & deponunt alij testes. Ad probandum metum
in matrimonio adhibitum multùm confert vis, & me-
tus illatus, quo compulsa fuit Marchionissa ad negan-
dum cædulam à se conscriptam, tùm quia vis illa ten-
debat ad eumdem finem, videlicet, ad tollendum im-
pedimentum, quod præstabat matrimonio contrahen-
29 do cum Don Philippo, † tùm quia à solito benè argui-
tur incussio, & coactio, vt in proposito arguit Aym.
cons. 461. num. 8. in fine, Rimin. sen. consil. 15. num. 15. &
seq. Tiber. Decian. d. cons. 30. num. 20. lib. 4. Rota in illa
Romana Professionis coram Illustrissimo Cardinali
30 Pamphilio. † Conferunt etiam multæ protestationes
Marchionissæ de vi, & metu, quæ licèt illum non pro-
bent, l. metum, C. quod met. caus. multùm tamen coadiu-
uant, & operantur, vt faciliùs probetur, Ang. in l. metum
la terza, ff. eodem. Dec. in c. fin. sub num. 21. vers. benè ve-
rum est, de appell. Rip. in c. cum M. Ferrariensis, sub num.
93. vers. protestatio enim, de constit. Natt. consil. 50. num.
18. Couar. in epitom. de spons. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 12.
Honded. d. cons. 29. num. 55. Nec refert, quod non sint
factæ in actu contrahendi matrimonium, sed ante, Ge-
min. consil. 15. ante num. 13. Corn. d. consil. 41. num. 14.
Paris. consil. 60. num. 14. lib. 4. Couar. vbi supra sub nu-
mer. 12. vers. si verò fiat, prout nec etiam, quòd sint fa-
ctæ absente patre, & Don Philippo, glos. & Doct. in
cap. 1. de his, quæ vi, metúsve caus. fiunt. Rim. Bald. Paul.
de Castr. & Imol. in l. qui aliena, §. fin. vbi Ias. num. 46.
31 ff. de acquir. hered. latè Natt. consil. 451. numer. 22. † Ad
arguendum insuper metum maximè perpendi debet,
an contrahens esset in sua libertate constitutus, Bald.
cons. 117. sub num. 1. vers. 1. est, & 364. sub numer. 5. lib. 3.
Aym. consil. 49. num. 6. Rim. iun. cons. 215. num. 58. præ-
sertim in contrahendo matrimonio, in quo contrahen-
tis animus debet plurima securitate, & libertate gau-
dere, c. cùm locum, & ibi Abb. num. 4. de spons. Fel. dicto
consil. 14. sub num. 5. Io. Baptista Ferret. cons. 311. num.
7. Marchionissa autem, vt dicunt testes, custodiebatur
cum maxima vigilantia, & obseruabatur diligentissi-
mè, ne posset loqui cum aliqua persona, cui detegeret
animum suum, & Marchio pater vetuit, ne ipsa iret ad
confitendum peccata sua solitis confessariis, sed voluit,
quòd proprio ipsius Marchionis confessario confitere-
tur, & quòd non accederet ad aliquam Ecclesiam, nisi
ad Ecclesiam cuiusdam Hospitalis propè domum, vt
illi subtraheret tempus & locum loquendi cum ali-
32 quo in itinere, † quæ tàm diligens custodia proculdu-
bio excludit libertatem; imò plurimùm confert ad pro-
bationem metus, Barbat. cons. 14. num. 19. lib. 1. Corn. d.
consil. 41. sub num. 12. vers. maximè cùm custodirent, lib. 2.
Paris. cons. 61. num. 16. lib. 4. Aym. d. cons. 461. num. 7. in
fin. & num. seq. Rimin. iun. consil. 77. num. 19. inter cons.
matrimon. est enim talis custodia species carceris, Ful-
gos. cons. 5. ante fin. Ang. Aret. cons. 96. sub num. 2. Dec.
cons. 219. num. 5. Io. Baptista Ferret. cons. 311. post num. 8.
33 Aym. vbi supra. Prohibitio † etiam commercij, & lo-
quelæ non parùm conducit ad arguendum metum,
Aym. d. cons. 461. post num. 25. Alb. d. cons. 77. sub num. 7.
Grammat. decis. 103. sub num. 56. vers. maximè ex prohibi-
tione commercij, fuit dictum in illa Nicien. matrimonij.
Et Marchionissa, quæ desiderabat poni in libertate,
procurabat propterea Breue Nuncij Apostolici, post-
quam Archiepiscopus Hispalen. ad cuius officium spe-
ctabat, cap. cùm locum, vbi glos. in verbo, nihil etiam time-
re, & doct. de spons. illud expressè negauit, sed nec etiam
34 Breue obtinere potuit, & si † non est iustus metus,
quando adiri potest Magistratus, l. fin. in princ. ff. quod
met. caus. Bellon. cons. 18. num. 14. à contrario iustus erit in
Marchionissa, cui aditus vndique præcludebatur. Con-
siderare etiam oportet non solùm amicitiam, quæ ma-
xima erat inter Archiepiscopum, & Marchionem, prout

considerat Grammat. d. dec. 103. n. 62. sed etiam persua-
siones, quibus continuò vrgebat Marchionissam, vt
obediret patri, cùm enim prouenirent à persona, cui
Marchionissa reuerentiam debebat, iuxta tradita per
Aym. cons. 483. n. 16. incutiebant illi metum, vt dictum
est de suasionibus patris, considerandus est etiam abu-
sus iustitiæ, Angel. cons. 215. n. 3. in fin. Perpendebant
etiam Domini † seriem facti, & circumstantias, vt ad- 35
monet Alex. cons. 99. num. 7. circa med. lib. 3. Paris. cons. 53.
n. 55. lib. 4. & † modum insolitum, ex quo arguitur non 36
bona fides, vt dixit Rota in illa Nicien. matrimonij. Illa
enim nimia festinantia mittendi tabellarium pro ha-
bendo mandatum procuræ Don Philippi, & in aliis,
non carebat suspicione, Aym. consil. 6. n. 34. & similem
celeritatem ad arguendam fraudem, & metum adducit
Paul. de Castr. d. cons. 174. num. 3. circa med. vers. est etiam
hæc præsumptio, & considerauit Rota in illa Valētina pro-
fessionis coram Illustriss. Card. Pamphilio; imò in casu
nostro est manifestè fraudulenta, quia, vt dicūt expres-
sè testes, ista solicitudo erat, ne superueniret aliquod
impedimentum. Accedit pro metu, † quod matrimo- 37
nium fuit celebratum ianuis domus clausis, Alex. d.
cons. 99. sub n. 4. vers. item coadiuuant prædicti testes. Cæ-
phol. consil. ciuil. 2. sub n. 5. vers. tertia coniectura. Io. Baptista
Ferreti. cons. 311. sub n. 7 Petr. de Barbo. cons. 24. n. 20. &
21. inter cons. matrim. Rimin. iun. d. cons. 77. n. 18. † Item 38
astantibus famulis armatis, Corn. d. cons. 41. n. 10. & 11.
Paris. cons. 60. n. 15. lib. 4. Io. Baptista Ferrett. vbi supra, &
cons. 296. sub n. 13. Menoch. præsumpt. 4. n. 8. lib. 3. † & nul- 39
lis interuenientibus consanguineis, Alciat. cons. 5. n. 12.
lib. 1. Grat. cons. 38. n. 18. & 20. lib. 5. Ferrett. d. cons. 296. n.
11. post med. Menoch. d. præsumpt. sub num. 14. Concur-
runt etiam † alia indicia metus in ipsamet nocte, vt la- 40
mentationes, & conquestiones, quòd contra propriam
voluntatem inducebatur, & cogebatur ad contrahen-
dum, Aym. d. cons. 461. num. 11. Honded. consil. 29. num.
39. lib. 1. † Assiduæ lachrymæ, Menoch. d. præsumpt. 4. & 41
num. 11. & præsumpt. 126. num. 17. eodem lib. 3. Suspiria,
Alexan. d. cons. 99. num. 11. versic. secunda est præsumptio.
† Pallor vultus, mœstitia, delirium, Paris. cons. 53. n. 41. 42
lib. 4. Petr. de Barbo. d. cons. 24. num 20. & seq. Arguitur
etiam metus Marchionissæ non solùm à præcedenti-
bus, & ab iis, quæ circa actum contrahendi matrimo-
nium interuenerunt, sed etiam à sequutis † post matri- 43
monium, Alex. de Neuo cons. 3. num. 11. Paris. d. cons. 53.
num. 56. Grat. d. cons. 58. num. 53. & ad hoc deseruiunt
protestationes post illud emissæ, Anchar. consil. 299. sub
1. Alex. d. cons. 99. post num. 4. Grammat. decis. 76. num. 9.
Rim. iun. cons. 365. num. 81. & seqq. cum aliis per Me-
noch. d. præsumpt. 126. num. 23. & apertissimè demon-
strant maxima tristitia, & inconsolabilis afflictio, qua
Marchionissa afficiebatur, ploratus, & maximi clamo-
res, quos emittebat; dum ex ciuitate Hispalen. ducere-
tùr ad oppidum de Coria, ad ratificandum matrimo-
nium; ita vt ipsa præ nimia tristitia facta fuisset valdè
deformis, & omnes cogeret ad collachrymandum, vt
plenè deponunt testes in Summario Marchionissæ, n.
13. quod etiam contigit in actu ratificandi, quem fecit
cum magna displicentia, metu, & violenter, vt abundè
dicunt testes in dicto Summario à num. 13. vsque in finem.
† & ista violentia in ratificatione optimè detegit vio- 44
lentiam in ipso contractu adhibitam, vt per Rimin.
sen. cons. 15. num. 15. & pluribus seqq. Non est verum,
vt ex aduerso prætenditur, quòd intentio Mar-
chionis esset solùm, quòd filia non nuberet Don
Francisco, & indignationem, minásque processis-
se ex eo, quòd ipsa nollet illi nubere; quia sicut in-
tentio principalis filiæ non erat nubendi Don Fran-
cisco, sed impediendi, ne contrahere cogere-
tur cum Don Philippo; ita è conuerso inten-
tio patris prima erat, quòd nuberet Don Philippo,

non quòd se opponeret matrimonio cum Don Francis-
co : Primus enim testis in Summario *num.* 7. dicit,
quòd pater erat iratus, & colericus, quia Don Aotonia
sua filia recusabat nubere Doo Philippo, & secundus
ibi dicit, quòd Marchio dixerat vxori, vt illa suasi ooi-
bus, & minis induceret ad contrahendum cum Don
Philippo; decimus testis in Summario *num.* 3. dicit, quòd
pater numquam libeoter aspexit Marchionissam, nisi
postquàm nupsit Don Philippo; quintus *num.* 4. qoòd
fiebat violentia, vt contraheret cum Don Philippo; pri-
mus *num.* 4. quòd ita colericus euaserat intelligendo,
quòd recusabat nubere Don Philippo, & qoòd oisi ou-
psisset, illam interficeret; quod etiam dicunt tertius, &
sextus *num.* 6. & lam eorationes, ac protestationes Mar-
chionissæ, vt supra dictum est, noo erant, quòd impedi-
retur contrahere cum Don Francisco, sed quòd vi, &
metu cogeretur ad contraheodum cum Doo Philippo.
Noo obstat, quòd testes ex aduerso examinati videan-
tur dicere Marchionissam spontè, & libenter cootra-
45 xisse; quia, † cùm fuerit pro parte Marchionissæ proba-
ta vis, & metus, difficile est probari contrarium, Alban.
*d. cons.* 77. *num.* 12. imò quasi impossibile, Abb. *in cap. su-
per hoc, sub num.* 34. *de renunc.* Ias. *in §. quadrupl. num.* 72.
*Instit. de act.* sed quicqoid sit, sufficit, quòd in concursu
46 plus creditur † duobus testibus de metu, quàm mille
g deponentibus de voluntate spontanea, & libera, g In-
noc. *in dict. cap. super hoc.* Bald. *in l. obseruare, §. profecisse,
num.* 15. *in fine, ff. de offic. procons.* Rom. *in rub. ff. de arbitr.
num.* 22. *Alex. cons.* 156. *num.* 3. *lib.* 5. Purpur. *cons.* 282.
*num* 14. Crot. *cons.* 106. *num.* 27. Ias. *in l. interpositas, num.*
5. *C. de transact.* cum aliis per Gabr. *de testib. conclus.* 4. *num.*
15. Menoch. *dicta præsumpt.* 116. *n.* 31. quod sine seru-
pulo procedit, quaodo testes non solùm depoount de
metu, sed etiam de minis, & aliis actibus metum infe-
rentibus, Alciat. post Imol. quem allegat *cons.* 55. *num.*
22. *lib.* 2. Gabr. *d. conclus. num.* 16. Minus etiam verum
est, quòd testes sint singulares, quia imò sunt contestes
47 in multis saltem, † & vbi essent singulares, adhuc pro-
bareot metum, latè Crot. *cons.* 106. *in* 2. *dub.* Surd. *consil.*
48 395. *num.* 26. prout etiam † testibus singularibus pro-
bantur minæ, Gram. *decis.* 5. *num.* 15. Gabr. *de testibus, con-
clus.* 2. *num.* 56. Non obstat, quòd deducatur metus ad
49 effectum impediendi restitutionem vxoris marito, † quo
casu noo admittitur exceptio etiam notoria, *cap. porrò,
50 de diuort.* quia adest clausula † (*arbitrio*) quæ minuit iu-
ris rigorem, & operatur, vt possit à dicta regula recedi,
vt io hac specie cumulationis petitorij, & possessorij
fuit firmatum in Romana Cortiuij 6. Martij anni præ-
teriti coram R. P. D. meo Sacrato: Alia benè tolluntur
per informantes. Oppositiooes verò, quæ pro parte
Don Philippi, dantur contra examen, & testes Mar-
chionissæ Domini reseruarunt videre in alia positione.

*ANNOTATIO.*

a De hac materia metus in terminis matrimonij est viden-
dus Sanchez. *de matrim. lib.* 4. *per totum*, & plura etiam tra-
dit Gutier. *eod. tract. de matrim. cap.* 76. & 77. & circa me-
tus probationem, de qua in specie tractat hæc decisio
consulendi sunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 4. &
*præsumpt.* 26. & 27. Mascard. *de probat. concl.* 1055. *cum pluri-
bus seqq.* & omninò est videnda *decis.* 643. *per totam par.* 1.
*in recent.* quæ in multis conclusionibus canonizat hanc
decisionem.

51 b Et quòd † solus metus reuerentialis non sufficiat ad an-
nullandum matrimonium, nisi minæ, aut verbera, aut alius
metus adiungatur, plenè infinitos cumulans Sanchez *de
matrim. d. lib.* 4. *disput.* 6. *n.* 7. Gutierez *de matrim. cap.* 44. *sub
n.* 32. *vers. nihilominus*, & hoc procedit etiam si vna cum
metu reuerentiali concurreret læsio enormis, puta si ma-
trimonium fuerit contractum cum persona longè infe-
rioris conditionis, Sanchez *d. disput.* 6. *sub n.* 15. Gutier. *d.
disput.* 44. *n.* 43. Verùm licèt metus reuerentialis non suf-
ficiat ad annullandum matrimonium; tamen operatur,
quòd sufficiat minor metus, quàm aliàs requireretur, vt
firmatur in hac decisione, quam Rota etiam secuta fuit
in Toletana professionis 29. Nouembris 1614. coram
R. P. D. Vbaldo; an autem sufficiant solæ minæ, etiam si
non probetur, minantem solitum esse illas exequi, vide
Sanchez *d. disput.* 6. *num.* 20. & *seq.*

c De quo latè per Sanchez *d. lib.* 4. *disput.* 7. *sub n.* 3. & *seq.*

d Idem Sanch. *d. lib.* 4. *disput.* 8. *n.* 8. & *seq.* Gutier. *de matrim.
cap.* 76. *num.* 5. & 6.

e Et latè Sanch. *d. lib.* 4. *disput.* 5. *num.* 27. & *seq.*

f Et quòd protestationes multùm coadiuuent probatio-
nem metus, Seraph. *decis.* 859. *n.* 4. & *seq.* & fuit dictum
in Hispalen. Coadiutoriæ 25. Ianuarij 1610. coram Cardi-
nali Lancellotto, Surd. *decis.* 194. *num.* 26. etiam si fuerint
occoltæ factæ, Honded. *cons.* 23. *num.* 22. *lib.* 1. Gabr. *cons.*
149. *num.* 94. *lib.* 2.

g Latè Mascard. *de probat. concl.* 1055. Sanch. *d. lib.* 4. *disput.*
27. qui dat duas limitationes ad hanc conclusionem, quæ
penes ipsum videri possunt, Gutier. *de matr. d. c.* 78.
*num.* 7.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. decimarum de Ayamonte.

*Veneris* 22. *Iunij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Agitur de pluribus nullitatibus, quæ oppone-
bantur, quibus omnibus in decisione respon-
detur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remissoria quando est directa duobus Iudicibus, potest
vnus solus procedere stante alterius excusatione, declara
prout sub n.* 13.
*Regulariter autem remissoria per vnum tantùm ex
duobus Iudicibus remissorialibus executa processus est
nullus, & num.* 13.

2 *Suspicionis causa, quando sunt leues sperni possunt,
sufficit autem leuis causa pro recusatione Iudicis, &
num.* 14.

3 *Generalia verba sunt generaliter intelligenda.*

4 *Etiam in materia odiosa.*

5 *Statutum, quod emanat ad obuiandum fraudibus, est fa-
uorabile, & latè interpretandum.*

6 *Calumnia in recusatione Iudicis arguit calumniam, etiam
recusationis Notarij.*
*Prout etiam arguitur calumnia ex frequenti, & conti-
nua recusatione, & num.* 15.

7 *Suspicio Notarij cessat ex datione alterius Notarij
adiuncti, contrarium aliàs Rota tenuit, prout sub
num.* 16

8 *In testium examine attenditur tempus receptionis iura-
menti, non tempus examinis ad effectum, quòd dican-
tur examinati infra terminum datum, & n.* 17.

9 *Impedimentum temporis est subducendum de medio, vt
interim tempus examinis testium non currat.*

10 *Impedito non currit tempus.*

11 *Testes habentur pro ritè, & rectè examinatis in odium
partis præstantis impedimenta.*

12 *Delationes omnes ex stylo Rotæ censentur reuocatæ ante
publicationem sententiæ, quod intelligitur ad effectum
inualiditatis sententiæ, non autem ad effectum inuali-
dandi probationes post sententiam factas.*

DECI

## DECISIO CCCXXVIII.

FVit vnanimi Dominorum consensu resolutum examen testium vigore remissoriæ à Capitulo obtentæ
examinatorum esse validum non obstantibus oppositis
nullitatibus, post quam resolutionem compertum fuit
idem fuisse decisum vsque de anno 1586. 24. Ianuarij
coram bo. me. Orano, ad quod neutra partium aduer-
terat. Non obstat prima nullitas deducta ex eo, quòd
literæ remissoriales essent duobus Iudicibus directæ,
1 † & vnus tantùm processerit, [a] quia stante alterius ex-
a cusatione potuit, & debuit procedere, non solùm de
iure, *c. prudentiam, §. adiicimus, de offic. deleg.* c. *cùm plures,*
*eod. tit. lib. 6.* sed etiam ex forma tradita in literis, in qui-
bus mandabatur, quòd altero legitimam excusationem
proponente, aut procedere recusante, alter solus pro-
cederet, & propterea forma rescripti, quam pro se alle-
gat Marchio, in ipsum retorquetur, prout etiam decisio
Tirasonen. eleëmosynariæ, quæ pariter admittit vnum
tantùm Iudicem procedere posse stante alterius recu-
satione; excusationem autem pro legitima, & legitimè
probata habuit Rota, vt in decisione Orani. Et propte-
rea quia constitit non solùm de dicta excusatione, & de
plurimis, & maximis impedimentis, quæ Marchio pro-
pter suam potentiam præstabat, Rota secunda vice re-
scripsit soli Commendatario sancti Spiritus, & licèt in
rescripto dicatur *modo, & forma, quibus in literis remisso-
rialibus*, id tamen intelligebant Domini respectu
modi procedendi, non autem respectu coniudicis,
quem sciebant nolle procedere; aliàs vtrique lite-
ras direxisset. Alia nullitas ex recusatione Notarij
fuit in decisione bo. mem. Orani, reiecta, & ho-
die etiam habita pro irreleuanti, stante præsertim
decreto bo. mem. Cardinalis Lancellotti, quòd proce-
deretur quibuscumque recusationibus non obstanti-
2 bus; † abundè enim constabat causas suspicionis esse
leuissimas, vt propterea sperni potuerint, ad not. per In-
nocen. & alios *in cap. cùm specialis, de appellat.* dixit Ro-
ta in causa Senogallien. spolij 27. Iunij 1603. coram
b Illustrissimo Cardinali Pamphilio. [b] Nec facit, quod
obiicitur, decretum emanasse propter causas respi-
3 cientes personam Iudicis, non autem Notarij, † quia
verba sunt generalia, & generaliter sunt intelligenda
de quibuscumque recusationibus, *l. 1. §. quod autem, ff.*
4 *de aleat. lib. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præst.* † quod pro-
cedit etiam si essemus in materia odiosa, Angel. *in l. fin.*
*ff. de const. Princ.* Dec. *cons.* 534. *num.* 5. fortiùs igitur in
5 isto decreto, † quod cùm emanauerit ad obuiandum
fraudibus, & calumniis, fauorabile est, & latè interpre-
tandum, *l. 1. §. pecuniam, ff. de calum. cap. quanto, de priuile-
giis cap. si Ciuitas, de sentent. excommunic. lib.* 5. Dec. *cons.* 5.
6 *in fine.* Aym. *cons.* 518. *num.* 51. † Quando etiam decretum
loqueretur de recusationibus Iudicis in specie, ex ca-
lumnia in recusatione Iudicis benè argueretur ad ca-
lumniam recusandi Notarium, *l. si cui, §. iisdem, ff. de*
c *accus.* Dyn. *in reg. semel malus, num.* 1. *de reg. iur. in* 6. [c] &
vbi ex aliqua iusta causa Marchio habuisset suspectum
Notarium, cessasset omnis suspicio ex datione alterius
Notarij adiuncti, *Auth. si verò contigerit*, vbi Ias. *num.* 2.
*C. de iud.* fuit dictum in vna Toletana Decimarum 2. Iu-
d nij 1603. coram Illustrissimo Cardin. Pamphilio. [d] Alia
etiam nullitas sub prætextu, quòd testes fuerint extra
7 terminum examinati, non subsistit, † quia attento, prout
attendi debet, tempore receptionis, & iuramenti, Cal-
der. *cons.* 1. *de testibus*, latè Rom. *cons.* 445. *num.* 4. *& seq.*
e [e] Ex prorogationibus accuratè, & fideliter calculatis
pro parte Capituli, & subducto tempore, quo Marchio
plura de facto, & illicita obiecit impedimenta, etiam
mediantibus recursibus ad Iudices laicos, apparet fuis-
8 se iuratum in tempore, † est enim deducendum tem-
pus huiusmodi impedimentorum, vt in istis terminis
tradit Bald. *in l.* 1. *n.* 4. *C. de iur. calum.* Tiraquel. *de re-*
*tract. lign. §.* 12. *glos.* 2. *n.* 3. & facit regula generalis, † quòd 9
tempus non currit impedito ex mora, & culpa aduersa-
rij, vt not. *in Auth. Clericus, C. de episc. & Cleric. in l. fin. C. de*
*adult.* Aut dicendum, † quòd in odium Marchionis im- 10
pedimenta præstantis testes haberi debeant pro ritè, &
rectè examinatis, Fel. post alios *in cap. quoniam frequen-
ter, num.* 7. *vt lit. non contest.* Dec. *in cap.* 2. *num.* 51. *de test.*
Peregr. *decis.* 159. *lib.* 2. fuit dictum in vna Ianuen. Viri-
darij 27. Febr. 1595. & in Lunen. Sarzanen. Canoni-
catus coram Illustrissimo Cardinali Serapbino, & in
Ciuitaten. Scholastriæ 24. Martij 1597. coram Illustris-
simo Cardinali Pamphilio. Non obstat sententia bo.
mem. Cardinalis Lancellotti iuncto stylo Rotæ, secun-
dùm quem † omnes dilationes censentur renouatæ an- 11
te prolationem sententiæ; quia Domini hoc intellige-
bant ad effectum validitatis sententiæ, quia illis stan-
tibus esset nulla, *l. fine pars*, vbi Bald. & alij, *C. de dilat.*
Glos. *in cap. significante, in verbu (peruenire)* vbi Io. Andr.
& alij *de appell.* non autem † ad effectum inualidandi 12
probationes post sententiam factas, quod in casu no-
stro redditur clarum, ex quo post sententiam fuit
nouus terminus præfixus inhærendo remissoriæ, ex
quibus, & aliis per informantes deductis fuit resolu-
tum pro validitate examinis.

### ANNOTATIO.

a Et † quòd si remissoria sit directa duobus Iudicibus, exa- 13
men factum coram vno solùm non valeat, Rot. *decis.* 652.
*num.* 3. *par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Calaguritana Abba-
tiæ 28. Februarij 1597. coram Cardinali Pamphilio, & in
Tirasonen. eleëmosynariæ 25. Februarij 1604. coram Car-
dinali Lancellotto, & in Hispalen. primitiarum 16. Fe-
bruarij 1618. coram R. P. D. Pamphilio, & ista nullitas,
cùm respiciat defectum iurisdictionis, non est sanabilis,
etiam stante clausula (*arbitrio*) vt dixit Rota in d. Hispa-
len. primitiarum, licèt autem stante recusatione alterius,
qui non vult interesse examini, possit vnus solus proce-
dere, tamen requiritur negligentia, vel malitia recusan-
tis, aliàs non potest alter solus procedere, ita firmauit
Rota in dicta Hispalen. primitiarum, *per tex. in c. pruden-
tiam, §.* 1. & ibi Glos. *in verbo cum possit, de offic. deleg. &
cap. cùm plures, de offic. deleg. in* 6.

b Sufficit † quælibet leuis causa suspicionis, vt Iudex re- 14
pellatur. Rota *decis.* 2. *num.* 10. *&* 11. *par.* 2. *diu. & decis.* 93. *n.*
1. *par.* 1. *diuers.* fuit dictum in Gerunden. administrationis
coram Robusterio impress. penes Marches. *tom.* 2. *fol.*
386.

c Prout † etiam calumnia arguitur ex continua, & fre- 15
quenti recusatione vsque ab initio facta Rota *decis.* 563.
*in fin. par.* 1. *diuers.* Seraph. *decis.* 197. fuit dictum in Hispa-
len. primitiarum 31. Maij 1619. coram R.P.D. Pamphilio,
prout etiam, quando apparet calumniosa vna ex causis
expressis pro recusatione, præsumitur in totum recusatio
calumniosa, Rota *d. decis.* 563. *sub n.* 6.

d In contrarium, † quòd in Notariis non cesset suspicio per 16
dationem adiuncti, quia potest Notarius suspectus reue-
lare dicta testium, cui malo non prouidetur per datio-
nem adiuncti, dicit Rota *decis.* 604. *par.* 1. *diuers.* & aliàs
pluries fuisse tentum dicit Gonzal. *super reg.* 8. *in annot-
tat. contra nullitates, num.* 105. vbi testatur in Curia seruari,
quòd Notarius recusans omninò remoueatur.

e Et quòd testes, † qui fuerunt inducti, & iurarunt infra ter- 17
minum datum ad probandum, possint post terminum
examinari, est doct. Felyn. *in cap. licèt causam, num.* 19. *de
probat.* Rota *decis.* 3. *de testibus in nouis.* Vestr. *in prax. lib.* 6.
*cap. fin. num.* 8. Verall. *decis.* 185. *num.* 3. *par.* 3. Seraph. *decis.*
857. *num.* 21. & hoc procedit etiam si terminus sit datus
ad recipiendum, & examinandum testes, Rota *decis.* 27. *de
probat. in antiq.* & ratio est, quia dies examinis trahitur
ad diem iuramenti, vt dicit Felyn. *in loco præallegato*, qui
etiam dicit hoc habere locum, etiam si nulla diligen-
tia fuerit adhibita, vt testes infra terminum examina-
rentur.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Ciuitatis Castelli lucri dotis.

*Veneris 22. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Promissio dotis facta in scriptura priuata continente obligationem Cameralem est exequenda contra subscribentem, & illius heredem, etiam si careat testibus, & respondetur ad defectum non acceptatæ promissionis, & ad defectum stipulationis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Subscribens se obligat ad omnia contenta in scriptura, & tantò magis, si expresiè promittat contenta in illa.*
2 *Scriptura priuata probat contra subscribentem, & heredem, etiam si careat testibus.*
3 *Pater potest stipulari pro filia, & num.* 10.
4 *Etiam si filia sit absens.*
5 *Stipulari licèt ex causa dotis.*
6 ( Promissionis ) *verbum in scriptura importat stipulationem.*
7 *Hoc etiam procedit in scriptura priuata.*
8 *Dotis promissio non requirit stipulationem; cùm nudo pacto debeatur, imò in ea fingitur stipulatio, etiam si non interuenerit.*
9 *Dos, & donatio propter nuptias pari passu ambulant, & iisdem fruuntur priuilegiis.*

### DECISIO CCCXXVIII.

DOmini vnanimiter dixerunt apocham esse exe-
quendam; quia continet obligationem Camera-
lem, & aliàs in vim mandati A. C. in parte exequutio-
1 nem habuit, † quæ apocha, cùm fuerit à partibus sub-
scripta, obligat ipsas ad omnia in ea contenta, tùm ex
natura subscriptionis, ad cumulata per Gabr. *de praes.*
*concl.3 num* 1. tùm quia in subscriptione expresiè pro-
mittunt contenta in ea. Non obstat, quòd non habeat
a subscriptioné testium: † quia contra subscribentem, &
hæredem non requiritur, Rebuff. *in tract. de Ch. reg. n.*
84 *cum pluribus seqq.* Gabr. *de prob. st. concl. 9. num.* 1. & 2.
Nun obstat, quòd Ancilla esset absens, nemine pro ea
donationem acceptante; quia imò pater pro ea accepta-
3 uit promissiooem, † & potuit pro filia pacisci, & stipula-
a ri, [a] *l. quodcumque.* §. 1. & *l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.*
*not. in* §. *et qui, Instit. de inut. stipul.* Paris. *cons.* 76. *num.* 9.
4 *lib.* 3. licèt ipsa esset absens, † Pic. *in repert l. in quartam,*
*num.* 236. *in fine, ff. ad leg. Falcid.* M. I. *in ver. absens, num.*
5 1. Paris. *ibi*, † præsertim cùm donatio illa esset ex causa
dotis, ita vt nedum pater, sed etiam extraneus pacisci
potuerit, *l. Caius, ff. sol. matr.* Ias. *in l. stipulatio,* §. *alteri, num.*
b 30. *ff. de verb. oblig.* Paris. *d. cons. num.* 11. [b] Non obstat,
quòd dicitur de defectu stipulationis; quia vltra quod
6 negari potest talis defectus, † cùm verbum (*promitto*) in
scriptura importet stipulationem, §. *si scriptum, Instit. de*
7 *inut. stipul.* † quod etiam procedit in priuata scriptura,
Dec. *consil.* 107. *num.* 1 *ante med. vers. simpliciter promi-*
8 *serunt.* † dotis promissio non requirit stipulationem,
cùm nudo pacto debeatur, *l. ad exactionem, C. de dot. pro-*
*miss.* & in ea fingitur stipulatio, & competit actio ex
stipulatione, etiam si stipulatio non intercesserit, *l. vnica,*
*circa princ.* vbi Bald. & alij, *C. de rei vxor. act.* Nec facien-
da vis, an apocha loqoatur de dote, vel de donatione
9 propter nuptias, † cùm pari passu ambulent, & iisdem
fruantur priuilegiis, *Auth. dos data, C. de dot. propter nupt.*
& *Auth. æqualitas, C. de dot. promiss.* de scientia autem,
& approbatione Ancillæ, non est dubitandum, cùm in
vim dictæ apochæ sit secutum matrimonium, & ex aliis
deductis per informantes.

### *ANNOTATIO.*

a Et † quòd pater possit pro filiis stipulari, Surd. *decis.* 322. *num.* 1. vbi dicit hoc procedere non solùm respectu filiorum natorum, sed etiam nasciturorum, Menoch. *consil.* 1153. *num.* 8. hoc autem non procedit, quando pater stipularetur filiis post obitum suum; quia cùm in tali casu nihil sibi quærere possit, cessat ratio quare pater pro filiis stipulari possit, Rota *decis.* 489. *sub num.* 2. *vers. nec obstat, par.* 1. *diuers.* 10

b Bald. Nouel. *de priuil. dot. priuil.* 22. *num.* 2. cum aliis per Barbos. *in l. Caius, sub num.* 7. *ff. solut. matrim.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Perusina fideicommissi de Alphanis.

*Veneris 22. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Filij positi in conditione ex quibus coniecturis censeantur vocati.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filij in conditione positi non censentur vocati iuxta opinionem glossæ.*
2 *Ab hac opinione receditur ex coniecturis.*
3 *Filij positi in conditione quando sunt descendentes sufficiunt leuiores coniectura pro illorum vocatione.*
4 *Coniectura vocationis est, si in alia parte testamenti reperiuntur vocati.*
5 *Item degressus ad plures substitutiones, & maximè si in illis fuerunt substituti non solum remotiores, sed etiam extranei.*
6 *Item quando fuerunt positi in conditione cum qualitate legitimitatis.*
7 *Item si non semel, sed pluries fuerunt in conditione positi.*
8 *Item si vocati sunt filij substitutorum, multò enim magis censentur vocati filij hæredum primo loco institutorum positi in conditione.*
9 *Parentum commune votum est hæreditatem suam peruenire ad descendentes.*
10 *Coniectura vocationis filiorum in conditione positorum, quando singula de per se paterentur defectum, simul iuncta inducunt vocationem.*
11 *Hoc autem multùm pendet ab arbitrio Iudicis.*

### DECISIO CCCXXIX.

COnclusum fuit constare de fideicommisso ad fa-
uorem Marcelli Iunioris, & fratrum de Alphanis,
† ex eo, quòd fuerunt positi in conditione tanquam 1
filij Baldaxaris; licèt enim receptissima sit sententia,
Glos. *in l. Lucius, ff. de hered. instit.* quòd filij positi in
conditione non sint ex testamento vocati, sed tantùm
sit eis reseruatum ius legitimæ successionis, † attamen 2
sine controuersia est ab ea recedendum ex coniecturis
vocationem suadentibus, Soc. *in l. cum Auus, in fin. vers.*
*à quatamen, vt plurimùm, ff. de cond. & demon.* & *cons.* 14.
*num.* 3. *lib.* 3. Corn. *cons.* 146. *num.* 19. *in fin. lib.* 2. latè Il-
lustrissimus Cardinalis Mantica, *de coniect. vltim. vol. lib.*
11. *tit.* 2. *num.* 19 Put. *decis.* 215. *lib.* 3. & Rota passim ad-
mittit, & quando, † vt in casu nostro, descendentes te- 3
statoris

statoris sunt positi in conditione sufficiunt leuiores coniecturæ, Corn. *conf. 97. sub num. 3. verf. est enim iam vrgens, lib. 1.* Aym. *conf. 367 sub n. 9.* Illustrissimus Mantica *de coniect. lib. 13. tit. 2. in final. verb.* cum aliis per Peregr. *conf. 91. num. 34. lib. 1.* fuit dictum in vna Viterbien. fideicommissi 18. Decembris 1600. coram bo. me Litta, & in pluribus aliis relatis in illa Ciuitatis Castelli fideicommissi 14. Maij præteriti coram me: coniecturæ autem multæ, & vrgentes concurrunt, inter quas illa est
4 potissima, † quia hos, quos posuit in hac substitutione, in conditione vocauit in euentum, quòd hæredes instituti, & eorum patres committerent delictum aliquod dignum confiscatione bonorum, vt in indiuiduo est decisio Illustrissimi Cardinalis Millini in Spoletana Terrarum 21. Iunij 1599. magna enim est coniectura vocationis, quando in alia parte testamenti sunt expresse substituti, Ias. *conf. 108. col. 5. verf. Non quoque obstat, lib. 4.* Aym. *conf. 62. num.* 10. Ruin. *conf.* 160. *sub num. 14. lib. 2.* cum aliis adductis in illa Ciuitatis Castelli, in qua etiam apparet Rotam sæpiùs hanc coniecturam magni
5 fecisse. † Concurrit alia coniectura surgens ex digressu ad plures substitutiones, *ex. conf.* Anchar. 74. quod est magis communiter receptum, & à Rota approbatum ex latè deductis in dicta Ciuitatis Castelli; vbi etiam fuit dictum procedere sine difficultate, quando concurrit aliqua alia cóiectura, & quando sumus in descendentibus testatoris: cùm præsertim in sequentibus gradibus reperiatur substituti non solùm remotiores, sed etiam extranei, qui non sunt de familia testatoris, Rip. *in l. Centurio, sub n. 165. verf. 4. conclusio, ff. de vulg. & pup.* Alban. *conf.* 87. *num.* 12. cum aliis in dicta decis. citatis. Accedit, quòd non fuerunt positi in conditione filij
6 simpliciter, sed † filij legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreati, Socin. iun. *conf.* 110. *num.* 25. *& seq. lib. 3.* qui dicit hanc coniecturam multùm concludentem, cui nihil opponi potest, *& consil.* 145. *num.* 39. *eodem lib.* potentissimam appellat, cui nihil opponi potest, quam secutus est Thob. Non. *conf.* 31. *num.* 11. *verf. secunda est coniectura.* Rimin. iun. *conf.* 21. *num.* 44. Menoch. qui dicit non leuem coniecturam, *conf.* 325. *num.* 10. latè prosequitur Illustrissimus Cardinalis Mantica, *de coniect. vltim. volun. lib. 11. tit. 3. num. 7. cum pluribus seqq.* plenè Surd. *decis.* 162. qui dicit hanc solam vti vrgentissimam coniecturam sufficere; & amplexa fuit Rota in vna Bononien. de Pepulis 13. Nouemb. 1566. coram Robusterio; & in alia Bononien. de Filicinis 5. Iunij 1592. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino,
7 præsertim † quia non semel, sed bis fuerunt in conditione positi, ex quo arguitur maior coniectura vocationis, vt per Corn. *conf. 74. num. 5. & seqq. lib. 2.* & alios, quos refert, & sequitur Menoch. *præsumpt.* 76. *num.* 58. *lib.* 4. & dixit Rota in illa ciuitatis Castelli. Accedit,
8 quòd testator vocauit substitutos, † & substitutorum filios: vnde multò magis credendum, quòd voluerit vocare filiis institutorum, ne aliàs melioris conditionis sint minus dilecti, Ruin. *conf.* 140. *post num. 9. & 142. sub num. 11. verf. & istud, & lib.* 3. fuit latè deductum in illa Ciuitatis Castelli. Ex quibus coniecturis iunctis cum ratione omnibus substitutionibus annexa, scilicet, vt domus testatoris remaneat aperta, absque eo, quòd in ea inspiciatur mendicitas, ex prohibitione alienationis, aliisque coniecturis per informantes pro Alphanis deductis Domini vnanimiter censuerunt eos esse vocatos: Coniecturæ enim sunt multæ, & vrgentes, & agitur de
9 descendentibus testatoris, † facilè autem persuadetur, eum voluisse hæreditatem suam ad suos descendentes peruenire, cùm in hoc concurrat commune naturæ, &
10 parentum votú, *l. scripto ff. vnde lib.* † Et quando singulæ coniecturæ singulatim consideratæ parerentur difficultatem; attamen simul iunctæ manifestam inducunt vocationem, Bero. qui alios allegat, *conf.* 104. *num. 15. in fin. lib. 2.* Soc. iun. *conf.* 110. *num.* 28. *in fin. & num. seq. lib. 3.* Mich. Graff. de communi, *in § fideicommissum, quæst.* 14. *in fine*, dixit Rota in illa Spoletana bonorum in vna Montis Falisci fideicommissi 20. Nouembris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in illa Ciuitatis Castelli: † & Domini, à quorum arbitrio pendet 11
examinatio huiusmodi coniecturarum ex cumulatis à Surd. *d. decis.* 162. *num.* 11. censuerunt coniecturas pro vocatione adductas, multùm præstare coniecturis in contrarium adductis pro parte Sestij, & litis consortium, placuerúntque responsiones datæ pro parte illorum de Alphanis, & ex his fuit conclusum constare de fideicommisso ad eorum fauorem.

*ANNOTATIO.*

Vide circa materiam dictæ decisionis, supra *decis.* 315. & quod ibi dixi.

---

## Romana nullitatis executionis.

*Lunæ 25. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Plures nullitates deducuntur ex defectu mandati procuræ non exhibiti, & ex eo quia contra tertium fuit actum executiuè, & quia non fuit exhibitum instrumentum, vnde iustificatur sententia.

### *SVMMARIVM.*

1 *Mandatum procuræ non sufficit habere, sed debet etiam exhiberi, quando est facta protestatio neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato.*
*Hoc non procedit quando adest præsumptio mandati, & num. 5.*
2 *Executiuè non potest agi contra tertium possessorem, etiam si agatur in vim obligationis Cameralis.*
3 *Sententia, quæ non iustificatur ex actu, est notoriè iniusta.*
4 *Notoria iniustitia æquiparatur nullitati.*

### DECISIO CCCXXX.

PRo informante; sententia enim Audit. Cam. est nulla, quia coram eo nunquam fuit exhibitum mandatum procuræ comparentis pro Caballariis, † & tamen 1
fuerunt pro parte illorum de Gheitis protestatum, non audiri, nisi docto de legitimo mandato, quo casu non releuat, quòd verè esset Procurator, Bald. *conf.* 122. *circa med. lib. 3.* Aym. *consil.* 108. *sub num.* 1. latè Gabr. *conf.* 25. *à num.* 25. *vsque in fin. lib.* 2. Gutdop. *decis.* 129. & sæpè fuit resolutum,[a] est etiam nulla, † quia fuit actum exe- a
cutiuè contra tertios possessores, Ruin. *consil.* 87. *num.* 1. 2
*& seq. lib.* 4. Bero. *conf.* 47. *num.* 6. *lib.* 1. fuit dictum in vna Romana Computorum 18. Martij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Millino, in qua fuit additum hoc procedere etiam quando agitur in vim obligationis Cameralis. Rursus non apparet de exhibitione instrumenti venditionis cum pacto redimendi, licet fuerit protestatum nihil fieri, nisi eo exhibito, † ex quo sequitur, 3
non solùm sententiam non iustificari ex actis, & per consequens esse notoriè iniustam,[b] Paris. *conf.* 54. *num.* b
2. *lib.* 4. Cæs. de Graff. *decis.* 2. *de solu.* fuit dictum in vna Romana Vineæ de Scappucciis 11. Martij 1572. coram Binanino, & in vna Vlixbonen. beneficij 9. Iunij 1600.

4 coram me; & passim tenet Rota, † quæ notoria iniu-
stitia æquipollet nullitati, vt sæpissimè fuit decisum, &
signanter in vna Gadicen. Statutorum 19. Nouembris
1580. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, sed
etiam stante protestatione, sententiam posse dici verè
nullam, & sensit Rota in Romana Census 4. Decem-
bris 1595. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.

*ANNOTATIO.*

5 a Huiusmodi † protestatio non vitiat processum, etiam si
mandatum non exhibeatur, quando potest illud præsumi
ex notabili impensa, & ex exhibitione iurium facientium
ad causam, prout in specie dixit Seraph. *decis. 933. n. 2.* &
fuit dictum in Romana Mercedia 1615. coram R. P. D.
Manzanedo, & coram eodem in Eugubina Pensionis 7.
Aprilis 1617. Item nisi dicta protestatio fuerit in quoli-
bet actu repetita, censetur ab ea recessum, & non causat
nullitatem, vt habetur *supra in decis.* 44. & ibi alias con-
cordantes adduxi.

b De quo dixi *supra ad decis.* 1.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgen. Canonicatus.

*Lunæ 25. Iunij 1607.*

## ARGVMENTVM.

### Illegitimitas ex quibus probetur

*SVMMARIVM.*

1 *Illegitimitas probatur ex dispensatione petita reprobato Romano contrarium sentiente.*

2 *Absolutionem ab excommunicatione petens non fatetur se excommunicatum, quando petitur ad cautelam, & vide latè num. 18. vbi referuntur plura similia.*

3 *Absolutio ab excommunicatione in dubio est petenda.*

4 *Illegitimitas ex absolutione petita saltem præsumptiuè, si non plenè probatur.*

5 *Illegitimitas probatur ex probatione præsumptiua.*

6 *Illegitimitas probatur ex confessione emissa in dispensatione in qua narratur, quòd quis sit natus ex persona, cum qua non potest contrahi matrimonium.*

7 *Illegitimitas maximè probatur ex dispensatione, quando sæpius fuit petita.*

8 *Dispensatio præsumitur, quod fuerit impetrata ab eo, vel de mandato illius, de cuius interesse agitur propter impensam, quæ in expeditione requiritur.*

9 *Ratificatio inducitur ex retentione scripturæ penes se.*

10 *Item ex vsu illius.*

11 *Producens scripturam censetur fateri omnia in ea contenta.*

12 *Hoc procedit etiam si scriptura fuerit producta à Procuratore, quia censetur de mandato principalis producta, & vide num. 10.*

*Productio facta à Procuratore an, & quando præiudicet principali, & num. 20.*

13 *Extractio iurium sustineri debet, etiam si patiatur aliquem defectum, quando aliundè dicta iura iustificantur.*

14 *Illegitimitas probatur per publicam vocem, & famam.*

15 *Testes qui primò fuerunt examinati nulliter, si postea repetantur, sufficit quòd se referant ad illud primum examen nullum, & vide num. 21.*

16 *Nuncius Hispaniarum habet iurisdictionem in causis beneficialibus.*

17 *Interrogatoriorum defectus regulariter non vitiat examen, & vide num. 22.*

19 *Supplicatio an præsumatur porrecta ab eo, vel de mandato illius, qui pro oratore in ea est nominatus.*

*Examen factum sine interprete de iure est validum, & num. 23.*

## DECISIO CCCXXXI.

COnclusum fuit constare de illegitimitate Franci-
sci, & quoad istud caput etiam gratiam Michaëlis
esse iustificatam, † probatur enim primò ex dispensatio- 1
nibus tàm à Sede Apostolica per viam sacræ Pœniten-
tiariæ, quàm ab Ordinario, & à Nuncio Hispaniarum
obtentis, Bald. *in l. 2. num. 1. C. de iur. aur. annu.* Alex. *in l.
decem, num. 34.* & ibi etiam Ias. *post num. 18. vers. quartò
quòd. ff. de verbor. obligat.* Dec. *in l. non videtur rem amit-
tere, num. 3.* Cagnol. *sub n. 1. ff. de regul. iur.* Fel. *in c. litteras,
sub n. 19. vers. & inde,* Bald. *de præs.* Et authoritas Rom.
contrarium sentientis, *in l. 1. ff. de non. oper. nunc.* in con-
cursu tot Doctorum non videtur habenda in conside-
ratione, cùm præsertim dictum Bald. comprobetur
multis similibus adductis per Alex. *in d. l. decem, à num.
33. vsque in fin.* & latiùs per Ias. *num. 18. cum duobus seqq.*
a Non obstat, † quòd petens absolutionem ab excom- 2
municatione non fateatur se excommunicatum;[b] quia a
hoc procedit, quando petitur ad cautelam, vt in termi- b
nis nostris respondit Rota in vna Meliten. Abbatiæ
27. Aprilis 1592. coram bo. mem. Gypsio, & tradit Io.
Andr. *in cap. venerabilem, sub num. 32. de elect.* † vltra quod 3
in excommunicatione solet, imò debet in dubio peti
absolutio, *cap. illud, de Cleric. excommun. ministr.* quod non
contingit in legitimatione, seu dispensatione. Et vbi di-
ctum Bald. & sequacium haberet difficultatem quoad
veram probationem, † negari tamen non potest, quin 4
saltem oriatur probatio præsumptiua, Ias. *in l. 1. num. 4.
ad fin. ff. de nou. oper. nunc.* Couar. *in repet. cap. alma mater,
s. par. §. 12. num. 1. circa med. de senten. excommun. lib. 6.*
† quę probatio præsumptiua admittitur ad probandum 5
illegitimitatem, Bald. *in l. vulgò, circa princip. ff. de stat. hom.*
Natt. *cons. 473. n. 39.* latè Bero. *quæst. 90. per tot.* Cardin.
Paleott. *de noth. & spur. c. 16. num. 2. & 3.* fuit dictum in
Romana hæreditatis à Bordisiera 10. Decembris 1576.
coram fœl. rec. Clemente VIII. Tantò magis, quia
non sumus in illa nuda, & simplici confessione resul-
tante à sola petitione dispensationis, quam præsumpti-
uam appellant Ias. & Couar. tacitam Paul. de Castr. *in
d. l. decem, post num. 4.* † sed sumus in expressa, quia expri- 6
mitur, quòd Franciscus erat natus ex Presbytero, & so-
luta, quæ sine aliqua difficultate plenè probat, Paul. de
Castr. *ibi,* Abb. *in cap. exhibita, in fine de homicid.* Alex. *con-
sil. 88. sub num. 10. lib. 7.* Caputaq. *decis. 226. num. 2. par. 2.*
fuit dictum in illa Meliten. Abbatiæ, in qua dicitur hoc
prius fuisse dictum in Cæsaraugustana Status de Mo-
rata coram bo. me. Bubalo: Considerando † etiam, 7
quòd sępiùs fuit petita dispensatio, vt considerauit Ro-
ta in illa Meliten. Non obstat, quòd non appareat di-
ctas dispensationes fuisse impetratas à Francisco, † quia 8
præsumendum, quòd ab ipso fuerint impetratæ, vel
saltem de eius mandato propter impensam, quæ in ea-
rum expeditione requiritur, Cassad. *decis. 3. num. 4. de
Procur.* Caputaquen. *decis. 590. num. 4. par. 1.* [c] & in no- c
stris terminis fuit dictum in illa Meliten. Abbatiæ; præ-
sertim propter illarum pluralitatē, quæ omnem suspi-
cionem fraudis excludit, Aym. *cons. 375. num. 11.* Cessan-
te autem mandato non deesset ratificatio, & approba-
tio Francisci, † tùm quia eas apud se retinuit, vt latè per 9
Gabr. *de præs. conclus. 4.* † tùm quia eis fuit vsus, Rot. *de* 10
*cis. 39. de procur. in nou.* Caputaq. *decis. 193. num. 2. par. 5.* fuit
dictum in illa Cæsaraugustana Status coram bo. me.
Bubalo,

Bubalo,& in Meliton. Vsus enim probatur non solùm
ex ipsarum effectuatione,cùm illarum vigore obtinue-
rit ordines, & beneficia, ad quæ sine dispensatione
non fuisset admissus. Sed etiam ex illarum productio-
ne,ita enim illum considerant dictæ decisiones,& facit
11 regula, † quòd producens scripturam censetur fateri
omnia in ea contenta, Glos. *in l. 1.§.editiones, in ver.die,*
*consul.ff.de eden.* Lap. *allegat.* 119. *num.1. vers.in eo enim,*
Bald. *in cap.præsentium, num.2.de rest.* Roman. *cons.63. n.*
5. Alex. *cons.* 185. *num.12.lib.6.* Nec facit, quòd Francis-
12 cus eas non produxerit,sed Procurator; † quia verisi-
mile est, & plusquàm verisimile, quòd Procurator eas
habuerit à Francisco, & de eius mandato produxerit,
Aym. *cons.80.num.4.in fin.& num.seq.* Modern. *de nullit.*
d *tit.vltim.num.95.* qui alios cumolat.[d] Non obstat,quòd
obiicitur, scripturas non fuisse formiter extractas; quia
contrarium ostendunt informantes pro Michaële;ces-
sat enim potissima nullitas opposita ex defectu man-
dati Io.de Cespedes,quia de eius mandato constat,cùm
fuerit constitutus vna cum Ioanne de Viuanco,& Fran-
cisco della Torre: nec dubitari potest de acceptatione
mandati, cùm fecerit totum processum remissorialem
nomine aduersarij. Nec releuat protestatio, quòd in
processu compulsoriali deberent citari Franciscus del-
la Torre, & Io. de Viuanco, quia talis protestatio non
fuit inserta, nec à tergo literarum compulsorialium
iuxta stylum solitom adnotata, ita vt Procurator Mi-
chaëlis non potuerit de ea habere notitiam;nec mirum
si fuit omissa,quia remissoria fuit decreta die 6.Octobr.
1604.protestatio autem facta fuit 9. eiusdem, de quo
13 tempore iam erãt expeditæ literæ remissoriales;† quan-
do etiam extractio pateretur aliquam difficultatem,su-
stineri deberet ex eo, quòd scripturæ extractæ satis ve-
rificantur;tùm ex eo,quòd licentiatus Gaspar de Zioa-
zo delato sibi à Iudice remissoriali iuramento,& osten-
sis titulis declarauit esse illos, quos tamquam prouisos
inuenit in domo Francisci, quia venerat ad illos inuen-
tarizandum,nonus testis vidit dispensationem Nuncij,
de qua etiam deponit octauus. Adsunt testes, qui non
solùm adminiculant dictas scripturas, sed etiam per se
probant;inter quos adest tertius benè informatus, quia
dicit, quòd quando mortuus est Petrus pater, Francis-
cus erat quinque, vel sex mensium, & remansit in do-
14 mo ipsius testis,deponit de publica voce, & fama,† per
quam probatur illegitimitas, Bald. *l.vulgo, circa princ.ff.*
*de stat.hom.* Alex. *cons.78. num. 11.lib. 7.* cum aliis,quos
15 refert, & sequitur Burs. *cons.88. num. 13. & 14.* † Non
obstat, quòd isti testes fuerint primò nulliter examina-
ti,quia sufficit,quòd fuerint coram Nuncio formiter re-
petiti,& satis est, quòd in repetitione se referant ad il-
lud primum examen, Bart. *in l.eos, num.6. C. ad leg. Cor-*
*nel. de fals.* Alex. *in l.legata inutiliter,num.7.* & ibi Claud.
*num.8.ff.de leg.1.* Caput. *decis.337.lib.1.in manuscript.* fuit
dictum in Toletana pensionis 17. Nouembris 1567. &
in vna Calaguritana Matrimonij 14. Nouembris 1575.
e coram Illustrissimo Seraphino.[e] Nec obstat nullitas,
quæ examini obiicitur ex defectu iurisdictionis in be-
16 neficialibus,† quia imò Illustriss. Cardinalis Gymnasius
tunc habebat iurisdictionem in causis beneficialibus,
vt fuit dictum in Abulen. Cappellaniæ 20. Iunij 1603.
coram Illustrissimo Cardinali Millino,& in eadem re-
petitum 9. Decembris 1605. coram R. P. D. Marque-
montio: Non verificatur, quòd testes non fuerint exa-
minati super omnibus interrogatoriis, sed potius con-
trarium ostendunt informantes pro Michaële, quatuor
enim fuerunt à Prouisore Burgen. examinati sine inter-
f rogatoriis,[f] qui licèt sint repetiti coram Nuncio, illis
17 tamen non vtitur Michaël, † vltra quòd talis defectus
regulariter non vitiat examen, Alex. *consil.171.n.9 lib.2.*
Dec. *in c. licèt causam, n. 56. de prob.* Ægid. *in c.per tuas,*
*num.15.de testib.* Put. *decis.427.lib.1.& 417.n.2.lib.2.* Alia
benè tolluntur per informantes pro Michaële; & pro-
pterea omnibus simul iunctis fuit resolutum constare
de illegitimitate Francisci.

### ANNOTATIO.

a Idem tenet Surd. *cons.552.num. 12.*
b Et † quòd petens absolutionem ab excommunicatione 18
non fateatur se excommunicatum, Rota *decis.5.de except.*
*in antiq.& decis.11.de sentent.excommunicat.in antiq.* & Ro-
ta *decis.55. num. 2. inter impress. per Farinac. post 1. lib. cons.*
Becc. *cons.35.num. 31.* vbi reddit rationem, quia absolutio
plerumque petitur ad cautelam, quod tamen non pro-
cedit, quando in precibus narratur factum tale, ex quo
resultat excommunicatio,ita declarat Rota *d. decis.55.n.2*
& fuit dictum in Meliten. Abbatiæ 27. Aprilis 1592. co-
ram Gypsio, Couar. *in cap. alma mater, par.1. §.12. num.3.*
*de sentent.excommunicat in 6.* prout nec etiam componens
se cum fisco censetur fateri delictum,quia dicta compo-
sitio potuit fieri ad redimendum se à vexatione, Gabr.
*de malef. conclus. 23. n.5. & seq.* Seraph. *decis. 352. num.5.*
nec minùs Banditus supplicans Principi pro restitutio-
ne,censetur fateri delictum,prout dixit Rota in Vrbeuen-
tana hæreditatis 3. Aprilis 1620. coram R. P. D. Manza-
nedo.
c Licèt Oldrad. † *cons.126.* simpliciter teneat,quòd suppli- 19
catio præsumatur impetrata ab eo,ad cuius fauorem can-
tat,tamen Rota non seruat dictum cons. Oldrad. simplici-
ter,nisi quando vlterius concurrit impensa notabilis, vel
materia est difficilis impetrationis, Sarn. *de annal. quæst.*
*32. sub. n.6.* Seraph. *decis. 560.* fuit dictum in Verdunen.
electionis Episcopatus 15. Nouembris 1593. coram bo.
me. Card. Pamphilio,& in Parmen. beneficij 11. Decem-
bris 1604. coram Cardinali Sacrato; vbi dicitur, quòd
aliàs daretur magna occasio fraudibus; & hoc procedit
etiam si ille, qui est nominatus pro oratore in supplica-
tione, esset præsens in Curia, & etiam si supplicatio esset
registrata, prout latè dixit Rota in Burgen. Abbatiæ de
Salas 20. Nouembris 1615. coram R. P. D. Vbaldo, per
quam censetur recessum à *decis.529. par.1. in recent.* facta
in eadem causa,vbi Rota tenuit præsumi supplicationem
porrectam ab eo,qui pro Oratore est nominatus,quando
ille enunciatur præsens in Curia.
d Et idem † tenuit Rota in Romana de Aronis 20. Iunij 20
1614. coram R.P.D. Vbaldo,& *in decis.614 n.3.in fin.par.1.*
*in recent.* vbi dicitur quòd productio iurium facta à Pro-
curatore præiudicat principali,non secùs ac si esset facta
ab eodem principali, & est decisio Verall. *193. n.3. par.1.*
vbi dicit, quòd confessio tacita resultans ex productione
iurium facta per Procuratorem nocet principali, licèt
secùs sit in confessione expressa Procuratoris. Verùm in
contrarium, quòd productio iurium facta à Procuratore
non præiudicet principali, tenet Rota *decis.593.sub num.5.*
*vers. & ad productionem.par.2.in recent. & in decis. 285.sub*
*n.4.vers.accedit eodem,par.2.in recent.* & facit,quia ista pro-
ductio sapit tacitam confessionem, & sicut confessio ex-
pressa Procuratoris non præiudicat principali,multò mi-
nùs præiudicare debet tacita, cùm tacitum non debeat
plus operari,quàm expressum,Surd.post alios, *cons. 29. in*
*fin.* sed ad concordiam possunt reduci dictæ decisiones,
vt,scilicet,prima opinio procedat in productione iurium,
quæ verisimiliter Procurator aliunde habere non potuit,
quàm à principali; secùs si verisimiliter aliunde habere
potuit,quæ distinctio benè colligitur *ex dicta decis.285.sub*
*num. 8. vers. accedit*, dum ibi consideratur, quòd priuile-
gium productum non fuit à principali de partibus trans-
missum, sed vti notorium per Procuratorem in Curia re-
pertum.
e Et licèt hæc opinio,quòd scilicet,† testis possit se referre 21
ad aliud examen nullum, sit multùm controuersa, vt pa-
ret ex trad. per Farinac. *de test.quæst. 66.n.3. & seq.* tamen
illam Rota passim sequitur,vt penes Verall. *decis. 247. par.*
*3.& decis. 430. num.4. par.1. diuers.* vbi dicitur, quòd Rota
sæpiùs hanc opinionem tenuit,quod etiam tenuit in Con-
chen. Cappellaniæ 17. Martij 1608. coram R.P.D. Orrem-
bergo, & latè in Carthaginen. Canonicatus 16. Ianuarij
1609. coram Cardinali Lancellono,& in Toletana hære-
ditatis 6. Iunij 1618. coram bo. mem. Andrea, & esse ma-
gis communem, & magis veram attestatur Farinac. *d.*
*quæst. 66. num. 43.* Vnde non est attendenda *decis. 720.*
*num. 4*

*num.4.par.1.in recens.* dum ibi dicitur, quòd testes de nouo examinandi non debent se referre ad primum examen, sed quòd explicitè, & per extensum debeant deponere absque relatione ad primum examen nullum, est enim contra communem sæpiùs à Rota firmatam.

22 f Exameo sine interrogatoriis † est validum, Alex. *cons.* 172.n.9.*lib.*2. Ruin. *cons.*3.*num.*4.*lib.*4. Put. *decis.*427.*lib.*1. fuit dictum in Toletana hæreditatis 6. Iunij 1618. coram bo.mem. Andrea, & fuit etiam dictum coram Sanctissimo, *infra decis.*351. sed tamen testes non probant, nisi repetantur, prout pluries fuit in Rota resolutum, quas decis. refert Farinac. *de test. quæst.* 73. *sub n.*6. vbi latè tractat de hac materia, & idem tenuit Rota penes Seraph. *decis.*702. *n.* 4. & quoad caput validitatis examinis illud procedit, etiam si interrogatoria essent in actis producta, quando non est facta protestatio, quòd testes non examinentur sine interrogatoriis, ita fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Mauris 24. Nouembris 1606. coram Cardina-
23 li Lancellotto, prout etiam examen † factum sine interprete est validum, ex traditis per Scac. *de iudic. lib.*2.*cap.* 8. *n.* 925. & fuit dictum in Toletana hæreditatis 6. Iunij 1618. coram bo. mem. Andrea, vbi dicitur hunc stylum adhibendi interpretem solùm vigere in Curia

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. Sepulturæ.

*Luna* 25. *Iunij* 1607.

### ARGVMENTVM.

Sepultura possideri non potest, nisi constet de illius existentia, quæ designatur ex effossione, humatione, & similibus. Clausula (*sine præiudicio tertij*) operatur, vt non censeatur acquisita possessio in præiudicium tertij.

### *SVMMARIVM.*

1 *Possideri non potest, quod non est in rerum natura.*
2 *Sepultura designatur ex effossione, humatione, & similibus.*
3 *Sepultura possessio non infertur ex possessione loci.*
4 *Clausula* ( sine præiudicio iurium alterius ) *operatur, vt non censeatur acquisita possessio in præiudicium iuris alterius.*
5 *Et maximè, quando ista clausula est adiecta in ipso actu traditionis.*
6 *An clausula* (sine præiudicio) *preseruet ius in petitorio tantùm, an verò etiam in possessorio, & an inducat conditionem suspensiuam, vel resolutiuam.*
7 *Intelligitur præterquam quoad expressa.*

### DECISIO CCCXXXII.

Causa iterum proposita super eisdem Domini steterunt in decisis rationibus, de quibus in decisio-
1 ne, † impossibile enim est sepulturam, quæ non est in rerum natura, possideri. Nec facit, quòd dicitur de possessione loci, in quo prætenditur sepultura, quia ille locus potest ad alios effectus forsan possideri non ad
2 istum, † quia requiruntur certi actus, vt effossionis, vel humationis, vel similis, designantes sepulturam, sine
3 quibus nec constitui, nec possideri potest, † & propterea de possessione loci ad possessionem sepulturæ inferri non potest, & Papa intellexit quòd actu adesset sepultura formalis & in esse deducta, concessit enim sepulturam olim concessam perpetuam Pampilonen. Guglielmo, non autem concessit locum ad effodiendam foueam pro sepultura, & in omnem euentum, vt in decisione dicitur, siue agatur de loco, siue (vt verius est) de sepultura prætensa, possessio tradita fuit iuxta for-
4 mam Breuis, † & sic cum clausula in eo posita (*sine præiudicio iurium alterius*) ita vt nulla possessio posset dici esse quæsita contra eum, pro quo est facta reseruatio, Put. *decis.* 32. *lib.* 2. cum aliis adductis in decisione. a
quod sine difficultate procedit, † cùm clausula sit adie- 5
cta non solùm concessioni, sed etiam traditioni, iuxta tradita per Cæs. de Grass. *decis. vlt. de restit. spol*

### *ANNOTATIO.*

a Est controuersa opinio an d. clausula ( *sine † præiudicio*) 6
præseruet ius in possessorio, an verò in petitorio tantùm, de quo latè per Hond. *cons.*86.*num.*44.*& seq. lib.*2. & non præseruare nisi iura in petitorio fuit sæpiùs tentum, vt penes Mantic. *decis.*332. & Seraph. *decis.* 756.*n.*2. & in Romana census 13. Maij 1608. coram R.P.D. Coccino Decano, & in alia Romana census 24. Nouembr. 1608. coram R. P. D. Marquemontio, & per priùs in Romana Præcedentiæ 15. Iunij 1590. coram bo. mem. Orano. In contrarium autem, quod præseruet ius tàm in petitorio, quàm in possessorio, pluries Rota tenuit sequentem decisionem Put. 32. *lib.*2. *vt in decis.* 1013. *par.*3. *lib.*3. *diuers.* Seraph. *decis.*403. *num.*1. *&* 2. & in Romana domus de Cardellis 17. Maij 1609. coram R. P. D. Caualerio, & in Sancti Seuerini bonorum 1611. coram Cardinali Sacrato, vbi dicitur, quòd stante tali clausula, vel censetur præseruata possessio alterius, vel quatenus id verificari non possit, vitiabitur possessio alteri data cum d. clausula, & fuit etiam dictum in Ciuitatis Castelli 3. Iulij 1617. coram R. P. D. Vbaldo, vbi dicitur non censeri præiudicatum iuri alterius quoad possessionem, nec etiam ad effectum manutentionis, & quod præseruet iura tàm in petitorio, quàm in possessorio, tenet etiam Peregr. *de fideicom. art.*47.*n.*29. *& art.*48. *sub n.*36. *& cons.*2. *sub n.*63. *vers. & in summa, lib.*1. Marescot. *variar. lib.*1. *cap.*55. *num.*31. & pro hac opinione facit illa ratio, quia appellatione iuris venit etiam possessio, *l. peregre, in princip. ff. de acquiren. possess.* Verùm concordari possunt dictæ decisiones, vt scilicet, prima opinio procedat quando versamur in actu possessorio voluntariè facto ab eademmet parte, puta, quando quis soluit sine præiudicio iurium suorum, vel dimittit possessionem, seu alteri tradit sine præiudicio iurium suorum, tunc enim pars sibi non præseruat possessionem, sed constituit aduersarium suum in possessione manutenibili, & in his terminis verè loquuntur decis. allegatæ pro prima opinione, aliæ verò decisiones pro contraria parte loquuntur, & procedunt in actu facto à Iudice, puta, quando Iudex dat immissionem cum dicta clausula; quia Iudex nullo modo potest partibus in aliquo præiudicare, & vt dicit Peregr. *de fideicomm. d. art.* 48. *sub n.*36. constat intentionem Iudicis esse nolle in iure suo alicui præiudicium inferre, quando apponit dictam clausulam, & subdit, quòd dicta clausula rem integram constituit, perinde ac si nihil esset per Iudicem gestum.

Et in his terminis locum habet illa conclusio, quòd clausula (*sine præiudicio*) reddit actum conditionalem, si & quatenus præiudicium ex actu alicui non inferatur, Peregr. *de fideicommiss. art.*47. *sub num.*29. *vers. & ideò*, Marescot. *d. cap.* 137.*n.*1. Marta *de clausul. par.*1. *claus.*157. *num.*2. qui alios referunt. Quod tamen est intelligendum de conditione non suspensiua, sed resolutiua, hoc est, quòd constito de alterius præiudicio, & iure, actus resoluatur, interim autem actus gestus cum dicta conditione habetur pro puro, benè Peregr. *d. art.*47. *sub n.*29. *vers. intellige*, Hond. *consil.*86.*n.*44. *lib.*2. Seraph. *dec.*877. *n.*2. *&* 3. vbi dicit, quod possessio data cum dicta conditione censetur purè data, quamdiù non apparet alium habere potiora iura, optimè Rota *in dec.*513. *sub n.*3. *par.*1. *in recent.* & faciunt in simili, quæ dixi supra *ad dec.* 350. de clausulis ( *dummodo alicui ius quæsitum non sit* ) & ( *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat.*) Et ideò possessio, quæ erat vacans acquiritur non obstante, quòd fuerit tradita cum dicta clausula ( *sine præiudicio iurium* ) quia dicta clausula solùm præseruat possessionem alterius plenam, Cæs. de Graff. *decis.*3.*n.* 3. *&* 4. *de verborum significat.* Rota *d. decis.*513. *num.*3. & fuit dictum in Romana domus de Cardellis 4. Decembr. 1617. coram R. P. D. Caualerio, & in Sabinen. Castri Mompei 7 Febr. 1618. coram R.P.D. Verospo, & fusè tradit Hond. *consil.*86. *num* 52. *lib.*2.

Circa quam clausulam (*sine † præiudicio*) passim etiam Rota 7
sequitur consil. Oldrad. *cons.*230. quod, scilicet, intelligatur de

tur de alio præiudicio, præterquam quoad expressa, Seraphin. *decis.756. n.2. & decis.1445. n.4.* Rota *dec. 236. n 3. par.1. diuers.* cum aliis per Hond. *d. cons. 86. n. 46.* & per Mart. *d. claus. 157 n 3.* qui alias decisiones Rotæ refert.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Argentorum.

*Mercurij 27. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis 151. habet locum in fideiussione, & in omnibus aliis contractibus, in quibus mulier, vel minor lædi possunt, & requirit causam, quæ respiciat vtilitatem mulieris, & minoris.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis 151. habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulier, vel minor lædi possunt, & latè sub num. 9.*

2 *Fideiussio est contractus de sui natura læsiuus.*

3 *Mulier non potest fideiubere, maximè ad fauorem mariti.*

4 *Statutum Vrbis 151. requirit non solùm causam, sed etiam plenam cognitionem circa dictam causam.*

5 *Et dicta causa debet respicere personam mulieris, & illius vtilitatem, vel saltem quòd non tendat in eius præiudicium, & approbari debet à consanguineis, & à Iudice, de quo vide sub num. 10. vbi allegantur decisiones in contrarium.*

6 *Consanguinei debent iurare, quòd mulieri non præiudicat obligatio.*

7 *Fideiussio vxoris pro marito est læsiua, quando non potest in bonis mariti habere releuationem.*

8 *In fideiussione mulieris non debet tolerari aperta læsio fideiubentis, prout esset quando fideiuberet sine spe releuationis.*

### DECISIO CCCXXXIII.

Resolutum fuit Marchionissam ad aliquid non teneri; imò eius obligationem esse nullam ex dispo-
1 sitione Statuti Vrbis *lib.1. cap.151.* † quod habet locum
in omnibus contractibus, in quibus minor, vel mulier
a lædi possunt,[a] Pur. *decis. 161. num 2. lib.1.* Crescen. *decis.3. de constit.* fuit dictum in Tiburtina Castri Sambuci 22. Februarij 1577. coram fœl. rec. Clem. VIII. & in pluribus aliis relatis in illa Romana releuationis indemnitatis coram R.P.D. Ottembergo 22. Martij 1602.
2 † fideiussio autem non solùm est contractus de sui natura læsiuus, *l. 1. C. de fil. famil. minor. l. aut prætor, §.1. ff. de minor.* benè Soc. iun. *cons.47. n.7. & seq. lib.4.* qui refert dictum Chilonis Lacedæmonis vnius ex septem Græciæ
3 Sapientibus, quòd fideiussioni non deest iactura; † sed
b etiam est in muliere à iure improbatus,[b] *l. 1. & toto tit. ff. & C. ad senat. consul. Velleian.* & magis ad fauorem mariti, *Auth. si qua mulier, C. ad Velleian.* hoc enim dictat specialis ratio, quia præsumitur à marito seducta, vt per Bald. *cons.5. num.1. lib.5.* In ista autem fideiussione, licèt
4 interuenerint solemnia, tamen non interuenit † causa, quam non solùm requirit Statutum; sed etiam plenam eius cognitionem: non enim potest deseruire pro causa fideiubere pro marito, cùm hoc à iure abhorreat. Non etiam decretum Iudicis, quòd argenta marito restituerentur facta obligatione per vxorem: quia non astringebat vxorem ad se obligandam, imò illam non afficiebat. Nec facit, quòd astringeret Marchionem maritum, quia vltra quod nec etiam illum arctabat, quia
saltem potuisset alium fideiussorem præstare, † causa à 5
Statuto requisita debet respicere personam mulieris, non autem personam eius, cum quo, vel pro quo contrahit; vlterius causa debet esse talis, quæ respiciat vti-
litatem mulieris,[c] vel saltem non tendat in eius præ- c
iudicium, & propterea debet approbari à consanguineis interuenientibus, & à Iudice; † imò consanguinei 6
debent iurare, quòd mulieri non præiudicet nedum causa, sed ipsamet obligatio, hîc autem non solùm est præiudicialis causa, quia restitutio argentorum, quæ erat facienda marito dilapidatori, resultabat in damnum, & propterea magis intererat, quòd non peruenirent ad eius manus, sed conseruarentur pro filiis; qui-
bus post mortem Marchionis debebantur: † Sed etiam 7
ipsa fideiussio, cùm non possit in bonis mariti reperire releuationem, siue consideremus tempus obligationis, siue tempus solutionis, vt per Thesaur. *decis. 213. n.11.* Non obstant decisiones ex aduerso allegatæ, quia in illis non concurrebat defectus, seu vitium causæ, nec fideiubebatur pro marito dilapidatore, & qui vbi opus fuisset, non potuisset indemnem conseruare vxorem ab obligatione pro ipso præstita. Non obstat, quòd fideiussio sit contractus de sui natura destinatus ad com-
modum alterius, † quia non propterea debet tolerari, 8
vt resultet in apertam perniciem fideiubentis, prout fit quando fideiubetur sine spe releuationis obtinendæ: Et licèt in fideiubente non possit considerari vtilitas (quod tamen non est absolutè verum) debet tamen abesse illa læsio, quòd non possit immunis conseruari.

### ANNOTATIO.

a Et quòd Statutum † Vrbis 151. *lib.1.* locum habeat non so- 9
lùm in quatuor contractibus ibi expressis, sed etiam in omnibus aliis, in quibus minor, vel mulier lædi potest, sæpissimè Rota tenuit, *vt in decis.529. n.4. in fine par.1. diuers. & in recent. par.1. decis.153. sub n.13. vers. & potest habere, & decis.385. n.2. eadem par.1. in recent. & decis.619. n.5. ante med. vers. idq; patet par.2. in recent.* & in Romana pacti de redimendo coram Comitulo impress. penes Marches. *de Commiss. tom.1. fol.455.* & in Perusina fideiussionis 16. Nouembris 1612. coram R. P. D. Pamphilio, plenè Picus ad dictum Statutum Vrbis *lib. 1 glos. 7. n. 6. & seq.* Imò habet locum dictum Statutum in omni contractu, in quo non solùm directè, sed etiam indirectè cadere potest læsio, Rota *decis.114. sub. n. 2. par.2. in recent. & decis.592. num.1. in fin. vers. quæ quidem nullitas, par.1. in recent. & decis.433. par. 4. diuers. in nouiss. impressis.* Verùm hæc conclusio fuit in controuersiam deducta in Romana Census Vitalitij coram R.P.D. Buratto, in qua agebatur, an census vitalitius potuerit emi à muliere sine solemnitatibus dicti Statuti, & dicebatur non esse necessarias solemnitates Statuti ex eo, quia Statutum non habet locum nisi in contractibus, qui sunt de sui natura læsiui, puta, in donationibus, retractationibus, remissionibus, fideiussionibus, & similibus, non autem in omnibus, in quibus quomodocumq; etiam per indirectum, & ex accidenti, & futuro euentu læsio cadere potest, Pur. *decis. 152. aliàs 158. lib.1.* Cotta. *decis. 211.* Gabr. *cons.6. num.4. & cons.20. num.55. lib.2.* & fuit dictum in Romana nominationis domus 10. Martij 1600. coram Cardinali Pamphilio: sed quia huiusmodi causa fuit sæpè in Rota proposita, & numquam resoluta, & hodie etiam pendet in Rota indecisa; ideò erit expectandum Rotæ iudicium.

b Et quòd mulier regulariter sit prohibita fideiubere latè Henrig. *de fideins. cap.7. n.389. & seq. per plures,* Maur. *de fideins. sect.7. cap.3. per totum.* qui ambo amplè tractant hanc materiam cum suis ampliationibus, & limitationibus.

c In contrarium, † quòd causa expressa in obligatione mu- 10
lieris non sit necesse, quòd sit vtilis, sed sufficiat, quòd sit vera in specie, & in terminis fideiussionis dixit Rota in Romana Saluiani 13. Nouembris 1614. coram R. P. D. Pamphilio impress. penes Pacif. *de Saluian. decis. 56. in 2a non. impress.* vbi consideratur, quòd Statutum non requirit, quòd causa debeat esse vtilis mulieri, quam deci-

sionem

sionem Rota secuta fuit *in decis.227. sub n.3.* impress. penes eomdem Pacificum. Verùm prædictæ decisiones non transeuot sine magna difficultate, & mihi semper magis placuit conclusio in hac decisione firmata, quia re vera Statutum emanauit ad consulendum ne mulieres, & minores lęderentur: & ideò vult quòd consanguinei iurent contractum cedere in vtilitatem mulieris, & minoris, ex quo apparet, quòd Statutum voluit non solùm veritatem causæ, sed etiam vtilitatem, & idem etiam tenuit Rota infra coram Sanctiss. *decis. 363.* vbi dicitur quòd causa debet respicere commodum, & interesse mulieris.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Camerinen. Transactionis.

*Mercurij 4. Iunij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Insinuatio requisita à Constitutione Marchiæ non suppletur ex præsentia Iudicis, nec ex interuentu patris, & maximè quando agitur de bonis, in quibus pater non habet vsumfructum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Insinuatio requisita ex constitutione Marchia non suppletur ex præsentia Iudicis.*

2 *Insinuatio non suppletur ex interuentu patris.*

3 *Statutum prohibens minorem contrahere sine certa solemnitate non habet locum, quando minor contrahit cum patre, sed num.10. vide contrarium.*

4 *Insinuatio in donatione inter patrem, & filium est necessaria, & num. 11.*

5 *Quod procedit etiam in donatione, & renunciatione facta à filia ad fauorem patris.*

6 *Pater, quando est vsufructuarius, potest alienare bona filij sine decreto, secùs si non est vsufructuarius. & latiùs num. 12.*

7 *Pro patris iudicio magis præsumitur, quando cum affectione concurrit commune interesse cum filio.*

8 *Pater si est tutor, & curator filij tenetur reddere rationem, vt quilibet alius tutor, & num. 13.*

9 *Hoc procedit, quando bona pleno iure spectant ad filium, & pater non habet vsumfructum in illis, secùs autem, si habet vsumfructum, & num. 13.*

### DECISIO CCCXXXIV.

DOmini informante tantùm Vanno steterunt in
decisis, quia si de tempore transactionis non extabat Statutum Caldarolæ, vt prætenditur pro parte aduersariorum, intrabat Constitutio Marchiæ, quæ cùm
inter alia requirat actum insinuationis, non est laborandum an illi duo, qui interuenerunt celebrationi instru-
1 menti, fuerint iudices, nec ne, † cùm (vt dictum est in
decisione) iudicis præsentia defectum insinuationis
non suppleat; quod etiam dictum fuit de præsentia Pa-
2 tris. † Præsumptio enim, quæ est pro affectu, & consilio
paterno, potest supplere defectum aliarum solemnita-
3 tum, non autem insinuationis: † & propterea stante
Statuto prohibente minorem, aut mulierem contrahere sine certa solemnitate, non habet locum, quando
minor, vel mulier contrahit cum patre iuxta magis receptam Dominorum sententiam, de quo latè per Gabr.
a *de Statut. conclus. 1.*[a] nihilominus, quando donat, vel re-
4 cipit donationem à patre, † requiritur insinuatio, *l. lata, C. de donat. l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter virum, & vxor.* Put. *decis. 136. num. 1. lib. 2.*[b] Nec facit, quòd b
illud sit in donatione, quæ est inter patrem, & filiam
prohibita, † quia etiam doct. allegati per Gabr. loquun- 5
tur in donatione, & remissione, quam fecit filia ad fauorem patris, *& l. lata, & l. de donationes*, loquuntur in casu validitatis donationis, quando donatio erat morte donantis confirmata. Rursus non videtur habenda ratio personæ patris, quia non erat vsufructuarius bonorum, de quibus disponebatur in transactione, videtur enim in hoc constituenda differentia inter patrem vsufructuarium, legitimúmque administratorem, & eum,
qui non est vsufructuarius; † quia videmus in simili, 6
quòd vbi pater est vsufructuarius, potest alienare bona
immobilia filij sine decreto iudicis[c]; si autem non est c
vsufructuarius, requiritur decretum,[d] Bald. *in l. 1. sub* d
*num. 1. vers. sed dubium. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel curat. sunt. & in l. Præses Prouinciæ, sub num. 8.* vbi Ias. *n. 2. & seqq.* qui de communi *C. de transact.* latissimè Tiraq. *in l. si vnquam in præfat. n. 27. & seqq. C. de reuoc. donat.* Couar. *var.*
*resol. lib. 1. c. 8. num. 6.* † Tunc enim magis præsumitur pro 7
iudicio patris, quando cum affectione concurrit commune interesse cum filio, Tiraq. *ibi num. 29. in fin.* Couar. *num. 6. ante med. fict.* quod tradit Bald. *in l. si infanti, num. 11. C. de iur. delib.* † & propterea licèt aliàs pater tutor, aut curator filij teneatur reddere rationem, vt quilibet alius tutor, & curator, *leg. si superstite*, vbi Bald. *in 1. not.* & alij *C. de dol.* Aret. *in l. vltim. §. 1. ad fin. ff. de verb.*
*obligat.* Ias. *in d. l. præses, num. 3.* † Id verum est, quia admi- 8
nistrat bona pleno iure spectantia ad filium, Soc. *cons. 2. num. 7. lib. 1.* secùs autem est in iis, in quibus pater habet
vsumfructum, & legitimam administrationem[e], *leg. si* e
*quis prioris, §. in illo*, & ibi Bald. *C. de secund. nupt.* Alexand. *consil. 110. n. 22. lib. 3.* Ias. *vbi supra.*

### *ANNOTATIO.*

a Sed quòd † contraria opinio sit magis communis, & ma- 9
gis vera dixit Rota *decis. 177. num. 2. par. 1. in recent.*

b Benè Rota, † *decis. 8. inter impress. penes Picum ad Statut. Vrb.* 10
*num. 11.* & fuit dictum in Perusina fideiussionis 1. Aprilis 1612. coram R. P. D. Pamphilio.

c Pater † legitimus administrator bonorum filij an possit illa alienare sine decreto Iudicis, est videndum Simonet. *de decret. lib. 3. tit. 6. inspect. 1.* vbi plures casus distinguit, & latiùs Castil. *de vsufruct. cap. 3. num. 65. & seq. vsque ad n. 75.* vbi distinguit sex casus, ac etiam plura deducit Paschal. *de patr. potest. par. 1. cap. 2. num. 5. & seq.*

d In iis, † in quibus pater non habet vsumfructum, non est legitimus administrator, sed habetur loco extranei, Bursat. *cons. 133. n. 30.* Menoch. *de recuper. remed. 9. num. 86.* cum aliis plenè cumulatis per Paschal. *de patr. potestat. par. 1. cap. 2. num. 84.* super quo est videndus Castil. *de vsufr. d. cap. 3. num. 59. & seq.* Et ideò licèt pater regulariter non teneatur reddere rationem, nec conficere inuentarium, Minsyng *obseruat. 93. in 2. cent.* cum aliis relatis penes Paschal. *d. cap. 2. num. 82.* hoc tamen non habet locum quoad bona, in quibus pater non habet vsumfructum, quia de illis tenetur rationes reddere, & inuentarium conficere sicut cæteri tutores, Gutiez. *in tract. de tut. in 3. par. cap. 1. num. 24.* Menoz. Escobar. *de ratiocin. cap. 3. num. 23.* Pascal. *d. cap. 2. num. 83.* qui alios cumulat.

e De quo vide in annotatione antecedenti.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Casalen. Canonicatus.

*Lunæ 22. Octobris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Subrogatio gratiosa requirit litem, quæ sit super titulo principaliter, non incidenter, & an, & quando dicatur lis super titulo.

*SVM*

*SVMMARIVM.*

1 *Sobrogatio gratiosa requirit litem, quæ faciat beneficium litigiosum, itavt nullus inferior possit se intromittere.*

2 *Lis ad hunc effectum requiritur, quòd sit super titulo.*

3 *Lis quando est super titulo, agitur de quasi dominio.*

4 *Litigiosa res efficitur, quando agitur de dominio, vel quasi.*

5 *Lis super possessione non facit beneficium litigiosum, & num.19.*

6 *Quod procedit etiam, si agatur in possessorio adipiscenda.*

7 *Possessorium adipiscenda licèt habeat admixtam causam proprietatis, tamen principaliter causa proprietatis, in eo non cognoscitur, nec deducitur ad effectum, vt super ea pronuncietur.*

8 *Litigiosum vt sit beneficium, non sufficit, quòd agatur de titulo, nisi etiam de illo principaliter agatur.*

9 *Possessorium iudicium non desinit esse merum possessorium, quando de possessione principaliter agitur, licèt sit deducenda, & probanda proprietas.*

10 *Beneficium est litigiosum, quando precedente collatione quis petit id declarari, & possessionem sibi tradi.*

11 *Litigiosum est beneficium, quando petitur prabēda tamquam sua, quia fuit sibi collata.*

12 *Exequutor debet cognoscere de colore tituli stante clausula* (amoto.)

13 *Iudicium metimur ex parte actoris, & plura sub nu.20. Iudicium dicitur versari inter personas Ecclesiasticas, si actor sit persona ecclesiastica, etiam si reus sit laicus, & nu.20.*

14 *Beneficialis causa non dicitur, quando actor agit super beneficio tamquam vnito, licèt reus prætendat illud iure tituli collatum.*

15 *Executio literarum Apostolicarum conceditur in possessorio ad instar* l.fin.C.de edict.diu.Adrian.

16 *Iudicij qualitas dignoscitur ex monitorio, & ex prosecutis.*

17 *Exequutor stante oppositione possessorie debet assumere partes iudicis, remanente tamen iudicio executiuo.*

18 *Appellatio in possessorio de iure Canonico admittitur.*

## DECISIO CCCXXXV.

SEbastiano non esse dandam sobrogationem iudica-
1 runt Domini ea potissimùm adducti ratione; † quia
ad illam obtinendam requiritur lis, & talis, quæ faciat
a beneficium litigiosum; [a] itavt Ordinarius, nec alius inferior possit se intromittere, Franc. *in cap.2. nu.2. vt lit. pend.* Rebuff. *super reg. de subrog. glos.2.* Mandos. *in d. reg.*
2 *quæst. vltim. n.2. in fin.* † quod tunc contingit, quando lis
est super titulo, Vital. *in Clem.2. sub num.72. vt lit. pend.* Gamb. *de offic. Leg. lib.5. n.475.* & fuit dictum in Oscen. optionis, seu præbendæ 4. Iunij 1594. coram bo.mem. Gypsio, & in Legionen. præstimoniorum 16. Iunij 1595.
3 coram Illustr. Card. Pamphilio; † quando enim lis est
super titulo, agitur de quasi dominio, *cap. si tibi absenti. de praben. lib.6.* Mil. *in verb. (litigiosa res)* Sarn. *de trien.*
4 *quæst.53. sub num.7.* † tunc autem efficitur res litigiosa,
quando agitur de dominio, vel quasi, glos. *in Auth. litigiosa in verbo (dominio)* vbi etiam Bald. *sub n.2. C. de litigios.* Salyc. *in l.2. eodem tit.* Ang. *in Auth. de litig. post n.3.*
5 lis autem inter Sebastianum, & Grassum defunctū erat
super possessione, quæ non reddebat beneficium liti-
b giosum, [b] glos. *in cap.1. in verbo (litigiosa)* quam sequuntur ibi omnes *de confirmat.* Bald. *in l.2. post n.3. C. de litig.* Angel. *vbi supra nu.3. circa med. vers. eodem modo.* Mil. *in verbo (litigiosa res)* Cutt. iun. qui communem dicit, *cons.165. n.5.* Io. Baptista Ferrett. qui pariter de communi testatur, *cons.12. n.4.* fuit dictum in vna Vrgellen. Archidiaconatus 15. Iunij 1592. coram R.P.D. meo Decano. Non obstat, quòd fuerit actum remedio adipiscen-
dæ, quod habet admixtam causam proprietatis; † quia 6
nec etiam in tali possessorio efficitur beneficium liti-
giosum, [c] Ang. *vbi supra.* latè Cassad. *decis.4. vt lit. pend.* c
Mandos. *in regul. de subrog. quæst.13.* Io. Baptist. Ferrett. *d. cons.12. sub n.4.* decis. Pedem. 144. *nu.10.* vbi de communi, & in terminis istis fuit decisum in vna Verdunen. Canonicatus 28. Aprilis 1595. coram Illustrissimo
Pamphilio; † licèt enim in d. remedio sit cognoscēdum 7
de titulo, & proprietate; id tamen principaliter non cognoscitur, vt per Cassad. Mandos. & Ferret. & patet, quia non deducitur ad finem, vt super eo pronuncie-
tur, Ægid. *decis.99.* † ad effectum autem litigiosi neces- 8
se est, quòd de titulo principaliter agatur, Gemin. *in c.1. in prima oppos.* & Franc. *sub n.3. vt lit. pend. in 6.* Salyc. *in l.3. sub num.1. vers. tu dic. C. de litig.* Mil. Cassad. Ferret. &
Mandos. *in locis alleg.* † Nec desinit esse merum, & sim- 9
plex possessorium, quando de possessione principaliter agitur, licèt sit deducenda, & probanda proprietas, Bero. *quæst.91. n.7. & 8.* cum aliis per Contard. *in l. vnica in 2. limit. §.1. nu.9. & 18. C. si de mom. possess.* Non obstat
dictum Bald. *in l.2. C. comm. diuid.* [d] quia Bald. quando d
de beneficio collato loquitur, † dicit tunc induci vitiū 10
litigiosi, si petat id declarari, & possessionem tradi, & ita facit pro hac parte, quia vult, quòd de petitorio, & titulo principaliter agatur, cùm super eo sit pronunciandum, Ægid. *d. decis.99.* Non obstat decisio Acchil.5. *vt lit. pend.* quia vltra quod non est decisio, sed discursus, allegat Bald. *in loco prædicto,* & propterea secundum eius terminos debet intelligi, & si aliter intelligeretur, loqueretur contra decis. Cassad. & alias supra citatas. Decis. Chisan. loquitur ipsa etiam secundùm terminos
Baldi, † & dicit tunc contrahi litigiosum, quando peto 11
præbendam tamquam meam, quia fuit mihi collata, & sic vult, quòd lis sit super beneficio, non super possessione, & quando agitur ex quasi dominio, quæ decis. dicit ita esse intelligendam *decis.56. in nou.* ex aduerso allegatam. Non obstat *decisio.7. de re iud.* Cæsaris de Grass. quia apparet ibi actum fuisse petitorio tùm ex reuocatione suspensionis eiusdem, tùm quia, vt ibi dicitur, actum fuit pro canonizatione literarum pensio-
nis. Non obstat, † quòd stante clausula (*amoto, &c.*) 12
deberet cognoscere executor de colore tituli, vt per Acchil. *d. decis.5.* quia ista cognitio est incidens, non principalis, & licèt adhuc insteiur, quòd possessor principaliter deducat titulum pro defensione, & in hoc
tantùm fundetur; † attamen replicatur, quòd meti- 13
mur iudicium ab actore, *l.1. ff. si pars hæred. pet.* Cassad. *decis.3. num.2. de iud.* fuit dictum in præallegata Oscen.
optionis coram Gypsio, benè facit *decis. Ægi.617.* [e] qui e
propter hanc regulam dicit, † quòd non dicitur causa 14
beneficialis, quādo actor agit super beneficio tamquam vnito, & de pertinentiis suæ dignitatis, licèt reus prætendat illud iure tituli, & tamquam beneficium sibi collatum. Non obstat, quod dicitur agi petitorio; cùm aga-
tur pro executione literarum; † quia imò executio 15
conceditur ex possessorio, videlicet, ad instar, *l. fin. C. de edi. diu. Adr. toll.* Vital. *in Clem.1. num.68. de caus. possess. & propr.* Menoch. *de adipisc. remed.6. nu.35.* & fuit sæpiùs
dictum, † & ex monitorio, quod vim habet libelli, ap- 16
paret, quòd nihil aliud petitur, quàm immissio in possessionem, & probatur ex prosequutis, vt dixit Rota in
dicta Oscen. optionis. Non obstat, † quòd stante oppo- 17
sitione possessorij executor debebat assumere partes iudicis; quia fit transitus de executore ad iudicem, non autem de possessione ad petitorium principaliter. Nec
facit, quòd tunc admittatur appellatio, † quia clarum 18
est de iure Canonico licere etiam in possessorio appellare.

*ANNOTATIO.*

a Circa materiam dictæ decisionis an, & quando beneficium dicatur litigiosum, & quando lis sit super titulo, dixi latè *supra ad decis.305.*

19 b Gonzal. † *super reg.8.§.7.proœmiali num.29.* Paris. *de resign. lib.2.quæst.3.n.42.& seq.* Lancell. *de attentat.par.2.c.3. n.143.* vbi propterea infert, quòd pendente lite super possessione Ordinarius non est prohibitus conferre, & hoc procedit, etiam si lis sit super possessorio adipiscendæ, quòd habet admixtam causam proprietatis, Rota *decis.342.n.2. par.1.in recent.* vbi hæc decis. Canonizatur.

c De quo dixi immediatè supra sub litera B.

d Vide, quod dixi *ad decis.305.*

e Surd. *cons.183.n.14.* Honded. *cons.20.n.13.li.1.* vbi propterea dicit, quòd ad cognoscendum naturam causæ inspicitur persona actoris, Menoch. *cons.1123.n.9.* Hinc est, quod iudicium dicitur esse inter personas Ecclesiasticas, etiam si solus actor sit persona Ecclesiastica, Honded. *d. cons.20. n.13.* & dixit Rota in Perusina hæreditatis coram Brauo impress. penes Pacif. *de Salu.decis.234.iuxta non.impress.* & vide, quæ in simili materia dixi *ad decis.174.*

*Oliuerius Beltramimus.*

---

## Romana Spolij de Pinis.

*Mercurij 7. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Spolium commissum per iudicem nulliter procedentem dicitur violentum, & competit interdictum vnde vi; Spolium commissum per procuratorem an, & quando censeatur ratificatum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Spolij exceptio solùm repellit eos, qui tenentur interdicto vnde vi, vel vi bonorum raptorum iuxta magis communem opinionem approbatam à Rota.*
2 *Possessio capta vigore sententiæ nulla est spoliatiua.*
3 *Possessio huiusmodi dicitur capta per vim expulsiuam, itavt competat interdictum vnde vi.*
4 *Carceratus nulliter dicitur priuatus per vim sua libertate.*
5 *Iudex quando ritè, & rectè procedit ad immissionem, non competit restitutio.*
6 *Possessio capta post appellationem est attentata.*
7 *Spolium attentatum æquiparatur violento.*
8 *Spolij exceptio obstat in quocumque iudicio etiam super re diuersa.*
9 *Spolium commissum à tertio non repellit ab agendo.*
10 *Procedit etiam si spoliatio esset facta à procuratore.*
11 *Spolium factum à procuratore non censetur ratificatum à principali ex fructuum perceptione non data scientia spolij.*
12 *Ratificatio spolij requirit scientiam perfectam omnium qualitatum, & circumstantiarum.*
13 *Ratificatio sui natura non trahitur ad qualitates illicitas.*
14 *Possessio tradita a iudice præsumitur iusta.*

### DECISIO CCCXXXVI.

CAusa iterum super eisdem proposita Domini ite-
1 rum firmarunt † exceptionem spolij solùm repellere eos, qui tenebantur interdicto vnde vi, vel vi bonorum raptorum ex multis allegatis in decisione, & aliis additis per informantes, à qua dixerunt non esse recedendum, licèt aliqui contradicant: Tùm quia est magis recepta, vt patet ex traditis à Gabr. *de rest.spol. concl.2.n.24.* & testatur Boss. *de plurib.violen. n.35. propè fin.vers.est tamen difficile.* Tum quia eam sæpiùs amplexa est Rota. Non tamen placuit, quod in decisione habetur, non posse dici hoc casu illatam vim, eo quia possessio capta fuerit authoritate iudicis; nam cùm fuerit resolutum sententiam, cuius vigore Præsidens, & Oblatæ fuerant immissæ in possessionem, laborare pluribus, &
quidem notoriis nullitatibus; † possessio capta vigore 2
sententiæ, quæ tales defectus patitur, dicitur non solùm spoliatiua, Ant.de Butr. Imol. & alij *in c. ex insinuatione de procur.* Aym. *cons.8.nu.8.* Capnt. *decis.186.par.3.*
& fuit pluries decisum; † sed etiam dicitur capta per 3
vim expulsiuam; itavt competat interdictum vnde vi, Rip. *in l.naturaliter.§.nihil commune.n.59.ff.de acquir.poss.* Afflic. super Constit. Regni *lib.1. rub.24. de violen. circa possess. n.32.& 33.* cum aliis per Menoch. *de recuperand. remed.8.n.18.* latè Bolognet. *in l.iustè possides num.89.& seqq.ff.de acquiren.possess.* sentit Azo *in Summa.C.vnde vi. sub n.4.* & fuit dictum in Surrentina Abbatiæ 24. Martij
1586. coram Illust. Card. Seraphino, † sicut videmus in 4
carceratione nulla, & inualida per quam carceratus dicitur per vim sibi illatam spoliatus sua libertate, itavt ei competat interdictum vnde vi, vt dicit Bart. *in q.6.Lup. in princ.n.1.& in solut. sub nu.1. vers. nam quando aliquis,* quem secuta est Rota coram Lauretano in vna Romana Duhanæ Salis 16. Ianuarij 1581. Non obstat decisio
Cornetana, † quia ibi iudex ritè, & rectè processerat, 5
quo casu non solùm non potest considerari aliqua vis; sed etiam cessat restitutio, *c.consulit ausonibus,* & ibi not. Imol. *n.2.* Dec. *n.9.de offic.deleg.* Paris. *cons.1.nu.165.lib.1.*
Accedit, † quòd possessio capta fuit post interpositam 6
appellationem à Paulo, & per consequens est attentata,
*c.ad audientiam,& c.dilectis de appell.* † spolium autem at- 7
tentatum per omnia æquiparatur violento, Rot. *dec.5. de rest.spol.in nou.* Lancell. *de attent.3.par.cap.vltimo n.71.* & regula, quę repellit violentum spoliatorem ab agendo, arctat etiam eum, qui attentando spoliauit, vt sensit Rota in aliàs allegata Bononien. de Maluetiis 2. April. 1582. coram Illustr. Card. Seraphino. Non est laborandum super identitate rei, aut iudicij, quia si intrat ex-
ceptio spolij, † non solùm obstat in quocumque iudi- 8
cio, & causa, *cap.fin.de ordin.cogn.* Gab. *de rest.spol.conclus. 2.nu.1.* sed etiam super alia re, Abb. *in c.2.n.5.* Butr. *n.14. de ord.cogn.* cum aliis relatis in dicta Cornetana. Dicebant tamen Domini Præsidenti, & Oblatis non obstare
exceptionem, † quia ipsæ non spoliarunt, & spoliatio à 9
tertio facta non repellit ab agendo, *c. frequens. de rest.*
*spol.* Gabr. *vbi supra n.28.* † licèt spoliatio facta fuerit à 10
procuratore, vt tradit Calder. *in d.c.fin.num.29.de ordin. cogn. per l. si procurator. ff. de dol.mal. except.* Non obstat
prætensa ratificatio [a] ex fructuum perceptione; † quia a
non nocet non data scientia spoliationis, Ægi. *dec.550.* 11
prout nec etiam non data scientia attētatorum, Lancel. *de attentat.par.1.cap.1.nu.71. cum nonnullis seqq.* qui dicit ita fuisse decisum in vna Messanensi illegitimitatis 25. Maij 1562. coram Gropperio. Nec sufficit, quòd ha-
buerint scientiam possessionis captæ; † quia requiri- 12
tur, quòd perfectè scinerint omnes qualitates, & circumstantias, Alexan. *cons.114.sub n.4.vers.accedit ad maiorem lib.1.* Gabr. *cons.146.n.14.li.1.* Tiraq. *de legib.connub. glos.8.n.183.* Lancell. *vbi supra n.76. & seq.* & præsertim
qualitates illicitas, † ad quas sui natura non refertur ra- 13
tificatio, Aym. *cons.160.n.5.* Potuit enim, & debuit Præ-
sidens credere possessionem legitimè captam. † Cùm 14
possessio iudicis authoritate tradita iustitiæ specimen præ se ferat, & pro ea sit iuris præsumptio, *l. iustè possides.ff.de acquir.possess. c.in præsentia de renunc.glos.fin. in c.præsentium 7. quæst.1.* Pontan. *de spol. lib.2. num.182.*

&ex

& ex isto [illegible] Domini persiterunt in resolutis, quòd [illegible] non obstet Pix[illegible]enti, & Oblatis agen[illegible]onem census

*ANNOTATIO.*

a Sp[illegible] attentatum commissum per procuratorem censetur ratificatum eo ipso quod [illegible] habita notitia [illegible]ntatis, & de [illegible] olim statim illa non [illegible]unciauit, [illegible]rall. *decis.53.nu.1 & 6 & decis.58 par.1.* & fuit dictum in M[illegible]en. de Varisio [illegible] Nouemb. 1616. coram R. P. D. Andr[illegible], & etiam f[illegible] dictum in hac eadem causa infra [illegible] eodem San[illegible] 10 [illegible] Iunij 1611 *in dec.* [illegible] & in [illegible] de recursu ad iudic[illegible] Ecclesiasticum [illegible]um per [illegible]torem, quòd censeatur ratificatum eo ipso, quòd [illegible] habita notitia dicti rec[illegible]us statim non re[illegible] gestis per [illegible]um Procuratorem, [illegible] dictum in Hispalen. attentatorum 27. Febr. 1617. coram R. P. D. Pamphil[illegible], & multò magis inducitur ratificatio, si [illegible] habita no[illegible] [illegible] spolio, & attentato commisso per Procuratorem [illegible], illud in iudicio conatus fuit defendere, Rota *de [illegible] 1.n.12. [illegible] impress.* [illegible] *Pa[illegible] de S[illegible]* [illegible] *imp[illegible]*, & dixit Rota coram eodem Sanct[illegible] [illegible] hac causa 10 Iunij 1611. *infra decis.* 52[illegible].

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi de Quinque.

*Lunæ 12. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi, qui regulariter non censentur vocati nisi ad portionem patris, an, & quando censeantur vocati etiam ad portionem patrui.

*SVMMARIVM.*

1 *Filij positi in conditione, quando sunt vocati, censentur solùm vocati ad portionem parentum.*

2 *Hoc procedit etiam, quando sunt à Statuto vocati.*

3 *Limitatur non procedere, quando portio cohæredis per eius prædecedentiam ex substitutione deuenit ad patrem.*

4 *Filij in conditione positi, quando censentur vocati, perinde habetur, ac si essent expressè substituti etiam per fideicommissariam.*

5 *Substitutio fideicommissaria intelligitur de omni parte hæreditatis, quæ ad grauatum ex dispositione testatoris quomodocumque peruenit mediatè, siue immediatè, etiam ex substitutione aliorum cohæredum.*

[illegible] *Filij in conditione positi censentur vocati ad portionem patruorum ex coniecturis.*

*Et coniectura est voluntas testatoris conseruandi bona in agnatione.*

8 *Filij positi in conditione quando sunt descendentes testatoris, faciliùs, quàm extranei censentur vocati ad portionem patruorum.*

### DECISIO CCCXXXVII.

Licet regulariter filij positi in conditione quando

1 sunt vocati, † censeantur tantùm inuita ad portionem parentum, quorum respectu fuerunt positi in

a conditione: a Ruyn. *cons.141.n.13. circa med. vers. postremo* [illegible] *fortius li.3.* qui dicit hoc esse de mente omnium, R[illegible] *in l.1.n.11.* [illegible] *de pa*[illegible]. cum multis per Peregr. *de fideicom. art.* [illegible]8. [illegible] & per Men[illegible]h. [illegible] *nu.*8[illegible] *lib.4.* & [illegible] Rota [illegible] Senogallien. [illegible] commissi 14.

2 Maij [illegible] coram R. P. D. m[illegible]o Decano, † quod procedit etiam, quando sunt vocati prout in casu isto ex dispositione Statuti, vt per Gab. *cons.2.nu.11 li.2.* & in [illegible] Statuti fuit dictum in Romana spol[illegible] domo[illegible] & fidei[illegible]commissi [illegible]4. Octobr. 1605 coram D. meo [illegible] Decisione [illegible].

Lancellotto. Nihilominus in casu de quo agitur, visum fuit Dominis filios Laurentij esse vocatos non solùm ad portionem ipsius Laurentij, verùm etiam ad portione[illegible] Vincentij, & Quintij patruorum; † cùm per eorum prædecedentiam ex substitutione deuenerint ad Laurentium, vt per Corn. *cons.180. sub n.2. vers.* [illegible] *insuper d. opinio li.4.* & clariùs per Gabr. *cons.115. n.13. circa med. vers. quæ opinio est verissima li.2.* per [illegible] etenim acquisitionem effecta fuit vnica portio in persona Laurentij, Corn. *cons.229. sub n.5. vers. & licet non specifice in tota hæreditate. li.3.* Paris. *cons.5. post n.27. li.2.* Facit, † quia 4
quando filij positi in conditione censentur vocati, perinde habetur, ac si essent expressè substituti, Gabr. *d. cons.115. n.11. circa fin.* cum aliis per Peregr. *de fideicom. art.18. n.3.* & quidem per fideicommissariam, Ruyn. *d. cons.141. sub n.13. ver. postremo, & fortius lib.3.* Substitutio autem fideicommissaria † intelligitur de omni parte 5
hæreditatis, quæ ad grauatum ex dispositione testatoris quomodocumque peruenerit mediatè, vel immediatè, Alex. *cons.6*[illegible] *sub n.* [illegible] *vers. ergo dicta substitutio lib.2.* cum multis per Cæpol. *cons.471. n.30.* & comprehendit portiones omnes, quæ grauato superuenerunt ex reciproca substitutione, *l. Scæuola*, vbi Bart. *ff. ad Trebell.* Alex. *d. cons.* [illegible]6. *n.8. vers.* [illegible] *quod in casu. & n.* [illegible]*eq.* Doc. *cons.86. sub nu.1. vers. & in tali fideicom.* Grat. post multos, quos allegat, *cons.9. n.20. & seq. lib.2.* & alij plures allegati per informantes: Rursus [illegible] filij in conditione positi censentur 6
vocati ad portion[illegible] [illegible]truorum ex coniecturis, Corn. *cons.306. in pn. lib.4.* Gabr. *cons.2. n.13. in fin. lib.2.* Bursat. qui alios congerit, *cons.202. post n.42 vers. enimuero*, † & 7
bona coniectura inter plures, quæ adducuntur, est intentio testatoris clara, & aperta conseruandi agnationem, & bona in ea, Ruyn. *cons.144. sub n.9. vers. secundò dicta li.2.* Ayin. *cons.150. n.5.* [illegible]6. Zanch. *in l. hæredes mei §. cùm ita par.* [illegible] *n.91. ff. ad Trebell.* nouissimè Aquilan. *in tract. de lib. in conditione posit. lib.5. cap.9. nu.* [illegible]. † præser- 8
tim, cùm sint in descendent[illegible]ibus testatoris, qui sicut ex leuioribus coniecturis censentur vocati ad portionem parentum ex latè deductis coram me in illa Ciuitatis Castelli fideicommissi 24. Maij præteriti, & in Perusina fideicommissi de Alphanis, ita etiam faciliùs, quàm extranei, vocantur ad portiones patruorum sine filiis præmortu[illegible]rum ad ea, quæ post Ruyn. tradunt nouissimè Aquilan. *vbi supra num.8.* qui fort[illegible]s volunt hoc ipsum, quòd descendant [illegible] testatore, sufficere. Ex quibus, & aliis addu[illegible] per informant[illegible] fuit c[illegible]sum filios Laurentij [illegible]ost eius mortem esse voc[illegible] portionem, quæ Vincentio, & Quintio obuenit in [illegible]reditate Patris eorum parentis.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd fi[illegible] in conditione po[illegible] non ce[illegible]ntur r[illegible]riter vocati ad portionem patruorum, Seraph. *de* [illegible] *dec.128. n.3.* Rota *dec.100. nu.3. par.1. in recent.* & latissimè tractat Ioseph. de Rustic. *in suo tract. de fil. in cond. posit. li.5. cap.9.* qui hanc conclusionem multipliciter limitat, & præsertim dicit non habere locum concurrentibus coniecturis in [illegible]ntrarium, quod etiam Rota dixit *in decis.* 166[illegible] *3.* [illegible] *de* [illegible]*320. n.37. par.1 in recent.* vbi ali[illegible] referuntur, [illegible] fuit firmatum *in* [illegible] *de*[illegible] *§. n.6.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Senogallien. fideicommissi.

*Veneris 16. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Substitutio in casu delicti committendi non purificatur in casu delicti iam commissi de tempore factæ substitutionis, & hac occasione tractatur, quando substitutio facta in vnum casum, & tempus extenditur ad aliud.

*SVMMARIVM.*

1 *Substitutio concepta in casu homicidij in futurum patrandi non habet locum respectu homicidij iam de tempore facta substitutionis commissi.*
2 *Substitutus in certum casum an aliis censetur exclusus.*
3 *Substitutio sub vno tempore facta ad aliud tempus non trahitur, etiam si sit vulgaris, & directa.*
*Substitutio an, & quando de casu ad casum extendatur, & n. 14.*
4 *Tempus determinato modo prolatum non recipit functionem alterius temporis, & vide etiam n. 15.*
5 *Tempus futurum verba denotantia non includunt præteritum.*
6 *Substitutio vulgaris non extenditur de tempore ad tempus, maximè quando adsunt verba restrictiua.*
7 *Verba* ( & adueniente casu prædicto ) *sunt restrictiua.*
8 *Substitutio non extenditur ad casum, in quo testator specialiter prouidit.*
9 *Item nec quando deficit, seu repugnat voluntas testatoris.*
10 *Substitutioni non est locus, quamdiu est spes, quòd primo loco vocatus succedat, & late n. 16.*
11 *Actus potiùs iudicari debet nullus, quàm quod fiat contrà voluntatem testatoris.*
12 *Nepotes viuo patre non possunt annullare testamentum ex capite præteritionis, sed solùm possunt illud querelare*
13 *Querela quinquennio excluditur.*

DECISIO CCCXXXVIII.

1 CONditionem † homicidij in futurum patrandi à filiis testatoris, sub qua fuit concepta substitutio ipsorum filiorum non fuisse purificatam per homicidium patratum à Francisco ante testamentum, & viuente testatore vnanimi sententia resoluerunt Domini per re-
2 gulam, quòd † substitutus in certū casum, in aliis cen-
a setur omissus, [a] vel exclusus, de qua per Cæph. *consil.*
3 390. *n.* 53. † & quia substitutio licèt vulgaris, & directa sub vno tempore facta ad aliud tempus non trahitur, neque in alio verificatur Corn. *cons.* 199. *sub nu.* 23. *vers. præterea substitutio lib.* 2. Beroi. *cons.* 98. *post num.* 4. *lib.* 2.
4 Honded. qui alios refert *cons.* 49. *num.* 46. *lib.* 2. † Tempus enim determinato modo prolatum non recipit
b functionem alterius temporis, [b] *l. si vsusfructus mihi in biennium ff. de vsufruct. leg.* Bald. *in* § *licèt sub num.* 2. *vers. iù dic contra. de supplend. negl. prælat.* Ias. *in Auth. quæ supplicatio. n.* 5. *post med. C. de precib. Imper. offer.* Natt. *consil.* 485.
5 *n.* 6. † & verba futurum tempus denotantia non inclu-
c dunt præteritum, [c] *ht. cum ibi not. ff. quod quisque iur.* Oldrad *cons.* 310. *post n.* 2. *vers. ita autem est.* Bero. *cons.* 53. *n.* 21. *li.* 1. Rebuff. *in l. verbum oportebit vers. verbum autem non continet ff. de verb. signif.* [illegible] testator, quando condidit testamentum, fuit [illegible] homicidij commissi, qui propterea instituit Franciscum quandocumque gratiam, & remissionem obtinuisset. Ideò prudens, & sciens in substitutione locutus fuit de homicidiis in futurum patrandis non alia de causa, nisi vt appareret, quòd non intelligebat de homicidio iam patrato à Francisco, & ratio fuit in promptu, quia testator [illegible] de excludendo [illegible] successione bonorum suorum, quem [illegible] non posse [illegible] aliquid prætendere ex homicidio Francisci, ex quo illum instituerat tantùm post impetratam gratiam; & propterea casum solùm in euentum, quòd in futurum patrarentur, quo casu [illegible] bona ho[illegible] fuissent [illegible]. Non obstat, quòd simus in vulgari substitutione, quæ in vno casu expressa ad omnes extenditur, per quos contingat institutum non esse hæredem vel quia nolit, vel quia non possit, etiam si id contingat viuo testatore, *l.* 1. *cum*
*ibi not. ff. de vulgar.* † quia respondetur hoc non proce- 6
dere [illegible] quando extensio fit de tempore ad tempus per supradicta prout nec etiam quando adsunt verba restrictiua, Aym. *cons.* 98. *sub n.* 5. Cæphal. *cons.* 410. *sub n.* 55.
† verba autem restrictiua sunt illa ( *& adueniente casu* 7
*prædicto* ) Bald. *cons.* 52. *n.* 2. *ad fin. li.* 2. Dec. *cons.* 253. *n.* 3. *ante med. vers. & prædicta conclusio.* Gozad. *cons.* 4. *n.* 23. *in fin.* Bero. *cons.* 99. *n.* 9. *li.* 2. Aym. *d. cons.* 98. *n.* 6. Parti *cons.*
92. *nu.* 11. *li.* 2. Rib. *cons.* [illegible] 1. *n.* 5. Tantò magis, † quia testa- 8
tor, vt dictum est, casum homicidij de præterito præuidit, & in eo prouidit, *l. cum ex filio.* § *filio. ff. de vulg.* Rip. *in l.* 1. *n.* 93. *eod. tit.* Siluester Aldobr. *cons.* 30. *nu.* 46. Sfort. Odd. *in tract. compend. substit. par.* 2. *q.* 3. *ad fin. vers. limit.*
*quarto.* † Accedit, quòd vulgaris non extenditur, quan- 9
do deficit aut repugnat voluntas testatoris, Surd. qui alios cumulat *decis.* 2[illegible] *n.* 8. *& seq.* hic autem non solùm deficit, [illegible] non viget in casu [illegible] in expresso, [illegible] dictum est, sed etiam omninò repugnat voluntas, quia testator in casu patrandi [illegible] substituit ex nunc, & sic [illegible] adueniri, quod implicat cum casu hom[illegible] iam patrati à Francisco; cùm enim illum instituerit hæredem quandocumque gratiam habuerit, non posset dici stati[illegible] substitutus cippus, † cui non erat locus, quamdiu erat spes, 10
quòd Franciscus succederet, [d] *l. quamdiu ff. de acquir.* d
*hæred. l. antequam.* [illegible] *commun. de succes.* facit simile de filio instituto apud hostes, quod propter spem regressus non est locus substituto, *l.* 1. § 1. *in fin. ff. de suis, & legiti.* & aliud de spurio in tempus legitimationis instituto, cuius substitutus non potest admitti, nisi postquam euanuit spes obtinendæ legitimationis, vt post Bald. Alex. & alios, quos allegant, tradit Gabr. *cons.* 1[illegible]3. *n.* 10. *cum plurib. seqq. li.* 2. Non obstat, quod dicitur de præteritione, quæ aliàs sequeretur, nepotum ex Francisco,
quia omisso, quòd † actus potiùs iudicari debet nul- 11
lus, quàm quòd fiat contra voluntatem testatoris, *l. verbis ciuilibus*, vbi Ias. post alios *num.* 6 *ff. de vulg.* Dec. *cons.* 362. *in fin.* Illustriss. Mantic. *de Coniect. vltim. vol. li.* 3. *tit.* 5. *n.* 4. Non apparet, quòd de tempore mortis testatoris, quæ successit de anno 1539. essent in rerum natura isti nepotes, ita vt aliquid super eius hæreditate prætendere haberent, *l. si quis filio* §. *sed haec ita ff. de iniust. test. l. Titius cum l. seq. ff. de suis & legitim.* præterea † quando ne- 12
potes viuente patre potuissent querelare testamentum aui, non tamen poterant dicere nullum ex præteritione, Bart. *in l. si quis posthumus.* § *si filium nu.* 10. *in repet.* & ibi Ias. *col.* 1. *ad fin. vers. sed dubium fortiter facit ff. de lib. & posthum.* † Querela autem fuit quinquennio exclusa, 13
*l. si quis filium*, & ibi Bart. *n.* 2. *&* *l. fcimus* § *illud* vbi Bald. *C. de inoffic. test. in. l.* 2. *C. in quibus caus. rest. in integr.* Ex quibus conclusum fuit non euenisse casum substitutionis per mortem Marchionissæ in fauorem Claudij, & propterea non [illegible] obstare de causis restitutionis aduersus [illegible] etiam Rotalem, & rem iudicatam.

*ANNOTATIO*

a Licèt regula sit, † quòd substitutio facta in vno casu non 14
[illegible] ad a[illegible] vt notant omnes *in l. commodissimè* [illegible] H[illegible] d. *cons.* 48. *n.* 57. *li.* 1. & sufficit dicere [illegible] substitutio de te in hoc casu [illegible] post alios *de fi[illegible]* 1. 7. 16. tam[illegible] quando c[illegible] ha- bet [illegible] ratione cum casu e[illegible] expresso, [illegible] omisso vel simile est, quòd testator idem voluer[illegible] in expresso late Surd. *dec.* 37. *n.* 17. *& seq.* [illegible] *in* 43. [illegible] *ad* 27. Lanserch. *cons.* 3. *sub n.* 12. *&* 14. Et ita fuit late di[illegible]um in Arimineo, bonorum 29. Aprilis [illegible], coram R. P. D. Pamphilio, quod procedit non [illegible] verbis

verbis restrictiuis ( *tunc & eo casu*) & similibus, quia verba huiusmodi restrictiua non impediunt extensionẽ, quæ fit ex verisimili, & coniecturata mente testatoris, Surd. post alios *d.cons.236.nu.46.* & dixit Rota in d. Ariminen. coram R.P.D. Pamphilio; & in Ferrarien. fideicommissi de Rosariis 24. Maij 1621. coram R. P. D. Verospo.

15 b Et quòd † tempus determinatè prolatum alterius temporis non recipiat functionem, Rimin. iun. *cons.203.nu.92.* & latè quando vnum tempus ad alterum trahatur, putà, an præsens trahatur ad præteritum, vel ad futurum, & è contra futurum ad præsens, & præteritum, latè tractat Card. Tusch. *in verbo ( tempus ) conclus. 29. & in verbo (verba ) conclus.113. cum duabus sequentibus*, & regulariter est vera conclusio præallegata, & hinc est, quòd verbum præsentis temporis regulariter non importat futurum, Hond. *cons.63.nu.62.li.1.* Menoch. *cons.97. nu.68.* sic etiam nec futurum regulariter includit præsens, vel præteritum, Alciat. *in l. verbum oportebit nu.6. ff. de verborum signific.* Menoch. *d.cons.97.nu.68.* & firmatur *in hac decis. nu.5.*

c Dixi in Annotatione immediatè antecedenti.

16 d Substitutus † non admittitur, quamdiu est spes, quòd primo loco vocatus possit succedere, vt præter allegatos *in decis.* Surd. *cons.125.n.32. & cons.403.nu.10. & 11. & cons.548. sub nu.11.* Molin. *de primogen. li.3.c.10.nu.19.* latè Rota *decis. 393. sub nu.1. par.2. in recent.* vbi fuit dictum, quòd substitutus in casu, quo quis non habeat filios, donec spes extat posse habere, non admittitur ad succedendum, & in simili etiam fuit resolutum in Romana pecuniaria 7. Maij 1618. coram R. P. D. Buratto, quòd substitutus in casu, quo non extaret aliquis ex descendentibus testatoris, qui esset Clericus, vel Doctor, non erat admittendus, donec aderat spes, quòd possent similes personæ extare, quod etiam firmauit Rota in Conchen. Cappellaniæ 14. Martij 1616. coram R.P.D. Verospo; & de simili materia plura etiam tradit Cæsar Argel. *de legitim. contradic. quæst. 11. art.1.nu.11. & seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. beneficij de Tolosa.

*Veneris 16. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Sententia nulla ex defectu citationis non transit in iudicatum, nec dictus defectus tollitur ex conclusione in causa, quando conclusio est circumducta per productionem iurium, & alia, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Res iudicata excluditur stante nullitate sententiæ.*
2 *Conclusio in causa circumducitur per productionem iurium, & per decretum iudicis subsequens.*
3 *Circumducitur etiam per productionem Commissionis factam pro parte aliorum litis consortium.*
4 *Collatio est nulla, quando est facta infrà decem dies datos ad appellandum, etiam si posteà non fuerit appellatum, & sub n.5.*
*Attentata an dicantur gesta pendente termino ad appellandum, si postea non fuerit appellatum, & n.5.*
6 *Appellatio non potest tolli etiam per Constitutionem Synodalem.*

### DECISIO CCCXXXIX.

1 FVit resolutum † non constare de re iudicata propter nullitatem secundæ sententiæ, *l.4.§. condemnatum de re iud. l. ea, quæ & l. vt proponis. C. quomodo, & quando iud.* Nullitas apparet, quia † fuit lata nulla præuia
2 citatione, & conclusio præcedens fuerat circumducta per productionem iurium, & decreta Iudicis subsequentia;[a] Felyn *in cap. cum dilectus. nu.17. de fid. instrum.*
a Rota *decis.1. de testibus in antiq.* Auffrer. *ad decis. Tolos.14.* fuit dictum in vna Tuletana Vicennij decimarum coram Bubalo, & in Clodien. Prioratus 21. Iunij 1596. coram Orano fuit enim post huiusmodi conclusionem non solùm exhibitum mandatum procuræ præsentatorum, quod Iudex mandauit communicari alteri parti, sed etiam Procurator eorumdem præsentauit quandam commissionem aliorum præsentatorum, qui pariter appellauerunt à sententia lata per Ordinariũ Pampilonen. & Iudex mandauit tradi copiam dictæ commissionis eum termino ad dicendum contra ad primam diem, in quibus terminis loquitur decisio Clodien. Et quod ex aduerso dicitur, Commissionem non fuisse admissam, tollitur ex facto; quia adest decretum admissionis. Non facit, † quòd Commissio fuit præsentata pro 3
parte aliorum prætendentium, & sic non videatur terminus circumductus quoad Petrum; quia Iudex voluit simul, & semel contra omnes procedere, prout fit, quando tertius venerit ad causam, hinc est, quòd tulit sententiam non solùm contra Petrum, sed etiam contra alios; vnde non est dicendum, quòd voluerit conclusionem reuocari quoad omnes. Prima sententia non impugnatur, sed collatio eius vigore facta, quam Domini dixerunt per viam nullitatis reuocandam,
† quia facta fuit infra decem dies datos ad appellandum, etiam quòd postea non fuisset appellatum, Cæs. 4
de Grass. *decis.2. de appell.* & fuit resolutum in Pampilonen. de lanzi 2. Martij 1592. coram Illustris. Cardinali Mantica, & in Aurien. Parochialis 1. Iulij 1596. coram R. P. D. meo Decano.[b] Non obstat † Constitutio Synodalis, quia per eam non potest tolli effectus appellationis, vt fuit latè deductum coram me in Florentina iurispatronatus de Ricasolis 28. April. 1606. b 5



### ANNOTATIO.

a Circa materiam circumductionis propter productionem nouorum iurium dixi latè *supra ad decis.149.*

b Rota † *decis.618.nu.2. & decis.598. nu.1. par.1. in recent.* fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Luna 7. Februa. 1618. coram R.P.D. Coccino Decano, Lancellor. *de attent. par.2. cap.11. sub nu.51. vers. nisi declarationem*, vbi dicit, quòd licet gesta infra tempus ad appellandum veniant reuocanda, etiam si non fuerit appellatum, huiusmodi tamen reuocatio non fit ex priuilegio, nec per modum attẽtatorum, sed per viam nullitatis, quod idem est dicendum, etiam si fuisset appellatũ, sed appellatio esset nulla, adhuc enim gesta infra decem dies ad appellandum per viam nullitatis essent reuocanda, vt fuit dictum in Mediolanen. iurispatronatus 17. Ianuar. 1612. coram R.P.D. Vbaldo, vbi redditur ratio, quia paria sunt non appellare, vel nulliter appellare. 6

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Sabinen. Alluuionis.

*Lunæ 19. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Testes de vniuersitate, an, & quando probent ad fauorem vniuersitatis.

### SVMMARIVM.

1 *Testes de Vniuersitate non probant ad fauorem Vniuersitatis, quando habent interesse, quod illos vti singulos respicit, & sub n.8. & latius nu.14.*
2 *Testes de Vniuersitate non repelluntur, quando causa agitur Vniuersitatis nomine.*
3 *Testes de Vniuersitate sunt admittendi, quando negocium principaliter non spectat ad Vniuersitatem, sed in consequentiam.*

4 *Donans non tenetur de euictione, quod declaratur sub num.13.*
5 *Testes de Vniuersitate non repelluntur, etiam si agatur principaliter de interesse Vniuersitatis.*
6 *Testes de Vniuersitate dato, quod non sint integri, numerus supplet.*
7 *Testium fides suppletur ex numero.*
9 *Testes vt repellantur propter interesse, est arbitrium iudici quale, & quantum debeat esse interesse.*
10 *Et modicum interesse non repellit testem.*
11 *Testes de Vniuersitate super iure pascendi non dicuntur habere interesse super hoc iure, quando soluunt mercedem pro pascuo.*
12 *Prout nec etiam, quando ius pascendi per Vniuersitatem venditur.*

## DECISIO CCCXL.

COntra testes examinatus pro Illustriss. Madrutiis
1 opponebatur, Gallesanos † non probare ad fauorem Vniuersitatis Gallesij: præsertim quia habent mul-
2 tiplex interesse, quod illos vti singulos respicit; † sed
fuit responsum, quòd non solùm non agitur causa Vniuersitatis nomine, vt considerauit Rota ad effectum, de
quo agitur, in vna Syracusana Præeminétiarum 5. Maij
1586. coram Bubalo, sed nec etiam tractatur de aliquo
eius iure, quia cessit omnia iura sua etiam Territorij
DD. Madrutiis, & licèt reseruatum fuerit, quòd Gallesani possent colere terras donatas, & præferrentur exteris, hoc tamen non est interesse Vniuersitatis, sed singulorum. Et quamuis aliqui dicant sibi videri, quòd
Communitas habeat interesse in hac causa, de eo tamen
3 non apparet, quia omne ius à se abdicauit, † & si quod
considerari posset, esset remotum, & consecutiuum, testis autem admittitur ad deponendum super negocio,
quod principaliter non spectat ad suam Vniuersitatem,
sed in consequentiam, Affl. *decis.* 400. *num.* 2. *in fin.* Imò
etiam quando huiusmodi interesse consecutiuum esset
proprium, & particulare, *l. distantibus*, vbi Ias. *nu.* 4. *C. de testam.* Nec facit, quòd vnus testis dicat (*Io credo, che hauendo la Communità, & huomini di Gallese donato, & ceduto al Sig. Alibrante questi beni, & terre, che la detta Communità, & huomini si possono dire interessati, poiche l'hanno da far buoni, & mantenere la detta donatione*) Ista enim
4 credulitas est erronea; † quia hoc non fuit promissum
in cessione, nec de iure est debita euictio, cùm cessio fa-
a cta sit ex causa donationis,[a] *l. Aristo. § fin. ff. de donat. l.* 2.
5 *C. de euict.* † Vbi etiam ageretur principaliter de interesse Vniuersitatis in causa per eam mota, non tamen
prohiberentur Gallesani deponere ad eius fauorem,
b [b] Bald. *in c. insuper n.* 3. & ibi etiam Felyn. *num.* 1. *vers. est etiam alia regula de testib.* Ant. de Butr. *in c. cùm Nuncius n.* 3 *eod. tit.* Alber. *in l. tantùm. § Vniuersitatis n.* 3. *& seqq.*
6 *ff. de rerum diuis.* Salycet. *in l. parentes n.* 7. *C. de testib.* † Et
vbi non essent omnino integri propter præsumptam
affectionem erga vniuersitatem, quod deficeret ex fide,
suppleret numerus testium, Soc. *cons.* 194. *sub nu.* 2. *vers. secundò, quia lib.* 2. cum aliis, quos refert, & sequitur Rolan. *cons.* 72. *num.* 5. *circa fin lib.* 2. & fuit dictum in illa
7 Syracusana præeminentiarum, † & est regula generalis, quòd numerus suppleat fidem testium, ex cumulatis per Gabr. *conclus.* 6 *in princ. de testib.* & dixit Rota in
vna Romana Prælationis 25. Octobr. 1574. coram Illustrissimo Card. Seraphino, & sæpiùs in aliis, maximè
cùm concurrant sex testes forenses, vt in dicta Syracu-
8 sana præeminentiarum. † Non obstat, quòd testes de
Vniuersitate repellantur omnino, vbi agitur de commodo singulorum, Bart. *in l. tantùm. § Vniuersitatis. nu.* 1. *ff. de rer. diuis.* Ang. *in l. omnibus n.* 2. *vers. aut respicit singulos C. de testib.* Rom. *cons.* 7. *nu.* 4. Conat. *pract. quæst. cap.* 18. *nu.* 4. *vers. quibus suffragatur*, vbi dicit quod ita omnium
consensu diffinitum est, & dixit Rota in Narnien. confinium coram R.P.D. meo Coccino, quia fuit dictum
nun constare de tali singulorum interesse, quod perimat eorum depositionem, interesse enim deductum respectu prælationis in colendo terras visum fuit leue,
cùm nihilominus soluere debeant, prout soluerunt de
residuo Territorij, & quoad istos testes est euentuale,
cùm non cogantur DD. Madruccij istis magis, quàm
alijs Gallesanis locare, † est autem arbitrarium iudici, 9
quale, & quantum debeat esse interesse, vt testis repellatur, cùm non omne commodum sufficiat, Lanfranc.
*de testib. nu.* 72. *in fin.* sequitur Campeg. pariter *de testib. reg.* 56. *in* 2. *&* 3. *fallen.* vbi etiam in idem allegat Abb.
*in cap. per tuas. de testib.* † & modicum interesse non re- 10
pellit, Cæsar. de Grass. *decis.* 9. *nu.* 8. *de testib.* Alia vtilitas, quia liberabantur ab oneribus soluendis Mallianensibus, non placuit, quia non apparet, quòd ea, aut similia non sint soluturi DD. Donatariis, prout nec alia
ex iure pascendi, non enim est considerabilis, † cùm di- 11
cant se mercedē soluere debere, vt post Bald. & Alex.
adductus dicit Capic. *decis.* 152. *nu.* 6. Rolan. *cons.* 72. *nu.* 15. *lib.* 2. sicuti dicitur cessare interesse singulorum,
quando † ius pascendi per Vniuersitatem venditur, Ia- 12
cobin. de Sancto Georg. *in l. nullus num.* 8. *vers. deinde, si esset quæstio. ff. de testib.* Bald. *in c. tertio loco num.* 4. Felyn. *nu.* 3. *in fin. vers. & idem si est quæst. de prob.* Couar. *d. cap.* 18. *nu.* 4. *vers. qua ratione.* Aliæ exceptiones, quæ dantur
personis tàm illorum sex testium forensium, quàm
Gallesanorum, visæ fuerunt Dominis non esse tales,
quòd saltem omnibus simul iunctis nun sit adhibenda
fides, modò non obstent exceptiones in dicto, quæ
erunt particulari dubio discutiendæ: Et sic conclusum.

## *ANNOTATIO.*

a Hæc conclusio, † quòd donans non teneatur de euictio- 13
ne, recipit plures limitationes, de quibus per Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 18. *& seq.* & Primò nun procedit, si donator expresse promiserit de euictione, Corn. *cons.* 141. *n.* 1. *li.* 2. Mant. *d. tit.* 4. *sub n.* 19. *&* 20. Secundò non procedit,
si dolus donatoris intercedat, Ruyn. *cons.* 184. *n.* 1. *li.* 1. Mant. *d. tit.* 4. *n.* 10. Tertiò conclusio procedit, quando donatio
incipit à traditione, secus autem si incipiat à promissione;
quia tunc donans de euictione tenetur, Mantic. *d. tit.* 4.
*n.* 18. Seraph *decis.* 534. *n.* 3. & benè Rota *decis.* 198. *n.* 12. inter impress. penes Cinc. *de censib.* aduertendum tamen est,
quòd donatio dicitur incipere à traditione, etiam si donator constituat se nomine donatarij possidere, vt declarat. Mant *d. art.* 4. *sub n.* 20.
b Materiam hanc an, † & quando testes de vniuersitate ad- 14
mittatur in causa vniuersitatis, latè tractat Farinac. *de test. quæst.* 60. *n.* 1. *& seq.* qui constituit regulam affirmatiuam cum ampliationibus & limitationibus, quam regulam etiam pluries Rota affirmauit, *vt in decis.* 312. inter
impress. penes Farinac. *post* 2. *li. consil.* & in Calaguritana
erectionis in Parochialem 11. Ianuar. 1619. coram R.P.D.
Verospo, sed communis distinctio est, quòd aut ista causa
vniuersitatis respicit interesse vniuersitatis tantùm, non
singulorum, & tunc procedit regula, de qua supra, aut
tangit interesse singulorum vti singulorum, & tunc testes
repelluntur, Rota *d. decis.* 312. *n.* 2. & Rota *decis.* 136. *n.* 1. *par.* 1. *in rec.* & *decis.* 330. *n.* 3. *par.* 2. *in recent.* in quibus decisionibus dicitur agi de interesse singulorum, quando agitur de
iure pasculandi, & singuli de vniuersitate possunt gratis
pasculare; non tamen potest negari, quin etiam si non
agatur de interesse singulorum vti singulorum, nihilominus propter præsumptam affectionem, quam erga suam
vniuersitatem habere præsumuntur, sint aliquantulum
diminutæ fidei, Honded. *cons.* 17. *n.* 88. *lib.* 1. & dixit Rota
in Senogallien. iurispascendi 17. Nouembr. 1619. coram
R. P. D. Remboldo, & propterea in concursu cum aliis
testibus hanc exceptionem non patientibus succumbere
debent, vt fuit dictum in Sabinen. Viletarum 18. Maij
1607. coram R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

Cæsita

## Ciuitaten. Habitus, & Antianitatis.

*Mercurij 28. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Antianitas incipit currere à die, quo quis admitti debuisset, nec stetit per eum, quin admitteretur.*

2 *Impeditus est excusandus, & maximè quando impedimentum prouenit à parte aduersa.*

### DECISIO CCCXLI.

INformante tantùm fratre Gundisaluo fuit sine diffi-
1 cultate resolutum † antianitatem deberi illi numerari à die 13. Septembris 1575. cùm enim à die illa admittendus fuisset ad habitum, nec steterit per ipsum,
a quo minus admitteretur, haberi debet pro admisso [a] ad omnem effectum, Rot. *decis. 6. de consuet. in antiquior.* Roch. de Curte *de consuet. sect. 4. in 3. requisito. n. 11.* Imò fuit admissus ex decreto Magni Magistri, & Consilij, per quod fuit ipsi concessum biennium ad transportandas probationes, quibus existentibus, prout requirunt stabilimenta Religionis, intelligeretur receptus, & à prædicta die curreret illi antianitas; quod decretum debet sortiri effectum, cùm probationes fuerint repertæ legitimæ, & sufficientes, Alex. *in l. à diuo Pio § in venditione n. 17. de re iud.* Felyn. *in c. quoad consultationem, post n. 1 extra eod. tit.* Nec refert, quòd eas in præfixo tempore non transmiserit; quia id contigit citra omnem eius culpam propter impedimenta præstita à Priore Castel-
2 læ: † Ideò venit excusandus, *l. sine herede §. idem iuris ff. ad leg. Rhod. de iact. l. non exigimus. §. 1. ff. si quis caut. l. Celsus §. 1. ff. de arbitr.* Bald. *in l. diffamari n. 5. in fin. C. de ingen. & manumiss.* & tantò magis, quia impedimenta fuerunt præstita à persona, quæ partes aduersarij sustinebat, *l. si cùm ipse*, & ibi not. *ff. de excus. tut. l. intra vtile.* vbi Bald. *ff. de minor.* Purpur. *cons. 90. num. 6.* Accedit solutio passagij, & functiones, quas à die antedicta facere cępit super Triremibus Religionis, ita vt pro eo concurrat omne ius, & omnis æquitas. Et ita conclusum.

### *ANNOTATIO.*

a Pluries in similibus materiis Rota resoluit haberi pro facto, quando quis impeditus fuit facere, prout in Ciuitaten. habitus 19. Decembris 1608. coram R.P.D. Manzanedo, vbi fuit dictum habendas esse carauanas pro factis, quando Miles Hierosolymitanus petiit ad illas admitti, & non fuit admissus, & de Canonico cui à Capitulo fuit denegata possessio, quod haberi debeat pro admisso ad effectum gaudendi prærogatiuis, & emolumentis aliorum Canonicorum, dixit Rota in Pacen. Canonicatus 27. Iunij 1612. coram R.P.D. Manzanedo, & in Toletana Canonicatus 5. Nouembris 1610. coram Cardinali Lancellotto, & facit regula, de qua per Surd. *cons. 374. num. 7.* vbi firmat, quòd pro facto haberi debet id, quod fieri debebat si per eum stetit, quominus factum fuerit, & latè Gonzal. *super reg. 8. §. 3. proœmiali n. 38. & sequen.* Id autem est declarandum procedere solùm in Pręiudicium illius, qui præstat impedimentum, non autem in præiudicium tertij, vt colligitur ex trad. per Gonz. *d. §. 3. proœmiali à n. 38. vsque ad* 42.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Mutinen. Canonicatus.

*Mercurij 28. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Compensationem opponens dicitur satisfacere clausulæ (*parito iudicato*) cùm compensatio habet vim solutionis, & possit quandocumque opponi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clausula* (parito iudicato) *censetur satisfactum ex compensatione, quæ vicem solutionis habet, & vide etiam, n. 6.*

2 *Compensatio opponi potest post sententiam, & rem indicatam, & in executione.*

*An possit opponi post terminum susceptum, & aduersus obligationem Cameralem, & n. 7.*

3 *Compensatio est fundata in æquitate.*

4 *Compensatio suadente æquitate est admittenda, vbi aliàs esset admittenda.*

5 *Compensatio non est solutio vera, sed ficta.*

### DECISIO CCCXLII.

FVit resolutum constare de paritione iudicato † ex 1
compensatione [a] opposita à Bernardo, quæ vicem a
solutionis obtinet, *l. si debitor. vers. nihil interest. ff. qui pot. in pign. habe. l. si pecunia. §. 1. ff. de stat. lib.* Batt. *in l. amplius. n. 8. ff. rem rat. haber.* & † opponi potest post sententiam, 2
& rem iudicatã, & in executione, [b] *l. 2. in fin.* vbi Doct. b
communiter *C. de compensat.* glos. & Doct. *in c. suborta.* vbi Felyn. *n. 7. de re iudic.* Afflict. *decis. 121. n. 3.* Paris. *cons. 121. n. 13. lib. 1.* per eam enim dicitur impleri sententia, Surd. *decis. 191. n. 7.* Præsertim † suadente æquitate, in 3
qua fundatur compensatio, Grat. *cons. 121. n. 13. lib. 1.* &
† propter quam admittitur, vbi aliàs non esset admit- 4
tenda, vt per Galles. *ad 4. par. obligat. Camer. quæst. 2. n. 2.* decis. Pedem. *92. n. 35.* quæ æquitas visa fuit esse multa pro Bernardo, qui suum beneficium amisit, prout etiam visum fuit satis liquidum eius creditum, quod in compensationem deducit. Non obstat, † quòd dicitur, com- 5
pensationem non esse veram, sed fictam solutionem, quia commissio non dicit soluto iudicato, sed parito, quæ paritio fit per compensationem non minùs, quàm per solutionem.

### *ANNOTATIO.*

a In contrarium, † quòd, scilicet, per compensationem non 6
sit satisfactum clausulæ (*parito*) ex eo quia talis clausula requirit realem paritionem, tenuit Rota in Romana de Rusticuccis 7. Iunij 1619. coram R.P.D. Remboldo, vbi enim requiritur vera solutio non admittitur compensatio, Surd. *cons. 246. n. 19.* & ideò quia ad effectum acquirendi quasi possessionem exigendi requiritur vera solutio, non sufficit compensatio, Rota *decis. 389. n. 2. part. 1. diuers.*

b Compensatio † an possit opponi post terminum suse- 7
ptum Rota variauit, nam in Romana Pecuniaria coram Cardinali Sacrato impressa penes Marchès. *de commiss. to. 1. fol. 777.* dixit posse opponi dictam exceptionem compensationis, etiam aduersus terminum susceptum, tamen contrarium coram eodem postea fuit tentum in Romana pecuniaria 15. Nouembr. 1613. & hanc secuta fuit, Rota *decis. 773. sub n. 5. par. 2. in recent.* vbi consideratur, quòd per termini susceptionem censetur renunciatum exceptioni compensationis: An autem admittatur exceptio compensationis aduersus obligationem Cameralem, vide latè Zacch. *de obligatio. Camer. quæst. 18. n. 8. & seq.* & admittitur etiam aduersus obligationem Cameralem, quando creditum, cuius compensatio opponitur, superuenit post dictam obligationem Cameralem, vt tenuit

Rota in Veneta donationis 17. Nouembris 1617. coram R. P. D. Butatto.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Leodien. Bonorum.

*Mercurij 3. Decembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Concessio in emphytheosim ex quibus probetur vtilis Ecclesiæ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Concessio in emphytheosim ex obseruantia 30. annorum præsumitur non solùm solemnis, sed etiam vtilis, & num. 4.*
2 *Concessio præsumitur vtilis ex eo, quia fuit facta pro maiori summa, quàm fuit repertum in licitatione.*
3 *Item etiam est vtilis, quando est facta in perpetuum pro eadem quantitate, pro qua fieri solebat, dum ad tempus concedebatur cum in concessione perpetua iustè detrahatur de solita responsione sexta pars, & sub num. 7.*
4 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex obseruantia 30. annorum, etiam si non sit nec enunciatum, nec reseruatum, & n. 5.*
*Alienatio rerum Ecclesiæ præsumitur vtilis ex confirmatione executorum, & Commissariorum Apostolicorum, n. 6.*

### DECISIO CCCXLIII.

RESolutum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam; quia de validitate non dubitatur, & de iustitia apparet ex decisione Domini mei Lancellotti,
1 † cùm enim concessio fuerit per 30. annos, & vltra ante litem motam obseruata, habet præsumptionem pro
a se non solùm solemnitatis, sed etiam vtilitatis,[a] vt fuit dictum in causa Romana Domus in Burgo 30. Martij 1589. coram Illustrissimo Cardinali Manrica, & aliis allegatis in decisione, & vltra præsumptionem, quæ est
2 pro vtilitate, de ea etiam † satis apparenter liquet, quia concessio facta fuit pro modiis vigintiquatuor, cùm tamen in licitatione non fuerint reperti nisi vigintiduo, & clariùs, quia antiquitus locabantur pro annua re-
3 sponsione modiorum 18. † & ista est concessio perpetuatum, ex qua iustè detrahitur de solita responsione,
b vsque ad sextam partem,[b] ad not. *in Auth. perpetua C. de Sacros. Eccles.* & vbi non detrahitur, constat de euidenti vtilitate, vt dixit Rota in illa Romana domus in Burgo, tantò magis, quando fit cum augmento Canonis, vt benè deducitur in decisione Domini mei Lancellotti, in qua etiam benè omnia obiecta Monasterij diluuntur. Nec facit, quòd contra decisionem, & sententiam Rotalem opponebatur concessionem loqui de octo bonuariis tantùm, & ex mensuratione deprehendi hæredem Io. di l'her detinere sexaginta duo, quia responsio patet ex lectura proclamationis, ad quam se refert concessio, in ea enim legitur proclamari concedendum tenimentum, & coloniam infra se habentem varia membra, videlicet, iardenum, prata, terras, agros, sartagia, & pascua vnà cum dumeto, vinea, & inter ista terras arabiles octo bonuariorum, ex quo apparet mensuram non esse adiectam vniuerso tenimento, nec limitate totam concessionem, sed tantùm terras arabiles, vltra quòd non probatur totam quantitatem prædictæ mensuræ esse de terris à Monasterio habitis, & in colonia comprehensis.

### *ANNOTATIO.*

a Aliénatio † rerum Ecclesiæ ex obseruantia 30. annorũ non solùm præsumitur solemnis, sed etiam vtilis, Mantic. *dec.* 101. Seraphin. *decis.* 1125. *n.* 3. *& decis.* 1307. *n.* 7. Rot. *dec.* 684. *sub n.* 1. *vers. maximè verò secuta par.* 2. *in recent. & decis.* 221. *n.* 3. *par.* 4. *in nouissimè impressis*, & optimè in Tusculana Bonorum 18. Martij 1611. coram Cardinali Sacrato, vbi hæc decisio canonizatur; cùm enim ex obseruantia 30. 4
annorum † præsumatur beneplacitũ Apostolicum, Gabr. *cons.* 82. *n.* 30. *&* 31. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 1042. Rota *decis.* 179. *n.* 1. *par.* 2. *diu.* Gonz. *sup. reg.* 8. *glos.* 12. *n.* 76. quod procedit etiam si non reperiatur enunciatum, nec reseruatum in concessione, Seraph. *d. decis.* 1042. Rot. *decis.* 159. *n.* 4. *par.* 1. *in recent.* subintrat alia conclusio, quòd beneplacitum Apostolicum facit præsumere vtilitatem, & iustam causam, Rota post relatos *decis.* 201. *sub num.* 1. *vers. vltra quod par.* 1. *in recent.* Mantic. *d. decis.* 101. Vbi respondetur ad illam obiectionem, quòd vna præsumptio non debet oriri ex alia. 5

Vlterius præsumitur † vtilis alienatio ex sola confirmatione exequutorum, pro quibus in dubio est præsumendum, Seraph. *d. decis.* 1225. *n.* 1. Rot. *decis.* 479. *n.* 1. *par.* 1. *diuers. & in recent. decis.* 584. *n.* 1. *par.* 2. Surd. *cons.* 249. *n.* 19. *versus finem.* Hoc procedit in dubio, & ideo cessat dicta præsumptio, si de contrario constaret, Hond. qui alios refert *cons.* 37. *n.* 15. *lib.* 2. 6

b Et quòd † in alienatione perpetua iustè detrahatur de solita responsione temporali vsque ad sextam partem, Seraph. *decis.* 1125. *n.* 4. Rota *decis.* 78. *n.* 5. *par.* 2. *diuers. & in recent. decis.* 684. *sub n.* 4. *par.* 2. vbi dicitur fuisse aliàs sæpè in Rota decisum. 7

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmen. Status.

*Lunæ 3. Decembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Tempus an, & quando per testes dicatur concludenter, & certitudinaliter probatum, & an, & quando testes censeantur contestes in tempore.

### *SVMMARIVM.*

1 *Testes singulares singularitate obstatiua repelluntur.*
2 *Testes debent iudicari contestes etiam in tempore.*
3 *Matrimonij pluralitas, & iteratio non est præsumenda.*
4 *Pluralitas in factis non præsumitur.*
5 *Maximè, quando actus sunt tales, qui à communiter contingentibus iterari non solent.*
6 *Testis non præcisè deponens de tempore, sed per dictionem* (in circa) *illud non probat, & n. 8.*
7 *Testis ignorans principium temporis, vnde fieri debeat denumeratio, non potest deponere de tempore.*
8 *Testis deponens de tempore per verba* (iudicio suo, plus, vel minus) *dicitur non recordari de tempore, & n. 17.*
9 *Dictio* (in circa) *quantum tempus capiat est positum in arbitrio Iudicis.*
10 *Tempus modicum quantùm dicatur, est in arbitrio Iudicis.*
11 *Modicum dicitur quarta pars.*
12 *Modicum dicitur triennium in spatio 24. annorum.*
13 *Testis loquens confusè, & dubitatiuè de tempore debet iudicari contestis cum aliis probationibus certum tempus determinantibus.*
14 *Testes, quantùm fieri potest, sunt reducendi ad concordiam.*
15 *Bart.* in l. de ætate ff. de minor. *declaratur.*

DECI

## DECISIO CCCXLIV.

Post longam, & pluries iteratam disputationem, Domini perstiterant in decisis animaduertentes indagationem temporis in depositione D. Baptistæ princi-
1 paliter tendere ad reddendum ipsum non † solum sin-
2 gularem singularitate obstatiua, per ª quam lacerantur probationes, vt dicit Bal. cons. 25. num. 2. in fin. lib. 3. &
3 post eum Aym. cons. 41. sub n. 7. † contra regulam, quòd debeant iudicari contestes etiam in tempore ad effectum, vt probent, de qua infra dicetur, sed etiam ad reddendum sibimet contrarium, cùm enim deponat se fuisse præsentem desponsationi Catherinæ, si volumus, vt prætendunt Domini Rangoni, quòd se restringat ad tempus ab anno 1499. vsque ad annum 1507. de quo tempore non fuit matrimonium, cum dispensatio de contrahendo sit posterior, non erit verum, quòd fuerit præsens dispensationi. Nec obstat, quod dicitur de
3 † pluralitate, & iteratione matrimonij, quia illa nullo
b modo est ᵇ præsumenda, vt per Ruyn. cons. 141. post n. 12.
4 lib. 5. † & facit regula, quòd in factis pluralitas non præsumitur, vt notatur in l. cùm quis. §. in popularibus. ff. de iur. iur. in cap. in præsentia de probat. & per Bald. in l. fin. C.
5 de rebus cred. † quæ sine difficultate procedit in actibus, qui à communiter contingentibus iterari, & multiplicari non solent, Dec. in d. cap. in præsentia sub n. 43. vers. si verò multiplicari non solent. cum multis per Syluan. cons. 57. n. 36. Et multùm facit depositio Stephani de Caualis testis pro parte DD. de Rangonis inducti, qui dicit audiuisse à Don Baptista, quòd Bernardinus tempore desponsationis Catherinæ obtinuit dispensationem à Sede Apostolica, & sic non loquitur de alio matrimonio ab eo, de quo in dispensatione. Et propterea cùm agatur de reprobando dicto Don Baptista, non est facien-
6 da vis in tempore, de quo † non præcisè deponit, sed cum dictione (in circa) & aliis incertis, & indeterminatis, iuxta decis. Caput. 247. par. 3. Placebat etiam pluribus ex Dominis, quod in decisione dicitur, Don Baptistam non recordari de tempore propter eius præcedentem protestationem, quæ erat multùm verisimilis propter præsumptionem obliuionis ex tanti temporis spatio, & impræmeditatam responsionem ad improuisam interrogationem, & dicebant non obstare, quod ex aduerso obiicitur, ipsum non dicere se non recordari de quantitate temporis, sed quòd non recordatur de
7 anno præcisè, † quia si non recordatur annum, non potest recordari temporis quantitatem, nam qui ignorat principium, à quo debet fieri dinumeratio, & computatio, dinumerationem & computationem ignoret necesse est, l. de ætate non fallò. ff. de gradib. Bart. in l. de ætat. n. 7. circa med. vers. quæritur, vtrum minor ætas. ff. de minor. Bald. in l. si minorem. sub n. 4. C. de restitut. in integrum. Salycet. in l. 2. sub n. 2. vers. item nota hæc. C. de temp. appell. Cùm enim computatio fiat habito respectu ad principium temporis, necesse est habere principium, vt sciamus computare, Ias. in l. de diuisione n. 6. ff. solut. matrim. & propterea Don Baptista, qui non recordatur de anno contracti matrimonij, per necesse nō recordatur quantum temporis effluxerit post cōtractum matrimonium. Accedit, quòd interrogatus de tempore non dixit sim-
8 pliciter de 30. annis, sed subiungit † (iudicio suo) cum dictione (in circa, plus, vel minus) quæ nihil aliud important, nisi quòd non recordatur, Aret. in cap. quoties. in fi. de testib. & ita non recordatur de 30. annis, non recordatur de pluri, vel minori tempore. Nec facit, quòd recordetur saltim de aliqua latitudine temporis, quia hoc dato non erit talis, quòd non possit excedere annum
9 1506. & 1507. Domini enim, in quorum arbitrio † est positum, quod tēpus capiat dictio (in circa & aliæ, Alex. cons. 82. n. 5. lib. 7. cum multis allegatis per informantes, arbitrati fuerunt, quòd non excludat annum 1508. Nec

facit, quòd soleant referri ad modicum tempus; † quia 10
& istud modicum est in arbitrio iudicantis; Corn. cons. 179. n. 4. & 5. lib. 3. † & quarta pars dicitur modica, l. si 11
quis in suo C. de inoff. testam. † & tres anni in spatio qua- 12
tuordecim annorum, ex glos. in l. pupillum. ff. de reg. iur. & in §. pupillus Instit. de inutil. stipulat. quę ad propositum ponderat Corn. vbi supra. Et licèt alias Rota interpretata sit continere minus tempus, attamen aliter, atque aliter seruandum est secundùm subiectam materiam, & quòd in casu nostro capiat dictum tēpus anni 1508. vltra depositionem Stephani de Caualis superiùs relatam, facit, † quòd testis loquens confusè, & dubitatiuè 13
de tempore debet iudicari contestis cum aliis probationibus certum tēpus determinantibus, Paul. de Castr. cons. 26. n. 5. circa fin. lib. 1. Alex. cons. 156. n. 11. & 12. lib. 5. & cons. 186. n. 3. in fin. lib. 7. Aym. cons. 78. sub n. 9. vers. amplius testis, † & est regula ordinaria, testes esse, quantùm 14
fieri potest, reducendos ad concordiam ad effectum, vt probent, ᶜ Cæsar de Grass. decis. 5. n. 23. de spons. Caputaq. decis. 270. n. 7. par. 3. Non obstat dictum Bart. in c
d. l. de ætate. ff. de minori. † quia ibi habebatur certum 15
tempus, à quo dinumerando testis sciebat non esse elapsos quatuordecim annos, & quando interrogatus de anno respondit nescire, ad saluandum eum debet intelligi, quòd nesciat annum Natiuitatis Domini, quasi dicat, nescio, quot anni sint à Natiuitate Domini, scio tamen quotus est annus à natiuitate pueri, vt sunt verba Bart. & sic ibi obstetrices, licèt ignorarent annum Domini, attamen recordabantur annum natiuitatis pueri, & sic principium temporis, nil mirum si sciebant etiam temporis dinumerationem, Salyc. in d. l. 2. sub n. 2. vers. item nota hæc. C. de temp. appell. & dicebant simpliciter, & pro firmo, quod à tempore Natiuitatis vsque ad tempus depositionis non cucurrerunt 14. anni, sed Don Baptista non recordatur principium, quia non recordatur de quo anno Catherina fuerat desponsata, non firmat tempus; quia non dicit simpliciter, sunt triginta anni, non plus, non minùs; quia alternatiuè loquitur. Non obstat Doctr. eiusdem Bartol. in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr. si eam intelligimus, prout intelligit Aretin. in decisione alleg. sed veterius dicitur non facere ad casum nostrum; quia vbi in casu nostro verba (iudicio suo) essent iuncta cum sensu corporis, quod tamen negabant aliqui ex Dominis optimis rationibus: casus iste multùm distat à casu Bartoli, in quo testis simpliciter dicebat de decem annis, & subiungebantur illa verba (vt mihi videtur) quæ secundùm intelligentiam partis aduersæ non tollunt, quo minus probaret dictum tempus, in casu autem nostro vltra protestationem præcedentem, quòd non recordatur de anno, & sic de initio temporis, quo casu non potest firmari aliquod super quantitate temporis, vt dictum est, & tradit Natt. consil. 53. n. 3. vers. nam ex sex testibus, vltra etiam verba (iudicio suo) quæ æquipollent verbis (vt sibi videtur) testis vsus est dictione (in circa) † quæ facit, vt non dicatur concludenter probare 16
tempus, Alex. cons. 149. n. 7. lib. 4. Natt. vbi supra. & dicit Cuman. cons. 91. circa princ. vers. hoc tamen non obstante, quòd propter incertitudinem, & indeterminationem nihil operatur. † Item subiungit plus, vel minus, ita vt 17
non dicatur certè, & constanter deponere, ᵈ Bald. in l. d
si ab hostibus. §. fin. n. 3. in fin. & n. seqq. ff. solut. matrim. Cæsar de Grass. decis. 7. n. 3. de prob. Præsertim propter illam alternatiuam (vel) Alex. in d. l. si post. n. 6. circa med. ff. si quis caut. Natt. d. cons. sub n. 2. vers. item deponit per alternatiuam. Ex quibus resolutum fuit Don Baptistam non probare aliquod tempus, saltem quòd excludat annum 1508.

*ANNOTATIO.*

a De triplici specie singularitatis obstatiuæ, adminiculatiuæ, & diuersificatiuæ plenè tractat Farinac. *de testib. q. 64. num. 4.*

b Pluralitas, an verò identitas sit præsumenda, vide latè Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. per totum.*

c De quo latè per Farinac. *de testib. quæst. 65. n. 37. & seq.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat.

d De teste non constanter, sed dubitatiuè deponente latè tractat Farinac. *de testib. q. 68. n. 8. & seq.* vbi refert plures dictiones, & plures modos loquendi, quibus solent vti testes, quando dubitatiuè, & non constanter deponunt.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. census, seu attentatorum.

*Lunæ 10. Decembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Attentata non dantur, vbi causæ sunt diuersæ, & an, & quando causæ censeantur diuersæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Attentata non dantur, vbi causæ sunt diuersa, & n. 6.*
2 *Causa est diuersa, quando agitur super diuersis terminis fructuum.*
3 *Tot sunt obligationes, quot sunt debita, & termini.*
4 *Clausula (vnà cum toto negocio principali) & aliæ similes intelliguntur strictè de, & circa causam, & actionem intentatam.*
5 *Facultas exequendi obligationem Cameralem non venit sub clausulis generalibus, sed requirit specialem expressionem.*

### DECISIO CCCXLV.

PEndente in Rota coram me causa appellationis à mandato Aud. Cam. ad fauorem Dominorum de Duratiis contra Albertum Balzanum relaxato pro solutione quorumdam fructuum census, & renouatione cædulæ Banchatiæ; egerunt Duratij coram Aud. Cam. pro aliis terminis fructuum dicti census, quorum dies cessit post relaxationem præfati mandati, & pro quibus obtinuerunt aliud mandatum; quòd Balzanus dicebat attentatum, vti obtentum postquam causa erat per appellationem in Rota introducta, sed Domini vtraque parte informante contrarium resoluerunt. Fundamen-
1 tum fuit in diuersitate causarum, † qua stante non est
a locus attentatis, a Ægid. Bellam. *cons. 18. sub n. 3. vers. sed contrarium, & n. 4.* Soc. *cons. 45. sub n. 5. vers. quibus suppositis lib. 1.* cum aliis cumulatis per Lancell. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2. n. 13.* & multis sequentibus, causa autem diuersa est non solùm quatenus in primo iudicio actum est de renouatione cædulæ, in vltimo autem
2 de solutione censuum; † sed etiam quatenus in dicto primo iudicio fuit actum ad solutionem fructuũ postquam sunt diuersi termini fructuum ab iis, quæ vltimo in iudicio fuerunt deducti, vt post Bart. *in l. non potest. ff. de iudic.* tradit Gabr. *cons. 42. n. 18 lib. 1.* benè Ias. *cons. 9. n. 4. & 5. lib. 1.* & propterea dicit Lancell. *vbi supra sub n. 17.* fuisse in Rota resolutum in vna Bononien. Pecuniaria non fuisse attentatam sententiam super certa summa Bononiæ latam per iudicem à quo pendente appellatione in Rota super alia summa, licèt ageretur inter
3 easdem personas, facit, † quia tot sunt obligationes, & debita, quot termini, *l. fiere debemus in princ. ff. de verb. oblig.* Ias. *d. cons. n. 4. in fine.* Put. *decis. 259. lib. 1.* Mohed. *decis. 4. de præsumpt.* Non obstat clausula, *(vnà cum toto negocio)* & aliæ ponderatæ ab informantibus pro parte Balzani; † quia omnes intelliguntur de, & circa causam, 4
& actionem intentatam, super qua fuit pronunciatum, & commissa causa appellationis, aut saltem per eas non potest dici auocatum iudicium exequutiuum quoad terminos decurrendos ab A. C. cùm præsertim † facul- 5
tas exequendi obligationes Camerales non veniat sub clausulis generalibus; sed requirat specialem expressionem. Non obstat decis. Cæsaraugustana Pecuniaria de Muellæ 15. Iunij 1601. coram Illustriss. Card. Pamphilio, quia cùm in eadem causa fuisset allegata coram R. P. D meo Coccino 31. Ianuarij 1603. Rota de eadem dubitauit, & ordinauit, vt videretur de bono iure.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd † stante diuersitate causarum non sit locus at- 6
tentatis, dixit Rota *in decis. 500. n. 6. & 10. par. 1. in recent.* & in Romana Domus 26. Martij 1618. coram bo. mem. Andrea, vbi fuit vlterius dictum hoc procedere etiam, si aliquid fuisset innouatum circa ius, quod venit secundariò, & in consequentiam ab illo iure, super quo causa pendet.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. legati.

*Lunæ 17. Decembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Legatum Dotis censetur, quando fuit relictum sub commemoratione Nuptiarum, & an, & quando contineat conditionem, si Nuptiæ sequantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum censetur pro dote relictum, quando factum fuit sub commemoratione Nuptiarum.*
2 *Legatum dotis relictum ab extraneo est conditionale, si nuptiæ sequuntur, & reprobantur contrarium tenentes sub n. 4.*
3 *Legatum dotis non est conditionale, quando est relictum ab eo, in cuius bonis debetur legitima.*
4 *Dos non potest esse sine matrimonio.*
5 *Conditionale censetur legatum, quando continet diem incertam, etiam si dies incerta sit adiecta præstationi legati, & n. 8.*
6 *Legatum an sit conditionale, multùm pendet à coniectura mente testatoris.*

### DECISIO CCCXLVI.

DOmini non dubitarunt legatum factum filiabus Iulij Cæsaris, & Alexandri esse in causam dotis, non solùm propter expressam mentionem ipsius dotis;
† sed etiam quia factum fuit sub commemoratione nu- 1
ptiarum, Ruyn. *cons. 224. n. 10. lib. 1.* Bero. *cons. 45. n. 1. lib. 2.* latè Illustriss. Mantica *de Coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 21. n. 1. & 4.* † & propterea resoluerunt esse conditionale; si 2
nupserint, & non deberi nisi secutis nuptiis, prout est
natura legati pro dote ab extraneo facti, a Bart. *in l. Ti-* a
*tia centum. §. Titia genero n. 3. vers. concluditur ergo. & n. 4. ff. de cond. & demon.* Corn. qui communem dicit *cons. 229. n. 3. in fin. lib. 4.* cum multis per Illustriss. Mant. *lib. 11. tit. 22. n. 12. & sequ. iuncto n. 7. vers. secundus casus,* & per Menoch. *præsumpt. 146. n. 24. iuncto n. 6. & seq. lib. 4.* & tenuit Rota in causa Bononien successionis 11. Februar. 1598. coram Illustriss. Card. Pamphilio, nec non in causa Romana fideicommissi de Mattmis 5. Iunij 1599. coram D. meo Iusto. Non obstant plures in contrarium adducti;
quia aliqui loquuntur, † quando dos legatur ab eo, in 3
cuius bonis legitima debetur legatariæ, quo casu cum

lega

legatum dotis censeatur pro legitima debita relictum,
ex natura legitimæ, nec istam, nec aliam conditionem
admittit, Paul. de Castr. *consil. 16. num. 4. lib. 1.* Alexand.
*cons. 179. n. 10. lib. 5.* Aym. qui alios cumulat, *cons. 778. n.*
*3. & 4.* Menoch. *cons. 81. n. 4.* fuit dictum in illa Bono-
4 nien. successionis. † Aliqui loquuntur contra commu-
nem sententiam, prout Aym. *cons. 101.* ita enim eum ar-
guit Illustriss. Mant. *lib. 13. tit. 18. n. 23. in fin.* post Rimin.
iun. quem allegat. Non obstat, quod conditio nuptia-
rum sit apposita executioni legati; quia vltra quod nō
5 tollit eam, quæ inest tacitè substantiæ legati dotis, † quę
sine matrimonio esse non potest, *l. 1. ff. de iur. dot. l. fin. C.*
6 *de donat. ante nupt.* † dies incerta adiecta præstationi
b legati, reddit illud conditionale, [b] vt in istis terminis
dicit Ang. *in l. Seius Saturninus n. 2.* quem sequitur *ibi*
Alex. pariter *n. 2. ff. ad Trebell.* & est communis senten-
tia, vt testatur Rim. iun. *cons. 334. n. 19. & 20.* latè Illu-
striss. Mantica *lib. 11. tit. 18. n. 20. & seq.* qui damnat De-
cian. *cons. 5. lib. 3.* ex aduerso allegatum non constituen-
tem differentiam inter diem certam, & incertā. Quam
sententiam eò libentiùs in casu isto amplexi sunt Do-
mini, quia visa fuit multùm consona menti testatoris,
qui cùm enixè studeret exclusioni fœminarum, vt bo-
na in agnatione conseruaret, non est credendum, quòd
voluerit præbere ansam exhauriendi pingue legatum,
& illud in extraneos transmittendi ex alia causa, quàm
7 matrimonij, † & ista materia multùm pendet à conie-
ctura ta voluntate testantis, Ang. *cons. 392. n. 2.* Corn.
*cons. 40. sub n. 15. lib. 3.* decisio Delfin. 858. *num. 8. par. 1.*
Couar. *in c. 3. post n. 11. de testam.* Decisio Maceraten. lega-
ti coram D. meo Coccino, & Romana Alimentorum
coram bo. me. Cardinali Lancellotto non loquuntur in
legato dotis; decisio etiam Romana donationis coram
me non obstat; quia ibi dubitabatur principaliter de
implemento conditionis, non si esset promissio pura,
vel conditionalis.

*ANNOTATIO.*

a De hac materia an legatum pro dote relictum sit condi-
tionale, an verò sit purum vltra allegatos in decisione la-
tè tractat Grass. §. *legatum q. 48. per totam.* Honded. *cons. 53.*
*per totum lib. 2.* Menoch. *cons. 455.* Gaspar Ant. Thes. *quæst.*
*foren. lib. 1. q. 43.* Castil. *de Conuict. vlt. vol. cap. 55. n. 54.* qui in-
finitos cumulat, Galganet. *de condit. & demonstr. par. 2. cap.*
*6. q. 1. fo. 330.*
8 b Et quòd tempus † incertum adiectum solutioni legati
reddat illud conditionale, latè plures cumulans tradit
Gaspar Ant. Thes. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 68. n. 7. & 8.* Vbi
in specie agit de legatis relictis pro maritandis puellis.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana census scut. 18. mil.

*Lunæ 17. Nouembris 1607.*

### ARGVMENTVM.

Emptor an, & quando teneatur ad fructus re-
compensatiuos iuxta æquitatem *l. curabit*, &
respondetur pluribus exceptionibus, quæ
opponebantur contra cædulam banchariam
datam per emptorem.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor pro tempore, quo non habuit rem, non tenetur ad fructus, & n. 7.*
2 *Emptor, qui rem, & pretium habet, tenetur ad fructus recompensatiuos.*
3 *Ista vsura recompensatiua debentur etiam attenta dispositione iuris Canonici.*
4 *Fructus recompensatiui an debeantur habita ratione ad æstimationem fructuum perceptorum, an verò ad ratam temporis.*
5 *Emptor non tenetur ad fructus recompensatiuos, si nullos fructus percepit, nec percipere potuit.*
6 *Fructus dicuntur percipi nō solùm tempore, quo colliguntur, sed etiam toto tempore, quo curantur, & crescunt.*
7 *Emptori, qui non totum, sed partem pretij soluit, debentur fructus à die solutionis pro rata pretij soluti, quod declaratur, prout sub n. 18.*
8 *Cædula bancharia habet vim solutionis ad effectum, nec currant fructus recompensatiui, declaratur, prout sub num. 19.*
9 *Emptor, vt euitet vsuras recompensatiuas sufficit, quòd non retineat pretium.*
10 *Emptor tenetur venditori ad vsuras recompensatiuas per solam traditionem rei, licèt venditor in totum ex parte sua non impleuerit.*
11 *Exceptio non implementi non competit, quando nullum resultat interesse, nec damnum ex non implemento, & num. 20.*
12 *Cædula licèt contineat conditiones, tamen si illæ sunt intrinsecæ, & ex natura negotij non vitiant.*
13 *Prioritas, & potioritas creditorum dignosci non potest, nisi facta discussione.*
14 *Obligatus soluere debitum alienum potest petere cessionem.*
15 *Cessio non potest denegari, quando cedenti non nocet, & soluenti prodest.*
16 *Reseruatio non tribuit ius, si aliàs non competebat.*

## DECISIO CCCXLVII.

ACtum fuit de fructibus, seu vsuris recompensati-
uis, an Princeps ad eas teneatur, & pro quo tem-
pore, ac pro qua rata, in quo fuerunt distincta tria tem-
pora, primum à die 21. Iulij 1594. quando fuit facta
venditio Castri Nomenti vsque ad diem 1. Martij anni
sequentis, sub qua Princeps consequutus fuit possessio-
nem, quoad istud tempus res de plano procedit, † quòd 1
ad nullos fructus, siue vsuras recompensatiuas tenetur,
cùm rem non habuerit, nec eius possessionem, [a] *l. cura-* a
*bit. C. de act. empt. l. Iulianus §. ex vendito ff. eod. tit. l. 2. C. de*
*vsur.* Imol. *in l. Insulam. §. vsuras. in fin. ff. solut. matr.* Corn.
*cons. 113. sub n. 4. vers. clarissimum est etiam lib. 3.* Paris. *cons.*
*175. n. 15. in fin. lib. 4.* Aym. *cons. 105. n. 11.* Secundum est
tempus à die prima Martij vsque ad primā Iunij eius-
dem anni, in quo etiam Domini sine difficultate dixe-
runt † Principem teneri; quia rem, & partem precij ha- 2
bebat, Corn. *cons. 150. in fin. lib. 4.* cum multis per Gabr.
*de empt. & vend. concl. 4. n. 1.* Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 4. n.*
*6. ad fin. vers. decimo tertio apparet*, † quæ vsuræ peti pos- 3
sunt etiam attenta dispositione iuris Canonici, [b] glos. b
*in d. l. curabit. in ver. ratio, & in c. cōquestus in glos. 2. de vsur.*
Bart. & alij *in l. 2. C. de vsur.* Ruin. qui communem dicit,
*cons. 73. sub n. 3. vers. tertius est casus lib. 3.* latissimè Gabr. *d.*
*conclus. n. 5.* Difficultas est circa ratam, & in hoc Domini
non benè conueniebant, aliqui enim dicebant debere
haberi † respectum ad ratam fructuum, id est vt debea- 4
tur æstimatio illorum fructuum, quos in dictis mensi-
bus percepit, hoc est, à solo separauit, pro qua sententia
facit, quia æquitas fundatur in perceptione fructuum
magis, quàm in rei traditione, Corn. *cons. 59. sub n. 5. cir-*
*ca med. vers. ex quibus demonstratur. lib. 3.* Cagnol. *in d. l.*
*curabit. n. 29.* Natt. *cons. 494. n. 3.* & benè probat text. *in d.*
*l. curabit* ibi, *quas perceptorum fructuum non generauit*, † & 5
ad nullas vsuras tenetur, si fructus nullos percepit, nec
percipere potuit, [c] Cyn. *in l. in minorum in 1. opposit. C.* c
*quibus caus. rest. in integr. non est necesse.* Imol. *in d. §. vsuras*
*in fin.* Soc. *cons. 109. post n. 3. lib. 1.* Cagnol. qui dicit com-
munem *in d. l. curabit sub n. 28.* Alij tenebant, quod pro
rata tēporis, & ratio esse potest; † quia fructus dicuntur 6
percipi

percipi non solùm tempore, quo colligantur, sed etiam toto tempore, quo curantur, & crescunt, *l. diuortia. §. nō solùm*, vbi Paul. de Castr. *num. 2. ff. solut. matr.* Soc. *in l. qui Roma in princ. post n. 22. vers. & secundum hanc considerationem de verb. oblig.* & in terminis, *l. curabit* tradit Hond. *cons. 41. n. 18. & seq. lib. 1.* sufficit enim, quòd emptor perceperit ex re vtilitatem, Bald. *in rub. C. de vsur. q. 2. in fin. n. 12.* quam vtilitatem percipit ex illo tempore, quo crescunt, propterea quando opus esset vellem particulariter discutere, an sit habenda ratio fructuum, vel temporis; sed non videtur necessaria hæc discussio in casu
7 isto; † quia Principi, qui partem pretij vsque ad 35. mil. in circa soluerat, re adhuc non habita debebantur pro rata pretij soluti à venditoribus fructus à die solutio-
d nis,[d] *l. fin. ff. de fund. dot.* Bald. *in l. si traditio q. 9. C. de act. empt.* Alex. *cons. 121. sub n. 2. lib. 4.* Cagnol. *in d. l. curabit n. 40.* Tiraq. *de retract. conuentional. ad fin. tit. num. 7.* Gabr. *de empt. conclus. 3. n. 5.* Couar. *vbi supra n. 7.* quorum compensatio fieri potest, & debet cum fructibus ex aduerso prætensis, prout etiam competit saltem retentio pro scutis 2700. quos Princeps soluit Rauennæ, vt posset liberam possessionem Castri capere. Quantum ad vltimum tempus à die consignationis cædulæ citra, fuit resolutum Principem non teneri ad dictos fructus; quia licet de illo tempore habuerit, & possederit Castrum, attamen non habuit pretiū propter depositionem cæ-
8 dulæ, † quæ habet vim solutionis. [e] Put. *dec. 165. lib. 1.*
e & fuit pluries decisum, signanter autem ad effectū impediendi, ne currant fructus, in vna Romana fructuum census 9. Aprilis 1601. coram R. P. D. meo Iusto, vltra quòd fuit expressè conuentum, quòd post datam cædulam fructus, seu vsuræ compensatiuæ non currerent ad damnum Principis. Non obstat, quòd cædula non sit
9 conformis conuentioni; † quia vltra quod ad effectum effugiendi dd. vsuras sufficere deberet Principi, quòd
10 non retineat pretium, † sicuti ad illas consequendum sufficit traditio venditionis, licèt in alijs non impleuerit promissa Bart. Alex. & alij per Gabr. *d. conclus. 4. n. 9.* & latiùs per Surd. *cons. 101. n. 23.* tantò magis quia creditores vigore dictæ cædulæ consecuti sunt suum creditum, & venditores obtinuerunt liberationem, ita vt
11 † propterea non possunt dare de non implemento, ex
f quo non sunt aliquod damnum consequuti, [f] Bal. *cons. 121. lib. 1.* Aym. *cons. 59. n. 2. circa med.* Surd. *d. cons. 101. n. 14.* Particulariter etiam fuit respōsum obiectionibus datis ipsi cædulæ, cessat enim, quod obiicitur eam non continere integram summam duc. 76. mil. quia ad bonum computum in diminutione dictæ summæ fuerunt soluta creditoribus scut. 15. mil. minùs facit, quòd cædula non cantet ad fauorem creditorū in lista descriptorum, quia cùm fuerit coram Illustrissimo Cardinali Millino resolutum Principem potuisse omissis creditoribus descriptis soluere creditoribus anterioribus, vtique potuit concipi cædula ad fauorem priorum, & potiorū creditorum. Non obstat, quòd cedula non sit pura, sed
12 contineat plures conditiones, † quia omnes sunt conditiones intrinsecæ, & ex natura negotij ipsæ non vitiant, Bald. *in l. accepta n. 24. C. de vsur.* fuit dictum in Romana bonorum de Cenlis 21. Decembr. 1585. coram bo. me. Orano, & in Romana Saluiani interdicti 10. Decembr. 1599. coram R. P. D. Lancellotto cùm enim posset fieri
13 solutio prioribus, & potioribus creditoribus, † non poterat dignosci prioritas, & potioritas, nisi facta discussione, & propterea malè damnatur conditio graduationis. Idem dicendum de clausula (*citato Principe, & alijs, quos decet*) quia, vt solutio fieret prioribus, & potioribus creditoribus, debuit etiam Princeps, & alij quorum intererat, citari, vt posterioribus non fieret solutio; condi-
14 tio cessionis non est extranea, † quia Princeps habebat iura in re, ex conditione, & obligando se soluere poterat eam petere, additio ad Bald. *in l. nulla in verbo (cogere)* *C. de solut.* Paul. de Castr. *in l. si res obligata. n. 5. ff. de leg. 2.*
† quæ cessio cùm creditoribus non noceat, prodesset 15
autem plurimùm Principi soluenti, non poterat illi denegari, Vinc. de Franch. *dec. 55. n. 5.* reseruatio facultatis accollandi census non operatur; nisi Principi aut ex conuentione, aut ex legis dispositione priùs competeret, † natura enim reseruationis est conseruare ius, quod 16
quis habet, non autem iura tribuere, vbi non competit, Oldrad. *cons. 214. n. 2. & 3.* Dec. *cons. 343. col. fin. vers. & illa verba.* Socin. *cons. 287. n. 2. lib. 2.* Ruin. *cons. 99. n. 10. lib. 2.* Aym. *cons. 29. n. 8.* Alia tolluntur per informantes.

## ANNOTATIO.

a Plura † de hac materia *l. curabit* dixi supra *ad decis. 297.* 17
ibi videnda, & quòd emptor non teneatur ad fructus recompensatiuos, si rei possessionem non habuit, tradit Cagnol. *in d. l. curabit n. 27. & 28. & seq.* vbi de communi, & verissima opinione attestatur Rota *dec. 564. sub n. 1. par. 1. in recent.* vbi dicitur, quòd tunc cessat ratio *l. curabit*, quòd scilicet, emptor fruatur simul re, & pretio. Imò etiam data possessione rei, si tamen emptor nullos fructus percipere potuit, non habet locum æquitas *l. curabit*, vt firmatur *in hac decis. sub n. 5.* & dixi *supra ad decis. 297. sub n. 11.* vbi etiam dixi, quòd si percipere potuit, & non percepit, tenetur ex æquitate *l. curabit.*

b Dixi *supra ad decis. 297. sub n. 12.*

c De quo *vide supra in annotatione sub littera A.* & dixi *ad decis. 297. n. 11.*

d Licèt emptor † soluens partem pretij tantùm non acqui- 18
rat dominium rei emptæ pro rata pretij soluti, Tiraq. *de retract. conuent. in fin. n. 70.* Surd. *cons. 52. n. 65. & cons. 101. n. 23.* & fuit dictū in Romana Prælationis 13. Martij 1606. coram Cardin. Sacrato: Nihilominus pro rata d. pretij soluti debentur dicto emptori fructus recompensatiui, non ratione dominij, neque ratione moræ, sed ratione cuiusdam generalis æquitatis, ne venditor locupletetur cum illius iactura, ita dicit Surd. post alios relatos *d. cons. 52. n. 65.* non potest tamen emptor istos fructus pro dicta rata petere, nisi priùs soluto integro pretio, & tunc debentur ei fructus etiam temporis præteriti pro rata dicti pretij iam per priùs soluti, Honded. *cōs. 44. n. 25. lib. 1.* Surd. *consil. 101. n. 7. in fin. & n. 26. vers. respondetur quoque.*

e Cædula † bancharia habet vim solutionis, Rota *dec. 536.* 19
*sub n. 3. vers. quoad residuum par. 1. in recent.* cum alijs pluribus decisionibus cumulatis per Cinc. *de censib. par. 2. cap. 1. q. 1. art. 7. n. 13. & 14. fol. 101.* adeò quod etiam vbi solutio requiritur de forma, prout in censu, sufficit cędula bancharia, vt *in dec. 103. n. 7. & seq. inter impress. penes d. Cinc. de censib.* & in specie ad effectum, quòd non currant amplius fructus, est decisio Rotæ 131. *inter impress. penes eundē Cinc.* ac etiam ad retardandam executionem obligationis Cameralis, quòd sufficiat cædula bancharia, tradit Zach. qui decis. Rotæ refert *de obligat. Cameral. q. 17. n. 31. & 32.* Hoc tamen fuit declaratum in Romana Domorū 1. Decembr. 1606. coram R. P. D. Pamphilio, non procedere, quando cædula contineret solùm promissionem de soluendo cædulam factam ab ipso Mercatore, sed solùm præallegata habent locum, quando cædula reuera continet solutionem, seu depositionem pretij, adeò quod per traditionem cædulæ, & illius acceptationem inducatur nouatio, quod etiam dixit Rota penes Seraph. *in decis. 1419.* nam vt in dicta decisione Romana domorum coram R. P. D. Pamphilio consideratur, per talem cædulam continentem solam promissionem Mercatoris de soluendo venditor non desinit re vera habere penes se rem, & pretium, quod solùm attenditur ad effectum æquitatis *l. curabit*, & ideo benè aduertendum est, quando tales cædulæ bancharię consignantur, est enim necesse ad effectum plenæ liberationis, quòd Mercator asserat se habere in depositum illam summam, seque promittere illam soluturum, & non sufficeret sola promissio de soluendo, quia talia promissio non habet, nisi vim fideiussionis, & assecurationis iuxta dictam decisionem Romana Domorum.

f Exceptio † non implementi opponi non potest, quando 20
opponentis nihil interest sibi non fuisse impletum, Surd. *dec. 265. n. 39.* Seraph. *decis. 1243. n. 2. & 3.* & fuit dictum in Senogallien. prædij 5. Iunij 1617. coram bo. mem. Andrea, & Rota *inter impress. penes Zacch. decis. 127.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Cæsa

## Cæsenatens. Bonorum.

*Mercurij 14. Martij 1607.*

### ARGVMENTVM.

Emphyteosis deuoluitur ob tempus finitum, non obstante pacto de renouando, quod non tribuit ius in re, sed tantùm actionem personalem ad factum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emphyteosis finito tempore concessionis deuoluitur.*
2 *Renouatio aliud est, & aliud pactum de renouando, & num.6.*
3 *Renouandi pactum non tribuit ius aliquod in re aduersus possessorem, sed actionem personalem tantùm ad factum, & num.6. vbi declaratur.*
4 *Inuestitura facta vti de deuoluto acceptari debet cum sua causa, & qualitate, scilicet, deuolutionis, adeò quòd inuestitura sit noua.*
5 *Domino directo non sufficit acceptare deuolutionem, nisi etiam apprehendat, & incorporet.*

### DECISIO CCCXLVIII.

EX pluribus deuolutionibus, quæ per D. Marchionem Malatestam deducebantur, Domini amplexi
1 fuerunt tantùm † deuolutionem ob tempus finitum,
inuestitura enim facta per Abbatem Classens. Com.
Guidoni de Bandis pro 60. futuris annis duraturis vsque ad annum 1579. dicto tempore elapso, bona fuerunt deuoluta ad concedentem, cùm concessum ad tē-
a pus post illud censeatur denegatum, [a] *l.si vnus.* §.1. vbi
Bald. *ff.de pact.* Tiraquel. *de retract* §.1.*glos.*2.*num.*44.
Surd. *decis.* 89 *num.*9. Non obstat pactum de renouan-
2 do, quia non fuit petita nec facta renouatio, † & aliud
b est pactum de renouando, aliud renouatio, [b] *l.nec cui,*
vbi Bald. & Salyc. *C.loc.* Rym. sen. *cons.*16. *num.*6. &
3 *seqq.* † & per istud pactum non fuit DD. de Bandis
ius aliquod in istis bonis quæsitum aduersus possessores, sed actio personalis tantùm ad factum, scilicèt, vt il-
c lis fieret renouatio, [c] Ang. *cons.* 184. *sub num.*3.*vers.* &
*illa verba ad renouandum.* Ruyn. *consil.*167.*num.*13.*li.*1.
Non obstat inuestitura anni 1575. recepta per Ioannem
Cyoum nomine Comitis Æneæ, & aliorum de Bandis,
quia non habuit effectum, cùm Cyous, & Alexander
Pasolinus re integra, & ante secutam illius ratificationem procurauerint, & obtinuerint sibi ipsis, & propriis
nominibus fieri aliam inuestituram, credentes id sibi facere licuisse, cùm ante ratificationem non esset Bandis
ius acquisitum, imò resederit in persona ipsius Cyni,
qui pro Bandis receperat. Sed videtur tollere omnem
4 difficultaté, † quia in ista inuestitura dicitur bona fuisse
deuoluta, & vti deuoluta recipiuntur, vnde si Comites
Bandi illam acceptant, debent cum sua causa, & prout
cantat acceptare, & sic fateri, quòd ista sit noua inuestitura. At verò impugnant, & constat apertissimè de lapsu
temporis primæ inuestituræ, & quòd ex dicto capite
bona fuerunt deuoluta. Quoad acceptationem deuolutionis factam à Domino directo, quæ est secunda pars
dubij, licèt negetur à Dominis de Bandis, attamen de
ea docetur pro parte Marchionis, prout etiam de appre-
5 hensione, seu incorporatione, † sine qua acceptatio non
suffragaretur, vt fuit dictum in Bononiens. emphyteosis
28. Aprilis 1597. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio.

### *ANNOTATIO.*

6 a De quo latè per Corbul.† *de caus.priuat.ob tempus finitum.* Rota.*decis.*215.*num.*1.*par.*1.*in recent.* & *decis.*369.*nu.*1.*par.*2. *Decisiones Papales.* *in recent.* & in Ciuitatis Castelli bonorum 21. Martij 1614. coram R.P. D. Dunozetto, & infrà coram eodem Sanctissimo *decis.*567.

b Et quòd aliud sit pactum de renouando, & aliud renouatio, Mant. post relatos *de tacit.lib.*22.*tit.*23.*num.*9. & hoc pactum de renouando non tribuit ius aliquod in re, sed tantùm actionem personalem ad factum, vt firmatur in hac decisione, & infra coram eodem Sanctiss. *in decis.* 567. Gabr. *cons.*72.*num.*1.*lib.*1. & *cons.*68.*num.*10.*lib.*2. Mantic. *de tacit.lib.*22.*tit.*23.*num.*16. Rota *decis.*215. *num.*2.*par.*1. *in recent.* & *decis.*369.*num.*2.*par.*2. *in recent.* & ideò finito tempore concessionis potest alteri fieri concessio nō obstante pacto de renouando, Mantic. *d.tit.*23.*num.*8. cuius tamen contrarium sentit Rimin. iun. *cons.*94.*num.*31. vbi reprobat Angel. auctorem huius opinionis, & idem videtur tenuisse Rota in Foroliuiens. bonorum 14. Decembris 1618. coram R. P.D. Remboldo, vbi dicitur, quòd dominus directus tenetur renouare comprehensas in inuestitura, stante dicto pacto de renouando; sed ista secunda opinio habet locum, quando concessio est perpetua, cum pacto tamen de renouādo de certo tempore in certū tēpus, tunc enim renouatio censetur requisita ad faciliorem probationem dominij, non autem pro substantia, prima autem opinio procedit, quando concessio est temporalis ad certum tempus cum pacto renouandi, & ita optimè hanc decisionem Sanctissimi declarauit Rota *in decis.*438.*n.*3.*par.*1.*in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Viceñ. Beneficij Sancti Francisci.

*Mercurij 16. Ianuary 1608.*

### ARGVMENTVM.

Descendentiam sufficit probare ab eo, qui fuit in possessione præsentandi, & ex quibus talis possessio præsentandi probetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Descendentiam sufficit probare ab eo, qui fuit in possessione præsentandi, & num 6.*
2 *Præsentationis vim habent consensus præstiti in manibus Ordinarij præsentationibus, seu resignationibus, & num.7. vbi etiam declaratur.*
3 *Effectuatio præsentationis probatur ex vacatione per obitum præsentati.*
4 *Procedit etiam hoc in vacatione ex causa resignationis.*
5 *Filiatio probatur ex nominatione iuncta cum actu proportionabili institutionis, & num.8.*

### DECISIO CCCXLIX.

ACtum fuit strictè super descendentia Hieronymæ
quæ præsentauit Franciscum iuxta ordinem datum die 2. Iunij 1606. quando fuit hæc causa proposita; & Francisco tantùm informante fuit resolutum con-
stare de descendentia, † probatum enim fuit eum de- 1
scendere ab Isabella de Vilesses, quæ vltimo loco fuit in
quasi possessione præsentandi, quod sufficit, [a] iuxta tra- a
dita per Molin. *de primogen.Hispaniar.lib.*3.*cap.*7.*nu.*7.
& tenuit Rota in causa Papiens. Archipresbyteratus 28.
Ianuarij 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio; constat autem de quasi possessione Isabellæ præsentandi non solùm ex præsentatione, quam fecit de
anno 1504. de Ioanne Bombasso mediāte persona eius
mariti, & procuratoris, sed etiam ex consensibus præstitis duabus præsentationibus eiusdem beneficij in mani-
bus Ordinarij † qui habent vim præsentationis, & con- a
stituunt in quasi possessione præsentādi, [b] Abb.*cons.*54. b
*num.*1.*in fin.* & *seq.par.*1. Put.*decis.*310.*lib.*2. Crescent.
*decis.*2. *de iur. patr.* fuit dictum in vna Alattina Cappellaniæ 27. Iunij 1586. coram Bubalo, & sæpissimè

3 in aliis,† quæ præsentationes,& consensus sortitæ fue-
runt effectum partim per obitum, & partim per resi-
c gnatiooem præsentatorum, *iux.cons.* Old. 229. [c] quod
4 † habere locum etiam in resignationibus ; fuit resolu-
tum in Papiens. Archiptesbyteratus 19. Februarij 1601.
coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio,& in aliis plu-
ribus,ex Isabella autem ortus fuit Petrus, & probatur
ex testamento ipsios Isabellæ, in quo illum filium no-
minat,& hæredem iostituit,qui Petrus pariter Ioannem
vti filium instituit, & Ioannes Hieronymam filiam io
5 suo testamento hæredem fecit,† ista autem oominatio
iuncta eum institutione filiationi multùm appropriata
d descendentiam plenè probat, [d] Bald. † *in cap. ex trans-*
6 *missa. sub num.* 4. vbi etiam Butr. *num.* 10. Præpos. *nu.* 9.
*in fin. de restit. spol.* Gozad. *cons.* 13. *num.* 7. Paris. *cons.* 29.
*num.* 10. *lib.* 2. & fuit multoties resolutum, & signanter
in Comens. Cappellaniæ 27. Ianuarij 1593. coram
R.P.D. meo Decano, & in Vrbeuetana fideicommissi
13. Nouembris 1603. coram Illustriss. Cardinali Pam-
philio.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd patronus non teneatur probare descendentiam à primo fundatore,sed sufficiat ei probare descendētiam ab eo,qui fuit in quasi possessione præsentandi,dixit Rota *decis.* 146. *num.* 1. *& decis.* 224. *num* 8. *par.* 1. *in recent.* & in Firmana iuris patronatus 13. Maij 1611. coram Cardinali Lancellotto,& io Romana iurispatronatus, seu beneficiatus 9. Decembris 1619. coram R. P. D. Vbaldo, sicut etiam ille, qui est in quasi possessione præsentandi non tenetur probare suam descendentiam,quia eo ipso,quòd est in possessione præsentandi, præsumitur descendere à veris patronis,Seraph. *decis.* 1334. *in fine.* Rota *decis.* 224. *num.* 9. *in fin. & decis.* 347. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* vbi dicitur fuisse aliàs resolutum.

7 b Consensus † præstitus resignationi constituit in quasi possessione præsentandi non secùs,ac si interuenisset vera præsentatio, *iuxta cons.* Abb. 54. *num.* 1. *lib.* 1. Rota *decis.* 693. *num.* 8. *& decis.* 792. *num.* 8. *par.* 1. *diu. & decis.* 154. *sub n.* 4. *par.* 2. *in recent.* & fuit dictum in Lucana iurispatronatus 3. Aprilis 1615. coram R.P.D. Manzanedo, & ad cons. Dec. in contrarium 148. *num.* 4. *vers. sic ad probandum,* quod consilium videtur Rota fuisse secuta in Hostumen. Cappellæ 4. Iunij 1601. coram bo. me. Iusto. respondetur, locum habere quando daretur alius possessor iurispatronatus, quia tunc verum est quasi possessionem præsentandi respectu resignationis non constituere in possessione præsentandi simpliciter respectu etiam vocationis per obitum, secus autem est, quando oon adest alius possessor iurispatronatus, quia tunc vnicus actus præsentationis constituit in quasi possessione in totum, prout ita declarauit Rota penes Crescent. *decis.* 2. *de iurepatr.* Mohed. *decis.* 22. *de præben.* Put. *decis.* 301. *num.* 1. *lib.* 2. Verùm est aduertendum in hac materia, quòd si Papa,seu Ordinarius prouidisset de beneficio vti de libero,& prouisus ad se eximendum à molestiis sibi illatis à prætensis patronis,vel etiam ad reddendum se magis tutum adhibuisset etiam consensum patronorum,non propterea ex hoc cōsensu censeretur præiudicatum libertati Ecclesiæ,nec patroni per talem consensum essent constituti in possessione præsentandi,benè Rota *decis.* 333. *sub num.* 6. *par.* 1. *in recentior.* Item nec consensus præstitus ignorante alio prætenso patrono constituit in illius præiudicium in possessione, vt dixit Rota coram eodem Sanctissimo *infra decis.* 417.

c De materia cons. Oldrad. 229. dixi *supra ad decis.* 215.

d Et quòd filiatio † probetur per nominationem iunctam actu proportionabili institutionis, latè Surd. plura cumulans *cons.* 1. *num.* 50. plenè Mascar. *de probat. concl.* 397. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 53. *num.* 39. Rota *decis.* 347. *sub num.* 2. *& decis.* 472. *num.* 8. *par.* 1. *in recent.* quod procedit etiam respectu extraneorum, *dicta decis.* 472. *num.* 8.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Pampilonens. sepulturæ.

*Mercurij 23. Ianuarij 1608.*

ARGVMENTVM.

Clausula (*Dummodò*) non est iustificanda, nec facit gratiam conditionalem; sed solùm est præseruatiua iuris alterius.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepultura concessio est quid diuersum à concessione tituli sepulturæ.*

2 *Clausula* (dummodò alteri non sit concessum) *&* *clausula* (dummodò alicui ius non sit quæsitum) & *clausula* (dummodò collatio ad nos pertineat) *non est iustificanda, nec facit gratiam conditionalem.*

3 *Clausula* (sine præiudicio cuiusque) *censetur verbum Papæ, non narratiua partis.*

4 *Iustificationis materia est diuersa à materia subreptionis.*

DECISIO CCCL.

FVit dictum Breue non esse subreptitiū, neque obre-
ptitium,licèt enim fuerit resolutum noo extare, ne-
que extitisse aliquam sepulturam,illud fuit ad effectum
manuteotionis possessionis, quæ non potuit dari non
data existentia rei, quæ possideri posset, non autem
exinde oritur aliqua subreptio, cùm Papa concesserit
solùm sepulturam, prout Gulielmo concessa fuerat;
† Gulielmo autem fuerat concessus titulus sepolturæ, 1
non sepultura, vt constat ex concessione facta ab Epi-
scopo Pampilonens. anno 1421. & Papæ non fuerat
narratum, quòd Guglielmo fuisset concessa sepultora;
sed quòd fuerat concessus sepulturæ titulus, vt proba-
tur ex dicta concessione. Clausula (*dummodò non sit al-*
*teri concessa*) non facit ad dubium subreptionis,† imò 2
non est iustificanda, nec facit gratiam conditionalem;
sed solùm præseruat alterius concessionem, quatenus
adsit, [a] cui Papa præiudicare noluit, Achil. *decis.* 18. *nu.* a
2. *de probat.* prout de clausula (*dummodò non sit alteri ius*
*quæsitum,*) fuit sæpè decisum, & signanter in causa Fauē-
tina Monasterij 15. Decembris 1603. coram Illustrissi-
mo Cardinali Seraphino,&in causa Placentina Cappel-
laniæ 29. Martij 1596. coram R.P.D. meo Decano, &
de clausula (*dummodò collatio ad nos pertineat*) [b] fuit di- b
ctum in caosa Aquilana beneficij 6. Februarij 1604. co-
ram me. Quantum ad clausulam † (*sine præiudicio cuius-* 3
*que*) neque ipsa tangit punctum subreptionis, & obre-
ptionis,quia sunt verba Papæ,non narratiua partis,& in
hac clausula habent locum dicta superius in clausula
(*dummodò non sit alteri concessa.*) Multa etiam dicuntur
circa non iustificatiooem, quæ sunt aliena à dubio, de
quo agitur, † aliud enim est quærere,an Breue sit sub- 4
reptitium, aliud, an sit iustificatum, [c] de qua iustifica- c
tione Domini voluot particulariter videre.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd clausula (*dummodò alicui ius quæsitum non sit*) non faciat gratiam conditionalem suspensiuā,sed solùm præseruet ius, itavt constito de iure alterius,gratia reddatur nulla,Rota *decis.* 610. *in fine par.* 4. *in nouissimis*, & in Coloniens. Canonicatus coram Cardinali Pamphilio impress. penes Garz. *de benef. par.* 10. *cap.* 1. *sub num.* 74. cum aliis pluribus, quos cumulat Mart. *de clausulis par.* 1. *claus.* 35. *num* 9. Marescot. *Variar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 172. & ideo non est iustificanda per impetrantem, vt dicitur in dicta Coloniens. & firmatur io hac decisione, & tradit Marescott. *d. cap.* 1. *num.* 173. sic etiam clausula (*dummodò collatio ad nos hac vice pertineat,*) nō est iustificanda per

impetran

impetrantem, cùm oon contineat conditionem suspensiuam, vt fuit dictum in Vercellen. beneficij 16. Nouembris 1601. coram Litta, Mart. *de clauf. par. 1. clau. 37. num. 4.* & faciunt, quæ de simili clausula sine præiudicio iuris alterius dixi *suprà ad decisionem* 372. vbi dixi importare non conditionem suspensiuam; sed resolutiuam.

b Vide annotationem immediatè antecedentem sub litera A.

c Et idem dixit Rot. coram Sanctissimo *supra decis. 89. in fine.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. matrimonij de Alcalà.

*Lunæ 28. Ianuarij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Testes ad probandum metum ad effectum rescindendi matrimonium quales esse debeant, & qui sint admittendi, & plura in fine decitionis circa validitatem examinis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Testes idonei præsumuntur, donec contrarium non probetur.*

2 *Testes omni exceptione maiores requiruntur ad effectum rescindendi matrimonium.*

3 *Testes omni exceptione maiores qui dicantur, est Iudici arbitrarium.*

4 *Testium numerus supplet defectum etiam ad effectum, quod censeantur omni exceptione maiores.*

5 *Procedit etiam, si omnes patiantur aliquas exceptiones, si sunt vltrà numerum trium.*

6 *Metus per patrem filia illatus censetur illatus intra domesticos parietes non palam coram extraneis personis.*

7 *Testes ad probandum factum intra domesticos parietes admittuntur etiam consanguinei domestici, & alias inhabiles.*

8 *Domestici in his, quæ domi fiunt, non solùm non repelluntur in testes, sed imò eis magis creditur, quam extraneis, & sub num. 16.*

9 *Testes vbi alias debent esse omni exceptione maiores, non requiritur ista qualitas concurrentibus aliunde adminiculis, præsumptionibus, & ferie facti.*

10 *Testis Sacerdos est maioris fide dignus, quàm Laicus.*

11 *Testis deponens de facto proprio maiorem fidem meretur, quàm testis ordinarius.*

*Testis in facto proprio quam probationem faciat, & numero 50.*

12 *Parochus non prohibetur esse testis pro eo, quem baptizauit.*

13 *Testis quilibet est idoneus, qui non reperitur specialiter in iure prohibitus esse testis.*

14 *Testi malum adiunat fidem nobilitas.*

15 *Testi deponenti contra proprium interesse multùm creditur.*

17 *Nouerca desinit esse talis eo ipsò, quod desinit esse vxor patris.*

18 *Confessio cum qualitate actus acceptari potest reiecta qualitate metus, quæ habet contra se præsumptionem iuris.*

19 *Malum minus est præsumendum.*

20 *Iuramentum in teste non præsumitur etiam ad effectum, vt probet.*

21 *Periurium, vt euitetur est facienda omnis interpretatio.*

22 *Testes non dicuntur contrarij, nec varij, si vnus deponat plus, quàm alter.*

23 *Testis deponens plus in secundo examine, quàm in primo, non propterea dicitur se corrigere.*

24 *Testis vt patiatur se examinari, licet vti iussu, prece, & pretio.*

25 *Socius criminis admittitur in testem in casibus, in quibus veritas aliunde haberi non potest.*

26 *Testis deponens de facto proprio maximè probat, adeò quod etiam si esset inhabilis, faciat semiplenam probationem.*

27 *Testis omni exceptione maior dicitur, qui est benè informatus, & nulla exceptione legitima repelli potest.*

28 *Domestica persona non repelluntur à testificando.*

29 *Testis varius, & contrarius circa accidentalia, non circa substantialia non repellitur.*

30 *Testis mendax, & falsus circa accidentalia non repellitur.*

31 *Testes vt ad concordiam reducantur, interpretari debent, vt deponant de tempore diuerso, & successiuo.*

32 *Testis vnus si non deponit de aliqua qualitate, de qua deponit alius, qui fuit præsens eidem actus, non propterea tollitur ei fides, quia fortasse non aduertit, aut non audiuit prout aduertit & audiuit alter.*

33 *Testis habilitas, & inhabilitas inspicitur de tempore depositionis.*

34 *Coniunctus admittitur in causa matrimonij, quando non est disparitas inter coniuges.*

35 *Famulus admittitur in testem, si de tempore depositionis non erat in seruitio, & num 51.*

36 *Famuli Illustrissima persona admittuntur in testes, maximè circa gesta domi.*

37 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed adiuuanda, & sustinenda pro viribus.*

38 *Testium contrarietates, quàm maximè fieri possunt, sunt conciliandæ.*

39 *Possessorium sæpè in Rota terminatur per depositum, & per sequestrum.*

40 *Restitutio non datur in matrimonio, nisi quando constat de legitimo consensu.*

41 *Matrimoniale possessorium habet admixtam causam proprietatis.*

42 *Et in eo admittuntur probationes excludentes consensum.*

43 *Metus excludit consensum in matrimonio.*

44 *Restitutio in spolio matrimoniali non datur, si possessio non fuit iusta, vel fuit violenta.*

45 *Probationes quando sunt in promptu respectu nullitatis matrimonij, non est danda restitutio propter periculum amittendi virginitatem.*

46 *Testium examen non est nullum ex omissione interrogatoriorum.*

47 *Interrogatoria si non fuerunt exhibita coram Iudice, sibi imputare debet pars, quæ non exhibuit, & num. 52.*

48 *Testium Receptor, qui habet facultatem solùm examinandi super articulis, non potest admittere interrogatoria, sed recurrendum est ad Iudicem.*

49 *Intimatio commissionis Receptores, in qua dicitur, quòd examinarentur testes super articulis, supplet defectum citationis ad dicendum contra articulos.*

## DECISIO CCCLI.

TEstes Marchionissæ esse idoneos pro nullitate ma-
trimonij, & ritè, ac validè examinatos fuit conclu-
sum vnanimiter per Dominos, & omissis multis, quæ
informantes pro parte Don Philippi inculcant extra
dubium circa probationem metus iam decisum. Quan-
tum ad idoneitatem, quæ est prima pars dubij, † cùm illa 1
præsumatur etiam ad effectum, de quo agitur, quam-
diù contrarium non probatur, vt per Caputaq. *decis. 276.
n. 7. p. 3.* sufficit respondere obiectionibus, quæ multæ
ex aduerso dantur in genere, & in specie. Et quoniam
fundamentum, super quo tota obiectionum machi-
na construitur, est, † quòd ad effectum rescindendi 2

matrimonij requirantur testes omni exceptione maio-
3 res ad illud labefactandum,† Domini, quorum arbitrio
remissum est,qui testes dicantur omni exceptione ma-
iores, Abb. *in cap.cùm Ioannes. num.13. circa finem. vers.
ego concordando*, vbi Felyn. *num.44.post med. vers. in hoc
multùm versatur.de fid. instrum.* Conar. *de spons. par. 2.
cap.8. §. 12. sub num. 8. vers. nam in hac coniugali causa*;
dixerunt non deesse Marchionissæ testes huiusmodi vt
ex eorum discussione apparebit, & quando deessent,
qualitatem hanc in casu isto,aut non requiri aut supple-
4 ri ex tribus. Primò ex numero † testium, qui sunt decē
& octo, Alex. *cons.47.num.2.lib.2.*Dec.*cons.163.nu.14.*
Natt. *cons. 161. num. 11.* qui omnes loquuntur in causa
matrimoniali, & quòd in ea suppleat numerus hanc
qualitatem dixit Rota apud Cæs.de Grass. *decis.5. nu.8.
de spons.* & latiùs in Valentina professionis prima Martij
1584. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, vbi
etiam fuit dictum id maximè procedere, quando ne-
gotium est difficilis probationis, & in terminis nostris
ad probandum minas paternas pro annullando matri-
monio tradit Alex. de Neuo *cons. 37. num. 3. inter con-
silia matrimonialia* & tenuit Rota in vna Niciens. ma-
trimonij 27. Ianuarij 1586. coram bo. me. Gypsio,
& est regula generalis, & trita glos. *in l. 3. in ver. nu-
5 merus ff. de testib.* † quæ procedit etiàm, vbi omnes
patiuntur aliquas exceptiones,si testes sunt vltra nume-
rum trium, Cæs. de Grass. *d.decis. num. 9.* Tertiò, quia
agitur de annullando matrimonio ex metu illato à pa-
tre Marchionissæ, qui cùm inferatur intra domesticos
6 parietes, † non coram extraneis personis, Purpur.*cons.
579.num.11.in fin.* Corn.*cons.124.num.4. lib.3.*Soc.iun.
7 *cons.47.sub num. 33.lib.3.*† non requiruntur testes omni
exceptione maiores, Purpur. *ibi. num.11.* sed admittun-
tur,qui aliàs non admitterentur, Alex.*cons. 156. nu.15.
lib.5.* Honded. *cons.19.num.24. lib.2.* Et propterea ad-
mittuntur consanguinei,& domestici,Purpur.*ibi nu.11.
8 in fin.& num.seq.* Paul.de Castr. *cons.36.num.1.*& Alex.
de Neuo *cons.seq. num. 1.inter cons.matrim.*† In his enim
quæ domi fiunt, non solùm admittuntur domestici in
testes, *l. consensu.C. de repud. cap. veniens en secondo. de
testib.* Bar. *in l. lex,qua tutores num.3. C. de administr.tut.*
Bald.*cons.427. num.5.lib.5.* Alex. *cons.151. num.3. in fine
lib.5* sed etiam eis magis creditur,quàm extraneis, Aret.
*consil.13.num.17.* Felyn. *in cap.in literis. post num. 6. de
testib.* cum aliis per Gabr. *de testib. concl. 16. numero 38.*
9 † Tertiò non requiruntur testes in casu isto omni ex-
ceptione maiores propter adminicula, præsumptiones,
& seriem facti, de quibus in decisione, & latiùs per in-
formantes, vt resoluit Rota in vna Toletana,seu Medio-
lanens. matrimonij 17. Martij 1572. coram Oradino.
Non obstat, quod dicitur, prædicta non procedere in
testibus patientibus plures defectus, quia vltra quod
non omnibus dātur exceptiones illæ, quæ adducuntur,
visæ fuerunt Dominis leues. Nam quoad Sebastianum
Martinez, quem Domini sine difficultate dixerunt esse
omni exceptione maiorem † tùm quia Sacerdos, & ob
id maiori fide dignus, quàm laicus, Alex. *cons.143. nu.5.
lib.7.* Soc.iun. *cons.31. num.30.lib.2.* Aym. *cons.267.n.1.*
10 faciunt tradita à Gabr. *de testib.concl.4.n.40.*† Tùm quia
a deponit de facto proprio, a & propterea maiorem fi-
dem meretur, quàm testis ordinarius, Aym. *cons. 178.
11 num.7.circa med.* & facit plusquam semiplenam proba-
tionem, Cæs.de Grass. *decis.2.in fine de empt. & vend.* &
fuit dictum in Vrbeuetana bonorum 4. Iunij 1596. co-
ram Illustrissimo Cardinali Seraphino, & sæpiùs in aliis,
tùm & vltimò, quia fuit à parte aduersa approbatus ad-
hibendo illum ad solemnizationem matrimonij. Neque
eius fidei aliquid est detrahendum ex eo, quòd sciret
animum Marchionissæ alienum à contrahendo matri-
monium cum Don Philippo, quia de mandato Cardi-
nalis de Castro Archiepiscopi interfuit, & ad effectum

illum excusandi sufficit, quòd in actu matrimonij Mar-
chionissa non reclamauit. Minus facit † quòd vti Paro- 12
chus baptizauerit Marchionissam, quia nullibi in iure
cauetur, quòd propterea repellatur à testificando pro
ipsa, † & clarum est edictum de testibus esse prohi- 13
bitorium certarum personarum, itavt quilibet admit-
tatur in testem, qui non prohibetur, *l. 1. in princ.* vbi
Bald. *ff. de testib.* Nell. *in tract.de test.par.1. num.1. & 2.*
Soc.iun. *cons.32. num.26. & seq. lib. 1.* Multùm etiam
deferebant Domini Dominæ Franciscæ Enriquez, tùm
quia plenissimè informata, tùm quia est de nobilissimo
genere, † quod multum auget eius fidem, Bald. *in l.* 14
*testium num.36.C.de testib.* Aym. *consil. 6. num. 28.* latè
Tiraquel. *de nobil. cap. 20. num. 33.* vbi post Gerard.
quem allegat, dicit testimonium mulierum nobilium
præferri testimonio virorum non nobilium. † Item 15
quia deponit contra proprium interesse in præiudi-
cium propriæ filiæ, vt benè deducunt informantes,
quo casu multùm creditur testi, Soc. iun. *cons. 61.
sub num.19. vers. quod etiam lib.2.* Surd. *decis. 107. nu.5.*
& multùm considerare solet Rota, vt *decis. 11. de iure
patr. in non.* Put. *dec. 243. lib. 2.* Non obstat obiecta
domesticitas, † quia (vt dictum est) non minuit, sed 16
potiùs auget fidem testis in hac materia ratione præ-
sumptæ melioris scientiæ, & veritatis, vt per Purpur.
*cons. 579. sub num.12.* Prout nec etiam qualitas affini-
tatis ex eo, quòd esset nouerca Marchionissæ, vltra
quod eo ipso, † quòd desiit esse vxor Marchionis pa- 17
tris, desiit esse nouerca Marchionissæ, Alex. *cons. 207.
num.10. in fin. lib.6.* Quòd fuerit consultrix, & media-
trix in causa, non benè probatur, & mirum non est, quòd
notetur de magna affectione erga personam Mar-
chionissæ; cùm in adagium abierit nouercalis amor.
Et quatenus dicitur, eam mendacem, & periuram,
dum dicit se aliàs deposuisse non cognoscere, quòd
apocha esset scripta manu Marchionissæ, nec iuuari ex
eo, quod subiungit negasse ob metum mariti, † quia 18
potest acceptari confessio negationis, & reiici qualitas
metus, quæ habet contra se præsumptionem, respon-
detur potius esse præsumendum metum, quia cùm
clarum sit apocham fuisse scriptam manu Marchionissæ
vt fuit ostensum in decisione, & indubitatum D. Fran-
ciscam habuisse notam manum Marchionissæ, exclu-
dendo metum, includeremus fraudem, & dolum in ne-
gando, † vnde pro minori malo dicere debemus, vt 19
fuit dictum in decisione, quòd metu mariti terri-
ta id fecerit, ad tradita per Gabr. *de crimin. conclus. 1.
num.6.* & metus est multùm verisimilis propter in-
dignationem, & furorem, qui maritum inuaserat pro-
pter talem scripturam, & quia coëgit Marchionis-
sam metu, & minis ad illam negandum, & contra-
faciendum manum. Quoad periurium non est agen-
dum; an ex meticuloso iuramento incurratur, in quo
contendunt Doct. & laborant informantes pro vtra-
que parte, quia non dicit se negasse cum iuramen-
to, nec de illo apparet, † & non præsumitur iura- 20
mentum in teste etiam ad effectum, vt probet Abb.
*in cap. tuis num.8. de testib.* Cror. *de testib. par.7.num.15.*
vnde multò minus ad effectum, vt notetur de periu-
rio, † pro quo euitando semper est omnis interpreta- 21
tio facienda, *cap. quemadmodum. de iure iuran.* cum
aliis per Beroum *cons. 149. num. 12. lib. 1.* Non obstat,
quòd in primo examine nullum verbum dicat, quòd
Marchio eius vir fuisset occisurus filiam, cùm tamen id
deponat in secundo, quia non propterea debet iudica-
ri sibi contraria, nec varia, † prout non sunt contra- 22
rij, nec varij testes; si vnus deponat plusquàm alter,
Ant. de Butr. *in cap. 1. in secunda oppositione de off. leg.*
Alex. *cons. 64. num. 11. lib. 2.* Dec. *cons. 163. num. 15.
vers. & pro fundamento.* Corn. *cons.220.col.2. vers. tamen
dicta Thomasina. lib.1.* potest enim esse, quòd super eo

non

non fuerit interrogata. & testis potest examinari super
23 omissis in primo examine, † nec propterea dicitur secor-
rigere, latè Gabr *de crim. conclus. 28. num. 7. & seq.* Nec
faciunt tradita per Innoc. & Abb. *in c. praeterea. de testib.*
*cogen.* quia loquuntur, quando est timor, quòd testis po-
tuerit instrui à patre, quod non potest applicari in casu
nostro, attento quòd Domina Francisca erat omnium
benè conscia, & dicit ibi Abb. *num. 12. circa med.* quòd
hoc est arbitrarium iudici, qui habet considerare qua-
litatem personæ, & alias circumstantias. Non est etiam
inconueniens, quòd ipsa dixerit eius famulæ, quòd se
24 exminaret, & diceret veritatem, † quia licuit non so-
lùm iussu, sed etiam prece, & precio ita facere, Dec. qui
alios allegat, *cons. 189. num. 16.* Rip. *in l. 1. num 37. ff.*
*si cert. petat.* Minus etiam facit, quod dicitur, fuisse so-
25 ciam criminis in inferendo metum Marchionissæ; † o-
misso enim, quòd in casibus, in quibus veritas aliunde
haberi non potest, admittitur particeps, & socius crimi-
nis, Dec. *cõs. 89. n. 10.* Aym. *cons. 178. post n. 3.* Alex. de
Neuo *d. cons. 27. sub num. 2. inter cons. matrimonialia.*
Caput. *decis. 277. num. 88. & seq. par. 3.* fuit dictum in
vna Romana releuationis indemnitatis 1. Iulij 1593.
coram Illustrissimo Cardinali Seraphino; Domina Fran-
cisca non intulit, sed retulit minas paternas intuitu for-
san pietatis dubitans, vt ipsa testatur, ne pater verè mi-
nas exequeretur in filiam, quando illa suo non obtem-
26 perasset imperio: † & cùm deponat de eo, quod ipsa fe-
cit, tantò magis probat, vt in terminis per Mandel. *cons.*
*77. n. 7.* imò si aliàs esset inhabilis ex eo solùm, quòd
deponit in facto proprio, faceret semiplenam probatio-
nem, Paul. de Castr. *in l. 2. §. si absens post num. 5. ff. si ex no-*
*x. 1. can. aga.* Dec. *cons. 563. nu. 3.* Afflict. *decis. 369. num. 7.*
Syluestr. Aldobr *consil. 14. nu. 14.* Lupus de Slaua fuit et-
27 iam habitus omni exceptione maior, † quia erat benè
informatus, cùm de tempore contracti matrimonij esset
Secretarius Marchionis patris, & nulla exceptione legi-
tima repelli potest, glos. *in c. 1. in verb. maiores*, vbi Ho-
stien. *num. 2. ver. maiores.* Abb. *num. 5.* Præpos. *numer. 7. de*
*consang. & affin.* Rolan. *cons. 7. nu. 13. lib. 1.* licèt enim de
tempore examinis esset familiaris, & domesticus Domi-
28 næ Franciscæ nouercæ, † attamen domesticus personæ
domesticæ non repellitur à testificando, Innoc. & alij
*in c. insinuanti. de off. deleg.* Corsett. *in verb. testis sing. 20.*
Aufrer. *de testib. num. 34.* Gabr. *conclus. 10. num. 53. de te-*
*stib.* facit decis. Ægid. 605. & Rota 1. *de testib. in nou.* Et
nihil facit, quòd dicat Sebastianum Sacerdotem de tem-
pore contracti matrimonij fleuisse, & tamen Sebastia-
nus examinatus id non dicat, quia non fuit de hoc in-
terrogatus, & sufficit, quòd non neget. Dum dicitur
conuinci de mendacio, quia dicit retulisse Hieronymæ
suæ matri Marchionem sibi dixisse, quòd filiam occi-
disset, si in sua perseuerasset opinione, Hieronyma au-
tem dicat filiam sibi solùm dixisse de exhæredatione,
29 † quia cùm hæc varietas, seu contrarietas non sit circa
substantialia, non est attendenda, Alex. *cons. 5. n. 10. lib. 1.*
Ias. *in l. 2. sub n. 16. vers. confir. C. de bon. poss. secun. tab.* Dec.
*cons. 100. post n. 4. vers. tertiò hoc.* Ruyn. *cons. 36. n. 2. lib. 4.*
30 Cap. *decis. 270. n. 2. circa med. p. 3.* † prout nec mendaciũ,
& falsitas, Dec. *d. cons. sub n. 4. vers. similiter falsitas.* Rym.
sen. *cons. 44. n. 6.* Ruy. *d. cons. 36. n. 3.* Caput. *vbi supra.* Vl-
teriùs facilè euitatur cõtrarietas referendo illã dictionẽ
(*solùm*) ad verbũ (*sibi*) id est, quòd sibi soli, & nõ aliis di-
xerit, aut ad alia verba, ex quib. tollatur repugnãtia, licèt
in originali materno sermone concepto non reperiatur
huiusmodi dictio, sed errore interpretantis fuerit adie-
cta. Facilè etiam conciliatur alia prætensa contrarietas,
quòd dicat se fuisse præsentem, quando Cardinalis lo-
quebatur cum Marchione patre, cùm tamen septimus,
& nonus testis dicant neminem vidisse, quia testis iste
deponit de tempore, antequàm Marchionissa fuisset vo-
cata, alij de tempore, quo ibi reperiebatur Marchionissa,

† præsumendum est enim, quòd loquantur de tempo- 31
re diuerso, & successiuo ad euitandam contrarietatem,
Fel. *in c. translato n. 8 circa med. de Constit.* Ruy. *cons. 130.*
*n. 6. lib. 3.* fuit dictum in vna Vlixbonen. professionis 9.
Maij 1580. coram Lauretano. Corruit etiam alia præ-
tensa contrarietas inter suum dictum, & depositionem
Sebastiani Martinez, quia dicit nullum extraneum fu-
isse vocatum ad celebrationem matrimonij, & Sebastia-
nus attestatur fuisse præsentes nedum famulos, sed etiã
equites, & nobiles, quoniam idem Sebastianus subiun-
git dictos equites, & nobiles fuisse de domo Marchio-
nis. Sunt etiam vanæ exceptiones, quæ dantur contra
Donnam Hieronymam, licèt enim dicat nouercam fe-
cisse minas mortis, quas nouerca examinata non dicat
fecisse; attamen satis est, quòd non negat fecisse. Et dum
obijcitur, quòd testes dicunt nullum remansisse in cu-
biculo, in quo erat Cardinalis. Respondetur Hierony-
mam nullibi deponere, quòd aliquis remanserit. Ad il-
lud, quòd alii, qui fuerunt præsentes, non deponant de
minis mortis, vt deponit ipsa; † respondetur, quòd for- 32
san non aduerterunt, aut non audiuerunt, prout aduer-
tit, & audiuit ipsa, vt in fortioribus terminis dicunt A-
lex. *cons. 10. nu. 5. lib. 1.* Corn. *cons. 109. n. 2. lib. 4.* Nullam
etiam exceptionem patiuntur Antonius de Galarza, &
Donna Francisca de Figuerda, quia licèt dicatur fuisse o-
iectos à Marchione, eo, quia suspicabatur, ne ipsi præsta-
rent consilium Marchionissæ, Marchio erat mortuus de
tempore depositionis, † quod tempus semper inspici- 33
tur ad effectum habilitandi, vel inhabilitandi testem, *l.*
*3. in princ. ff. de testib.* glos. *in l. Carbonianum. §. causæ in*
*ver. non eandem. ff. de Carbo. edict.* Bart. *in l. ad testium. §.*
*conditionem. in n. 4. ff. de testam.* Alex. *cons. 149. n. 7. lib. 5.* &
nihil habent agere cum Don Philippo, cum quo causa
agitur. Nihil etiam refert, quòd esset verũ, quòd Don-
na Francisca desiderasset, quòd Marchionissa nuberet
cũ Dõ Frãcisco de Zuniga, quia Don Frãciscus de tẽpore
examinis erat vxoratus, & sic euanuerat huiusmodi de-
sideriũ. Donna Ioãna Enriquez, licèt sit † soror Marchio- 34
nissæ, attamen admitti debet in causa matrimonii, præ-
sertim quando non est disparitas inter coniuges, glos. &
Doct. *in c. super eo. el 2. de testib.* Abb. *in cap. videtur. n. 2. &*
*sub n. 6. qui matrim. accus. poss.* Dec *cons. 163. nu. 26.* Paris.
*cons. 58. sub nu. 24. lib. 4.* & dixit Rota in illa Valentina
professionis corã Illustrissimo Blanchetto; imò præfertur
extraneis, quia præsumitur habere plenam notitiam cõ-
tractus matrimonii, Abb. *vbi supra.* Quòd Ruffina Lo-
pez inseruiuerit Marchionissæ, nihil est, quia quando et-
iam seruientes repellerentur, non esset repellenda ipsa,
† quæ tempore depositionis non erat in eius seruitio, 35
[b] Spec. *de testib. §. 1. n. 13. vers. quid sit olim.* Abb. *in c. in lite-* b
*ris n. 6.* vbi Felyn. *n. 8. de test.* Alex. *cõs. 5. n. 9. li. 1.* Crot. *cons.*
*131. n. 53.* Contra Ioannem de Segura, Mariã de Naruaez,
& Ioannẽ Antonium Galarza opponitur, quòd sunt fa-
muli Marchionissæ, † sed nihilominus admitti debent 36
famuli Illustrissimæ personæ, [c] Lanfranc. *de test. nu. 63.* c
Aufrer. *de reprobat. test. sub nu. 34. vers. fallit, si sit famulus,*
præsertim ad testificandũ de his, quæ domi facta sunt,
ad not. *in l. cõsẽta § seruus etiã, seu ancilla. C. de repud.* Crot.
*d. cõs. 131. n. 26.* Alex. de Neuo *cõs. 4. n. 15.* qui de probatio-
ne metus loquitur. Catherina de Maiorga, Magdalena, &
Aloysia de Sigueroa nõ prohibẽtur testificari pro Mar-
chionissa, eò quia sunt famulæ Dominæ Frãciscæ nouer-
cæ, vt supradictũ est de Lupo de Slaua. Aliæ exceptio-
nes, quæ dantur, visæ sunt Dominis parui momenti, &
benè sublatæ per informantes pro Marchionissa, † dicta 37
enim testiũ non sunt cauillanda, sed iuuanda, ac sustinẽ-
da pro viribus, Cassad. *decis. 3. num. 5. de probat.* etiam per
suppletionem, Dec. *cons. 292. numer. 2. & 595. numer. 5.*
† & contrarietates, quàm maximè fieri possunt, sunt 38
conciliandæ, Cæs. de Grass. *decis. 4. num. 5. de testib.* Ad
secundam partem dubij, quæ respicit validitatem exa-

minis. duæ principaliter obijciuntur nullitates: Prima
ex suspensione petitorij, ex omissione interrogatorio-
39 rum altera. Quoad primam fuit dictum † possessorium
fuisse terminatum per depositum Marchionissæ, prout
sæpè contingit in Rota per sequestrum, & alio modo
40 terminari non poterat, † quia restitutioni non erat lo-
cus, cùm ea non detur in matrimonio, nisi quando con-
stat de legitimo consensu, *cap. ex transmissa*, vbi gloss. *in
verbo* (*legitimè*) Io. Andr. *num.* 5. Ant. de Butr. *sub num.* 10.
*vers. Ioannes Andreas approbat.* Abb. *sub numer.* 5. *versic.
contra quod de rest. spol. cap. ex parte*, vbi Butr. *in summario.*
Bellam. *sub nu.* 12. *eodem titulo*, & ratio est, quia non po-
test in persona libera haberi quasi possessio huius serui-
tutis coniugalis, nisi ex legitimo consensu, Bellam. *ibi*
41 *sub num.* 23. † & propterea possessorium matrimoniale
habet admixtam causam proprietatis, Card. *in d. cap. ex
parte num.* 4. Bellam. *num.* 12. Anchar. *in d. cap. ex trans-
missa in fin. in verbo possessio, & quasi iuris matrimonialis.*
Rip. *in l. naturaliter. §. nihil commune sub num.* 83. *ff. de ac-*
42 *quiren. possess.* Hinc sequitur, † probationes Marchionissæ
ad excludendum consensum fuisse admittendas non
solùm ratione mixturæ, sed etiam, quia in hoc præcessit
possessio iuris, vt dicit Imol. *in d. cap. ex parte post numer.*
10. & probationes super metu benè excludebant con-
43 sensum, † qui adesse non potest, vbi metus, & coactio
interuenit, *cap. cùm locum. de spons.* & in filia à patre terri-
ta, quòd non dicatur matrimonio consensisse, tradit Fe-
44 lyn. *cons.* 14. *num.* 6. facit, † quia restitutio in spolio ma-
trimoniali non datur si possessio non fuit iusta, vel fuit
violenta, Specul. *de petit. & possess. §. fin. num.* 2. *in fin.* Gof-
fred. *in summa de restitut. spol. num.* 2. *ad fin.* Rursus cùm
45 negaretur matrimonium, † & essent in promptu proba-
tiones, debebat admitti, & retardari restitutio propter
periculum animæ, & timorem peccati, ne daretur co-
habitatio illicita, *cap. gaudemus. de diuort.* Alex. *in l. natu-
raliter §. nihil commune. num.* 20. vbi Rip. *sub num.* 83. *ff.
de acquiren. possess.* Couar. *de spons. par.* 2. *cap.* 17. §. 5. *num.*
9. *post med.* cum multis per Gabr. *de restit. spoliat. conclus.*
1. *nu.* 150. vbicumque enim ad restitutionem facien-
dam possessio dat occasionem peccati, debet admitti
pars aduersa ad docendum de proprietate, Fed. de Sen.
*cons.* 283 *num.* 4. Præsertim, quia concurrebat aliud pe-
riculum propter virginitatem & incorruptionem Mar-
chionissæ, glos. *in cap.* 1. *in verbo* (*suspectum*) *vt lit. non con-
test.* Specul. *vbi supra sub numer.* 3. latè Bellam. *in cap. ex
parte sub numer.* 51. *vers. secunda conclusio. de restit. spoliat.*
46 † Ad secundam nullitatem ex omissione interrogato-
riorum fuit dictum ex tali omissione non concludi ad
d nullitatem examinis, [d] Alexan. *cons.* 172. *numer.* 9. *lib.* 2.
Dec. *in cap. licèt causam. num.* 56. ac probat Put. *decis.* 417.
47 *lib.* 2. *&* 317. *lib.* 2. Accoramb. *decis.* 49. Et imputare † si-
c bi debet pars aduersa, quæ illa non exhibuerit [e] coram
Nuncio, prout fuerat monita sub comminatione, quòd
aliàs examinarentur sine illis, Pereg. *decis.* 129. *lib.* 1. *&*
68. *lib.* 1. Neque obstat, quòd dicitur fuisse exhibita
quædam interrogatoria, tùm quia de dicto tempore e-
48 rant excommunicati plures testes, † tùm quia, cùm Re-
ceptor haberet in mandatis solùm facultatem exami-
nandi super articulis, non poterat aliquid addere, & al-
terare formam sibi traditam, & benè fecit illa non ad-
mittendo, & debuisset pars redire ad Iudicem, vt per
Franc Marc *decis. Delphin.* 427. *par.* 1. & in omnem e-
uentum sufficere possunt testes examinati ante illorum
exhibitionem. Alia oppositio ex defectu citationis ad di-
49 cendum contra articulos non placuit, † quia satis est,
quòd fuit intimata commissio Receptoris, in qua dice-
batur quòd examinarentur super articulis hinc inde de-
ductis, vnde pars tunc potuit opponere, Cæs. de Grass.
*decis.* 15. *num.* 4. *de fide instrument.* Cætera deducta ex ad-
uerso pro nullitate examinis benè tolluntur per infor-
mantes, quorum responsiones placuerunt Dominis. Ex
quibus fuit conclusum testes esse idoneos, & validè
examinatos.

*ANNOTATIO.*

a Testis † de facto proprio deponens iuxta opinionem 50
Rotæ non facit plenam probationem, Rota *decis.* 244. *nu.*
3 *par.* 1. *in recent.* quam etiam opinionem post plures hinc
inde relatos sequitur Farinac. *de testib. quæst.* 63. *num* 209.
sed benè facit plusquàm semiplenam, Achil. *decis.* 3. *de
probat.* Cæsar de Grass. *decis.* 2. *de empt. & vendit.* Seraph.
*decis.* 889. *num.* 3. Veral. *decis.* 271. *par.* 3. Rota *decis.* 252. *num.* 2.
*par.* 2. *in recent.* cum infinitis cumulatis per Farinac. *d.
quæst.* 63. *num.* 124. & concurrentibus adminiculis plenè
probat, Seraph. *decis.* 1163. *num.* 6. & fuit dictum in Cusen-
tina pensionis 12. Februarij 1618. coram R. P. D. Vbaldo,
plenè Farinac. *d. quæst.* 63. *nu.* 221.
b Farinac † qui infinitos cumulat de testibus *quæst.* 55. *num.* 51
145. & dixit etiam Rota in Romana computorum 25.
Maii 1615. coram R. P. D. Coccino Decano, & *in decis.* 69.
*nu.* 9. *inter impress. penes Zacch. de societat. offic.* & in simili
Procurator potest esse testis, si de tempore depositionis
non est amplius procurator. Rot. *decis.* 241. *sub nu.* 2. *in fin.*
*par.* 1. *in recent.*
c Plenè Farinac. *de testib. quæst.* 55. *num.* 140. qui plures cumu-
lat. & in fine dicit esse communem limitationem.
d De hoc dixi *supra ad decis.* 331.
e Interrogatoria si pars aduersa non curauit dare, sibi ipsi
imputare debet, & tunc examen sine interrogatoriis fa-
ctum est validum, Decian. *cons.* 51. *num.* 121. *lib.* 2. Farinac.
*de testib. quæst.* 73. *num.* 33. qui alios cumulat, & fuit dictum
in Vallisoletana iurisdictionis 6. April. 1614. coram R. P.
D. Verospo, vbi hæc decisio canonizatur.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana discussionis, seu Dotis.

*Veneris* 1. *Februarij* 1608.

ARGVMENTVM.

Creditor in pecunia an, & quando teneatur re-
cipere insolutum, & de materia *Auth. hoc nisi.
C. de solut.* & de Statuto Vrbis 182. *lib.* 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor in pecunia non potest cogi recipere in solutum speciem, seu corpus, quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest.*
2 *Debitor quantitatis non potest soluere in specie inuito creditore.*
3 *Creditor vt teneatur accipere insolutum iuxta* Authen. hoc nisi. C. de solut. *inter alia requiritur, quòd adhibita diligentia non fuerit repertus emptor.*
4 *Item requiritur cautio de euictione.*
5 Auth. hoc nisi. *non habet locum stante iuramento.*
6 Auth hoc nisi. *renunciari potest. & venit sub renunciatione generali facta omnis legum, & iuris auxilio, & generaliter de materia* d. Auth. *nu.* 10.
7 *Statutum Vrbis* 158. lib. 1. *cùm respiciat ordinatoria non est attendendum extra Curiam Capitolinam.*
8 *Stylus Iudicis exequentis in executione, est attendendus.*
9 *Statutum disponens, quòd creditor in quantitate teneatur recipere insolutum, est intelligendum si emptor non inueniatur.*

DECISIO CCCLII.

RESolutum fuit procedendum esse ad vlteriorem
executionem, quia defectus citationis Dominæ Li-
uiæ fuit per Signaturã Sanctissimi sublatus, & nõ potest
D. Ludouica † cogi ad recipiẽdã partẽ Casalis insolutũ, 1
quia ipsa est creditrix in pecunia, & aliud pro alio inuito
credi

creditore solui non potest, *l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pe-*
2 *tat.* † nec debitor quantitatis potest soluere in specie. *l. cùm à quo C. de solut.* Socin. *consil.* 214. *post num.* 1. *libr.* 2. Ruyn. *consil.* 65. *num.* 10. *libr.* 2. qui loquuntur in dote.
a Nec est locus dispositioni *Auth. hoc nisi C. de solut.* [a] †
3 quia non concurrunt eius requisita, quæ recenset post alios Rip. *in d. §. mutui datio num.* 75. & inter alia, quòd fuerit perquisitus emptor d. Casalis, & adhibita dili-
1 genti inquisitione reperiri non potuerit, Ias. *cons.* 9. *sub numer.* 13. *vers. Item ad hoc libr.* 1. Nat. *consil.* 344. *sub numer.* 3. *vers. Item requiritur*, & dixit Rota in Bononien. pecuniaria 4. Iulij 1603. coram Illustrissimo Cardinali
4 Pamphilio: † deficit etiam cautio de euictione Casalis, quæ est de principalibus requisitis, vt sit locus beneficio *d. Auth. hoc nisi.* Ias. *d. cons.* 9. *sub num.* 13. *vers. requiritur & aliud.* Rip. *in d. §. mutui datio sub numer.* 25. *vers. quartum, vt caueat.* Natt. *d. consil.* 344. *num.* 3. *ad fin.* tenuit Rota in d. Bononien. Pecuniaria, & in Bononien. dotis 26. Februarij 1601. coram R. P. D. meo Lancel-
5 lotto. Excluditur † etiam beneficium *d. Auth.* tùm ex
b iuramento [b] in contractu dotis apposito vt latè per Gozad. *consil.* 32. *num.* 9. *& pluribus seq.* Rip. *vbi supra post num.* 28. *versic. Item limitatur.* Bennit. *decis.* 28. Rolan. *consil.* 6. *numer.* 44. *lib.* 1. cum alijs per Thesaur *decis.* 153. *num.* 14. Surd. *decis.* 30. *num.* 10. fuit dictum in alle-
6 gata Bononien. dotis, tùm ex renunciatione, † quia di-
c cto beneficio renunciari potest, [c] ex cumulatis per Thesaur. *in d. decis.* 153. *num.* 13. & sufficit generalis renunciatio omni legum, & iuris auxilio, vt voluit Rota *in d. decis.* Non obstant decisiones Sarmienti, & Illustrissimi Manticæ, quarum copia non datur, sed ex relatione allegantis apperet illas loqui, quando de bonis subbastandis vel non reperitur oblator, vel non offertur iustum pretium. quod in casu, de quo agitur, adhuc non verifi-
7 catur. Non est etiam locus Statuto † Vrbis *cap.* 182.
8 *libr.* 1. † quia, cùm respiciat ordinatoria, & executionem sententiæ, est attendendum in Curia Capitolij, non au-
d tem apud nos, [d] vt tenuit Rota apud Caputaqueo. *decis.*
9 58. *Pendente lite in manuscrip.* ex regula, quòd † in exe-
e cutione attenditur stylus iudicis exequentis, [e] Ang. *in l. si fundus numer.* 2. *ff. de euict.* Ias. *in l. à diuo Pio §. sententia. numer.* 7. *& seqq. ff. de re iud.* Vltra quòd Statutum vult, quòd † si apparuerit emptor, dentur emptori, aliàs adiudicentur creditori, & vbi hoc non exprimeret; ita esset intelligendum, vt latè per Natt. *d. c.* 344. *à n.* 5. *vsque in fin.*

## *ANNOTATIO.*

10 a *Auth.* † *hoc nisi*, vt habeat locum, plura cõcurrere debent, de quibus per Rot. *decis.* 42. *part.* 1. *in recent.* quæ omnia etiam recensuit Rota in Bononien. pecuniaria 29. Ianuarij 1610. coram R. P. D. Manzanedo, & nouem requisita necessaria ad hoc vt sit locus *d. Auth.* enumerat Bertaz. *de clausulis. clausula* 41. *glos.* 5. *sub n.* 3. & septem enumerat Guttierez *de iuramẽ. p.* 1. *c.* 29. *n.* 2. & de materia *d. Auth.* latè tradit Thes. *decis.* 153. Barz. *decis.* 40. *n.* 5. *&* 6. Guttierez *d. cap.* 29. *per tot.* Hond. *cons.* 34. *num.* 25. *& seq. lib.* 2. qui sub *num.* 26. vult *hanc Authen.* locum habere etiam non obstante iuramento de soluendo, super quo tamen est videndus Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 74. *num* 107. *& seq.* & Bertaz. *d. clausula* 41. *glos.* 7. *num.* 4. & Guttierez *d. cap.* 29 & potest beneficio *d. authen.* renunciari, vt firmatur in hac decisione, & tenet Guttierez *d. cap.* 29. *numer.* 3. Bertaz. *d. claus.* 5. *sub nu.* 4. qui alios cumulat.

b Vide, quod dixi supra sub littera A.

c Dixi sub litera A.

11 d Et quòd Statuta † Vrbis ordinatoria nũ sint attendenda extra forum Capitolinum, latè Scac. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 650. *&* 651. Seraph. *decis.* 208. *numer.* 4. fuit dictum in Assisien. bonorum emphyteoticorum 17. Aprilis 1600. coram Cardinali Sacrato & in Romana domorum 23. Martij 1604. coram R. P. D. Pamphilio.

e Surd. qui plures cumulat *c.* 204. *sub n.* 7. *vers. & hoc est verũ.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgen. Canonicatus.

*Veneris* 1. *Februarij* 1608.

## ARGVMENTVM.

Diligentiæ factæ in Registris Cancellariæ non probant negatiuam dispensationis, cùm potuerit dispensatio esse obtenta à Legatis, & Nuntiis: impetratio certo modo ex capite illegitimitatis sapit materiam obiectiuam, & requirit plenam probationem, & alia; de quibus in Summario.

## *SVMMARIVM.*

1 *Diligentia facta in registris Curia probant negatiuam dispensationis respectu dispensationum Apostolicarum, non tamen quoad eas, qua extra Curiam ab alio, quàm à Papa potuerunt obtineri.*

2 *Possibilitas in contrarium excludit probationem, que debet concludere per necesse.*

3 *Aetas nõ probatur per ascensum, probã lo, scilicet aliquẽ habere tot annos, nisi etiam probetur non habere plures.*

4 *Testes deponentes de valore per ascensum non probant per non excessum, & sub num.* 16.

5 *Nuncius, & Legatus Apostolicus potest dispensare etiam extra Prouinciam, & etiam personam non subditam.*

6 *Legatus potest extra prouinciam exercere ea, qua sunt voluntaria iurisdictionis.*

7 *Obiectiua materia non dicitur verè, & propriè quando includit ius dantis, & n.* 17.

*Obiectiua materia requirit plenam probationem, & numer.* 18.

8 *Impetratio certo modo propter illegitimitatem sapit aliquo modo obiectum.*

9 *Et est materia odiosa, que requirit pracisam & necessariam probationem.*

10 *Dispensatio prasumitur ex possessione beneficij per multum tempus, quod alias extra dispensationem licitè obtineri non potuisset.*

11 *Et ista prasumptio est probatio probata.*

12 *Dispensatio insufficiens non tollit possibilitatem alterius sufficientis.*

13 *Et maximè quando non sunt dicta dispensationes insufficientes producta ab eodem illegitimo.*

*Titulus insufficiens productus non excludit prasumptionem melioris tituli, quando productio fuit à tertio facta, secus autem si ab eademmet parte, & numer.* 19.

14 *Dispensatio non tollit maculam illegitimitatis ad omnem effectum.*

15 *In dispensatione non valet argumentum de maiori ad minus.*

## DECISIO CCCLIII.

FVit resolutum 6. Martij 1606. gratiam Michaelis esse iustificandam in ea parte, in qua narrauit cum Francisco non fuisse legitimè dispensatum super illegitimitate, & hodie fuit conclusum non esse iustificatam,
† diligentiæ enim factæ in registris Curiæ probant quidem sufficienter, vt fuit resolutum negatiuam respectu 1
dispensationum Apostolicarum, nihil tamen concludunt quoad eas, quas Franciscus extra Curiam ab alio, quàm à Papa potuit obtinere, cùm enim hodie exhibeãtur facultates diuersorum Legatorum, & Nunciorum, tàm ad regna Hispaniarum, quàm ad alias partes transmissorum, quos constat habuisse facultatem dispen-

saodi cum illeginmis, etiam ad Canonicatus, & præbendas in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, à qui-
2 bus Franciscus potuit dispensari, † ista possibilitas ex-
eludit illam necessitatem, quam de sui natura requi-
rit probatio, *l. neque natales C. de probat. l. non hoc C. vnde legit.* & benè facit decisio Cassad. 4. *num. 5. de caus. possess. & propr.* Noo obstat, quod dicitur, per ætatem Francisci
probari eum non potuisse vigore facultatum exhibitarum dispensari, quia ætas non probatur concludenter,
3 † assertio eoim in gratiis dispensatiooum, quòd Fran-
eiscus haberet tot annos, noo excludit de necessitate,
quòd non potuerit plures habere, vt post Cuman. quem
4 allegat, dicit Silua. *cons. 62. num. 28.* † facit, quod dicitur
de testibus deponentibus de valore per ascensum, qui
a non probant non excessum.[a] Accedit, quòd saltem probator, huiusmodi facultatem fuisse solitam concedi Legatis, & Nunciis, quod sufficere debet ad effectum, vt
negatiua non obtentæ dispensationis non dicatur sufficienter probata: Præterea apparet, quòd etiam de tempore enunciatæ ætatis aderant Nuocij eum huiusmodi
facultatibus, quos licèt non appareat se transtulisse ad
5 partes Hispaniarum, † potuit tamen ab eis Franciscus
dispensationem petere, & obtinere, vt in terminis per
Dec. *cons. 207. sub nu. 2. & per tot.* Gambat. *de offi. Legat. lib. 1. tit. de potestate Legati extra Prouinciam in fin.* Prob. ad
6 Monac. *in c. 1. n. 17. & 18. de off. dele. lib. 6.* † Legatus enim
extra Prouinciam potest in non subditum exercere ea,
b quæ sunt voluntariæ iurisdictionis,[b] glos. *in cap. si Abbatem. in ver. in Prouincia,* vbi Anchat. *nu. 2. vers. quaro, dicitur in text. de elect. in 6.* dixit Rota in Vercellen. Archipresbyteratus 6. Iunij præteriti coram D. meo Coccino, & in casu isto res transit sine difficultate, quia exhibentur facultates, quæ non sont restrictæ ad certam
Prouinciam, sed ad omnes pateot. Non obstat probatio ex aduerso deducta à communiter accidentibus à
verisimili, & præsumptionibus, quia Domini eam
7 non admittebant in hac materia, † quæ licèt non sit ve-
c rè, & propriè obiectiua, cùm includat ius dantis,[c] vt
fuit dictum in vna Casalen. Præpositutæ coram bo.
8 me. Gypsio 21. Aprilis 1597. & sæpiùs in aliis causis, †
sapit tamen aliquo modo obiectum, cùm agatur de
euincendo beneficium, propter illegitimitatem Francisci, qui illud per decem annos, & vltra possedit, vt dixit Rota in Cæsaraugustana Parochialis de Maëlla 8.
Nouembris 1589. coram Reuerendissimo Cardioali
9 Pamphilio. † Aut saltem negari non potest, quin materia sit admodum odiosa, ita vt requirat præcisam, & ne-
d cessariam probationem,[d] ad tradita per Paris. *cons. 104. lib. 4* Rot. *decis. 4. lib. 1. inter diuersas manuscript.* præsertim
quia omnes contrariæ præsumptiones eliduntur ab ea,
quæ oritur ex eo, quod per tantum tempus Franciscus
possedit Canonicatum, de quo agitur, quem vti illegi-
10 timus obtinere non potuisset; † præsumitur enim ex
hoc illum canonicè possedisse, & secum fuisse dispensatum, Anchar. *cons. 117. post med. vers. per hoc facit.* Felyn. *in c. sicut sub nu. 29. de re iud.* Sarn. *1. de anna. quæst. 10. n. 12.*
11 † & ista præsumptio est probatio probata, vt dicit Cas-
12 sad. *d. decis. 4. sub nu. 5. de caus. possess. & prop.* † Nec etiam
obstat, quòd appareat de aliis dispensationibus insufficientibus, quia non inde tollitur, quòd non potuerit
habere aliam sufficientem, in hoc enim attenditur potentia, Cassad. *vbi supra,* ex qua potentia iuncta possessione præsumitur valida, & sufficiens dispensatio, vt ibi
13 per eundem; † præsertim quia dictæ dispensationes non
e fuerunt à Ioanne, sed à Michaële productæ,[e] iuxta
*dec.* Crescentij 21. *de probat.* Minus facit Franciscum in
prædictis dispensationibus fuisse confessum se esse illegitimum, & propterea per priùs non fuisse secum dispensatum, quia istæ non sunt legitimationes, qoibus
Franciscus natalibus, & ingenuitati plenè restitueretur,
omnis macula tolleretur, & ad omnes effectus plenè
restitueretur, sed sunt † dispensationes, quibus tollitur 14
tantùm defectus natalium quoad quid, vel in certo casu, vltra quem remanet illegitimus, vt benè per And.
Gail. *obseruat. 92. num. 17. lib. 2.* & sicut potuit multiplicare dispensationes, ita potuit, & debuit multiplicare
narratiuam illegitimitatis, quæ est causa dispensationis
obtinendæ. Non etiam facit, quòd si per priùs fuisset
dispensatus ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali Ecclesia, noo eguisset dispensatione ad obtioendum beneficia simplicia, tantò enim magis fuisset ad ipsa dispeosatus, quia potuit eas ad cautelam impetrare, &
probabiliter dubitare, an illa sufficeret, † cùm in dispen- 15
satione non valeat argumentum à maiori ad minus,
Host. & in alij *in c. postulasti. de rescript.* Caputaq. *decis. 8. in fin. par. 1.* latè Surd. *decis. 268. num. 10. & seq.* Ex quibus
Domini recedentes ab vltima decisione in hac causa facta resoluerunt gratiam Michaëlis nun esse iustificatam.

### *ANNOTATIO.*

a Rota † *decis. 186. num. 3. 5. & 6. & decis. 429. sub num. 3. par. 1. in recent. & decis. 443. sub num. 1. vers. nihilominus p. 2. in recent.* 16

b de quo dixi *supra ad decisionem 287.*

c Et † quòd non dicatur propriè materia obiectiua, quãdo 17
aliquo modo includit ius dantis, Rot *dec. 1. de seq. pos. & fruct. in nouis.* Cassad. *decis. 2. de except.* Rot. *decis. 661. num. 2. par. 2. in recent.* vbi dicitur, quòd tunc recipitur non vti obiectum, sed vt ius partis, & ideò articuli etiam criminosi, quando sunt de iure dantis, admittuntur, vt dicit Rota *decis. 309. num. 2. inter impress. penes Farinac. post 2. lib. consil.*

d In materia, † quæ sapit aliquo modo obiectum requiri- 18
tur apertissima probatio, glos. *in cap. 1. §. si quis igitur. in verbo (apertissime) de except. in 6.* Sarnen. *reg. de infir. quæst. 63.* Rot. *decis. 747. num 4 par. 2. in recent.*

e Ex exhibitione † tituli inualidi cessat præsumptio me- 19
lioris tituli, quando titulus fuit productus ab eademmet
parte, quia non præsumitur meliorem titulum habere,
Rota *decis. 731. num. 19. par. 1. diuers.* & hinc passim dicitur
melius esse non producere titulum, quàm producere infectum, Bellam. *decis. 287. & decis. 393.* si verò productio
fiat à tertio, tunc nõ excluditur possibilitas alterius melioris tituli, Rot. *decis. 731. num. 20. par. 1. diuers. & decis. 489. num. 4. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Casalen. Canonicatus 14. Maij 1617. coram R. P. D. Manzanedo. Hinc
resoluit Rota in Cremonen. pensionis 16. Ianuarij 1609 &
in Carthaginen. & Abulen. beneficiorum 25. Februarij
1609. coram Cardinali Sacrato, quòd per productionem
mandati insufficientis, & inualidi non excludebatur præsumptio alterius mandati sufficientis, quando mandatum
insufficiens fuit à tertio productum, secus autem si fuit
productum ab eodem, qui nititur insufficientia mandati.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Messanen. Baroniæ, seu illegitimitatis.

*Veneris 8. Februarij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Transactio obstat agenti, & eius hæredibus, cùm contineat exceptionem litis finitæ. Transactio generalis an, & quando ad omnia referatur. Assensus Regius quando sit necessarius, & quando ex lapsu temporis præsumatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Transactio obstat, quia continet exceptionem litis finitæ.*
2 *Lites iam per transactionem terminatæ non sunt instauranda.*
3 *Hæredes transigentium afficit transactio, etiam si non fuit expresè nominati.*

4 Pa

4 *Pactum de retrouendendo transit ad hæredes.*
5 *Pactum de retrouendendo non parat actionem extraneo.*
6 *Hæres quis præsumitur ex possessione bonorum hæreditariorum.*
7 *Transactionem rescindens tenetur restituere bona empta ex pecuniis in vim transactionis receptis.*
*Et plenè de materia* l.si diuersa num. 17. *vbi dantur plures ampliationes,& limitationes.*
8 *Tertius inchoans iudicium de nouo admittitur in statu, & terminis,in quibus reperitur iudicium.*
9 *Transactio generalis super iudicio generali omnia comprehendit,& ad omnia refertur.*
10 *Transactio trahitur ad connexa,accessoria,& dependentia.*
11 *Transactio præsumitur comprehendere ius, de quo legitur facta expressio in narratiua transactionis.*
12 *Transactio verbis generalibus concepta omnia comprehendit,quia sufficit fuisse cogitatum in genere.*
13 *Remissio pacti de retrouendendo feudum non requirit assensum Regium.*
14 *Assensus Domini directi non requiritur in remissione iuris competentis ad rem per alium possessam.*
15 *Assensus Regius,& quilibet alius consensus præsumitur ex spatio triginta annorum.*
*Beneplacitum Apostolicum an,& quando præsumatur ex lapsu triginta annorum, & ex obseruantia, &* nu.8.
*Non detrahitur tempus vitæ alienantis, num.*19.

## DECISIO CCCLIV.

TRansactionem obstare Donnæ Marchionissæ Fabbariæ, & Duci Terrænouæ concorditer resolue-
1 runt Domini, quia transactio † continet exceptionem
litis finitæ, *l.fratres, Cod de transact.c.1.de lit.contest.in 6.*
2 glos.*in l.1.ff.de iur. iur.* † non enim sunt instaurandæ li-
tes semel per eam terminatæ, *l.causas. l. si maiores, & l. quamuis. C. de transact.* & vt notat Bald.*in l.terminato in 2.not. C. de fruct.& lit.expens.* exsopita materia non debet nouum iurgium suscitari. Quod sine difficultate procederet,si ipsi essent,vt prætenditur,hæredes transigentium, nam in transactione expressi fuerunt hære-
3 des, † & vbi non fuissent expressi, adhuc essent comprehensi tàm actiuè quam passiuè.*l.si pactum. ff. de probat.*Berous *cons.176.num.73.in fin.lib.*1.Rimin.sen.*cons.*107.*num.6.*sine præiudicio tamen Inuentarij,de quo informantes pro parte Marchionissæ sunt parati docere, quando apparebit eam esse hæredem.Quòd autem sint hæredes arguunt informantes pro Dominis de Branciforte dupliciter. Primò ex prosequutione iudicij intentati vigore pacti de retrouendendo Baroniam, de qua
4 agitur, † quod transit ad hæredes,glos.*in l.2. in ver.siue hæredes,C.de pact.inter empt.& vend.*latè Tiraq.*de retract.*
5 *conuent.*§. 1.*glos. 6. numer.*1. † & nullam extraneo parat actionem,*l.ratiq,* vbi Bald. *num.*2.*ff. de hæred. instit.* Secundò, qoia dicunt esse de descendentibus transigen-
6 tium, † & possidere eorum bona, quæ possessio indicat
a esse hæredes, [a] Bart.*cons.*207.*nu.*3.Alex. *cons.* 32.*num.*1. *lib.*3.& fuit dictum in Romana Casalis 18. Iunij 1593. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & inter alia tenere bona empta ex pecuniis in vim transactionis re-
7 ceptis, † quæ in omnem euentum forent restituenda,
b tùm ex dispositione *l.si diuersa. C.de transact.*[b] tùm quia fuerunt empta cum expressione, vt perpetuò essent hypothecata pro obseruatione transactionis, & pro euictione Baroniæ. Vbi etiam essent meri tertij,& non possiderent bona prædicta, prout prætenditur pro parte Ducis Terrænouæ,adhuc esset difficultas, quia non inchoant nouum iudicium, sed volunt venire ad illud, quod fuerat cœptum per trãsigentes, & fuit transactio-
8 ne finitum, † cùm tamen tertius admittatur in statu, & terminis, in quibus reperitur iudicium, vt fuit sæpiùs decisum, facit decis. Put.71.*lib.*3.& Caputaq.226.*lib.*1. *in manuscr.* Et quòd transactio afficiat Marchionissam, & Ducem, sensit Rota, quando vltimo loco resoluit Breuia per ipsos impetrata à fœl.rec.Clemente VIII.esse subreptitia ob non factam mentionem transactionis, quam tamen exprimere non debuissent, si eos non afficeret. Non dubitarunt Domini transactionem comprehendere quæstionem motam super illegitimitate in Rota,nam si volumus, quòd fuerit commissa causa in Rota non solùm super dicta illegitimitate, sed etiam super
recuperatione Baroniæ, & sic tota caosa, † cùm petitio 9
fit generalis, & transactio etiam generalis, proculdubio ad omnia referri debet.*l.sub prætextu lan.*vbi Bar.*in summario, Cod. de transact.* Caccial.*de transact. quæst.* 18. *sub num.*4. *vers.quartus casus est*, & totam litem terminate, ac finire,Bald.*in d.l.terminato. num.*1.*in fin.* Neuiz.*cons.*50.*num.*28. Si etiam volumus, quòd fuerit tantùm, & separatim introducta quæstio incidẽs super illegitimita-
te,iuxta terminos *c.lator,qui fil.sint legi.*† Idem dicendũ, 10
quia transactio trahitur ad connexa,accessoria,& dependẽtia, Alex.*in l.2.sub n.1.ff.si quis caut.*Aym.*cons.*701.*sub*
*num.*43.*versic transactio enim.*Præsertim,quia † in trans- 11
actione narratur lis super illegitimitate, & eius status, quæ narratiua multùm confert ad probandum, quòd fuerit in transactione comprehensa,Io.de Selua *de benef.*
*par.*3.*q.*12.*nu.*100.† maximè attentis verbis generalibus 12
transactionis, quæ generalem comprehensionem significant non solùm,quando in indiuiduo,vt hic,sed etiam quando in genere fuit cogitatum, Bartol.*in l.si de certa, num.4.C.de transact.*Curt.iun.*cons.*191.*num.9.& seq.*fuit latè deductum in vna Amerina Pecuniaria 17. Februarij 1577. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. Et cessat omnis difficultas,ex quo in casu molestiarum Domini de Branciforte reseruarunt sibi ius prosequendi causam illegitimitatis, ex quo apertissimè dignoscitur, eam fuisse comprehensam in transactione. Quæ opponuntur de nullitate transactionis ob defectum Assen-
sus Regij non obstant, † vel quia ille non requirebatur 13
in remissione pacti de retrouendendo, Afflict.*super constit.lib.3.Rub 5.sub nu.*21.Tiraq. *de retract.conuent.ad fin.*
*tit.nu.*160.Vrsil.ad Afflict.*decis.*232. *ad fin.* † & quando 14
remittitur ius ad rem per alium possessam, Afflict.*d.decis.*232.*sub nu.*8.latè Cacheran.*cons.*31.*nu.*63. *cum duobus*
*seqq.*cum aliis per informantes, † vel quatenus require- 15
batur ex spatio tot annorum præsumi debet, cùm sufficiant 30. anni, vt per Cacheran.*ibi num.*66.faciunt,quæ dicuntur de consensu Domini directi in alienatione rei emphyteoticæ,vt per Gabr. *de præsumpt.conclus.*1.*num.*2. & de beneplacito Apostolico in alienatione rei Eccle-
siæ, [c] fuit dictum in vna Neapolitana Fundaci 1. Iunij c
1579. coram Robusterio,& in aliis pluribus, & † quòd 16
consensus pro validitate transactionis requisitus cursu temporis præsumatur,est *decis.*Mohed.2.*de transact.*

## ANNOTATIO.

a Aditio hæreditatis qoando præsumatur ex possessione bonorum hæreditariorum,dixi *supra ad decis.*98.
b Veniens † contra transactionem ante omnia tenetur re- 17
stituere,quod ex transactione recepit,*iuxta text. in l.si diuerso,ff.de transact.*Rot.*decis.*11.*num.*1.*& decis.*140. *num.*1.*& decis.*510.*par.*1.*diuers.& decis.*539.*num.*6.*par.*1.*in recent.* cum aliis plenè cumulatis per Giurbam *decis.*103.*n.*5. etiam si impugnetur ex capite læsionis enormissimæ, Honded. *cons.*34.*nu.*34.*lib.*2. & aliis relatis, dixit Rota in Ariminens.bonorum 23.Iunij 1617.coram R P.D.Vbaldo,quod procedit etiam si Ecclesia aut minor sit, qui impugnent transactionem,*l.quod si minor,* §.*restitutio, ff. de minor.* cum aliis per Giurb.*d.decis.*103.*nu.*10.& dispositionem *d.l.si diuersa.*procedere etiam in loco pio, dixit Rota in Neapolitana rescissionis concordiæ 13.Aprilis 1602.coram Cardinali Lancellotto,& antequàm fiat restitutio, est supersedendum in vlteriori processu,Rota *decis.*111.*nu.*2.*part.*1. *diuers.*

*diuers.* Hond. *cons.* 34. *nu.* 35. *lib.* 5. Huius autem legis dispositio procedit parte opponente, Rota *d. decis.* 111. *nu.* 1. *&* *decis.* 805. *num.* 1. *&* *decis.* 810. *per tot.* & præcipuè *num.* 10. *&* 21. *par.* 1. *diuers.* limitationes plures dantur per DD. ad dictam *l. si diuersa.* & primò illa non habet locum, quando impugnatur transactio ex capite nullitatis, circa quod est videndum, quod dixi *ad decis.* 271. *num.* 28. & post ibi impressa, hanc limitationem firmauit etiam Rota in Romana legati 24. Nouembris 1621. coram R. P. D. Coccino Decano. Secundò non procedit, quando illud, quod est datum, fuit datum pro augmento Cultus diuini, glos. *in cap. peruenit. in verbo (assignet)* vbi Præpos. *nu.* 9. *&* 10. *de appellat.* & dixit Rota in Mediolanens. legati 15. Decembris 1593. coram Gypsio, vbi illud, quod fuerat datum in transactione, fuerat conuersum in fabricam Ecclesiæ; quoad hoc tamen videtur contrarium tenere plures relati per Giurbam *d. decis.* 103. *nu.* 11. qui dicunt faciendam esse restitutionem ab Ecclesia de pecunia recepta, etiam si in Ecclesiæ vtilitatem versa probetur: Limitatur tertiò non procedere, quando transactio esset resoluta culpa partis aduersæ non adimplentis ex parte sua, quia illi non est ante omnia facienda restitutio, Caputaquen. *decis.* 317 *par.* 3. & secuta fuit Rota in dicta Mediolanens. legati coram Gypsio. Limitatur quartò non procedere, quando ille, qui impugnat transactionem, habet aliquam aliam iustam causam, & titulum retinendi illud, quod recepit vigore transactionis, Seraph. *decis* 922. *nu.* 8. Rota *decis.* 102. *num.* 3. *par.* 2. *diuers. &* *in recen. decis* 539. *nu.* 6. *in fine par.* 1. est tamen necesse, quòd iste titulus sit clarus, & liquidus, non dubius, Rot *decis.* 181. *num.* 4 *par.* 1. *diuers.* Limitatur quintò non procedere, quando ille, qui impugnat transactionem dolo fuit inductus ad transigendum, Bald. *in l. vnica. num.* 2. *opposit.* 3. Salycet. *ibidem in* 3. *opposit. Cod. de repud.* Rota penes Cottam *decis.* 218. *circa finem.* Limitatur sextò non procedere, quando receptum fuit in transactione corpus aliquod, quod postea fuit euictum sine culpa partis, tūc enim agi potest ad rescissionem transactionis etiam illo corpore non restituto, vt dixit Rota in Lucana terrarum 9. Iunij 1614. coram R. P. D. Caualerio.

38 c Beneplacitum † Apostolicum præsumiter interuenisse ex spatio triginta annorum, Seraph. *decis.* 671. *num.* 1 *&* *decis.* 702 *num.* 1. Rota *decis.* 179. *num.* 1. *part* 2. *diuers &* *decis.* 694. *num.* 5. *par.* 1. *in recent. &* *decis.* 159. *num.* 4. *eadem part.* 1. *in recent.* Marescott. *var. lib.* 1. *cap* 13. *nu.* 2. Gonzal *super reg.* 8 *glo.* 12. *num.* 7. quod procedit etiam si in contractu non reperiatur nec reseruatum, nec enunciatum, Seraph. *decis.* 1041. *num* 4. Rota *d decis.* 159 *num.* 4. *par.* 1. *in recent.* Gonzal. *d. glos.* 12. *num.* 77. Marescot. *d. cap.* 13. *num.* 11. vbi testatur de communi; Minus autem tempus non sufficeret, & in specie non sufficere tempus 29. annorum, dixit Rota in Anconitana Terrarum 17. Ianuarij 1581. coram Cardinali Blanchetto. Aduertendum tamen est, quòd vltra lapsum temporis requiritur etiam obseruantia, Rota *d. decis.* 694 *sub num.* 5. Put. *decis.* 7. *de præsumpt.* Gabr. *cons.* 36 *nu.* 52. *vers. sed si possessio lib.* 1. Et ista obseruantia debet esse continuata per totum dictum spatium 30. annorum, vt fuit dictum in Valentina Baroniæ de Corte 4. Iunij 1603. coram R. P. D. Ortembergo, & etiam de huiusmodi obseruantia ad istum effectum debet constare certitudinaliter. & non sufficeret de ea constare præsumptiuè, quia aliàs resultarent ex eodem cursu temporis duæ præsumptiones obseruantiæ, & confirmationis, Marescott. plures cumulat *d. cap.* 1. *num.* 13. *&* 14. & dixit Rota in Romana Casalis Turris Vergaræ coram R. P. D. Coccino Decano impress. penes March. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 1129. & in Burgens. Abbatiæ de Salas 20. Nouemb. 1615. coram R. P. D. Vbaldo, & benè facit decis. Seraphin. 1042. *num.* 4. Et demum circa tempus dictæ obseruantiæ sciendum est, quòd non deducitur tempus vitæ Prælati alienantis, sicut deducitur ad effectum præscriptionis, Seraph. *decis.* 1027. *nu.* 11. & fuit dictum in Oscens. seu Barbastens. pensionis 14. Ianuarij 1602. coram Cardinali Lancellotto impress. penes Marches. *de commiss. tom* 2. *fol.* 168 Marescott. *d. cap.* 1. *num.* 17.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Imolens. Census.

*Veneris vltima February 1608.*

### ARGVMENTVM.

Census in dubio præsumitur validè constitutus, & potest constitui super certis tornaturis vnius prædij, si ex circumstantiis potest dignosci, super qua parte dicti prædij censeatur impositus. Numeratio actualis pecuniæ ex quibus probetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Census in dubio præsumendus est validus.*
2 *Et maximè quando contrahentes expresè protestati fuerunt se velle contrahere iuxta Bullam Pij V.*
3 *Census impositus super quinquaginta tornaturis terræ vnius prædij tornaturarum 150. sustinetur etiam si non sit expressum à quo latere, quia intelligitur de tornaturis adiacentibus domui dicti prædij.*
4 *Fundus potest ex destinatione patrisfamilias secari ad libitum, & plures effici possunt fundi.*
5 *Numeratio vera, & realis probatur ex verbis Notarij attestantis de actuali solutione coram se, & testibus.*

*Numeratio pecuniæ actualis ex quibus probetur, & num.* 7.

### DECISIO CCCLV.

REsolutum fuit pro validitate census † pro qua in 1
dubio facienda est omnis interpretatio, *l. si prætor. in*
*princ. ff. de iud. l.* 3. *ff. de testam. milit. cap. Abbate. de verb.*
*sign.* latissimè Aym. *consil.* 52. *nu.* 2. *& per tot.* concurrunt
enim omnia requisita per Constitutionem Pij V. † ad 2
quam se contrahentes expresè retulerunt protestantes
fecisse, & facere dictum censum iuxta dispositionem di-
ctæ Bullæ. Nec subsistunt duæ obiectiones, quæ contra
illum dantur, & primò quòd non fuerit specificata res
cum suis confinibus, & fuerit impositus census super
50. tornaturis terræ vnius possessionis tornaturarū 150.
non expresso à quo latere; [a] quia possessio ipsa est certa a
habens † suas demonstrationes, & confines, quod pars 3
aduersa non negat, & quantitas tornaturarum 50. super
quibus est impositus census, habet etiam ipsa suam cer-
titudinem, & suas demonstrationes & adiacentia do-
mus, vt intelligantur de illis, super quibus est domus
ædificata, & quæ sunt circa ipsam, & illi proximiores,
cui interpretationi multùm fauet illa verba instrumenti
*(iuxta iura dd. de Saxatellis)* qui sunt impositores cen-
sus. Non obstat, quòd iste fundus non erat distinctus ab
aliis bonis Dominorum de Saxatellis. & quòd erat vnica
possessio maioris summæ; † quia vltrà quòd destinatio- 4
ne patrisfamilias potest ad libitum secari in plures, &
plures fundi effici, *l. quod in rerum §. si quis post. ff. de*
*leg.* 1. Bart. *in l. si quis. §. si quis, ff. comm. præd.* nihil prohi-
bet, quòd remanente vnica possessione census super par-
te ipsius constituatur, & sufficit, quòd pars illa ita de-
scribatur, vt ab aliis dignosci possit; hoc enim satis est
pro certitudine fundi, quam requirit Bulla. Alia obie-
ctio circa defectum numerationis pecuniæ tollitur † ex 5
verbis claris instrumenti, ibi *(qui fratres actualiter solue-*
*runt, & exbursarunt in tot auro, & argento coram me No-*
*tario, & testibus infrascriptis videntibus. DD. Alexan-*
*dro, & Annibali præsentibus, & recipientibus, & ad se tra-*
*hentibus)* quæ verba cùm non sint prolata à partibus, sed
à Notario, non continent confessionem recepti, sed
actum enumerationis, & receptionis realiter demon-
strant, [b] Bart. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. num.* 3. b
vbi

vbi etiam Alex. *nu. 14. verſ. quia quando Notarius, ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. 3. num. 4. C. de non numer. pecun.* & in terminis dixit Rota in vña Bonooieñ. censũs 15. Februarij 1599. coram R.P.D. meo Decano.

### *ANNOTATIO.*

6 a Et quòd valeat † censũs impositus super quibusdam tornaturis vnius prædij multò maioris quantitatis, etiam si non fuerit expressum à quo latere dicti prædij fuit dictæ tornaturæ, dummodò ex signis, & demonstrationibus constare possit, super quibus tornaturis dicti prædij fuerit facta impositio, Rota *deciſ. 95. num. 6. & deciſ. 99. num. 1.* inter impressas penes Cinc. *de censib.* super quo est videndus idem Cinc. *part. 2. capit. 3. quæst. 3. art. 1. fol. 75. numer. 35.*

7 b Numeratio vera, † & actualis pecuniæ ex quibus verbis instrumenti colligatur, & ex quibus verbis resultet sola confessio de recepto, est videndus plenè Cinc. *de censibus part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 8. fol. 103.* & plenè de hac materia fuit dictum in Fauentina pensionis 23. Ianuarij 1619. & in eadem 16. Decembris 1619. coram R.P.D. Pamphilio, vbi fuit dictum probari numerationem actualem, si Notarius dicat (*talis dixit, & confessus fuit habuisse, & recepisse, prout actualiter habuit ab N. præsente, & soluente in tot Zecchinis*) in qua causa, Ego vti Aduocatus sustinebam partes contrarias succumbentis allegando, quòd poterant omnia dicta verba referri ad solam confessionem partis, pro quo allegabam *deciſ. 320. num. 3. & 4. inter impreſſ. penes Farinac. post 2. lib. conſ.* quæ valde ad propositum facere videtur, semper enim, quando verba Notarij possibile est posse referri ad confessionem partis, dato etiam, quòd possint importare actualem numerationem, in dubio tamen referri debent ad partis confessionem, Bart. *in l. si ex cautione. in 1. lectura sub num. 1. verſ. sic aduerte. C. de non numerata pecunia.* Roman. *in l. prædia num. 4.* Imol. *sub num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ruyn. *conſ. 9. num. 8. lib. 2.* Aret. *instit. de litterarum obligat. nu. 40.* Gratian. *disceptat. Forenſ. cap. 387. num. 42. & seq.* vbi *sub nu. 40.* considerat, quòd quando re vera interuenit actualis numeratio, Notarius solet dicere, quòd pecuniæ manualiter fuerunt solutæ, vel quòd quis illas ad se traxit, vel aliis similibus verbis vti solet.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Leodiens. Bonorum.

*Mercurij 5. Martij* 1608.

### ARGVMENTVM.

Alienari possunt bona in consanguineos non secus, ac in extraneos cessante præiudicio Ecclesiæ, & mala suspicio resultans ex consanguinitate ex quibus cesset.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remissoria est deneganda propter irrelenantiam articulorum.*

2 *Probatio non est admittenda, quando probatum non releuaret.*

3 *Prælatus potest alienare bona etiam in consanguineos cessante præiudicio Ecclesiæ, de quo etiam sub numer. 9.*

4 *Alienatio bonorum Ecclesiæ præsumitur vtilis ex cursu longi temporis, & purgat suspicionem, quæ aliàs posset oriri ex alienatione facta in consanguineos.*

5 *Fraudis suspicio cessat in his, quæ palàm, & publicè fiunt.*

6 *Tutor palam, & publicè contrahens cum pupillo illum sibi validè obligat.*

7 *Calumniosa præsumitur remissoria ex eo, quòd causa diù in partibus agitata numquam pars curauit facere probationes super materia articulata.*

8 *Calumniosa præsumitur remissoria petita in fine litis, & in calculo ferendæ sententiæ.*

### DECISIO CCCLVI.

FVit denegata remissoria propter irreleuantiam arti-
culorum, † qua stante non solet, nec debet conce- 1
di, Mohed. *deciſ. 5. nu. 5. de probat.* Cæs. de Grass. *deciſ. 2. de
dilat.* † quia non est admittendum Monasterium ad pro- 2
bandum, quod probatum non releuaret, *l. matrem. C. de
prob. c. cùm contingat. de off. deleg.* Rom. *conſil. 226. num. 3.*
nec est danda dilatio dispendium magis, quàm commo-
dum allatura, Cassad. *dec. 2. de dilat.* Irreleuantia patet,
quia quando probaretur articulata consanguinitas, non
concluderet intentionem Monasterij, † cùm cessante 3
præiudicio Ecclesiæ eius bona alienari possint in con-
sanguineos, sicut in extraneos, [a] Archid. *in c. Episcopus* a
*in fine 10. quæst. 2.* Card. *in Clem. 1. §. Abbates, nu. 1. in fine
de exceſſ. prælat.* Imol. *in c. vt supra num. 13. & 14.* & ibi
Abb. *nu. 18. & seq. de reb. Eccleſ. non alien.* idem Abb. *conſ.
41. n. 3. verſ. per hoc etiam tollitur lib. 1.* fuit dictum in vna
Romana Casalis 6. Aprilis 1576. coram Lauretano, hìc
autem non solùm cessat præiudiciũ Ecclesiæ, sed, vt fuit
duabus decisionibus firmatum, constat de euidenti vtili-
tate, & vbi non constaret † præsumptio vtilitatis oriens 4
ex cursu tanti temporis iuxta ibi deducta, sine dubio
purgaret suspicionem, quæ aliàs potuisset oriri ex con-
sanguinitate. Accedit, quòd cõcessio, & inuestitura non
fuit facta secretò, nec tractata particulariter cũ empto-
re, sed publicis generalibus præcedentibus proclamatio-
nibus, & sic non potuit esse locus fraudi, † cuius suspi- 5
cio cessat in iis, quæ palam, & publicè fiunt, *l. ita fides. ff. de
iur. Fisc.* Alex. *conſil. 31. num. 4. & 5. lib. 7.* Aym. *conſ. 3. nu. 5.*
† facit, quod dicitur de tutore, qui palam, & publicè 6
contrahendo cum pupillo illum sibi validè obligat,
Bart. *in l. frater à fratre nu. 50. ff. de cond. indeb.* Bald. *conſ.
347. nu. 1. lib. 4.* Alex. *in l. singularia, num. 5.* Ias. *num. 17.* De-
cian. *num. 4. & 11. ff. si cert. petat.* Et Domini faciliùs etiam
denegarunt remissoriam ex vehementi suspicione ca-
lumniæ, † quæ oritur ex eo, quòd per 50. annos, quibus
hæc causa fuit in partibus agitata, potuit Monasterium 7
facere probationes, quas hodie facere intendit, & non
curauit, Ang. *in l. de die. §. si iubetur, nu. 2. ff. qui satiſd. cog.*
quem sequitur Paul. de Castr. *in eadem l. in §. Tutor. in fi.*
& Alex. *nu. 7.* Afflict. *deciſ. 137. nu. 4.* Caput. *deciſ. 63. par.
3.* † quæ suspicio augetur, quia remissoria petitur in fine 8
litis, & in calculo ferendæ sententiæ, Rot. *diuerſ. deciſ.
322. lib. 3. par. 3.* fuit dictũ in Romana de Rambogliet-
tis 14. Ianuarij 1594. coram bo. me. Litta, & in aliis plu-
ribus.

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd Prælatus † cessante fraude possit alienare res Ec- 9
clesiæ etiam in consanguineos, Menoch. *conſ. 79. nu. 19.* & latè Gratian. *disceptat. Forenſ. cap. 415. num. 13. 14 & 15.* Seraph. *deciſ. 1125. num. 7.* quæ suspicio fraudis cessat ex confirmatione Commissariorum, Seraph. *d. deciſ. 1125. num. 1.* cum aliis per Gratian. *d. cap. 415. num. 16.* item etiam quando constat de euidenti vtilitate Ecclesiæ, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 54. num. 1.* in dubio tamen huiusmodi alienationes factæ in consanguineos sunt suspectissimæ, & præsumuntur potius factæ in fraudem, quàm in vtilitatem Ecclesiæ, Rota *deciſ. 720. n. 1. part. 1. diu. & deciſ. 18. n. 5. & deciſ. 65. num. 18. par. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 430. num. 7. par. 2.* Menoch. *d. præsumpt. 54. num. 4. & seq.* & plenè de hac materia tradit Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. quæst. 54.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Boianens. Pensionis.

*Lunæ 10. Martij* 1608.

### ARGVMENTVM.

Tolluntur plures exceptiones obiectæ contra testes.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Resignatio iustificatur ex literis ipsius resignationis.*
2 *Testes examinati in possessorio non probant in petitorio, & num. 6.*
3 *Confessioni partis magis standum est, quàm depositionibus testium deponentium in contrarium, etiam si sint mille, & num. 7.*
4 *Valor vt probetur per testes, debet percutere tempus gratiæ, & deductis oneribus.*
5 *Inimicitia vt repellat testem, requiritur, quòd sit capitalis.*

## DECISIO CCCLVII.

GRatiam Marij esse iustificatam resoluerunt Domi-
1 ni,† resignatio enim io manibus Papæ probatur ex
literis ipsius resignationis, quòd resignans ius habuerit
super beneficio tempore resignationis constat ex latè
deductis in decisione R. P. D. mei Decani sub die 15.
Ianuarij 1603. in qua fuit particulari dubio id firma-
tum. Quòd autem remaneant centum pro Rectore, be-
nè probant testes super hoc examinati, quibus non ob-
stant plures oppositiones, quæ dantur pro parte Euan-
2 gelistæ. Nam quòd † fuerint examinati in possessorio, &
a propterea non probent in petitorio, [a] fuit sublatum per
decisionem factam 27. Iunij 1603. coram Illustrissimo
Cardinali Millino, quæ fuit coram me confirmata 11.
Decembris 1606. in qua decisione coram me fuit etiam
sublatum, quod iterum opponitur de non præstito iura-
mento calumniæ per ipsummet principalem. Nõ obstat,
quod dicitur testes hos fuisse coram Domino meo De-
cano reiectos tamquã falsos 27. Nouembris 1600. quia
3 hoc in d. decisione non dicitur,† sed voluit Rota, quòd
staretur magis confessioni partis dicentis contrariũ, cùm
confessio præualeat mille testibus contrarium deponen-
b tibus, Gabr. qui alios allegat *de test. conclus. 4. nu. 75.* [b] &
vbi etiã possit ex hoc argui de falso, vt per Caputaquen.
*decis. 283. nu. 5. in fin. & num. seq. par. 3.* attamen hæc falsi-
tas vnicum tantùm testem percutit, videlicet, Federicum
fratrem Marci Antonij, qui de facto proprio deponen-
do dicit se soluisse, non autem alios testes, qui depo-
nunt de solutione per auditum, quia potest esse verum,
quòd solutio non sit facta, & quòd isti audiuerint esse
factam, cùm etiam multa falsa dicantur vt vera. Noo
4 etiam obstat, quod dicitur † testes non percutere tempus
gratiæ, item nec deductis oneribus, quia quoad tempus
testes depoount, & de tempore Marij resignantis per
plures annos, & de tempore Marci Antonij resignata-
rij, ita vt proculdubio includant tempus resignationis:
quoad deductionem onerum apparet ex lectura testium
super tertio articulo quòd eorum rationem habuerunt,
& loquuti sunt ipsis detractis. Obiecta inimicitia inter
testes, & Cameratum non probatur, quia fides non facit
5 fidem,† & quia non apparet quòd sit capitalis, vt requi-
c ritur ad effectum repellendi testes, [c] Marsil. *in l. 1. §. præ-
terea in princ. & num 11. ff. de quæst.* Aufrer. *de reprobat.
test. sub num. 56.* Cur. *in tract. de testam. nu. 101. vers. & præ-
missa intelligendo.* Clar. *in §. fin. quæst. 24. sub vers. item quæ-
ro.* Et in omnem euentum fides loquitur de Federico
primo teste, & Io. Camillo tertio teste tantùm. Noo est
verum, quòd testes non reddant causam scieotiæ, quia
primus dicit se fuisse exactorem fructuum, alij dicunt se
scire non solùm, quia ciues, sed etiam per publicam vo-
cem, & famam. Alia bene tolluntur per informantes.

*ANNOTATIO.*

6 a Testes † examinati in possessorio non probant in petito-
rio, Gabr. *cons. 40. nu. 44. lib. 1.* vbi dicit, quòd non solùm
non probant in petitorio, sed quòd nec etiam examinati
in vno iudicio possessorio probant in alio, Put. *decis. 171.
lib. 1.* Milis *in repertorio. in verbo testes producti in possesso-
rio.* Caputaquen. *decis. 129. lib. 2. in manuscript.* & fuit dictum
in Pampilonens. Tributi 11. Decembris 1591. coram bo.
mem. Penia; hoc non procedit, quando testes fuerunt
plenariè examinati super tota causa, Rota *decis. 162. sub nu.
5. & 6. par. 4. in nouissimis*, & fuit dictum coram eodem San-
ctissimo *infra decis. 535.*
b Cæsar † de Grass. *decis. 6. num. 2. de testibus*, Verall. *decis. 283.* 7
*num. 6. par. 3.* Seraph. *decis. 433. nu. 7. & decis. 1318. nu. 1.* Rota
*decis. 867. propè finem vers. Non obstant testes par. 4. in nouissim.*
vbi dicitur, quod inter principalem, & testes non datur
concordia.
c De quo latè per Farinac. *de testibus quæst. 53. num. 52.* vbi
infinitos cumulat.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Dotis.

*Veneris 14. Martij 1608.*

## ARGVMENTVM.

Statutum exclusiuum fœminarum non impedit, quo minus ex voluntate patris filia ex testamento capere possit, prout etiam ex eodem testamento patris capere potest non obstante renunciatione facta hæreditati paternæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum excludens ab intestato fœminas non impedit quo minus ex voluntate patris possint ex testamento capere, & num. 6.*
2 *Filia à Statuto exclusa, si instituatur heres à patre, competit remedium l. finalis.*
3 *Renunciatio facta per filiam hæreditati paternæ non impedit, quo minus si pater ei in testamento aliquid relinquat, possit capere.*
4 *Statutũ exclusiuum fœminarum habet locum etiam condito testamento, quando filia venit contra testamentum, secus, si veniat ex testamento, & num. 6.*
5 *Testator non est præsumendus quod voluerit facere dispositionem illusoriam, quæ effectum sortiri non posset.*

## DECISIO CCCLVIII.

DOmini dixerũt sorori Alexãdræ deberi scuta 500.
in bonis paternis pro dote sibi à patre relicta, nec
obstare, quòd fuerit sub die 21. Iunij 1601. decisum
aliam dotem illi non deberi, quia tunc credebatur scu-
ta 500. fuisse monasterio soluta de hæreditate patris,
nec etiam impedimẽtum præstare Statutum excludens
eam à successione paterna propter fratres masculos,
quod excludit, licèt non fuerit dotata à patre, † quia Sta- 1
tutum loquitur ab intestato, & propterea ea non impe-
dit, quo minus ex voluntate patris possit ex testameo-
to capere, [a] Bart. *in l. fin. vbi sub num. 3.* vbi etiam Angel. a
*col. 2.* Ias. *num. 19. & seq. C. de pact.* Bald. *in l. quicumque nu.
13 in fine. C. de seru. fugit.* Alex. *cons. 131. sub nu. 2. vers. vnde
propter hoc lib. 1.* Paul. de Castr. *cons. 288. circa princ. vers.
& ideo determinat lib. 2.* Dec. *consil. 378. num. 3. circa med.
vers. non obstat, quòd mater.* Corn. *cons. 290. post num. 5.
vers. quod, & secundò lib. 3.* Curt. sen. *cons. 37. nu. 17. & seq.*
fuit dictum in Fauẽtina legitimæ 23. Ianuarij, ac 1. & 19.
Februarij 1588. coram Illustrissimo Cardinali Platto, &
28. Martij 1590. coram Gypsio, & in Cæsenatens. legati
20. Febru. 1595. coram eodem Gypsio: † Et propterea 2
filiæ à Statuto exclusæ, si instituatur à patre, competit
remedium *l. final. C. de edict. diu. Adrian. toll.* & conclu-
dit Menoch. *de adipiscen. remed. 4. q. 41. nu. 322. & seq.* sic
videmus in filia, † quæ cum iurameoto renunciauit fra- 3
tribus hæreditatẽ paternam, nam si pater aliquid ei in te-
stamento relinquat, non obstante iurata renunciatione
illud

illud habebit, Bart. & alij *in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. pactum. quod dotali. in 3. quæst.* & ibi Dec. *num.* 6. *C. de collat.* Iaf. *in l. fin. num.* 13. ibique Dec. *num.* 7. *&* 25. *C. de pact.* cum multis cumulatis per Gabr. *de iur. dot. concl.* 1. *num.* 27. Et licèt Statutum habeat aliquando locum etiam condito testa-
4 mento, attamen id verum est, quando † filia venit con-
b tra testamentum, non quando venit ex testamento, [b]
Alex. *d. cons.* 131. *n.* 2. *in fin. lib.* 1. Hier. Gabr. *cons.* 140. *n.* 23. *& seq. lib.* 2. & secundùm hanc distinctionem procedunt decisiones ex aduerso allegatæ. Non obstat, quòd pater non relinquat simpliciter dotem, sed mandet dotari iuxta formam testamenti Lucæ, qui iusserat fœminas dotari, & propterea soror Alexandra, quæ iam reperiebatur habere dotem, non erat à patre, aut fratribus dotanda. Quia dixerunt Domini relationem esse intelligendam respectu modi soluendi, & cessare videtur difficultas, quia pater sciebat filiam habere bona ex successione matris, & nihilominus legauit; vnde non est dicendum, quòd voluerit legare in casu, quo de iure dos illi deberetur, quia benè sciebat non deberi,
5 † & non est præsumendum, quòd voluerit facere dispositionem, quæ effectum sortiri non posset, Rimin. sen. *cons.* 231. *num.* 12. & facere legatum elusorium, *l.* 3. *ff. de milit. testam.* Illustrissimus Mantica *de Coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 10. *num.* 18.

*ANNOTATIO.*

6 a Et quòd similia Statuta † exclusiua fœminarum ab intestato non impediant, quo minus possint fœminæ institui in testamento, pluries fuit in Rota dictum, & præsertim in Bononien. transactionis de Capacellis 14. Martij 1616. coram bo. mem. Andrea, & in Recanaten. successionis 26. Iunij 1617. coram R. P. D. Buratto, & non obstat, quòd Statutum excludens ab intestato excludat etiam fœminas condito testamento, vt fuit dictum in Romana supplementi legitimæ 8. Februarij 1593. coram Cardinali Arigonio, & in Romana census de Mutis 24. Maij 1619. coram R. P. D. Coccino Decano, per doctr. Bart. *in l. fin. colum.* 2. *circa finem ff. ad Tertull.* nam id procedit, quando fœmina veniret impugnando testamentum, secus autem quando venit ex testamento, ita dixit Rota *in decis.* 449 *par.* 4. *in nouissimis*, & etiam benè declarauit Rota *in hac decisione sub num.* 4.

b De quo dixi supra litera A.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Sancti Angeli beneficiorum.

*Lunæ* 16. *Martij* 1608.

ARGVMENTVM.

Obitus in mense reseruato plenè probari debet ad effectum reseruationis, & pluribus ostenditur non fuisse in hoc casu plenè probatum, nec ex testibus, nec ex fide Parochi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vacatio in mense reseruato plenè, & concludenter probari debet ad effectum reseruationis.*
2 *Testis vnicus plenè non probat.*
3 *Testis deponens alternatiuè de tempore non probat tempus.*
4 *Fides non facit fidem.*
5 *Fides Parochi circa obitum non probat, sed opus est formiter extrahere partitam ex libro Parochi, & num.* 9.
6 *Testis se referens ad scripturas nihil probat, nisi exhibitis scripturis.*
7 *Valor non probatur ex arrendamentis.*
8 *Fama non probatur per testem deponentem per verba præsentis temporis.*

DECISIO CCCLIX.

Conclusum fuit gratiam Antonij non esse iustificatam quantùm ad vacationem per contractum
matrimonij in mense Februarij, † quia non probatur 1
plenè, & concludenter, quòd in dicto mense fuerit contractum, prout deberet probari ad effectum reseruationis, Put. *decis.* 260. *num.* 1. *&* 3. *lib.* 2. fuit dictum in vna Pampilonen. beneficij de Allo 8. Martij 1577. coram Lauretano, & in vna Giennen. Canonicatus, & præbendæ 4. & 11. Maij 1587. coram Oriolen. Adest enim solùm primus testis, qui super secundo deponit de auditu publico, quòd matrimonium sit celebratum de mense Februarij, & quòd vidit sic descriptum in li-
bro Parochi, † cuius depositio, quamuis concluden- 2
ter deponeret, non sufficeret, vbi requiritur plena probatio, *c. licet. c. veniens, & c. iurisiurandum. de testib.* Secundus enim testis deponit de mense Ianuarij, vel
Februarij, † & propter illam alternatiuam non probat, 3
[a] Crot. *consil.* 122. *num.* 10. Bertran. *cons.* 100. *num.* 19. a
*par.* 1. *in antiq.* Rolan. *cons.* 35. *num.* 13. *lib.* 1. & subiungit, quòd nescit præcisè de quo tempore Antonius Caraciolus, qui beneficia obtinebat, vxorem duxerit. Fides prætensi coadiutoris Parochi non probat, quia vltra quòd non constat eum esse coadiutorem, nec à
quo sit deputatus, † est fides, quæ non facit fidem, 4
latè Cæph. *cons.* 384. *num.* 21. *& seqq.* nec est recognita,
† & opus fuisset extrahere partitam formiter ex libro 5
Parochi, [b] de quo mentionem facit primus testis. Non b
probatur etiam, quòd valor non excedat duc. 250. de Camera, licèt enim primus testis deponat benè de publica voce, & fama, attamen secundus dicit (*che del
tutto se rimette alle scritture di dette Terre*) † quibus non 6
exhibitis nihil probat, *Auth. si quis in aliquo. C. de eden.*
glos. & Doct. *in cap.* 1. *de fid. instrum.* † & si tales scri- 7
pturæ essent arrendamenta ipsarum terrarum, non probarent valorem, Cassad. *decis.* 20. *num.* 1. *super reg.*
Sarn. *in reg. de valore. quæst.* 11. † & licèt deponat de 8
fama, eam tamen non probat, quia deponit per verba
præsentis temporis tantùm, [c] Caputaquen. *decis.* 416. c
*par.* 2. & fuit pluries resolutum.

*ANNOTATIO.*

a Testis dubitatiuè deponens de tempore non probat, quando vis est in tempore, de quo dixi *supra ad decis.* 290.

b Parochi fides † non probat obitum, nisi formiter extra- 9
hatur partita libri, prout iacet, vt fuit dictum in Toletana Cappellæ 18. Maij 1615. coram R. P. D. Pirouano, & in Æsina bonorum 17. Maij 1607. coram bo. mem. Andrea.

c De quo vide supra adnotation. *ad decis.* 277.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Viglieuanen. Iurispatronatus.

*Mercurij* 19. *Martij* 1608.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Inhibitio Iudicis appellationis pendente appellatione causat attentata.*
2 *Inhibitio licèt non sit præsentata Iudici, sufficit tamen quòd sit intimata parti ad effectum attentatorum.*

## DECISIO CCCLX.

DOmini vtraque parte informante perstiterunt in decisis coram R. P. D. meo Marquemontio, sententiam Rouiscalæ esse attentatam, & nullam rationibus, de quibus in decisione. Nec obstare dixerunt plura, quæ pro parte Balistæ, & litis consortium allegabantur ad euitandum attentata ex eo, quòd fuisset lata in spretum inhibitionis tàm à Vicario Papien. quàm ab Aud. Cam. emanatæ. Nam quoad inhibitionem Vicarij non obstat, quòd idem Vicarius inhibitionem suam reuocauerat, & nullam declarauerat ante prola-
1 tam à Rouiscala sententiam, † quia fuerat à dicta reuocatione appellatum, & à Iudice appellationis inhibitum, Rot. *decis.* 1. *de off. deleg. in nou. & 6. in fin. pariter in nou.* Lancell. *de attent. cap.* 20. *lim.* 2. *num.* 17. Quoad inhibitionem Auditoris Cam. non obstat, quòd
2 non fuerit Iudici præsentata, † quia sufficit, quod fue-
a rit intimata parti ad effectum attentatorum, [a] Ant. Aug. *decis.* 373. Thomas *lib.* 3. fuit dictum in vna Romana Saluiani Interdicti 14. Decembris 1598. coram R. P. D. meo Lancellotto. Non obstat, quod dicitur, causam fuisse per Breue speciale Ruuiscalæ delegatam, quia aduersarij non sunt vsi hac commissione, immo illi renunciarunt adeundo nouum Vicarium Papien. ante præsentationem commissionis coram Rouiscala, citauerant enim Michaëlem coram dicto nouo Vicario ad videndum causam coram eo de nouo introduci, & obtinuerant Notarium, & Cursores, licèt postea coram eodem comparuerint pro reuocatione inhibitionis, & hinc resultat etiam nullitas sententiæ Rouiscalæ, quia sine iurisdictione etiam iudicauit. Non obstat, quod opponitur, inhibitionem Auditoris Cam. emanasse sub falsa narratiua, quòd Balista, & litis consortes appellassent à quadam declaratione Arbitrorum, nec curarent causam committi, quia de appellatione apparet. Alia, quæ obijciuntur contra decisionem, sunt benè sublata per informantes.

### ANNOTATIO.

a Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 20. *ampliat.* 19. Rota *decis.* 72. *num.* 8. *inter impress. penes Pacif. de Saluian. iuxta nouam impress.* quod est intelligendum, quando Iudex faceret actum ad partis inhibitæ instantiam; secus si ex officio suo, quia hoc casu non data scientia inhibitionis in Iudice non videtur, quòd Iudici aliquid imputari possit, vt declarat Lancell. *d. limit.* 19. *num.* 2. & 3.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Anconitana Bonorum.

*Mercurij* 19. *Martij* 1608.

### ARGVMENTVM.

Plura de clausula (*parito*) & de clausula (*arbitrio Rotæ.*

### SVMMARIVM.

1 *Clausula* (parito iudicato) *non datur à Signatura, quando res iudicata prouenit ex vnica tantùm sententia, sed solùm, quando ad sunt tres sententiæ, & latè num.* 4.

2 *Arbitrium Rotæ datum aliquid remittit de rigore iuris, prout subiecta materia patitur.*

3 *Arbitrium ad effectum reseruandi restitutionem fructuum in fine litis, quando intret.*

*Paupertas est iusta causa reseruandi restitutionem fructuum, & expensarum in fine litis, & num.* 5.

## DECISIO CCCLXI.

DOmini censuerunt esse locum arbitrio ad effectum, vt hæredes Petri de Leonibus audiantur absque eo, quòd faciant aliam paritionem, quia vltra quòd sumus in re iudicata prouenienti ex vnica tantùm sententia,
† quo casu de stylo Signaturæ non datur clausula (*parito*, &c.) sed tantùm quando adsunt tres sententiæ, 1
[a] vt fuit dictum in vna Mediolanen. Cappellaniæ 14. a
Aprilis 1595. coram Illustriss. Card. Seraph. in Toletana Cappellaniæ 12. Aprilis 1595. coram Illustriss. Card. Millino, & in Toletana Pecuniaria 20. Nouemb. 1598.
coram bo. mem. Gypsio. † Arbitrium Rotæ datum ali- a
quid remittit de rigore iuris, prout subiecta materia
patitur, [b] vt dixit Rota coram Illustrissimo Cardinali b
Arigonio in Viterbien. bonorum 18. Maij 1596. in Neapolitana pensionis 26. Februarij 1597. coram Orano, & in alijs pluribus, qua remissione habiti sunt digni isti hæredes, quibus non informantibus dicitur,
fuisse obtentam per aduersarium sententiam, † tùm 3
quia sunt pauperes, & bona fuerunt restitura per ipsos, & hodie solùm agitur de restitutione fructuum, & quia datur fumus eorum boni iuris circa probationem
primi extremi, quo casu solet intrare arbitrium, [c] vt c
fuit dictum in Astoricen. Prioratus 9. Nouembr. 1596. coram bo. mem. Litta, & in Aurien. parochialis 22. Aprilis 1598. coram R. P. D. meo Lancellotto, & sic conclusum informantibus tantùm dd. hæredibus.

### ANNOTATIO.

a Clausula (*parito* † *iudicato*) quòd non soleat ex stylo Si- 4
gnaturæ dari, nisi vbi adsunt tres conformes, non autem, vbi adest vnica tantùm sententia, plures decisiones Rotæ cumulando tradit Mantic. *de clausul. par.* 1. *clausul.* 92. *num.* 2. & vltra decisiones per eum allegatas dixit Rota in Romana Molendini coram R. P. D. Coccino Decano impressa penes Marches. *de commis. tom.* 2. *fol.* 247. & in Placentina beneficij 1. Iunij 1615. coram R. P. D. Verospo, & in Vallisoletana exemptionis 14. Martij 1616. coram R. P. D. Pirouano, & in Barbastren. pecuniaria 1. Iunij 1616. coram bo. mem. Andrea & propterea in omnibus dictis Rota respondit pro arbitrio, quando res iudicata non prouenit ex tribus sententiis, non obstante, quòd adsint duæ, quæ ex Statuto loci faciant rem iudicatam, vt præsertim fuit dictum in dicta Vallisoletana, & in dicta Barbastren. & ratio est, quia tres conformes semper secum præ se ferunt maiorem causæ cognitionem, quàm duæ, vel vnica tantùm, quod solet considerari ad effectum executionis, vt per Gabriel. *conclus.* 1. *num.* 37. *de execut. rei iudic.* & ponderauit Rota in dicta Vallisoletana, & in aliis supra allegatis, & plura de hac clausula (*parito*) quando per Signaturam apponi soleat in commissionibus, latè tradit Marescot. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 86.

b De hac materia † arbitrij plura dixi *ad decis.* 189. *sub n.* 8. 5
& in specie quantùm ad casum huius decisionis, quòd intret arbitrium ad effectum reseruandi restitutionem fructuum in fine litis stante paupertate, dixit Rota in Cæsenaten. de Aldinis 9. Decembris 1609. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi redditur ratio, quia cùm arbitrium regulari debeat ab æquitate, omnis æquitas suadet, quòd stante paupertate quis audiatur reseruatis fructibus, cùm præceptum impossibile non liget, & dixit etiam Rota in Elnen. præceptoriæ 5. Iunij 1609. coram R. P. D. Manzanedo, vbi consideratur, quòd aliàs pauper, si bonum ius foueret, compelleretur causam deserere, & benè Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 33. vbi dicit, quòd stante paupertate Signatura solet rescribere dimissa possessione tantùm reseruatis fructibus, & expensis in fine litis constito de paupertate, & paupertatem esse maximè considerabilem in hac materia dixit
c Rota *decis.* 363. *in fine par.* 2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Fauen

## Fauentina Spolij.

*Lunæ 24. Martij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Constitutum probat possessionem constituentis inter contrahentes. Executiuè non potest procedi contra tertium. Creditores venditoris non possunt contra emptorem agere ad pretium, quod ex forma contractus conuerti debet in extinctionem census.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clausula* constituti *apposita in instrumento venditionis probat possessionem venditoris contra emptorem, & num. 11.*
2 *Constitutum probat inter contrahentes absque alia probatione.*
3 *Extremum secundum probatur ex sustentatione litis iuncto adminiculo.*
4 *Iudex non ritè, nec rectè procedens non solùm non excusat à spolio, sed ipsemet dicitur spoliare.*
5 *Instrumentum non guarantigiatum, nec obligatione Camerali vallatum non habet executionem paratam.*
6 *Executiua via vbi competit, non potest exerceri contra tertium, & num. 12.*
7 *Forma stipulationis, & contractus per alterum ex contrahentibus immutari, nec alterari potest.*
8 *Venditor rei censuata non potest reuocare mandatum datum ad extinguendum censum, si emptoris interest, quòd extinguatur.*
9 *Hypotheca super iuribus debitoris censetur acquisita cum sua causa, & qualitate.*
10 *Creditori licet vti iuribus sui debitoris, prout ipsi debitori competebant.*

### DECISIO CCCLXII.

FVit conclusum constare de spolio, nam de primo
extremo docetur non solùm per instrumentum
executionis factæ in bonis, de quibus agitur, tamquam
in bonis Iulij, & ab eo possessis, sed etiam per instru-
mentum deliberationis dictorum bonorum, in quo ex
persona d. Iulij vti debitoris bona fuerunt vendita cum
1 clausula (*Constituit*) † per quam aduersarius emptor
fassus fuit Iulium venditorem possidere, Ruyn. *cons.*
a *169. num. 16. lib. 1.* [a] Constitutum enim probat † pos-
2 sessionem inter contrahentes absque alia probatione,
Ang. *in l. quadam mulier. circa med. vers. item attendi. ff. de rei vend.* cum adductis per informantes. Secundum
3 extremum probatur † ex sustentatione litis iuncto ad-
miniculo instrumenti cessionis, Cæs. de Graff. *decis. 4. de rest. spol.* Non obstat, quòd possessio sit capta autho-
4 ritate iudicis, quia iudex † nec ritè, nec rectè process-
sit, quo casu non solùm non excusat à spolio, sed po-
tiùs dicitur ipse spoliare, Fel. *in cap. dilectus il 1. sub n. 1. de rescript.* Aym. *cons.* 302. *num.* 2. & fuit sæpissimè de-
cisum; quòd autem non fuerit ritè processum, vltra
non transportationem integram actorum, & alias nul-
5 litates, fuit processum † executiuè vigore instrumenti
non guarantigiati, nec obligatione Camerali vallati, &
tamen de iure communi regulariter instrumenta non
habent executionem paratam, *l. 1.* & ibi not. Bald. *C. de execut. re iud. l. ait prætor. §. 1.* vbi Ang. *ff. de re ind.*
Alex. *consil.* 192. *num.* 1. *lib.* 2. & quando ex iure muni-
6 cipali, vt prætenditur, haberent, † hoc tamen non
b procederet contra tertium, [b] Alex. *consil.* 83. *num.* 15.
*lib.* 2. Ruin. *cons.* 87. *num.* 1. *& seq. lib.* 4. Bero. *cons.* 47.
*num.* 6. *lib.* 1. fuit dictum in vna Romana Computorum 18. Martij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in Romana nullitatis executionis 25. Iunij præteriti coram me. Constat etiam de notoria iniustitia, quia Iulius non erat obligatus ad soluendum, nec ad pretium, quia imò de ipso erat quietatus, sed ad
factum, videlicet, ad extinguendum censum, & † sicut 7
non potuisset venditor alterare, & immutare formam, quam habuit stipulatio, *l. vero procuratori. §. sed & si quis. vers. alia causa est. ff. de solut.* ita nec iudex potuit ad instantiam creditoris: Nec potuisset, vt malè ex ad-
uerso prætenditur, † venditor reuocare mandatum da- 8
tum ad extinguendum d. censum, ex quo emptoris, qui fideiussor accesserat, intererat, quòd fieret extin-
ctio, [c] vt in terminis resoluit Rota in causa Bononien. c
bonorum de Ocellis 26. Aprilis 1602. coram bo. mem. Litta. Nec facit, quod dicitur de anteriori hypotheca creditorum, quia ista actio competens venditori pro extinctione non potest ex persona eius creditorum
mutari, vt cogatur pretium soluere; † ius enim hypo- 9
thecæ super ea censetur acquisitum secundùm naturam, & conditionem actionis, videlicet, vt illud residuum pretij erogaretur in extinctionem census, *l. licet,* & ibi not. *C. qui pot. in pign. hab.* Neguf. *de Pign.* 2.
*memb.* 5. *par. princ. num.* 15. *in* 1. *fallent.* † & creditori 10
solùm licet vti iuribus sui debitoris, Paul. de Castr. *in l. si cui. in princ. C. de non num. pecun.* Mandel. *cons.* 447. *num.* 32. ita vt non possit cogi Iulius ad conuertendùm dictam summam in aliam causam ad instantiam creditorum venditoris, sicut non potuisset instante ipso venditore.

### *ANNOTATIO.*

a Constitutum † probat possessionem constituentis ad præiudicium ipsiusmet constituarij, Tiraquel. *de constit. limit.* 1. *num.* 23. *vers. sed hoc, quod dicimus.* Rota *decis.* 766. *num.* 11. *par.* 1. *diuers.* & benè Rota *decis.* 150. *num.* 5. *inter impress. penes Caue. de censibus*, & fuit etiam dictum in Romana spolij domus 10. Decembris 1618. coram R. P. D. Caualerio. 11

b Et quòd contra † tertium agi non possit executiuè Rota *decis.* 58. *num.* 3. *& decis.* 66. *num.* 4. *&* 5. *inter impress. penes Zacch. de obligat. Cameral.* Bursat. *consil.* 36. *num.* 1. 12

c Videmus etiam in simili, quòd mandatum datum per debitorem ad satisfaciendum creditori suo, postquam est acceptatum, non potest in præiudicium dicti creditoris reuocari, vt fuit dictum in Romana pecuniaria de Lazareis 9. Ianuarij 1598. coram Corduba, & eò magis de plano procedit in mandato dato in contractu cambij, vt fuit dictum in Romana literarum cambij 27. Nouembris 1615. coram R. P. D. Remboldo, vbi aliæ decisiones referuntur.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Argentorum.

*Lunæ 24. Martij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Obligatio mulieris pro marito an, & quando sit valida.

### *SVMMARIVM.*

1 *Obligatio mulieris debet continere causam respicientem commodum, & interesse mulieris, non aliorum.*
2 *Mulieris fideiussio pro marito, contra quem non poterat habere releuationem, est inualida.*
3 *Mulieris fideiussio iurata est inualida de iure communi.*

## DECISIO CCCLXIII.

DOmini steterunt in decisis rationibus, de quibus
in decisione, quia obstat defectus causæ à Statuto
1 requisitæ, † quæ debet respicere commodum, aut in-
a teresse ipsius mulieris, ª non aliorum, pro quibus, vel
cum quibus ipsa contrahit, vt in ea fuit dictum, & latiùs,
in causa Romana de Sancta Cruce 3. Decembris 1607.
2 coram R.P.D. meo Saerato, † & quia propter malum
statum, in quo versabatur maritus, pro quo Marchio-
nissa fideiusserat, non erat illi consultum pro sua rele-
uatione. Non obstat decisio Interamnen. meretum co-
ram R. P. D. meo Decano, quia illa loquitur in termi-
3 nis iuris communis, † secundùm quod ad validandam
b mulieris fideiussionem sufficit iuramentum, ᵇ iuxta
tradita per glos. & Doct. *in c. ex rescript. de iuretiur.*
Rursus in ea erat consultum indemnitati mulieris, pro
qua plures intercesserant, quibus etiam Rota non con-
centa voluit, quòd supersederetur in executione man-
dati contra mulierem relaxati, vt clariùs liqueret, an
reliqua superessent bona, super quibus eius dotes tutæ
consisterent: Alia sunt sublata per informantes.

### *ANNOTATIO.*

a Obligationem mulieris cedere debere in vtilitatem ipsius dixi *ad decis. 333.*

b Mulier an, & quando possit fideiubere, dixi *supra ad decis. 321.*

---

## Auriacen. Præpositurae.

*Veneris* 18. *Aprilis* 1608.

### ARGVMENTVM.

Possessione Præpositura capta censetur capta possessio bonorum ipsius, & habetur pro capitulariter capta, quando fuit præstitum impedimentum, quo minus capitulariter capi potuerit. Resignatario competit manutentio aduersus resignantem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Beneficij possessione capta censetur per consequens capta possessio bonorum ipsius beneficij, & num. 6. vbi hæc conclusio declaratur.*
*Beneficij non censetur capta possessio ex possessione bonorum, & num. 7.*

2 *Capitulariter quando possessio capi non potest propter impedimentum præstitum, haberi debet pro capitulariter capta.*
*Capitulariter an, & quando sit capienda possessio Canonicatus, latè num. 7.*

3 *Resignatario competit manutentio non obstante nullitate resignationis. Item non obstante exceptione nonimplementi conditionum.*

4 *Resignans si spolietur à resignatario, non potest agere spolio.*

5 *Mandatum de manutenendo concessum à Iudice Laica super possessione beneficij est nullum.*

## DECISIO CCCLXIV.

REsolutum fuit Iosepho dandum esse mandatum de
manutenendo, quia constat de possessione præ-
1 positura, † & per consequens bonorum ipsius Præ-
a positura, ª Anchar. *in regula beneficium num. 11. in fine.*
*vers. & ideo ego dico*, & in regula sine possessione *num.*
10. *in fine, & num. seq. de regul. iur. in sexto.* Aret. *in l.*
*possideri in princ. num. 8. ff. de acquiren. possess.* Bertach. *de*
*Episcop. lib. 3. par. 1. quæst. 560.* Couar. *lib. 3. variar.*
*resolut. cap. 16. num. 13.* Natt. *cons. 562. num. 13. lib. 3.*
Io. Baptista Ferrett. *cons. 236. num. 10.* fuit dictum in
vna Romana Cappellaniæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ
24. Februarij 1576. coram bo. me. Lauretano, & sæ-
piùs in aliis. Non obstat, quòd possessio non sit capi-
tulariter capta, ᵇ quia sic non potuit capi propter im- b
pedimentum in ipso facto illi præstitum †, quod non 2
obstat, imò haberi debet pro possessore, *l. quamuis. C.*
*de bon. Auth. iud. possid.* Bald. *in l. postquam C. vt in pos-*
*sess. legat.* Afflict. *decis. 305. num. 1.* & in terminis, quòd
possessio non capta capitulariter propter impedimen-
tum suffragetur, fuit dictum in causa Placentina De-
canatus coram R. P. D. meo Decano. Non obstat, quod
dicitur de non implemento conditionis, quia † Iose- 3
phus est manutenendus in sua possessione, dum agitur
de nullitate resignationis, vel non implemento condi-
tionum, vt fuit resolutum in causa Ipporegien. Præ-
positura 11. Decembris 1584. coram bo. mem. Bubalo,
& in causa Placentina beneficiorum 6. Iunij 1605. co-
ram Illustrissimo Cardinali Pamphilio; † hinc si resi- 4
gnans spolietur à resignatario, non potest agere spo-
lio, Cassad. *decis. 4. de restit. spol.* Put. *decis. 4. eodem tit.*
Non obstat, quòd resignans obtinuerit mandatum de
manutenendo à Curia Auriacen. † quia est non solùm 5
nullum, vti concessum à Iudicibus laicis, sed etiam in-
iustum stante possessione resignatarij, qui, cùm non
se habuerit pro spoliato, est manutenendus, & ita
resolutum.

### *ANNOTATIO.*

a Hæc conclusio, quòd capta † possessione Ecclesiæ cen- 6
seatur capta possessio omnium bonorum, & iurium dictæ
Ecclesiæ, quam vltra allegata in decisione deducit Rota
in *decis. 171. num. 2. & decis. 199. num. 6. & decis. 658. num. 2.*
*par. 2. in recent.* non procedit respectu bonorum, & iu-
rium, quæ post vacationem medio tempore fuerunt ab
alio occupata, Rota *decis. 322. n. 3. par. 1. in recent. & d. decis.*
*171. num. 3. par. 2. in recent.* Item conclusio solùm procedit
respectu bonorum, & iurium, in quorum possessione con-
stat Ecclesiam iam fuisse, secus verò respectu eorum, in
quorum possessione non erat, vel possessio erat contro-
uersa, ita fuit dictum in Pistorien. Prioriæ 13. Martij 1615.
coram R.º P. D. Verospo. Licèt autem ex possessione Ec-
clesiæ acquiratur possessio bonorum Ecclesiæ, non tamen
è conuerso capta possessione bonorum Ecclesiæ censetur
capta possessio ipsius Ecclesiæ, ita fuit dictū in Mutinen.
Canonicatus 14. Martij 1603. coram Card. Lancellotto, &
in Nucerina bonorum 6. Februarij 1609. coram R. P. D.
Caualerio, quia accessorium non trahit ad se principale,
sed bene è contra, Dec. *cons. 21. num. 10. lib. 4.* Surd. *dec. 192.*
*num. 4. & 9.*

b Possessio Canonicatus capitulariter capi debet; aliàs
non suffragatur, Cassad. *decis. 8. de caus. poss.* Rot. *decis.*
*701. num. 5. par. 2. in recent.* & fuit dictum in Caualicen.
Canonicatus 4. Martij 1616. coram Cardinali Sacrato,
& aliàs sæpè; & nisi sit capta capitulariter non est ma-
nutenibilis, vt fuit dictum in Nouarien. Canonicatus 7.
Iunij 1610. coram R. P. D. Pirouano, & in Meten. Cano-
nicatus 4. Iunij 1618. coram eodem, & conclusio proce-
dit etiam, quando possessio est capta de mandato execu-
toris literarum Apostolicarum, prout latè fuit dictum,
in Meten. Canonicatus 4. Iunij 1618. coram R. P. D. Pi-
rouano, vbi respondetur ad decisionem Adrianen. Ar-
chipresbyteratus 36. Martij 1619. coram R.P.D. Buratto,
quæ videbatur contrarium sentire, & quòd etiam posses-
sio data ab Executore literarū Apostolicarū capi debeat
capitulariter, fuit dictum in Senen. Canonicatus 21. Maij
1596. coram bo. me. Litta, & in Taruisina Canonicatus, seu
Simoniæ 9. Maij 1597. coram bo. me. Corduba. Verùm
præallegata conclusio in pluribus casibus non procedit, &
primò non habet locum, quando Capitulum denegauit
tradere possessionem, tunc enim potest etiam non capitu-
lariter possessio capi, & habetur, ac si esset capitulariter
capta,

capta, *c. vbi capitulum*, & ibi Anchar. *num. 2. ver. quaero post glos. de concess. praeben.* fuit dictum in Pistorien. Canonicatus 17. Iunij 1615. coram R. P. D. Caualerio, & in Leodien. Canonicatus 3. Iulij 1617. coram eodem, & firmatur in hac decisione, sed ad istum effectum est necesse quòd Capitulum sine iusta causa recuset tradere possessionem, secus autem, si habet legitimam causam recusandi, quia tunc non capitulariter capta non est valida, ita fuit dictum in dicta Pistorien. Canonicatus coram, R. P. D. Caualerio, & in Caualicen. Canonicatus 4. Martij 1616. coram Cardinali Sacrato, vbi vlterius videtur requiri, quòd Capitulum fuerit legitimè conuocatum, & quòd absque iusta causa recusauerit tradere possessionem: Et etiam est aduertendum, quòd non sufficeret impedimentum à tertio praestitum, sed requiritur, quòd sit praestitum ab eodem Capitulo ad effectum, vt possessio non capitulariter capta suffragetur, vt praesupponunt, gl. *in c. si capitulo*, & Aneh. *ibid. numero 2. de concess. praeb. in 6.* & fuit dictum in d. Meten. Canonicatus coram R. P. D. Pirouano. Limitatur etiam secundò non procedere dicta conclusio, quando constaret de consuetudine Ecclesiae capiendi possessionem. Canonicatus etiam non capitulariter, Ferrett. *cons. vltimo in fin. lib. 2.* Seraph. *decis.* 1044. Tertiò non procedit dicta conclusio, si exposit Capitulum admisit Canonicum ad actus Capitulares, & Canonicales, quia tunc censetur ratificare, & approbate illam possessionem non Capitulariter captam, & ex vi dictae ratificationis habetur pro legitima, Cassad. *decis. 7. numero 3. de caus. poss.* Rota *decis. 91. numero 6. par. 1. in recent.* & fuit dictum in Carthaginen. Canonicatus 6. Aprilis 1609. coram Cardinali Lancellotto confirmata 25. Maij 1609. coram eodem, vbi fuit dictum hoc habere locum non obstante, quòd praecessisset aliqua contradictio Capituli. Ista tamen taeita ratificatio Capituli non esset sufficiens ad conualidandam possessionem in praeiudicium tertij, qui ante d. ratificationem apprehendisset possessionem Canonicatus Capitulariter, Rota *decis. 1156. vers. nec patientia par. 3. lib. 3. diuers.* & fuit dictum in Callen. Canonic. 29. Ianu. 1619. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Donationis.

*Luna 28. Aprilis 1608.*

### ARGVMENTVM.

Exigendi quasi possessio ad effectum manutentionis ex quibus probetur.

### SVMMARIVM.

1 *Exigendi possessio ad effectum manutentionis probatur ex confessione aduersarij emanata in Monitorio, in quo petit restitutionem pecuniarum solutarum.*

2 *Exigendi possessio acquiritur ex solutione facta in vim mandati Iudicis, nisi soluens in actu solutionis protestetur soluere metu mandati, de quo latè ad num. 4.*

3 *Manutentio non impeditur per sententiam latam, quando fuit per appellationem suspensa.*

### DECISIO CCCLXV.

Resolutum fuit dandum esse Faustinae mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi annuam donationem scut. quinquaginta, constat enim de exactionibus, & solutionibus ex pluribus confes-
1 sionibus aduersarij in iudicio factis, † & praesertim in monitorio ad eius instantiam contra Faustinam in hac causa executo, in quo petebat sibi restitui pecunias occasione donationis solutas, quod sufficere ad obtinendum mandatum de manutenendo resoluit Rota coram Illustrissimo Paeen. in causa Romana, siue Praenestrina census 5. Iunij 1599. & coram R. P. D. meo Sacrato in Bononien. census 15. Decembris eiusdem anni. Probatur etiam exactio ex calculo manu propria Io. scripto, & subscripto, in quo fatetur omnes pagas, & terminos Faustinae solutos fuisse in executionem mandati per ipsam obtenti à bo. me. D. Rophino. a Nec a
2 facit, quòd † si sunt soluti metu dicti mandati, non a potest dici ex ipsis quaesita Faustinae quasi possessio exigendi, b Achil. *decis. 11. de poss.* Put. *decis. 281. lib. 2.* b quia hoc procederet, si aduersarius protestatus fuisset in actu solutionis, vt fuit dictum in vna Corduben. redecimarum 23. Decembris 1591. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, in qua aliae decisiones allegantur. Non obstat sententia lata contra instrumentum donationis, † quia fuit per appellationem suspensa, & interim est manutenenda in sua quasi possessione exigendi, vt saepius fuit resolutum, & signanter in Bononien. census 21. Iunij 1600. coram R. P. D. meo Lancellotto, & in Romana census 6. Nouembris 1606. & 15. Ianuarij 1607. coram R. P. D. meo Decano. 3

### ANNOTATIO.

a Possessio an probetur eo ipso, quòd petitur restitutio, inmissio, dimissio, & similia, dixi *ad decis. 456.*

b Solutiones † factae metu mandati, seu censurarum non 4 constituunt in quasi possessione exigendi, Achil. *decis. 11. de poss.* Put. *decis. 273. lib. 2.* iuxta nouam impressionem, Verall. *decis. 330. num. 1. & decis. 331. num. 4. par. 2.* Roman. *cons. 369. num. 14.* quod procedit, si in actu solutionis fuerit protestatum de metu, aliàs omissa dicta, protestatione solutio constituit in quasi possessione; ita declarat Rota penes Seraph. *decis. 1047. n. 11. & decis. 196. nu. 3. par. 1. diuers. & decis. 241. num. 6. par. 1. in recent.* vbi dicit hoc esse notum, & quotidie practicari in Rota, & *decis. 199. num. 10. eadem par. 1. in recent.* & fuit dictum in Romana census 19. Februarij 1618. coram R. P. D. Vbaldo, Gratian. *disceptat. cap. 310. num. 38. & 39.* Marescot. *var. lib. 1. cap. 23. num. 21. & 22.* Ista autem protestatio debet fieri in prima solutione, quia si fieret in sequentibus solutionibus illa prima solutio iam simpliciter facta sufficeret ad constituendum in possessione, quae non potest tolli per solutiones subsecutas factas cum dicta protestatione, vt fuit dictum in Oscen. pensionis 25. Maij 1618. coram R. P. D. Pirouano, sufficit autem, quòd semel ab initio fuerit facta protestatio, quia censetur repetita in sequentibus solutionibus, cùm duret eadem causa metus, Achil. *decis. 11. num. 7. de solution.* Gratian. *d. cap. 310. numero 40.* Ista autem protestatio respiccre debet diffensum solutionis, non autem sufficeret protestatio de repetendo à tertio, pro quo quis soluit Rot. *d. decis. 199. num. 2. par. 2. in recent.* Grat. *d. cap. 310. num. 41.*

Et circa hanc materiam, est aduertendum, quòd licèt aliàs Rota considerauerit iustitiam mandati, & censurarum, quasi quòd mandatum iustum non dicatur inferre iustum 5 metum, Seraphin. *decis. 826. num. 4.* Nihilominus ad effectum acquirendi quasi possessionem nihil refert iustitia, vel iniustitia mandati stante protestatione, quia protestatio operatur, vt non possit dici adesse patientia, sine qua non acquiritur quasi possessio, ita fuit dictum in dicta Oscen. pensionis coram R. P. D. Pirouano, & videtur in terminis decis. Put. *decis. 273. lib. 2. iuxta nouam impress.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Pecuniaria.

*Lunæ 28. Aprilis 1608.*

### ARGVMENTVM.

Socius,qui habet duas diuersas societates,reputatur vti duplex persona. Solutio facta in quam causam cedere debeat.

### SVMMARIVM.

1 *Socius,qui duas societates contrahit, repræsentat duplicem personam,prout duæ sunt societates.*
2 *Compensatio cum debito alieno non datur, & latè nu 7.*
3 *Contrapositio partitarum inducit compensationem , de quo plenè sub n.8.*
4 *Solutio cedere debet in causam electam à debitore.*
5 *Solutio non cedit in debitum antiquius,quando est facta declaratio à partibus.*
6 *Mercator si in suis libris reperit errorem , potest illum corrigere.*

### DECISIO CCCLXVI.

ROta censuit partitarum , de quibus in dubio , non esse habendam rationem quoad extensionem crediti,quod habet Bussus cum Michaële,& quoad partitam scut. 600. fundamentum Dominorum fuit , quia cùm Neapolio post contractam , & finitam societatem cum Michaële aliam cõtraxisset cùm Guglielmo Cro-
1 sta,† vtique sustinebat duplicem personam, prout duæ erant societates, altera quatenus coniunctus cum Michaële,altera vti socius Guglielmi,ad tradita per Petr. de Vbald. *de duob fratr.in par.prin.*14. *n.*8.*versic.secundò quæro.*Rota Ianuen. *decis.*75. *nu.*3. hinc sequitur , quòd cùm partita sit descripta ad creditum Neapolionis , & Guglielmi , non possit extinguere debitum Neapolionis,& Michaëlis.Tùm quia computum vnius nihil ha-
2 ber commune , † nec potest dari compensatio cum de-
a bito alieno, [a] *l.*1.*&* 2. *& l.in rem. ff. de compens.l.eius.C.*
3 *eod.tit.* † Tùm quia per contrapositionem ad debitum, quod habebant Neapolio , & Guglielmus cùm Busso,
b fuerat cum eo inducta compensatio,[b] Alex. *cons.*5.*n.*5. *li.*3.fuit dictum in vna Anconitana pecuniaria. 11.Febr. 1594. coram Orano, & in eadem repetitum. 4. Maij
4 eiusdem anni coram Illust.Card.Pamphilio, † & causa electa à debitore est attendenda,*l.*1.*in prin.& l.creditor.*
c §. *cùm de sorte.ff.de solut.* [c] & facta declaratione à parti-
5 bus non intrat regula, quòd solutio cedere † debeat
d in debitum antiquius: [d] vltra quod non procedit data varietate personæ debitoris,& partitæ non sunt positæ simpliciter ad creditum Neapolionis , sed cantant in fauorem Neapolionis,& Guglielmi, & sic personæ diuersæ à Neapolione,& Michaele.Quoad partitam scutorum 150.vt dicitur,stornatam,clarum est,quòd mer-
6 cator, † qui scripsit partitas , si in illis reperitur error,
e potest illum corrigere,[e] vt fuit dictum in Romana Partitarum 25.Maij 1601.coram R. P. D. meo Iusto.Error autem,& causa stornationis deprehenditur ex eo,quòd pro parte Michaëlis non fuit hæc partita posita in creditum Lambertenghi,& in debitum Bussi nec minus ex parte Lambertenghi fuit facta descriptio aliqua istius solutionis , sicut neque ex parte Bussi , & sic vndique apparet partitam non habuisse effectum , quibus additur,quòd in diuisione societatis Michaël , & Neapolio posuerunt pro debitore totius summæ Lãbertenghum, & postea Lambertenghus verè soluit dictam summam, vt benè deducunt informantes pro Busso , qui benè etiam respondent omnibus in contrarium adductis.

### ANNOTATIO.

a Et quòd non † fiat compensatio cum debito alieno 7
Rota *decis.*634. *n.* 9.*in fine par.*1. *in recent.* & ideò debitor societatis non potest opponere compensationẽ cum credito , quod habet cum vno ex sociis in particulari quia socius in particulari censetur quid distinctum à societate,Cumano.*cons.*172.*ante n.*1.*vers.consultum fuit.*Socin.*cons.*73.*n.*10.*li.*1.Rota Ianuen.*dec.*26.*n.*30.& Rota Romana penes Zacch. *de oblig. Cam.dec.*35. & facit etiam *dec.* 105. *sub n.*3.*par.*1 *in recent.*

b Contrapositio † partitarum inducit compensationem,& 8
extinctionem debiti inter Mercatores,Socin.*consil.*65.*n.*5. *vers.non ex tali li.*4.Rota Ianuen.*dec.*60.*n.*8. Menoch.*consil* 121.*n.*43. Mascard.*de probat. conclus.*1319 *nu.*5. & fuit dictum in Romana pecuniaria 22.Iunij 1611. coram R.P.D. Caualerio,& in Romana precij Fundaci 20.Februa.1612. coram Cardinali Sacrato,& in Bononien. pecuniaria 28. Ianuarij 1611.coram R.P.D. Marquemontio : Notandum est tamen in hac materia , quòd si debitor in partitis ad eius fauorem creatis reperitur descriptus pro creditore, non autem partita creatur pro soluta in dissolutionem debiti , ista contrapositio non inducit compensationem, sed est in potestate debitoris compensare cum eo credito,quod sibi magis placet *iuxta consil.* Alex.85.*n.*2.*&* 3.*l.*3. & sequitur Surd.*dec.*117.*sub n* 9.*&* 10.*& dec.*186.*nu.*8.*&* 9. Menoch.*dicto cons.*121.*nu.*43. Mascard.*d.concl.*1319.*num.*6. sed stante dicta declaratione fere numquàm in Curia practicabitur conclusio.de qua supra , quia semper mercatores , & bancherij solent creare partitas per modum crediti non autem per modum solutionis.

c Et quòd causa electa à debitore sit attendenda, Mascard. *de probat.conclus.*1319.*sub n.*4.Decian.*cons.*60.*n.*24.*li.*2. qui alios referunt.

d Idem dixit Rota in Romana pecuniaria 22. Iunij 1610. coram R.P.D.Caualerio.

e In contrarium,quòd non possit mercator ad libitum partitas in suis libris descriptas stornare,Rota *deci.*641.*n.*11. *par.*1. *in recent.* Menoch. *cons.*296. *num.*12.Farinac.*cons.*18. *numero* 4.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Spoletana de Sillanis.

*Veneris 2. Maij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Remissoria non conceditur ad impediendam immissionem *l. finalis*, maximè quando aliàs fuit concessa.

### SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur ad impediendum immissionem* l.finalis.C.de edict. *& n.*3.
2 *Remissoria regulariter in eadem causa bis non conceditur,de quo latè sub n.*4.

### DECISIO CCCLXVII.

FVit resolutum non esse dandam remissoriam,† quia 1
non solet concedi ad impediendum immissionem
ex remedio *l.fin,* [a] *C.de edict.diu. Adrian.toll.* Ioan.Pau. a
*deci.*149.& tenuit Rota in Mediola.de Cusanis 29.Maij 1600.coram Illust.Card. Seraphino, quod fuit dictum procedere,licèt in illo casu fuisset causa cõmissa tàm in possessorio,quàm in petitorio appellatione remota, ex quo tunc agebatur tantũ de immissione, quæ hoc prætextu retardari non debet.Et tantò minus est cõcedenda, postquam fuit semel concessa, † & remissoria regu- 2
lariter

b lariter in eadem causa bis non conceditur, [b] Oldrad. *cons.*351.*num.*11. Bellam. *cons.*36.*n.*3. qui dicit ita esse de stylo Curiæ Ant. Aug. *in epitom. tit. de remissor.* §.8. fuit dictum in vna Bergomen. funeralium 21. Iunij 1596. coram R. P. D. Pacen.

### *ANNOTATIO.*

3 a Remissoriam † non concedi ad impediendam immissionem ex remed. *l. fin.* dixit Rota *decis.*212.*num.*7. vbi plures aliæ decisiones cumulantur, *& decis.*424.*num.*3.*par.*1.*in recent.* Seraphin. *decis.*1364.*n.*1. fuit dictum in Perusina hæreditatis 28. Nouembris 1616. coram R. P. D. Buratto, & in Ariminen. bonorum 31. Ianuarij 1610. coram R. P. D. Vbaldo, & ratio est, quia in huiusmodi possessoriis non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.

4 b Et quòd † remissoria regulariter in eadem causa bis non concedatur super iisdem articulis propter timorem subornationis, Rota *decis.*76. *de testibus in nou. & decis.*29. *de iud. in antiq.* Put. *decis.*4. *de dilat.* Rota *decis.*406. *sub num.*2. *vers. & propter par.* 2. *in recent.* imò nec etiam super nouis articulis, vt fuit dictum in Corduben. decimarum 4. Iunij 1610. coram R.P.D. Pamphilio impressa penes Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 287. ex iusta tamen causa solet concedi secunda remissoria, Put. *decis.*4. *de dilat.* & Rot. *decis.*338 *sub num.*5. *post* 2. *lib. consil. Farinac.* & fuit dictum in d. Corduben. coram R.P.D. Pamphilio, vbi pro iusta causa consideratur, quòd prima non potuerat exequi in tempore, & in Rauennaten. censuum 8. Iunij 1618. coram R. P. D. Manzanedo, vbi pro iusta causa consideratur, quòd in remissoria non erat distinctè, & specificè, sed confusè articulatum illud, quod articulabatur in secunda, & etiam fuit dictum in Hieracen. iurispatronatus 5. Iunij 1617. coram R. P. D. Verospo, vbi pro iusta causa fuit consideratum, quod ex depositionibus testium reuera constabat de materia articulata, licèt in aliquo examen pateretur defectum; item etiam stante nullitate primi examinis passim conceditur secunda remissoria, prout dixit Rota in Conchen. decimarum de Buendia 15. Ianuarij 1619. coram R. P. D. Pirouano, vbi redditur ratio, quia depositiones testium, quæ non sunt validæ, haberi debent pro non receptis, *cap. cum causam de testibus.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Toletana decimarum de Lucellis.

*Lunæ* 5. *Maij* 1608.

### ARGVMENTVM.

Plura circa recusationem Iudicis, & circa validitatem examinis testium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Suspectus non potest allegari Iudex à procuratore non habente ad id speciale mandatum, & n.8. vbi declaratur.*

2 *A suspicione iuditis allegata censetur recessum per comparitiones postea factas coram eodem sine aliqua protestatione.*

3 *Notario potest committi nudum ministerium circa examen testium, & latè n.9.*

4 *Iuramentum potest per testes præstari in manibus Notarij.*

5 *Iuramentum testis probatur, quando Notarius de eo non attestatur enunciatiuè* (testis iuratus) *sed dispositiuè* (testis iurauit.)

6 *Notario creditur circa receptionem iuramenti testium absque aliis testibus.*

7 *Notarij subscriptio sufficit, quòd sit in fine processus pro singulis actis.*

## DECISIO CCCLXVIII.

Conclusum fuit testes pro parte Capituli de Talanera esse validè examinatos, nec obstare obiectiones pro parte Io. oppositas. Nam quòd fuerint examinati à iudice suspecto post recusationem cum expressione causæ, & appellationem tollitur. Primò, quia fuit allegatus † suspectus à procuratore non habente 1
ad id speciale mandatum, vt requiritur, [a] Paris. *consil.* a
31. *num.*112. *lib.* 1. Caputaquen. *decis.* 168. *par.* 1. Secundò † quia fuit à dicta suspicione recessum, cùm 2
principaliter comparuerit coram eo, & obligauit se, ac fideiussores dederit pro sportulis vltra plures comparitiones in causa procuratoris sine aliqua protestatione, [b] vt fuit resolutum in vna Papien. bonorum b
27. Nouembris 1577. coram bo. mem: Cardinali Lancellotto. Non obstat alia nullitas, quòd non potuerint Iudices remissoriales, & delegati subdelegare Notario receptionem iuramentorum, † quia potest 3
committi nudum ministerium, [c] vt fuit dictum in c
Compostellana Thesaurariæ 24. Martij præteriti coram R. P. D. meo Coccino, † & quòd iuramentum 4
possit præstari in manibus Notarij est decis. Guidob. 563. *Iudices remissoriales*, & Caputaquen. 265. *par.* 5. quæ dicit, quòd in Hispaniis est stylus, quòd committatur receptio testium Notariis. Minùs etiam verum est, quòd non probetur iuramentum, † quia Notarius 5
de eo non attestatur enunciatiuè (*testis iuratus*) sed dispositiuè (*iurauit.*) [d] Non obstat, quòd in receptio- d
ne iuramenti † non fuerint adhibiti testes, quia non 6
requiritur, & sine eis creditur Notario actuario, † prout 7
neque est necessaria subscriptio ipsius Notarij, quia sufficit subscriptio in fine processus pro singulis actis.

### *ANNOTATIO.*

a Licèt requiratur † mandatum speciale ad recusandum Iudicem suspectum ex allegatis in hac decisione, & admisit Rota *in decis.* 440. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* & in Neocastren. Archidiaconatus 9. Decembris 1588. coram Gypsio. Nihilominus sufficit tacita ratificatio, quæ sufficienter deducitur ex eo, quòd principalis iudicium fuerit prosecutum coram alio Iudice, Rota *d. decis.* 440. *num.* 2. Item satis dicitur adesse sufficiens mandatum, si in mandato sit solita clausula *ad Iudices, & Notarios recusandum, atque alios eligendum*, vt fuit dictum in dicta Neocastren. 8

b De quo dixi *supra ad decis.*292.

c Notario † posse committi per Iudicem testium examen, latissimè infinitos cumulando firmat Farinac. *de testib. quæst.*77.*num.*175. *& sequent.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat, & sæpiùs tenuit Rota, vt *in dec.*630. *par.*1. *diuers.* & penes Farinac. *post* 1. *lib. cons. decis.*133.*num.*1. Seraphin. *decis.*781.*num.*5. non tamen potest subdelegari totum examen, scilicet, citatio testium, & receptio iuramentorum, cùm hæc sapiant iurisdictionem, ita fuit dictum in Terdonen. bonorum 11. Martij 1615. coram R P. D. Manzanedo; sed quòd facultas citandi possit Notario committi, dummodò non fuerit etiam data facultas cogendi, dicit Seraphin. *d. decis.*781 *sub numero* 5. & secuta fuit Rota in Compostellana Thesaurariæ 24. Martij 1608. coram R. P. D. Coccino. 9

d De quo dixi *supra ad decis.*39.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Placen.& Tolesana Canonicatuum, & Beneficiorum.

*Lunæ 5. Maij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Regula de annali non obstat nouæ impetrationi. Auditor Rotæ quando possit procedere in causa alteri Auditori commissa.

### *SVMMARIVM.*

1 *Regula de annali, in quam quis semel incidit, non obstat quo minus noua impetratio possit obtineri.*

2 *Auditores Rotæ faciunt omnes vnum Tribunal, & vna est omnium iurisdictio, & vnus censetur loco alterius subrogatus.*

3 *Et ideò acta facta coram vno in causa alteri commissa sunt valida, maximè parte non opponente.*

4 *Pars, quæ Rotam consuluit, & eius iudicium fuit secuta non debet remanere decepta, & delusa à Rota.*

5 *Regula de annali procedit, quando impetrans deprehenditur in negligentia notabili, nec aliquam habet excusationis causam.*

6 *Negligentia excluditur ex ignorantia, & ex iusta credulitate.*

7 *A regula de annali excusat impedimentum extrinsecus proueniens non ex facto impetrantis.*

8 *Arbitrium temperat iuris rigorem.*

9 *Regula de iure quæsito non est locus, vbi ius est turbidum.*

### DECISIO CCCLXIX.

RESolutum fuit regulam de annali non obstare secundis gratiis Didaci Pozzar, & Iacobi de Quinones, fuerunt enim eatum respectu obseruata omnia re-
1 quisita regulæ, † quæ licèt obstaret primis eorum gratiis, non tamen efficit, quòd ille, qui in eam semel incidit, non posset nouas impetrationes eiusdem beneficij obtinere, quicquid dicendum foret respectu aliarum gratiarum dependentium, quales sunt reformatoriæ, perinde valere, & similes, Sarn. *in d. reg. quæst.* 79. Mandos. *quæst.* 85. & fuit decisum in causa Placentina Decanatus 16. Decembris 1594. coram R. P. D. meo Decano Non obstat, quòd citatio sit nulla ex defectu iurisdictionis, cùm fuerit à me decreta vigore commissionis præsentatæ Domino meo Coccino, Mohed. *decis.* 7. *de testib.* & propterea non interrumpat cursum regulæ,
2 † quia fuit responsum omnes Auditores facere vnum Tribunal, & vnam esse omnium iurisdictionem, ita vt
3 vnus loco alterius subrogatus dicatur, [a] Put. *decis.* 240. *in fin. lib.* 3. † adeo quòd acta facta coram vno in causa alteri commissa soleant sustineri, & reputari valida, Put. *dicta decis.* & fuit resolutum in causa Burgen. fructuum 28. Maij 1590. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, maximè quando pars non opponit, vt in dicta decis. Put. & Burgen. & in alia decis. Put. 470. *lib.* 2. Hîc autem non solùm pars non opposuit; imò citata ad dicendum contra commissionem protestata fuit causam coram me pendere, & vtraque pars per memorialia petiit à Rota, vt declararet ad quem spectaret causa, & fuit dictum causam debere coram me remanere, vnde du-
4 rum esset omnis, † quòd pars, quæ Rotam consuluit, & eius iudicium fuit sequuta, remaneret decepta, & delusa à Rota, & à parte præsertim; cùm regula de anna-
5 li, † licèt in odium impetrantis inducta, procedat, quando impetrans deprehenditur in negligentia notabili, nec aliquam habet excusationis causam, vt per Sarn. *in d. reg. quæst.* 14. *num.* 9. † quam negligentiam ex- 6
cludit ignorantia, & multò magis ista iusta credulitas, Alexand. *consil.* 116. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 5. † & istud impedi- 7
mentum non euenit facto impetrantium, sed extrinsecus contigit, & propterea illis non debet imputari, vt per Sarnen. *ibi num.* 8. Tantò magis, quia superuenit Rotæ arbitrium, † quod temperat iuris rigorem. Non 8
obstat decis. Mohed. 7. *de testib.* quia vltra quòd in contrarium sunt decis. Put. & Burgen. *supra allegat.* & contrarium, vt dictum est, procedit parte opponente, decis. Mohed. admittit, quòd possit subsistente causa vnus Auditor se intromittere in causis alteri distributis, pro causa autem sufficere debet, præcedens commissio mihi directa, protestatio partis, & ordo Rotæ. Non obstat regula de iure quæsito non tollendo, quia stantibus prædictis nullum ius fuit quæsitum Antonio, & litis consortibus propter prætensam nullitatem citationis,
† quæ saltem turbida est, ita vt non fuerit necessaria 9
derogatio d. regulæ ex traditis in Cathanien. illegitimitatis Lunæ 16. Februarij 1587. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto. Alia benè tolluntur per informantes,

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd vna, eadémque sit iurisdictio omnium Auditorum ita vt commissio vni directa tribuat iurisdictionem etiam aliis, Rota *decis.* 16. *n.* 4. *par.* 4. *in nouissimis*, vbi propterea fuit resolutum, quòd promoto Auditore ad Cardinalatum remanet iurisdictio quoad illius causas penes alios coadiutores, & fuit etiam dictum in Callien. Canonicatus 17. Nouembris 1608. coram R.P.D. Caualerio, vbi Rota dixit esse validum examen factum coram vno Auditore, licèt non constaret de eius subrogatione, & ibi hæc decisio canonizatur.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nucerina, seu nullius Beneficij.

*Mercurij 28. Maij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Possessor, quando prohibeatur vti sua possessione sub prætextu, quòd habeat iuris assistentiam, vel habeat iuris præsumptionem contra se, & alia, de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Possessio, quæ habet iuris resistentiam, non est manutenibilis, nisi coloretur aliquo titulo.*

2 *Si autem habet solam iuris præsumptionem contrariam, est manutenibilis absque titulo.*

*Resistentia iuris aliud est, & aliud iuris præsumptio in contrarium, & n.* 10.

*Præsumptio iuris in contrarium non impedit transactionem, & n.* 10.

3 *Beneficium licèt præsumatur potius sæculare, quàm regulare, tamen hæc præsumptio non habet locum in Ecclesia dependente ab Ecclesia regulari.*

4 *Ecclesia non potest esse sponsa duorum, & n.* 11.

5 *Possunt tamen esse plures in Ecclesia deputati ad curam animarum exercendam.*

6 *Cappellanus deputatus in Ecclesia vnita, & de mensa solet esse amouibilis.*

7 *Possessor non prohibetur vti sua possessione ex eo quod habet contra se ius, nisi adsit vehemens iuris resistentia, & n.* 10.

8 *Clemen*

8 *Clementina 1. de electione, prohibens homines diuersæ professionis, & habitus simul sociari, procedit, quando socialiter, & conuenitualiter vti vt vnum corpus congregantur, secus si vti singuli.*
9 *Cura animarum exercitium potest pluribus etiam in solidum competere.*

## DECISIO CCCLXX.

REsolutum fuit dandum esse mandatum de manutenendo Abbati B. Mariæ de Sitia in quasi possessione deputandi vnum ex Monachis dictæ Abbatiæ in Cappellanum ad nutum amouibilem in Parochiali Ecclesia S. Mariæ Montis Rubei; hac enim quasi possessioné probāt testes pro Abbate examinati, & plures deputationes effectum sortitæ. Nec pars aduersa id negat;
1 solùm contendit istam quasi possessionem † deberi aliquo titulo colorari propter resistentiam iuris, *ad not. in c. 1. de prascript. lib. 6.* Caput. *decis. 296. n. 4. par. 1.* Ius autem possessioni ex pluribus nominibus rasistere deducebatur, & primò quia Abbas, hoc ius deputandi, & hanc quasi possessionem prætendit ex eo, quòd Ecclesia Parochialis sit connexa Monasterio, cùm tamen
2 præsumatur soluta, & libera, † sed fuit responsum iuris præsumptionem contrariam non impedire manu-
a tentionem, [a] vt fuit dictum in Lucana Decanatus 21. Maij 1578. coram fœl. rec. Clemente VIII. & ita etiam respondetur ad id, quod dicitur beneficium præsumi
3 sæculare, non regulare, † vltra quòd præsumptio hæc non habet locum in Ecclesia, quæ per annexionem, & vnionem effecta est membrum Ecclesiæ regularis; quale enim est caput, tale censetur & membrum, vt fuit dictum in vna Parmen. Prioratus 28. Ianuarij 1594. coram bo. me. Litta, & in Tudertina Prioratus 21. Aprilis 1591. coram R.P.D. meo Decano. Alia deducebatur re-
4 sistentia, † quia Ecclesia hoc pacto à duobus regitur, & fit sponsa duorum, quod ius omnino prohibet, *c. sicut in*
5 *vna 21. quæst. 1.* sed fuit responsum † hos non posse dici sponsos Ecclesiæ, cùm eam non prætendant suam, Abb. *in c. cum non ignores. n. 4. in fin. de praben.* sunt enim instituti, seu deputati ad curam animarum, in quo possunt
b esse plures, [b] Innoc. *in d. c. n. 1.* Card. *sub num. 1.* Ant. de Butr. *sub n. 5.* Vital. *in Clem. vnic. n. 60. de offic. Vicar.* Cassad. *decis. 11. sub n. 3. de praben.* præsertim quia iste cappellanus, qui deputatur ab Abbate, est ad eius nutum amo-
6 uibilis, prout solet in Ecclesiis vnitis, † & de mensa, vt latè per Corn. *cons. 262. sub n. 3. lib. 3.* Dum etiam dicitur, quòd datur concursus clerici regularis, & secularis, cui pariter resistit ius, quod prohibet homines diuersæ professionis, & habitus simul sociari, *clem. 1. de*
7 *elect.* Respondetur ex eo, quòd † aliquid sit contra ius non prohiberi, quem vti sua possessione, vt not. Abb. *in c. 1. in tertio not. ve lit. pend.* sed requiritur vehemens iu-
c tis resistentia, [c] vt dicitur in Abulen. Parochialis ex aduerso allegata, quæ non est talis in terminis *dicta decis.* vt probatur ex traditis per Vital. *ibi num. 68. & seq.*
8 † Præterea dispositio *dicta clem.* procedit, quando socialiter, & conuentualiter aliqui, vt vnum corpus congregantur, secus si vt singuli ad aliquod officium explicandum, vt per Imol. *n. 12. in fin.* Tandem non obstat resistentia deducta ex scissione, & diuisione beneficij, quia beneficium non scinditur, sed diuiditur exerci-
9 tium curæ, † quod non solum diuidi potest, sed etiam pluribus in solidum competere, Vital. *in clem. n. 6. de off. Vicar.*

## ANNOTATIO.

10 a Aliud est, † quòd ius resistat possessioni, & aliud est, quòd possessio sit contra præsumptionem iuris, Rota *decis. 168. n. 2. par. 2. & decis. 534. n. 7. par. 1. diuers.* & quando ius vehementer non resistit, tunc possessio est manutenibilis, etiam si sit contra iuris præsumptionem, Couar. *practic. cap. 17. n. 6.* Menoch. *de retinen. remedio vlt. n. 21. & seq.* Rota *d. decis. 534. n. 7.* & fuit dictum in Hispalen. præeminentiarum 20. Februarij 1619. coram R.P.D. Vbaldo, & quando possessio est alicuius temporis considerabilis, est manutenibilis, etiam si ius resistat, Rota *decis. 595. n. 4. par. 2. diuers. & dec. 685. sub n. 3. par. 1. in recent.* & facit etiam Rota *decis. 397. sub n. 4.* iunctis antecedentibus *par. 2. in recent.* data verò resistentia regulariter possessio non est manutenibilis, nisi docto de legitimo titulo, Caputaq. *decis. 296. par. 1.* & dixit Rota infra coram Sanctissimo *decis. 404.*

b Eo ipso quòd sunt † plures in Ecclesia deputati ad exer- 11
citium curæ animarum, eo ipso apparet curam penes ipsos non residere, sed nudum exercitium tantùm, quia cura non potest esse penes plures, Oldrad. *cons. 67. n. 1. in fin.* Rota *decis. 52. n. 17. par. 2. diuers.* Gonzal. *super reg. 8. glos. 6. n. 42. & seq.* & præcipuè *n. 65.* Rota *decis. 226. n. 7. par. 1. in recent.* & etiam infra coram eodem Sanctissimo *decis. 387.*

c Vide supra sub litera A.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Senogallien. fideicommissi.

*Lunæ 2. Iunij 1608.*

## ARGVMENTVM.

Plura deducuntur in materia substitutionis, de quibus in Summario.

## SVMMARIVM.

1 *Verba futuri temporis non continent tempus præteritum.*
2 *Substitutio vulgaris non extenditur ad casum à testatore præuisum.*
3 *Banditus præsumitur obtinuisse gratiam remissionis, dum fuit toleratus in patria.*
4 *Institutus sub conditione non purificata conditione non potest dici institutus.*
5 *Gratia pendens à voluntate Principis reputatur casus impossibilis, aut saltem fortuitus.*
6 *Dictio (quandocumque) potest importare conditionem.*
7 *Vulgaris substitutio expirat per aditionem hæreditatis.*
8 *Aditio probatur ex possessione, & dispositione bonorum paternorum.*
9 *Et hæc possessio, & dispositio probatur ex diuisione hæreditatis.*
10 *Sententia lata contra absentem contumacem non arguit malum ius illius, sed contra eum præsumitur lata ex causa sua contumacia.*

## DECISIO CCCLXXI.

DOmini perstiterunt in decisis, prætensa enim substitutio vulgaris in casu homicidij ante testamentum commissi nullo modo subsistit, quia verba substitutionis eum non includunt, sed potius excludunt, dum est concepta in caso perpetrandi homicidij, & sic
per verba tempus futurum denotantia, † quæ nullo pa- 1
cto continent tempus præteritum, [a] *l. 1. cum ibi not. ff.* a
*quod quisque iur.* Oldrad. *cons. 310. post n. 2. vers. ita autem est cum aliis adductis in decis.* Nec etiam potest extendi ad istum casum, quia testator illum habuit præ oculis, homicidium enim fuit patratum ante testamentum, & Franciscus fuit institutus, quando impetrasset gratiam:
† Vulgaris autem substitutio non extenditur ad casum 2
à testatore præuisum, præsertim stantibus verbis restrictiuis, & præcisis, vt dicitur in decisione. Non obstat, quod ex aduerso dicitur, testatorem instituendo Fran-
ciscum,

ciſenm, quandocumque impetraſſet gratiam, credidiſ-
ſe,& pro firmo babuiſſe, quòd illam eſſet impetratu-
rus,ſed dubitaſſe tantùm de tempore,ſeu illud ignoraſ-
ſe, vnde caſus non obtentæ gratiæ fuit illi inopinatus,
& propterea benè poteſt ad illnm extendi vulgaris.
Quia vltra quòd non probatur eueniſſe iſtum caſum
3 non obtentæ gratiæ,imò arguitur contrarium † ex eo,
qnòd diu fuit conuerſatus, & toleratus in patria, à qua
exulabat, quod contingere non potuit ſine gratia, &
remiſſione bandi, Ruyn. *conſ.48.n.7.lib.4.* vltra etiam,
quòd daretur ſubſtitutus Franciſco in caſu,in quo non
4 eſſet ipſe inſtitutus,† qnia cùm eſſet inſtitutus ſub con-
ditione obtentæ gratiæ,ea non obtenta non poteſt di-
ci inſtitutus, *l. pecuniam. circa fin. ff. ſi cert. pet.* Paul. de
Caſtr. *conſ.392.n.1.poſt med. verſ. item teſtator priuauerit. lib.2.* Pariſ. *conſ.19.n.51.lib.2.* Non etiam poteſt dici te-
ſtatorem, qui illum ſub dicta conditione inſtituerat,
pro firmo habuiſſe,& credidiſſe, quòd Franciſcus gra-
tiam impetrauit, quia euentus conditionis eſt dubius,
habens ſe ad eſſe,& non eſſe, præſertim quia eius pu-
5 rificatio pendebat à facto Principis, † ita vt caſus non
b ſit conſiderabilis, ſed reputetur potiùs impoſſibilis, [b]
vt per Bart. *in l.fin.n.1 in fin. C. de ſent. paſſ.* aut ſaltem
fortuitus,Paul.de Caſtr. *conſ.280.ſub n.1.verſ.2.quia caſus fortuitus.lib.1.* Soc. *in l.quidam relegatus n. 3. poſt med. ff.de reb.dub.*
6 Aym. *conſ.233.n.2.* † & illa dictio (*quandocumque*)benè adaptatur conditioni *l.cùm vir.ff. de cond. & demonſt.* Alber. *in ver.quando,& quandocumque.* Tan-
dem, quando fuiſſet in dicto caſu inducta vulgaris,
7 illa expiraſſet, quia Franciſcus adiuit hæreditatem
8 Paternam, *l.poſt aditam.C.de impub. & aliis ſubſtit.* † adi-
tio autem probatur ex poſſeſſione, & diſpoſitione bo-
norum paternorũ,ad tradita *in l.gerit.ff.de acquir.hered.*
Alex. *conſ.32.circa princ.lib.3.* Aym. *conſ.197.ſub n. 4.* fuit
dictum in cauſa Calaguritana oblationum 25. Iunij
9 1580.coram Illuſtriſſimo Peruſino, † quæ poſſeſſio, &
diſpoſitio benè probatur ex diuiſione aduerſus diui-
dentes,& habentes ab eis cauſam,Pariſ. *conſ.26.n.54.lib. 2.* fuit dictum in cauſa Vrbeuetana fideicommiſſi 3. Iu-
nij 1594. coram Illuſtriſſimo C. Cardinali Pamphilio.
Hinc etiam tollitur, quod dicitur de nullitate ex præ-
teritione nepotum, quia ſi Franciſcus fuit hæres, non
opus fuit inſtituere, aut ſubſtituere nepotes: Vltra
quòd non probatur, quòd extaret de tempore mortis
teſtatoris, & liber productus non eſt recognitus, imò
partita dicitur ſcripta manu aduerſarij, & hoc reſpicit
intereſſe nepotum, non Claudij, & vigent reſponſio-
nes aliàs datæ. Non obſtant ſententiæ ex aduerſo alle-
gatæ, quia primò dictum fuit illas non operari caſum
ſubſtitutionis conſideratum à teſtatore,quia vt dictum
eſt,coram Illuſtriſſimo Cardinali Arigonio,teſtator fe-
cit ſubſtitutionem pro excluſione Fiſci, ne bona ad
ipſum peruenirent,qui effectus non ſequebatur ex ſen-
tentiis latis extra Statum Eccleſiaſticum, in quo ſunt
bona: Et ſententia prima, vt fuit deciſum coram Illu-
ſtriſſimo Arigonio, non eſt lata ſuper delicto, de quo
loquitur ſubſtitutio. Alia ſententia eſt lata propter con-
tumaciam,non propter delictum, quod innuit non ſo-
10 lùm lectura ſententiæ, † ſed etiam iuris præſumptio,
c cùm ſit lata contra abſentem, [c] Rim. *conſ. 329.nu.10.*
Felyn. *in c.ex literis num.40.de Conſtit.* fuit reſolutum in
cauſa Ciuitatis Caſtelli legitimæ de Vitellis 22. Apri-
lis 1601.coram R.P.D. meo Iuſto, & in cauſa Ianuen.
Iuriſpatronatus 25.Iunij anni præteriti coram R. P. D.
meo Lancellotto,& ſufficit,quòd non fuerunt exhibita
acta,ita vt conſtare non poſſet, an ex illis reſultet ple-
na probatio delicti excumularis in dicta Ianuen. iuriſ-
patronatus: Dantur etiam aliæ reſponſiones per infor-
mantes,quæ placuerunt Dominis.

*ANNOTATIO.*

a De hac materia dixi ſupra ad deciſ.factam in hac eadem cauſa 338.

b Iſta concluſio,quòd quæ pendent à facto Principis,reputantur impoſſibilia, de qua vltra allegata in deciſ. Menoch. *conſ. 504. n.50.* non habet locum reſpectu eorum, quæ de facili, & indiſtinctè Princeps ſolet concedere, Rolan. *conſ.11.n.15.lib.2.* Surd. *conſ.90.n.40.& conſ.374.n.29.* plenè Sanchez *de matrim.lib.5.diſput.5.n.12.*

c Sententia lata contra abſentem præſumitur lata potiùs ex contumacia, quàm ex iuſtitia, prout latè plures cumulando tradit Farinac. *de inquiſit.q.11.n.92.* vbi per extenſum refert quinque deciſ. Rotæ, & idem tenuit Rota *in deciſ.147.n.4.par.2.in recent.& in deciſ.665.ſub n.3.par.1. in recent.* & huiuſmodi ſententia contumacialis nec etiam nocet ad effectum manutentionis, Rota *d. deciſ. 147.ſub n.5.* nec inducit aliquam diffamationem,vt fuit dictum in Maceraten.hæreditatis 16. Nouembris 1609. coram R. P. D. Manzanedo, & per compatitionem condemnari ſtatim reſoluitur pœna per d.ſententiam inflicta, Dec. *cap ex literis n.42.& ſeq.de conſtit.* Seraphin. *deciſ.972.n.20.* & fuit dictum in Baren.ſuppreſſionis 16.Nouembris 1609.coram R.P.D. Vbaldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitatis Caſtelli hæreditatis.

*Lunæ 9. Iunij* 1608.

## ARGVMENTVM.

Ciuilitas ex quibus probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber æſtimi non probat ciuilitatem, cùm ſit factus ad effectum exigendi onera, & gabellas, quod procedit, etiam ſi in eo fiat diſtinctio inter ciues,& forenſes.*
2 *Enunciatiua vt aliquid operetur debet eſſe clara,& ſpecifica.*
3 *Enunciatiua non probat veritatem enunciati, quando principaliter contingit de ea dubitare.*
4 *Talis quis præſumitur,qualis in matricula reperitur deſcriptus.*
5 *Matricula non probat aliquem eſſe ciuem,niſi etiam probetur,illum facere ea,quæ ad ciuem ſpectant.*
6 *Ciuilitas paterna tranſit in filium.*
7 *Diſcretiua locutio arguit diuerſitatem.*

## DECISIO CCCLXXII.

CVm D. Lucius ad docendum Alphonſum eius pa-
trem fuiſſe ciuem Citernenſem, produxiſſet plu-
res partitas compulſatas ex variis libris in terra Citer-
næ exiſtentibus, ex quibus contendebat probari eum
fuiſſe deſcriptum inter Ciues Citernenſes, & ſoluiſſe
datia,& onera à ſolis ciuibus debita, Domini ordina-
runt, quòd libri ipſi exhiberentur, vt eorum qualitas
inſpiceretur, quibus exhibitis particulariter dubita-
rem,an ex eis conſtet de tali deſcriptione, & ſolutio-
ne, quæ ſuffragetur Domino Lucio, & parte vtraque
informante fuit reſolutum non ſuffragari, liber enim
æſtimi, qui præcipuus eſt, & à quo alij omnes regulan-
tur, † non fuit confectus ad effectum, vt ſciretur, qui 1
eſſent, vel non Ciues; ad probandum enim ciuilita-
tem fuit particulari Statuto, & certa forma prouiſum,
ſed fuit tantùm fabricatus ad effectum exigendi onera,
& gabellas,quod non concludit ciuilitatem,Natt. *conſ. 386.n.6.* & in eo ſunt etiam deſcripti forenſes habentes
bona

bona io Territorio. Non obstat prætensus ordo, & distinctio inter ciues, & forenses: quia ista distinctio non fuit posita principaliter ad distinguendas personas, vt dignoscerentur, qui essent ciues, & qui forenses, sed ad distinguendum modum soluendi, & nihil aliud potest importare, nisi tacitam enunciationem, quæ sine dubio
2 non probat; tùm † quia, vt enunciatio aliquid operetur, debet esse clara, & specifica, vt per Aym. *consil. 157. num. 10. & 12.* Tùm quia, vbi esset specifica, & clara,
3 probaret † tantùm ad effectum soluendi onera, vti ciuem, non autem ad effectum probandi ciuilitatem ipsam, quando de ea est principaliter quæstio, iuxta notata per glos. & Doctores *in l. optimam C. de contr. & commit. stipul. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden.* Alexand. *consil. 21. num. 4. lib. 1.* Dec. *consil. 360. n. 68.* Hinc sequitur
4 non applicari regulam talem, quem præsumi, † qualis in matricula descriptus reperitur, de qua *in l. matriculam. C. de agen. in re. lib. 12.* quia liber matriculæ nihil aliud intendit, quàm demonstrare, qui sint tales: Acce-
5 dit, quòd cùm matricula † eum tantùm probet talem, qui etiam faciat ea, quæ ad talem spectat. Bart. *in l. petitionem. C. de aduoc. diuers. iud.* Felyn. *in c. 1. sub n. 19. vers. cuius dicta intelligo. de fide instrum.* Berou. *consil. 1. num. 50. lib. 2.* non docetur, nec doceri potest Alphonsum fecisse, quæ facere debent ciues, & necessaria sunt pro acquirenda ciuilitate iuxta formam prææallegati Statuti. Vlterius quando esset attendenda distinctio inter ciues, & forenses visum fuit Dominis non benè apparere, quòd Alphonsus sit magis descriptus inter ciues, quàm inter exteros, & multùm vrgere ea, quæ per informantes pro D. Constantia adducuntur, & præsertim, quòd Alphonsus ipse non potuit probare ciuilitatem, sed contra se reportauit resolutiones Rotales, imò & sententiam, quæ etiam fuit executa, cum qua sententia consonat alia sententia pariter Rotalis lata in causa Ciuitatis Castelli legitimæ, & quia D. Lucius obtinuit admitti in ciuem iuxta formam supradicti Statuti,
6 quod non fecisset, si Alphonsus fuisset ciuis, † quia in eum transiuisset ciuilitas paterna, *l. assumptio §. 1.* vbi
a Bart. *ff. de ad municip. l. filios C. de municip. & incol. lib. 10.* a Ex quibus patet non esse verisimile, quòd fuerit positus inter ciues, & vt ciuis reputatus. Accedit, quòd reperitur descriptus inter particulares appassatos, quod verbum, aut excludit ciues, aut saltem includit etiam
7 forenses; † si enim essent vnum, & idem ciues, & particulares appassati, frustratoria esset distinctio, & vana varietas denominationis contra regulam, *l. si idem. C. de codicil.* & inter particulares appassatos reperiuntur inter alios descripti Busalini exteri, & non ciues. Nec mouebat Dominos fides Cæsaris Mariotti, quia non facit fidem, & redditur suspecta ex multis oppositis pro parte D. Constantiæ. Super alijs libris datiorum non fuit facta vis, tùm quia non apparet à quo, nec qua authoritate fuerint scripti, fides enim Mariotti nec etiam circa hoc facit aliquam fidem, & contra eam sunt multæ obiectiones, tùm etiam quia capiunt robur à libro catasti, & viget responsio superiùs data, quòd non sunt confecti ad dignoscendum, qui sint ciues, sed pro exactione gabellarum, & onerum tantùm. Ex quibus, & aliis adductis per informantes pro D. Constantia, qui benè omnia diluunt, fuit conclusum descriptiones, & solutiones non suffragari Domino Lucio.

*ANNOTATIO.*

a Peregr. post alios *cons. 126. num. 2. lib. 5.*

## Cornetana Bonorum.

*Lunæ 16. Iunij 1608.*

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Tutor non potest constituere procuratorem absque Iudicis decreto, aliàs processus cum dicto procuratore factus est nullus.*

2 *Subhastatio facta vltra verum creditum corruit in totum.*

DECISIO CCCLXXIII.

Resolutum fuit informantibus tantùm Moccaninis sententiam vltimo loco contra eos latam ad fauorem Ioan. Francisci Parmæ esse infirmandam tàm ex capite nullitatis, quàm ex capite iniustitiæ: Nullitas deducebatur, quòd fuit lata citato † semper Salustio Ti- 1
berio procuratore constituto per tutorem absque iudicis decreto, & sic nulliter, *l. neque tutores. C. de procurat. §. fin. Instit. de Curat.* Crescen. *decis. 8. de re iud.* fuit dictum in Catanien. legitimationis 2. Aprilis 1582. coram fœl. rec. Clem. VIII. Subhastatio etiam dicebatur nulla non solùm ex defectu, de quo supra, & quia facta fuit vigore sententiæ, & decreti nulli, sed etiam, † quia 2
fuit facta pro scutis 25. vltra creditum prætensum, ita vt in totum corruat a ex latè deductis in causa Roma- a
na spolij bonorum coram R. P. D. meo Iusto, & sæpiùs in aliis: iniustitia detegitur, quia non reperitur probatum, Maximum patrem horum pupillorum habuisse integram vocem, ad cuius restitutionem fuerunt condemnati. Ex quibus, & aliis deductis per informantes fuit resolutum pro infirmatione sententiæ.

*ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis. 198.*

## Hispalen. matrimonij de Alcalà.

*Lunæ 23. Iunij 1608.*

ARGVMENTVM.

Ex quibus metus probetur ad effectum annullandi matrimonium.

*SVMMARIVM.*

1 *Metus probatur per indicia, & coniecturas, etiam si agatur de infirmando matrimonio ex causa metus.*

2 *Hoc tamen procedit in coniecturis propinquis, & mediatis, non autem in remotis, & distantibus.*

3 *Coniectura, & indicia metus in muliere contrahente matrimonium, quænam sint.*

4 *Metus multùm præsumitur ex protestationibus metum passi.*

5 *Et concurrentibus indiciis protestationis plenè probant metum.*

6 *Metus valdè arguitur ex qualitate personarum tàm incutientis, quàm patientis metum.*

7 *Metus minor requiritur in muliere, quàm in masculo propter fragilitatem sexus.*

8 Et

8 *Et ideò in muliere non requiritur metus, qui cadat in constantem virum, sed sufficit, vt cadat in constantem mulierem.*

9 *Metus reuerentialis licèt solus, & nudus sufficiat ad infringendum matrimonium, tamen secus est, si cum eo concurrant alia metus indicia.*

10 *Coactio leuis non sufficit pro iusto metu.*

11 *Metus ad annullandum matrimonium non est necesse, quòd sit talis, quòd interueniant minæ mortis, aut cruciatus corporis, sed sufficit metus cadens in constantem virum. & sub n. 13. respondetur ad plures auctoritates in contrarium facientes.*

12 *Metus cadens in constantem virum qui sit, relinquitur arbitrio iudicis.*

13 *Metus minor sufficit, quando est illatus ab eo, cui reuerentia debetur, quàm si esset illatus ab extraneo.*

14 *Minæ iuncta cum metu reuerentiali inducunt iustum metum, etiam si non sint minæ mortis.*

15 *Metus iustus inducitur ex terribilitate personæ, cui reuerentia debetur.*

16 *Metus iustus, dato quod esse debeat mortis, aut cruciatus corporis, sufficit quod passus metum de istis probabiliter suspicari potuerit.*

17 *Metus iustus ex affectu metuentis dignoscitur.*

18 *Matrimonium requirit libertatem animi non solum à compulsione, sed etiam à timore compulsionis.*

19 *Minæ paternæ sunt difficilis probationis, & ideò admittuntur ad illas probandas testes, qui aliàs non admitterentur.*

20 *Metus probatur ex testibus singularibus reprobata contraria opinione.*

21 *Testes singulares probant concurrentibus adminiculis.*

## DECISIO CCCLXXIV.

Die 18. Iunij anni præteriti resolutum fuit constare de metu D. Marchionissæ ab initio contracti matrimonij, sed quia informantes pro parte D. Don Philippi, aut non acquiescebant decisioni, aut saltem eam tantùm admittebant ad effectum, qui tunc agebatur cumulandi petitorium cum possessorio iuxta arbitrium Rotæ traditum à Signatura Sanctissimi, non autem ad effectum infringendi matrimonium, placuit Dominis, quòd particulariter dubitarem: An constet de tali metu, qui sufficiat pro annullando matrimonio, & parte vtraque informante fuit vnanimi omnium voto affirmatiuè conclusum: Regula enim rationibus,
1 & authoritatibus in decisione firmata, † quòd metus probetur per indicia, & coniecturas, procedit etiam, quando agitur de infirmando matrimonio, ea enim in his terminis passim vtuntur Doctores, & signanter Barbat. latè *cons. 45. in 2. dub. lib. 2.* Alex. *cons. 98. n. 6. lib. 3. & cons. 21. n. 8. inter cons. matr.* Purpur. *cons. 579. n. 12.* Paris. *cons. 60. n. 20. lib. 4.* Couar. *in epitom. de sponsal. par. 2. c. 3. §. 5. n. 10.* & visa fuit Rota in Nicien. matrimonij 6. Martij 1589. coram Illustriss. Cardin. Seraphino. Nec turbabat Dominos Doctrina Salycet. ex aduerso allegata *in l. interpositas. n. 3. C. de transact.* dum ex illo textu notat non sufficere probare quasdam verisimilitudines, vel homi-
2 nis coniecturas ad probandum metum, † quia debet intelligi de coniecturis, & verisimilitudinibus remotis, & distantibus, non autem de propinquis, & immediatis, vt declarat Bald. *in d. l. n. 6.* Paul. de Castr. *n. 4.* Ias. *n. 1. in fin.* aliàs Salyc. ita simpliciter, & indistinctè intellectus loqueretur non solùm contra veram interpretationem illius tex. sed etiam contra receptionem regulę in materia metus. Coniecturæ autem propinquæ, & immediatæ hîc plures concurrebant sigillatim perpensæ in decisione tàm ex præcedentibus, & sequentibus, quàm ex ipso actu matrimonij. Maximum autem indi-
3 cium vibebatur † nimia auersio animi Marchionissæ erga huiusmodi nuptias, cuius apertissimum reddebant testimonium non solùm contradictio, quam sæpiùs fecit importunis sollicitata precibus eorum, quorum nutui aliàs obedire debuisset, sed etiam continuæ lamentationes, & frequentes protestationes, quas vbique, & omni tempore emittebat, suspiria, & lacrymæ, animi delirium, & tristitia, & alia signa, quòd inuita trahebatur ad dictas nuptias. Ex circumstantiis etiã facti præcedentibus matrimonium vehementia metus oriebantur indicia. & præsertim quia Marchionissa fuit in perpetua custodia posita omni destituta libertate tàm eundi, quàm loquendi, nisi quò, & cum quibus placuisset Marchioni patri. Et illi erat non solùm interdicta omnis spes recursus ad Superiorem pro libertate consequẽda, sed etiam patiebatur contrarium superioris imperium, & cùm ex circumstantiis insuper in actu matrimonij multa se offerebant argumenta metus, videlicet, nimia festinantia, clausura ostij, præsentia virorum armatorum exteris introitum prohibentium, absentia propinquorum, & alia in decisione adducta. Quæ saltem simul iuncta metum sufficienter probant, præsertim stantibus protestationibus toties iteratis, † quæ 4
multùm conferunt ad probationem metus, Angel. *in l. metum la 3. ff. quod met. caus.* Dec. *in c. fin. sub n. 21. vers. benè verum est. de appell.* Purpur. *d. cons. 579. n. 4. in fin.* Rip. *in c. cùm M. Ferrarien. sub n. 93. vers. protestatio enim. de const.* Natt. *cons. 50. n. 18.* Couar. *in epitom. de spons. par. 2. c. 3. §. 5. n. 12.* & concurrentibus † coniecturis, & indiciis eum 5
pleoè probant, Bald. *in c. quæ causa n. 4. in fin. de his, quæ vi, metúsve caus. fi.* Ang. *in l. metum autem la seconda in princ. vers. tunc qualiscumque. ff. de eo, quod met. caus.* Purpur. *d. cons. n. 4. ante med.* Petr. de Borbob. *cons. 24. n. 14 inter cons. matrim.* Considerarunt etiam Domini † qualitatem per- 6
sonæ tàm incutientis metum, quàm patientis, iuxta consil. Calderin. *c. de his, quæ vi, metúsve caus. fi.* Agebatur enim cum patre potente, seuero, irato, & minante, ac solito minas exequi contra oppugnantes suam voluntatem, qui ad magis terrendum adhibuerat etiam superioris, & Archiepiscopi imperium; è contra aderat Marchionissa filia puella, & virgo, quæ, vt dicunt testes, patrem valdè metuebat, & non est dubium minorẽ † me- 7
tum requiri in muliere, quàm in masculo, iuxta glos. communiter recep. *in c. cùm locum. in verb. metus. de sponsal.* facilùs enim in fragiliori sexu metus toleratur, & præsumitur, Aret. *cons. 24. post n. 7.* & in debiliori persona minor metus sufficit, Imol. *in c. cùm dilectus post n. 8. de his, quæ vi metúsve caus. fi.* Neque est verũ, † quòd in mu- 8
liere requiratur metus, qui in virum constãtem cadat, quia sufficit ille, qui cadat in constantẽ mulierem, Ant. de Butr. *in c. consultationi in 4. notab.* & ibi Præpos. *in vlt. not.* Abb. *n. 4. de sponsal.* Aret. *cons. 24. nu. 7.* Roman. *sing. 229.* Fel. *cons. 14. sub n. 7.* Dec. *in cap. causam matrimonij. sub n. 7. de off. deleg.* Boer. *decis. 100. n. 2. ad fin. & ad d. cap. consultationi*, quod loquendo de muliere requirit metũ cadentem in constantem virum, benè respondet Præpos. & Dec. *vbi supra.* Et si verum esset, quòd indistinctè tàm in fœmina, quàm in masculo requireretur metus cadens in virum constantem, inanis esset regula, quòd metus probetur inspecta qualitate personæ, quam constituunt, Bald. *in c. super eo in fin. de testib.* Alber. *in rubr. ff. ex quib. caus. maior. n. 1.* Purpur. *d. cons. 579. n. 4.* cum aliis adductis in decisione. Non obstat, quod ex aduerso dicitur non sufficere probare metum in genere, sed debere probari in specie; quia hîc habemus metum in specie probatum, videlicet, metum reuerentialem, † qui li- 9
cèt solus, & nudus non sufficiat, attamen secus est, si cum eo concurrant alia metus indicia, & adminicula, Bald. *in l. si cogente. ff. de rit. nupt.* Alciat. *cons. 1. nu. 15. lib. 8.* Molina, qui alios congerit, *de Primog. Hispan. lib. 2. cap. 3. num. 9. & 10.* qui dicit præcipuè verum in muliere, & dixit Rota in Valentina professionis 16. Aprilis 1570. coram Cardinali Lancellotto. Iura autem, & authori

authoritates, quæ ex aduerso allegantur; vel loquuntur in metu reuerentiali, nudo, & solo, ita enim loquitur *alleg. l. si cogente*, cùm sic eam intelligant Bald. *ibi*, &
10 Abb. *in c. 1. n. 4. de spons. impub.* † vel loquuntur de coactione non graui, sed leui. quæ non sufficit, gloss. *in cap. praeschis in verb. patrem in fin. 20. q. 3.* Abb. *in c. cum virum. n. 8. circa med. de reg.* Felyn. *in c. causam matrimonij. nu. 3. ante finem. vers. modò probatur*, & ibi Dec. *sub n. 7. de offic. deleg.* Couar. *de spons. part. 2. c. 3. §. 6. circa fin.* Non obstat illud, in quo informantes pro Don Philippo faciunt præcipuum fundamentum, quòd ad annullandum matrimonium requirantur minæ mortis, aut cruciatus corporis pro sufficienti metu; quia fuerunt datæ plures re-
11 sponsiones. Et primò hoc non esse verum, † quia ad istum effectum sufficit metus cadens in constantem
12 virum, *d. c. consultationi. de spons.* † quis autem sit metus cadens in constantem virum relinquitur arbitrio iudicis, Alex. *cons. 156. n. 5. in fin. lib. 5.* Soc. iun. *consil. 77. nu. 45. lib. 1.* plures cumulat Thomas Sanchez *lib. 4. disputationum disp. 5. n. 1.* qui rationem assignat, eo quia non possunt in particulari exprimi omnes casus, & in discursu dictæ disputationis enumerat duodecim casus metus cadentis in virum constantem. Non posset autem esse arbitrarium iudici, si esset absolutè in iure diffinitum, quòd requirerentur minæ mortis, aut verbera; & non esset verum, quòd reperiantur tot casus, in quibus verificari possit metus viri constantis. Non obstat *l. interpo-*
13 *sitas.* † *Cod. de transaction.* nam quatenus requirit salutis periculum, vel corporis cruciatum, hoc habet locum quoad verba edicti, & actionem directam, secus est quoad vtilem actionem, & mentem Prætoris, quia sufficit minor metus, & aliunde proueniens, vt declarant ibi Doct. & in specie Angel. & Paul. de Castr. *in princ.* Et propterea Bald. *ibi n. 8* Salycet. *n. 5.* & Curt. iun. *n. 7.* dicunt sufficere, si timeatur graue damnum in bonis, Glos. *in d. c. consultationi. in vers. in constantem virum.* intelligi debet, vt loquatur per modum exempli, quòd metus mortis, aut cruciatus corporis sint quidem metus in constantem, sed non ita, quod non possit aliter dari talis metus, hoc benè comprobat Ang. *in l. interpositas. in princ.* dum dicit, nota, quòd metus debet esse talis, qui cadat in virum constantem, puta, mortis, vel corporis cruciatus; facit etiam, quod tradit Cald. *cons. 1. circa princ. de his, quæ vi metusve caus. fiunt*, vbi dicit metum iustum iudicari ex circumstantiis, vt non solùm, quæ continent cruciatum corporis, sed etiam quæ continent verba comminatoria, maximè mortis, Alex. *cons. 156. n. 20. lib. 5.* refert se ad superiùs per ipsum dicta, supra autem *n. 5. vers. & etiam.* dixerat, quòd potest variis ex causis, & per minas, & aliter inferri iustus metus cadens in constantem virum. Secundò principaliter respondetur, quod dicitur de metu cruciatus corporis, aut mortis,
14 † procedere in extraneo, non in eo, qui reuerentiam debet, Bartol. *in l. 1. §. quæ onerandæ n. 4. ff. quarum rerum act. non det.* clarum est enim propter reuerentiam debitam minorem metum sufficere, Franc. Marc. *decis. 1090. n. 3. part. 1.* & fuit dictum in decisione. Accedit, quòd Bart. *in d. §. qui onerandæ. in fine*, & concordantes adducti in
15 eadem decisione, dum dicunt minas † cum metu reuerentiali sufficere, loquuntur simpliciter de minis, nec se restringit ad minas mortis, & Ant. Gomes. *var. resolut. tom. 7. c. 14. n. 127. vers. sed his non obstantibus, ibi. præterquam si cum prædicto metu*, dicit, quòd quales debeant esse istæ minæ, cùm non reperiatur à iure determinatum, pendet ab arbitrio iudicantis, & est de mente Abb. *in cap. cum virum n. 8. circa fin. vers. Iudex ergo ex circumstantiis. de regul.* & propterea dicit Abb. *paulò*
16 *superius*, quòd reuerentia † cum terribilitate personæ sufficiat pro iusto metu, quod etiam vult Felyn. *in cap. causam matrimonij sub num. 4. vers. quòd talis reuerentia.*
17 *de offi. deleg.* Tertiò respondetur, quòd vbi † verum esset timorem debere esse mortis, aut cruciatus corporis, non tamen propterea requirerentur minæ mortis, aut cruciatus, sed sufficeret, quòd Marchionissa probabiliter suspicari potuerit de metu, aut cruciatu, Alex. *consil. 98 numer. 5. inter consil. matrim.* Rimin. iun. *consil. 36. num. 73.* Timor enim iustus † ex affectu metuentis 18
dignoscitur, Alberic. *in rubr. ff. ex quibus caus. maior. numer. 1.* & iusta metus suspicio sufficit pro metu, Bald. *in l. fin. num. 7. Cod. de iur. delib.* Rimin. sen. *consil. 15. num. 26.* Alban. *consil. 77. numer. 11.* Grain. *decis. 5. numer. 7. cum duobus seqq.* Paris. *consil. 60. numer. 13. lib. 4.* & dicit Bald. *consil. 165. ad fin. lib. 2.* quòd † in matrimonio ani- 19
mus debet esse liber non solùm à compulsione, sed etiam à timore compulsionis. Marchionissam autem talem metum, & suspicionem concepisse probat Doctor Sebastianus Martinez super sexto, qui deponit se ab ea rogatum fuisse, ne abiret propter dubium, quod habebat, ne pater aliquid damni sibi afferret, meliùs etiam Donna Maria de Nauarez, quæ deponit Marchionissam sibi dixisse, quòd timebat, ne à suo patre occideretur, si dixisset nolle contrahere matrimonium cum Don Philippo; & quòd ista suspicio non esset omnino vana, probat depositio materteræ, quæ benè informata de animo, natura, & ira sui viri dicit se pro certo habere, quòd Marchio occidisset filiam, si sibi in hoc non obtemperasset. Quartò præsupposito ad omne peius, quòd requirerentur minæ mortis, aut verberum; respondetur minas huiusmodi interuenisse, illas enim probant Lupus de Slaua, & Donna Hieronyma de Mendoza, quorum dicta coadiuuantur ex dicto Donnæ Franciscæ de Figueroa deponentis de auditu, & depositione Donnæ Hieronymæ de Mendoza, & Donnæ Franciscæ Enriquez, quæ datur in Summario. Nec obstant obiectiones, duæ dantur contra personas, & eorum dicta: quia placuerunt Dominis responsiones datæ in vltima decisione facta 20. Ianuarij præteriti supponendo minas
† paternas esse difficilis probationis, Bertrand. *cons. 64.* 20
*num. 5. par. 1. in antiq.* Alban. *cons. 77. n. 8.* Boer. *decis. 101. num. 1.* ita vt propterea admittantur testes, qui aliàs non admitterentur, Alex. *cons. 156. num. 15. lib. 5.* Honded. *cons. 19. n. 24. lib. 1.* Nec obstat, quod dicitur, testes esse singulares, & propterea non probare minas, quia † ma- 21
gis placuit Dominis sententia Angel. Crot. & aliorum volentium, quòd in hoc admittantur testes singulares, & Doctores in contrarium adducti, vel non dicunt id, ad quod allegantur, vel procedunt, quando ageretur de probandis minis solis, & propter se, non autem pro cruendo metu, iuxta distinct. Anchar. *cons. 277. n. 7. circa med.* quem sequitur Silu. Aldob. ex aduerso allegatus *consil. 71. num. 38. & 39.* qui facit pro opinione Ang. & Crot. Præterea testes singulares † probant concurrentibus 22
adminiculis, Paul. de Cast. *cons. 281. n. 50. ad fin. versic. item non obstat, quod testes sunt singulares. lib. 1. & cons. 250. post n. 3. lib. 2.* Aym. *cons. 178. n. 8.* Cæphal. *cons. 141. sub nu. 52. versic. & propterea.* Gabr. *de testib. concl. 3. in fin.* Rolan. *cons. 82. n. 47. lib. 2.* Surd. *cons. 93. n. 65.* fuit dictum in vna Bisignanen. pensionis 17. Maij 1574. coram Cardinali Lancellotto, & in vna Romana fideicommissi 20. Decembris 1582. coram Bubalo. Adminicula autem sunt ex depositionibus aliorum testium, & ex multis circumstantiis ponderatis per informantes, & adductis in prima decisione huius causæ. Alia ex aduerso deducta vel sunt sublata in dicta decisione, vel tolluntur ex deductis per informantes pro parte Dominæ Marchionissæ.

*ANNOTATIO.*

Circa materiam dictæ decisionis dixi *supra ad decis. 326.*

## Romana Census.

*Lunæ 23. Iuny 1608.*

### ARGVMENTVM.

Census, in quo fuerunt seruata requisita Bullæ Pij V. est validus, & respondetur ad defectum actualis numerationis pecuniæ, qui opponebatur.

### SVMMARIVM.

1 *Census est validus, quando in eius impositione interuenerunt omnia requisita ex forma Bullæ Pij V.*

2 *Numeratio pretij probatur interuenisse ex instrumento census, in quo Notarius attestatur pecuniam fuisse numeratam.*

3 *Et ad effectum impugnandi instrumentum requiruntur plena, apertissima, & concludentissima probationes.*

4 *Nec sufficeret fides persona, quæ fuit deputata ad emendum censum, quia post emptionem non potest in præiudicium emptoris aliquam declarationem facere.*

5 *Confessio voluntaria procuratoris non nocet domino.*

6 *Confessio Prælati non præiudicat Ecclesiæ, quod multipliciter limitatur, & num. 11.*

7 *Maximè, quando continet iuris remissionem.*

8 *Census præsumitur validè constitutus ex solutione fructuum plurium annorum, maximè si soluens erat iuris peritus.*

9 *Declaratio non dicitur, quæ non vertitur circa rem dubiam, sed circa rem claram, & num. 12.*

10 *Declaratio circa rem claram non tollit ius quæsitum ex actu declarato.*

### DECISIO CCCLXXV.

1 COnclusum fuit censum io totum esse † validum,
cùm io eius venditione interuenerint omnia requisita ex forma bullæ Pij V. Noo obstat, quod obiicitur de noo integra numeratione pretij, quia in con-
2 trarium † cantat instrumentum, quod est probatio probata euidens, & manifesta, vt latè per Tiraq. *de retract.*
a *lignag. §. 2. glos. 1. no. 20.* & in numeratiooe pretij [a] census dixit Rota in vna Bononiens. census 24. Aprilis 1600. coram R. P. D. meo Decano, & coram me in Romana Census scut. 18. mil. 23. Februarij 1604. & propterea Domini dixerunt non esse habeodam rationem apochæ Petri Fuluij, & Ludouici Rinaldi contrarium attestantium, quia est fides, quæ oon facit fidem,
3 & aduersus instrumentum † requiruntur plenæ, apertissimæ, & concludentissimæ probationes, Berous *cons. 147. sub num. 34. lib. 2.* & fuit dictum in illa Romana
4 Census scut. 18. mil. Nec refert, † quòd isti fuissent deputati à Congregatione Sancti Bernardi ad emendum censum, de quo agitur, quia post emptionem, & ius ex ea quæsitum Monialibus non potuerunt io earum præ-
b iudicium aliquam declarationem facere, [b] vt in terminis fuit resolutum in illa Romana Census scut. 18. mil.
5 facit, † quod dicitur, confessionem spontaneam procuratoris non nocere Domino, Alex. *cons. 130. nu. 6. lib. 4.* Paris. *consil. 115. n. 11. & seq lib. 1.* Sicut nec confessio Præ-
6 lati † præiudicat [c] Ecclesiæ, *cap. 2.* vbi gloss. *in verb. con-*
c *uentum. de testib. in 6.* Feder. de Sen. *consil. 143. num. 2.* Angel. *cons. 245. n. 8.* fuit dictum io Veronens. iurisdictionis 18. Martij 1596. coram Illustrissimo Cardinali
7 Pamphilio. Et tantò minus, quando † continet iuris remissionem, Berous *cons. 116. n. 11. lib. 1.* & reodit ad distractionem rerum ipsius Ecclesiæ, Abb. *in cap. fin. num. 44. vers. & non credo. quòd præiudicet Ecclesiæ. de prescript.* Et tantò minus præiudicari habet attestatio dictorum
deputatorum, quia illam redarguit † solutio fructuum 8
integrè census per decem annos, & vltra, quam vtique non fecisset Laurentius benè informatus de quantitate pretij soluti, quia eademmet die qoo fuit census stipulatus accessit vti fideiussor tam pro solutione, quàm pro euictione eiusdem, & habuit penes se apocham prædictam. Nec dici potest, quòd ipse soluerit, eò quia pretiom fuerit integrè solutum, sed ex interuallo, noo in acto stipulationis, quia quando de contrario non constaret, vt dictum est, adhuc repugnat solutio fructuum, quia Laurentius erat Prælatus, & iurisperitus, qui optimè sciuisset oullitatem census propter Coostitutionem Pij V. & propterea tot fructus indebitos sciens oon soluisset, *arg. l. cùm de indebito. de probat.* Non obstat, quod dicitur, istos deputatos potuisse declarare actum per ipsos gestum, quia ista non est declaratio, † cùm noo 9
vertatur circa rem dubiam, sed circa rem claram, † quæ 10
noo tollit ius quæsitum ex actu declarato, [d] Paul. de d
Castr. *consil. 338. ad fin. lib. 1.* Dec. *consil. 114. post num. 5.* & nullo modo potest dici declaratio illa, quæ non exponit, sed perimit actum, Bald. *in l. 1. in fin. Cod. de lib. prater.*

### ANNOTATIO.

a Numeratio actualis pecuniæ ex quibus probetur, dixi *supra ad decis. 355.*

b Etiam ille, ex cuius facto tertio ius est quæsitum, non potest in dicto iure quæsito ex post præiudicare, Tiraquel. *in tract. conoenr. §. 1. gloss. 7. nom. 21. & 22.* qui plures cumulat, & binc est, quòd procurator non potest in præiudicium sui principalis renuntiare appellationi à se interpositæ, Alex. *cons. 22. n. 10. lib. 1.* Caputaquen. *dec. 29. par. 1.* & fuit dictum in Auximana hæreditatis 6. Martij 1606. coram Cardinali Lancellotto.

c Regula est vulgaris, confessionem † Prælati non præiudicare Ecclesiæ, vt firmatur in hac decisione, & Rota *decis. 334. num. 2. & decis. 480. num. 4. par. 1. in recent.* & aliàs sæpè, verùm dicta conclusio recipit multas declarationes, & limitationes, & Primò non procedit, si sit aliunde adminiculata, Rota *d. decis. 334. sub n. 2. & decis. 177. num. 5. par. 2. diuers.* Mantic. *decis. 39. nom. 1.* & sufficit, quòd habeat assistentiam seu præsumptionem iuris pro se, Felyn. *in ca. fin. sub num. 11. de præscript.* Rota *decis. 141. nom. 6. par. 2. diuers.* Secundò præiudicat, quando confessio concernit actum gestum ab ipsomet Prælato, qui confitetur, gloss. *in cap. vltimo in fine,* vbi etiam Abb. *nom. 44. vers. ego saluando. de præscrips.* Tiraquel. *tract. lignag. §. 1. glos. 14. nu. 48.* Tertiò præiudicat, quando est facta in iudicio per modum contentiosæ iurisdictionis, Rota *decis. 141. nom. 4. & decis. 606. num. 5. par. 2. diuers.* & fuit dictum in Regiens. pensionis coram Orano impressa penes Marches. *de commis. tom. 1. fol. 616.* Quartò præiudicat, quando non est vnica, sed geminata, & sæpiùs repetita, ita limitauit Rota in Conchens. Decimarum de Belmonte 1. Iunij 1619. coram R. P. D. Dunozetto. Et generaliter est verum, quòd saltem confessio Prælati maximum præbet argumentum, quòd ita res se habeat, Rota *decis. 293. num. 2. par. 1. diuers.* & ideo donec de contrario non constet, videtur, quòd sit attendenda, vt dixit Rota *decis. 291. num. 8.* inter impress. penes Farinac. *post 2. lib. consil.* 11

d Quando 1 dispositio est clara non admittitur declaratio, quæ tollat ius quæsitum, Dec. *cons. 3. num. 44. & seq.* Surd. *cons. 192. n. 31.* & tunc non dicitur propria declaratio, sed noua dispositio, Surd. *cons. 380. num. 50. & 51.* Menoch. *cons. 191. nom. 29.* 12

*Oliuerius Beltraminus.*

## Maceratens. Sponsalium.

*Veneris 27. Iunij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Sponsalia iurata qui contraxit est cogendus per censuras ad contrahendum matrimonium per verba de præsenti & resoluitur non probati

bari mutuum dissensum, nec minus concurrere aliquam iustam causam, ob quam Ecclesia debeat à coactione abstinere.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponsalia iurata qui contraxit est cogendus per censuras ad contrahendum matrimonium per verba de præsenti, de quo latè sub num. 9.*
2 *Sponsalia mutuo dissensu possunt dissolui.*
3 *Exploratio voluntatis nisi fiat legitimè, non suffragatur.*
4 *Sponsalia non dissoluuntur per consensum vnius tantũ, sed requiritur consensus mutuus vtriusque cõiugis.*
5 *In sponsalibus Ecclesia abstinet à coactione legitima existente causa, & num. 9.*
6 *Pendet ab arbitrio Iudicis quænam sit iusta causa.*
7 *Lis non est iusta causa.*
8 *Odium capitale est iusta causa abstinendi à coactione.*

DECISIO CCCLXXVI.

FVit per Dominos vnanimiter conclusum Ludouicum esse per censuras compellendum contrahere
1 † per verba de præsenti cum Antonia, quia inter eos præcesserunt sponsalia iurata, aut saltem obligatione Camerali vallata,[a] *cap. ex literis. il secundo, & c. requisiuit. de sponsal.* & Rota seruauit pluries. Non obstat, quòd
2 † sponsalia mutuo dissensu soluantur, *c. 2. eod. tit.* quia iste dissensus non probatur. Nam prætensa exploratio
3 voluntatis Antoniæ † non fuit legitimè facta, & Episcopus Maceratens. in ea nec ritè, nec rectè processit; literæ enim Sacræ Consultæ, quarum vigore procedere debuit ad dictã explorationẽ vnà cũ memoriali porrecto pro parte Ludouici, fuerunt præsentatæ per ipsum Ludouicum post consumatam explorationem. Non obstat fides illorum Religiosorum, quia non facit fidem, & in contrarium est attestatio ipsius Antoniæ, quæ in actis negauit se vnquam dixisse nolle matrimonium effectuari, prout etiam effectuationem petiit in supplicationibus porrectis in Sacra Consulta. Cessante autem dissensu Antoniæ cessat etiam dissensus Ludouici, quia ipsius dissensus pendebat à dissensu Antoniæ, dissentiebat enim ipse, quatenus illa dissentiret, vt patet ex sup-
4 plicatione per ipsum Sanctissimo porrecta, † & si ipsius dissensus probaretur non sufficeret, cùm requiratur mutuus vtriusque, *d. c. 2.* vbi Abb. *num. 5.* Præpos. *num. 6.*
5 Et licèt legitima existente causa † Ecclesia abstineat à coactione in sponsalibus, Host. & alij *in d. cap. requisiuit,* attamen Domini, quorum est arbitrium, quæ sit iusta causa, vt dixit Rota in Valentina matrimonij 6. Februarij 1579. coram fœl. rec. Clem. VIII. arbitrati fuerunt nullam adesse causam legitimam: clarum est enim præ-
6 sentem litem † non sufficere pro causa, aliàs nunquam posset deueniri ad coactionem, carceratio etiam Ludouici processit ex alia causa, & ad instantiã aliarũ personarum. Non obstat decisio Mediolanens. Sponsalium
7 coram Domino meo Pamphilio, quia ibi pro † causa aderat odium capitale procedens ab informatione, & aliis, propter quæ mulier iustè abhorrebat à nuptiis, quæ non interuenerunt inter istos sponsos. Et tantò magis placuit Dominis, quòd compelleretur Ludouicus stante accessu non solùm ipsius ad domum Antoniæ, sed etiam Antoniæ ad domum ipsius Ludouici, & continuæ conuersationes, ita vt dissolutio non sine mulieris iniuria, & periculo scandali sit futura, prout etiam considerauit Rota in dicta Valentina.

*ANNOTATIO.*

a Sponsalia an, † & quando inducant obligationem contrahendi matrimonium, latè tractat Mant. *de tacit. lib. 3. tit. 17. per totam.* Guttier. *de sponsal. capit. 15.* & regula est, quòd sponsalia siue sint iurata, siue non, sunt effectuanda,



*iuxta textum in cap. sicut. de sponsal.* Rota *decis. 497. num. 1. part. 1. diuers.* Seraphin. *decis. 1112. num. 1. & 2.* & fuit dictum in Tullens. matrimonij 17. Aprilis 1617. coram R. P. D. Caualerio, quando tamen subest aliqua iusta causa Ecclesia abstinet à coactione, Seraph. *decis. 1258. n. 2.* Rota *d. decis. 497. num. 1. & in recent. decis. 207. num. 9. part. 1.* Surd. *cons. 364. num. 7.* cùm nuptiæ coactæ soleant habere malos exitus, Seraphin. *decis. 893. num. 33. & decis. 1112. num. 7.* vbi plures causæ considerantur, & pro iusta causa non habetur defectus consensus parentum, vt fuit dictum in dicta Tullens. sponsalium 30. Ianuarij 1617. & 17. Aprilis eodem anno coram R.P.D. Caualerio, cùm de iure Canonico talis consensus in matrimonio non requiratur, habetur tamen pro iusta causa timor exhæredationis paternæ, Seraph. *decis. 1258.* & fuit dictum in d. Tullens. sponsalium 4. Decembris 1617. coram R.P.D. Caualerio. Item etiam pro iusta causa enumeratur odium capitale, timor scandali, & inimicitiarum, & homicidiorum, de quibus latè tradit Mantic. *in d. lib. 3 tit. 17.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Firmana Laudi.

*Mercurij* 4. *Iunij* 1608.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber, qui continet partitas debiti, & crediti non potest acceptari quoad creditum, nisi etiam acceptetur quoad partitam debiti, quod declaratur, prout sub num. 2.*

DECISIO CCCLXXVII.

DOmini censuerunt vtramque partitam iustificari,
illa enim florenor. 397. satis comprobatur, † quia 1
est posita ad debitum, & creditum, cùm non possit ac-
ceptari creditum, quin acceptetur & debitum, [a] vt fuit a
dictum in Romana Tutelæ de Ferratinis 19. Iunij 1600. coram Illustrissimo Cardinali Pãphilio, & in aliis. Non obstat, quòd Guglielmuccius aliàs fassus fuerit se dictas pecunias habuisse ab Antonio Portella, non ab equite Azelio, quia quando esset verum, posset intelligi ab Antonio præuio mandato equitis. Non obstat, quòd videatur inuerisimile fuisse creditas istas pecunias, quia de veritate apparet. Nec facit, quòd debeat dari exitus dictæ partitæ, quia satis est, quòd sit posita in credito, & debito, sic enim excluditur omne præiudicium. Quòd verò hæc partita contineatur sub alia partita maioris summæ nullibi probatur. Alia partita florenorum centum videtur iustificata, quia apparet fuisse Antonio datas pecunias, vt illas in monetas argenteas reduceret, quid autem postea de istis pecuniis actum sit, non concernit iustificationem istius partitæ, constabit ex redditiõne rationis, quam fecit Antonius, in qua etiam fuit in specie reddita de ista partita.

*ANNOTATIO.*

a Acceptans † partitas positas ad sui creditum debet etiã 2
acceptare partitas in eodem libro contrapositas, Crau. *cons. 275. num. 4.* Franc. Marc. *decis. 60. num. 3* Paris. *cons. 90. num. 2. lib. 1.* Rota *decis. 650. num. 2. par. 1. in recent.* & fuit dictum in Bononiens. Computorum 2. Iunij 1597. coram Corduba; huiusmodi verò conclusio fuit declarata in Neapolitana pecuniaria 27. Februarij 1612. coram Cardinali Sacrato, quòd procedat solùm ad effectum oneris probandi, non enim potest quia se fundare in partitis crediti ad sui fauorem, & transferre onus probandi partitas debiti contrapositas, sed si vult in se assumere onus probandi, quòd illæ partitæ debiti non sunt veræ, potest in hoc casu illas impugnare, & simul acceptare partitas ad sui creditum; imò sufficit ostendere, quòd aliquæ partitæ fuerint erroneæ, & indebitè in debitũ positæ, quia tũc licitũ est acceptare partitas ad sui creditum,

&negare alias descriptas ad debitum, ita hanc conclusionem limitauit Rota in tribus decisionibus, quas refert Marches. *de commiss.tom.1.fol.885.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsaraugustana Visitationis de Pilari.

*Veneris 13. Iunij. 1608.*

### ARGVMENTVM.

Commissio cum clausula (*prauia repositione, ac suspensione*) intelligitur, prout de iure, maximè stante clausula (*prout iuris.*)

### *SVMMARIVM.*

1 *Commissio continens conditionem pendente conditione non tribuit iurisdictionem.*

2 *Commissa repositione,& suspensione semper intelligitur, prout de iure,non præcisè,& maximè quando adest clausula* (prout iuris.)
*Clausula* (prout iuris) *quid operetur,num.*4.

3 *Clausula in fine commissionis apposita ad omnia refertur.*

### DECISIO CCCLXXVIII.

FVit resolutum contra informantem non esse dandum mandatum protensum vigore clausularum
commissionis,quia si clausula illa (*prauia quoque reposi-*
1 *tione*) † importat,prout dicunt informantes, conditio-
nem,erit ea pendente suspensa iurisdictio, nec poterit
concedi aliquod mandatum. Et repositio, ac suspensio,
si fuit commissa per Signaturam, non fuit commissa
præcisè,vt prætenditur, sed facultatiuè, prout de iure,
2 † tùm quia sic semper censetur concessa facultas iudi-
ci; Tum quia adest clausula (*prout iuris.*) Nec facit,
quòd restringatur ad clausulam,in qua apponitur, quia
3 vltra,quòd † est apposita in fine commissionis, & sic ad
a omnia est referenda, [a] est etiam posita in illa clausula,
in qua conceditur facultas decernendi mandata, prout
de iure,vnde si non constat,quòd sit de iure, non potest relaxari aliquod mandatum.

### *ANNOTATIO.*

4 a Clausula (*prout* † *de iure*) apposita in fine commissionis limitat totam commissionem, & totam respicit, Seraph. *decis.896.num* 4. Rota *decis.208.num.3.par.2.in recentior.* fuit dictum in Romana Sancti Thomæ 4. Februarij 1608. coram Scotto,& ista clausula inducit dispositionem conditionalem, itavt si de iure sit concedendum id,quod petitur,habeatur pro confesso,sin minus habeatur pro denegato,Matth.Bruo. *consil.17. sub num.* 5. Surd. *consil.* 379. *num.*34. Seraphin. *decis.* 530.*num.*5. & stat limitatiuè, & restrictiuè,Seraph. *d.decis.896.num.*4. Surd. *d.cons.379.n.*3.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Reatina Beneficiorum.

*Veneris 20. Iunij 1608.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de iustificatione valoris Beneficij, & de probatione Protonotariatus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Testis deponens de auditu nullam fidem facit.*

2 *Testis deponens de valore per assensum non iustificat narratiuam non excessus.*

3 *Testis deponens de valore etiam non interrogatus tenetur reddere rationem sui dicti,cùm valor sensu corporis non percipiatur.*

4 *Protonotariatus ad effectum reseruationis debet plenè probari,& non sufficit communis reputatio.*

### DECISIO CCCLXXIX.

VIsum fuit Dominis gratiam Ioann. Baptistæ esse
in omnibus iustificatam præter quàm quoad va-
lorem beneficiorum; † primus enim testis deponit de 1
auditu,& ob id nullam facit probationem,*c.licet causam.*
*de testib.*gloss.& Doct.*in l.testium Cod.eod.tit.*† alter de- 2
ponit per assensum,qui modus,vt sæpius Rota resoluit,
non iustificat narratiuam per non ascensum rursus non
† reddit rationem sui dicti, quam tamen licèt non in- 3
terrogatus reddere debebat, cùm valor sensu corporis
non percipiatur, Bart. *in l.vnica. ad fin. Cod. de sentent.*
*quæ pro eo,quod in ter.* Bald.*in l.fin.in fine Cod. de iur. do-*
*min.impetr.* Cassad. *decis.*19.*num.*3.*super reg.* dixit Rota
in vna Cameracens. vnionis 19. Ianuarij 1575. coram
Cardinali Lancellotto,& sæpiùs in aliis. [a] Remanet ta- a
men mihi scrupulus super probatione Protonotariatus
Fabij, quia probationes, quòd incesserat in habitu, &
gereret se pro tali, respiciunt communem reputatio-
nem, & quasi possessionem Protonotariatus, quæ non
sufficit ad effectum reseruationis, † quia requiritur, 4
quòd probetur eum verè fuisse Protonotarium, Ægid.
*decis.*611. *Actor amissus.* Cassad. *decis.2.num.2. in fine.de*
*Constitut.*Simonet.*de reseruat. q.*24. & propterea super
hoc iterum decreui audire quid Domini sentiant, præsertim quia altera pars non informauit.

### *ANNOTATIO.*

a Et infinitos cumulat Farinac. *de testib. quæst.70.num.6. & seq.* qui pluribus modis ampliat,& limitat.

---

## Senogalliens. Iurispascendi.

*Mercurij 23. Ianuarij 1608.*

Argumento non eget.

### *SVMMARIVM.*

1 *Probationes super possessione,quæ habent titulum annexum,præualent aliis probationibus sine titulo.*

### DECISIO CCCLXXX.

QVoniam in concursu probationum, quæ plurimæ
extant pro vtraque parte, Abbas prætendebat suas
præualere propter dominium, † & proprietatem,quam 1
habet Abbatia super bonis, de quorum iure pascendi
agitur, [a] *iuxta notata in c. licèt causam.de probat.* E con- a
uerso Communitas Sancti Viti suam possessionem coadiuuabat ex iure Territorij, allegando eas esse in suo territorio, quod cùm apertè negaret Abbas, imò contenderet esse in territorio Abbatiæ, placuit Rotæ dato particulari dubio inuestigari, in cuius territorio esset Planum Cassiani, & terræ,de quibus agitur, quod tamen assequi non potuit propter multitudinem, & diuersitatem probationum, quæ hinc inde afferebantur, & propterea fuit dictum non constare, in cuius territorio sint.

### *ANNOTATIO.*

a Circa hanc materiam dixi *supra ad decis.*323.

---

## Pampilonens. decimarum de Gongora.

*Lunæ 28. Octobris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Parochiani habent ius defendendi libertatem eorum Ecclesiæ. Pertinentia iuris patronatus præsupponit existentiam.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Parochiani negligente Parocho possunt suscipere defensionem Ecclesiæ.*

2 *De iurispatronatus pertinentia quando agitur, implicitè etiam, & in necessarium antecedens agitur de existentia.*

3 *Qualitas non potest stare sine subiecto.*

4 *Cognitio quid sit præcedere debet cognitionem quale sit.*

5 *Qualitas non potest dici probata, si prius non fuerit probata substantia.*

## DECISIO CCCLXXXI.

DOMINI censuerunt iudicium fuisse etiam super
existentia iurispatronatus, quia in causa fuerunt
etiam Vicarij,& Beneficiati contendentes pro libertate
Ecclesiæ,& negantes iuspatronatus, quorum pariter nomine
fuit commissa in Rota causa appellationis à sententia
Ordinarij. & commissio cantat super iurepatronatus,
quòd cùm ipsi non prætenderent, non potest dici,
quòd eorum respectu causa esset super pertinentia,
imò ipsimet Parochiani recedentes à prætensione pertinentiæ
iurispatronatus, quam ab initio habebant, requisiuerunt
Vicarium, vt daret mandatum ad defendẽdum
libertatem Ecclesiæ, quod cùm Vicarius denegasset,
ipsi cum vno beneficiaro illud dederunt, potuerunt
1 † enim eo negligente suscipere defensionem Ecclesiæ,
[a] glos. *in cap. si quis presbyter. in verb. personis. de reb. eccles.*
a *non alien.* Dicebat etiam vnus ex Dominis, quòd vbi sim-
2 pliciter fuisset actum de pertinentia iurispatronatus, †
implicitè tamen,& in necessarium antecedens fuisset a-
3 ctum de eius existentia, † quia sicut qualitas non potest
stare sine subiecto,& substantia, *l. eius, qui in prouincia.
vers. post aditam. ff. si cert. pet.* cum alijs per Castr. *cons.* 160.
*sub nu.* 1. *vers. ad secundum respon. lib.* 1. Alex. *consil.* 233. *n.*
8. *lib.* 6. Roman. *cons.* 48. *antè finem.* ita etiam ad cogni-
4 tionem qualitatis † debet præcedere cognitio substantiæ,
cùm secundùm Philosophum primò quæratur quid
sit, postea quale sit, & tradit post glos. Bald. *in l.* 2. *sub
num.* 1. *vers. glossa tenet contrarium,* vbi etiam Castr. *sub nu.
3. vers. gloss. reprehendit. C. de bon. possess. secund. tab.* Nec
5 potest † dici probata qualitas, si prius non fuit probata
substantia, latè Bald. *cons.* 465. *num.* 1. *cum nonnullis seqq.
nu.* 4. Dec. *cons.* 508. *num.* 5. Aym. *cons.* 21. *post nu.* 5. vnde
cùm de existentia iurispatronatus partes non sint concordes,
de ea in primis est agendum, tantò magis, quia
Domini ex deductis in alia positione dubitabant de vsurpatione.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd quilibet de populo possit suscipere defensionem Ecclesiæ negligente Rectore, dixit Rota in Leodien. Abbatissatus 4. Octobris 1607. coram Cardinali Sacrato, & faciunt latè tradita per Cardinalem Tusch. *in verbo agere conclus.* 192. & defensio bonorum Ecclesiæ dicitur actio popularis, ad quam quilibet de populo admittitur, iuxta tradita per Tiraquel *de priuileg. piæ caus. priuil.* 51.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. beneficij de Nuarte.

*Mercurij* 5. *Nouembris* 1608.

ARGVMENTVM.

Agitur de iustificanda vacatione per professionem emissam in religione.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficium vacat per professionem emissam in religione.*

2 *Testis deponens de fama per verba præsentis temporis non probat, cum præcedere debeat tempus ante litem motam.*

3 *Testis deponens relatiue ad aliquem librum non probat, nisi exhibito libro.*

## DECISIO CCCLXXXII.

COntra informantem fuit resolutum gratiam ipsius
non esse iustificatam quoad vacationem, narrauit
enim beneficium vacasse, eo quia aduersarius illud
obtinens † ingressus fuit Monasterium Beatæ Ma- 1
riæ Roncisuallis Canonicorum regularium Ordinis
Sancti Augustini,& in eo professionem emiserit,[a] *cap.* a
*beneficium. de regul. lib.* 6. professionem tamen sufficienter
non probat, ex duobus enim testibus, qui dantur,
alter loquitur de auditu, & licèt deponat de fama, de-
ponit † tantùm per verba præsentis temporis,& sic non 2
concludit, prout debet eam extitisse ante litem motam,
Caput. *decis.* 9. *par.* 2. & fuit sæpiùs dictum. Alter testis
deponit relatiuè ad librum professionum, & propterea
eo non exhibito † non probat, *Auth. si quis in aliquo. C.* 3
*de eden.* Et cùm non probetur professio, non est agendum
de dispensatione.

*ANNOTATIO.*

a De vacatione Beneficij ob emissam professionem tradit Gonzal. *super regul.* 8 *glos.* 15. *num.* 45. Paul. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 14. *num.* 13. & beneficium vacare ipso iure per ingressum in religionem, dixit Rota in Toletana beneficij 6. Iunij 1605. coram Litta.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. Sepulturæ.

*Lunæ* 10. *Nouembris* 1608.

ARGVMENTVM.

Ius sepulturæ concessum à Papa intelligitur sine præiudicio tertii. *Lineæ* appellatione veniunt omnes descendentes in infinitum tàm fœminæ, quàm masculi,& etiam descendentes ex fœminis.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepulturæ ius à Papa obtentum cum narratiua, quòd sit extincta linea illorum, qui tale ius habebant, indiget iustificatione extinctionis lineæ.*

2 *Clausula* (sine præiudicio alicuius) *etiam non expressa subintelligitur in gratia Papæ.*

3 Lineæ *appellatione veniunt omnes descendentes, tàm masculi, quàm fœminæ, & etiam descendentes fœminarum.*

4 *Sepulturæ ius est transitorium ad extraneos heredes.*

## DECISIO CCCLXXXIII.

FVit visum Dominis Breue non esse iustificatum in
eo, quod narratur lineam Gulielmi de Torres esse
extinctam, † quod vtique est probandum, quia aliàs Pa- 1
pa nõ fuisset concessurus ius sepulturæ, cùm enim priùs
fuisset idem ius concessum Gulielmo, & eius descendentibus,
si extitissent descendentes, ipsis auferretur,
quod nullo pacto voluit Papa, qui apposuit clausulam
(† *sine præiudicio alicuius*) quæ etiam non apposita esset 2
subintelligenda.[a] Sarn. *in reg. de iur. quæs. non tol. quæst.* 1. a
*in princip.* Principis enim gratia semper intelligitur sine
alterius iniuria, *l.* 2. *§. si quis a Principe. & §. meritò. ff. ne
quid in loco publ. c. super eo. de off. deleg.* Bald. *in l. nec auus.
per illum tex. C. de eman. lib.* Dec. *cons.* 11. *num.* 4. Non fuit
autem saltem sufficienter probatum, quòd linea defecerit,
quia testamentum Io. & instrumentum concordiæ,
quando esset in forma probanti, prout non sunt, non

concludunt huiusmodi defectom, dicere enim qoòd
Io. Torres instituerit quoodam Io. Ximeoes, quem ve-
risimiliter ooninstituisset, nisi cum ipso fuisset extincta
linea, nihil per necesse concluditur, & est verisimilitudo
mulrùm leuis. Vltra quod licèt Ioanoes testator esset
de familia Torres, noo tamen apparet, quòd esset de li-
nea Gulielmi, parùm etiam vrget alia præsumptio, quæ
deducitur ex transactiooe inter quondam Io. & illos de
Zaualetta, arguendo quòd si essent aliqui de linea Tor-
res, fuisset eom illis ioita concordia, vltra quod in in-
strumento transactionis oulla fit mentio, quòd transi-
gentes esseot, vel noo essent de linea Gulielmi. Accedit
quia pars aduersa fatetur, familiam de Zaualetta de-
scendere ex quadam Ioanna filia Gulielmi, quod si ve-
rum est, coostat de noo extinctione lineæ, quia in ista
3 familia conseruatur, † cùm *lineæ* appellatione veniant
b omoes descendenees,[b] Paris *consil.* 40 *num.* 1 *lib.* 2. tam
masculi, quàm fœminæ, Bal. *consil.* 321. *lib.* 1. Bero. *cons.*
77. *nu.* 13. *in fine lib.* 2. & etiam descendentes dd. fœmi-
narum, Bero. *ibi*, facit quod dicit Bald. *cons.* 334. *n.* 10. *lib.*
3. quod omnes possumus dici de linea Adami, & quia
*descendentium* appellatione veniunt etiam nati ex fœmi-
nis,[c] Fulgos. *cons.* 86. *num.* 2. Ruyn. *cons.* 120. *num.* 8. *lib.* 1.
4 Socin. iuo. *cons.* 2. *nu.* 31. *lib.* 3. † & præsertim in iuribus
sepulchrorum, quæ sunt ad extraneos hæredes traositoria,
*l. familiaria. cum l. sequen. ff. de rel & sump. fun.* Molio. *de
primog. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 9.

*ANNOTATIO.*

a Et alios cumulat Marta *in suo clausulario par.* 1. *claus.* 157. *sub n.* 5. *vers. hæc clausula.*

b Et quòd *lineæ* appellatione veniant omnes descendentes, tàm masculi, quàm fœminæ, Peregrio. *de fideicommiss. art.* 21. *num.* 24. Bursat. *cons.* 243. *nu.* 4. Rota *decis.* 424. *sub num.* 1. *vers. lineæ autem. par.* 2. *in recent.* Imò etiam sub nomine *descendentium* ex linea masculina veniunt fœminæ, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 9. Menoch. *cons.* 379. *num.* 26. Peregrin. *cons.* 11. *num.* 15. *lib.* 2.

c Latè Peregrin. *de fideicomm. art.* 19. *num.* 11. & clariùs *art.* 25. *n.* 8. vbi plures cumulat, Menoch. *consil.* 939. *num.* 18.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Perusina fideicommissi de Alphanis.

*Lunæ* 10. *Nouembris* 1608.

ARGVMENTVM.

Fideiussor de euictione an, & quando censeatur præstare consensum venditioni, & alia, de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussor de euictione censetur consentire venditioni, & num.* 10.
*Et iste consensus sufficit respectu dispositionis requirentis simpliciter Consensum, secus quando requiritur expressus consensus, & n.* 7. 10. *&* 11.
*Item nec procedit, quando consensus requiritur de forma, & n.* 8. *&* 12.

2 *Verba sunt referenda ad id, cui magis conueniunt, & probabilius adaptantur.*

3 *Ex qualitate pœnæ arguitur interpretatio verborum.*

4 *Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando subest ratio, quòd debeat magis referri ad vnum, quàm ad aliud.*

5 *Consensus præstitus alienationibus intelligitur de alienationibus factis in casibus permissis.*

6 *Consensus alicuius vbi in actu requiritur, debet interuenire ex certa scientia, & non suffragatur, quando obstabat dispositio testatoris, de qua non habebat notitiam consentiens.*

9 *Decretum irritans inducitur ex verbis prohibentibus nullo modo posse alienari, quod decretum irritans inducit formam.*

DECISIO CCCLXXXIV.

PRætendebat Alexander sustinere emptionem bo-
oorum fideicommisso subiectorum ex consensu
matris aduersariorum, eo enim accedente dicebat te-
statorem promisisse bona alienari; † consensum autem 1
matris probari ex fideiussiooe per ipsam præstita de e-
uictione booorum venditorum, Bar. *in l.* 2. *in princ. num.*
1. *ff. de donat.* Bald. *in l. exceptione. C. de euict.*[a] cum multis a
concordantibus allegatis. Sed cootrarium fuit resolu-
tum vnanimiter per Dominos, quibus io primis vide-
batur illa verba (*senza espresso consenso della madre*) † esse 2
referenda oon ad alienationem, sed ad fideiussionem,
cui magis cõueniunt, & probabiliùs adaptantur, Ruyn.
*consil.* 123. *num* 12. *lib.* 3. cùm enim duo statuerit testator,
vnum ne eius filij possent vllo modo, neque ex vlla
causa alienare, & permutare bona stabilia ipsius, alterum
ne possent fideiubere vltra certam summam sine ex-
presso consensu matris, aut fideicommissariorum, di-
ceodum est consensum huiusmodi fuisse appositum ad
limitandum fideiussiooem, non ad permittendum alie-
nationem verbis tàm præcisis, & voiuersalibus prohibi-
tam, † hoc etiam suadet modicitas pœnæ, quæ magis 3
correspondet, & commensuratur fideiussioni, quàm a-
lieoationi, *argumento l.* 1. *§. sed, & quæ ff. de abig. c. quæsiuit.
de his, quæ fi. à maior. par. Capitul.* Nec obstat regula, quòd
relatio debeat fieri ad omoia præcedentia, quia non
† procedit, quando subest ratio, quòd debeat magis re- 4
ferri ad vnum, quàm ad aliud, Ruyn. *cons.* 64. *num.* 6. *lib.*
3. Quateous etiam conseosus matrous esset ad alie-
natiooem referendus, attamen † deberet iotelligi de 5
alienationibus factis in casibus permissis, vt fuit dictum
io Romana de Cincijs 17. Nouembris 1597. coram Il-
lustrissimo Cardioali Seraphioo; in qua aliæ decisiooes
allegantur. Rursus iste coosensus oon operaretur vali-
ditatem alieoationis, nisi data scientia dispositionis te-
statoris, quia vbi † consensus alicuius requiritur in a- 6
ctu, semper debet fieri ex certa scientia; Dec. *in l. in totum
num.* 1. *ff. de reg. iur.* Molio. *de primog. Hisp. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.*
10. hic autem non probatur scientia, ita vt posset dici
consensum adhibitum in vim illius facultatis à testato-
re concessæ. vltra quòd fideiussio fuit per matrem præ-
stita per duos annos post factam alienationem. Vlteriùs,
quod dicitur, fideiubentem censeri consentire, posset
procedere, † si cõseosus simpliciter requireretur, secus 7
quãdo, vt in casu isto, requiritur expressus cõsensus, quia
tũ sunt necessaria verba consensum exprimẽtia,[b] Aret. b
*in l. is, qui hæres §.* 1. *post num.* 3. *ff. de acquir. hæred.* post Bald.
quem allegat cum concord. adductis per informantes
pro parte illorum de Alphanis, & admisit Rota in illa
Romana extinctionis census, relata *inter diuers.* 797. *par.*
1. *ad fin. ex aduerso allegata*, † prout etiam quando requi- 8
ritur consensus pro forma,[c] Sarneo. *in reg. de impet. be-* c
*nef. vac. per obit. famil.* Cardin. *quæst.* 11. *sub num.* 2. *& sub.
num.* 5. hic autem requiritur pro forma, † quia testator 9
oullo alio modo vult posse alienari, ex quibus verbis
inducitur decretum irritans, glos. *in Clem.* 2. *in verb. nullo
modo. de ætat. & qualit.* Felin. *in cap. ex parte numer.* 7. *de
const.*

*ANNOTATIO.*

a Fideiussor † censetur approbare contractum, Decian. *cons.*
15. *nu.* 17. *lib.* 1. Surd. *cons.* 15. *num.* 20. *vers & idem.* Tiraquel. 10
*de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 9. *numero* 268. Rota *decis* 797. *numero* 2. *part.* 1. *diuers. & in recentior. decis.* 362. *sub num.* 4. *par.* 1. Maur. *de fideiuss. cap.* 4. *nu.* 15. & facit latam conclus. Card. Tusch. *in verbo (fideiussor) conclus* 303. Hinc est quòd stante Statuto, quòd filius non possit se obligare sine licentia patris, sufficit, quòd pater fideiubeat pro filio, Tiraquel. *d. §.* 1. *glos.* 9. *numer.* 268. Rota *d. decis.* 797. *num.* 3. cum
alijs

alijs pluribus cumulatis per Maur.*de fideiuss.d. cap. 4.nu. 18.*Quod tamen non procedit, quando esset necessarius consensus expressus, vt firmatur *in hac decisione num. 7.* & Rota *decis.797.num.12.par.1.diuers.*& faciunt notata infra sub litera B.

11 b Consensus † tacitus non sufficit, vbi requiritur expressus, Rota *decis.15.de offic deleg.in nou.* Tiraquel.*leg.connub glos. 6.nu.7.*plures cumulat Gonzal.*super reg.8.glos.42.num.20.* Parisi.*de resignat.lib.8.quæst.10.num.18.& seq.*Rota *d. decis. 797.numer.12 par.1. diuers.* & in his terminis de consensu præstito occasione fideiussionis dixi supra sub litera A.

12 c Similiter, quòd non † sufficiat consensus tacitus, vbi consensus requiritur de forma, latè Tiraquel. *de leg. connub. glos.6.num.5.vsque ad* 15.vbi cumulat plura notanda, & à *nu.16.vsque ad* 48.octo modis idem limitat, & alijs multis declarat Gonzal.qui alios cumulat, *super regul. 8. glos. 47.n.21.*Seraphin.*decis.115.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen.Beneficij de Nuarte.

*Veneris 14. Nouembris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Professio probatur ex dispensatione producta, & ex confessione in positionibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Producens dispensationem fatetur omnia in ea contenta esse vera.*

2 *Vtens dispensatione censetur approbare omnia in ea contenta.*

3 *Ponens fatetur ea, quæ sunt in positionibus narrata.*

4 *Positiones non articuli censentur, si parti fuit præfixus terminus ad respondendum, non obstante, quòd vocentur promiscuè & articuli, & positiones.*

5 *Professio inducitur tacitè per solam delationem habitus, de quo latè sub num.6.*
*Tollitur ex reclamationibus, & protestationibus, & num.6.*

### DECISIO CCCLXXXV.

Licèt 5. huius mensis exhibitis tantùm depositionibus testium, visum fuisset Dominis non iustificari gratiam Bartholomæi quoad vacationem per professionem Ioannis in Monasterio Ordinis Sancti Augustini; testes enim non probabant concludenter professionem; Attamen causa iterùm proposita & alijs exhibitis probationibus & adminiculis visum fuit constare sufficienter de professione, quia vnà cum depositionibus testium concurrit dispensatio Officialis Pampilonens. asserentis sibi constitisse de professione expressa, & solemni Ioannis, quæ assertio probat contra aduersarium non solùm ex eo quòd d dispensationem produ-
1 cendo † videtur fateri omnia in ea contenta esse vera,
a [a] Bartol. *in l.post legat.nm, ff.de his,quibus vt indig.* Bald.
*in l.scriptura.in princip.C.de fide instrumen.* Alex.*cons.30.*
*num.1.lib. 7.* Dec.*in cap.cùm super.num.23. de offic.dele-*
2 *gat.*Mohed.*decis 1.in fine.de Regular.*† sed etiam ex eo,
quòd dicta dispensatione vsus fuit in vim illius retinendo beneficia per prius obtenta, Caputaquens. *decis. 333. num.4. par.1.* Concurrit etiam eiusdem confessio
3 in positionibus per ipsum datis, cùm ponens † dicatur
b fateri ea, quæ sunt in positionibus narrata, [b] Alexan.
*consil.71.num.4.lib.3.*Afflic.*in prax.§.19.cap.24.num.4.&*
4 *seqq.*& licèt appellentur † articuli, & positiones re vera tamen sunt positiones, & vt tales in iudicio productæ, quod patet ex eo, quia parti fuit præfixus terminus ad respondendum, & cùm non responderet, fuit accusata illius contumacia. Accedit maxima verisimi-
litudo ex tanto spatio temporis quod intercessit ab anno 1598 vsque ad annum 1601. cùm † inducatur 5
etiam tacitè per delationem habitus professorum, *ad not.in c.eos,qui.de Regular.*

### *ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis.231.& 238.*

b Grauat.ad Vestr.*lib.5.cap.14.num.17.*Surd.*decis.326.sub nu. 7.post 4.lib.consil.*Honded.*consil.52.nu.30.lib.1.*

c Et quòd professio † inducatur tacitè per solam delatio- 6
nem habitus, Honded.*cons.78.num.18.lib.2.* qui plures cumulat, latè Gratian.*discept.cap.640.nu.20 & seq* Menoch. *de præsumpt.lib.6.præsumpt. 83.num. 25.* Mascard.*de probat. conclus.1273.num.14.& seq.*Rota *decis. 579.num. 2.par.1. in recent.* dummodò tamen susceptus habitus deferatur in ipso Monasterio, Menoc.*de præsumpt.præsum.83.n.15.lib.6.* Azor *Instit.moral.lib.12.c.5. quæst 3 par.1.* & fuit dictum in Meten.professionis 25.Maii 1615. coram R.P.D. Vbaldo, & etiam est necesse, quòd talis habitum deferens habitum illum susceperit coram Abbatissa, & omnibus alijs Monialibus simul, Decian.*consil.18.num.1.lib.3.*cum alijs per Gratian.*disceptat.foren.cap.640.num.37. & 38.* Nam aliàs si quis ex se ipso assumeret habitum professorum, non se obligaret religioni, Caldet.*cons.5.colum. 2. vers.reassumptio autem.de Regular.*Gratian.*d.cap 640 num.19.*Item etiam requiritur, quòd habitus nouitiorum non sit distinctus ab habitu professorum, aliàs data distinctione per delationem talia habitus non inducitur tacita professio, vt benè declarat Gratian. *d.cap.640.num.21.& seq. per plures.* Et huiusmodi professio tacita non est sublata à Conc.Trid. Nauar.*cons.35.nu.5.de Regular.lib.3.* Rota *decis. 579. sub num.2.* Gratian. *discept. d.cap.640. num.34. in fine.* Excluditur autem huiusmodi tacita professio ex reclamationibus, & protestationibus in contrarium, Honded. *d.cons.78.num.25.* Rota *d. decis 579. num.3.* vbi plures cumulantur, & *decis.705.num.5.par.2.in recent.*vbi sub *num.3.* dicitur sufficere protestationes, quæ habent vim sufficientis reclamationis, & fuit etiam latè dictum in Brixiens.Parochialis 20.Martij 1620.coram R.P.D.Vbaldo, prout etiam huiusmodi tacita professio deducta ex delatione habitus tollitur ex metu reuerentiali, licèt aliàs non sufficeret ad tollendam expressam, Rota *d.decis.579. num.5.*& plenè in dicta Brixiens.Parochialis, & hoc procedit indistinctè etiam stante susceptione habitus ab initio solemniter facta, prout reiecta doctrina Abb.*in cap.1. num.14.de his,quæ vi,metusve.* latè tenuit Rota in Metens. professionis 19.Iunij 1617.coram R.P.D.Dunozetto.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana census scut.18.millium.

*Lunæ 24.Nouembris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Plura in materia accollationis censuum facta ab emptore occasione emptionis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Accollatio habet vim assumptionis debiti in se.*

2 *Accollatio relatiua ad aliud non constituto de effectuatione relati nihil operatur.*

3 *Accollatio, quæ non habuit effectum, non est attendenda perinde, ac si facta non esset.*

### DECISIO CCCLXXXVI.

Dubitaui an accollatio facta per Dominum Vrbis Senatorem die 12. Septembris 1595 afficiat Principem, ita vt à dicta die teneatur ad fructus, & fuit conclusum negatiuè, quamuis enim dubitari non possit de auctoritate Senatoris, cùm haberet ad hoc speciale
mandatum, & licèt etiam verum sit dictam † accolla- 1
tionem habere vim venditionis [a], & assumptionis a
censuum in se, seu debitorum accollatorum, † atta-

men cùm sit relatiua ad loca Montium assignanda, quamdiu non constat, quæ, & quo loco essent per Principem assigoanda, non potest super ea fieri aliquod fundamentum. Constare autem hoc, & certificari non potest, quia Princeps aliqua loca Montium assignare non tenebatur, quamuis enim non teneretur extinguere tot debita venditorum, nullibi tamen disponitur, quòd ea extinguere deberet per assignationem
3 locorum Montium. Rursus † ista accollatio non habuit effectum, vnde perinde est, ac si non fuerit facta, *l. nihil §. 1. ff. de inoffi. testamen. l. si quis à Senatore. & l. eius, qui ff. de ro. nupt. l. 11. & l. fin. C. si à non compet. Iudic.* facit decis. Caputaquen. 11 *par.* 1. fuit enim postea de anno 1596. facta alia accollatio censuum cum declaratione, quòd fructus census decursi spectarent ad Vrsinos venditores, quæ accollatio non fuisset necessaria, imò non potuisset fieri, si prima fuisset attendenda, quia ea stãte dicti fructus per illud tempus spectassent ad Vrsinos, & non ad Principem, & mediante ista vltima accollatione fuit satisfactum creditoribus, & sic saltem facta fuit per eos approbatio.

*ANNOTATIO.*

a Accollatio debitorum habet vim solutionis, Mastril. *decis. 37. nu. 7.* Gratian. *discept. Forens. cap. 326. n. 14.*

---

## Salamantina Beneficij.

*Veneris 28. Nouembris 1608.*

ARGVMENTVM.

### Ecclesia Parochialis ex quibus probetur, & quænam sint requisita Parochialitatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesia Parochiali diruta non amplius remanent iura Parochialia, quia non entis nulla sunt qualitates.*

2 *Ecclesia Parochialis si transferatur in aliam Ecclesiam; desinit esse Parochialis.*

3 *Et maximè, quando alia Ecclesia, in qua est facta translatio, etiam ipsa est Parochialis, non enim possunt dari duo beneficia curata, & duo Curati in vna, eademque Ecclesia.*

4 *Parochialitas habet contra se iuris præsumptionem, cùm beneficia præsumantur simplicia.*

5 *Narratiua, quæ est fundamentum gratiæ, requirit plenam probationem.*

6 *Parochialitas probari debet iuxta requisita Parochialitatis.*

7 *Præcipuum requisitum est reciproca, & vicissitudinaria necessitas ministrandi, & recipiendi Sacramenta inter Curatum, & eius Populum.*

8 *Et ex sola administratione Sacramentorum non infertur ad dictam necessitatem, & ideo testes vltra depositionem super administratione Sacramentorum debent etiam deponere de dicta necessitate.*

9 *Item requisitum Parochialitatis est distinctio limitum.*

10 *Parochialitas non probatur ex cura animarum, quia potest esse cura sine Parochialitate.*

11 *Parochialitas non probatur ex fonte Baptismi.*

12 *Item nec ex cœmiterio, cùm cœmiterium possit habere Ecclesia etiam non Parochialis.*

13 *Fama, quando non sumus in antiquis, non probat.*

14 *Enunciatiuæ, quando non sumus in facto recenti, non probant.*

15 *Parochialitas non probatur ex prouisionibus factis per concursum, quia Episcopi possunt prouidere etiam de beneficijs non Parochialibus per concursum.*

DECISIO CCCLXXXVII.

REsolutum fuit gratiam Ioannis non esse iustifica-
tam etiam in eo, quod narrauit Ecclesiam Sancti
Cypriani parochialem, quoad alia enim nullæ adhùc
sunt probationes, fundamentum Dominorum fuit,
quia in confesso est apud partes hodie non extare Ec-
clesiam Sancti Cypriani, cùm sit diruta, & solo æquata,
sicut † autem non extat ipsa Ecclesia, nec etiam exta- 1
bunt eius iura parochialia, [a] quia non entis nullæ sunt a
qualitates, *l. eius, qui in Prouincia. ff. si cert. pet.* & paro-
chialitas non potest stare sine Ecclesia eius subiecto, *l.
nec vllam. § si absentes,* & ibi notat Ang. *ff. de pet. hæred.*
Bald. *in l. omnium. num. 1. in fine. C. de testam.* Non obstat
prætensa translatio; quia ex depositione testium non
apparet, quid sit translatum, an titulus, seu parochialitas,
an ius curæ vel eius exercitium, † & vbi Ecclesia paro- 2
chialis ad alium locum transfertur, desinit esse paro-
chialis. vt per Mandos. *in praxi Signat. grat. in tit. de trans-
lat. vers. quando parochialis Ecclesia,* quod tanto magis vi-
detur in casu isto procedere, † quia Ecclesia Sancti 3
Pauli, ad quam prætenditur translata est curata, & si hoc
beneficium esset curatum, darentur duo beneficia cura-
ta, & duo curati in eadem Ecclesia, quod non est dicen-
dum, [b] vt latè per Oldrad. *consil. 67.* & dixit Rota in Ra- b
canaten. parochialis 10. Maii 1577. coram Lauretano, &
in Salaman. prætensæ parochialis vltima Ianuarij 1594.
coram Orano. Videbatur etiam aliquibus ex Dominis
non probari, quòd Ecclesia Sancti Cypriani ante trans-
lationem esset Parochialis, parochialitas enim, † quæ 4
contra se habet iuris præsumptionem, Ægid. *decis. 676.*
Staphil. *de lit. grat. tit. de qualit. & stat. benef. in princip.* &
fuit dictum in vna Calaguritana Congruarum 16. No-
uembris 1571. coram Oradino, in Sabinen. decimarum
30. Aprilis 1599. coram Illustrissimo Cardinali Pam-
philio, † cùm sit fundamentum gratiæ Ioannis, & causa 5
suæ concessionis, requirit plenam, & concludentem
probationem, Ægid. *decis. 625* Put. *decis. 266. lib. 3.* fuit
dictũ in Bononien. Prioratus 9. Iunij 1606. coram R. P.
D. meo Manzanedo, & sæpissimè in alijs. Non videba-
tur autem benè probata in † requisitis parochialitas, [c] 6
de quibus per Staphil. *vbi supra nu. 20.* Sarnen. *in reg. de c
idio quæst. 11.* & latè in dicta Racanaten. Parochialis. De-
ficit enim secundùm prædictos Dominos in primis illa
† reciproca & vicissitudinaria necessitas ministrandi, & 7
recipiendi Sacramenta, quæ requiritur inter Curatum,
& eius populum, [d] vt dicunt Sarnensis, & alij, & fuit d
dictum in illa Sabinen. decimarum coram Illustrissimo
Pamphilio, & propterea testes † à Ioanne inducti, dum 8
deponunt de sola administratione Sacramentorum, nec
dicũt de necessitate, & potestate cogendi, nõ concludũt
parochialitatem. glos. *in clem. dudum. in verb. impediant,* vbi
Card. *quæst. 9.* Imol *n. 32. de sepultur.* Abb. *in cap. de mulcta
nu. 24. vers. sed adde. de præbend.* cum alijs relatis in dicta
Racanaten. & fuit etiam dictum in Ciuitaten. decima-
rum 6 Februarii 1598. coram Illustrissimo D. Cardina-
li Mantica. Videbatur etiam non benè probari per testes
† distinctionem limitum, quod est vnum ex requisitis 9
ad parochialitatem, [e] quia non reddunt rationem eo- e
rum dicti, & videtur confundi ex eo, quòd dicunt Pa-
rochianos Sancti Pauli, & Parochianos Sancti Cypria-
ni recipere Sacramenta per vnum, & eumdem mini-
strum ad vnum fontem, ad vnum altare. Non obstant
multa, quæ dicuntur per testes, quæ concernunt curam
animarum, quia talis † cura potest esse sine paro- 10
chialitate, [f] Io. Andr. & alij *in cap. super eo. de præb. in 6.* f
& fuit dictum in dicta Racanaten. & in Ciuitaten. deci-
marum de anno 1596. coram Gypsio. & in supradicta
Sabinen. decimarum. Non obstat, quod testes dicant in
Ecclesia Sãcti Cypriani fuisse fontẽ baptismalẽ, & Cœmi-
teriũ, † quia nec fons baptismi probat parochialitatẽ, [g] 11
Card. *in clem. 1. in 4. quæst. n. 7.* Anchar. *in 2. not.* Imol. *n. 6.* g
*de*

*de baptis.* Feder. de Sen. *cons.* 80. *nu.* 3. Dec. *in cap. ad aures num.* 10. *de rescrip.* Satnen. *d. quest.* 11. *post num.* 8. & dixit
Rota in dicta Racanaten. Nec Cœmiterium, cùm etiam
12 Ecclesia † non parochialis, nec curata possit illud habe-
re ex consuetudine, vel concessione Episcopi. Io. Andr.
*in c. nonnulli. col. final. vers. sed per talium receptionem,* & ibi
Burt. *num.* 10. *de sepult.* Feder. de Sen. *cons.* 135. *nu.* 2. Sar-
nen, *vbi supra nu.* 8. Rota in dicta Racanaten. Non ob-
13 stat, quòd testes conentur deponere de fama, † quia
cùm non simus in antiquis, non probat, *l.* 3. *§. eiusdem. ff. de test.* Bald. *in l. milites. sub num.* 1. *vers. ratio est. C. de quest.*
Dec. *in c.* 1. *n.* 36. *de appell.* & ita etiam respondetur enun-
14 ciatiuis, † quæ non probant in facto recenti, Innoc. &
alij *in cap. cum in iure. de off. deleg.* glos. *in l. cùm aliquis. in verb. ex hoc.* vbi Bart. *nu.* 2. *C. de iur. delib.* & fuit sæpissimè
resolutum. Quòd Ecclesia fuerit per concursum proui-
sa, nõ probatur, quia fides, quæ dantur, non dicunt, quòd
prouisiones sint effectum sortitæ, sint factæ in hac ea-
demmet vacatione, & dederint occasionem liti, quæ ho-
die agitur, & vocant Ecclesiam Sancti Cypriani vnitam
15 Ecclesiæ Sancti Pauli. Et probatio non releuaret, quia †
Ordinarij possunt prouidere de beneficiis non curatis
per concursum, & laudabiliter, sicut videmus fieri in
Curia coram Illustrissimo Vrbis Vicario.

### *ANNOTATIO.*

a Et de hoc dicam *infra ad decis.* 405. factam in eadem causa.

b De quo *supra ad decis.* 370.

c De requisitis ad Parochialitatem plenissimè habetur penes Gonzal. *super regul.* 8. *glos.* 6. *num.* 34. *& seq.* & etiam penes Rot. *diuers. decis.* 52. *par.* 2.

d Et quòd sit necessaria ista vicissitudinaria obligatio inter exercentem curam animarum, & Parochianos, Rota *decis.* 233. *sub num.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 247. *sub num.* 3. *part.* 2. *in recent.* Gonzal. *d. glos.* 6. *num.* 36. & fuit etiam dictum in Calaguritana decimarum 11. Decembris 1615. coram R.P.D. Pamphilio.

e Roman. *cons.* 356. *num* 2. *&* 3. Rota *d. decis.* 52. *nu.* 14. Gonzal. *d. glos.* 6. *num.* 37. & fuit dictum in Ciuitaten. Decimarum 16. Iunij 1597. coram Gypsio, vbi fuit dictum non sufficere habere vsum sepeliendi, & baptizandi, nisi data ista distinctione limitum.

f Rota *d. decis.* 52. *nu.* 37. *& in recent. d. decis.* 247. *sub num.* 3. *part.* 2. Gonzal. *d. glos.* 6. *nu.* 92.

g Seraph. *decis.* 1026. *nu.* 5. Rota *d. decis.* 52. *nu.* 28.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi de Iacobatiis.

*Veneris 5. Decembris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Excessus in materia census an attendatur ratione valoris rei quoad proprietatem, an verò ratione fructuum. Hypotheca an, & quando causet caducitatem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Census vt dignoscatur an excedat medietatem rei censuata est attendendus non reditus, sed proprietas, de quo tamen dubitatur, sub num.* 5.

2 *Ex hypotheca non incurritur pœna adiecta alienationi nisi fuerit deuentum ad traditionem.*

*Traditio actualis requiritur, vt incurratur caducitas, latè num.* 9.

3 *Hypotheca conditionaliter constituta non causat caducitatem, antequam purificetur conditio, qua probari debet ab eo, qui prætendit caducitatem.*

4 *A caducitate qualibet causa etiam minus iusta excusat.*

6 *Census pro sui validitate requirit, quòd fructus rei censuata superent, vel adæquent Censum.*

*Census est validè constitutus, si fructus sint sufficientes, licet valor rei non correspondeat, & nu.* 10.

7 *Census quando imponitur, non emitur res, sed ius exigendi certam quantitatem fructuum ex illa.*

8 *Census non perit, licèt pereat pars fundi, super qua est impositus, dummodò sufficiant fructus partis remanentis.*

### DECISIO CCCLXXXVIII.

FVit conclusum non intrare contrauentionem, cùm
enim fuerit resolutum census potuisse imponi, &
censeri impositos super medietate domus, quæ erat pro-
pria, & libera Martij, & Tarquinij, dummodò non exce-
derent dictam medietatem, quod fuit reseruatum par-
ticulariter videndum, & hodie ageretur an probetur ta-
lis excessus, visum fuit Dominis non probari, & quia
excessus potest dupliciter considerari, vel quia fructus
censuum excedant fructus, qui ex medietate domus per-
cipiuntur, vel quia pretia censuum valorem medietatis
ipsius domus quoad proprietatem, & dominium, cen-
suerunt † Domini excessum in proposito considerari 1
debere hoc secundo modo, qui sine dubio non adest,
vel saltem non probatur, Domini enim de Iacobatiis
non prætendunt, vel non probant sortem principalem
censuum excedere medietatem proprietatis domus, ita
vt adsit contrauentio, per quam sit incursa caducitas.
Addebant aliqui ex Dominis non probari etiam exces-
sum respectu fructuum, quia census Clauarij impositus
ex maxima parte pro extinguendo ære alieno hæredita-
rio debet imputari in medietate domus fideicommissa-
ria, non autem in libera, licèt enim dicatur etiam ex par-
te impositus pro reparatione totius domus, Dominis de
Iacobatiis incumbit onus probandi, quanta sit illa pars,
quæ fuit in reparatione erogata. Videbatur etiam ali-
quibus non esse imputandum censum Marci Antonij
Moretti, qui non fuit impositus super domo, de qua
agitur, quamuis autem fuerit in specie hypothecata in
euentum non solutionis fructuum, attamen hæc hypo-
theca fuit nulla, & non apparet, quòd fuerit † deuen- 2
tum ad traditionem, quæ requiritur, [a] vt incurratur pœ- a
na ex hypotheca, Bald. *in ca.* 1. *§. aut libellatio. num.* 4. *vers. sequitur in textu, quib. mod. feud. amitt.* latè Negus. *de pign. in* 3. *memb.* 2. *par. num.* 78. *& seq.* Corbul. *de caus. priuat. ob alien. limit.* 33. faciunt tradita per Lambert. *de contr. mul. in fin. nu.* 159. *vers. & posset als.* & per Petr. à Petr. *de fideicom. q.* 8. *num.* 54. *vers. possent autem.* Accedit, quòd dicta
hypotheca fuit conditionaliter adiecta in euentum non
solutionis fructuum, vnde dato, quòd de sui natura cau-
saret caducitatem, hoc tamen præstari † non posset, an- 3
tequam existat conditio, ex cumulatis à Tiraquel. *de retr. lignag.* *§.* 1. *glos.* 2. *num.* 23. & à Corbul. *de priuat. ob alien. limit.* 36. *num.* 3. *&* 4. cuius conditionis purificationem,
cùm non probent Domini Iacobatij, non possunt ex hoc
censu prætendere cõtrauentionem. Ex quibus fuit con-
clusum non apparere de aliqua contrauentione saltem
ad effectum incurrendi caducitatem, † pro qua excusan- 4
da quælibet etiam minus iusta causa credendi sufficere
solet, *l. igitur, §. potest, ff. de liber. caus.* Ang. *in l. plagij. C. ad leg. Flau. de plag.* Corbul. *de priuat. ob non solut. can. limit.* 17. *num.* 2. Circà illud autem, quod dictum est, esse at-
tendendum † excessum respectu valoris rei, non fru- 5
ctuum, [b] si opus esset, ego iterum partes libenter audi- b
rem, tùm quia materia est exemplaris, tùm quia, vt cre-
do, non caret dubitatione, quia pro validitate census, re-
quiritur, † quòd prædij reditus superet, aut æquet cen- 6
sum, vt per Nauar. *de vsur. post nu.* 79. † & quia non emi- 7
tur res, sed ius exigendi quantitatem fructuum ex illa,
vt dixit Rota in Romana Census 30. Octobris 1602.
corã Illustrissimo Cardinali Millino, in qua fuit dictum

non

8 non esse curandum, † si pars fondi, super qua fuit impositus census, perierit, modò fructus illius partis, quæ remansit, sufficiant pro solutione census.

*ANNOTATIO.*

9 a Requiritur, quòd † fuerit deuentum ad actualem traditionem, ad effectum, quod ob alienationem, seu hypothecam incurratur caducitas, vt præter hic allegata Clar. §. *emphyteusis, quæst. 13. num. 3.* Menoch. *cons. 28. nu. 3. & sequ.* & dixit Rota in Ferrariens. bonorum de Schianchis 15. Nouemb. 1619. coram R.P.D. Pāphilio, adeò quod nec etiam sufficeret clausula (*constituti*) quæ aliàs solet operari effectum traditionis, cùm ad istum effectum pœnæ requiratur actualis traditio, prout stante clausula (*constituti*) latè resoluit Rota in Vrbeuetana hæreditatis 24. Nouemb. 1614. coram R. P. D. Manzanedo, vbi dicit hanc opinionem esse æquiorem, & à grauissimis Doctoribus approbatam, & ibi Rota recedit ab alia decisione in eadem causa, in qua contrarium fuerat resolutum, & in dicta causa Vrbeuetana agebatur de trāslatione possessionis mediante reseruatione vsusfructus, *iuxta text. in l. quisquis. C. de donat.* & hanc etiam opinionem in terminis clausulæ (*constituti*) tenuit Rota coram Sanctissimo *infra in decis.* 520. vbi latè firmatur, & plures cumulantur, & eam etiam pluribus exornat Guidop. *decis.* 101. *à principio, vsque ad nu. 6.* & Frezia *de feud. lib. 2. in verbo (propria auctoritate)* & hæc opinio eò magis transit sine difficultate, quando in alienatione est reseruatum ius domini directi cum clausula (*non aliàs*) quæ clausula, licèt non præseruet à caducitate, quando fuit deuentum ad actualem traditionem, tamen benè præseruat quando traditio est facta per claus. (*constituti*) aut alium similem modum fictum, ita dixit Rota in Imolens. bonorum 18. Iunij 1618. coram R.P.D. Coccino Decano, sequendo Cordub. *de caus. priuat. ob alienat. num. 2.*

10 b Pro validitate † census non esse habendam rationem valoris, & æstimationis ipsius rei, super qua census imponitur, sed solùm fructuum, quos res censuata reddit, vel reddere potest, latè tradit Cinc. *de censibus part. 1. c. 3. qu. 2. art. 1. sub nu. 8. & 9.* hanc sententiam amplectitur, & dicit veriorem Ioan. Azor *Instit. mor. par. 3. lib. 10. cap. 6. quæst. 8.* Io. Franc. Leon. *in suo thesaur. for. Eccles. par. 2. cap. 1. de censib. num. 59.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi de Iacobatiis.

*Mercurij 10. Septembris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Recognitio scripturæ qualiter sit facienda.

*SVMMARIVM.*

1 *Testis deponens de recognitione, si subdat*, reseruato tamen omni errore, *non videtur benè certus de veritate suæ attestationis.*

2 *Recognitio debet fieri per duos testes, & quando non viderunt scribere, sed habent notam manum, requiruntur etiam adminicula, & nu. 6.*

3 *Antiquum in materia testium dicitur, quando excedit 50. aut 60. annos, & latè num. 7.*

*In materia verò instrumentorum quando dicatur antiquum, & num. 7.*

4 *Archiuium Vrbis vt tribuat robur scripturæ, inter alia requisita est necessaria recognitio ex Statuto Vrbis.*

5 *Recognitio facta per vnicum testem in materia recenti non sumit robur ex adminiculis, nam vt ex adminiculis robur sumat, est necessaria recognitio per duos testes.*

## DECISIO CCCLXXXIX.

DOmini concorditer tenuerunt transsumpto non
esse fidem adhibendam, quia manus Hieronymi,
qui dicitur Notarius rogatus de testamento, non est suf-
ficienter recognita ex vnico teste, cuius etiam depositio
aliquibus Dominis non omninò satisfaciebat, † cùm 1
in fine dicat, se deposuisse, *reseruato omni errore*, ita vt
non videatur benè certus de veritate suæ attestationis.
Duo enim testes ad minus † exiguntur tàm ex forma 2
Statuti, quàm ex dispositione iuris communis, & quan-
do non viderunt scribere, sed habent notam manum,
Rota requirit etiam adminicula, [a] vt fuit dictum in vna a
Toletana matrimonij 23. Februarij 1572. coram Robu-
sterio, & in Romana hæreditatis de Mazzocchis 9. Mar-
tij 1580. coram Lauretano, & in Mediolanens. de Cusa-
nis 4. Februarij 1600. coram R. P. D. meo Iusto. Nec
potest dici, quod simus in antiquis, quia testamentum
fuit factum de anno 1550. ita vt etiam non deducto
tempore litis intercedat tantùm tempus 58. annorum,
cùm tamen ad effectum, † vt dicamur versari in anti- 3
quis in materia testium, requirantur 60. aut 70. anni, [b] b
Put. *decis.* 518. *lib.* 2. Caputaquen. qui de recognitione
scripturæ loquitur, *decis. 5. par. 3.* Nec facit, quòd scriptu-
ra sit in Archiuio reperta, † quia inter alia requisita, vt 4
possit sumere robur ab arbitrio de iure, de quibus per
Caputaquen. *in decis. 41. par. 1.* & ex forma Statutorum
Vrbis relata *in cap. 35. & seq. lib. 1.* Statutum expressè or-
dinat, quòd fiat recognitio [c] manus, & literæ eius, qui c
de instrumento rogatus dicitur per testes idoneos, aut
per comparationem literarum. Non obstant adminicula,
quia vltra quòd Dominis visa sunt pauca, aut non mul-
tùm vrgentia, & attendi solent in materia † recenti, 5
quando recognitio facta est per duos testes, non quan-
do per vnum tantùm vt supra dictum est, & seruauit
Rota in Spoletana dotis coram R.P. D. meo Iusto plu-
ries disputata, in qua noluit adhibere fidem ex recogni-
tione vnius testis, qui benè recognoscebat in forma cō-
currente recognitione alterius per similitudinem cum
quibusdam adminiculis, nisi quando fuit producta ac-
ceptatio scripturæ obligationis, ea etiam, quæ pro ad-
miniculis allegantur, respiciunt obseruantiam scri-
pturæ, quam Domini reseruarunt particulariter vi-
dendam.

*ANNOTATIO.*

a Recognitio † per testes, qui non viderunt scribere, sed 6
habent notam manum, non admittitur à Rota, nisi quan-
do vlterius concurrunt adminicula, Rota *decis. 124. nu. 3.
& 4. par. 2. diuers.* & latè *decis. 303. par. 1. in recent.* & fuit di-
ctum in Vlixbonēs. matrimonij 21. Iunij 1613. coram Car-
dinali Sacrato, vbi aliæ decisiones cumulantur, & fuit di-
ctum in Bononiens. bonorū de Grisonibus 24. Maij 1618.
coram R.P. D. Buratto, & tradit Rota Bononiens. inter
decis. nouiter impressas *decis. 80. nu. 44.*

b Antiquum † vt dicatur in materia instrumentorum re- 7
quiruntur centum anni, prout infinitos cumulando tenuit
Rota in illa Farfens. territorij 19. Martij 1607. coram bo.
mem. Penia, & *in decis. 167. sub num. 43. par. 1. in recent.* Sera-
phin. *decis. 394. num. 1.* Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 262.
& seq.* Menoch. *de arbitr. casu 3. nu. 6.* in materia verò te-
stium antiquum dicitur, quod excedit 60. annos, Rota
*decis. 155. nu. 13. par. 2. diuers. & decis. 694. sub num. 2. par. 2. in
recent.* Garz. qui plures cumulat *d. cap. 2. num. 264. & 265.*
Gabr. *cons. 149. nu. 51. lib. 2.* Farinac. *1. par. quæst. 47. nu. 102. &
122. & de testib. quæst. 69. num. 145.* & tàm in testibus, quàm
in instrumentis tempus litis detrahendum est ad effe-
ctum dinumerandi temporis antiquitatem, Seraph. *decis.
76. num. 2.* Rota *decis. 185. in princ. & decis. 188. num. 1. part. 1.
diu.* cum aliis cumulata per Garz. *d. cap. 2. num. 267.* quod
est verum, quando agitur de instrumento, super quo con-
sistit principale fundamentum totius causæ, secus verò
est si ageretur de instrumento, in quo non consistit prin-

cipale

cipale fondamentum totius causæ, secus verò est si ageretur de instrumento, in quo non consistit principale fundamentum litis, sed incidenter in progressu causæ producitur, prout ita declarauit Rota in Tudertina Castri Sancti Angeli coram Cardinali Lancellotto seniori, cum qua declaratione patet responsio ad decis. Seraphini 928. *num.* 1. & ad decis. Put. 349. *num.* 1. *lib.* 2. in quibus dicitur non esse detrahendum tempus motæ litis, verùm non obstante præfinitione certi temporis, de qua supra pro arguenda antiquitate extat etiam alia communis, & recepta opinio, quod hoc totum sit positum in iudicantis arbitrio, Menoch. post alios *de arbitr. d. cas.* 3. *num.* 2. Surd. *consil.* 245. *nu.* 25. & hanc opinionem Rotæ placuisse fuit dictum in Bononiens. fideicommissi de Rubeis 12. Februarij 1618. coram R.P.D. Vbaldo.

c Et hanc decisionem sequuta fuit Rota in Romana fideicommissi de Veccis 27. Ianuarij 1620. coram R. P. D. Pirouano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmens. Status.

*Veneris 5. Decembris 1608.*

## ARGVMENTVM.

### Testes quando dicantur singulares singularitate obstatiua, vel diuersificatiua, & an diuersificatiua vitiet eorum depositiones.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium pluries contrahi, & iterari potest, & vide num 7.*

2 *Testes non possunt redargui de singularitate obstatiua, quando deponunt de actu iterabili.*

3 *Singularitas diuersificatiua latè sumpto vocabulo dici potest obstatiua, & num. 11.*

4 *Singularitas diuersificatiua vitiat probationes, quia eas diuidit, & quoad hunc effectum non differt à singularitate obstatiua.*

5 *Singularitas obstatiua contingit non solùm per directam contradictionem, & reductionem ad impossibile, sed etiam per reductionem ad inuerisimile.*

6 *Verisimilitudo petitur à communiter accidentibus.*

7 *Matrimonia à communiter accidentibus non multiplicantur.*

8 *Testis deponens dubitatiuè de tempore non dicitur discordare ab aliis deponentibus de certo tempore.*

9 *Testes præsumuntur contestes, nisi probentur singulares.*

10 *Testes vt reducantur ad concordiam, præsumitur pluralitas actuum.*

## DECISIO CCCXC.

Placuit Rotæ audire Dominos de Rangonibus strictè super prima parte decisionis vltimo loco factæ in eo, quod dicebatur indagationem temporis in depositione Don Baptistæ tendere ad reddendum eum singularem singularitate obstatiua, vel sibi contrarium, contra quod Domini de Rangonibus se neutrum in-
1 tendere obiiciebant, quia dicebant agi de probatione matrimonij, † quod pluries contrahi, & iterari potest,
2 Specul. *de test.* §. *iam de interrogatoriis, num.* 16. & ob id non solùm non reddere contrarietatem in teste, † sed nec etiam posse redargui de singularitate obstatiua, quæ contingit in actu non iterabili, neque iterato, sed potius singularitate diuersificatiua, quæ est de actu multiplicabili, vt per Aym. *de antiq. temp. par.* 4. §. *sed enim*
3 *num.* 2. & 3. Quo non obstante Domini in eadem sententia permanserunt, omissio enim, quòd † singularitas in actu iterabili, & quam diuersificatiuam vocant Aym. & alij adducti, latè saltem sumpto vocabulo obstatiua dici potest, vt per Socin. iun. *consil.* 82. *num.* 28. *libr.* 4. Franc. Curt. *in l. admonendi. sub num.* 268. *ff. de iur. iuran.* quod comprobat Soc. iun. ex doctr. Bald. *in rubr. de contract. inuestit. vers. est ergo duplex*, vbi dicit duplicem esse singularitatem, obstatiuam, quæ infringit testimonium, & adminiculatiuam, quæ testimonium coadiuuat, quam distinctionem sequuntur Felin. *in cap. licèt ex quadam. colum.* 5. *vers. est enim duplex. de testi.* Crot. *cons.* 57. *num.* 2. Franc. Curt. *in d. l. admonendi. numer.* 268. Nihilominus ad effectum, qui fuit à Rota consideratus conquassandi probationes, non multùm
refert, † an versemur in obstatiua propria, vel in diuer- 4
sificatiua, ª quia Bald. *in decis. alleg. consil.* 25. *lib.* 3. de hac a
diuersificatiua loquens dicit, quòd lacerat probationes, quia eas diuidit, quem sequitur Aym. *consil.* 41. *num.* 7. Roland *cons.* 95. *num.* 20. & 21. *lib.* 4. Gabr. *consil.* 40. *num.* 17. *in fine lib.* 2. Rim. iun. *consil.* 644. *num.* 67. & *seq.* Surd. *cons.* 307. *num.* 21. & dicit Bald. *in c. licèt causam. sub nu.* 11. *de probat.* quòd talis singularitas omninò vitiat probationes, quod etiam tradit Felyn. *in cap. licèt ex quadam. col.* 4. *vers. & hoc etiam eleganter. de testib.* Corn. *cons.* 247. *num.* 11. *lib.* 1. Surd. *vbi supra*. Et non solùm lacerat, & vitiat, quia scindit, & diuidit probationes, sed quia per eam dictum vnius testis debilitat, elidit, & detrahit de fide alterius, Bald. & Felyn. *in locis proximè allegatis.* Dec. *in d. c. licèt causam. num.* 64. *de prob.* Caccialup. *in dicta l. admonendi. sub num.* 109. Franc. Curt. *sub num.* 267. Aym. *de antiq. temp.* 4. *par. vers. sed enim sub num.* 7. & *cons.* 267. *num.* 4. Socin. iun. *cons.* 99. *num.* 2. *lib.* 2. Cæ-
phal. *cons.* 448. *nu.* 8. Vlteriùs dicebant Domini veram † 5
obstatiuam contingere non solùm per directam contradictionem, & reductionem ad impossibile, sed etiam per reductionem ad inuerisimile, Bald. *in l. scriptura nu.* 9. *C. de fid. instr.* Grammat. *cons. ciui.* 66. *num.* 18. *ante finem*, & est de mente Imol. *in c. cùm in. num.* 4. *ante finem, vers. fallit, vbi reduci possunt*, vbi etiam Felyn. *sub num.* 11. *vers.*
*item procedit. de testib.* † Et cùm verisimilitudo petatur 6
à communiter accidentibus, vt dicit Bald. *in d. l. scriptu-*
*ra. num.* 7. Grammat. *d. cons. num.* 39. & *sequen.* † à com- 7
muniter accidentibus matrimonia non multiplicantur vltra alias inuerisimilitudines consideratas ab informantibus. Non obstat, quòd Specul. loquatur de matrimonio, & velit præsumi multiplicationem, quia agitur, vt ipse dicit, ad concordandum testes, quæ concordantia aliquando fit per multiplicationem, & reiterationem, *iuxta not. in d. cap. cùm in. de testib.* in casu autem nostro agitur de discordando probationes per pluralitatem, rursus loquitur Specul. ad effectum euitandi periurium. Præterea Specul. & alij adducti loquuntur in testibus deponentibus de certo, & præciso tempore diuerso, quod non contingit in dicto Don Baptistæ, qui deponit, *de tempore non benè memor*, dubitatiuè, & cum di-
ctionibus *(in circa)* & *( parùm plus, vel minus)* † quo ca- 8
su testis non dicitur discordare, sed potius concordare cum aliis probationibus certum tempus continentibus, Alex. *consil.* 156. *num.* 11. & *seq. libr.* 5. Ruyn. *cons.* 36. *nu.* 5. *lib.* 4. Crot. *de testib. par.* 7. *num.* 135. Aym. *vbi supra nu.* 19. & *cons.* 78. *sub nu.* 9. *vers. amplius.* Bero. *cons.* 201. *num.* 4. *lib.* 3. Surd. *cons.* 12. *num.* 43. *ad fin. cum nonnullis seqq.* faciunt tradita per Alex. *cons.* 185. *nu.* 3. *in fin. lib.* 7. Non subsistit, quòd sufficiat possibilitas iterationis, &
quòd testes possint esse singulares, † quia imò præsu- 9
muntur contestes de eodem actu, si non probentur singulares, Innoc. *in c. qualiter, & quando. col.* 2. *de excusat.* Ias. post Bald. *in l.* 2. *num.* 4. *C. de bon. possess. secun. tab.* Alex. *cons.* 47. *sub nu.* 6. *vers. non omitto lib.* 2. Aret. *cons.* 36. *sub num.* 4. Barbat. *cons.* 25. *num.* 6. *lib.* 2. Ruyn. *consil.* 105. *nu.* 5. *lib.* 4 Socin. *cons.* 143. *nu.* 9. *in fin. lib.* 1. Dec. *cons.* 650. *num.* 8. Rim. sen. *cons.* 310. *num.* 8. Aym. *cons.* 78. *nu.* 9. *in fin.* Gram. *consil. ciuil.* 79. *num.* 10. Cæs. de Grass. *decis.*

vnica

*vnica de deposito.num.5.* fuit dictum in vna Lucana pensionis 4. Iunij 1574. coram bo. me. Card Lancellotto, & in Romana legati de la Porta 3. Decembris 1601. coram
10 R.P.D meo Coccino. Et facit, † quia si ad concordan-
b dum probationes præsumitur pluralitas actuum, [b] vt dictum est, & tenuit Rota in vna Burgens. decimarum de Scalante 30. Ianuarij 1589. corā Bubalo contra regulam traditam *in cap. cum Ioannes. de fid. instrum.* multò magis pro concordia probationum debet excludi pluralitas, & præsumi vnitas: ex quibus, & aliis adductis per informantes Domini perstiterunt in resolutis.

### *ANNOTATIO.*

11 a Singularitas † diuersificatiua tollit testiom probationem, & tantùm dicuntur probare mille testes singulares singularitate diuersificatiua, quantum vnus, Farinac. *de testibus quæst 64. num. 42. & num. 55.* qui plures cumulat, plenè Gabr. *cons 40. nu. 19. & sequ. lib. 2.* vbi in fortioribus terminis loquitur de singularitate adminiculatiua, & dicit, quòd testes huiusmodi singulares non plus probant mille, quàm vnus.

b Cum aliis pluribus cumulatis per Farinac. *de testibus qu. 65. num. 38.* & per Menoch. *de præsumpt, libr. 6. præsumpt. 15. num. 15.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Perusina Donationis.

*Veneris 12. Decembris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Plura in materia insinuationis, & etiam quando sit necessarius consensus patris in contractu filij.

### *SVMMARIVM.*

1 *Minor donare potest cum iuramento, & donatio tenet, & latè num. 9.*

2 *Patris consensus requisitus in alienatione bonorum filij non est necessarius nisi in iis bonis, in quibus pater habet vsumfructum.*

3 *Hoc procedit non obstante Statuto requirente consensum patris in quocumque instrumento filij, quia dictum Statutum est intelligendum in casu, in quo patri esset debitus vsusfructus.*

4 *Statutum requirens certas solemnitates, non comprehendit contractus iuratos.*

5 *Insinuatio non est necessaria stante illius renunciatione, & iuramento, & num. 10.*

6 *Iuramentum vnicum non potest supplere plures defectus, sed tot requiruntur iuramenta, quot sunt defectus, quos supplere debet.*

7 *Limitatur non procedere, quando forma iuramenti est ampla, & pregnans, tunc enim supplet plures defectus, & num. 11.*

8 *Insinuationem supplet præsentia Iudicis.*

### DECISIO CCCXCI.

CVm præsupposito, quòd bona donata à Iacobo Gentili eius matri ad eum legitimè peruenerint, de quo, si opus erit, particulariter videbitur, Domini resoluerunt donationem ab eo factam d. eius matri fuis-
1 se validam, † tenet enim donatio [a] à minore facta pro-
a pter iuramentum, *Authent. Sacram. pub. Cod. si aduersus vend.* Alexan. *consil. 125. num. 3. libr. 1.* Dec. *cons. 232. post num. 2. vers. quæritur, & consil. 180. num. 4.* Soc. de communi *consil. 279. post num. 1. libr. 2.* cum multis cumulatis per Gabriel. *de minor. conclus. 5. num. 5.* & per Honded. *consil. 42. num. 16. & sequ. lib. 1.* qui consuluit in donatione facta à minore matri. Neque obstat, quòd pa-
ter non consenserit donationi, † quia consensus requi- 2
ritur in his tantùm, in quibus habet vsumfructum, *Authen. vt liceat matri, & auiæ. in princ.* Roman. *cons. 512. nu. 3.* Paris. *cons. 157. nu. 32. lib. 4.* Aym. *cons. 84. nu. 9.* Clar. de communi *in §. donatio quæst. 6. vers. an quæris*, quem in hoc casu (quatenus pater habuisset) propter alienationes factas contra testamentum, & donationem restauri amisisset; Hinc etiam patet responsio ad Statutum Perusinum requirens consensum patris in quibuscumque instrumentis, & scripturis filiifamilias, quia quando comprehenderet contractum donationis, quod negabant
aliqui ex Dominis, † esset intelligendum in casu, in 3
quo patri esset debitus vsusfructus, vt respiciat interpretationem à iure communi, Bartol. & alij omnes *in l. omnes popul. in 6. quæst. princip. ff. de iust. & iur.* Goza-
din. *consil. 12. num. 39.* † Vltra quòd non comprehendit 4
contractus iuratos, Alexan. *cons. 27. nu. 8. lib. 1.* Gabriel. *cons. 127. num. 14. lib. 1.* Honded. *d. consil. 42. num. 22. libr.*
*1.* † Non obstat defectus insinuationis stante illius re- 5
nunciatione, & iuramento, [b] Dec. *cons. 239. num. 3.* Cur. b
iun. de communi *cons. 34. nu. 1.* Guidopapa *decis. 350. nu. 4.* Decian. *consil. 39. num. 78. lib. 2.* Gabriel. *conclus. 1. numer. 66. & 69. de donat.* & fuit dictum in Beneuentan. donationis 21. Octobris 1581. coram Gypsio, & in Rauennaten. donationis 29. Aprilis 1596. coram bo. me.
Cardinali Seraphino. Nec obstat, quòd iuramentum † 6
vnicum tot defectus supplere non valeat, quia plura leguntur iuramenta in instrumēto donationis. Et quan-
do forma iuramenti † non est restricta, sed ampla, & 7
prægnans apta comprehendere omnes defectus cum præcedenti promissione habendi rata omnia, & singula in instrumento contenta iurando omnia, & singula attendere, & non contrafacere sub pœna periurij, prout in casu isto cessat difficultas iuramentum supplere omnes defectus ex cumulatis in dicta Rauennaten. dona-
tionis, in omnem † euentum præsentia iudicis, qui illi 8
interfuit habet vim insinuationis, Corn. *cons. 36. num. 1. circa med. lib. 3.*

### *ANNOTATIO.*

a Donatio facta † à minore cum iuramento tenet, *iuxta* 9
*Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit.* quam locum habere, etiam in donationibus factis à minore dicit Gab. *de min. conclus. 5. num. 5.* & Hieronym. Gabr. *in cons. 127. numer. 8. lib. 1.* Surd. *cons. 46. num. 12. & cons. 114. nu. 13. & 14.* Rota *decis. 49. sub num. 1. inter impress. penès Picum ad Statut. Vrbis.* Et quando donatio est super certa quantitate, ita vt minor certus sit quid, & quantum donat, tunc non adest aliquod remedium veniendi contra dictam donationem, vt dicit Gabr. *d. cons. 127. sub n. 28. & 29. lib. 1.* Mandel. *cons. 11. sub num. 7.* Surd. *cons. 46. sub num. 16. vers. & quomus.* Rota *decis. 102. sub num. 9. & 10. par. 2. diuers.* si enim in tali casu maior non posset reuocare donationem, ita nec etiam minor, qui per iuramentum repræsentatur maior, vt in his terminis arguit Mant. *de tacit. lib. 16. tit. 4. in fine.*

b Iuramentum † regulariter supplet defectum insinuatio- 10
nis iuxta opinionem, quam pluries tenuit Rota, vt penès Caputaquen. *decis. 186. par. 1.* vbi de communi, Seraphin. *decis 472. nu. 14. & decis. 746. nu. 5. & decis. 1184. num. 14.* vbi dicitur, quòd ita sæpè per Rotam fuit decisum, & *in recent. par. 1. decis. 588. num. 2. vers. tertiò instrumentum, & decis. 665. nu. 6.* & fuit dictum in Viterbiens. Terræ Vetrallæ 10. Iunij 1613. coram R. P. D. Pirouano, quod indubitanter procedit, quando in specie fuit insinuationi renunciatum cum iuramento prout plures cumulando dixit Rota *in d. decis. 665. nu. 7. par. 1. in recent.*

Prædicta non haberent locum, quando adesset in loco Statutum, quòd vltra iuramentum requireret etiam insinuationem, nam eo casu copulatiuè requiritur, & iuramentum, & insinuatio, Rota *decis. 671. nu. 2. par. 1. in recent.* vbi aliæ decisiones referuntur, & *in decis. 385. nu. 9. par. 2. in recent.* Marescott. *variar. lib. 2. cap. 17. nu. 13. & 14.*

c Iura

11 c Iuramentum † qoando non est restrictum, sed amplum, & prægnans, supplere posse plures defectus plures cumulando tradit Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 83. *n.* 48. & plenè etiam Marescot. *variar. lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 15. Seraphin. *decis.* 1184. si vero iurameneum sit simpliciter præstitom, non supplet plures defectui, Surd. post alios, *decis.* 154. *num.* 12. *&* 14.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. matrimonij de Alcalà.

*Lunæ* 15. *Decembris* 1608.

### ARGVMENTVM.

Metus nunquam censetur purgatus durante eadem causa metus, non obstante, quòd actus gesti præ se ferant liberam voluntatem, & non obstante quocumque temporis interuallo.

### SVMMARIVM.

1 *Metus semel illatus durare præsumitur.*
2 *Quod de plano procedit vigente eadem causa metus, & num.* 8.
3 *Meticulosi censentur omnes actus facti durante eadem causa metus, etiam si præ se ferant liberam voluntatem, & lætum, iucundúmque animum.*
4 *Ampliatur procedere non obstante quocumque temporis interuallo.*
5 *Metus causa dicitur durare, donec viuit ille, qui metum intulit.*
6 *Metus purgatio requirit, vt ille, qui metum passus fuit, sit in plena libertate constitutus.*
7 *Metus purgatio cessat stantibus præcedentibus protestationibus metum passi, maximè vigente eadem causa metus.*

### DECISIO CCCXCII.

Actum fuit de purgatione metus per D. Marchionissam passi in contrahendo matrimonio cum Don Philippo, quæ discussio triplicem habuit inspectionem, prout tria respiciebat tempora; tempus videlicet, quo hac vita functus fuit D. Petrus Lopez Portocarero Marchio pater Marchionissæ, tempus, quo Marchioni superuixit Card. de Castro Archiepiscop. Hispalen. & demum tempus post obitum vtriusque, Domini pro nunc determinantes primum tempus tantùm sine contradictione, & difficultate resoluerunt per actus factos viuente Marchione patre non fuisse purgatum me-
1 tum, moti ex regula, † quòd metus semel illatus durare præsumitur, Bartol. *in l.* 2. *num.* 10. *C. de his, quæ vi, metúsve caus. fi.* Aret. *cons.* 14. *num.* 18. Ias. *cons.* 165. *colum. penult. vers. benè facit, quod notabiliter, lib.* 2. Rebuff. *cons.* 68. *num.* 24. decis. Pedemon. quæ alios allegat, & rationem adducit 179. *sub num.* 11. *vers. hic infert*, qua regula ad excludendum purgationem metus vsa fuit Rota in Neapolitana Professionis 26. Iunij 1598. coram Orano. Et
2 de plano † procedit vigente causa, & ratione metus,
a [a] *cap. cùm locum, de spons. cap. accedens. de procuratoribus.* Bart. *in l. penult. num.* 7. vbi etiam Ias. *sub n.* 3. *vers. tertiò limita, ff. de condit. ob turp. caus.* Bald. *in l.* 1. *sub num.* 10. *vers. secundo casu, C. quod metus caus.* Angel. *in l qui aliena, §. Celsus, ff. de acquiren. hæredit.* Barbat. *cons.* 54. *num.* 6. *&* 13. *lib.* 1. Alex. *cons.* 98. *sub num.* 7. *lib.* 3. latè Dec. *cons.* 219. *num.* 4. *circ. med. versic. sed hit, & similibus.* Purpurat. *cons.* 579. *num.* 14 *&* 15. Corn. *cons.* 41. *num.* 15. *in fine, lib.* 2. Paris. *cons.* 139. *in fine lib.* 4. Grat. *cons.* 38. *num.* 17. *lib.* 2. Alba. *cons.* 77. *num* 14. dixit Rota in Toletana matrimonij coram Illustrissimo Cardinali Seraphino 23. Ianuarij 17. Martij, & 27. Octobris anoi 1589. & priùs in Nicien. matrimonij 27. Ianuarij 1586. coram Gypsio.
Quamdiu enim durat causa metus, † quicumque actus 3
fiat, etiam si præ se ferat liberam voluntatem, & lætum, iucundúmque animum, nedum metum non purgant, Abb. antiq. *in cap. super hoc, versic. filia cuiusdam ciuis, de renunciatione*, vbi etiam Io. Andr. Imol. & Abb. Alex. *cons.* 99. *sub num.* 8. *lib.* 3. Barbat. *d. cons.* 54. *num.* 5. Paris. *cons.* 53. *num.* 7. *lib.* 4. Grat. *d. cons.* 38. *sub. num.* 17. cum aliis, quos refert, & sequitor Menoch. *præsumpt.* 4. *num.* 23. *lib.* 3. plures etiam cumulat Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 4. *disput.* 18. *num.* 7. & fuit dictum in illa Toletana 17. Martij 1589. Sed potiùs eum magis confirmant, vt dixit Rota in præallegata Neapolitana professionis coram Orano. Quod verum est, † quodcumque 4
temporis interuallum intercedat, Bald. *in l.* 2. *sub num.* 10. *C. de his, quæ vi, metúsve caus. fi.* Aret. *in l. interpositas, n.* 4. *C. de transact.* Dec. *in l. in omnibus causis, sub num.* 12. *vers. sed eadem causa. ff. de reg. iur. & d. cons.* 219. *sub num.* 4. *versic. primò ex eo*, cum aliis per Thom. Sanchez *vbi supra*.
Durauit autem † proculdubio causa metus, quamdiu 5
vixit Marchio metus illator, glos. *in cap.* 1. *in glos. final. circa med.* vbi Hostien. *in verbo* (*non temerè motus*) Abb. *num.* 12. Imol. *n.* 14. *de his, quæ vi, metúsve caus. fi.* Prob. ad Monach. *in cap. vnic. num.* 8. *ad finem, eodem tit. in* 6. Calderin. *cons.* 1. *quòd metus causa.* Alex. *d. cons.* 99. *num.* 8. Dec. *cons.* 219. *sub num.* 5. *vers. septimò adduco.* Ruyn. *cons.* 120. *num.* 28. *lib.* 4. Purpur. *cons.* 679. *num.* 15. Natt. *cons.* 451. *num.* 17. Rebuff. *d. cons.* 68. *sub num.* 24. Ioannes Baptista Ferrettus *cons.* 79. *num.* 12. & tenuit Rota in dicta Neapolitana professionis. Ad effectum enim, vt metus durare præsumatur, sufficit, quòd duret eadem cogendi, & nocendi potestas, Aret. *cons.* 14. *post num.* 18. Soc. *cons.* 263. *post num.* 11. *lib.* 2. Corn. *dicto cons.* 41. *num.* 14. *&* 15. Boër. *decis.* 100. *num.* 13. Accedit, quòd dicto tempore
Marchionissa † numquam fuit in plena libertate con- 6
stituta, vt requiritur ad purgationem metus, *cap. accedens, de procurat. cap. cùm locum, de sponsal.* Barbat. *d. cons.* 54. *sub num.* 15. Neuizan. *consil.* 52. *num.* 53. *circa finem*, & dixit Rota in dicta Toletana matrimonij 3. 12. & 17. Martij 1589. & in Neapolitana professionis 26. Iunij 1598. coram Orano. Considerabant etiam Domini plu-
res protestationes † Marchionissæ præcedentes emis- 7
sas tempore contracti matrimonij, siue ante, quæ cùm remouerint consensum ipsius ab actibus futuris, vt plenè fuit deductum in prima decisione huius causæ, impediebant purgationem metus, præsertim eius causa adhuc vigente, vt resoluit Rota in dicta Toletana matrimonij 17. Martij 1589. Ex qoibus & aliis deductis per informantes resolutum fuit pro continuatione metus toto tempore vitæ Marchionis patris.

### ANNOTATIO.

a De purgatione † metos latè tractat Farinac. *in suis fragm.* 8
*crim. par.* 2. *de metu, à num.* 136. *vsque ad* 367. & quòd durante eadem causa metus nonquam censeatur metus purgatus, vltra hic allegata dixit Rota *in decis.* 705. *num.* 1. *par.* 2. *in recent. & decis.* 490. *sub. num.* 4. *&* 570. *sub n.* 6. præsertim *decis.* 643. *num.* 4. *par.* 1. *in recent.* in qua vltima decisione dicitur, quòd nec oscula, nec amplexus, nec alij actus præ se ferentes liberam voluntatem inducunt purgationem, quando durat eadem causa metus, & quod requiratur plena, & totalis libertas pro metus purgatione dicit Rota, *d. decis.* 490. *sub num.* 4. & firmatur in hac decisione *sub num.* 4.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Mediolanen. decursus aquarum.

*Veneris 19. Decembris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Instrumentum non dicitur publicum, si caret nomine, & subscriptione Notarij non obstante antiquitate, quæ etiam non probatur ex sola data instrumenti.

### SVMMARIVM.

1 *Instrumentum non est in forma probanti, si careat nomine, & subscriptione Notarij.*
2 *Data sola non probat antiquitatem, & num. 5.*
3 *Antiquitas non defendit instrumentum à defectibus substantialibus.*
4 *Iura non esse in forma probanti opponi potest in secunda instantia, licèt nihil fuerit oppositum in prima, quando productio facta in prima fuit verbalis, non realis.*

### DECISIO CCCXCIII.

REsolutum fuit sententiam anni 1439. non esse in forma probanti, quia non habet faciem instru-
1 menti,† nec publicæ scripturæ, caret enim nomine, & subscriptione Notarij, quod requiritur in publica scriptura, Alex. *cons. 153. sub num. 10. lib. 2.* Capotaquen. *decis. 104. par. 2.* & fuit dictum in Neapolitana donationis 16. Decembris 1602. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & in sententia tradit Specol. *de sent. §. vt autem, quæ præmisimus, num. 21.* caret etiam omnibus aliis requisitis ad publicam scripturam ex latè deductis per informantes. Non obstat, quod dicitur de antiquitate
2 scripturæ, quia vltra quòd † sola data non probat in-
a strumentum antiquum,[a] Put. *decis. 186. lib. 3.* antiquitas non supplet vitia visibilia, Innocen. *in c. ex insinuatione, de appell.* Paul. de Castr. *cons. 81. sub tit. 3. vers. & si dicatur propter antiquitatem, lib. 2.* Alex. *consil. 77. num. 11. lib.*
3 2. Accotamb. *decis. 31. lib. 1.* Nec † defendit à defectibus substantialibus, Corn. *cons. 142. num. 6. vers. & insuper, lib. 2.* fuit dictum in Burgen. de Caranza 27. Octobris 1579. coram Bubalo. Non obstat, quod dicitur non
4 posse opponi contra transomptum, † cùm fuerit pro-
b ductum in prima instantia parte nihil opponente,[b] Put. *decis. 159. lib. 1.* quia dicitur productionem fuisse verbalem iuxta morem illarum partium, & quod transumptio fuit facta lite pendente, & parte non citata. Obseruantia non videbatur Dominis benè probata, quoad alia iura, de quibus in dubio fuit reseruatum particulariter singula examinari.

### ANNOTATIO.

5 a Et quod † sola data non probet antiquitatem, nisi concurrant adminicula vltra *decis.* Put. 186. *lib. 3.* extat alia decis. eiusdem Put. 439. *lib. 1.* & idem Put. *decis. 9. de fide instrum.* & fuit dictum in Firmana iurispatronatus 1. Decembris 1589. coram bo. mem. Penia, & in Hispalen. decimarum de Ayamonte 12. Maij 1614. coram R.P.D. Pamphilio, & in Anconitana, seu Auximana Florum 15. Decembris 1617. coram R. P. D. Buratto, si tamen scriptura ex oculari eius inspectione appareret antiqua, & haberet speciem instrumenti legalis, quod colligitur ex oculari inspectione subiecta Iudici, tunc data dictæ scripturæ probaret antiquitatem, vt fuit dictum in Sulmonen. prætensæ vnionis 3. Iunij 1619. coram bo. mem. Andrea, & in eadem coram R. P. D. Dunozetto 7. Februarij 1620.

b De quo dixi *supra ad decis. 292.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Placen. & Toletana Canonicatus, & Beneficiorum.

*Veneris 12. Ianuarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Subrogato gratiosè datur immissio in beneficio litigioso iustificato clericatu, & obitu defuncti in possessione, & ex quibus ista iustificentur.

### SVMMARIVM.

1 *Subrogato est danda immissio iustificato clericatu, & obitu defuncti in possessione.*
2 *Clericatus probatur per testes deponentes de communi reputatione, & de publica voce, & fama.*
3 *Testis probat obitum in possessione, quando reddit causam suæ scientiæ ex amicitia, & familiaritate, quam habebat cum defuncto.*
4 *Possessio de certo tempore probata præsumitur continuata vsque ad mortem, quæ præsumptio suffragatur etiam heredi ad effectum obtinendi immissionem vigore remedij* leg. fin.
5 *Obitus defuncti in possessione iustificatur ex publica voce, & fama.*
6 *Et maximè, quando non constat de aliquo titulo partis aduersæ, & num. 7.*

### DECISIO CCCXCIV.

REsolutum fuit pro Didaco informante dandam esse illi immissionem in possessionem beneficiorum, in qua existebat Ludouicus de Obrigon tempore mortis, cùm iustificauerit suum Clericatum, & obitum Ludouici in possessione, quod sufficit † pro obtinenda 1
immissione in possessionem vigore subrogationis gratiosæ, vbi agitur, prout in casu isto, de beneficiis litigiosis, Pot. *decis. 495. lib. 2.* Mohed. *decis. 11. vt lit. penden.* fuit dictum in Burgen. beneficij de Panicotuo 24. Octobr. & 28. Nouembris 1588. coram Gypsio in Meranden. Parochialis 17. Maij 1600. coram R.P.D. meo Decano, & sæpissimè in aliis. Clericatum Didaci † probant 2
testes de communi reputatione, & publica voce, ac fama, Rota *decis. 14. de probat. in antiq.* Ægid. *decis. 114.* Mohed. *decis. 21. in fin. de renunc.* Caputaquen. *decis. 277. num. 4. par. 1.* Quòd verò Ludouicus decesserit in possessione, probat explicitè † primus testis super primo red- 3
deos causam suæ scientiæ ex amicitia, & familiaritate, quam habuit cum ipso Ludouico, hoc etiam probant alij duo testes, dum dicunt ipsum, dum viueret possedisse, † quæ possessio præsumitur vsque [a] ad mortem 4
continuata, ad not. *in l. siue possidetis, C. de probat.* Rota a
*dec. 4. eod. tit. in nou.* & fuit in istis terminis dictum in Mediolanen. Cappellaniæ 30. Maij 1594. coram Illustriss. Card. Pamphilio, & in Hispalen. & Corduben. beneficiorum 2. Iunij 1597. coram Gypsio, prout etiam in terminis *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* dixit Rota in Romana Palatij 10. Octobris 1578. coram Lauretano, ad cuius legis instar procedit hæc immissio vigore subrogationis, Mohed. *decis. 5. vt lit. penden.* Præsertim quia testes subiungunt per eius mortem vacasse beneficia. Et satis probant, licèt deponant † de publica voce, & 5
fama, cùm pro iustificatione admittatur talis probatio, Rot. *decis. 14. de probat. in nouis.* Ægid. *decis. 675.*

Put.

6 Put. *decis.* 29. *lib.* 1. Mobed. *decis.* 1. *de probat.* Quod † procedit sine scrupulo in casu isto, cùm non constet
b de aliquo titulo aduersariorum [b], vt fuit dictum in Hispalen. & Corduben. beneficiorum 2. Iunij 1597. coram Gypsio in Placen. Canooicatus 1. Martij 1599. coram Orano, & in Eginaten. Scholastriæ 14. Aprilis 1603. coram me. Accedit, quòd idem Ludouicus dedit de regula de annali contra Didacum, quam exceptionem prosecuti fuot aduersarij post Ludouici obitum ex persona, & possessione ipsius. Concurrit attestatio Notarij de obitu, & possessiooe.

*ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis.* 307.

7 b Reseruatio,† quæ aliàs requirit plenã,& concludentem, probationem, sufficienter iustificatur per semiplenam probationem, etiam de publico voce, & fama, quando non constat de aliquo titulo in contrarium, Gonzal. *super reg.* 8. *glos.* 12. *num.* 107. qui plures decisiones Rotæ refert, & fuit dictum in Celsonen. Præceptoriæ coram R. P. D. Coccino Decano impressa penes Marches. *de commis. tom.* 1. *fo.* 338. & in Legionen. Canonicatus coram eodem similiter impres. penes eumdem Marches. *tom.* 1. *fol.* 347. & in Oueten. beneficiorum 12. Iunij. 1609. coram eodem.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. matrimonij de Alcalà.

*Lunæ* 26. *Ianuarij* 1609.

### ARGVMENTVM.

Matrimonium à principio nullum non potest per ratificationem conualidari, nisi denuo contrahatur cum omnibus solemnitatibus à Concilio requisitis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium, quando fuit ab initio contractum per metum, vel ex aliquo impedimento, est nullum, cessante metu, & impedimento non conualidatur, sed requiritur, quod de nouo ex integro contrahatur cum solemnitatibus requisitis à Concilio.*

2 *Consensus est de substantia matrimonij.*

3 *Consensus deficit stante metu.*

4 *Matrimonium, in quo deficit consensus non solùm est ipso iure nullum, sed etiam dici potest non fuisse contractum, & ideò omnia sunt de nouo iteranda.*

5 *Præsentia Parochi in matrimonio requiritur de forma.*

6 *De forma dicitur, quando quid requiritur sub pœna nullitatis.*

7 *De forma quæ sunt, debent interuenire in tempore, quo actus producitur in esse.*

8 *Matrimonium ipso iure nullum ex defectu consensus non reconualescit ex consensu subsequenti vt ex tunc, sed vt ex nunc.*

9 *In ratificatione actus nulli consideratur tempus ratificationis, & num.* 16.

10 *Ratificatio actus inualidi nihil aliud est, quàm nouus actus.*

11 *Ideò requiritur eadem forma, & solemnitas in ipsa ratificatione, quæ est necessaria in actu de nouo facto, & num.* 17.

12 *Retrotractio non fit, quando actus est omnino nullus, quia non inuenit principium conseruabile.*

13 *Consensus vbi requiritur certo tempore, numquam retrotrahitur.*

14 *Resignatio nulliter facta à procuratore, qui non impleuit mandatum, non conualidatur ex ratificatione principalis resignantis, sed denuo est præstandus nouus consensus formalis.*

15 *Manifestum, non occultum dicitur, quod probari potest.*

### DECISIO CCCXCV.

PRætendebatur pro parte D. Philippi purgatio metus ex longa cohabitatiooe, & multis actibus, quos dicebat esse spontaneus, & non solùm libero, verùm etiam læto animo factos; pro parte verò Marchionissæ respondebatur noo probari purgationem, & probatam noo releuare, & quòd metu cessante, & animo ad suam libertatem redacto requirebatur matrimonium denuò contrahi adhibitis, seu repetitis solemnitatibus à Sacro Concilio Tridentino requisitis. Et propterea dubitaui de ordine Rotæ, an constet de purgatione metus, quæ suffragetur D. Philippo. Quo dubio proposito Domini resoluerunt per actus factos viuente Marchione patre non fuisse metum purgatum, respectu autem temporis post mortem. nihil fuit resolutum. Pro faciliori autem, & celeriori causæ expeditione Rota instante Marchionissa, & citato procuratore D. Philippi statuit, vt videretur, an fuerit necessarium, quòd matrimonium de nouo cum solemnitatibus ab Ecclesia requisitis celebraretur, si enim requiritur, frustrà laboratur super purgatiooe metus, quæ non sufficeret. Quod dubium Domini, informante tantùm Marchio-
nissa † affirmatiuè resoluerunt sequendo declaratio- 1
nem Sacræ Congregationis Illustrissimorum interpretum Concilij, quam in propriis terminis priùs fuerat amplexa Rota in Toletana matrimonij coram Illustrissimo Cardinali Seraphino. Quotiescumque enim matrimonium non tenet ex aliquo impedimento, quod ab initio viget, si postea cesset, opus est quòd omnia de integro ponantur, quæ sunt necessaria, & de essentia matrimonij, vt ex multis benè comprobat Victoria *in suis relectionibus Theologicis relect.* 7. *de matrim. in* 2. *punct.* 1. *par. vers. in contrarium num.* 9. Io. Guttierez *in canon. quæst. c.* 18. *num.* 4. *& trib. seqq.* relati in illa Toletana, & Nauar. *consil.* 14. *de spons.* & alij per infor-
mantes adducti, [a] quorum rationes placueruot Domi- a
nis, quicquid in contrarium dicant Modern. Cordub. *lib.* 2. *de matrim. disput.* 37. Et si hoc generaliter verum, in impedimentis, maximè procedere debet in defectu conseosus, quia nullum est impedimentum ita dirimens, & nihil, à quo ita dependeat matrimonium, est
enim † consensus de substantia matrimonij, *c. tua nos in* 2
*fine, vbi glos. pen.* Ant. de Butr. *num.* 10. *& seq.* Abb. *num. vlt. de spons.* & causa efficiens ipsius, *c. sufficiat* 27. *quæst.* 2. *cap. cùm apud, & cap. tua. de sponsal. cap. iuxta de spons. duor.* Concil. Floren. *in decret. de matrim.* & probat, *l. nuptias. ff. de reg. iur.* Defectus autem consensus
In Marchionissa est clarus stante metu, † quo nihil 3
magis contrarium consensui, *l. nihil consensui. ff. de reg. iur. c. super hoc,* & ibi notat Abb. *de renunc.* præsertim iunctis præcedentibus protestationibus, vt benè per Ruyn. *consil.* 120. *num.* 24. *& seq. lib.* 4. Vbi autem in
matrimooio deficit coosensus, † matrimonium non 4
solùm est ipso iure nullum, Abb. *in c.* 2. *num.* 2. vbi alij communiter, *de eo, qui dux. in matrim. quam pollu. per adult.* sed etiam dici potest non fuisse contractum, quia vbi deficiunt substaotialia, nihil dicitur actum, Io. Andr. *in cap.* 1. *num.* 3. vbi etiam Ant. de Butr. *sub nu.* 7. Io. de Aoan. *num.* 1. *de Sacr. vnct.* Et propterea omnia sunt iteranda, & non est locus suppletioni, & dicunt post Host. Io. Aodr. & alij *ibi.* Accedit etiam, quòd
præsentia † Parochi à Cincilio requiritur pro forma, 5
vt dixit Rota in vna Floren. matrimonij 1. Februarij 1580. coram Vicecomite, & probatur, quia Conci-

6 lium procedit † annullandò matrimonium eo absente
factum, Bald. *in l. 1. post num. 2. vers. in contrarium. ff.*
*de lib. & posthum.* Felyn. *in cap. cùm dilecta. in quinto signo*
*formæ. de rescript.* Dec. *cons. 528. num. 11.* Sarnen. *in reg.*
7 *de idiom. quæst. 8. in princ.* † Quæ autem sunt de forma
debent interuenire in tempore, quo actus producitur
in esse, Bald. *in l. obseruari. §. fin. num. 3. ff. de off. Pro-*
*cons.* Ant. de Butr. *in c. cùm consuetudinis nu. 20. de consue-*
*tud.* Felyn. *in d. c. cùm dilecta nu. 8. vers. & ideò.* Nec potest
8 agi de ratificatione ex subsequuto consensu, † quia si
matrimonium metu contractũ ex consensu subsequen-
ti reconualesceret, reconualesceret vt ex nunc, non vt
ex tunc, vt notat. Abb. *in c. ad id in 1. not. nu. 1. in fine de*
9 *sponsal.* † in ratificatione enim actus nulli consideratur
tempus ratificationis, Sur. qui alios alleg. *dec. 241. n. 70.*
b [b] cùm ratificatio actus inualidi nihil aliud sit, † quàm
10 nouus actus *l. asse toto. ff. de hæred. inst. l. obuenire solet. ff. de*
*verb. signif.* Sue. *cons. 92. nu. 11. li. 3.* Menoch. *cons. 80. n. 66.*
11 † Et propterea omnis forma, & solemnitas, quæ debet
interuenire in actu, vt valeat, interuenire debet in di-
c cta ratificatione [c] Soc. ibi cum multis cumulatis per
informantes, & tenuit Rota in vna Romana donatio-
nis 13. Iunij 1586. coram Illustriss. Cardina. Seraphino,
& in vna Cornetana bonorum coram Illustriss. Cardi.
Platto, & superiùs in aliis. Nec potest deseruire solem-
nitas per priùs secuta; quoniam, vt est dictum, illa de-
bet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo se-
parari; neque iuuare potest fictio, aut retrotractio,
12 † cùm non fiat, quando actus est omnino nullus Bart.
*in l. obseruari nu. 4. ff. de off.* Procon. Alex. *cons. 78. num. 24.*
*lib. 7.* Dec. *in l. semper, qui non prohibet nu. 16. ff. de reg. iur.*
quia tunc retrotractio non inuenit principium conser-
13 uabile Bald. *in l. fin. nu. 2. C. ad Velleian.* Et vbi † consen-
sus requiritur certo tempore, prout requiritur ex dis-
positione Concilij tempore, quo Parochus est præsens,
vnquam retrotrahitur Bald. *in l. fin. sub n. 2. C. ad Velleian.*
facit simile de consensu præstito iuxta formam regulæ
14 à procuratore, † qui non implendo mandatum nulliter
præstitit; Resignatio enim non conualidatur ratifica-
tione resignantij, sed denuò est præstandus nouus con-
sensus formalis, Put. *decis. 111. li. 3.* Cott. *dec. 399.* fuit
dictum in Hispalen. & Corduben. præstimoniorum 1.
Iunij 1592. coram Gypsio. Nullus autem remanet du-
bitandi locus, cùm habeamus in terminis declaratio-
nem Sacræ Congregationis, quæ audita ad relationem
Ponentis sine aliqua discussione Rota in illa Toletana
omisit longam disputationem super metus purgatione,
& ordinauit, vt causa expediretur, prout fuit expedita.
Cessat etiam omnis scrupulus, quia non sumus in im-
pedimento metus occulto, sed manifesto, cuius fuit
conscius ordinarius Sacerdos, qui interfuit celebratio-
ni matrimonij, & plures testes, qui postea de eo depo-
15 suerunt, † manifestum enim non occultum dicitur,
quod probari potest, glos. *in c. vestra in verb. notorium*
*circa med. de cohabit. Cleric. & in cap. manifesta 2. quæst. 1.*
Card. *in Clem. nolentes. in verb. Notarij num. 1. de hæret.*
Gemin. *cons. 54. sub num. 3. vers. restat igitur* Abb. *cons. 22.*
*col. 2. vers. item, & 2. lib. 1.* & in nostris terminis plures
refert, & sequitur Thom. Sanchez *de matrim. lib. 2.*
*disput. 37. nu. 11.*

### *ANNOTATIO.*

a Et latè Surd. qui plures cumulat *cons. 364. n. 45.*
16 b Et quòd ratificatio † actus ab initio nulli non retrotra-
hatur, ita vt actus ex tunc valeat, sed solum operetur va-
liditatem, vt ex nunc, Hond. *cons. 38. n. 19. & seq. lib. 1.* Surd.
*decis. 69. nu 15.* Paris. post relatos *de resignat. lib. 9. quæst. 17.*
*n. 71.* Rota *decis. 557. sub n. 3. par. 1. in recent.*
17 c Hinc est, quòd † minoris, & mulieris ratificatio requirit
easdem solemnitates, quæ sunt necessariæ in celebrando
contractu de nouo, Seraphin. *decis. 1242. n. 2.* & Rota infra
coram Sanctissimo *decis. 473.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. decimarum de Ayamonte.

*Veneris 30. Ianuarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de tertio veniente ad causam an, & quando possit impedire processum inter alios inchoatum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia ferri potest contra Procuratorem dominum litis effectum, & nu. 6. vbi an ferri possit contra principalem omisso procuratore.*
2 *Tertius, qui profitetur velle denuo venire ex iure suo principaliter diuerso à iure colitigantium, non potest impedire processum iam inter alios inchoatum, quando sua non interest.*
3 *Exceptio tua non interest, repellit ab agendo, & ab excipiendo.*
4 *Implicat nolle esse in iudicio, & velle in iudicio audire.*
5 *Filius, qui profitetur in causa decimarum velle ad iudicium venire ex iure suo separato à iure patris, non potest impedire solutionem decimarum decursarum viuo patre, cuius non est hæres.*

### DECISIO CCCXCVI.

Resolutum fuit Capitulum potuisse prosequi iudi-
cium cœptum contra Marchionem defunctum
cum eius procuratore domino litis effecto, quia de iure
contra talem procuratorem † procedi potest etiam, vt 1
contra ipsum feratur sententia, [a] *l. non solum. §. morte ff.* a
*de nom oper. nunc l. nulla dubitatio,* vbi Alex. *nu. 3. cum seq.*
& Ias. *in fin. C. de procur.* fuit dictum in causa Toletana
nullitatis professionis 27 Octobris 1595. coram bo. me.
Cardinali Seraphino, & sæpiùs in aliis. Et talem pro-
cessum † non posse impedire modernum Marchionem 2
filium, mirum enim videbatur, quòd ipse velit impedi-
re, & non esse in causa, imò expressè profiteatur nolle
venire, nec prosequi causam pendentem cum patre, nec
nolle illud ius aliquo pacto defendere, & propterea no-
uam causam per nouam commissionem introduxit ex
nouo iure propriam ipsius personam tangente separa-
to, vt dicitur, & distincto à iure, quod prætendebat, &
tuebatur pater, videntur enim hæc implicare contra-
rietatem, quòd ius paternum ad ipsum non spectet, &
quòd super eo velit se intromittere, † obstat enim ex- 3
ceptio, *tua non interest* quæ sicut repellit ab agendo, ita
etiam ab excipiendo, *l. 1. ff. quor. appell. non recip. l. illo à*
*quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel.* Dec. *in l. ex conuentione*
*nu. 1. in fine. C. de pact.* Cæphal. *consil. 133. num. 39.* † prout 4
etiam implicat nolle esse in iudicio, & velle in iudicio
audiri. Non obstat, quod dicitur, modernum Marchio-
nem habere eamdem causam defensionis, quam habe-
bat Marchio eius pater, quia si habet, illa vtetur in iu-
dicio per ipsum moto. Nec etiam facit, quòd tertius,
cuius principaliter interest, possit impedire non solùm
processum, sed etiam exequutionem sententiæ, [b] quia b
hoc verum in tertio ad causam veniente pro suo inte-
resse, quod facere noluit, & adhuc non vult modernus
Marchio, imò † nec etiam, vti tertius posset hoc casu 5
impedire processum, quatenus agitur de solutione de-
cimarum decursarum viuo patre, cuius non est hæ-
res, quia dum venit ex persona propria, & non ex
iure patris, sua non interest, vt in puncto resoluit Ro-
ta in Toletana decimarum 19. Februarij 1593. co-
ram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Et quatenus
dicitur

dicitor, quòd hoc pacto Capitulum poterit facere exequutionem pro decimis decursis super bonis Marchionatus, cùm sit onus reale, respondetur, quòd Marchio, si erit in possessione dictorum bonorum, audietur, quando Capitulum volet facere talem exequutionem, cùm posteriori numquam sit deneganda audientia. Non etiam facit, quòd ista causa sit præiudicialis moderno March. quia non videtur præiudicialis tamquam res inter alios acta, & agatur de decimis non suo tempore decorsis, & si dubitat de præiudicio, potest venire ad causam pro soo interesse, & tunc audietur. Hinc etiam cessat, quod dicitur de indiouiduitate, quia personæ sunt diuersæ, & iudicia diuersa, quibus stantibus nulla potest coosiderari indiuiduitas.

*ANNOTATIO.*

a Sententia ferri potest contra procuratorem dominum litis effectum, vt præter alleg. *in decis.* Surd. *cons.99.num.5.* Vant. *de nullit.ex defect. citat. num. 25. & 26.* qui amplius dicit non valere sententiam contra principalem omisso procuratore, si procurator se opponeret, quod procedit solùm de iure ciuili, nam de iure canonico, & de consuetudine indubitatum est. posse ferri sententiam contra principalem citato procuratore pract. Papien. *in verbo (forma) sententiæ, num. 33.* & dixit Rota in Imolen. bonorum 16. Decembris 1619. coram R. P. D. Buratto.

b De tertio veniente ad causam videnda sunt, quæ dixi *ad decisionem. 259.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. Iurispatronatus.

*Veneris 30. Ianuarij 1619.*

### ARGVMENTVM.

Patronatus non probatur ex assignatione decimarum, nec ex aliis, de quibus in decisione.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuspatronatus non probatur ex assignatione decimarum pro congrua, quia cùm decima ad Ecclesias pertineant, videtur potiùs quadam restitutio, quàm dotatio de proprio.*

2 *Iuspatronatus non acquiritur ex assignatione bonorum facta ex necessitate, quia necessitas excludit libertatem. Iuspatronatus non acquiritur ex dotatione, & assignatione necessaria, num. 5.*

3 *Patronatus ex præsumptione, vel ex priuilegio est sublatum per Concilium Tridentinum, & num. 6. Iuspatronatus ex augmento an cadat sub derogatione Concilij Tridentini, & an sub reseruationibus, latè num. 6.*

4 *Patronatus vsurpatio præsumitur in patronis temporalibus loci, vbi est suum beneficium.*

### DECISIO CCCXCVII.

ROta censuit non constare de iurepatronatus Dominorum de Gongota, qoia illud prætendere non
1 possuot † ex assignatione ratę decimarum pro coogrua; tùm quia cùm de iure decimæ ad ipsas Ecclesias pertineant, istæ videntur potiùs restitoisse Ecclesiæ id, quod suum erat, aut ad ipsam spectabat, quàm aliquid de nouo, & de suo dedisse, quod taotò magis procedit, si dicamus, prout suspicabantur aliqoi ex Dominis, qoòd decimandi ius perueoerit ad ipsos ex vsorpatione Ecclesiarum, & curæ animarum vsque de aooo 1527. de
qua fuit sæpiùs dictum, vt patet ex decisionibus, quæ
dantur, aut saltem si istæ decimæ, vel ex præscriptione,
vel ex aliquo iusto titulo ad ipsos spectant, attamen il-
læ spectarent cum suo onere subministrandi congruam
Vicariis, vt in erectione Vicariarum facta de anno 1527.
pro parte ipsorum producta, vode † ex ista assignatio- 2
ne necessaria Vicariis, qui haberent subministrare Sa-
cramenta parochianis oon potuit acquiri iuspatrona-
tus, quia ista necessitas excludit omnem liberalitatem,
[a] *l. rem legatam, ff. de admi. legat.* & non præstat bene- a
ficium, qui impedit debitum, *l. si seruo, ff. de hæred. inst.*
vnde noo potuerunt illis acquiri decimę, nisi cum one-
re, & illa pars, quæ fuit necessaria pro subministratione
Sacramentorum, tamquàm accepta non fuit ipsis ac-
quisita. [b] Quæ ex aduerso deducuntur ad probandum b
iuspatronatus, vltra quod pationtur responsiones datas
per Ioformantes pro Ecclesiis Parochialibus possent
coocludere iuspatronatus, vel præscriptum, vel ex pri-
oilegio, † quod est sublatum per Concilium Tridenti- 3
num. [c] Nec potest iotrare præsumptio dotationis, cùm c
illa sit exclusa per prædicta, nec fundatioois, cùm Ec-
clesiæ sint antiquissimæ. Quæ tantò facilius procede-
rent, si constaret, prout aliquibus Dominis videbatur,
istos Dominos de Gongora fuisse dominos † tempora- 4
les, & potentes in oppidis, de quorum decimis agitur,
ita vt potiùs præsumenda esset vsurpatio, quàm funda-
tio, & dotatio, [d] Acchil. *decis. 4. de iurep.* d

*ANNOTATIO.*

a Ex dotatione, † seu ædificatione necessaria non volunta- 5
riè facta non acquiritur iusparronatus, Lambert. *de iurepatr. 7. art. 4. q. principali 1. par. 1. lib.* Rot. *decis. 167. num. 5. & 6. par. 2. diuers.* fuit dictum in Burgen. de Acojo vlt. Ianuar. 1604. coram Sacrato, vbi redditur optima ratio, nimirum, quia ex iure speciali est inductum, vt Laici sint capaces iurispatronatus ad effectum, scilicet, vt alliciantur ad dotandas Ecclesias, quæ ratio cessat, quando faciunt ex necessitate.

b Fructus pro congrua assignati semper hypothecati remanent in quemcumque transeant, Caputaq. *decis. 304. num. 5. par. 2.* Gig. *de pens. q. 51. in princ.* & fuit dictum in Policastren. congruæ 24. Februarij 1616. coram R.P.D. Verospo, vbi hæc decisio canonizatur.

c Iuspatronatus † ex priuilegio est reuocatum per Concil. 6
Trid. Seraph. *decis. 1395. n. 4.* Paris. *de confident. q. 28. num. 239. in fin. & 240.* Gonz. *super reg. 8. glos. 18. n. 18. 19. & seq.* Garz. *de benef. par. 5. c. 9. n. 115.* & latiùs *par. 5. cap. 9. n. 115. & seq.* vbi refert plures declarationes Sacræ Congregat. & decis. Rotæ. Quod procedit etiam si iuspatronatus, ex
priuilegio spectet ad Duces, Marchiones, Comites, nisi f
sit iuspatronatus Regum, seu Principum iura regia habentium, Garz. *d. c. 1. n. 575.* etiam si in priuilegio dicatur, quòd iuspatr. censeri debeat, ac si ex vera, & reali fundatione, & dotatione competeret, non enim ideò desinit esse ex priuilegio, vt in pluribus decisionibus fuit resolutum, quas refert, & sequitur Garz. *d. c. 9. num. 117. & 118.* benè Rot. *decis. 88. num. 2. & 3. par. 1. in recent.* quicquid io contrarium teneat Gonz. *super reg. 8. glos. 18. num. 92. & seq.*

Prædicta indubitanter procedunt respectu priuilegij concessi ex mera causa lucratiua, secus si fuerit concessum ex causa onerosa, Seraph. *dec. 499. n. 4.* vbi dicitur fuisse sæpiùs in aliis causis animaduersum, & *in dec. 518.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 9. n. 120.* & ideò licèt iuspatronatus ex augmento dicatur iurisparrooatus ex priuilegio, Seraph. *d. dec. 518.* Rot. *dec. 58. num. 5. 1. par. in recent.* cùm de iure communi non competat, nisi ex fuodatione, & dotatione, vel ex totali refectione, iuxta tradita *in c. 3. de iurepatr.* Rot. *dec. 311. n. 1. par. 2. in recent.* Non tamen cadit sub derogatione Concilij, Seraph. *d. dec. 499. in fi.* Gabr. *d. cons. 195. n. 2.* & patet manifestè, quia Concilium subiicit examini, & reuisioni Ordinarij iuspatronatus concessum ex augmento à 40. annis citra, signum euidens, quòd vult cætera iurapatronatus ex augmento concessa ante 40. annos valida remanere, Rot. *dec. 4. n. 4. par. 2. in recent.* & benè Garz. *d.*

*c.9.n* 124.*& seq.* vbi refert declarationes Congregationis Sacr.Concil. & decis. Rotæ; imò illud iuspatronatus ex augmento concessum infra 40. annos dicitur habere implicitum statum validitatis, & donec non reuideatur, & iudicatum fuerit Ecclesiæ damnosum, & per Ordinarium reuocetur admitti debeant præsentationes Patronorum, Rot.*d.decis.* 4.*sub.num.*5. *par.*2. *in recent.*

Nec dicatur, quòd quando augmentum non præponderat gratiæ, censeri debeat ex mero priuilegio, Rot.*dec.*457.*n.*17.*par.*1.*diuers. & decis.* 58.*n.*8. *par.*1. *in recent.* Et præponderare non dicatur, nisi Ecclesia esset in statu tali, quod non habeat dotem congruam, cum qua posset seipsam sustentare, Rot. *d.decis.*157.*num.*17. *in fin.& 18.*

Nam talis obiectio procedit, si ageretur ad effectum cognoscendi, an Papa possit derogare; quando enim causa onerosa præponderat priuilegium dicitur sapere contractum, qui est irreuocabilis; sed quando agitur de præsumpta mente Papæ, seu cuiuscumque alterius disponentis an, scilicet voluerit derogare, tunc non est locus d.commensurationi, sed eo ipso, quòd priuilegium est concessum non merè gratuito, sed ob aliquam impensam non censetur cadere sub dispositione derogatoria ex defectu voluntatis; ita optimè declarat Seraph. *dec.* 518. *n.*4. *&* 5. Vltra quod in dubio etiam præsumitur augmentum præponderare gratiæ, Seraph. *d.decis.*518. *n.*4. Hæc verò omnia de plano procedunt respectu derogationis Concilij Tridentini, sed respectu reseruationis *reg.*8. videtur aliter dicendum, scilicet, subiacere iuspatronatus ex augmento d.regulæ, tùm quia *reg.*8. habet clausulas amplissimas, & prægnantissimas, prout ad illud propositum illas ponderat Rot.*decis.*88. *num.*9. *par.*1.*in recent.* Tùm etiam multò magis, quia agitur de minori præiudicio Patronorum respectu regulæ, quàm respectu Concilij, quia Concilium tollit in totum iurapatronatus, regula verò non tollit iurapatronatus, sed derogat iuri præsentandi pro illa vice, in qua succedit vacatio in mense reseruato, in cæteris enim vacationibus semotis reseruationibus Patronus poterit præsentare. Et quòd iuspatronatus ex augmento cadat etiam sub reseruatione *regul.* 8. dixit Rota *in d. decis.* 58.*sub n.*5.*& 6.confirmata in d.decis.*88. *par.*1.*in recent.* & in Valentina de Carlet coram Cardinali Lancellotto impressa penes Garz. *de benef.par.*5.*cap.*9.*num.*127. & fuit latè dictum in Cæsaraugustana de Maella 6. Nouembris 1618. coram R.P.D. Coccino Decano. Benè verùm est, quòd Rot. *in d.decis.* videtur sentire, quòd si augmentum esset notabile, adeò quòd gratiæ præponderaret, tunc non cadat etiam sub reseruatione, vt *in d.decis.* 88. *num.*4. *par.*1.*in recent.* & in d.Cæsaraugustana de Maella; vbi tamen ad istum effectum requiritur, quòd augmentum dotis ad medietatem annui valoris fructuum beneficij ascendat sequendo decisionem in Valentina Parochialis de Carlet, coram Cardinali Lancellotto impress. penes Garz. *loco præallegato.*

d De quo *supra ad decis.* 222.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana lucri dotis.

*Lunæ 19. Decembris 1608.*

### ARGVMENTVM.

Mater an possit stantibus Statutis Vrbis 134.*lib.* 1. testari de sua dote inæqualiter inter filios, & plura de intellectu dictorum Statutorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Parentes de iure communi possunt hæreditatem suam inæqualiter inter filios diuidere dummodò vnicuique suam legitimam assignent.*

2 *Statutum Vrbis* 134. lib. 1. *non prohibet, quominus mater possit plus vni, quàm alteri relinquere; dummodò non grauet in legitima.*

3 *Statutum Vrbis* 131. lib. 1. *intendit disponere de lucro dotis ad fauorem mariti, non autem filiorum: & dum vlterius disponit, quòd maritus teneatur reseruare liberis, dicta dispositio non emanauit pro inclusione filiorum, sed pro exclusione mariti à lucro, latè hoc comprobatur.*

4 *Statutum iuri communi contrarium est interpretandum, vt deroget dispositioni iuris communis minùs, quàm fieri possit.*

5 *Matri non est auferenda facultas testandi de dote, cùm mulieres regulariter non habeant aliud patrimonium vltra dotem.*

6 *Reseruationis natura est nihil de nouo tribuere.*

7 *Statutum Vrbis* 134. lib.1.*qualiter sit intelligendum.*

8 *Lucrum dotis delatum est Statuto Vrbis an consistat in vsufructu, an verò in proprietate limitatè ad tempus vitæ mariti.*

9 *Legatum factum ad tempus finito tempore consolidatur cum proprietate.*

10 *Statuentium voluntas eodem modo est interpretanda, quo & voluntas testatoris.*

11 *Statutum Vrbis de lucro dotis, vel non transmutat dotem in lucrum, vel si transmutat, solùm ad tempus transmutat.*

12 *Tempus determinatum importat contrariam dispositionem finito dicto tempore.*

### DECISIO CCCXCVIII.

DRusilla Castellana ex tribus filiabus, quas habebat, duas Lauram, & Lucretiam instituit in legitima eis debita; Victoriam autem hæredem vniuersalem fecit: orta inter illas ex vna parte, & istam ex altera lite, & controuersia occasione dictæ inæqualis institutionis, dubitaui extra Rotam, an potuerit Drusilla de suis do-
tibus ita inæqualiter disponere, ᵃ quod dubium fuit a
vnanimi Dominorum suffragio resolutum affirmatiuè.
De iure enim communi res est clara, † per *text.in l.pa-* 1
*rentibus. C. de inoffic. testament.* in quo disponitur posse parentes hæreditatem suam inæqualiter inter filios diuidere, dummodò cuique suam legitimam assignent, sufficitque filio legitima, vt excludatur ab impugnatione testamenti, *§. fin. Instit. eod. tit.* Et difficultas, quæ à dispositione Statuti oriri posset, reperitur sublata per plures decisiones Rotales, nam quòd Statutum non
impediat, quominus † possit mater plus vni, quam alte- 2
ri relinquere, dummodò non grauet aliquem in legitima, in terminis Statuti antiqui resoluit Rota in vna Romana prælegati 29. Octobris 1563. coram Ioanne Baptista Rota, & secundùm noua Statuta in Romana successionis de Tagliaferris coram bo.mem. Litta 9. Iunij 1606. quæ decisio fuit rationibus, & authoritatibus pleniùs confirmata 29. Martij anni sequentis coram R.P.D. meo Marquemontio, à quibus decisionibus dixerunt Domini non esse recedendum, quoniam, vt benè deducitur in decisione Domini Marquemontij, in-
tentio † statuentium fuit disponere de lucro dotis ad 3
fauorem mariti, non autem ad fauorem filiorum, & verba illa (*quam tamen liberis reseruare teneatur*) sunt posita pro exclusione mariti à lucro, non autem pro inclusione filiorum, vt in casu similis Statuti aduertit Dec. *cons.*386. *num.*7.*vers. & hoc confirmatur*, cùm enim verba ad filios non dirigantur, apparet quòd non sunt prolata ad effectum lucri, seu dotem in ipsos transferendi, sed potiùs conseruandi illius successionem iuris communis, quæ est, vt vsque ad legitimam ex necessitate, quatenus autem est vltra, succedant ex voluntate matris, vt in alio Statuto dixit Paul. de Castr. *cons.* 82. *num.*2.*post.med.lib.*1. & iure hæreditario ex testamento, si instituantur, vel ab intestato, si testamentum non fecerit idem Castr.*in l.si cùm dotem, in princip.num.*11.*in fine, ff.sol.matrim.* quod etiam voluit Cum. *cons.* 48. *circa finem.*

*nem.* Ias. *consil.127. colum. penul. vers.sed istis non obstantibus, lib.* 1.Dec. *vbi suprà.* Cagnol. *in l.fin.sub n.109. vers. in vnde*, & plures refert, & sequitur Honded. *cons.16 n.* 14 *& seqq. lib.* 2. Hunc intellectum comprobant præfati Doctores, tùm ex simili tradito per glos. *in l.Lucius,*
4 *la seconda, ff. de hered. inst.* tùm ratione, † vt Statutum hoc iuri communi contrarium minùs eius dispositioni deroget, *l.si quando, in princip. C. de inoff. testamen. cap.*
5 *enim dilectus, de consuet.* † & quia aliàs auferretur matri facultas testandi de dote, quod sapit iniquitatem, *l. ex fundo, in prin. ff. de vulg. & pupil.* cùm præsertim secundum communiter accidentia mulieres non habeant aliud patrimonium vltra dotem, vt in his terminis perpendit Angel. *consil.81. n.1.post med.* Qui intellectus de plano procedit in Statuto Vrbis, in quo apparet expressè statuentes noluisse respectu filiorum aliquid noui inducere, tùm quia quoad ipsos referunt se ad dispositionem iuris communis, vt benè perpenditur in decisione D. Marquemontij, tùm quia vsi sunt verbo
6 (*reservare*) † de cuius vi, & natura est nihil de nouo tribuere, Ang. *in l.si quis per illum tex. ff. de leg.* 1. Ruyn. *cons.99.num.10.lib.1.* Socin. *cons.287. num.1. in fine, & n. seq.lib.2.* Aym. *cons.29. num.8.* Et Statutum Brixien. super quo consuluit Ias. habet verbum (*conseruare*) vt patet in themate dicti consilij, & ita ponderat Honded. *dicto cons. 16. num.17. verbum* (*retineat*) quo vtitur Statutum Æsinum post alios, quos allegat. Non obstat *cons.* Paul. de Castr. *49.lib.1.* quia Statutum, super quo consuluit extantibus filiis, mandabat reseruari ipsis tres partes, & permittebat matri testari de quarta parte tantùm auferendo facultatem disponendi de residuo, quod non contingit in terminis nostris, licèt enim *in*
7 *c.34.lib.1.* † concedatur vxori facultas testandi de decima tantùm parte dotis, attamen, vt in decisione Domini mei Marquemontij dicitur, hoc factum fuit in casu, in quo esset locus lucro ad fauorem mariti, quia cùm per illud fuisset prohibita facultas testandi de dote, vt latè per Rol. *de lucr. dot. quæst.* 82. voluerunt statuentes mulieri prohibitæ indulgere, quòd de decima parte pro anima possit testari. Non obstat dictum Bald. *in l.pro hæreditariis, num. 17. C.de hered.act.* quòd quando dos retinetur ex pacto de lucrando extantibus liberis, tunc mulier non potest testari de dote, cùm ad aliud sit applicata ex vi contractus, quia Bald. loquitur quando retinetur dos ex pacto de lucrando, & sic quando durabat lucrum, & virtus pacti, vnde non est mirum, si præiudicium dicti lucri, & pacti de lucrando non potest testari, in casu autem Statuti nostri dispositio matris confertur in tempus, quando non est amplius lucrum, cùm sit delatum viuente marito tantùm, & ad eius vitam. Nec etiam obstant tradita per eumdem Bald. *in Authen. vxore, C. de secund. nupt.* quia ibi agebatur de transferendo lucrum in filios, & in casu, in quo si lex non fecisset translationem, maritus potuisset de eo liberè disponere in personas extraneas, in casu autem Statuti Vrbis non est necessaria huiusmodi translatio, quia lucrum post mortem mariti non existit amplius,
8 imò nec etiam potest dari translatio, † quia si volumus illud consistere in vsufructu, iuxta tradita per Gabr. *cons.13. lib.2.* quem sequuta est Rota in dicta Romana
b successionis coram D. Marquemontio,[b] & non potest dari translatio, quia vsufructus morte mariti fuit extinctus, *§.finitur, inst. de vsufr.* & consolidatur cum proprietate, *l.si Titio, ff. de vsufr.* aut volumus quòd lucrum contineat proprietatem, & cùm sit concessum limitatè ad tempus vitæ mariti, eo mortuo non est amplius lucrum, sed reuertitur ad propriam naturam, & consolidatur cum hæreditate matris, & apud eum apud quem est
9 hæreditas, † sicut dicimus de legato facto ad tempus siue certum, siue incertum, vt per Castr. *in l. Titia, 35.§. fin. vers. istum casum habui, ff. de leg.2.* Soc. *cons.102. num.* 10.*post med.lib.3.* Cæphal. *cons.158.num.6.* † Eodem mo- 10
do enim interpretanda est voluntas statuentium, quo & voluntas testatoris, vt dixit Rota in Romana de Lante 11. Maij 1576. coram fel. rec. Clem. VIII. facit quod tradit Bald. *cons.184. in fin.lib.1.* Sic etiam respondetur *ad Authent.lucrum, & Auth.hæres.C.de se.und.nupt.* quia in eis, & aliis iuribus adductis agitur de transferendo in filios lucrum plenè, alioquin & irreuocabiliter translatum in coniugem. Hinc etiam corruit totum fundamentum partis aduersæ consistens in eo, quòd Statutum transmutet dotem in lucrum, † quia vel il- 11
lud nullo modo transmutat, si lucrum est in vsufructu, proprietas enim dotis remaneret in sua natura, vel si transmutatur, transmutatur temporaliter ad vitam mariti, ita vt eo mortuo recuperet, vel potius dicatur non amisisse propriam naturam, quia dicere, † quòd sit lu- 12
crum durante vita mariti, est denegare, quòd post dictum tempus sit ex natura limitationis temporis, iuxta cumulata per Surd. *decis. 75. num. 1. cum plur. seqq.* qui dicit hoc etiam procedere in Statutis.

### *ANNOTATIO.*

a In huiusmodi Statutis considerandum est, si verba principaliter dirigantur in filios, & si in filios dirigantur quibus verbis, an translatiuis, puta (*lucrentur*) vel (*habeant*) vel verbis respicientibus successionem, puta (*succedant remaneant in illis*) & similibus; nam in primo casu mulier non potest testari in præiudicium filiorum, plenè Hond. *cons.16. per tot. lib.* 2. & etiam benè considerauit Rota *in decis. 710.n.4. par.1. in recent.* & in terminis Statuti Vrbis Rota *dec.653. n.7. in vers. anteced. par.2. in recentior.*

b Et quòd Statutũ deferens lucrum dotis marito censeatur deferre solùm quoad vsumfructum, latè Rota *dec.653.par.2.in recent.* sicut & è contra respectu quarti dotalis vxoris non defert vxori, nisi vsumfructum, & fuit latè dictum in Romana quarti dotalis 12. Martij 1616. coram R.P.D. Remboldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Placentina, & Toletana Canonicatuum & Beneficiorum.

*Mercurij 4. Februarij* 1609.

### ARGVMENTVM.

Commissio censetur comprehendere quodcumque ius competens oratori ex quacumque causa, & maximè stante clausula (*quam, & quas*) & alia de quibus in decisione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Conclusio firmata* in decis. 369. *quod, scilicet, Auditores faciant vnum Tribunal, & vna sit omnium iurisdictio, & vnus Auditor habeat iurisdictionem in causa alteri commissa fuit in controuersiam deducta, & Rota noluit illam firmare.*

2 *In iudiciis, maximè in beneficialibus censetur deductum omne ius ex quocumque capite competens.*

3 *Clausula* (quam, & quas) *operatur, vt censeatur omne ius deductum.*

4 *Regula de annali annullat gratias retro, non autem nouas gratias.*

5 *Tot censentur commissiones, quod sunt iura in eis deducta, ita vt deficiente vno iure remaneat commissio in suo robore respectu alterius.*

6 *Clausula* (quam, & quas) *operatur, quòd licèt com-*

*missio appellationis sit nulla, tamen tribuit iurisdictionem in negotio principali.*

7 *Protestatio partis aduersæ, quòd causa sit cognoscenda coram vno Auditore iuncta declaratione Rotæ operatur, vt sustineantur gesta coram d. Auditore.*

## DECISIO CCCXCIX.

FVit causa iterum super eisdem proposita vtraque
parte informante, & Domini steterunt in decisis sub
die 5. Maij proximè præteriti, quamuis dubitauerint de
primo motiuo decisionis, an applicetur, & casui propo-
1 sito deseruiat, quod † dicitur vnum esse omnium Au-
ditorum tribunal, vnámque iurisdictionem, in quo non
conueniebant, conueniebant tamen omnes, quòd non
esset necessaria hæc discussio, cùm ego non caruerim
propria iurisdictione ex propria commissione, qua
etiam fui vsus, cum vigore vtriusque commissionis, &
cùm vtriusque insertione fuerit expedita citatio ad par-
tes, iurisdictio autem ex mea commissione est parens,
2 quia in ea Oratores censentur † deduxisse omne ius,
a [a] & non solùm illud, quod competebat ante commis-
sionem ex antiquis gratiis, sed etiam illud, quod postea
ex nouis gratiis superuenit, tùm quia sumus in benefi-
cialibus, Ægid. *decis.* 662. Put. *decis.* 83. *num.* 1. *lib.* 1. Fab.
*decis.* 217. latè Papaz. *in addit. ad decis.* Rot. 18. *de rescrip.*
3 *in nou.* tùm † propter clausulam (*quam, & quas*) quæ
efficit, vt nullo modo commissio dici possit restricta ad
b primas gratias, [b] Papaz. *vbi supra*, fuit dictum in Roma-
na 50. mil. 29. Maij 1574. coram fœl. rec. Clem. VIII.
& in causa Mediolanen. Cappellaniæ 16. Nouembris
1597. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & sæ-
piùs in aliis. Non obstat, quòd dicitur commissionem
fuisse annullatam per regulam de annali, quæ habet
4 oculos retrò, † quia hoc est verum respectu primarum,
non autem respectu nouarum gratiarum, quibus cùm
non obstet regula, Guido pap. *decis.* 129. Caputaq. *decis.*
101. *lib.* 1. *in manuscri.* Rebuff. *ad reg. de annal. glos.* 14.
*&* 19. Maodos. *quæst.* 85. *num.* 4. non est dicendum quod
sit annullata commissio, & iurisdictio, quæ ipsas respi-
5 cit, † tot enim debent censeri commissiones, quot iura
in ea deducta ad not. *in l. scire debemus, ff. de verb. oblig. &*
*in l. etiam, §. ex causa, ff. de minor.* ita vt si vna annulletur,
6 altera remaneat in suo robore, præsertim † propter d.
clausulam (*quam, & quas*) quæ efficit quod licèt com-
missio appellationis sit nulla fortè, quia de ea non con-
stat, vel quia sententia fecit transitum in iudicatum,
commissio tamen, & iurisdictio in negotio principali
c sustinetur, [c] Sarnen. *de inf. resign. quæst.* 34. *num.* 4. Put.
*d. decis.* 83. Acchil. *decis.* 14. *n.* 1. *de rescrip.* Cæs. de Grass.
*decis.* 2. *eod. tit.* Tandem omnem scrupulum tollebat
7 protestatio † procuratoris partis aduersæ, quòd causa
esset cognoscenda coram me, & declaratio Rotæ vtra-
que parte informante, ita vt vel inter Constitutio In-
nocentij VIII. & tradita per Adden. *ad decis.* Rot. 13.
*num.* 3. *in fin. & num. seq. de off. deleg. in nou.* vel saltem
sint Didacus, & Iacobus excusandi pro euitanda pœna
regulæ de annali, vt fuit dictum in decisione.

### ANNOTATIO.

a In iudiciis censetur omne ius deductum, vt est *text. in l. solemus, ff. de iudic.* Rot. *decis.* 254. *n.* 2. *par.* 1. *diu.* & fuit dictum in Imolen. bonorum 21. Iunij 1619. coram R. P. D. Buratto, & hoc maximè procedit stante commissione, in qua adest solita clausula (*quam, & quas*) quia per illam censetur deductum omne ius, & omnis actio competens, Mart. latè *de clausul. par.* 1. *claus.* 125. *sub n.* 7. vbi plures decisiones Rotæ refert, & amplissimè Marescot. *var. lib.* 1. *cap.* 20. *per totum*, vbi ponit regulam cum multis ampliationibus, & declarationibus.

b De quo *supra sub litera a.*

c Latè Maresc. *d. c.* 20. *n.* 6. *& seq.* & Mart. *dicta clausul.* 125. *n.* 52. qui plures cumulant.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Societatis Officij.

*Veneris 6. Februarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Nominatio periculi vitę eiusdem Notarij rogati est valida, non obstante, quòd ex post fuerit dicta societas cessa eidem Notario, & maximè quando ex veritate facti probata ex adminiculis cessat omnis sinistra suspicio.

### SVMMARIVM.

1 *Instrumentum non probat ad commodum Notarij rogati.*

2 *Hoc non procedit, quando de tempore rogitus nullum habebat ius, sed cœpit ius habere multo tempore post.*

3 *Item non procedit, quando ex adminiculis constat de veritate facti, ita vt cesset omnis sinistra suspicio.*

## DECISIO CCCC.

IOannes Petrus Capogallus, Proxeneta Ripæ super
dicto officio contraxit societatem scutorum 100.
cum Francisco Morando sub periculo vitæ Ioannis fi-
lij d. Francisci, cui accessit bonam fidem recognoscen-
do erga officialem, & alios obligatos Possidonius de
Angelis, post annum Franciscus declarauit dictam so-
cietatem esse factam de pecuniis Ioannis eius filij, &
cessit illi omnia iura dictæ societatis, post nonnullos
dies obiit Franciscus, relicto Ioanne hærede, qui egit
contra Possidonium pro recuperatione sortis principa-
lis coram Aud. Cam. à quo obtinuit relaxari manda-
tum pro cuius exequutione, dum instabatur coram
R. P. D. Machiauello Iudice deputato, Possidonius ob-
tinuit per memoriale Sanctissimi, quòd causa cum vo-
to Rotæ terminaretur, prætendebat enim se pecunias
fuisse superlucratum. quia Ioannes fuit Notarius de so-
cietate rogatus, & propterea non probari nominatio-
nem suæ personæ ex regula, quòd instrumentum † non 1
probat ad commodum Notarij scribentis, [a] de qua per a
Bart. & Bald. *in l. si Consul. ff. de adopt.* Ias. *in l. sciendum,*
*num.* 6. *ff. de verb. oblig.* & in terminis huiusmodi nomi-
nationis allegabantur moderni à Cingulo *de societ. offic.*
*num.* 153. Quo non obstante Domini contrarium te-
nuerunt, quia quando Ioannes possit dici Notarius ro-
gatus de dicto instrumento, & non Bettus Dominus
Officij, cuius contrarium tenebant aliqui ex Dominis
adnotando personam suam, super qua Franciscus pater
voluit currere periculum vitæ, nihil sibi adscripsit,
cùm ex ea nullum ius consequeretur, † & propterea 2
pater post annum illi cessit eamdem societatem, cuius
cessionis vigore cœpit habere ius, quod antea non ha-
bebat. Et cessat omnis suspicio ex veritate facti, quia
Possidonius vidit, & approbauit talem nominationem,
tùm quia facta fuit in ipso instrumento societatis, in
quo ipse interuenit, tùm quia erat scripta in fide socie-
tatis, in qua Possidonius fecit quietantiam pecuniæ re-
ceptæ, † ex quo, & aliis adminiculis, quæ dantur, cessat 3
omnis suspicio, & omnis sinistra interpretatio, vt per
informantes, & admittunt Modern. *de societ. in loco supra*
*allegato*, quibus etiam respondetur, eos loqui, quando
periculum vitæ stabat in persona illius, qui dederat
pecunias,

pecunias, vnde non mirum, si nominatio tunc non probatur, & in ista mutatione tollatur fides Notario, cùm videatur in aliquo derogari iuri recipientis, secus est in casu isto, in quo in limine societatis nominata fuit persona Ioannis, & in ea fuit fundatum periculum vitæ. Nec etiam facit declaratio, & cessio per patrem facta, quia de tempore, quo Ioannes rogatus fuit de instrumento, nullum habebat interesse, quia societas cantabat nomine patris, & hoc esset destruere contractum societatis, quem Possidonius præsupponit, cum inde prætendat pecunias lucratum fuisse. Ex quibus, & aliis adductis pro Ioanne fuit resolutum Possidonium non fuisse superlucratum pecunias.

### *ANNOTATIO.*

a Notarius non potest sibi aliquid adscribere in instrumento, seu testamento, de quo se rogat, de quo latissimè per Farinac. *de falsitat. q. 150. n. 175. & seq.* vbi regulam constituit cum pluribus ampliationibus, & limitationibus.

---

## Vssellen. spoliorum, seu donationis.

*Veneris* 13. *Februarij* 1609.

### ARGVMENTVM.

Prælatus regularis potest in vita disponere de fructibus beneficij dotando consanguineos, maximè pauperes, & erga eum benemeritos, & alia huiusmodi materiam concernentia.

### *SVMMARIVM.*

1 *Prælatus habens administrationem æquiparatur in vita vsufructuario, ita vt possit per actum inter viuos de fructibus beneficij disponere.*
2 *Et ideo potest ex illis dotare consanguineos pauperes.*
3 *Prælatus potest donare ex causa remunerationis.*
4 *Prælatus ex sua promissione potest conueniri.*
5 *Prælatus ex fructibus, & redditibus Ecclesiæ tenetur soluere sua debita.*
6 *Prælatus de fructibus beneficij, qui sibi ex propria parsimonia superfuerint, potest disponere, sicut de bonis propriis patrimonialibus.*
7 *Regularis effectus Episcopus facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus, quàm sæcularis.*
8 *Prælatus quando emit rem ex pecunia redacta ex fructibus Ecclesiæ ad effectum dotandi suam consanguineam, idem iudicari debet de dicta re empta, ac si fructus, cum quibus illam emit, in vita assignasset, & dedisset pro dote.*
9 *Prælatus regularis emens rem dicitur illam acquirere Ecclesiæ, etiam si pro se stipuletur.*
10 *Hoc non procedit, quando apparet Episcopum noluisse acquirere Ecclesiæ; quia tunc Ecclesia non acquiritur ex defectu voluntatis.*
11 *Animus acquirentis cui, scilicet, voluerit acquirere colligitur ex præcedentibus, & sequentibus.*
12 *Stipulari alteri quis non potest.*
13 *Prælatus sicut potest acquirere Ecclesiæ, ita etiam potest acquirere cum qualitate reuocabilitatis.*
14 *Fraus non dicitur commissa, quando actus fuit factus lege permittente, & quando fieri potest citra fraudem.*
15 *Simulatio non datur sine causa simulandi.*
16 *Simulatio non arguitur ex eo solùm, quòd alienans post alienationem remaneat in possessione rei alienatæ, maximè concurrente titulo familiaritatis.*
17 *Donatio an sit immoderata, remittitur arbitrio Iudicis, qui iudicare debet iuxta quantitatem bonorum donantis, & iuxta merita & qualitatem donatarij.*
18 *Constitutio, & Breue Papæ dat formam futuris, non præteritis negotiis, nec se extendit ad ea, super quibus lis pendet.*

### DECISIO CCCCII.

PEtrus Clemens Professus Ordinis Carmelitani promotus ad Episcopatum Vssellen. emit die 5. Martij 1594. dum esset Episcopus, quasdam domos in Ciuitate Calaritana pro se vti persona priuata, & laica pro suis hæredibus, & successoribus, ac pro quibus dedisset, 22. eiusdem mensis easdem domos donauit Iosephæ, & Marianæ eius neptibus pro ipsarum dotibus, mortuo Episcopo orta fuit lis inter Capitulum Ecclesiæ Vssellen. & donatarias super dictis domibus in partibus, vbi Capitulum sententiam fauorabilem obtinuit, à qua pro parte mulierum fuit appellatum, & causa appellationis commissa Illustrissimo Camerario, qui d. sententiam reuocando, pronunciauit ad fauorem donatariarum, & causa ad Signaturam Sanctissimi delata placuit, quòd videremus in Rota de iustitia vltimæ sententiæ, & propterea dedi dubium, an sententia Illustrissimi Camerarij esset confirmanda, quod fuit resolutum
pro confirmatione, † quia cùm Prælatus habens admi- 1
nistrationē in vita, æquiparetur vsufructuario, vt pos-
sit per actum inter viuos de fructibus beneficij dispo-
nere, iuxta glos. communiter receptam *in c. personæ. in*
*verb. reuocari. de off. Ord. in 6.* Rota *decis. 41. n. 2. de prob. in*
*antiq.* ex ipsis non solùm potest, † sed etiam tenetur do- 2
tare consanguineas pauperes Abb. *in c. peruenit. sub n. 1.*
*versic. & credo, quòd bona conscientia. de arbitr.* Alexan. *in l.*
*1. n. 24. ff. solut. matr.* Cappel. Tholos. *decis. 290. n. 9.* Boer.
*decis. 129. n. 8.* Campeg. *de dot. par. 1. q. 23.* Summa Syluest.
*in verbo Clericus il quarto n. 11. q. 15.* Itè Marsil. *de redit. Ec-*
*cles. cap. 32. n. 8 & 9.* Surd. *de alim. tit. 8. priuileg. 92. num. 5.*
Chissan. *decis.* 181. Maximè quia dos in casu isto erat de-
bita non solùm iure consanguinitatis, sed etiam ex
causa remunerationis propter plurima seruitia recepta,
vt cantat donatio, & abundè probant testes, † licet au- 3
tem Prælato donare ex causa remunerationis, vt per
Nauar. *cons. 6. n. 3. de donat. lib. 1.* imò etiam iure actionis
debita, quia illis fuerat promissa ab Episcopo, cuius pro-
missionis intuitu fuerant dictæ neptes ex regionibus
Hispaniarum ad Regnum Sardiniæ auocatæ, † & cùm 4
ex ista promissione potuisset Episcopus conueniri, *cap.*
*quicumque suffragio,* & ibi glos. *in verb. promiserint iuncto*
*cap. seq. 12. q. 2.* † clarum est Prælatum ex fructibus, & 5
redditibus Ecclesiæ teneri soluere sua debita, *cap. perue-*
*nit, & ibi not. de fideiuss.* Rota *d. decis. 41. n. 2. de probat. in*
*antiquis.* Quæ tantò magis procedunt, quia ex testibus
apparet hoc factum † ex parsimonia, quam adhibuit 6
Episcopus in parte fructuum ad suum victum, & vsum
destinata, talium enim fructuum est eadem ratio, quæ
de bonis propriis, D. Thom. 2. 2. *quæst. 185. artic. 7. in cor-*
*pore artic.* & ibi Caiet. *q. 2.* Molin. *de iust. & iur. disput. 146.*
*vers. contrarium, ibi, tertio quoniam.* Nauar. *de redit. Eccles.*
*quæst. 1. monit. 33. n. 2. & 4. vers. quæ ratio.* Sot. *de iust. & iur.*
*lib. 10. quæst. 4. artic. 4. col. 4. vers. cùm ergo.* Nec obstat,
quòd simus in Episcopo regulari, † quia regularis ef- 7
fectus Episcopus facit fructus suos in vita, & de eis
disponere potest non minùs quàm sæcularis, Bald.
*in cap. Clerici. il secundo. num. 7. de vit. & honest. Cler.* Card.
*in cap. si quis. colum. penult. versic. in religiosis. de pecul.*
*Cleric. & in clem. 2. §. sed, & tales. in princ. eod. tit.* Na-
uarr. *cons. 15. n. 4 & per tot. de Regul. vbi n. 8. in fin.* dicit
praxim

praxim totius Orbis Christiani ita seruare, *cons.70.n.4.*
*eod.tit.* dicit neminem contradicere, Sarmient. qui alios
allegat *de redit. Eccles.par.1.quæst.9. n.* 10. & dixit Rota
in vna Aquilana Prioratus 1. Februarij 1584. relata *in-*
a *ter diuers.decis.772.par.1.* [a] Non obstat, quòd prædicta
8 possent procedere, † si Episcopus donasset ipsos fru-
ctus, vel pecuniam ex eis redactam, secus autem de re-
9 bus ex dicta pecunia emptis, † quia cùm bona fuerint
ad effectum dotandi empta, idem iudicari debet, quod
de reditibus, vt in specie per Nauar. *de redit. Eccles.q.1.*
*monit.47.col.1.vers. & ita.* Iacob. de Graff. *cons.11.n.21.*
10 *& seq. de regul.* Nec facit, quòd † res emptæ à Prælato
regulari dicantur acquisitæ Ecclesiæ, etiam si pro se sit
stipulatus, iuxta trad. per Ioan. Andr. & alios *in c. cùm*
*olim. el secondo. de priuileg.* quia ad hoc, in quo versatur
punctus istius difficultatis, fuit responsum † non pro-
cedere, quando apparet Episcupum noluisse Ecclesiæ,
sed potius alteri acquirere, puta, quando alteri stipula-
tur, quia tunc Ecclesiæ non acquirit ex defectu volun-
tatis, Innoc. *in d.c. cùm olim n.3. circa med.* Host. *sub n.12.*
Io. Andr. *sub n.5.* Henric. Boic. *sub n. 4.* Quod autem in
casu isto noluerit Ecclesiæ, sed nepotibus acquirere,
suadent non solùm verba stipulationis pro se vti per-
sona priuata, & laica, & pro quibus dederit ponderata
post informantes, sed etiam præcedentia, & sequentia,
videlicet, promissio dotandi præcedens, & donatio ex
11 dicta causa post paucos dies subsequuta, & tota series
istius facti, † ex præcedentibus autem, & sequentibus
colligitur, cui quis voluerit acquirere, Bald. *in l. multùm*
*interest sub n.3. C. si quis alt.* vel *sibi.* Berou. qui alios alle-
gat *quæst.46.n.5.* qui dicit verum, etiam si acquirens no-
men proprium exprimat. Et licèt Innoc. & alij supra
citati dicant, quòd nec etiam tertio acquiritur ex defe-
ctu potestatis, id tamen dicunt propter naturam stipu-
12 lationis, † secundùm quam alteri quis stipulari non po-
test, *l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.* sed quicquid
sit, sufficit, quòd non fuerint domus per emptionem
acquisitæ Ecclesiæ, & quòd quando illas donauit, non
donauit rem Ecclesiæ. Dicebant etiam aliqui ex Domi-
nis, quòd vbi fuisset acquisitum dominium Ecclesiæ
fuisse acquisitum reuocabiliter in casu donationis, &
13 quòd † sicut Episcopus potuisset non emere, & non ac-
quirere, potuit etiam acquirere cum ista qualitate re-
uocabilitatis. Quæ dicuntur de fraude, sunt benè sub-
14 lata per informantes, nec potest dici † factum fraudu-
lenter, quod fuit factum lege permittente, *l. Gracchus. C.*
*de adult.* Paris. *cons.72 in fin. lib. 3.* nec quod potuit fieri
citra fraudem, Surd. qui alios allegat *decis.30.n.30.* Ces-
15 sant etiam, quæ de simulatione dicuntur; † Tùm quia
b non adest causa simulandi, [b] Bart. *cons.65.n.4.* Anchar.
*cons.227.n.7.* & fuit sæpiùs resolutum, tùm etiam quia
coniecturæ adductæ pro simulatione, visæ fuerût Do-
minis leues: Reseruatio enim vsusfructus in donatione
fuit facta, donec nuberent, & illa, quæ in instrumento
dotali ad vitam facta legitur, vel est intelligêda secun-
dùm eam, quæ facta fuit in instrumêto donationis pro-
pter verba relatiua appositas, vel præiudicare non po-
16 tuit iuri nepotum quæsito per donationem. † Et licèt
Episcopus habitauerit domum cum nepotibus, hoc ta-
men solùm non sufficit pro simulatione, vt fuit dictum
in Beneuentana donationis 27. Nouembr. 1585. coram
Gypsio, & id factum fuit iure familiaritatis, quando au-
tem in eis fabricabat palàm, & publicè, profitebatur se
id facere in domibus neptum, vt dicunt testes, quam-
uis etiam exigeret pensionem vnius apothecæ, hoc po-
tuit esse, quia in multis ipsis nepotibus auxiliabatur, &
præsertim in eis alendis, quando in dicta domo mora-
bantur. Non obstat, quod dicitur de immoderata dona-
17 tione, & dote, † quia attentis facultatibus donantis, qui
amplissimum spolium reliquit, necnon meritis, & qua-
litate donatariarum, secundum quæ arbitrari debet
iudex, vt in his terminis dixit Ias. *cons.73. in fine vers. non*
*obstat lib.3.* & ante eum Hostien. *in Summa de donat. §. &*
*quid n.6. in fine*, & facit glos. *in l. sed & si susceperit*, quam
sequuntur ibi omnes. *C. de iud.* Et habita ratione, quòd
domus inseruire debebant pro dotibus duarũ neptum,
nequaquam videtur considerari posse excessiuitas, & si
aliqua esset, oriretur ex augmento dotis postea per Epi-
scopum facto. Breue fœl. record. Clem. VIII. inualidans
donationes factas in vita reseruato vsufructu Episco-
po donanti non obstat, quia inualidat eas, quæ viuenti-
bus donatariis non sunt effectum sortitæ, vnde non
comprehendit istam, in qua possessio fuit infra quin-
que dies tradita, & si illam posset comprehendere, non
afficeret, † quia emanauit non solùm post obitum Epi- 18
scopi, sed etiam hac lite pendente, constitutio enim dat
formam futuris, non præteritis negociis, *l. leges. C. de le-*
*gib.* & non se extendit ad ea, super quibus pendet lis,
*Auth. in med. lit. non fieri Sac. for. §. ideoque.*

*ANNOTATIO.*

a Quòd idem sequendo hanc decisionem dixit Rota in Vssellen. hæreditatis 24. Maij 1619. corâ R.P.D. Pirouano.

b De quo *suprà ad decisionem 257.*

---

## Anconitana Bonorum.

*Luna 16. Februarij 1609.*

ARGVMENTVM.

Primum extremum in spolio ex quibus probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Possessio probatur ex monitorio partis contrariæ, in qua petitur, quòd quis condemnetur ad dimittendam possessionem, quia dimissio præsupponit possessionem.*

2 *Exequutori creditur non solùm quoad actum immissionis in possessionem, sed etiam quòd bona illa sint debitoris, contra quem fit exequutio.*

3 *Producens censetur fateri vera omnia contenta in scriptura producta.*

## DECISIO CCCCII.

CONclusum fuit constare de primo extremo, vide-
licet, de possessione filiorum Petri de Leonibus,
quia vltra testes examinatos pro parte ipsorum coram
bo. mem. Domino Sottomaior, & alios examinatos per
Iachellum Rectorem Sancti Apollinaris productos
coram R.P.D. Stella, qui benè de ea deponunt, † adest 1
monitorium per parte d. Iachelli impetratum, & præ-
sentatum filiis Petri, vti eius hæredibus, in quo monen-
tur ad dimittendam possessionem bonorum, de quibus
agitur, quàm si dimittere debebant, necessariò erat pe-
nes ipsos, cùm priuatio præsupponat habitum, [a] *l. ma-* a
*numissiones, ff. de iustit. & iur. l. decem. ff. de verb. obligat. l. Ti-*
*tio vsusfructus, ff. de condit. & demonstrat.* & carentia sint
habentium, Bald. *in l. licet in 3. oppos. C. locat.* Accedit man-
datum exequutiuum relaxatum contra bona hæredi-
taria Petri, quod fuit exequutum in vna Vinea in con-
trada Pisciarellæ in viridario dictorum hæredum, & in
alia contrada Srauezze possessa per hæredes cum ex-
pressione confinium, qui conueniunt cum instrumento
concessionis factæ Petro eorum patri, ita enim cantant
relationes exequutionis, † cui creditur non solùm quo- 2
ad actum missionis in possessionem, sed etiam, quòd
bona illa essent illius, contra quem probatur exequu-
tio, Tiraq. *de retract. consang. §. 8. glos. 9. n. 22.* fuit dictum
in

tn Romana census 26. Nonembris 1607. coram R.P.D. meo Ortembergo. Hoc etiam probatur ex instrumento deliberationis factę Hieronymo masculo, vbi leguntur bona possessa per hæredes. Accedit fides Lucæ Cossini Locumtenentis Gubernatoris Anconæ, quam Ia-
3 chellus producendo † tacitè confessus fuit esse vera in
b omnibus in ipsa contentis,[b] *c.cùm elim, de censib. l. Pubisa, §. fin. ff. de pos* Bart. *in l. post legatum, in princ. ff. de his, quibus, vt indig.* Innocen. & alij, *in cap. sum venerabilis*, vbi Fel. *n. 22. de except.* Rursus adest tacita confessio Iachelli, qui aliquando expresse, aliquando relatiuè ad scriptutas dixit se possidere bona, de quibus agitur ex subhastatione, & deliberatione, quæ cùm fuerit obtenta contra hæredes Petri, tacitè innuit fuisse ante deliberationem ab ipsis pnssessa. Et licèt aliqua ex supradictis iuribus non fuerint exhibita ante sententiam Rotalem, id tamen factum fuit, quia processus transportatus in Rota non erat integer, sed defectiuus, & fuit necesse illum supplendo corrigere, & emendare. Ex quibus, & aliis deductis pro parte filiorum, & hæredum Petri visum fuit Dominis satis constare de primo extremo.

*ANNOTATIO.*

a De qua materia infra dicam *ad decis. 458.*
b Dixi latè suprs *ad decis. 238.*

---

## Hispalen. decimarum de Ayamonte.

*Veneris 20. Februarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Remissoria in causa decimarum vti prophana indistinctè, & sine fumo est danda data releuantia, maximè in prima instantia, & sufficit releuantia vnius articuli.

*SVMMARIVM.*

1 *Causa prophana dicitur causa decimarum ad effectum remissoria.*
2 *Item causa prophana dicitur qualibet alia, in qua non agitur de titulo beneficij.*
3 *Remissoria in materia prophana indistinctè, & sine aliquo fumo datur, quando materia articulata est releuans.*
4 *Remissoria maximè est concedenda in prima instantia, quia durum est, quòd causa in prima instantia discutiatur in Curia, & tollatur facultas probandi in partibus.*
5 *Articulus concernens fines Diœcesis, & Parochialitatis in materia decimarum est releuans.*
6 *Lis super re diuersa non præstat impedimentum.*
7 *Remissoria est concedenda super omnibus articulis, quando constat vnum esse releuantem.*

### DECISIO CCCCIII.

COnclusum fuit Marchioni dandam esse remisso-
1 riam, quia ad istum effectum causa † decimarom
a dicitur prophana,[a] vt fuit dictum in vna Pampilonen. decimarum 23. Iunij 1600. & in Valen. decimarum de Gandia 9. Februarij 1601. coram Illustriss. Cardinali
2 Pamphilio, prout † quælibet alia, in qua non agitur de titulo beneficij, Ægid. *decis. 617.* Caputaqnen. *decis. 99.*
3 *par. 1.* in prophanis antem † indistinctè, & sine aliquo fumo datur remissoria, quando materiæ articulatæ sunt releuantes, Caputaq. *decis. 68. par. 3.* Cæs. de Grass. *decis. 1. num. 10. de dilat.* Et si hoc verum in quacumque instantia, vt dicit ibi Caputaquen. fortiùs procedit in prima, † in qua denegare remissoriam esset tollere pro- 4
bationes reo, quod esset absurdum, & durum esset, quòd causa primæ instantiæ discuteretur in Curia, & tolleretur facultas probandi in partibus. Quòd autem materiæ sint releuantes, Domini non dubitabant, saltem in eo, quod articulatur, † loca, de quorum decima 5
tione agitur, non esse in diœcesi Hispalen. quia eo probato Capitulum non poterit fundare suam intentionem decimandi in ipsis, & poterit illi Marchio dicere, quoad te liberas ædes habeo. Nec potest dici iste articulus improbabilis propter pendentiam litis cum Marchione auo, quia lis non erat super diœcesi, aut situatione bonorum, † & non præstat impedimentum lis 6
super re diuersa, ex cumulatis per Lancellott. *de attentat. lib. 2. cap. 4. limitat. 2.* Cùm † autem habeamus vnum 7
articulum releuantem, & non improbabilem, non sunt discutiendi alij, sed est concedenda remissoria super omnibus, vt sępiùs fuit dictum, & signanter in vna Comen. decimarum 28. Iunij 1602. coram R.P.D. meo Sacrato, & in Illerden. præeminentiarum 20. Iunij 1603. coram me.

*ANNOTATIO.*

a Causam prophanam censeri, quando non agitur de titulò beneficij, etiam si aliàs sit fori Ecclesiastici, dixi *in annotatione ad decis. 238. & ad decis. 331.*

---

## Casalen. decimarum.

*Lunæ 23. Februarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Laico competit manutentio in quasi possessione exigendi decimas, etiam si non doceat de titulo.

*SVMMARIVM.*

1 *Manutentio non est danda possessori, cui ius resistit, nisi docto de legitimo titulo.*
2 *Laico est danda manutentio in quasi possessione exigendi decimas, etiam si non docet de titulo, quia potest esse, quòd non sint spirituales, sed potiùs responsiones temporales.*

### DECISIO CCCCIV.

FVit resolutum pro Pezzanis informantibus dandum esse illis mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi responsiones grani, de quibus agitur. Nec obstare dixerunt Domini, ipsos vti laicos esse incapaces decimarum, & propterea, † cùm eorum pos- 1
sessioni resistat ius, non esse manutenendos, nisi docto de legitimo titulo,[a] Caputaquen. *decis. 196. par. 2.* quia a
non † apparet istas esse decimas spirituales, & Eccle- 2
siasticas, vel potiùs responsiones, quarum laici sunt capaces,[b] & quamdiu non constat istas esse decimas, non b
posse denegari ipsis manutentionem.

*ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis. 3* 370
b Quòd dentur duæ species decimarum spirituales, & temporales, dicit Bald. *cons. 419. vol. 1.* Bero. *cons. 84. num. 41. lib. 1.* benè Petra *in addit. ad Rodoan. de rebus Eccles. non alien. post quæst. 63. in princ.* Rot. *decis. 313. num. 3. par. 1. in recent.* vbi dicitur non esse verum simpliciter, quòd laici sint incapaces decimarum, cùm non omnes decimæ sint spirituales; propriè tamen loquendo sub nomine decima-

rum veniunt decimæ spirituales, vt fuit dictum in Ferrarien. decimarum 16. Iunij 1606. coram R.P.D. Pirouano, vbi dicitur, quòd decimæ temporales propriè non sunt decimæ; & propterea ibi resoluitur in dubio intelligendum esse de spiritualibus, quod idem etiam latè fuit resolutum in Mediolanen. rescissionis permutationis 21. Maij 1591. coram Cardinali Pamphilio, & dicit etiam Bald. *in d. conf. 419. lib. 1.* & Bertaz. *consil ciuil. 17. num. 15. & 16.*

*Oliuerius Beltraminus.*

ideò si alia Ecclesia in eodem loco reædificetur, retinet omnia iura Ecclesiæ destructæ vti subrogata in locum primæ, vt fuit dictum in Toletana decimarum de Sanzedon 18. Iunij 1590. coram bo. me. Penia.

b De translatione vnius Ecclesiæ ad aliam est videndus latè Mandos. *in tract. de signatura, in tit. de translatione,* qui in proposito huius decis. dicit, quòd quando Ecclesia Parochialis transfertur ad aliam, desinit esse Parochialis, & talis prout prius erat.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Salamantina Beneficij.

*Lunæ 23. Februarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ecclesia Parochiali diruta non solùm remanet extincta Parochialitas, sed etiam beneficium ipsum, non obstante prætensa translatione.*
2 *Probatio incerta, & æquiuoca non suffragatur.*
3 *Et est interpretanda contra probantem.*

### DECISIO CCCCV.

CAusa iterum super eisdem proposita instante Io. qui non informauit, Domini perstiterunt in decisis, quòd non sit iustificata gratia ipsius respectu Parochialitatis, quia cùm Ecclesia Sancti Cypriani fuerit
1 authoritate Episcopi diruta, † fuit non solùm extincta
a Parochialitas, [a] si quæ per prius adfuit, vt in decisione dicitur, sed etiam beneficium ipsum, Abb. *in cap. 2. n. 5. de nou. oper. nunc.* Sylua *de benef. par. 3. quæst. 42. in fine.* Remig. de Gomy. *de immun. Eccles. ampliat. 20. num. 30.*
b Non obstat prætensa translatio, [b] quia non probatur, cùm testes loquantur de translatione, aut vnione; rursus ex dictis ipsorum non apparet, quid sit translatum, an titulus, vel Parochialitas, an cura, vel eius exerci-
2 tium, vt in decisione dicitur, vnde † probatio ista incerta, & æquiuoca Ioannem non releuat, *l. neque natales. C. de prob. l. non hoc, C. vnde legit. cap. in præsentia, de prob.* imò
3 † est contra ipsum interpretanda glos. *in d. cap. in præsentia,* Bart. *in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verborum obligat.* Crot. *cons. 47. n. 22.* Natt. *cons. 592. num. 13.* Non obstat decisio in causa Mediolanen. Cappellaniæ 14. Aprilis 1595. coram bo. mem. Orano, quia vltra quòd ibi constabat de translatione, & hoc, vt Parochialitas Ecclesiæ Sancti Georgij non fuisset per translationem extincta, Episcopus erexerat Ecclesiam Sanctæ Mariæ, in qua existebat quædam Cappellania, siue beneficium simplex, in Parochialem Sancti Georgij transferendo illius iura Parochialia in d. Ecclesiam Sanctæ Mariæ, nil mirum, si ibi non fuit extincta Parochialitas. Rursus ibi fuit translata Ecclesia Parochialis ad Ecclesiam simplicem, & sic non dabatur concursus duarum Parochialitatum in eadem Ecclesia, vt in casu, de quo agitur, ex quibus visum fuit Dominis non bene inferri de casu illius decisionis ad istum, & propterea non esse recedendum à resolutione facta.

### *ANNOTATIO.*

a Distinguunt DD. communiter in hac materia, aut Ecclesia destruitur auctoritate Superioris, & tunc amittit omnia iura, aut destruitur casu fortuito, & tunc retinet habitu omnia iura, vt post alios Decian. *cons. 93. num. 14. lib. 5.* &

---

## Romana census.

*Lunæ 23. Februarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Minor fideiubens cum iuramento non restituitur in integrum. Falsitas causæ non præsumitur in obligatione minoris stante decreto Iudicis, & est probanda concludenter, & alia, de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Minor non restituitur in integrum stante iuramento, & sub num. 5. & 18.*
2 *Minor non restituitur in integrum, si maior factus per quinquennium tacuit.*
3 *Minor non potest contrahere sine interuentu curatoris.*
4 *Statutum dum requirit quasdam solemnitates in contractibus minorum, non ideò tollit alia requisita de iure communi.*
6 *Propinquiores præsumuntur illi, qui interuenerunt in contractu minoris, & ex aduerso est probandum, quòd adessent alij magis propinqui, qui possent obligationi interuenire, & latius de hac materia sub num. 19.*
7 *Falsitas causæ non præsumitur in contractu minoris, quia præsumitur, quod Iudex diligenter scrutatus fuerit de veritate causæ, & num. 20.*
8 *Falsitas causæ ad retardandam exequutionem obligationis Cameralis debet euidenter, & manifestè probari.*
9 *Ex statu de præsenti non infertur ad statum de præterito.*
10 *Soluendo aliquem fuisse de tempore contractus præsumitur, si constat, quod ante contractum erat soluendo, licèt ex post constet non esse soluendo.*
11 *Excussio facta in Vrbe tantùm non probat aliquem non esse soluendo; maximè, si constat alibi habere bona.*
12 *Falsa causa non potest dici, quæ ab initio est vera, licèt postea deficiat.*
13 *Læsio enormissima non præsumitur, nisi probetur.*
14 *Et excluditur Iudicis auctoritate.*
15 *Et est probanda de tempore contractus.*
16 *Læsio enormissima propter fideiussionem præstitam non potest considerari, nisi probetur impossibilitas obtinendo releuationem, & sola fideiussio non sufficit.*
17 *Obligationis Cameralis exequutio non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

### DECISIO CCCCVI.

FAbius, & Virginius de Vrsinis de anno 1591. locauerunt Philippo Rauennæ Castrum Nomenti, cum suis tenutis ad annos 17. pro annuo affictu scutorum 4000. pacto adiecto, quòd conductor reperiret scuta 42. mil. ad censum pro locatoribus &

& census teneretur ipse conductor infra sexdecim an-
nos extinguere, interimque soluere fructus, pro qua
extinctione, & solutione retineret pecunias dicti affi-
ctus, & insuper scuta mille Turris Lupariæ ad locatores
pertinentis, fuit impositus census super Castro, & tenu-
tis locatis, & venditus eidem Rauennæ conductori pro
personis nominandis, qui successiuè nominauit Hiero-
nymum ab Ecclesia pro scutis 10. mil. & Marerium pro
8000. in reliquis non habuit effectum, obligationi de
census soluendo, & de euictione inter alios accessit
Dominus Io. Antonius Vrsinus Dux Sancti Gemini,
contra quem, cùm actum fuisset ad solutionem cen-
suum decursorum coram Aud. Cam. & obtentum, ac
etiam exequutum mandatum, fuit oppositum ipsum
tempore obligationis fuisse minorem, & ob id fideius-
sionem per ipsum præstitam esse nullam, vel saltem ei
competere restitutionem in integrum. Dubitaui extra
Rotam de ordine Signaturæ, an esset procedendum ad
vlteriorē exequutionem, vel potius reuocandum man-
datum Aud. Cam. cum inde sequutis. Fuit resolutum
esse procedendum vlteriùs in exequutione, quia obli-
gatio Ducis est liquida ex instrumento publico obli-
gatione Camerali vallato, & fuit adhibitum decretum
Iudicis cum aliis solemnitatibus requisitis ex forma
Statutorum Vrbis in contractibus minorum. Et quo-
1 ad restitutionem in integrum fuit dictum eam † non
a posse competere propter iuramentum, [a] *Authen. Sa-
cram. puber. Cod. si aduers. vendit.* vbi Bald. *numer.* 13.
in specie dicit non restitui aduersus fideiussionem, &
post eum Tiraquel. *de legib. connubial. gloss.* 5. *sub numer.*
104. & dixit Rota corā me in Bonon. pecuniaria 9. Iunij
2 1603. Et † quia obstat lapsus quadriennij, *leg. fin. Cod. de
tempor. in integr. restitut.* præsertim, vt non impediatur
cursus vlterioris exequutionis, tùm quia sumus in obli-
gatione Camerali, tùm quia fuit peruentum in exe-
quutione ex latè deductis in dicta decisione Bonon.
Nullitates etiam non obstant, nam quoad primam,
quòd Dux tempore obligationis haberet matrem cura-
3 tricem, † sine cuius interuentu nulliter egerit, *l. si cu-
ratorem. Cod. de restitut. in integr.* fuit dictum Statutum
non requirere præsentiam curatoris: & licèt Statutum
4 † non videatur tollere alia requisita de iure communi,
Castren. qui de curatore loquitur *consil.* 306. *in* 1. *dub. lib.*
2. & post eum Dec. *consil* 110. *sub n.* 1. *vers. sed tamen hoc
5 non obstante.* Tiraq. *de legib. connub. glos.* 8. *nu.* 49. † atta-
men in terminis iuris communis clara est responsio ex
iuramento, quod tollit remedium restitutionis in in-
tegrum minori, Aym. *consil.* 7. *numer.* 16. qui de com-
muni opinione, quæ vbique seruatur cum aliis per
Gabr. *de minor. concl.* 5. *sub num.* 40. *vers. contrarium.* Me-
noch. *consil.* 203. *numer.* 11. Non obstat alia nullitas ex eo,
6 quòd interuenerint minus propinqui † omissis pro-
pinquioribus, quia esset probandum pro parte Ducis,
quòd tunc habuisset propinquiores, qui potuissent obli-
b gationi interuenire, [b] Paul. de Castr. *consil.* 124. *in* 2.
*dub. lib.* 1. Corn. *consil.* 306. *num.* 8. *lib.* 1. *&* 131. *sub n.* 2.
*lib.* 4. Curt. iun. *in l.* 1. *num.* 22. *circa finem. Cod. vnde vir,
& vxor.* Aym. *cons.* 80. *numer.* 14. Tiraq. *de legib. connub.
gl.* 8 *sub n.* 51. Achill. *decis.* 4. *de præsumpt.* Guidob. *decis.*
98. & fuit sæpiùs decisum; fides autem, quæ ex aduerso
datur ad probandum præsentiam bo. me. Cardinalis
Gaietani, non percutit tempus contractus, quia est de
alio mense, & de aliis diebus, & recipit alias responsio-
nes, de quibus per informantes. Dum etiam impu-
gnabatur obligatio ex defectu, imò falsitate causæ, cùm
fuerit narratum Ducem posse se obligare securè sine
detrimento, periculo, & iactura, eo quòd haberet Vrsi-
nos releuatores, qui tamen propter nimium æs alie-
num, quo premebantur, eum releuare non poterant:
Item quia fuit expressum, quòd Rauenna intra certum
tempus extingueret census, & tamen non extinxit; fuit
responsum falsitatem † causæ non præsumi, *leg.* 1. *in fine* 7
[c] *priuc. & leg. magis puta.* §. *ne passim. ff. de reb. cor.* Put. c
*decis.* 245. *lib.* 2. Chisan. *decis.* 183. fuit dictum in Roma-
na Census de Prouanis 8. Aprilis 1598. coram Orano,
præsumitur enim Iudicem, qui decretum interposuit,
diligenter scrutatum fuisse de veritate causæ expressæ,
Paul. de Castr. *cons.* 432. *num.* 2. *part.* 1. Alex. *consil.* 80. *sub
num.* 11. *lib.* 5. & quòd adhibuerit causæ cognitionem, vt
fuit dictum in vna Camerinens. Fideicommissi 7. No-
uembris 1579. coram Robusterio, & in Sabinens. seu
Romana compromissi 14. Maij 1576. coram Card. Lan-
cellotto. Falsitas autem causarum pro parte Ducis non
probatur, † & tamen deberet euidenter, & manifestè 8
probari ad retardandam exequutionem obligationis
Cameralis, vt voluit Rota in illa Romana census de
Prouanis. Nam quòd Vrsini non possent illum releuare,
non probatur per prætensam excussionem, quia non
concludit de tempore contractus, † cùm non valeat 9
consequentia, non reperiuntur hodie bona Vrsinorum,
ergo nec de dicto tempore, † cùm præsertim constet 10
per priùs eos habuisse plura bona, & potiùs præsumptio
sumi debeat à statu, in quo reperiebantur ante contra-
ctum, quàm ab eo, qui post contractum interuenit, ex
traditis per Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 24. Accedit,
quòd excussio † facta fuit in Vrbe tantùm, & tamen 11
notorium est Vrsinos habere multa bona in territorio
Mantuæ. Rursus Iudex declarauit decretum deputatio-
nis Cursorum super excussione facienda in bonis Vrsi-
norum esse factum citra præiudicium obligationis Ca-
meralis, processus exequutiui, & exequutionis factæ.
Relatio etiam Cursorum patitur plures exceptiones
relatas ab informantibus. Alia etiam causa, quòd Ra-
uenna fuisset extincturus census, non potest dici falsa
ex eo, quòd non extinxerit, † cùm falsa causa non pos- 12
sit dici, quæ à principio est vera, & postea deficiat, Bald.
*in l.* 1. *num.* 11. *Cod. de cond. indebit.* & facit regula tradi-
ta per Bartol. *in l. si rem meam. circa med.* quem sequuntur
plures relati ab informantibus, quòd in concernentibus
validitatem contractus semper inspicitur tempus con-
tractus. Et ex his resultat responsio ad obiectum enor-
missimæ † læsionis, est enim probanda, cùm non præsu- 13
matur, Bart. & alij *in l. nam. & postea,* § *si minus ff. de iure
iurand.* Abb. *in cap.* 1. *in* 2. *notab. de rest. in integr.* Dec.
*cons.* 474. *num.* 11. † maximè propter decretum iudicis, 14
quod facit præsumi eam non adesse, Dec. *in l. singularia.
sub num.* 3. *ff. si cert. pet.* Aym. *cons.* 214. *num.* 2. Rimin.
sen. *consil.* 74. *nu.* 6. Honded. *consil.* 34 *numer.* 61. *lib.* 2. &
fuit dictum in illa Bononiens. pecuniaria, † hîc autem 15
non probatur talis læsio, saltem de tempore contractus,
vt requiritur. *leg. si voluntate. in fin. Cod. de rescind. vend.*
glos. & DD. *in l.* 2. *eo. tit. & in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid.*
† & læsio non potest considerari, si non probetur im- 16
possibilitas obtinendæ releuationis, nam ea, quæ dedu-
citur ex eo, quòd minor fideiussit, non est enormis, &
minùs enormissima, vt fuit dictum in dicta Bononiens.
pecuniaria, impossibilitas autem non solùm non proba-
tur, sed potius videtur excludi, nam cùm fuerint qua-
tuor fideiussores, ex tribus partibus consequi poterat in-
demnitatem à confideiussoribus ex beneficio diuisionis,
quatenus in solidum soluisset, in quarta parte remanebat
releuatio in bonis Vrsinorum, & Rauennæ. Alia autem,
quæ deducuntur non subsistunt, vt benè deducunt in-
formantes, † vel requirunt altiorem indaginem, & pro- 17
pterea nullo modo impedire debent exequutionem
obligationis Cameralis, vt in his terminis conclusit Ro-
ta in dicta Romana Census de Prouanis, & in Bono-
niens. pecuniaria.

*ANNOTATIO.*

18 a Quòd † minori stante iuramento non competat restitutio, latè Surd. *consil.114. numer.11. & seq.* & plenè etiam Mantic. *de tacit. lib.16. tit.4. num.1.* Odd. *de restit. in integrum quæst.54.art.8.num.32.* Quod non procedit stante læsione enormissima, tunc enim non obstante iuramento minor est restituendus, Odd. *d.q.54.artic.8.n.53.& 54.* vbi de communi, plenè Rot. *decis.63.* inter impress. penes Pic. ad Statut. Vrbis.

19 b Minor, qui † impugnat contractum ex defectu interuentus proximiorum, non solùm probare tenetur, quòd adessent alij consanguinei, sed etiam quòd possent tempore contractus interuenire; prout sæpiùs dixit Rot. in pluribus decisionibus relatis penes Pic. ad Statu. Vrbis, vt *in decis.28.num.5.* & optimè *in decis.30.* vbi fuit dictum, quòd vltra præsentiam proximiorum in loco erat etiam probanda habilitas non solùm naturalis, sed etiam accidentalis, & *in decis.57.num.1.* vbi dixit Rot. quòd probandum erat, quòd proximiores commodè adhiberi potuerint, & quòd non sufficiebat præsumptio habilitatis, & fuit etiam dictum in Camerinens. donationis impress. penes Marches. *tom.2.fol.56. num.9. & 10.* & in Romana nullitatis contractus 27. Iunij 1611. coram R.P.D. Pamphil. vbi dicitur probari debere plenè, & concludenter præsentiam eadem die obligationis, & quòd contractui interuenire potuissent, & in Romana de Iacomellis 29. Aprilis 1611. coram Cardinali Sacrato, in Romana fideiussionis 2. Iunij 1614. coram R.P.D. Pirouano, & in Senogalliens. prædij 5. Iunij 1617. coram bo.mem. Andrea, vbi dicitur probari debere in loco præsentiā de eadem die, & hora contractus, & quòd commodè interuenire potuerint, & omnes d. decisiones mouentur ea ratione, quia stat præsumptio pro validitate contractus propter decretum Iudicis, pro quo præsumitur, quamdiu non probatur contrarium, & ideò minor, vti actor agens ad nullitatem contractus tenetur plenè, & concludenter probare defectum, quem patitur contractus, & non sufficit probatio præsumptiua, vt latiùs habetur in præallegatis decisionibus.

Aduertendum tamen est, quòd Rot. *in decis. 713. part.2. in recentior.* temperauit rigorem istarum decisionum, dum nonnullæ requirunt probationem habilitatis proximiorum non solùm de die, sed de hora contractus, in dicta enim decisione resoluitur sufficere probare habilitatem eadem die contractus. Et etiam in dicta decisione firmatur sufficere probare habilitatem naturalem, puta illorum sanitatem; nec est probandum, quòd non extiterint impedimenta accidentalia ea ratione, quia si impedimenta accidentalia adfuissent, non diu duratura, erat expectandum, quòd cessarent, Tiraquell. *de leg. connub. glos.8.num.6.& seq.* Bertaz. *de clausul. instrum. claus.8. glos. 10. num.1.*

20 c Causa † expressa in contractu, in quo interuenit Iudicis decretum, præsumitur vera, donec non probetur falsa, Surd. alios adducens *decis.126.num.7. & consil.39.num.7.* & in terminis Stat. Vrbis fuit dictum in Romana Saluiani 15. Decembris 1614. coram R.P.D. Pamphilio, & in alia Romana Saluiani 20. Maij 1613. coram R.P.D. Manzanedo, & aliis pluribus relatis, fuit dictum in Romana Nullitatis obligationis 28. Maij 1618. coram R.P.D. Vbaldo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Senogalliens. iuris pascendi.

*Veneris 27. Martij 1609.*

ARGVMENTVM.

Enunciatiua vnica, & moderna non probat etiam si emanauerit cum procuratore, cuius nec confessio principaliter facta præiudicat.

*SVMMARIVM.*

1 *Enunciatiua vnica non probat, & num.6.*
*Probat semiplenè, & concurrentibus adminiculis plenè.*
*Enunciatiua vnica censetur, etiam si sint plures, prouenientes tamen ab eadem persona, & num.6.*

2 *Enunciatiua moderna non probat, etiam si emanauerit cum procuratore.*

3 *Confessio procuratoris non nocet domino.*

4 *Et multò minus enunciatiua incidenter prolata.*

5 *Enunciatiua vt probet iunctis adminiculis debet esse antiqua.*

DECISIO CCCCVII.

Causa iterum super eisdem proposita Dominis iterum visum fuit non constare in cuius Territorio sint terræ, de quibus agitur, non obstantibus iuribus de nouo productis pro parte Communitatis Viti, quæ in summa reducuntur ad vnam enunciatiuam anni 1590. qua enunciantur duo petia terrarum laboratiuarum posita in Territorio Castri Montis Sancti Viti in contrada Plani Cassiani, quæ enunciatiua non probat non
solùm, quia est † vnica, [a] Soc. *consil.266. numer. 12. &* 1
*seq.lib.2.* & sæpiùs resoluit Rota, signanter autem in vna a
Sabinens. Confinium 14. Octobr. 1577. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto in Romana Viridarij 5. Decembris 1580. coram Rubeo, & in Farfens. Territorij
20. Iunij præteriti coram R.P.D. meo Decano, † sed 2
etiam quia est moderna, [b] Aym. *de antiqu. temp. part.1.* b
*§.1.num.7. & 9.* fuit dictum in illa Farfens. & sæpissimè in aliis. Non obstat, quòd enunciatiua sit facta cum
Procuratore Abbatis, † quia si confessio Procuratoris 3
per se primò, ac principaliter facta, non nocet Domino, Paul. de Castr. *in l.non solùm. numer. 1. ff. de procur.* Ægid. *decis.104. factum, seu confessio. numer.5.* Felyn. *in capit. 1. numer.14. & seq. & vt lit.non contest.* minus ea,
† quæ emanauit incidenter, & per verba enunciatiua, 4
Dec. *in leg. 1. numer. 65. & in Authen. si quis in aliquo numer. 37. Cod. de edendo.* Nec facit quòd enunciatiua
† probet iunctis adminiculis, quæ ad fauorem Com- 5
munitatis plura enumerantur per informantes pro eius parte, quia vltra quòd hoc posset procedere in enunciatiua antiqua, multa etiam in contrarium adducuntur pro Illustrissimo Commendatario, quæ Dominis vrgentiora, & maioris ponderis videbantur.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd † enunciatiua vnica non probet, etiam si sit antiqua, Rota *decis.160.num.6.& decis.169.numer.2. part.1. in recent. & decis. 71. numer.5.& decis.170. numer.3. part.2. in recent.* Mantic. *de tacit.lib.2.tit.6.numer.22.* Sed ad minus requiritur, quòd sint duæ, Mantic. post alios *d.tit. 6.numer.21.* imò est necesse, quòd proueniant à diuersis personis, & à diuerso fonte: nam si prouenirent ab eadem persona, etiamsi essent plures, reputarentur pro vnica enunciatiua, Achil. *decis.8. num.2. de iurepatronatus.* Verall. *decis. 337.num.6.part.2.* Rota *decis.289.num.1.part.1. diuers. & in recent. decis. 295. numer. 7. part.1.* Menoch. *cons.732. numer. 26.* Aldou. *consil. 51. numer. 22.* & etiam requiritur quòd illæ personæ, à quibus enunciatiuæ emanant, non sint suspectæ, Achil. *decis. 8. de iurepatronat.* Mantic. *dict.titul. 6. numer.23.* & sæpe fuit in Rot. decisum. Licèt autem enunciatiua vnica plenè non probet, facit tamen semiplenam probationem, quando est antiquissima, vt fuit dictum in Otriana Archipresbyteratus 2. Decembris 1598. coram bo. mem. Orano, & in Lancianens. Archiepresbyteratus 2. Maij 1616. coram R.P.D. Buratto, & etiam admisit Rot. coram eodem in Pistoriens. beneficij 11. Maij 1618. & con-

cùrrenti

currentibus adminiculis facie plenam probationem, vt fuit dictum in Foroliuiens. iurispatronatus 3. Decembris 1607. coram Card. Lancellotto, & in d. Pistoriens coram R.P.D. Buratto. Rota *decis.* 160. *num.* 9. *& decis.* 432. *num.* 4. *part.* 1. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononiens. Oleorum.

*Luna 30. Martij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Plura in materia confessionis extraiudicialis emanatæ parte absente, quando probet saltem de æquitate canonica, & quid quando est iterata.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confessio facta in positionibus plenè probat contra ponentem.*

2 *Confessio emanata parte absente de æquitate canonica probat, & num. 5.*

3 *Confessio emanata parte absente propter reiterationem probat.*

4 *Ignorantia libri, & contentorum in eo allegari non potest ab eo, qui quotidie præ manibus librum habet.*

### DECISIO CCCCVIII.

PRoposito dubio ad quem spectassent dolia olei 58. an ad Paulum Draco, vel ad Iulium Cæsarem Tittam propter varietatem, & multitudinem probationum, quæ pro vtraque parte controuersiæ afferebantur, Rota 18. Aprilis præteriti ordinauit, quòd viderentur iura vtriusque partis separatim, & postea si opus erit in concursu, in cuius ordinis exequutionem cœptum fuit à iuribus Bartholomæi filij, & hæredis q. Iulij Cæsaris Tittæ actoris, & dubitaui an ex deductis pro parte dicti Bartholomæi constaret dolia olei 58. spectasse ad Iulium Cæsarem eius patrem, quod fuit resolutum affirmatiuè; nam quòd dolia 35. ex ipsis spectassent ad ipsum adest clara, & explicita confessio partis aduersæ in
1 positionibus per ipsum datis, † quæ confessio facta in positionibus plenè probat, & præiudicat ponenti,
a [a] Alex. *cons.* 172. *in princ. lib.* 6. latè Gabr. *de confess. conclus.* 1. *num.* 12. Quantùm autem ad dolia 23. residuum summæ 58. adest confessio Pauli, qui post mortem Iulij Cæsaris, dum solidauit diuersa cōputa dati, & recepti cum hærede Iulij Cæsaris respectu computorum olei, fassus fuit nullum interesse habuisse in magazeno, sed inseruisse de nudo nomine, quæ confessio est probata per quatuor testes multùm qualificatos contestes de loco,
2 & tempore, † quæ etiamsi emanasset parte absente, pro-
b bat de æquitate canonica, [b] ex cumulatis per Gabr. *de confess. d. conclus.* 1. *num.* 46. quod sequitur Rota Put. *decis.* 12. *lib.* 2. fuit dictum in vna Hispalens. iuris votandi 16. Martij 1575. coram Cantuccio, & in vna Romana societatis 1. Iulij 1591. coram Reuerendissimo Perusino, & adest alia similis confessio in instrumento consi-
3 gnationis apochæ, ita vt † etiam plenè probet propter reiterationem, vt per Gabr. *d. conclus. num.* 59. concurrunt etiam adminicula ex libris super hoc negocio tentis, Petrus enim tenebat vnicum librum pro toto negocio nulla habita distinctione inter dolia 35. & dolia 23.
4 † cuius libri ignorantiam Paulus allegare non potest, cùm illum quotidiè haberet præ manibus, imò in libro Paulimet reperiūtur adnotatæ omnes partitæ, quas ipse Paulus habebat ex retractu oleorum, quæ omnes partitæ indistinctè sunt positæ ad creditum Iulij Cæsaris; quod est manifestum indicium, totum oleum ad ipsum spectasse. Magnum etiam dictis confessionibus præstat adminiculum, quòd de his doliis 58. positis in magazeno ipse Paulus emit 12. dolia, & de illis tantùm soluit gabellam, ex quo apparet, quòd non habebat dolia 23. quia vltra quòd rem propriam non emisset, soluisset etiam gabellam pro doliis 23. non pro 12. tantùm, solidatio etiam computorum facta post mortem Iulij Cæsaris, in qua Paulus diligentissimè se gessit, memor etiam minimarum partitarum suum fauorem concernentium, & tamen de istis doliis nullum verbum, & in computo remansit debitor librarum 4888. pro quibus petiit dilationem ad soluendum, cuius summæ non remansisset debitor, si dicta dolia ad ipsum spectassent, imò forsan euasisset creditor. Non obstat, quòd istæ confessiones possint intelligi de aliis oleis per Petrum Gypsinm administratis, quæ essent Iulij Cæsaris, quia non apparet, quòd vltra dolia 58. Draghus in magazeno Petri posuerit alia olea sua, nec minùs quòd sub nomine Draghi Petrus administrauerit alia olea Iulij Cæsaris. Non est verum, quòd Petrus esset minister Iulij Cæsaris, quia imò, vt colligitur ex positionibus, Petrus erat deputatus ab ipso Paulo, & dum Petrus dictum oleum vendendo recipiebat pretium, illud afferebat ad Paulum, qui illud ponebat ad creditum Iulij Cæsaris, vt apparet ex libris Petri, & Pauli: concurrunt etiam alia adminicula adducta per informantes.



### *ANNOTATIO.*

a De quo *supra ad decis.* 385.

b Put. *decis.* 11. *num.* 3. *lib.* 2. Rot. *decis.* 4. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.* 5
*& in recent. decis.* 158. *num.* 11. *part.* 1. vbi de communi, & fuit etiam dictum in Pampilonens. pensionis coram Cardinali Sacrato impressa penes Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 545. Verùm inter Romanos inter quos seruatur ius ciuile non habet locum hæc conclusio, quod confessio extraiudicialis inter illos probet, Seraph. *decis.* 487. *num.* 13.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis.

*Veneris 3. Aprilis 1609.*

### ARGVMENTVM.

Quantitas dotis probatur ex publico instrumento dotis, & probationes contra dictum instrumentum debent esse claræ, nec testes se referentes ad capitula aliquid concludenter deponunt contra instrumentum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dotis quantitas probatur ex publico instrumento dotis, quod facit rem certam, & manifestam, & probationem probatam.*

2 *Probationes contra instrumentum debent esse concludentes, necessariæ, & apertissimæ.*

3 *Testis se referens ad capitula non probat non exhibitis capitulis.*

4 *Instrumentum quando repugnat capitulis, magis est standum ipsi instrumento quàm capitulis.*

### DECISIO CCCCIX.

DVbium propositum habet duas inspectiones, quarum altera quantitatem dotis constitutæ D. Sulpitiæ, altera eiusdem dotis solutionem respicit: Domini resoluerunt tantùm primam, & dixerunt esse scutorum
sex mil. † ita enim cantat instrumentum, quod facit 1

rem certam, & manifestam, Bar. *in l.t. in princ. n.8. ff. de*
*nou. oper. nunc.* Bald. *in l.2. col.2. Cod. quando Fisc. vel Princ.*
& dicitur probatio probata, idem Bald. *in l. intereſt. in*
*vlt. not. Cod. de ſolut.* Dec. *conſ.36. num.2.* Ruyn. *conſ.128.*
2 *num.1. lib.4.* & probationes, † quæ contra instrumen-
tum afferuntur, debent eſſe concludentes, neceſſariæ, &
apertiſſimæ, *l. cum precibus.* & ibi gloſſ. *Cod. de prob.* Bero.
*conſil.142. ſub num.34. lib.2.* Gramm. *conſil. ciuil.65. num.*
14. tales autem non videbantur adductæ per hæredes D.
Cornelij Clementini, ſolùm enim afferuntur dicta duo-
rum teſtium in eorum ſummario *n.4. & 5.* ad proban-
dum, quòd licet instrumentum contineat ſummam ſex
mil. attamen re vera actum fuit, & conuentum inter
partes, vt eſſet ſcutorum 5000. tantùm, quod tamen
neuter concludenter probat, primus enim in effectu re-
3 fert † ſe ad capitula quædam, quæ dicit inita in Terra
Proceni mediante perſona D. Pauli Sfortiæ, quibus non
exhibitis nihil probat, *Authen. ſi quis aliquo Cod. de eden.*
imò fuerunt edita quædam capitula cum ſubſcriptione
D. Pauli, quæ continent ſummam ſcutorum 6000. &
propterea non ſolùm non iuſtificatur per relationem
ad capitula, ſed potiùs videtur redargui, & deſtrui. Præ-
terea iſte teſtis non deponit de acceptatione iſtorum
capitulorum, nec quòd eis interfuerit Notarius mari-
tus D. Sulpitiæ, vel Ludouicus ſocer, vnde poteſt eſſe,
quòd non fuerint prætenſa capitula acceptata ab ipſis.
Rurſus iſte teſtis non interuenit, quando fuit poſtea
celebratum Inſtrumentum in Ciuitate Vrbeuetana, &
4 dicit quòd ignorat, quid tunc fuerit actum, † poſſibile
autem eſt, quòd à dictis capitulis fuerit receſſum, & re-
ceſſus videtur clarus, poſtquàm instrumentum in hoc
repugnat præcedentibus capitulis, & vltima derogant
a prioribus. [a] Alter teſtis excludit omnem bonam cau-
ſam ſcientiæ, dum dicit ſe non recordari, an fuerit præ-
ſens celebrationi inſtrumenti dotalis, & aliis conuen-
tionibus, & loquitur de auditu tantùm.

### *ANNOTATIO.*

a Si inſtrumentum diſcordet à capitulis, cui magis ſit ſtan-
dum dixi *ad decif.168.*

*Iolíuerius Beltraminus.*

---

## Sancti Seuerini Sponſalium.

*Lunæ 11. Maij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Sponſalia inter conſanguineos contracta ſub conditione futuræ diſpenſationis ſunt ipſo iure nulla, & licet ab eis recedere, & impetrata diſpenſatione requiritur nouus conſenſus illorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia ſunt nulla ab initio ſtante impedimento conſanguinitatis, etiam ſi ſint contracta ſub conditione futuræ diſpenſationis, quæ poſtea fuerit impetrata, & ſub num.5.*

2 *Diſpenſatio antequam impetretur, licet contrahere alia ſponſalia & à primis recedere, num.7. & 8.*
*Pœnitentia an ſit locus, quando ſunt celebrata ſub conditionis diſpenſationis Apoſtolicæ, & num.8.*

3 *Conditione pendente non eſt licita pœnitentia in contractu conditionali.*

4 *Hoc eſt verum, quando contractus ab initio eſt validus, ſecus ſi ſit nullus.*

5 *Sponſalia, ſiu matrimonia contracta inter conſanguineos ſub conditione futuræ diſpenſationis requirunt nouum conſenſum poſt obtentam diſpenſationem, quando ille primus conſenſus fuit nullus, & ſub n.7.*

6 *Audiendus quis non eſt ſuper exceptione, in qua non habet aliquod intereſſe.*

### DECISIO CCCCX.

FVit reſolutum ſententiam de partibus eſſe iuſtam,
quia ſponſalia contracta inter Marinum, & Angelam
fueruut † nulla propter impedimentum conſanguini- 1
tatis, licèt fuerint contracta ſub conditione futuræ
diſpenſationis, [a] vt poſt Innocen. & alios *in cap. ſuper* a
*eo. de cond. appoſ.* reſoluit Rota in Abulenſ. matrimonij
28. Maij 1593. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blan-
chetto, in Taurinenſ. ſponſalium 2. Decembris 1594.
coram Gypſio, & in Valenſ. matrimonij 10. Nouembris
1595. coram bo. mem. Cardinali Seraphino. Nec rele-
uat, quòd poſtea ſit ſequuta diſpenſatio, † quia ante- 2
quàm obtineret Angela, receſſit à dictis ſponſalibus alia
contrahendo; potuit enim pendente conditione di-
ſpenſationis pœnitere, [b] Put. *decif.353. in vna Cæſarau-* b
*guſtana lib.* 1. fuit dictum in Pampilonenſ. de San-
guella 3. Martij 1579. coram fœl. rec. Clemente VIII.
Nec obſtat, quòd pendente † conditione non ſit licita 3
pœnitentia in contractu conditionali, *l. hac venditio. in*
*princip. ff. de contrah. empt. l.3. cũ gloſ. ff. de ſeru. exp.* Alexan.
*conſil.40. num.2. lib.5.* † quia hoc procedit in promiſſio- 4
ne aliàs de ſe valida, ſecus autem, quando eſt inualida,
vt in propoſito dixit Rota in dicta Valenſ. matrimonij.
Et poſt obtentam diſpenſationem † requirebatur nouus 5
conſenſus, [c] cùm conſenſus ab initio præſtitus nullam c
habuerit iuris ſubſiſtentiam, & diſpenſatio non habeat
ratum, quod geſtum eſt, ſed tantùm contrahendi li-
centiam impertiatur, vt dixit Rota in dictis deciſioni-
bus Abulenſ. Taurinenſ. & Valenſ. & priùs in alia Va-
lenſ. matrimonij 24. Ianuarij 1578. coram Illuſtriſſimo
Cardinali Blanchetto ex doctrina Abb. & aliorum *in d.*
*c. ſuper eo*, conſenſus autem Angelæ nouus non inter-
uenit, imò perpetuus, & pertinax diſſenſus. Non ob-
ſtant, quæ opponuntur de metu adhibito in ſecundis
ſponſalibus; quia vltra quòd non benè probatur, inuali-
ditas iſtorum non concludit validitatem primorum
ſponſalium, † vndè ſuper huiuſmodi obiectione non 6
eſt audiendus Marinus, quia ſua non intereſt, nec hoc
pacto ſuam intentionem iuſtificat.

### *ANNOTATIO.*

a De hac † materia latè tractat Sanchez *de matrimon. lib.5.* 7
*diſp.5. per totam.* Guttierez *canon. quæſt. lib.1. c.22.* & ſpon-
ſalia eſſe nulla, & interim eſſe locum pœnitentiæ, ſe-
quendo hanc deciſionem dixit Rot. in Vlixbonenſ. ma-
trimonij 25. Iunij 1613. coram Cardinali Sacrato.

b Obligationes, † promiſſiones contractæ ſub conditione 8
diſpenſationis, ſeu confirmationis Apoſtolicæ, vel reſer-
uato beneplacito Apoſtolico, an pendente d. conditione
obligent, an verò interim ſit locus pœnitentiæ, ſolet eſſe
materia in Rot. paſſim agitata, & in terminis, in quibus
loquitur hæc deciſio, ſcilicet, de ſponſalibus, & matri-
monio, licitam eſſe pœnitentiam tenuit Rot. penes Man-
tic. *decif.201. num.3.* Seraphin. *decif.638. num.12. in fine. &*
13. & etiam fuit dictum in d. Vlixbonen. coram Card.
Sacrato, & latè Guttierez *canon. quæſt. lib.1. capit.20. num.*
18. *& ſeq.* vbi in fortioribus terminis id tenet etiam poſt-
quàm eſt expedita diſpenſatio ea ratione, quia eſt neceſ-
ſarius nouus conſenſus poſt diſpenſationem obtentam,
& ille primus conſenſus non ſuffragatur, quem etiam
conſenſum nouum requiri, dicit Rot. *in hac decif. num.5.*
& Mantic. *d. decif.201. num.4.* Seraph. *d. decif.858. numer.12.*
quandò verò poſt obtentum beneplacitum eſt neceſſa-
rius nouus conſenſus, regulariter eſt licita pœnitentia
etiam poſt illius impetrationem, Gonzal. *ſuper regul.8.*
*gloſ.12. num.81. & 82.*

In

In materia verò alienationis rerum Ecclesiæ, saluo beneplacito Apostolico Rot. sequitur distinctionem, quòd aut nondum est impetratum beneplacitum, & tunc est locus pœnitentiæ, Put. *decis.* 343. *lib.* 1. Achil. *decis.* 2. *de pact.* Rot. *decis.* 206. *par.* 4. *in nouis.* & *decis.* 624. *in fin. par.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Romana rescissionis coram Cardinali Blanchetto impress. penes Marches. *de commiss. tom.* 2. *fol.* 98 *sub num.* 6. & in nullius de Vastalla coram Cardinali Lancellotto impress. penes eundem Marches. *dict. tom.* 1. *fol.* 100. *sub n.* 1. & in Romana barræ 5. Decembris 1616. coram R.P.D. Pamphilio, vbi de resignatione Officij Marescott. qui alias decisiones Rotæ refert *var. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. quod tamen procedit respectu Ecclesiæ, non autem respectu personæ cum Ecclesia contrahentis, cui non licet pœnitere, cùm fauore Ecclesiæ contractus claudicet, ita latè Mantic. *d. decis.* 201. Post verò obtentum beneplacitum non licet etiam Ecclesiæ pœnitere, quamuis nondum sit per Commissarios & exequutores exequutũ, Rot. *dec.* 205. & meliùs *dec.* 206. *par.* 4. *in nouis.* Marescot. qui plures auctoritates, & decis. Rotæ refert *d. cap.* 14. *nu.* 1. quæ conclusio habet locum etiam contra successorem, qui alienationi non consensit, Marescot. *d. cap.* 14. *numero* 5. & dixit Rot. in Valisuletana iuris nominandi 6. Nouembris 1613. coram R.P.D. Coccino Decano.

c De quo *supra sub litera A.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vicceñ. seu Gerundeñ. Vnionis.

*Veneris 22. Maij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de iustificatione narratiuæ, quòd Archidiaconatus sit prima dignitas, & quòd Ecclesia sit sæcularizata, & de valore.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dignitas maior post Pontificalem probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*
*Et latè ex quibus dignoscatur, quæ dignitas in Ecclesia sit maior, & n.* 5.
*Archidiaconatus est prima dignitas, & præcedit Archipresbyterum, & nu.* 5.
2 *Sæcularizatio narrata benè iustificatur per testes, & etiam per attestationem Papæ, qui sæcularizationem fecit.*
3 *Testes deponentes de valore non detractis oneribus non probant valorem.*
4 *Valor non probatur ex arrendamentis.*

### DECISIO CCCCXI.

ROta censuit literas vnionis esse iustificatas, nam quòd Archidiaconatus sit dignitas maior ª post
a Pontificalem probant testes † deponentes de publica
1 voce, & fama, vt dixit Rota in Verdunen. Decanatus 4. Iunii 1579. coram Cardinali Lancellotto. Qui testes etiam benè probant, quòd Archidiaconus habeat administrationem, ac iurisdictionem sede vacante, & ius visitandi sede plena, probatur etiam dismembratio triginta Ecclesiarum parochialium à diœcesi Vicen. facta in erectione Ecclesiæ Celsonen. prout etiam quòd Archidiaconus esset solitus ex dictis Ecclesijs dismembratis nonnulla percipere emolumenta. Non obstat quòd ista emolumenta vix ascendant ad scuta 30. & quòd pro eorum recompensatione Papa concedat fructus ascendentes ad scuta 300. Et quòd Papa motus fuerit ad faciendam vnionem propter insigne præiudicium, quod narratur prouenisse ex dismembratione dictarum parochialium, ex quibus percipiebat nonnulla emolumenta, quæ benè iustificatur in dictis scutis 30. præiudicium autem insigne non resultat ex amissione dictorum emolumentorum tantùm, sed ex iactura etiam iurisdictionis prærogatiuæ, & præeminentiæ, quæ super dictis Ecclesijs competebat, vltra quòd vnio non fuit facta solùm, vt consuleretur indemnitati Archidiaconi, sed etiam pro commodiori eiusdem sustentatione. Probatur etiam, quòd Prioratus erat Regularis ordinis Canonicorum Sancti Augusti-
ni, & diœcesis Gerunden. & sæcularizatio † probatur 2
non solùm ex depositione testium, sed etiam ex attestatione Papæ, qui illam fecerat, qui plenè probat in facto
proprio, *Clem.* 1. vbi glos. & DD. *de probat.* ᵇ Valor Ar- b
chidiaconatus benè iustificatur, prout etiam valor Prioratus, quòd non excedat ducatos 300. de eo enim deponunt testes benè informati, & per bonas rationes, & concurrunt adminicula deducta per informantes. Non obstant testes ex aduerso examinati, quia vltra quòd aliquid potius concordant cum testibus Archidiaconi,
non † deponunt deductis oneribus, loquuntur de au- 3
ditu, & fundant eorum sententiam super arrendamen-
tis, † quæ non probant valorem, Sarnen. *in reg. de valore* 4
*quæst.* 51. *n.* 6. Peregr. *decis.* 42. & 583. *lib.* 2. fuit dictum in Neapolitana census 4. Decembris 1579. coram Lauretano, & sæpissimè in alijs. Non obstat, quod dicitur non fuisse iustificatum, quòd adesset lis, quia non fuit narrata lis, sed timor litis, quia fuit dictum, quòd obuiaretur litibus, & controuersijs, quæ ex dismembratione oriri possent, qui litis timor, imò lis ipsa satis iustificatur, cùm Archidiaconus Ecclesiæ Vicen. se opposuisset dismembrationi, prætendens nullam, tamquam factam Sede Episcopali vacante, & fuit appellatum, & commissa causa in Rota. Ex quibus fuit conclusum gratiam in omnibus iustificatam præsupposita validitate examinis testium, quia Communitas nonnulla adducit pro nullitate, super quibus, si volet, particulariter poterit audiri.

a *Decisiones Papales.*

### *ANNOTATIO.*

a Archidiaconatus de † iure communi est prima dignitas 5
post Pontificalem, Arer. *cons.* 23 *sub nu.* 7. *vers. quia de iure communi.* Boer. *decis.* 186. *sub num.* 5. *vers. quinimò.* Gram. *decis.* 64. *num.* 19. & præfertur Archipresbytero, etiam si non sit Sacerdos, & Archipresbyter Sacerdus sit. Bero. *cons.* 22. *num.* 31. *lib.* 1. Card. Tusc. *in verb. Archidiaconus. conclus.* 482. *num.* 55. & dixit Rota in Viterbien. celebrationis Missarum 11. Decembris 1609. coram Cardinali Sacrato, in qua notabiliter fuit resolutum, quòd Archidiaconus, quando ex accidenti reperitur esse Sacerdos, præfertur Archipresbytero in celebratione solemni Missarum absente Episcopo.

Verùm ante omnia attenditur consuetudo Ecclesiæ ad dignoscendum, quæ nam sit prima dignitas; nam aliquando in vna Ecclesia est prima dignitas Archidiaconatus, in alia Archipresbyteratus, Gram. *decis.* 64. *num.* 17. & 18. vbi dicit, quòd in hac materia plus attenditur consuetudo, quàm ius commune, Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 83. Mantic. *decis.* 175. *num.* 3. Et etiam attenditur communis reputatio, & publica fama loci, Abb. *in cap. de multa. vers. tertia conclusio. de præben.* vbi dicit, quòd illa censetur prima dignitas, quæ in loco communiter reputatur pro tali, etiamsi in iure pro tali non habeatur, Boer. *decis.* 345. *n.* 8. Gomes. *de grat. expect. n.* 46. *vers. quæ sunt.* Rot. *decis.* 518. *n.* 2. *part.* 1. *diu.* & *d.* 585. *sub n.* 2. *par.* 4. *in nouissimis diuers.* Mantic. *d.* 175. *n.* 2. *in fine,* & 3. & firmauit Rota infra corã Sãctissimo *decis* 482. Signa etiam, ex quibus dignoscitur, quòd sit prima dignitas, sunt plura, quæ enumerat Rot. *in dicta decis.* 518. *par.* 1. *diuers.* & *dict. decis.* 585. *par.* 4. & potissimum signum est præcedentia, & sessio in loco honorabiliori, & nominatio primo loco facta in scripturis, & alijs actibus, vt in *d. decis.* 518. & 585. & fuit etiam dictum in Compostellana Prioratus 17. Martij 1587 coram bo. mem. Litta, Rota *decis.* 533. *sub numero* 5. *par.* 2. *in recent.* vbi dicitur, quòd eo ipso, quòd est prima dignitas in Ecclesia, habet assistentiam iuris communis quoad præeminentiam.

Aduertendum est etiam; quòd ad vnum effectum sufficiunt leuiores probationes, quàm ad alium, v.g. si agatur de

prima dignitate ad effectum Regulæ Cancellariæ reseruantis primam post Pontificalem, sunt necessariæ pleniores probationes, & debet esse dignitas prima propriè, plenè, & cum effectu, Rota *decis. 70. num. 11. par. 1. diuers.*
6 Papæ assertioni, † quando stetur, dixi *supra ad decis. 239.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Senogallien. iuris pascendi.

*Lunæ 25. Maij 1609.*

### ARGVMENTVM.

**In concursu probationum, & possessionum præferuntur titulatæ.**

### SVMMARIVM.

1 *Probationes in concursu præualere debent illæ, quæ habent fomentum tituli, & proprietatis, & num. 5.*
2 *Possessio titulata in concursu probationum est præferenda, & manutenenda, & num. 5.*
3 *In manutentionis iudicio non sunt impertinentes articuli super proprietate.*
4 *Ecclesia quando probauit suum dominium, non est ita de facili admittenda alterius quasi possessio, quæ impediat, ne Ecclesia possit perfectè vti re sua.*

### DECISIO CCCCXII.

PRo Illustrissimo Commendatario informante fuit resolutum dandum illi esse mandatum de manutenendo in iure pascendi super bonis, de quibus agitur, quia licèt tàm ex parte Communitatis Sancti Viti, quàm ex parte Abbatiæ Claræuallis fuerit probata possessio pascendi, visum tamen fuit Dominis præualere probationes Abbatiæ, cùm sit in confesso apud partes,
1 terras, de quibus est controuersia, † esse sub dominio, & proprietate ipsius, quia, vt dicit Bald. *in l. data opera. in fine C. de his, qui accus. non poss.* tantò iustior est possessio, quantò magis est à proprietate causata, quæ verba Bald. dicit esse aurea Cur sen. *cons. 73. nu. 15. in fin.* Rip. *in l. naturaliter §. nihil commune. num. 100. ff. de acquir.*
2 *possess.* & facit generale dictum, quòd † titulata possessio in concursu probationum sit anteferenda, & manutenenda, *c. licèt c. sussam*, & ibi not. omnes *de probat.* Bart. *in l. si duo. num. 4. vers. sed vterque ff. vti possid.* cum infinitis relatis à Menoch. *de retinen. remed. 3. num. 733.* & dixit Rota in vna Bononien. Iurisdictionis 1. Februarij 1574. coram bo. me. Cardinali Lancellotto, & in Hostien. literis manis 12. Nouembris 1574. & sæpissimè in aliis, qui enim habet titulum, dicitur habere meliora, & potiora iura, *l. 1. C. de edict. diu. Adr. toll.* Cur. sen. *d. cons. 73. num.*
3 *16.* Menoch. *ibi num. 734.* † Et propterea in isto interdicto non sunt impertinentes articuli super proprietate, Bald. *in sua disp. Accusatus de vi turbatiua. col. vlt. vers. 3.*
b *modo*, & alij relati à Menoch. *vbi supra nu. 735.* [b] Et licèt Communitas prætenderet iustificare suam possessionem ratione Territorij, attamen fuit duabus resolutionibus conclusum non constare terras esse in suo territorio. Cùm autem constet de proprietate Ecclesiæ non est de facili admittenda quasi possessio Communitatis
4 in eius præiudicium, cùm impediat, † ne Ecclesia possit perfectè vti re sua, vt fuit dictum in Albanen. iurispascendi 5. Iulij 1604. coram R.P.D. meo Iusto.

### ANNOTATIO.

5 a Possessionem † titulatam in concursu esse præferendam vt magis iustificatam per punctum rationis, dixit Rota in Gerunden. iurisdictionis 31. Ianuarij 1614. coram R.P.D. Coccino Decano, & est textus *in cap. licèt de causa. de probat.* cum aliis cumulatis per Gratian *discept. Forens. cap. 402 n. 1. & seq.* vbi testatur de communi, adeò quòd etiam si testes deponentes de possessione titulata essent pauciores, præferri deberet, vt dixit Rot. coram eodem Sanctissimo *supra decis. 249. num. 5.* hoc tamen procedit, quando non constaret de anterioritate possessionis non titulatæ; quia tunc anterior non titulata esset præferenda in manutentione, vt dixi *supra ad decis. 323.*
b Idem Bald. *in l. vnica col. vltima post princip. num. 10. in fin. vers. si autem vterque probat C. vnde vi.* Gratian. *discept. Forens. cap. 402. num. 2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Pampilonen. Sepulturæ.

*Mercurij 27. Maij 1609.*

### ARGVMENTVM.

**Exequutori mixto non creditur quoad iustificationem gratiæ, sed de iustificatione constare debet ex actis. Exequutorem mixtum, quæ clausulæ faciant.**

### SVMMARIVM.

1 *Exequutor mixtus non potest dare gratiam pro iustificata, nec eius assertioni quoad hoc creditur, sed debet constare de iustificatione ex actis.*
2 *Exequutor an sit merus, vel mixtus dignoscitur ex verbis deputationis.*
3 *Exequutorem mixtum faciunt clausulæ* ( sine præiudicio iurium cuiuscumque. Stantibus præmissis. Si nulli alij concessa reperiatur. Saluis iuribus Ecclesiæ.)
*Exequutor merus quando dicatur, & quando mixtus, plenè num. 4.*

### DECISIO CCCCXIII.

POst resolutionem in hac causa factam, quòd Breue non sit iustificatum, Doctor Michaël prætendebat sufficere, quòd officialis Pampilonen. dederit gratiam pro iustificata, ita vt non sit vlteriùs iustificanda; sed contrarium resoluerunt Domini, quia cùm dictus Officialis † esset mixtus exequutor, & Iudicis partes sustineret, non est adhibenda fides eius assertioni, quæ ex actis non comprobatur *c. quoniam contra. de probat.* Crescen. *decis. 5. num. 2. de fid. instr.* fuit dictum in vna Placen. Cappellaniæ 13. Ianuarij 1597. coram bo. me. Cardinali Seraphino. Quòd autem esset exequutor mixtus, non merus, [a] patet ex verbis † deputationis, quæ ad istum effectum sunt perpendenda, ex traditis per Anchar. *cons. 84. in princ.* In Breui enim † adest clausula (*sine præiudicio iurium cuiuscumque*) quę facit exequutorem mixtum, cùm requirat causæ cognitionem, Caput. *decis. 284. in fin. par. 2.* Adsunt aliæ clausulæ (*stantibus præmissis, si nulli alij concessa reperiatur.* Item, *saluis iuribus Ecclesiæ debitis*) quæ requirunt causæ cognitioné, & faciunt exequutorem mixtum. Non obstat decis. Hispalen. Canonicatus coram me, quia loquitur in mero exequutore, cuius assertioni statur, Put. *dec. 194. nu. 2. lib. 2.* 1 a 2 3

### ANNOTATIO.

a Exequutor † an sit merus, vel mixtus sæpè cótingit dubitari, & latè de hoc tractat Garz *de benef. p. 6. cap. 2. n. 106. & seq.* Dicitur autem mixtus, quando agitur de amouédo possessore, Garz. plures cumulans *d. cap. 2. n. 110.* Achil. *super reg. de trien. decis. 6. n. 4.* & dixit Rot. coram Sanctissimo *infra dec. 499.* cùm non sit quis expellendus à sua possessione sine causæ cognitione, & vocato possessore, eiusque rationibus auditis, Oldrad. *cons. 227. nu. 3. vers. alia est.* Card *cons. 75. in princip. vers. veram possessio*; maximè verò, quando ille, qui est in possessione, docet de titulo colorato, puta, si habeat titulum ab Ordinario, iste enim est legitimus contradictor ad impediendam exequutionem literarum Apostolicarum, prout, omissis aliis decisionibus, fuit dictú in Reatina beneficiorum 2. Maij 1616. 4

coram

coram R.P.D.Buratto, vbi referuntur plures decisiones, & dicitur aliàs passim in aliis causis fuisse resolutum. Secundò ( & infertur ex præcedenti ) dicitur exequutor mixtus, quando adest clausula ( *Amoto illicita detentore* ) Rot. *decis.52. num.2. & decis.159. num.3. par.2. in recent. & dict. decis.516.nu.3.par.1.in recent.* Mantic. *de clausul.part.1. clauf.9.n.1.* vbi dicit hoc procedere etiam si non adsit verbum (*illicito*) Tertiò dicitur exequutor mixtus, quando est datus in gratia in forma dignum, Seraph. *decis.* 817. Rot. *decis.262 n.1.diuers & in recen.decis.52.n.2.& dec.159. n.3.& dec.70.sub n.2.ƒ.2.in recen.* vbi inde infertur licuisse appellare, & possessionem interim captã esse attentatam, & *decis.516.num.3.par.1. in recent.* & alias decisiones refert Garz. *d.cap.2.nu.126.& 127.* & fuit dictum in dicta Reatina beneficiorum 2. Maij 1616. coram R.P.D.Buratto. Et hoc tantò magis procedit, quando agitur de exequutione gratiæ certo modo impetratæ, Seraph. *decis.1471.num.1.* Rot. *decis.701.nu.2.in fin.par.2.in recent.* Quartò facit exequutorem mixtum clausula, ( *constuto*) Seraph. *decis.*1041. & fuit dictum in Celsonen. Præcepsoriæ coram R. P. D. Coccino Decano impress. penes Marchef. *de commiss.tom. 2.fol.63.* & fuit dictũ in Syracusana Parochialis 13. Aprilis 1619. coram R. P. D. Caualerio. Item clausula (*verificato prius iurepatronatus* ) vt latè fuit dictum in Spoletana Cappellaniæ 17. Maij 1619. coram bo.mem. Andrea. Item clausula (*dummodò alicui non sit ius quæsitum*) vt dixit Rota coram Sanctissimo *supra decis.* 91. Sicut etiam clausula (*sine præiudicio iurium alterius*) prout firmatur *in hac decisione num.3.* & latè Verall *in manuscrip.decis.114.lib.1.* Item clausula (*vocatis vocandis*) ex plenè deductis penes Mart. *de claus.par.1.clauf. 196. & seq.* qui cumulat plures auctoritates, & etiam Rotæ decisiones.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Hispalen. matrimonij de Alcalà.

*Veneris 5. Iunij 1609.*

Remissoria est deneganda super materia aliàs articulata, & probata in partibus. Item quando continet magnam inuerisimilitudinem; & quando adest vehemens suspicio calũniæ.

### SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur super articulis, super quibus in partibus fuerunt examinati testes; quia tunc præsumendum est fuisse examinatos testes magis idoneos.*

2 *Paterna maledictio est perhorrescenda.*

3 *Remissoria denegatur stante inuerisimilitudine materia articulata.*

4 *Aut saltem tunc est dandus fumus non leuis; quia testes non ita de facili audiuntur contra inuerisimilitudinem.*

5 *Inuerisimilitudo operatur, vt quis non sit admittendus ad probandum.*

6 *Suspicio calumnia ex quibus deducatur.*

7 *Ignorantia non cadit super eo, quod omnes publicè sciunt.*

8 *Remissoria licèt de facili propter suspicionem calumnia non soleat denegari: tamen secus est, quando suspicio est multùm vehemens, & declaratur sub num.13.*

9 *Suspicio calumnia quando est vehemens, est necessarius fumus.*

10 *Remissoria super articulis tendentibus ad reprobandum testes non de facili admittitur; quia est materia, quæ sapit crimen, & agitur de detegenda periurio.*

11 *Virginali pudori non congruit, quòd inscio patre tractet de se nubendo, & quòd scribantur litera missiua amasio.*

12 *Testis vnicus, dato quòd probetur, quòd per metum deposuerit, non inde infertur, quòd etiam alij testes deposuerint per metum.*

### DECISIO CCCCXIV.

DOmini resoluerunt post plures propositiones Don
Philippo non esse dandam remissoriam, nam quoad articulum continentem liberam, & libentem volũtatem Marchionissæ contrahendi matrimonium cum
ipso, ea fuit pluries in partibns † articulata, & plurimi 1
inducti, & examinati testes, quo casu Rota solet denegare remissuriam, a Caputaq. *decis.5.nu.6.part.3.* & de- a
negauit in vna Veneta illegitimitatis 23. Iunij 1589. coram Illustrissimo Cardinali Platto, in vna Caputaquens. voioois 20. Maij 1594. coram R. P. D. meo Decano, & in vna Pampilonen. decimarum 15. Iunij 1598. coram bo. me. Orano. Credendum est enim, quòd induxerit, & examinauerit testes, quos habuerit magis idoneos, Ægid. *decis.38.post princip.* & fecerit meliorem, ac pleniorem probationem, quam potuerit, Aymon. *conf.134. num.* 3. Et tantò minus venit iterum admittendus Don Philippus ad probandum liberum, & lætum animum Marchionissæ, quia ipsemet cum iuramento in iudicio declarauit sciuisse, antequam duceret Marchionissam, Marchionem patrem illi dixisse, quòd non nuberet Don Francisco, sed ipsi Don Philippo, & quòd nisi ita faceret; eius maledictio super eam cade-
ret, † quæ maledictio paterna quantùm esset perhor- 2
rescenda à filia virgine, nemo est, qui nesciat. Quoad alium articulum, in quo articulatur, testes, qui de metu Marchionissæ in hoc iudicio deposuerant, priùs in alio inter ipsam, & Don Franciscum de Zuniga deposuisse de spontanea & libera voluntate, visum fuit Dominis ab omni verisimilitudine alienissimum decem & octo testes pro maiori parte graues, inter quos est etiam Sacerdos, & Parochus in re tàm graui inter magnates, & potentes tam breui temporis spatio in eodem tribunali
contraria deponere fuisse ausos, † qua inuerisimilitudi- 3
ne stante reijciuntur articuli, & denegatur remissoria, *c.quia verisimile.de præsumpt.* Specul. *de probat.§.nunc dicendum.num.1.* Rota *decis.23.de testib.in antiq.* Than. *decis.86.* fuit dictum in Tolerana portionis 10. Maij 1595.
coram Reuerendissimo Pacen. † aut saltem debet dari 4
fumus non leuis, quia testes non sunt facilè audiendi contra verisimilitudinem, Anch. *cons* 330. *num.8. antè fin. vers. Quinimo contra id.* Tiraqnel. *in l. si vnquàm.in*
*præfat.num.59.in fin.C.de reuoc.donat.* & quando est † tan- 5
ta inuerisimilitudo non admittitur quis ad probandum sine causæ cognitione, *cap.super eo.de renunciat.* Imol *in d.cap.quia verisimile.sub num. 1.vers. quandoque est tanta,* & Abb. *sub num. 2. vers. quandoque verisimilitudo est ma-*
*xima.* Accedit vehemens suspicio calumniæ, † cùm sit 6
quasi impossibile, quòd habeantur testes, qui viderint, legerint, & obseruauerint depositiones 18. testium, & post tantum tempus recordari possint, quid singuli deposuerint. Augetur magis suspicio calumniæ, quia neque in articulis pro parte Don Philippi exhibitis, neque in interrogatoriis datis in examine testium Marchionissæ aliqua vnquam facta fuit mentio de contraria testium depositione, quæ si fuisset vera, proculdubio fuisset opposita, cùm Don Philippus contra istos testes plures opposuerit exceptiones; tantò etiam magis, quia petiit restitutionem in integrum aduersus omissam probationem, & tamen in articulis datis in gradu dictæ restitutionis nihil articulauit super prætenso examine. Nec iuuat allegata ignorantia, quia Don Philippus 12. Iunij 1602. fassus fuit coram Ordinario cum iuramento se habuisse sciẽtiam litis agitatæ inter Marchionissam, & Don Franciscũ de Zuniga. Nec facit, quòd nõ propterea cõcludatur notitia depositionis dictorũ testiũ; quia Domini nullo pacto adduci poterãt, vt crederẽt, quòd fuerit actũ de validitate matrimonij cũ D. Philippo cõtracti ipso non solùm non citato, sed etiã inscio; præsertim
cùm articuletur fuisse publicũ, & notorium; † non enim 7

potuisset ignorare id, quod omnes publicè sciebant, vn-
de excluditur præcipuum fundamentum, quòd istas
exceptiones contra testes numquàm adduxerit vsque
quò de anno 1605. cognouit processum fuisse occul-
tatum, & mirum est eum sciuisse, quid contineret pro-
cessus post amissionem, & non ante, quod præbet su-
spicandi occasionem fuisse expectatum hoc tempus,
quia si fuisset oppositum ante occultationem, ex visione
processus statim conuinci potuisset oppositio. Et licèt
8 Rota non facilè † soleat denegare remissoriam propter
b suspicionem calumniæ, [b] id tamen non procedit, quan-
do suspicio est multùm vehemens, vt fuit resolutum in
Caurien. Iurisdictionis 16. Februarij 1587. coram Orio-
len. & in aliis congestis in Corduben. redecimarum 27.
Martij 1607. coram R. P. D. meo Coccino. Ad minus
9 videbatur Dominis † pro excludenda tanta præsum-
ptione calumniæ necessarius fumus, Cassad. *decis.* 3. *num.*
10 2. *de dilat.* Put. *decis.* 366. *num.* 7. *lib.* 2. Præsertim † cùm
articuli tendant ad reprobandum testes, quæ reprobatio
c sapit quamdam naturam criminis, [c] vt dicit Oldrad.
*cons.* 311. *sub num.* 8. & de redarguendo ipsos de con-
trarietate, quæ sine periurio contingere non potest, Me-
noch. *de arbitr. cas.* 180. *n.* 9. ad quod periurium detegen-
dum non facilè conceditur remissoria, Put. *decis.* 18. *de
dilat.* facit decis. Caputaq. 62. *&* 63. *par.* 3. Nullus autem
datur fumus non solùm, quòd isti testes contrarium de-
posuerint, sed neque quòd fuerint in dicto iudicio exa-
minati, imò nec quòd aliqua lis fuerit cum Don Fran-
cisco super matrimonio Don Philippi. Prætensa occul-
tatio processus ex parte Marchionissæ, quando esset
probata, nullum præstaret indicium talis depositionis,
nec quòd fuisset occultatus, ne ea detegeretur; non
11 enim defuisset alia verisimilior ratio, videlicet, † ne in
publicum proditet, quòd virgo talis conditionis non so-
lùm inscio, sed etiam inuito patre procurasset nubere, &
misisset apocham propria manu scriptam illi, cum quo
cupiebat matrimonio copulari. Non obstat, quod dici-
tur Nouercam fateri se aliàs contrarium deposuisse, quia
ipsa dicit, quòd metu mariti adducta fuit ad dicendum
se non cognoscere, an apocha esset scripta manu Mar-
chionissæ, non autem dicit, quòd contrarium deposuerit
circa metum, & sicut vltrò ipsa circa cognitionem scri-
pturæ dixit se aliàs aliud dixisse, idem etiam dixisset de
metu; si contrarium de metu priùs deposuisset, *ad l. vnic.*
12 *§. fin autem. C. de cad. toll.* Præterea † malè infertur, quòd
sicut ipsa dixit contrarium, ita & alij testes, præsertim
quia dicit se metu Marchionis mariti territam dixisse,
qui metus non cadebat in personis aliorum testium. Ar-
ticulus concernens absentiam aliquorum testium à lo-
co, vbi ipsi dixerunt fuisse præsentes, vltra quòd non
percutit omnes, & ob id est irreleuans, non est admit-
tendus etiam sine fumo, cùm agat de conuincendo te-
stes non solùm de periurio, sed etiam de falsitate per præ-
dicta. Super aliis articulis Domini non fecerunt aliquam
vim, & placuerunt dicta per informantes pro parte
Marchionissæ.

*ANNOTATIO.*

a Rot. *decis.* 491. *num.* 2. *par.* 2. *in recent. &* *decis.* 712. *num.* 5. *par.* 1. *in recent. & decis* 272. *num.* 1. *inter impress. penes Farinac. post* 2. *librum cons. & in eodem lib. decis.* 330. *num.* 2. Seuerol. *de remissor. cap.* 6. *nu.* 1. Farinac. *de testib. quæst.* 77. *n.* 40.

13 b Ob suspicionem † calumniæ Rot. solet denegare remissoriam, vt *decis.* 620. *nu.* 4. *par.* 4. *diuers.* *& decis.* 571. *sub num.* 2. *par.* 2. *in recent.* & aliàs sæpè, & quod ex aduerso dici solet requiri suspicionem vehementem, solùm habet locum quando datur fumus, qui excludat calumniæ suspicionem, aliàs non dato fumo, Rot. ex sola præsumpta suspicione calumniæ denegat remissoriam, ita fuit dictum in Hispal. Primitiarum 15. Decembris 1617. coram bo. mem. Andrea.

c Farinac. *de testib. quæst.* 77. *n.* 65.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Hispalen. decimarum de Ayamonte.

*Veneris 5. Iunij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Remissoria in materia decimarum est concedenda data sola releuantia. De iure tertij quando liceat excipere.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remissoria in materia prophana est concedenda data releuantia articulorum.*

2 *Articulus concernens terras, de quarum decimatione agitur, non esse in diœcesi, est releuans in causa decimarum.*

3 *Excipere licet de iure tertij, quando est ipso iure exclusiuum iuris agentis, & late de hac materia an, & quando opponi possit de iure tertij, & num. 6.*

4 *Item reo, & possessori licitum est ad se defendendum allegare ius tertij.*

5 *Remissoria vt sit danda ad probandam possessionem, sufficit, quòd eam petens prætendat se possessorem.*

### DECISIO CCCCXV.

DOmini steterunt in decisis dandam esse Marchioni
remissoriam, quia, vt dictum fuit, † pro ea obtinen- 1
da in materia prophana sola exigitur releuantia articu-
lorum, quæ in hoc casu negari non potest, cùm articule-
tur, terras, de quarum decimatione agitur, † non esse in 2
diœcesi Hispalen. quo probato resultabit non esse fun-
datam intentionem Capituli super decimis. Non obstat,
quod dicitur, hoc esse dare de iure tertij, † quia potest 3
eo vti Marchio, cùm sit ipso iure exclusiuum intentionis
Capituli, [a] *l. fin. C. de rei vend.* Batt. *in l.* 2. *post med. ff. de* a
*except. rei iud.* Paul. de Castr. *cons.* 367. *num.* 2. *lib.* 1. Corn.
*cons.* 65. *sub nu.* 3. *vers. nec obstat lib.* 1. † & quia reo, ac 4
possessori licitum est se, & suam possessionem tueri alle-
gando ius tertii, Paul. de Castr. *in l. fin. num.* 12. vbi Alex.
*num.* 13. Corn *n.* 41. *C. de edict. diu. Adr. toll.* Menoch. *de
adipiscen. remed.* 4. *num.* 595. Caput. *decis.* 133. *nu.* 2. *par.* 3.
Nec facit, quòd negetur, Marchionem esse in possessione
exigendi decimas, quia hoc etiam articulatur, † & ad ef- 5
fectum, vt sit illi danda remissoria, sufficit, quòd præten-
dat se possessorem, & ideò illam petat, vt fuit dictum in
Toletana iuris decimandi 14. Martii 1594. coram Illu-
strissimo Cardinali Pamphilio, & in Calagurritana panis
6. Nouembris 1595. coram Orano. Nec releuat, quòd
non articuletur se possessorem bonorum, de quorum
decimatione contenditur, quia Marchio non prætendit
exemptionem à decimis, sed ius eas exigendi.

*ANNOTATIO.*

a De iure tertij † regulariter dari non potest, Rot. *decis.* 131. 6
*num.* 10. *par.* 2. *diuers. & decis* 282. *nu.* 2. *eadem nu.* 1. *diuers.* Cæs.
de Grass. *decis.* 3. *num.* 1. *de consti.* Surd. *cons.* 557. *num.* 2. cum
alijs latè per Garz. *super regul.* 8. *glos.* 56. *num.* 112. & de hoc
plenè habetur penes Thes. *decis.* 4. *num.* 1. *& seq.* vbi distin-
guit plures casus. Hæc autem conclusio principaliter li-
mitatur non procedere, quando dictum ius tertii est ipso
iure exclusiuum iuris agentis, vt firmatur in hac decisio-
ne, Crau. *cons.* 191. *num* 3. & dicit Thes. *decis.* 4. *num* 1. Surd.
*cons.* 415. *numero* 16. *in fin. &* 17. nam hoc non est propriè
dare de iure tertii, sed de non iure agentis, Rota *de-
cis.* 741. *in fi. par.* 4. *in nouiss.* Surd. *d. cons.* 411. *numero* 17. Fallit
secundò regula in possessore, qui ad obtinendam absolu-
toriam, & ad tuendam suam possessionem potest da-
re de iure tertii, vt firmatur in hac decisione, & vltra
hic allegata Surd. *decis.* 108. *numero* 14 *&* 11. *in fi. & cons.*
415. *numer.* 16. Thes. *decis.* 4. *numero* 1. & fuit dictum in
Anconitana bonorum 4. Iunii 1614. coram R. P. D. Manza-
nedo. Fallit tertiò, quando ille cuius fauorem ius illud
prin-

principaliter concernit, declarauit se velle d. iure vti, puta, quando caducitas est declarata per dominum, tunc enim potest etiam à tertio allegari, Surd. *decis.* 80. *num.* 6. Rot. *decis.* 179. *num.* 12. *par.* 5. *diuers.* Fallit quartò, quando iua tertij etiam opponenti prodest, & sua interest, Surd. *decis.* 301. *nu.* 15. Thes. *decis.* 4. *num.* 7. sed hæc fallentia, si est vera, destrueret regulã ab initio firmatam; semper enim, quando opponitur de iure tertij, opponẽti prodest d. ius, aliàs repelleretur exceptione generali, quòd interesse non habens non auditur, nec agendo, nec excipiendo, iuxta tradita per Surd. *decis.* 149. *nu.* 24.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana nullitatis subhastationis Vineæ.

*Mercurij* 10. *Iunij* 1609.

### ARGVMENTVM.

Arbitrium non intrat ad sanandum deliberationem nullam ex defectu citationis ad videndum deliberari, & maximè subsequuto spolio. Citationem non interuenisse probatur ex inspectione actorum.

### SVMMARIVM.

1 *Deliberatio, vt sit valida requirit citationem ad videndum deliberari.*

2 *Et iste defectus citationis est insanabilis etiam stante clausula* (arbitrio.)

3 *Citatio ad deliberandum quando est facta, subsequi solet decretum* (nisi infra mensem.)

4 *Arbitrium non intrat, vbi est commissum spolium; cùm non sit confouendus spoliator in spolio, & latè numer.* 7.

5 *Citationis defectus probatur ex inspectione actorum, ex qua tollitur quacumque præsumptio in contrarium.*

*Negatiua probatur ex inspectione actorum, & numer.* 8.

6 *Præsumptio cedit veritati.*

### DECISIO CCCCXVI.

1 ROta censuit non esse locum arbitrio † quia deficit citatio ad videndum deliberari de iure necessaria, *l. creditor, Cod. de distr. pign.* Afflict. *decis.* 358. *num.* 3.
2 defectus autem citationis † non sanatur ex allegatis in Zamorens. pecuniaria 20. Martij præteriti coram Dom. meo Caualerio. Et tantò minùs quia citatio (vt Dominis videbatur) non fuit per errorem, vel negligentiam omissa, sed studiosè, & in magnum detrimentum Dominici, † quia si præcessisset citatio, fuisset sequutum so-
3 litum decretum, nisi infra mensem, qui terminus includebat tempus imminentis vindemiæ, vnde ipse per talem omissionem fuit frandatus non solùm tempore, sed etiam facultate soluendi ex pretio musti. Tantò etiam minùs videbatur esse locum arbitrio, quia † cùm aduer-
4 sarius fuerit immissus in possessionem vineæ, & ob id possessio sit spoliatiua, *ex tanot. in cap. ex insinuatione de procur.* Aym. *cons.* 8. *num.* 8. Caputaquen. *decis.* 186. *par.* 3. arbitrium, & sanatio nullitatis tenderet ad confouendum spoliantem in spolio, & auferret remedium recu-
a perandi possessionem spoliato.[a] Non obstat, quòd di-
5 citur de præsumenda citatione, † quia cùm ex inspectione actorum constet de non citatione, non est locus
b præsumptioni[b], vt per Paul. de Castr. *cons.* 81. *num.* 3. *lib.* 2. quem sequuta fuit Rota in vna Senogalliens. Syluæ
6 24. Maij 1577. coram Cotta, † præsumptio enim cedit veritati, *l. fin. in princ. ff. quod met. c. & l. scriptura, in fine, ff. de iur. dot.* Aret. *cons.* 38. *col.* 2. *vers. secundo respondet nr:* Nec potest hic cadere aliqua præsumptio citationis, cùm non constet de aliquo decreto, nec de termino ad deliberandum.

### ANNOTATIO.

a Constito † de spolio Rot. nunquam interponit arbitrium pro spoliatore, ne ille confoueatur in suo spolio, Rota *decis.* 365. *nu.* 9. *par.* 1. *in recent.* & fuit dictũ in Maceratens. hæreditatis, 13. Maij 1616. coram R. P. D. Caualerio, & in Romana spolij 26. Iunij 1618. coram R. P. D. Manzanedo, in quibus decisionibus Rotæ dixit non esse locum arbitrio ad sanandum nullitatem sententiæ, quando vigore d. sententiæ nullæ fuit etiam obtenta immissio, quia d. immissio est spoliatiua. Quòd tamen fuit temperatum, & modificatum, vt locum non habeat, quando nullitas, ex qua deducitur spolium proueniret ex mero iuris rigore, & non respiceret defensionem: nam hoc casu intrat arbitrium non obstante spolio, ita fuit dictum in Firmana bonorum 13. Ianuarij 1617. coram R. P. D. Remboldo. 7

b Vulgaris est conclusio, † negatiuam probari ex inspectione, & reuolutione actorum, Rot. *decis.* 455. *num.* 4. *par.* 2. *in recent. & decis.* 611. *num.* 2. *part.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Romana pecuniaria coram R. R. D. Caualerio impress. penes Marches. *d. commiss. tom.* 3. *fol.* 88. & in specie de defectu citationis, de quo in d. decis. est *decis.* Rot. 64. *nu.* 2. *part.* 1. *diuers.* & fuit dictum in Ferrariens. Legati, 8. Februarij 1610. coram R. P. D. Marquemontio: Et vbi aliàs de iure præsumeretur aliqua solẽnitas, cessat d. præsumptio, quando ex facie scripturæ, & actorum apparet illam non interuenisse, Surd. *cons.* 28. *num.* 110. *& seqq.* Honded. *cons.* 80. *num.* 25. *lib.* 2. & dixit Rot. in Astoricens. beneficij 11. Decembris 1585. coram Cardinali Pamphilio. 8

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vigilieuanens. Iurispatronatus.

*Mercurij* 10. *Iunij* 1609.

### ARGVMENTVM.

Præsentandi quasi possessio ex quibus censeatur acquisita.

### SVMMARIVM.

1 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex consensu præstito resignationi.*

2 *Dic non procedere in praiuditium illorum, quibus absentibus, & ignorantibus fuit præstitus.*

3 *Admissio dicti consensus facta per iudicem conditionaliter* (si, & quatenus consentiens ius habeat) *non suffragatur, donec appareat de iure ipsius consentientis, & de simili admissione plura sub numer.* 12.

4 *Præsentatio, quæ dedit occasionem liti, non constituit in quasi possessione.*

5 *Patronus admittens alium ad secum compræsentandum, eo ipso constituit illum in quasi possessione præsentandi, & de hoc latè sub num.* 13.

6 *Patientia non datur sine scientia.*

7 *Præsentandi possessio non transit in hæredes, & sub numer.* 14.

8 *Hoc procedit etiam stante Statuto loci de continuanda possessione, reprobata decisione Caputaq.*

9 *Patronus præsentans præseruat possessionem aliorum compatronorum, & num.* 15.

10 *Declara hoc procedere, si constat alios compatronos per prius fuisse in quasi possessione præsentandi, & numer.* 15.

11 *Præsentationes facta lite pendente, & post inhibitionem non constituunt in quasi possessione manutenibili.*

DECI

## DECISIO CCCCXVII.

FVit resolutum Balistæ, & eius nepotibus solis dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione præsentandi, quia Balista præsentauit de anno 1573. & præsentatus fuit institutus, deinde de anno
1 1596. ipse vnà cum eius nepotibus † præstitit consensum resignationi ad fauorem Bernæ, quod sufficit pro
a quasi possessione præsentandi,[a] Abb *cons.14.nu.1.in fine par.1.* Crescen. *decis.2.de iurepat.* & fuit sæpiùs resolutum. De quasi possessione autem hæredũ Rollandi nullibi constat, quatenus enim deducitur ex consensu præ-
2 stito ab ipso supradictæ resignationi, respõdetur † fuisse præstitum absentibus, & ignorantibus Balista, & nepotibus, vnde non potuit in eorum præiudicium possessionem acquirere, Caputaquen. *decis.339.part.2.* Nec re-
3 leuat admissio Iudicis, quia † fuit facta conditionaliter (*si & quatenus ipse ius haberet,*) vnde non suffragatur, donec appareat de iure ipsius, vt per Caputaquen.
4 *decis.129.par.2.* Præsentatio anni 1598. † vltra quod dedit occasionem litis, quæ de illo anno cœpta fuit coram Ordinario Vigleuanen. super prætenso iure præsentandi Rollandi, fuit pariter admissa cum conditione (*si, &*
b *quatenus*[b] *ipsi Rollando ius nominandi competeret*) nec est verum, quòd fuerit facta cum Balista, & nepotibus,
5 vnde non inferat, † quòd sufficiat illum fuisse admissum
c à compatronis,[c] iuxta doctrinam Rip. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina. sub num.93. de caus. possess. & propriet.* quam sequuta est Rota 10. Maij, & 1. Decembris 1608. coram D. meo Marquemontio, quia Rip. loquitur, quando simul præsentant, imputet enim sibi vetus patronus, qui alium admittit, & patitur, quòd secum præsentet, in casu autem isto præsentatio facta est non solùm absentibus Balista, & nepotibus, sed etiam insciis, vnde non potest adscribi illis, quòd admiserint, & passi fue-
6 rint Rollandum præsentare, † cùm patientia non detur sine scientia, vt per Rip. *in d.c. cùm Ecclesia num.64.*
7 Et vbi probaretur aliqua quasi possessio Rollandi, † illa tamen non transiisset ad eius hæredes, *l. cùm hæredes, ff. de acquiren. possess.* Achil. *decis. 5. de caus. possess. & propr.* Fab. *decis.61. lib.2.* Caputaquen. *decis.420. par. 2.* & fuit sæpissimè resolutum, & signanter in vna Albens. Parochialis 27. Iunij 1605. coram me. Neque obstat Statu-
8 tum de continuanda possessione ex allegata decis. † Ca-
d putaquensis, quia Rota illam non sequitur,[d] vt fuit dictum coram bo. mem. Cardinali Seraphino in Comens. Iurispatronatus 8. Iunij 1601. & repetitum in dicta Albens. Parochialis, idem dicitur de possessione Ioannis Augustini, qui fuit frater Rollandi, & tantò magis, quia non apparet, quòd Rollandus fuerit eius hæres. Non obstat, quòd dicitur per præsentationem factam à Bali-
9 sta, & nepotibus † fuisse præseruatam possessionem
e Rollan.[e] iuxta cons. Federici de Sen. 112. *in vlt. dub.* &
10 Cald *cons.15. de iurepat.* quos sæpiùs sequuta est Rota, † quia procederet, si appareret per prius Rollandum fuisse
f in possessione præsentandi,[f] Put *decis.298. lib.1.* fuit dictum in Viterbiens. Cappellæ 12. Iunij 1606. coram D. meo Manzanedo. Nec possunt adiuuari aduersarij præ-
11 sentationibus factis de anno 1606. & 1607. quia † cùm sint factæ lite pendente, & post inhibitionem Rotalem, nulla ex eis potest resultare possessio manutenibilis. Caputaquens. *decis.234. cum his lib.1. in manuscrip.* latè Lancell. *de attent. par.3. cap.31. num. 185.*

### *ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis.349.*
12 b Præsentatio admissa (*si, & † quatenus*) censetur admissa, si de iure admitti debuit, & constituit in quasi possessione præsentandi, Seraph. *decis.499. nu.2.* & fuit dictum in Florentina Parochialis, seu iurispatronatus 28. Maij 1599. coram bo. mem. Iusto. Huiusmodi enim admissio cum clausula (*si, & quatenus*) importat admissionem, quatenus de iure sit locus admissioni; & reiectionem, quatenus de iure non sit admittenda, Menoch. *cons.174. nu.32.* Honded. *cons. 21. nu.12. lib.1.* Mart. *de claus. par.1. claus.362. num.4.* vbi plura de effectu huiusmodi clausulæ (*si, & in quantum.*)
c In præiudicium † compatronorum, qui alium secum admiserunt ad præsentandum, acquiritur quasi possessio præsentandi etiam non probata alia effectuatione d. præsentationis, iuxta doctrinam Rip. *in decisione allegat.* quam Rot. sæpiùs sequuta fuit, vt dicitur *in decis.174. sub n.3. par. 2. in recent.* & Rot. etiam sequuta fuit in Tirasonens. Canonicatus 4. Februarij 1608. coram Scotto, & in Gerundens. iuris interessendi in Capitulo 6. Nouembris 1609. coram R.P.D. Coccino Decano, & in Sibinicens. mansionariatus 17. Decembris 1610. coram R.P.D. Pirouano. 13
Verùm ista admissio patroni solùm constituit in possessione præsentandi, non tamen facit patronum, & ita supradictam Ripæ doctrinam declarauit Rot *decis.284. sub num.7. par.1. in recent.* Vlteriùs d. quasi possessio solùm iuuat contra admittentem, sed non contra eius successores in iurepatronatus, quibus admittens per talem admissionem præiudicare non potuit, Rot. *d. decis.284. num.8. par.1. in recent.*
d Possessionem † præsentandi non transire ad hæredes non obstante Statuto de continuanda possessione, dixi *supra ad decis.223.* Nihilominus tamen licèt possessio auctoris non transeat in hæredes, ex illa benè probatur pertinentia iurispatronatus ad fauorem successoris, vt sensit Rot. *in decis.337. sub num.3. par.2. in recent.* & clariùs in Placentina Cappellæ 30. Octobris 1615. coram R.P.D. Coccino Decano. 14
e Ex pluribus † patronis si vnus solus præsentat, præseruat possessionem aliorum, latè Rimin. iun. *cons.214. num. 40. & seq.* Garz. *de benef. par.5. cap.5. num.115. & seq.* vbi refert plures decisiones Rot. *decis.229. nu.5. & decis.713. num. 6. & 7. par.1. diuers.* & generale est, quòd in iuribus communibus actus vnius socij præseruat ius, & possessionem alterius, Rot. *decis.640. sub num.4. par. 2. in recent.* Hoc autem procedit in dubio, secus autem, si constaret, quòd præsentatio fuisset facta animo priuandi alios compatrones quod cognoscitur ex eo, si præsentans diceret omnimodam, seu plenariam præsentationem ad se spectare, benè Garz. *d. cap.5. num.* 117. in quo tamen casu huiusmodi præsentatio non noceret aliis patronis, nisi constaret de eorum scientia, & patientia, vt fuit dictum in Lucana Parochialis 7. Februarij 1620. coram R. P. D. Vbaldo. Item supra firmata conclusio non procedit, nisi quando constaret per priùs alios patronos fuisse in possessione præsentandi; quia non potest præseruari possessio, quæ non est, vt firmatur in hac decisione, & dixit etiam Rota in d. Placentina Cappellaniæ 30. Octobris 1615. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi propterea dicitur, quòd defuncto patre, qui erat in possessione, non præseruatur per præsentationem factam ab aliis compatronis possessio filiorum, in quos (vt supra dixi) non transit possessio patris. 15
f De quo in annotatione immediatè antecedenti.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Messanens. Baroniæ de Thaui.

*Mercurij* 10. *Iunij* 1609.

### ARGVMENTVM.

Transactio super causa principali bonorum terminat etiam litem super articulo illegitimitatis, quod incidenter in iudicio erat deductum. Transactio afficit etiam hæredẽ transigentis, etiam si sit hæres cum beneficio legis & inuentarij, quatenus vires hæreditariæ ferant, non tamen præiudicat tertio, nec agnatis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Finita per transactionem causa principali super successione*

*sione, seu recuperationi bonorum censetur etiam finita super exceptione illegitimitatis, quæ incidenter ad d. causam principalem in iudicio erat deducta.*

2 *Legitimationis quæstio dicitur incidens ad causam principalem.*

3 *Accessorium eatenus est extinctum, quatenus est extinctum principale, & non vltrà.*

4 *Finita per transactionem causa principali super recuperatione bonorum potest ille, cuius legitimitas erat in iudicio deducta, pro honore, & dignitate, & pro legitimitate prolis prosequi iudicium super legitimitate, nec ad hunc effectum obstat exceptio litis finitæ in negotio principali.*

5 *Hæres non potest venire contra transactionem factam à suo auctore ex quocumque iure veniat.*

6 *Quod procedit etiam si sit hæres cum beneficio legis & inuentarij, cùm inuentarium non liberet hæredem ab habendo rata omnia gesta per defunctum, quatenus vires hæreditariæ ferant, & num. 15.*

7 *Inuentarium non opitulatur hæredi in rebus hæreditariis, & quatenus vires hæreditariæ ferant, & sub nu. 6. & latè sub num. 15.*

*Hæres an ratione particularis affectionis vendicare possit bona ab auctore suo alienata, sub num. 15.*

8 *Hæres eo minùs potest venire contra factum auctoris sui, quando auctor promisit, nec per se, nec per suos hæredes contrauenire.*

9 *Contra transactionem veniens tenetur ante omnia restituere, quod vigore illius recepit.*

10 *Transactio tertij non præiudicat.*

11 *Transactio super fideicommisso non nocet agnatis, de quo latè sub numer. 16. vbi etiam in materia fideicommissi.*

12 *Hoc procedit, etiam si in transactione fideicommissum non tradatur, sed dimittatur penes possessorem, & conclusio in contrarium allegata declaratur, & sub num. 16.*

*Transactio an requirat solemnitates necessarias in alienationibus, quando res dimittitur penes alteram personam, penes quam iam reperiebatur, & numer. 17.*

13 *Fideicommissum non præsumitur hæreditarium, sed potius ex pacto, & prouidentia, iuxta veriorem, & receptiorem opinionem, & num. 18.*

14 *In inuestitura comprehensi, etiam antequàm aperiatur illis successio, possunt petere declarari sibi competere ius adueniente conditione, & num. 19.*

## DECISIO CCCCXVIII.

DOmini perstiterunt in decisis obstare transactionē rationibus, de quibus in decisione. Noo obstat, quod dicitur, esse duas causas, vnā super Baronia, alteram super legitimitate, quia imò est vnica causa, & vnicum Iudicium, siue enim lis super Baronia pendeat in Rota, vt aliàs fuit dictum, siue, vt ex aduerso prætenditur, in partibus coram Iudice laico, & sola discussio illegitimi-
1 tatis io Rota, *iuxta c. lator, qui fil. sint legit.* † semper erit
verum, quòd Comites de Branciforte ad repellendom aduersarios à prætensa recuperatione, opponunt exceptionem illegitimitatis, vnde lis trāsactione finita respectu actionis intentatæ non potest stare quoad exceptionem oppositam, *iuxta cap. forus. de verborum signif. & not. in cap. non licèt. de regul. iur. in 6.* Et in terminis *dict. cap. la-*
2 *tor.* † quæstio legitimitatis dicitur incidens ad causam
principalem, *glos. fin. ibi.* Ionocen. *in vltim. verb.* Host. *in fin.* Abb. *num. 4.* finita autem causa principali est etiam finita incidens, Anch. *cons. 145. num. 2. & 3.* non solùm, quando principale negocium fuit terminatum, sed etiam quando transactum, Innot. *in c. vlt. ad finem. de iuram. calum.* Et si lis principalis in partibus quoad Baro-
niam ẽxcitatur, debet remanere inhibitio io Rota, † 3
non solùm ex oatura accessorij, *l. cùm principalis, ff. de reg. iur. & cap. accessorium. eod. tit. in 6.* Butr. & Abb. *in c. tuam. de pen.* vbi inferunt eatenus extingui accessorium, quatenus extinctum est principale, & non vltra, sed etiam ex conuentione expressa transigentium ibi eum pacto, quòd in casu contrauentionis staret, & remaneret in suo robore lis super illegitimitate, quam Domini de Braneifortibus in casu dictarum molestiarum, & non aliàs prosequi possint, ex quibus verbis, aliisque latè ponderatis per informantes liqoidò constat partes voluisse transigere, etiam super articulo illegitimitatis, & sic oon solùm ex natura causæ, sed etiam quoad mētem expressam partium, transactionem, quatenus comprehendit causam Baroniæ, eatenus etiam comprehendere qoæstiooem motam super illegitimitate. Non obstat,
quòd Marchionissa Fabariæ, & Dux Terræ nouæ non † 4
debeant, nec possint impediri prosequi causam io Rota, pro firmādo statu personarum, pro honore, & dignitate, & pro leginimitate prolis, & in hoc noo habeat obstare transactio, quia quatenus ad istum fioem agatur, Comites de Branciforte non intendunt se opponere, neque causam prosequi, imò essent reiiciendi, quia sua noo interesset, sed solùm dant de transactione ad effectum se tueodi io iudicio recuperationis Barooiæ, sicuti & ad istum effectum fuit opposita exceptio illegitimitatis, & transactio iotelligi debet iuxtà terminos litis pendentis, *ad not. in l. si de certa. C. de transact.* Hoc etiam licèt sub inuolucro exprimitur in noua commissiooe, dum committitur causa illegitimitatis, forsan etiam ad effectum recuperandi in partibus feuda malè alienata. Non obstat, qoòd Marchionissa, & Dux veniant, vti tertij, ex
noua commissione, quia † respectu Marchionissæ, quæ 5
est hæres Ioannæ transigentis, ipsa non videtur posse ex quocumque iure venire cootra transactionem, *l. cùm à matre. C. de rei vend. l. si ab eo. C. de lib. caus. l. ex qua persona. ff. de reg. iu.* & in similibus terminis dixit Rot. in Romana bonorum de Colomna 13. Nouembris 1595. coram bo. me. Cardinali Seraphino. Nec releuat, quod dicitur de iouentario, quia omissis exceptionibus, quæ
contra illud dantur, iouentariom † operatur quidem, 6
vt non cogatur ratam habere transactionem vltra vires hæreditatis, sed bene teuetur quatenus est in hære-
ditate, [a] Alex. *cons. 19. in fin. libr. 5.* Aym. *cons. 225. num.* a
52. Gabr. *de regul. iur. conclus. 11. num. 10.* † inuentarium 7
enim nō opitulatur hæredi in rebos hæreditariis, Cæph.
qoi alios cumulat *cons. 392. num. 36.* Et tanto magis, † 8
quia Ioanna in transactione promisit illi non contrauenire, oeque per se, neque per suos hæredes, vt per Alex. *cons. 13. sub num. 7. lib. 5.* Paris. *cons. 16. num. 42. lib. 1.* cum
aliis adductis per informantes. † Et saltem teneretur 9
restituere booa recepta ex causa transactionis oon solùm ex natura contractus, *l. si diuersas. C. de transact.* sed etiam ex pacto expresse inter transigentes conuento. Difficultas est circa personam Ducis, quam vellem particulariter discuti, quia cùm oon sit hæres transigentis, nec possideat bona tradita à Comitibus de Branci-
forte, regula est clara, † transactionem tertio non præ- 10
iudicare, *l. Imperatores, ff. de transact. l. 1. C. eod. tit.* quod est generale in omni conuentione, *l. si vnus. §. ante*
*omnia. ff. de pact.* & transactio † super feudo non oocet 11
agnatis, [b] Aluarot. & alij *in cap. 1. §. si Vasallus de feudo.* b
*si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.* Rol. qui alios cumulat *cons. 100. num. 110. lib. 4.* Tiber. Decian. *cons. 23. nu. 94. libr. 1.* Menoch. *consil. 442. num. 30.* Non obstar, quod
dicitur, regulam non procedere, † quando in transa- 12
ctione feudum non traditur, sed dimittitur penès pos-
sessorem, [c] vt per Bald. *in cap. 1. ad fin. de contract. inter* c
*Vasal. & ali. de benef.* cum aliis adductis, quia vltra quòd habet moltos contradictores cumulatos per Surd. *cons. 501. sub nu. 9.* illud procedit quoad validitatem transactionis,

ctionis,& ne per eam transigens incidat in pœnam alienantis, non autem quoad præiudicium aliorum vocatorum, vt per Meleh. Palaez. *de Maior.part.4.quæst.22. sub nu.2.* Molin *de primogen.Hispan.lib.4.cap.9. num. 18. circa med.* Quòd feudum sit hæreditarium non apparet,
13 cùm non exhibeatur inuestitura, † quòd autem ea non apparente præsumatur hæreditarium, habet maximam difficultatem, nam quòd potiùs præsumatur ex pacto,
d & prouidentia, veriùs,& receptius videtur, [d] ex traditis per Marin.Frec.*de feud.ser. t.num. 53.* & in decis. Pedemon.161. *à nu.5.vsque ad finem.* Non obstat,quòd dicitur, Ducem non posse agere ad feudum, cùm eum præcedat D.Maria eius Auia, quia vltra quòd penden-
14 te,† conditione potest agi pro iure conditionali,saltem,
e vt declaretur ius eueniente conditione competere, [e] vt fuit dictum in Firmana bonorum 20.Iunij 1583.coram bo.me. Gypsio,hoc non percutit dubium,de quo agitur, quòd quærit tantùm de exceptione transactionis, non de aliis.

## *ANNOTATIO.*

15 a Hæres etiam † cum beneficio inuentarij tenetur tantum habere factum defuncti, quatenus vires hæreditariæ feruor,& vltra alleg.in decis. Menoch.*cons.89.num.14. vers. respondeo secundò.* Hond.*cons.3.nu.53.li.1.* Gabr.*cons.125.num. 12.lib.1.* Rot.*decis.61.nu.4.part.2.in recent. & decis.256. nu.5. eadem par. 2.* vbi propterea fuit dictum inuentarium non opitulari hæredibus in rebus hæreditariis;& fuit dictum in Romana domorum 3.Martij 1617.coram bo.mem.Andrea, vbi Rota dixit, quòd inuentarium non liberabat hæredem à præstando factum defuncti, quatenus vires hæreditariæ suppeterent, & similiter fuit dictum in Tiburtina Castri Viuarij 16.Februarij 1596. coram Card. Pamphilio, quòd inuentarium non impediebat confusionem actionum,quatenus suppetunt vires hæreditariæ ad effectum,quòd hæres censeretur sibi soluisse:& ratio est, quia beneficium inuentarij non fuit inuentum, nisi vt præseruaret hæredem à damno,non autem, vt ex eo aliquid lucraretur, vt dicitur in hac decisione, Mant. *decis. 226.num.4.* Rota *decis.270.par.4.in nouiss.* Surd. *decis.30.nu. 13. & 14.* & propterea hæres cum beneficio inuentarij non potest vendicare bona ab auctore alienata, & sibi debita, si deductis oneribus tantùm remaneat in hæreditate, quantum capit valor rei alienatæ, vt habetur in præallegatis auctoritatibus,& præsertim penes Surd. *cõs. 73.num. 34.* nisi fortè in re alienata considerari posset aliqua particularis affectio,puta, si esset res antiqua suorum maiorum, quia tunc liceret hæredi illam vendicare,iuxta doctrinam Alber. *in l.fi.§.in computatione,num. 20. vers. si autem emptori.C.de iur. deliber.* Gabr. *cons.125.sub num 12. lib.1.* Laderch. Imol. *consil. 138.sub num.4.* & sequuta fuit Rot.in Romana de Theodolis 10.Decembris 1593.coram Card. Blanchetto, & de hac doctrina Alber. vide plura penes Rosen. *de feudis cap. 9. membr.2. conclus.72.num.8.& sub glo. in litera F.* & eam noluit firmare Rota in Romana,seu Tiburtina Sancti Angeli fideicommissi de Vrsinis 26.Nouembris 1616.coram bo.me.Andrea,sed reliquit in suspenso.

16 b Transactionem † non nocere agnatis comprehensis in inuestitura latè firmant Scrader. *de feud.par.8.cap. 6.nu.2.* Rosent.*eodem tract.de feud.conclus.21.cap.9.memb.1.num. 4. & seq.* qui ambo ampliant procedere, etiam si agnati haberent notitiam d.transactionis, & non reclamauerint,si tamen transactio esset facta bona fide de re dubia, & incerta, afficeret etiam agnatos successores, Scrader. *dicta par.8.cap.1. num. 44. & 48.* Rosent. *eodem tractat. d.conclus. 21.cap.9.num.1.& 4.* Gratian.*discept. Forens. cap. 476.num.2.* Idem etiam procedit in fideicommissis, Peregr. *de fideicommiss.art.52.num. 89.* Petr. *de fideicomm.quæst. 8. num. 74. & seq.* Mantic.*de tacit.lib.26.tit.4.num.20.* & tantò magis, quando per transactionem non dimittitur res feudalis,& fideicommissaria in manibus tertij, sed remanet penes fideicommissarium, & feudatarium soluta in recompensam pecunia alteri parti, cum qua fuit transactum,vt benè per Gatian. *d.cap.476.num.13. & sequent.* vbi etiam dicit, quòd hæredes transigentis poterunt recuperare d. pecuniam in transactione solutam contra successores in feudo,& in fideicommisso, cùm negotium fuerit vtiliter gestum,de quo etiam per Molin, *de Primogenitura Hispan. lib.4.cap.25.ad med.vers. quòd si ea transactio:* Difficultas est, quando in transactione dimittitur res penes tertium,quæ etiam tangitur *in hac decisione sub num.12.* super qua est videndus Gratian.*d.cap.476.num.16.& 17.*

c De quo est vidend.Gratian.† *d. cap.476.num. 16. & 17.* & 17
dicitur transactio species alienationis, etiam quando res est penes aduersarium, si in trãsactione agitur, quòd penes illum remaneat; ideóque sunt necessariæ solemnitates requisitæ in alienationibus, vt latè tenuit Rot.in Romana Casalis coram R. P. D. Coccino Decano impress. penes Marches.*de commiss.tom.1.fol.1129.*

d Feudum † præsumitur potiùs ex pacto, & prouidentia, 18
quàm hæreditarium,Scrad. *de feud.par.2.cap.3.nu.31.* Rosen. *de feud.cap.2.conclus.48.num.6.& glo.in litera A.* infinitos cumulat. Mantic.*de tacit.& ambig. lib.23.tit.29. num.8. & seq.* Castil.*controuer.iur.par.3.cap.19.nu.229.* & hanc eandem opinionem secuta fuit Rota testãdo de magis communi in Vrbeuetana fideicommissi 7. Februarij 1610. coram R.P.D.Coccino Decano.

e Comprehensi † in inuestituris,& in fideicommissis possunt 19
etiam pendente cõditione, & antequam sit apertum feudum agere ad effectum, vt eueniente casu declaretur sibi ius competere.Couar. *variar.lib.1.cap.18.num.8.* Molin. *de Primogen.Hispan.lib.1.cap.15.nu.2.& seq.* Peregrin. *de fideicommiss.art.40.sub num 30. vers. & in primogenituris*, & fuit dictum in Romana fideicomm.de Longhis 28. Maij 1618. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Verdunens. Prioratus.

..... 12. *Iunij* 1609.

## ARGVMENTVM.

Valor beneficij ex quibus dicatur non iustificari, & plura in materia vnionis, de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Valor ex multis,de quibus in decisione non est iustificatus,sed præsertim,quia non est iustificatus iuxta tempus datæ impetrationis.*

2 *Vnio impedit vacationem.*

3 *Vnionum regula reuocataria non reuocat vniones factas pro sustentatione monasterij, nec vniones factas in executionem Sacri Concilij Tridentini.*

*Vnio facta pro augmento cultus diuini an, & quando cadat sub reuocatione regula,& an,& quando dicatur facta pro dote,& num.6.*

4 *Vnio non tenet de beneficio reseruato, & latè numer.7.*

5 *Hoc procedit, quando erat reseruatum de tempore vnionis,secus autem est, si tunc non erat reseruatum, licèt postea fuerit effectum reseruatum per vacationem in mense reseruata.*

## DECISIO CCCCXIX.

ROta censuit literas Apostolicas non esse exequendas,quia non sunt iustificatæ quoad valorem, narratiua enim literarum vnionis illam iustificare non po-
test, † quia vltra quòd in ipsis valor exprimitur per as- 1
census,& cum dictione*(vel circiter)* in gratia autem aduersarij simpliciter per non excessum, literæ vnionis sunt datæ de anno 1602. impetratio autem est de anno 1607. valor autem est iustificandus secundùm tẽpus datæ impetrationis,Cassad.*decis.19.in fi.super reg.* Caputaq. *decis.264.nu.9.& 330.n.1.par.3.* Non etiam verificatur,
nec verificari potest quoad vacationẽ, † quia vnio præ- 2
cedens impedit vacationem,*Clem.frequens §.quidã etiam Ecclesias*,vbi gl.*in verb.mensa.de exces.Prælat.* Oldrad.*cons. 257.nu.26.* Rebuff.*in prax.tit.de vnion.benef.nu.12.in fin.*

Non

3 Non obstat regula reuocatoria, † quia vnio fuit facta
a in sustentationem Monasterij, [a] & vt in ea legitur, in
exequutionem Sacri Concil. Trident. vt fuit dictum
in Portugallen. dismembrationis 28. Iunij 1600. coram
R. P. D. meo Iusto, & regula Sanctissimi D. N. habet
in ventre præseruationem vnionum factarum authori-
4 tate Concilij Triden. Non obstat, † quòd vnio non te-
b neat, vti de beneficio reseruato [b], vt in Auersan. be-
neficiorum 3. Iunij 1606. coram R. P. D. meo Sacrato,
5 † quia vnio facta fuit viuente Rectore, & tunc bene-
ficium non erat reseruatum, vnde non refert, quòd
obitus ipsius contigerit in mense Apostolico, quia vnio
nihilominus suum consequitur effectum, vt fuit di-
ctum in Caputaquen. beneficij 12. Decembris præteriti
coram R. P. D. meo Marquemontio.

## *ANNOTATIO.*

6 a Vnio facta † pro augmento cultus diuini non subiacet regulæ reuocatoriæ vnionum, Mohed. *dec. 7. de priuil.* Seraph. *dec. 982.* & aliis relatis fuit dictum in Alerien. beneficiorum 15. Ianuarij 1618. coram R. P. D. Caualerio, Gonzal. *super reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 49.* Garz. *de benef. par. 12. cap. 11. num. 283. vers. & licèt, & num.* 209. Verùm hoc intelligi debet, quando augmentum est necessarium; secus autem, si est voluntarium, vel pro commodiori sustentatione, Achil. *dec. 1. super regul. reuocat.* Put. *decis. 337. lib. 1.* & fuit dictum in Tolerana Cappellaniæ 23. Ianuar. 1608. coram R. P. D. Pamphilio; vbi etiam dicitur, quòd in regulis Cancellariæ modernis expressè reuocantur vniones factæ in fauorem cultus diuini, & pro augmento dotis mensarum Capitularium, & coram eodem in Valentina subsidij 14. Martij 1616. vbi similiter fuit resolutum vnionem factam mensæ Capitulari subiacere reuocationi, quia non censetur facta ex causa necessaria, cùm Capitulum per priùs sine d. vnione se sustentauerit. Quando verò certum est vnionem esse factam ex causa necessaria, sine dubio non subiacet sub regulis etiam modernis, Gonz. *d. glos. 5. §. 7. num. 48.* & fuit dictum in Algaren. dismembrationis 14. Ianuarij 1616. coram R. P. D. Remboldo. Hinc est, quòd vnio, seu dismembratio facta occasione erectionis alicuius Ecclesiæ, seu beneficij, vti facta pro dote, non cadit sub regula, Seraph. *dicta dec. 982.* & fuit dictum in Gerunden. Vnionis 13. Iunij 1611. coram Cardin. Lancellotto, & in eadem 16. Decembris 1613. coram R. P. D. Verospio, & in dicta Alerien. beneficiorum coram R. P. D. Caualerio, & in Auximana vnionis 3. Iunij 1617. coram eodem, vbi vlteriùs fuit dictum hoc habere locum etiam si Ecclesia Parochialis erigatur in Collegiatam, & occasione d. erectionis fiat vnio dictæ Parochialis; nam dicitur vnio ex causa necessaria; licèt enim Ecclesia Parochialis per priùs dotem haberet, non tamen erat congrua pro Collegiata.

7 b De iure communi † Episcopus non potest vnire reseruata, Gonz. post alios *super reg. 8. glos. 5. num. 136.* & fuit dictum in Leodien. beneficij 23. Ianuarij 1595. coram Gypsio, vbi dicitur, quòd sicut Episcopus non potest conferre reseruata, multò minus potest reseruata vnire. Ex dispositione verò Concilij Trident. licèt Episcopo sit data facultas vniendi etiam reseruata, nihilominus Sac. Congregatio interpretatur, Concilium, & Rot. pluries declarauit id esse intelligendum de beneficiis, quæ non erant reseruata de tempore vnionis, sed ex post fuerunt effecta reseruata ex vacatione in mense reseruato, Rot. *dec. 201. num. 5. par. 2. in recent.* & in Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & in Aquinaten. beneficij 3. Iunij 1607. coram R. P. D. Marquemontio, quod etiam dixerunt RR. PP. DD. Coccinus, Manzanedus, & Pamphilius vna cum Card. Sacrato consulti à Dataria in Todertina vnionis 1620. quod est fundatum in eo, vt fraudes euitentur, quæ aliàs in præiudicium Sedis Apostolicæ committi possent ab Ordinariis, si possent vnire reseruata de tempore vnionis, Garz. *de benef. par. 12. cap. 2. num. 105* & est videndus à *num. 91. vsque ad* 107. quia plenè, & de hac materia vnionis beneficiorum reseruatorum tractat, & plures declarationes Sacra. Congrega. refert.

*Oliuerius Beltraminus.*



## Valentina Beneficij.

*Lunæ 5. Iunij 1609.*

## ARGVMENTVM.

Iuspatronatus donari non potest Laico sine consensu, & auctoritate ipsius Episcopi. Patronus quando possit concedere facultatem præsentandi beneficium, antequam vacet.

## *SVMMARIVM.*

1 *Donatio iurispatronatus facta laico sine consensu, & confirmatione Ordinarij non valet, & nu. 7.*
*Vbi limitatur non procedere, quando donatur compatrono.*
*Consensus iste Ordinarij an præsumatur, & an possit expost interuenire, & an sufficiat tacitus, & numero 7.*
2 *Et non suffragatur confirmatio vicarij, nisi constet de speciali facultate, & latè de hac materia, n. 8.*
3 *Patronus non potest concedere alteri facultatem præsentandi, antequam beneficium vacet.*
4 *Hoc procedit non obstante iuramento, & confirmatione superioris.*
5 *Patronus an, & quando possit constituere procuratorem ad præsentandum, seu aliàs concedere facultatem præsentandi antequàm beneficium vacet, & latè de hac materia nu. 9.*
*Dictio (maximè) exprimit casum minus dubitabilem, & implicat magis implicabilem, & sub numero 6.*

## DECISIO CCCCXX.

COnclusum fuit sententiam Vicarij Ordinis Ser-
uorum, vti iniustam, esse reuocandam, quia dona-
tio facta Dominico Perez, cuius vigore præsentatus
fuit Iosephus, est nulla, fuerat enim Dominico dona-
tum à Petro Toffie ius præsentandi ad vnum ex quin-
que beneficiis secunda vice vacantis, † quæ donatio 1
non valuit, cùm sit facta personæ laicæ absque consen-
su, & confirmatione Ordinarij, quæ sicut requiritur,
quando laico donatur iuspatronatus, [a] ad not. commu- a
niter per DD. *in cap. cùm sæculum, & in cap. illud de iurep.*
ita etiam quandò donatur ius præsentandi, Put. *decis. 16.*
*li. 2.* Dec. *cons. 541. nu. 2. iunctis primis verb. consil.* Nec suf-
fragatur confirmatio Vicarij, † nisi doceatur de speciali 2
facultate illi ad hoc concessa, quia ex generali eius po-
testate non valuit, [b] Cald. *cons. 1. de offic. Vicar.* latè com- b
probat. Io. Baptista Ferret. *cons. 343. nu. 7. cum plurib. seqq.*
Est etiam nulla, † quia Patronus non potest concedere 3
facultatem præsentandi, antequam beneficium vacat,
[c] *cap. fin.* vbi omnes not. *de concess. Preb.* quia, vt dicunt c
ibi Doctores, quando beneficium est plenum, patronus
dicitur habere potestatem ligatam, *c. pastoralis. §. 1. de*
*rescrip.* & ne reperiatur via ad vacationes, *contra decret.*
*ne captandæ de concess. preb. lib. 6.* † Et hoc casu iuramen- 4
tum interpositum non validat, vt fuit dictum in Pam-
pilonen. beneficij 13. Februarij 1595. coram R. P. D.
meo Iusto; prout nec confirmatio Superioris, Abb. *in*
*c. constitutus, numero 3. de concess. preb.* Nec facit, quòd
Doctores *in d. cap. fin.* videantur loqui in mandato,
quia vltra quod, vt benè deducitur per informan-
tes, in effectu sumus in mandato ad præsentan-
dum, loquuntur generaliter, quòd patronus non po-
test concedere potestatem præsentandi ad beneficium

vacaturum, Card. *ibi sub nu.4.* Abb. *in princ.* & in terminis donationis iuris præsentandi tradit Dec. *d.consf.541, num.1.* Non obstat, quòd sit ad vnum de quinque va-
5 caturis in genere, non in specie, † quo casu videtur valere concessio facultatis, & constitutio procuratoris, vt ex sententia Guid. tradunt Io. Andr. & alij *in dicto cap.fin.* quia fuit dictum procedere, quando datur procurator generalis in omnibus negocijs suis, præsertim ex iusta causa, puta longæ absentiæ, & quòd ita declarauit Rota in dicta Pampilonen. beneficij. sed hoc non caret scrupulo, quia Io. And. & alij non restringunt dictum Guid. ad hunc casum, quia dicunt tunc maximè verum, per istam enim implicatiuam (*maximè*) innuunt, quòd etiam illis non concurrentibus procedat, licèt faciliùs, & pleniùs si concurrant, vt benè ponderat Imol. *ibi nu.8. circa med.* quod etiam videtur sentire
6 Abb. *sub nu.6.* natura † enim istius dictionis (*maximè*) est exprimere casum minùs dubitabilem, & implicare magis dubitabilem, *l. qui se patris, & ibi not. C. vnde lib.* glos. *in l.illud.ff.ad leg.Aquil.* Ias. *in l.pro herede.§.1.circa princ.ff.de acquir.hered.* Et DD. dicunt, quòd illis concurrentibus valeat constitutio procuratoris, etiam si constituens vnicam tantùm præsentationem habeat, in decisione Pampilonen. dicitur limitari regulam, quando datur generalis procurator in omnibus negociis, præsertim ex iusta causa, qui est propriè casus, qui tunc agebatur, vt in ea dicitur, vera est enim illa limitatio illis concurrentibus, sed non sequitur, quòd etiam sine illis non procedat, & propterea quando difficultas ad hoc reducatur, libenter iterum partes audirem. De iustitia, & viribus sententiæ Vicarij Valen. si opus fuerit, particulariter videbitur.

## *ANNOTATIO.*

7 a Iuspatronatus † donati non potest absque consensu Ordinarij, vt vltra allegata *in decis.* tradunt Mantic. *deci.86. nu.6.* Rot. *decis.337.num.5 par.2.in recent.* vbi plures cumulantur, & si fiat donatio sine consensu Ordinarij nullum ius est abdicatum à donante, & ideò potest donans præsentare non obstante donatione à se facta, Rot. *d.dec.337. sub n.7.* Item etiam potest cum consensu Ordinarij alteri donare non obstante prima donatione iam facta sine consensu Ordinarij, Mantic. *d.dec.86.sub n.6.* Verùm iste consensus Ordinarij præsumitur ex lapsu temporis 30. annorum iuncta obseruantia, Rota *dec.497.nu.3.par.1.diuers.& dec.707.nu.4.par.1.in recent.* Item sufficit consensus tacitus Ordinarij, qui satis colligitur ex præsentationibus per ipsum admissis, vt fuit dictum in Aquen. iurispatronatus coram Cardinali Lancellotto impressa penes Marches. *de commis. tom.1. fol.454.* neque enim est necessarius consensus in ipso actu donationis, sed sufficit, quòd interueniat post quandocumque, Rot. *dec.17.de iurepatr.in antiq.* Mantic. *dec.86.nu.7.* & fuit dictum in Tuden. Parochialis 9. Aprilis 1612. coram R. P. D. Vbaldo, & in Pientina iurispatronatus 13. Martij 1609. coram R. P. D. Coccino Decano. Imò etiam post mortem donantis potest Episcopus suo consensu confirmare donationem, Rot. *dec.6.de iurepatr.in antiq.& d.deci.337.nu.7.par.2.in recent.* vbi dicitur posse confirmare donationem in præiudicium hæredis donatoris.

Aduertendum est tamen, quòd in donatione facta compatrono non est necessarius iste consensus Ordinarij, Achil. *dec.19.n.2.de iurepatronatus.* Verall. *dec.284.nu.1.par.1.* Rot. *dec.707.n.4.par.1.in recent.*

8 Consensus † autem iste requisitus in donatione iurispatronatus requiritur, quòd sit ipsiusmet Episcopi, & non sufficeret consensus Vicarij, nisi ille speciale mandatum ab Episcopo habeat, Garz. *de benef.par.5. cap.9.num.76.& 77.* Rot. *dec.337.n.5.par.2.in recent.& dec.576.n.1.par.1.in recen.* plenè fuit dictum in Lucana iurispatronatus 30. Ianuar. 1614. coram R.P.D. Manzanedo. Ampliatur, vt nec etiam in casu absentiæ Episcopi Vicarius possit præstare huiusmodi consensum, Ferret. *consi.347.n.17.vers.nec obstat.* Rot. *d.dec.337.nu.5.* Ampliatur secundò, vt nec etiam valeret consuetudo in contrarium, Ferrett. *consi.345.num.5. & seq.* & Rot. sequuta fuit *dec.576. sub num.3. par.1.in recent.* vbi etiam dicitur, quòd in omnem euentum talis consuetudo esset contra ius, & ideò deberet esse vel quadragenaria, vel immemorabilis. Ampliatur tertiò, vt non præsumatur mandatum in Vicario ex lapsu longi temporis, nisi sit enunciatum, vt fuit dictum in d. Lucana iurispatronatus 31. Ianuarij, quod tamen apud me non transit absque difficultate, cùm mandatum speciale Vicarij regulariter probetur ex lapsu longi temporis iuncta obseruantia, Rot. *dec.231.nu.9.& 10.par.4.in nouiss.* & videmus præsumi beneplacitum Apostolicum, etiamsi nõ sit reseruatum, vt aliàs dixi; imò plus dicitur in d. decisione Lucana, quòd licèt aliàs consensus Ordinarij præsumatur ex lapsu 30. annorum, hoc non procedat, si exhiberetur consensus Vicarij, quia ista exhibitio consensus inualidi excludit præ-
b sumptionem consensus validi, de quo supra in annotatione antecedenti.

c Distinctio † communis in hac materia est passim à Rota 9 approbata, quòd aut mandatum datur ad præsentandum certam personam in casu vacationis beneficij, & mandatum est inualidum, quia continet votum captandæ mortis, aut non est expressa certa persona præsentanda, & sustinetur mandatum, prout dixit Rot. in tribus decisionibus, in illa Pampilonen. Parochialis coram bo. mem. Orano, Peregrino, & Iusto, quas refert, & sequitur Marescot. *var.li.1.cap.33. num.1. & seq.* & maximè sustinetur mandatum datum ad præsentandum antequàm beneficium vacet, quando quis occasione longæ absentiæ constituit procuratorem generalem pro omnibus negocijs suis, Rota *dec.511.n.7.par.1.in recent.* Marescot. *d.cap.33.n.3.* & dicitur in hac decisione admitti etiam mandatum procurat. ad præsentandum ad beneficium, antequàm vacet, datum in ipso limine fundationis, Rot. *decis.530.nu.2. par.1.in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitatis Castelli fideicommissi.

*Mercurij 17. Iunij 1609.*

## ARGVMENTVM.

Detractiones ex fideicommisso, quæ competant. Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus, & ex quibus censeatur prohibita.

## *SVMMARIVM.*

1 *Funeris impensa est in primis deducenda; cùm sit creditum magis priuilegiatum, quàm omne aliud.*
2 *Præfertur etiam creditoribus anterioribus.*
*Æs alienum testatoris detrahendum est.*
3 *Dos materna detrahenda est.*
4 *Fideicommissum non comprehendit bona, & iura hæredis grauati.*
5 *Heres grauatus potest deducere id, quod sibi à defuncto debetur tempore mortis.*
6 *Et ad istum effectum non inducitur confusio.*
*Quid si non confecit inuentarium, & quid si testator disposuit de dicta re hæredis, & nu.5.*
7 *Pater non restituendo dotem filiis dicitur hæreditatem maternam adiisse pro filiis; maximè stante cursu plurium annorum, quibus dotem retinet.*
8 *A legitima quodlibet onus fideicommissi, & quodlibet grauamen reiicitur.*
9 *Trebellianica debetur filiis vltra legitimam.*
10 *Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus iuxta opinionem, quam seruat Rota & numero 16.*

11 Et

11 *Et ad hunc effectum non requiritur indiuidua, & expressa prohibitio, sed sufficit, quòd ex verbis generalibus id coniici possit.*

12 *Trebellianica an censeatur prohibita, quando testator disponit bona restitui pleno iure: & censeri prohibitam, quando vltimò testator disponit bona omnia restitui, resoluit Rota.*

13 *Trebellianica censetur prohibita stantibus verbis* (sine diminutione.)

## DECISIO CCCCXXI.

ACtum fuit de detractionibus, quas prætendunt
Panderij facere ante restitutionem fideicommissi.
1 Et quoad funeris † impensam clari iuris est eam esse in
primis deducendam, *l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. testam. l. in restituenda. C. de pet. hæred.* dicitur enim debitum de-
functi, & hæreditatis, *l. 1. & l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. fun.* & magis priuilegiatum, quàm omne aliud
a debitum, [a] *l. impensa. eod. tit. l. fin. §. in computatione,* vbi
2 glos. *in verb. funus C. de iur. delib.* † Idem dicendum de
quolibet ære alieno testatoris, quod soluisse probaue-
rint, *l. Lucius. §. Titia, & §. filiam. ff. ad Trebel. l. 1. & l. 2. C. eod.*
3 Detrahendam etiam dixerunt Domini † dotem vxoris
testatoris, & matris filiorum grauatorum, Paul. de Cast.
*cons. 77. in 1. dub. lib. 2.* Natta *cons. 255. sub nu. 7.* Soc. iun.
*cons. 170. in 1. dub. lib. 2.* Modern. *de fideicom art. 35. nu. 1. in fine,* qui alios allegat, & fuit dictum in Fanen. fideicom-
b missi 13. Nouembr. 1595. coram bo. me. Litta. [b] In fidei-
4 commisso † enim, & eius restitutione non veniunt bo-
na, & iura hæredis grauati, *l. cohæred. §. cùm filio. versi. sic*
5 *nec fideicom. ff. de vulg. & pup.* † & grauatus potest dedu-
cere id, quod sibi à defuncto debetur tempore mortis,
c [c] *l. ab omnibus. §. fin. ff. de le. 1. l. imponenda. C. ad leg. Falcid.* glos. *in l. Stichum, aut Pamphilum. §. aditio. in ver. retinet.*
6 *ff. de solut.* Bart. *in l. debitor. in fin. ff. ad Trebel.* † & ad istum
effectum non dicuntur confusæ actiones, vt per Soc.
iun. *vbi supra,* & latè per Illustrissim. Card. Manticam
*de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. nu. 15. & pluribus seqq. secundùm vltimam impressionem.* Non obstat, quod obiicitur,
non probari filios adiuisse hæreditatem matris, & eam
non agnitam non potuisse ad ascendentes transmitte-
re; quia imò satis probatur aditio, ex quo patet dotem
7 prædictam non restitutam, per retentionem † enim dici-
tur adiuisse hæreditatem maternam pro filiis, vt post
Bar. Io. de Imol. & Paul. de Castr. quos allegat, tradit
Alex. *cons. 20. nu. 1. li. 7.* latè Natt. *cons. 74. n. 10. & seq.* quæ
aditio eo magis est præsumenda ex cursu plurium an-
norum, quibus dotem retinuit, vt per Natt. *ibi num. 11.*
post Bart. quem citat. Quoad legitimam nulla cadit
8 dubitatio, † cùm ab ea onus fideicommissi, & quodli-
bet aliud grauamen ipso iure reiiciatur, & habeatur pro
non apposito, *l. scimus. §. cùm autem, & l. cum antiquioribus, & l. ex tribus. C. de inoff. test. l. si pater,* vbi glos. & DD.
*C. de inst. & subst.* Difficultas fuit circa Trebellianicam,
9 † quæ filiis grauatis vltra legitimam debetur, *iuxta cap. Raynucius, & cap. Rainaldus de testa. & not. in cap. si pater.*
10 *eod. tit. in 6.* Eam tamen non deberi fuit resolutum, † vti
prohibitam detrahi à testatore, quæ prohibitio tenet
d etiam in præiudicium filiorum primi gradus, [d] iuxta
opinionem, quam semper tenuit Rota, Cassad. *decis. 4. de testam.* Cresc. *decis. 2. eod. tit.* fuit dictum in vna Fanen.
de Nicobatiis 18. Maij 1582. coram bo. me. Cardin. Sera-
phino, & in Fulginaten. fideicommissi de Orphinis 5.
11 Decembris 1605. coram R. P. D. meo Coccino, † quæ
prohibitio non requiritur in indiuiduo, sed sufficit,
quòd ex verbis generalibus id coniici possit, Bart. *in l. centurio. num. 27. vers. vel quid si testator. de vulg. & pup.*
12 Alex. *cons. 201. nu. 10.* Hic autem testator voluit † bona
sua restitui pleno iure, & licèt magna sit controuersia
inter DD. an ista verba importent prohibitionem Tre-



bellianicæ, vt patet ex traditis à Gabr. *conclus. 4. ad Trebell.* & per Illustrissimum Manticam *in dicto tract. lib. 7. tit. 12. n. 18.* attamen quando cum dd. verbis concurrunt
alia denotantia testatorem voluisse omnia bona resti-
tui, censetur sine difficultate prohibita tùm propter
geminationem quę magis enixam voluntatem demon-
strat, tùm quia hoc casu cessat interpretatio, quæ datur
illis verbis (*pleno iure*) per eos, qui tenent non im-
portare prohibitionem Trebellianicæ, Claud. Aqu. *in l. centurio. n. 34. ff. de vulg. & pup.* Grat. qui alios allegat, &
dicit communem *cons. 103. n. 14 lib. 2.* Mantua. *cons. 291. col. 2.* Gabr. *d. conclus. n. 2.* Illustrissimus Mantica. *d. n. 18. in fine.* Hier. Gabr. *cons. 86. nu. 21. li. 2.* Menoch. *præsumpt. 198. n. 13. li. 4.* Pereg. *cons. 36. sub n. 9. li. 2.* Testator autem
vltra verba (*pleno iure*) subiunxit, † (*& sine diminu- 13
tione*) quæ sola sufficerent pro inducenda prohibitio-
ne, [e] Ayin. qui alios allegat, & dicit in hoc neminem e
discrepare, *consil. 174. sub numero 1.* Gabr. qui pariter
alios cumulat, & dicit indubitatum, *conclus. 7. in princ. ad Trebel.* plures etiam addit Menoch. *d. præsumpt. 18. num. 16.*

## *ANNOTATIO.*

a Funeris impensa † est adeò priuilegiata, vt præferatur 14
etiam creditoribus anterioribus, Mant. *de tacit. li. 11. ti. 23. nu. 23.* Sed dubium est, an id intelligatur respectu credi-
torum anteriorum habentium solam tacitam hypothe-
cam, an verò etiam respectu habentium anteriorem ex-
pressam, & Mant. *d. tit. 23. nu. 25.* tenet non præferri credi-
toribus habentibus expressam, sed solùm habentibus ta-
citam ad instar dotis, & ibi refert Rip. attestantem de
communi, contrarium tamen defendit Gratian. *discept. Forens. cap. 94. n. 2. & seq.* vbi plures cumulat, & hanc etiam
opinionem esse probabiliorè concludit Fachin. *controuers. iuris li. 12. cap. 49.* vbi ad partes disputat, & hoc idem pri-
uilegium habent etiam expensæ factæ pro infirmitate,
Gratian. *d. cap. 94. n. 14. & sequent.*

b Menoch. *consil. 183. n. 33.* Gabr. *consil. 95. n. 3. li. 2.* Surd. *decisio. 233. nume. 15.* Honded. *consil. 63. nume. 76. & seq. lib. 1.* qui
dicit hoc procedere, etiam si filius grauatus non con-
fecisset fideicommissum, & siue dos sit in pecunia, siue in
stabilibus.

c Etiam si hæres † grauatus non confecerit inuentarium, 15
nihilominus potest aduersus fideicommissarium vniuer-
salem deducere totum id, quod sibi à testatore debetur,
& quod ex alio iure, quàm hæreditario sibi competit
Castr. *in l. ita tamen. §. si ex Trebell. sub n. 2. ff. ad Trebell.* Natt.
*consi. 323. n. 2.* Decian. *consi. 85. n. 2. vers. idem detrahere potest lib. 2.* Gabr. *consi. 124. num. 2. & 3. lib. 1.* Monticul. *in tract. de inuent. cap. 9. num. 252.* Phanuc. *de lucro dot. glos. 8. num. 69. vers. ad hoc facit.* Pet. *de fideicom. quæst. 11. num. 5. ad finem.*
Simon de Pret. *de interpret. vlti. volunt. lib. 3. dub. 5. resolut. 4. nu. 15. fol. mihi* 354. Surd. *cons. 7. nu. 25.* & de recepta, & vera
testatur Menoch. *cons. 667. num. 12.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 15. iuxta modern. impress.* Pereg. *de fideicommiss. art. 33. num. 47. in fi. & in art. 3. num. 78* dicit se ita
frequentissimè seruari vidisse. Hinc est, quòd potest de-
trahere fideicommissum antiquum sibi debitum per vlti-
mum testatorem, Bertran. *cons. 246. incipit (Ponitur in facto) sub nu. 6. in fi. cum seq. lib. 1. par. 1.* Socio. senior *cons. 44. nu. 1. in fi. & seq. lib. 3.* Paris. *cons. 31. nu. 53. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 197. nu. 15.* Prædicta tamen omnia ego
credo locum habere, quando testator non disposuit de
dicta re, seu iure hæredis; prout in dubio disponere non
censetur, si verò in specie disposuit ad fauorem alterius,
tunc hæres si adeat hæreditatem sine beneficio inuenta-
rij non potest detrahere, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 197. numer. 16.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 35. num. 4. iuncto num. 1.* Franc. Marc. *decisio 331. sub numero 18.* nam
ratio, quare aduersus fideicommissarium vniuersalem
hæres potest detrahere iura sua, est, quia fideicommissum
vniuersale nō est nisi de eo, quod est in hæreditate ipsius
testatoris detracto omni ære alieno, & ideo facta huius-
modi detractione æris alieni nihil diminuitur de fidei-
commisso vniuersali relicto, quod nō transcēdit vires hæ-
reditarias, nec per hanc detractionem contrauenitur in

aliquo dispositioni testatoris, vt benè considerat Castr. *in l.ita tamen.§.si ex Trebelliano nu,2.ff.ad Trebell.*& melius *cons.* 11. videndus *per tot. lib.*3. cessat autem hæc ratio, quando testator disponit de huiusmodi iuribus hæreditaris;quia tunc constat,quòd voluit de tali iure disponere,& si hæres posset detrahere, tunc non sortiretur totalem effectum dispositio testatoris, & ista dispositio habetur pro fideicommisso particulari, & pro legato facto de re aliena,scilicet,de re hæredis;vnde militat illa conclusio,quòd ad fauorem legatarij,& fideicommissarij particularis hæres adiens sine beneficio inuentarij tenetur insolidum etiam vltra vires hæreditatis.*l.fin.C.de iur.delib.& §.si verò non fecerit. Auth.de hæreditat.& Falcid.*
16 d Trebellianica, † etiam filij primi gradus prohiberi potest Seraph.*decis.*570.*nu.*1.Rot.*decis.*313.*num.*1.*par.*2.*diuers.& decis.*693.*nu.*4.*& nu.*3.*& decis.*359.*nu.*4. *par.*2. *in recent.& decis.* 66. *num.* 2. *& decis.* 318. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* & non solùm expressè,sed etiam tacitè prohiberi potest, vt firmatur *in hac decis.nu.*11. & fuit dictum in Bononien. de Poetis 18. Martij 1619. coram R. P. D. Vbaldo, est tamen necesse,quòd verba sint talia,quæ necessariò hanc prohibitionem inferant, & aliud importare non possint, Rot. *decis.*67.*n.*2.*par.*1. *in rec.* & fuit dictum in Viterbien. fideicommissi 11.Ianua.1606.coram R P.D.Manzanedo.
e Mantic.*de coniect.vlt.volunt.lib.*7.*tit.*12.*num.*16. Surd.*cons.*458.*n.*23.Honded.*cons.*66.*num.*8.*& seq.lib.*2.Rot.*decis.*433.*n.*1.*par.*4.*diuers.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Bononien. de Pasiis.

*Lunæ 22. Ianuarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filiatio ex quibus probetur.*
2 *Locatio probat possessionem, quando vlterius concurrit alienatio eorundem bonorum locatorum facta à filiis locatoris.*
3 *Hypotheca generalis pro obseruantia contentorum in instrumento donationis comprehendit etiam bona donata.*

### DECISIO CCCCXXII.

RESolutum fuit bona patris Laurentij de Pasiis fuisse hypothecata ad fauorem Licinij, & filiorum pariter de Pasiis in casum euictionis pro summa scutorum 3300.prout in donatione,promissio enim clara est, quia pater Laurentius voluit teneri ad defendendum
a donatarium [a] vsque ad dictam summam in casu, quo sequeretur euictio prædiorum sitorum in agro Bononien.in communi Ozani,& in communi Massæ,euictio autem sequuta est in vno ex dictis prædiis.Non obstat, quod obiicitur Licinium, & filios non legitimasse eo-
1 rum personas, † quia constat Licinium esse filium, & hæredem Io. Andreæ, ad cuius fauorē fuit appositum pactum,& hoc ex testamento Ludouici,qui legauit Licinio tanquam filio Io. Andreæ,& instituit eiusdem Licinij filios, & ex mandato procuræ facto à Licinio in personam DD.Sinibaldi,& Rangoni, in quo se filium, & hæredem Ioannis Andreę vocat.Minùs etiam obstat, dum dicitur non constare, prædia, de quibus agitur,
2 fuisse possessa à Bonifacio,† quia hoc apparet ex instrumento locationis ab eodem factæ de anno 1569. 17. Decembris de eisdem bonis,quæ fuerunt postea vendita ab illius filiis post eius mortem. Non obstat, quod dicitur non constare Franciscum,& Laurentium dedisse mandatum ad vendendum,quia quicquid sit,de hoc
sufficit, quòd fuerit sequuta euictio, vt intret pactum
indemnitatis ad fauorem Ioannis Andreæ,ex quo † se- 3
quitur non esse verum, quòd pater Laurentius voluerit obligare donatarios, nisi aliunde constet de promissione euictionis,ad quam fuisset obligatus donās, quia vltra quod ipse benè nouerat,an fuisset obligatus, contrarium colligitur ex verbis pacti,ibi,dum dicitur,quia Io.Andreas obligauit bona sua pro euictione supra dictum Collegium teneatur,pro cuius verificatione sufficit,quòd aliàs Io. Andreas obligauit bona, nec est necesse, quòd illa obligauerit donans; quòd autem prædium Ozani, & della Quaderna sint vnum, & idem, docetur ex fide,quæ datur,in qua dicitur nomen Ozani esse nomen Villæ,seu communis,nomen Quadernæ esse nomen Fluminis, à quo aliquando possessiones, quæ sunt in d. communi, nominantur, quod verificatur ex eo,quòd in instrumento venditionis enunciatur in communi Ozani iuxta Flumen Quadernæ, & ex quo etiam in instrumento locationis enunciatur in communi Ozani, & alla quaderna cum aliis confinibus, de quibus in instrumento venditionis. Non obstat,quod dicitur non adesse hypothecam in bonis donatis pro dicta euictione, quia cùm pactum fuerit factum ad fauorem Io.Andreæ,hypotheca etiam generalis pro obseruatione contentorum in donatione benè seruit Io.Andreæ, præsertim stante stipulatione Notarij fauore omnium,quorum interest.

### *ANNOTATIO.*

a Donans an,& quando teneatur de euictionē dixi *supra ad decis.*340.

---

## Anconitana bonorum.

*Veneris 26. Iunij 1609.*

Hæc decisio non indiget Argumento.

### *SVMMARIVM.*

1 *Primum extremum in iudicio spolij est plenè probandum.*

### DECISIO CCCCXXIII.

CAusa iterum super eisdem proposita Domi inhærendo decisis dixerunt constare de possessione filiorum Petri de Leonibus, quam satis probant mandatum exequutiuum, & illius exequutio subsequuta; instrumentum subhastationis, & deliberationis iunctis aliis,de quibus in decisione,quæ saltem vti adminicula
coadiouant † probationem primi extremi. [a] An autem 1
dicti filij fuerint dicta possessione priuati taliter, quòd a
illis non competat actio spolij, & non sint restituendi, ad quod tendunt multa ex aduerso deducta,erit particulari dubio examinandum.

### *ANNOTATIO.*

a Primum extremum in iudicio spolij plenè,& concludenter est probandum, nec sufficit probatio præsumptiua, Rot.*decis.*165.*n.*1.*& decis.*328.*num.*6.*& decis.*337.*in princ. & decis.*370.*par.*2.*diuers.& decis.*543.*num.*3.*par.*3.*tit.*1.*diuers.* In materia tamen antiqua sufficit probare primum extremum per famam,Put. *decis.*78.*lib.*1. fuit dictum in Bononien.Præceptoriæ 5.Aprilis 1604.coram bo.me.Litta.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Marsilien. pecuniaria.

*Veneris 26. Iunij 1609.*

Hæc decisio non indiget Argumento, nec Summario.

### DECISIO CCCCXXIV.

PRo informante fuit sine difficultate resolutum non constare de causis restitutionis in integrum, iustitia enim sententię Rotalis reuocantis illam A.C. est patens ex defectu non legitimationis personarum, vt benè deducitur in decisione, quæ illam præcessit, & nihil allegatur in contrarium, neque allegari potest, & licèt pro parte D. Abbatis fuerint dati articuli ad probandum, attamen terminus præfixus vigore commissionis iam dudum est lapsus, & nihil probatum.

## Romana Vineæ.

*Veneris 26. Iunij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Plura de prælatione, quæ ex bulla Pij V. competit domino census, quando alienatur res censuata.

### SVMMARIVM.

1 *Dominus census habet prælationem in emptione rei censuatæ.*

2 *Exceptio, & retentio facilius competit, quàm actio.*

3 *Exceptio clara respiciens petitorium est admittenda etiam in iudicio possessorio.*

4 *Exceptio, de qua manifestè, & notoriè apparet, unquàm censetur reiecta.*

5 *Scientia, vt praiudicet, debet esse certa, non præsumpta.*

6 *Item debet esse specifica cum omnibus suis qualitatibus.*

7 *Census domino non praiudicat scientia alienationis quoad prælationem, nisi sibi fuerit facta denunciatio, quæ pro forma à Bulla requiritur, & nu. 12.*

8 *Census dominus habet prælationem etiam in datione insolutum.*

9 *Datio insolutum est similis venditioni, maximè quando est voluntaria, & quicquid de venditione dicitur, habet locum in datione insolutum.*

10 *Præscriptio statutaria sexdecim annorum habet locum solùm in creditore, & ideò non applicatur contra dominum census, qui intendit retrahere.*

11 *Restitutio aduersus præscriptionem Statutariam datur ex capite probabilis ignorantiæ.*

### DECISIO CCCCXXV.

REsolutum fuit DD. de Spada non teneri restituere
1 Vineam, fundamentum resolutionis fuit, † quia
sunt domini census super Vinea impositi, & declararunt velle præferri in eius emptione facta ab auctoribus Clitiæ aduersariæ, quæ prælatio est illis debita vigore Bullæ Pij V. super creatione censuum, & sicuti illis daretur actio ex priuilegio dictæ constitutionis,
2 † ita & multò magis exceptio, *l. inuitus. § cui damus. ff. de reg. iur. cap. qui ad agen. eo. tit. in 6.* & ius retinendi, quod est fauorabilius iure agendi, *l. per retent. C. de vsur. l. 2.* vbi Bald. *in 3. notab. C. de fideicommiss.* Aym. *cons. 148. nu. 2.* De iurisdictione autem mea super hoc Domini non dubitabant, præsertim stante clausula (*quam, & quas*) in *Decisiones Papales.*
commissione. Non obstat, quòd ista sit exceptio respi-
ciens petitorium non admittendum in iudicio posses-
sorio, † quia cùm sit clara, itavt non egeret probatione, 3
omninò est in quocumque iudicio admittenda, Dec. *in
cap. interposita sub num. 1. vers. 2. ista prima regula. de prob.*
† exceptio enim, quæ manifestè, & notoriè apparet, 4
nunquam censetur reiecta, Menoch. qui alios allegat
*præsumpt. 48. num. 9. lib. 2.* Non obstat, quod dicitur de
scientia, quia non probatur, quòd Comites de Spada
habuerint scientiam dictæ venditionis, † quæ tamen 5
deberet plenè, & concludenter probari, & non præ-
sumptiuè, Bald. *de iur. protom. quæst. 6 num. 6.* Benedel. *eo
tract. §. in primis. num. 45.* † & specificè cum omnibus 6
eius qualitatibus, & pactis, ex latè deductis per Tiraq.
*de retract. lignag. §. 36. glos. 2. nu. 30. & seq.* & dicit Rota in
Narnien. retractus 4. Iulij 1603. coram. bo. me. Cardin.
Seraphino, & coram Illustriss. Cardinali Millino in alia
Romana Vineæ 31. Ianua. 1610. Præterea † non suffi- 7
cit scientia, cùm pro forma bullæ requirat denunciatio-
nem, [a] vt fuit decisum in dictis decisionibus minus fa- a
cit, † quòd non simus in venditione, sed in datione in- 8
solutum, † quia datio in solutum est similis venditioni, 9
& dicitur quædam venditio, *l. fin. ff. ex quib. caus. in posses.
eatur. l. si prædium. C. de euict.* Soc. iun. *cons. 74. nu. 9. lib. 2.*
itavt quicquid de venditione dicitur, in ea locum ha-
beat; [b] Aret. *cons. 32. num. 2. in fine*, præsertim cùm simus b
in donatione insolutum voluntariè facta, ad tradita per
Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 4. nu. 8. & 9.* Non ob-
stat præscriptio 16. annorum, quia vltra quòd † Statu- 10
tum loquitur expressè de creditore, quando applicari
posset istis terminis † stante ignorantia verisimili Co- 11
mitum, vel non potuisset contra ipsos currere, vel si eu-
enisset, essent aduersus ipsam restituendi, iuxta latissi-
mè cumulata per Sfortiam Oddum *de restit. in integr.
quæst. 90. artic. 5. vers. in contrarium.* Mohed. *decis. 1. eod. tit.*

### ANNOTATIO.

a Denunciatio † in hac materia cẽsus est de forma, Seraph. 12
*decis. 1474. nu. 3.* Rot. *decis. 157. n. 3. in 3.* impress. penes Cine.
*de censibus idem par. 2. cap. 2. quæst. 1. art. 2. nu. 7. & seq.* & ideò
non sufficit scientia aliunde, plenè idem Cine. *dict. art. 2.
num. 8. & 9.*

b Et hanc decisionem refert, & sequitur Cine. *de censibus par. 2. cap. 2. quæst. 1. art. 4. nu. 23. & 24.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Placen. & Toletana Canonicatus, & Beneficiorum.

*Veneris 26. Iunij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de immissione subrogati gratiosè an, & quando sit illi danda.

### SVMMARIVM.

1 *Subrogato gratiosè est danda immissio, quando constat de lite, clericatu, & obitu defuncti in possessione.*

2 *Regula de annali annullat non solùm impetrationem, sed etiam commissionem causæ, citationes, processum, & omnia alia necessaria.*

3 *Clausula* (quam, & quas) *comprehendit æquè principaliter gratiam de nouo obtentam.*

4 *Notarij attestatio non probat executionem citationis, nisi etiam adsint duo testes.*

5 *Non procedit in iis partibus, in quibus Notarij funguntur Officio nuncij, & Cursoris, & sub n.4.*
6 *Nuncio referenti citationem exequutam creditur.*
7 *Citatio in dubio præsumitur facta cum literis citatoriis Ordinarij, non autem cum transumpto ad effectum sustinendi citationem.*
8 *Calumnia, vt excludat collitigantem à subrogatione, debet esse euidens, & notoria carens omni colore, & probabili causa litigandi, & n.11.*
9 *Subrogatio non datur impetranti per priuationem.*
10 *Non procedit, quando iam est lata vna sententia priuationis.*

## DECISIO CCCCXXVI.

DOmini vtraque parse informante steterunt in decisis Didaco esse dandam immissiooem in possessionem Canonicarus, & beneficiorum vigore gratiosæ subrogationis, quam obtinuit ad ius, & possessionem
1 Ludouici de Obregon, † quia constat de lite, Clericatu
Didaci, & obitu Ludouici in possessione dictorum beneficiorum, Put. *decis.* 495. *lib.* 2. fuit dictum in Burgen. de Pancoruo 24. Octobris, & 28. Nouemb. 1588. coram Gypsio, in Senen. Canooicatus 13. Maij eiusdem anni coram Bubalo, & in Miranden. parochialis 17. Maij 1600. coram R.P.D. meo Decano, & sæpissimè in aliis. Noo obstat, quod opponitur de defectu litis, nam quatenus illa deducitur ex vi regulæ de annali, fuit iam satisfactum per duas decisiones, à quibus nullatenus recedendum esse dixerunt Domini, & dicta per Man-
2 dos. *quæst.* 5. *super dicta reg.* † quòd vltra impetrationem,
seu gratiam obtentam commissio causæ, citatio, processus causæ, sententia, sequestrum, & omnia alia accesso-
3 ria annullentur, non applicantur, † quia in commissio-
ne adest clausula (*quam, & quas*) cuius vigore comprehenditur causa nouarum gratiarum, quæ non est accessoria ad priùs obtentas, sed æquè principalis, illa enim clausula virtualiter operatur, quòd quæ sequuta sunt circa deductionem vltimarum, sint tanquam ex noua commissione vetere sublata. Quatenus etiam deducitur litis defectus ex defectu citationis, cùm citatio Landæ non sustineatur, quia mandatum ipsius erat restrictum ad primas gratias, & citatio de partibus contra
4 Obrigon nō subsistat, quia de eius exequutione † adest
sola attestatio Notarij cum vno teste, & requirantur duo, Put. *decis.* 5. *lib.* 3. & quia non fuit facta cum literis citatoriis à Curia emanatis, sed cum transumpto ab illis per Notarium extracto omissa citatione in personam procuratoris in causa, fuit dictum citationem principalis in partibus esse validam, & standum esse relationi
5 Notarij absque testibus, † quia cùm ex notorio stylo in
illis partibus Notarij fungantur officio Nuncij, sicuti
6 soli † Nuncio referenti creditur, glos. *in cap. cùm Curati.*
*in ver. suus Nuncius de appell.* Specul. *tit. de citat.* §. 1. *versic. sed nunquid credatur,* ita etiam credi debet soli Notario Nuncij officio fungenti, vt dixit Rota in Toletana decimarum de Sacerdo. 13. Iunij 1590. coram R. P. D. meo Decano, & in Vlixbonen. iuris deputandi collectorem decimarum 14. Martij 1603. coram D. meo Or-
a tembergo. [a] Exequutio citationis fuit facta cum origi-
7 nalibus, vt ex ipsorū iospectione apparet, † & transum-
ptum literarum citationis non dicit, quòd intimatio fuit facta vigore transumpti, sed quòd potius fuit facta vigore originalium, licèt post factam intimationem Notarius extrahat vnum transumptum eodem contextu à literis originalibus, & ab intimationibus; & quando verba non essent clara, ita essent interpretanda pro validitate citationis. Non obstat, quod dicitur, saltem litem esse calumniosam, & ob id non suffragari pro ob-
8 tinenda subrogatione, † quia id procedit, quando ca-
lumnia est euidens, & notoria carens omni colore, & probabili causa litigandi, [b] Rebuff. *in reg. de subrog. glos.* b
7. *n.* 3. fuit dictum in Collen. parochialis 15. Decembris 1595. coram bo. me. Card. Seraphino, in Conchen. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1598. coram Litta, in Gerunden, Canonicatus 14 Maij 1602. & in Pampilonen. Abbatiæ 20. Iunij 1603. coram me, lis autem, de qua agitur, non videbatur Dominis talis. Quod dicitur non probari Clericatum Didaci ex testibus de publica voce, & fama, nisi probata legitimitate, cessat, quia ostenduntur literæ Clericatus cum attestatione legitimitatis personæ. Non obstat, quòd † impetranti per priua- 9
tionem non detur subrogatio, & data non suffragetur, vt in vltima parte regulæ; quia cùm fœl. rec. Cle. VIII. declarauerit beneficia eo ipso vacare, & liberè impetrari posse à Sede Apostolica, quatenus Obrigon, & alij aduersarij non parerent, prout non paruerunt, & fuerunt declarati incidisse in pœnas in Breui contentas ob non paritionem tàm per Illust. Car. Gymnasium, quàm per Illust. Millinum Nuncios, sequitur regulam in hac parte non obstare Didaco, † quia non procedit, quando 10
est lata vna sententia priuationis, vt per Sarnen. *in dicta reg. quæst.* 7. *n.* 4. *in fine vers. limitantur tamen,* multò minus, quando sunt latæ duæ.

### *ANNOTATIO.*

a Quod idem dixit etiam Rot. attestando de stylo Hispaniarum in Oueten. beneficiorum 12. Iunij *1609.* coram R.P.D. Coccino Decano, & tradit Gonz. Suarez *in pract. Eccles. li.* 2. *cap* 2. *de citat.*

b Ad euitandam † calumniam sufficit causa nedum colo- 11
rata, sed etiam probabilis, latè Rot. *decis.* 342. *n.* 7. *par.* 1. *in recent* & fuit dictum in Aretina Cappellaniæ 16. Ianuarij *1619.* coram R. P. D. Buratto, nec bonum ius requiritur, sed pro calumnia euitanda sufficit euidenter non constare de non iure, & de prætensione omnino discolorata, ita dixit Rot. in Romana Casaletti 4. Maij 1612. coram Cardinali Sacrato.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Incendij.

*Mercurij 27. Maij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Incendium in quo loco præsumatur priùs originem habuisse.

### *SVMMARIVM.*

1 *Incendij materia admittit indicia, & coniecturas etiam, quando de eius origine quæritur.*
2 *Incendium præsumitur habuisse originem, vbi primùm ignis fuit visus.*
3 *Præsumptio adaptatur ad id, quod frequentiùs accidit.*
4 *Incendium præsumitur habuisse originem in eo loco, ex quo priùs fuerunt bona asportata.*
5 *Testes deponentes de eorum indicio, & credulitate, licèt concludenter non probent, efficacissimum tamen præstans indicium, maximè in materia difficilis probationis.*
6 *Testes deponentes de eorum indicio probant, quando eorum indicium est coniunctum cum sensu visus.*

## DECISIO CCCCXXVII.

POst plures propositiones Domini circumscripto effectu resoluerunt constare ignem ortum habuisse, & originem in apotheca D. Vincentij, cùm enim
† in materia incendij attendantur indicia, & conie- 1
cturæ,

a coniecturæ, [a] Bald. *conſ.174.n.2.verſ.& vtrum interue-
nerit.lib.2.* Alex. *conſ.50.n.6.lib.1.* Afflict. *deciſ.53.num.3.*
etiam quando de eius origine quæritur, Gabr. *conſ.159.
n.8. in fine, & num.ſeq.lib.1.* indicium magnum præſtat,
quòd, vt dicunt teſtes vtriuſque partis, in dicta apothe-
2 ca † fuit viſus ignis prius quàm in alia parte, Alexand.
*dicto conſ.50.n.3.ad fin.* Gabr. *vbi ſupra n.15.* Flamin. Rub.
qui alios refert *conſ. 11.n. 163.* Nec facit poſſibile eſſe,
quòd habuerit originem in alio loco, licèt ibi primò
non fuerit viſus, quia à communiter accidentibus ignis
3 videtur in loco ſuæ originis, † & præſumptio adaptatur
ad id, quod frequentiùs accidit, Bald. *d.conſ.174.n.2.an-
te finem.* Accedit, quòd ex parte ſuperiori, & ex palatio
fuerunt aſportata multa bona mobilia, & ex apotheca
D. Patriarchæ certa quátitas fœeni præſente, & iubente
D. Vincentio, & tamen ex ipſius apotheca nihil omni-
no extrahi, ſed nec etiam aliquis illam ingredi potuit,
4 † quod eſt argumentum non leue illam fuiſſe longio-
ri, & antiquiori tempore ab igne occupatam. Quinimò
id expreſsè dicunt teſtes, quibus non obſtat, quòd de-
5 ponant † de eorum iudicio, & credulitate, quia licèt ita
deponentes concludenter non probent, efficaciſſimum
tamen præſtant indicium, præſertim in materia difficilis
probationis, Ang. *conſ.3.n.2.& ſeq.* Iaſ. *in rub.ff.de iur. iu-
ran.ſub n.9.verſ.ſeptimò limita.* Campeg. *de teſtib.reg.209.
in 4. fallen.* & dixit Rota in vna Terdonen. fructuum
26. Octobris 1575. coram Lauretano. Et hoc caſu plenè
6 probant, quia † iudicium eſt coniunctum cum ſenſu
viſus, Caputaq. *deciſ.170.n.6.par.3.* & dant optimas ra-
tiones Cyn. Bald. & Salyc. *in l.teſtium.C.de teſtibus.* Iaſ.
*in d.rub.n.15.& ſeq.* quæ concludunt non ſolùm, quòd
ignis inuaſerat priùs apothecam D. Vincentij, quàm ſu-
periorem partem domus, & aliam apothecam, ſed etiam
quòd ab illa in vtramque illarum deriuauit. Nam quo-
ad ſuperiorem partem, & palatium primus teſtis exami-
natus pro D. Patriarcha iuxta 108. inter. dicit: (*Hauendo
veduto il fuoco prima in quel fondo ſotto il num.1.C.*) qui eſt
apotheca D. Vincentij, (*& hauendo veduto il reſtante del
Palazzo sù ad alto ſano*) Tertius ſuper 31. art. (*viddi il
fuoco nel num. 1. è poi andai ſopra del palazzo, è viddi che
non ci era fuoco, mà in mezo al tetto viddi il fumo, che aſcen-
deua ad alto verſo la parte, che riſponde alla porticella del
fondo del num. 1.*) Quartus teſtis iuxta 85. inter. (*tengo, che
il fuoco che hà abbrugiato il Palazzo, è venuto dal. num. 1.*
& pauló inferiùs (*per hauer viſto entrare il fuoco del fon-
do nel num.1.alle feneſtre delle ſtanze ſuperiori.* (Idem etiá
quoad apothecam D. Patriarchæ contiguam apothecæ
D. Vincentij, ſecundus enim teſtis iuxta inter 69. dicit
(*il fuoco vſciua da vn buco del muro commune, cioè che ve-
niua per vn buoco dal fonde num.1.nel fondo n.3.C.*) qui nu-
merus deſignat apothecam Patriarchæ: Tertius iuxta
idem interrogatorium (*il Signor Vincenzo mandè per vn
lenzuolo bagnatto, e turò quel buco, ilquale, quando fu turato,
non ſi vedeua fuoco dentro al num.3.*) Sextus pariter iuxta
idem interrogatorium (*dopò che ſi acceſi il fuoco al. nu. 1.
ſi acceſe anco nell' altro al n.3.*) & ſubdit (*eſſendo nel fondo
n.3. vedemmo gran quantità di fumo, che vſciua dalli buchi
della muraglia commune, & veniua in detta rimeſſa al n.3.*)
Idem teſtis iuxta 80. (*Io viddi gettar dell'aqua dal fondo
del n.3. nelli buchi del muro commune, trà il detto n.3. & n.1.*)
cum quo conſonat primus teſtis D. Iuſtiniani, qui iuxta
11. dicit (*nella ſeconda bottega ſi buttaua grand'aqua alla
muraglia, che diuide la prima bottega, e nell'entrare nella ſe-
conda bottega non vi era fuoco, ma fieno con fumo.*)

*ANNOTATIO.*

a Larè Farinac. *in ſuis quaeſt.crimin.q.110.n.73.& 74.* vbi dicit incendium eſſe difficilis probationis, & ideò dicit, quòd cuius culpa, & qualis culpa ortum ſit probatur indiciis, & coniecturis.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana dotis de Montoriis.

*Lunæ 30. Martij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Primogenitus obligatus dotare fœminas de familia an, & quando poſſit cogi ad aſſecurationem dotium,

### *SVMMARIVM.*

1. *Dotis obligatio, & promiſſio ex ſui natura tacitè continet conditionem nuptiarum.*
2. *Dictio quando importat conditionem.*
3. *Conditio impleri debet ad hoc, vt agi poſſit ex diſpoſitione conditionali, & ante implementum non dicitur ceſſiſſe diem, neque eſſe ortam obligationem.*
4. *Clauſula* (ex nunc, prout ex tunc) *appoſita in diſpoſitione conditionali non operatur retrotractionem, niſi purificata conditione.*
5. *Debitor ſub conditione ea pendente regulariter cauere non tenetur.*
6. *Limita, non procedere iuſta ſubſiſtente cauſa, quæ etiam cauſa debet ſuperuenire poſt contractum.*
7. *Cautio eſt præſtanda pro legatis conditionalibus, ſecus eſt in contractibus.*
8. *Cautio Mutiana non habet locum in contractibus.*
9. *Cautioni nunquam eſt locus, quando aliter poteſt eſſe conſultum.*
10. *Modus dicitur, quando eſt implendus poſt emolumentum quæſitum.*
11. *Debitum ſi ex parte creditoris eſt conditionale, licèt ex parte debitoris ſit modale, eſt cenſendum conditionale, cùm ius metiamur ex parte actoris.*
12. *Poſſeſſor non tenetur in contractibus cauere de modo implendo.*
13. *Cautio eſt præſtanda etiam ſine cauſa, quando ſumus in dilatione, quæ venit à lege, quod declara, prout in deciſione.*

### DECISIO CCCCXXVIII.

IN primogenitura, quam Ioan. Baptiſta, & fratres de Montoriis conſtituerunt, & quæ initium habuit in ipſo Io. Baptiſta, inter alia fuit conuentum, quòd filiæ primogenitorum debeant, quando erunt nubilis ætatis, in bonis parentum, vel propriis earum dotari, & caſu, quo non eſſent bona parentum libera, vel propria, & primogeniti, aut alij, ad quos ſpectabit, nollent, ſeu non poſſent eis condecentes dotes tradere, tunc, & eo caſu poſſent dd. filiæ fœminæ omnes, & ſingulos fructus bonorum donatorum propria earum auctoritate percipere, & in cauſam dotis, ſeu computum illos conuertere, & ad maiorem cautelam fœminarum eoſdem fructus ex nunc, prout ex tunc aſſignarunt, & ceſſerunt. Deceſſit Ioan. Baptiſta abſque filiis maſculis relicta Anna Maria filia, quæ conuenit Don Federicum in primogenitura ſucceſſorem petens ab eo, vt pro ſuæ dotis aſſecuratione deponat, vel aliter aſſecuret certam partem fructuum, propterea dato ſuper hoc particulari dubio Domini reſoluerunt eum non teneri deponere, neque aſſecurare, dos enim non conſtituitur ſimpliciter filiabus, ſed ſub duplici conditione, videlicet, nuptiarum, & quòd non poſſent aliunde conſequi do-
rem. Conditio † enim nuptiarum non ſolùm tacitè in- 1
eſt ex natura obligationis quæ pro dote contingit, *l.ſti-
pulationem.& l.ſeq.& l promittendo.ff.de iur.dot.* Alexand.
*conſ.147.n.1.lib.5.* Cephal. *conſ. 12. num. 8.* † ſed etiam 2

expreſsè propter illam dictionem(*quando*)*l.quod pupil-*
*la.ff.quando dies leg.ced.*Bart.*in l.1.nu.17.eod.tit.* Ruyn.
*conſ.68 n.7.lib.4.*Cæph.*conſ.161.n.4.*conditio autem im-
potentiæ,& recuſationis dotandi ea aliis bonis eſt cla-
ra ex illis verbis(*eo caſu*)Pariſ.*conſ.32.num.3.lib.1.*Aym.
3 *conſ. 268. in princip.* Vtraque autem † conditio impleri
debet ad hoc,vt agi poſſet , *l. coheredes plures. ff.de cond.*
*inſt.* quia ante earum implementum non ceſſit , neque
venit dies,& nulla orta eſt obligatio , vel actio, *l.cedere*
*diem.ff.de verborum ſignificat.*Nec in contrarium faciunt
4 illa verba†(*ex nunc,prout ex tunc*)quia non operātur re-
trotractionem,niſi purificata conditione,gloſ.*in clem.1.*
*in ver.ex nunc*, & ibi Card. *in prima oppoſ.de conceſſ.præ-*
*ben.*Pariſ.*conſ.82.n.17.lib.4.* Caſſad. *deciſ. 3. ſub n.15.de*
*præben.*Mohed.*deciſ.21.n.3.& 4.eod.tit.*Gabr. *conſ.189.n.*
*8.lib.2.* Sicuti autem non poteſt dicta Anna Maria pe-
tere dotem ſibi conſtitui dictis conditionibus non im-
5 pleris,ita nec petere ſibi pro ea caueri , † quia debitor
ſub conditione ea pendente regulariter caueri non
tenetur,*l.2.*vbi Cyn.& alij *C.de hared.vel act.vend.*Aret.
*in l.2.poſt n.6.verſ.ſed cum text.*& ibi Thom.Parpal.*n.69.*
*ff.ſolut.matrim.*Vrſil.ad Afflict.*deciſ.108.in princip.*& ſen-
tit Alex.*conſ.241.n.3.lib.6.*Non obſtat *l.in omnibus.ff.de*
6 *iud.*quia habet locum,vt in ea expreſsè dicitur, † iuſta
ſubſiſtente cauſa,prout etiam diſponitur *in l. ſi credito-*
*res.ff.de priuileg.cred.*& propterea Alex. *in l. ſi conſtante.*
*§.quoties n.4.in fin.ff.ſol.matrim.* dicit , quòd in terminis
*dict.l.*in omnibus datur ſatiſdatio cauſa cognita,& non
aliter,& Aret.*vbi ſupra*,dicit,quòd illa verba ( *ex iuſta*
*cauſa*) important, quòd regulariter non ſit cauendum,
cauſa autem debet de nouo ſuperuenire poſt contra-
ctum,Alber.*in d.l.in omnibus.ante fin.*Paul.de Caſtr.*n.2.*
Bart.*in l.ſi creditores.poſt med.verſic.nam prius.ff.de priuil.*
*credit.*Aret.*in d.l.2.poſt n.6.verſic. intentio iſtorum iurium.*
vbi etiam Alex.*ſub n.14.verſ.ſed hanc opinionem* , & Rip.
*n.37.*Iaſ.*in l.dedi pecuniam.n.14.ante fin.verſic.tu reſponde.*
*ff.de cond.ob cauſ.* quæ cauſa hîc non probatur in perſo-
7 na D. Federici. Non obſtat, quòd pro legatis † condi-
tionalibus præſtetur cautio,*l.1.& tot.tit.ff.vt legat. nom.*
*caueatur.*quia eſt differentia inter vltimas voluntates,&
contractus,nam in illis ſimpliciter caueri debet, in iſtis
tantùm ſubſiſtente cauſa,vt dicit Bald. *in d.l.in omnibus.*
8 *in 2.lect. in fin.* Et propterea cautio † Mutiana non ha-
bet locum in contractibus,ſecundum communem , de
qua per Iaſ.*in d.l.dedi pecuniam n.15.* Molin. *de primoge-*
*nit. Hiſpan.lib.2.cap.12.n.26.* Ex alio etiam non eſt lo-
cus aſſecurationi,quia in primogenitura fuit prouiſum,
quòd in euentum,in quem eſſent purificatæ conditio-
nes , & primogenitus non conſignaret dotem conde-
centem , poſſent dotandæ capere propria auctoritate
9 fructus primogenituræ in cauſam dotis,†cautioni enim
nunquam eſt locus , quando aliter poſſet eſſe conſul-
tum,Angel.*in d.l.in omnibus circa med. verſic. ſi verò non*
*habet dilationem*,& Paul.de Caſtr.*n.4.*Iaſ. *in d.l. dedi pe-*
*cuniam.ſub n.14. verſic. quintam ſolutionem*, vbi de com-
muni. Quod dicitur cautionem præſtandam de modo
implendo,non obſtat,quia licèt onus dotandi reſpectu
primogeniti poſſet dici modus , quia ſit præſtandum
10 † poſt conſequutionem primogenituræ, *l. cum tale.§.1.*
vbi Bart.*ff.de condit.& demonſtrat.* idem Bart. *in l. quibus*
*diebus §.Termilius n.1.eod.tit.*Bald. *in Auth. cui relictum.*
11 *n.2.C.de indict.vidui. toll.* † attamen reſpectu D. Annæ
Mariæ eſt conditionale per ſupra deducta, & intrant,
quæ dicta ſunt de debitore conditionali , cùm ius me-
tiamur ex parte actoris,*l.1.in princip.ff.ſi pars hered.pet.*
Bald.*conſ.331.in fin.lib.1.* Ægid.*deciſ.617.*Caſſad.*deciſ.3.*
*n.2.de iud.* & quando eſſemus in modo , D. Federicus,
12 † qui eſt in poſſeſſione primogenituræ,& eam non pe-
tit,non teneretur cauere de modo implendo , quia ita
contingit in contractibus , ſecundum Bart. *in l. quibus*
*diebus.§.Termilius.n.14.ff.de condit.& demonſtra.*Ea quod
tollit omnem difficultatem,cùm ſit alia via conſultum,
non eſſet locus alicui cautioni.Non obſtat,quòd †cau-
tio ſit præſtanda etiam ſine cauſa, quando ſumus in di-
latione,quæ venit à lege,Paul.de Caſtr.*in d.l.omnibus n.*
*3.*quia loquitur in dilatione conceſſa à lege , & quan-
do non concurrit voluntas,& conuentio partium,quę
in hoc caſu eſt expreſſa.

*ANNOTATIO.*

a Ad materiam dictæ deciſionis videnda ſunt ea , quæ in materia cautionis præſtandæ per hæredem grauatum ad fauorem fideicommiſſariorum, & legatariorum latè tradit Perege.*de fideicomm.art.40.n.10.& ſeq* poſt Ioſeph.Ludou. *deciſ.63.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Toletana decimarum de Lucilios.

*Veneris 6. Februarij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Congrua an , & quando per Capitulum , quod percipit decimas,ſit aſſignanda Rectori, vel Vicario exercentibus curam animarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Congrua debetur Rectori , ſeu Vicario exercenti curam animarum,& n.8.*
2 *Congrua præſumitur Rectori aſſignata in decimis minutis,quas ille percipit.*
3 *Congrua præſumitur ſufficiens, ſi fuit ſufficiens prædeceſſoribus.*
4 *Congrua ſi non eſt ſufficiens, ſibi imputare debet ille,qui acceptauit beneficium minùs tenue.Declaratur hoc ſub num. 8.*
5 *Teſtes , qui non ſolùm fuerunt examinati extra terminum; ſed etiam iurarunt extra illum,dicuntur nulliter examinati.*
*Citatio ad videndum iurare teſtes deſeruit pro toto termine etiam prorogato , non tamen pro nouo termine, eodem, n.5.*
6 *Beneficia Eccleſiæ Cathedralis, & Dignitates in Regnis Hiſpaniarum ſunt fundata in decimis,& ideò Rectores non fundant contra alios beneficiatos intentionem ſuam in illis Regnis Hiſpaniarum ſuper decimis.*
7 *Congrua onus ſpectat ad eos,qui decimas percipiunt.*
*In congrua non imputantur incerta,& n.8.*

### DECISIO CCCCXXIX.

Licèt Rectori, ſeu Vicario exercenti curam anima-
rum,& adminiſtranti Sacramenta debeatur † con- 1
grua,[a] *cap.exterpanda.§.qui verò.*vbi gloſ.& DD.*de Præb.* 2
& dixit Rot.in Pampilonen. Congruarum 29.Ianuarij
1590.coram Reuerendiſſimo Peruſino,& ſæpè in aliis;
attamen Domini cenſuerunt eam non deberi Io.Ruiz,
moti quod non ſolùm ipſe,ſed etiam eius anteceſſores
ab immemorabili tempore ſoliti ſunt percipere deci-
mas minutiarum maiores,& minores primitias,& plu-
ra alia , de quibus deponunt teſtes remiſſoriales ſuper
primo articulo , ex quo maxima † intrat præſumptio, 2
quòd fuerint Vicario pro ſua dote , aut congrua aſſi-
gnata , ita vt petere non poſſit , quòd noua aſſignetur,
aut antiqua augeatur,Rebuff. *in tract. de congr. n. 92.* &
fuit reſolutum in Calagutitana de Vaderan 4. Iunij
1574.

1574. coram Robusterio, & in Toletana congruarum
13. Februarij 1576. coram fœl. rec. Clemente VIII.
Nec obstat, quod dicitur ea non sufficere pro Vi-
3 carij sustentatione, † quia illi sufficere debetet, quòd
alijs suis prædecessoribus fuit satis, & quando non
4 sufficeret, † haberet sibi imputari, quòd accepta-
b uerit beneficium nimis tenue, [b] gloss. *in cap. quanto. in ver. indulgemus. de censib.* Rebuff. *ibi*, & dicunt al-
legatæ decisiones. Vltra quòd testes remissoriales
dicunt eum percipere omnia, quæ percipiebant sui
antecessores, & quòd ex sola eorum perceptione
illi se honotificè sustentabant, & testes pro Ioanne
5 inducti non probant contrarium, † quia non solùm
deposuerunt, sed etiam iurarunt extra terminum as-
signatum, Caputaquen. *decis.* 285. *numero* 3. *part.* 3.
fuit dictum in vna Pampilonen. armorum 23. Iunij
1595. coram Reuerendissimo Pacen. & in aliis. Nec
obstat decis. Calaguritana ex aduerso allegata, quia
verum est, quòd citatio ad videndum iurare testes
deseruit pro toto termino etiam prorogato, sed se-
cùs est, quando terminus expirauit, & postea no-
uus conceditur, vt resoluit Rota in d. Pampilonen.
armorum. Accedit, quòd neque etiam dicti testes
concludunt, vt benè deducunt informantes pro Ca-
pitulo. Et prædicta tantò magis procedunt, quia no-
6 tum est † in Regnis Hispaniæ Ecclesias Cathedrales,
Dignitates, & multa alia beneficia esse fundata su-
per decimis, aut saltem de eis percipere, vt in pro-
posito considerauit Rota in Pampilonen. congruæ 7.
Aprilis 1595. coram Illustrissimo Cardinali Millino,
& benè comprobant testes probantes de perceptio-
ne Capituli ab immemorabili tempore, ex quo se-
quitur aduersarium debere probare decimas ad
idpsum spectare, nec intrare, quòd ipse sit funda-
tus de iure communi, vt per Rebuff. *de congr. numero* 108. & si ipse vteretur iuris communis assistentia, non
posset agere contra Capitulum solùm, sed contra om-
7 nes percipientes decimas, † quia de iure communi
onus congruæ pertinet ad omnes illas percipientes,
Rebuff. *in d. tract. numero* 48. & dixit Rota in illa Pam-
pilonen. Congruæ.

*ANNOTATIO.*

8 a Congrua † debetur Rectori, seu Vicario, Rebuff. *de Congrua quæst. 4. in princ.* Cæs. de Grass. *decis. 6. num. 7. de præben.* Mantic. *decis. 269. num. 3.* Rot. *decis. 16. num. 1. par. 1. diuers. & in recent. decis. 420. num. 3. par. 1. & decis. 449. num. 5 part. 2. in recent.* In quam Congruam non sunt imputanda incerta, Rebuff. *de Congrua num. 83. & 86.* Mantic. *decis. 269. num. 6.* Rot. *decis. 5. num. 3. par. 2. diuers. & d. decis. 449. num. 6. & d. decis. 420. sub num. 2.* vbi redditur ratio, quia venter non debet pendere ab incerto, cùm venter non patiatur dilationem, & licèt quando à principio fuit congrua semel assignata, debeat Rector illa esse contentus, Mantic. *decis. 22. num. 1.* Rot. *d. decis. 449. num. 5.* & firmatur in hac decisione *sub num. 3.* vbi dicitur, quòd sibi imputare debet, si beneficium minùs tenue acceptauit; tamen hoc non procedit, quando Congrua est ita tenuis, vt Rector non possit se sustentare, & sustinere onera Ecclesiæ; quia tunc non habet locum illa ratio, quòd sibi debeat imputare; cùm non agatur solùm de præiudicio personæ; sed de præiudicio Ecclesiæ, & ordinis clericalis, prout benè declarauit Rot. *in decis. 420 num. 4. part. 1. in recent.* vbi dicitur ita esse intelligendam hanc decisionem Sanctissimi, & pleniùs hoc idem dixit Rot. *in d. decis. 449. sub num. 5.*

b Vide supra in annotatione antecedenti.

*Oliuerius Beltraminus.*

Burgi Sancti Sepulchri.

*Lunæ 4. Maij 1609.*

ARGVMENTVM.

Plures nullitates, quæ opponebantur contra transactionem, tolluntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Per contradictas procedi potest, quando præcedit citatio personalis, & citatus non comparet, & n. 5.*
2 *Procuratorem dominum litis effectum sufficit citare.*
3 *Fructus pendentes tanquàm pars fundi veniunt in venditione, & deliberatione.*
4 *Subhastatio est valida, etiamsi non interuenerit pecunia, si creditor velit habere fidem de pretio.*
5 *Procedi non potest per contradictas nisi prius præcedat citatio personalis.*
6 *Processus per contradictas fit tantùm ex vrbanitate, non ex necessitate.*
7 *Processus per contradictas fieri non potest, quando fuit constitutus procurator in actis.*
8 *Procedi potest per contradictas mortuo dicto procuratore etiam non intimata morte principali.*

DECISIO CCCCXXX.

PArte vtraque informante, & priùs inter ipsas con-
cordatis de pluribus præsuppositis Domini reces-
serunt à decisione facta sub die 18. Maij 1607. Et ad
primam nullitatem deductam ex eo, quòd non fuerint
in subhastatione citati Alexander, & Pandulphus, illa
cessat, quia, vt in quarto præsupposito dicitur, fuerunt
citati omnes filij, & hæredes Brachij senioris, qui nun-
quam comparuerunt, excepto Carolo, qui suo, & fra-
trum nomine constituit procuratorem Alexandrum
Lucam Antonium, † & propterea contra non compa- 1
rentes fuit processum per contradictas, & contra Ale-
xandrum procuratorem, quandiù fuit in Vrbe, proces-
sum fuit citando personaliter, & postea per contradi-
ctas, quæ citatio per contradictas sufficit, cùm à princi-
pio fuerint personaliter citati, [a] Ægid. *decis.* 310. Put. a
*decis. 381. in fin. lib. 1.* Cassad. *decis. 6. n. 1. & seq. vt lit. pend.*
Ad secundam nullitatem, quæ deducebatur ex proces-
su facto post obitum Griffonis vnius ex filiis Brachij se-
nioris, qui post obitum aliorum, & discessum Ale-
xandri Lucæ Antonij à Curia venit ad causam ex eo
quòd post mortem d. Griffonis fuit datus solùm Brachio
iuniori, & Federico filiis Griffonis, & nõ aliis eiusdem,
fuit dictum, quòd, vt constat vndecimo, & duodecimo
præsupposito, fuerat per Griffonum constitutus procu-
rator Virginius Martinus, † qui effectus fuit Dominus 2
litis, & fuit semper citatus, vt in præsupposito 14. & suf-
ficit eius citatio, *l. nulla*, vbi glos. & DD. *C. de procurat.*
Cassad. *d. decis. 6. n. 3.* fuit dictum in Toletana nullitatis
professionis 27. Maij 1596. coram bo. mem. Cardinali
Seraphino, & propterea, cùm datio curatoris respectu
Brachij, & Federici fuerit superflua respectu aliorum
omissa non habet vitiare. Tertia nullitas propter præ-
tensam deliberationem plus debito, ex eo quod non
fuerit habita ratio fructuum perceptorum per Taurì-
nos, cessat, † quia fructus pendentes, tanquàm pars fun- 3
di, fuerunt comprehensi in deliberatione, nec constat,
quòd alij fuerint percepti, & fuerint reseruati in sen-
tentia, vti illiquidi, & vlteriùs non potest dici vltra, sed
intra summam debitam, quia mandatum, & exequutio
erant

erant pro scutis 14554. & deliberatio fuit pro 10.mil.
Quarta nullitas ex deliberatione facta non præsente
pecunia tollitur,quia pecunia fuit numerata ante deli-
4 berationem,vt fuit firmatum in 27. præsupposito,† &
quòd nulla sit deliberatio sine interuentu pecuniȩ,fuit
inductum fauore creditoris, qui potest,si vult, habere
b fidem de precio, [b] vt fuit dictum in Romana dotis 1.
Iulij 1598.coram R.P.D.Decano. Ad quintam nullita-
tem subhastationis,ex eo quòd bona fuerint deliberata
extero, & forensi, vltra alias responsiones fuit dictum
non probari emptores esse exteros, quia possunt esse
oriundi ex Statu Ecclesiastico, & quòd ante editam
Bullam erant bona alienata; aliæ duæ nullitates non
deductæ in decisione videbantur satis sublatæ per in-
formantes pro Taurinis.

### *ANNOTATIO.*

5 a Non potest † procedi per contradictas,nisi prius præces-
serit citatio personalis, Veral. *decis.107.n.4.par.1.* Seraph.
*decis.1276.n.4.* Rot. *decis.36.par.3.lib.3.diuers.& decis.636.*
*n.2.par.2.in recent.* quando verò præcessit citatio persona-
lis, tunc citato non comparente procedi potest per con-
6 tradictas,vt firmatur in hac decisione,† imò tunc huius-
modi citatio fit tantùm ex vrbanitate, & procedi potest
contra personaliter citatum, etiam absque alia citatione
per contradictas, Put. *decis.371.in fi. lib.2. iuxta nouam im-*
*press.* & dixit Rot.in Carthaginen. & Abulen. beneficio-
rum 4. Iunij 1607. coram Cardinali Sacrato, & priùs in
Lamacen.administrationis 12. Iunij 1598.coram Corduba.
7 Verùm quando adest † procurator in actis constitutus,
non potest procedi per contradictas, Rot. *decis.486.n.2.*
*in fi.par.2.in recent.& decis.179.n.1.par.1.in recent.* non suffi-
ceret tamen simplex constitutio procuratoris in Curia,
nisi etiam dictus procurator acceptasset mandatum, &
vlteriùs illud produxisset in actis eiusdemmet causæ, vt
fuit dictum in Ortonen.Pensionis coram Card.Pamphi-
8 lio impress.penes Marches.*de commiss.tom.1.*† mortuo ve-
rò d. procuratore in Curia procedi potest per contradi-
ctas,etiam non intimata principali morte sui procurato-
ris, Rot. *decis.191.sub n.6.par.2. in recent.* vbi dicitur deci-
sionem Bellam.494.quæ in contrarium facit, non seruari
in praxi. Item etiam potest procedi per contradictas, si
procurator non facta alterius substitutione se absentauit,
vt fuit dictum in Gerunden. præeminentiarum 27. Iunij
1616.coram R.P.D.Caualerio.
b De quo dixi *supra ad decis.23.*

*Oliuerius Beltrominus.*

---

## Spoletana Pensionis.

*Mercurij 4. Nouembris 1609.*

### ARGVMENTVM.

Electio exactionis pensionis reseruatæ in pecu-
nia,vel in quantitate est pensionarij;& plura
ad hoc propositum in materia dispositionis
alternatæ,& alia,de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Electio est pensionarij exigere pensionem in pecunia, aut in grano,& si mallet in tot ducatis de Camera.*
2 *Electio in gratiis est gratiati.*
3 *Et tanto magis,quando concurrit obseruantia conformis d.iuri eligendi.*
*Electio in Legatis est legatarij,& n.13.*
4 *Alternatiuæ natura est alternare æqualia, vel parùm distantia.*
5 *Hoc procedit in dubio,quia, scilicet, vnum ex alternatis esset liquidum,& egeret declaratione, secus autem, si est certum,& taxatum.*
6 *Tempus reseruationis pensionis est attendendum.*
7 *Alternatiua quando est posita inter dispares summas, summa maior habetur pro non adiecta.*
*Declara prout sub n. 9.*
8 *Alternatiua quando est inter duas species, vtrumque alternatum est in obligatione.*
10 *Iustificatio clausulæ* (dummodò pensio non excedat medietatem) *præsumitur ex exactione 30.annorum.*
*Iustificatio præsumitur ex lapsu 30. annorum, & ad hunc effectum non detrahitur tempus motæ litis, & tempora coniunguntur,& n.14.*
11 *Reductio pensionis non potest prætendi, quando non probatur causa aliqua,& multò minus,quando omnis reductio fuit in literis reseruationis prohibita.*
12 *Beneficium tenue, & granatum pensione acceptans sibi imputare debet.*

### DECISIO CCCCXXXI.

RESolutum fuit rectores posse præcisè cogi ad prę-
stationem salmarum trium cum dimidio grani,
† quia Lelio fuit reseruata pensio in dd. salmis, & si 1
mallet in tot ducatis auri de Camera,ita vt ducati suc-
cedant loco salmarum ipso volente,& eligente,non au-
tem inuito,verba enim sunt clara,quibus apparet alter-
natiuam fuisse appositam in fauorem ipsius (*seu si ma-*
*les*) Vnde indubitanter eius est electio, Aym. *cons. 899.*
*n.7.* Vltra quòd † in gratiis in dubio electio est gratia- 2
ti,quasi creditoris, [a] Bald.post Guliel. quem allegat *in* a
*l.qui duos.n.1.in fin.* vbi etiam Alex *n.4.ff.de legat. 1.* Fe-
lyn.*in cap.inter cæteras.num.4.vers.fallit quartò.de rescript.*
Paris.*cons.7.n.42.lib.2.* Cæs.de Grass. *decis.185.n.4.* Ac-
cedit † obseruantia subsecuta,vt in proposito conside- 3
rauit Rota *in d.decis.n. 5.* fuit enim pensio in dd. salmis
exacta per spatium vltra quinquaginta annorum quod
tempus deseruire etiam potest pro præscriptione, si
opus esset. Non obstat, quod † natura alternatiuæ sit al- 4
ternare æqualia,vel parùm distantia, † quia procedit in 5
dubio,ita enim expressè loquitur Socin.ex aduerso al-
leg.*in lib.1.n.4.ff.de reb.dub.* Rip. *in d. cap.inter cæteras.n.*
*34.* videlicet, quando vnum ex alternatis esset illi-
quidum, & veniret arbitrandum, quia tunc debet ar-
bitrari iuxta qualitatem alterius, nos autem sumus in
vtroque alternato certo, & taxato per Papam, & de
tempore † reseruationis pensionis, quod attendi debet 6
iuxta tradita per Felyn.*in cap.eam te.num.18.de rescript.*
non aderat inæqualitas, imò maxima conuenientia in-
ter salmam grani,& ducatum auri de Camera,vt faten-
tur aduersarij,& probatur ex fide per ipsos exhibita, &
si valor fuit auctus, tale augmentum cessit etiam in fa-
uorem Rectorum respectu aliquorum suorum fru-
ctuum; † Nec etiam facit, quòd in alternatiua posita 7
inter dispares summas,summa maior habeatur pro non
adiecta, *l.si ita stipulatus fuero decē,aut quinque.ff. de verb.*
*oblig.* quia primò dicitur nos non versari inter summas,
† sed potiùs inter species; quo casu vtrumque est in 8
obligatione, Bart.*in l.si duo rei stipulandi.ff.de verb. oblig.*
Imol.*in d.l.si ita stipulatus.vers.& si quæratur*, Illustrissi-
mus Mantica *de tacit.& ambig.conuent.lib.14.tit.39.n.14.*
Secundò respõdetur *l.si ita stipulatus* procedere, † quan- 9
do electio est debitoris,tunc enim non cadit affectio in
vtroque,& si diceretur illud,quòd est plus esse in obli-
gatione,esset superfluum, Ias.post alios,*ibi sub n. 1. secus*
*quando electio est creditoris*, tunc enim vtrumque est in
obligatione,& post Petrum de Bel. pert. & Cyn. quos
allegat,& sequitur,tradit Bart.*in d.l.si duo rei.* Imol.*in d.*
*l.si ita stipulatus*, qui rationem differentiæ constituunt,
quia faciliùs quis remittit, quàm det, & quia non sic
violenter præsumitur, quòd creditor vellet maiorem
quantitatem eligere,sicut debitor minorem. Tertiò re-
spondetur, quòd attento tempore reseruationis nulla
aderat

aderat disparitas, nec poterat considerari maius, & mi-
nus inter alternata, vt dictum est. Non obstat, quod
pensio sit reseruata sub conditione (*dummodo non exce-*
10 *dat medietatem fructuum*) quia eum † fuerit exacta per
quinquaginta annos, & vltra, vt dictum est, præsumitur
b iustificata, cùm ad hoc sufficiant triginta, [b] vt fuit di-
ctum in Lucana Decanatus 21. Maij 1578. coram fœl.
record. Clemente VIII. & sæpissimè in aliis. Nec pro-
batur excessus, imò contrarium colligitur ex deposi-
tione ipsorummet testium pro parte Rectorum exami-
natorum, qui dicunt ex quolibet beneficio percipi sal-
mas sex frumenti, octo, vel decem barilia musti reditus
prati, & alios fructus, ita vt negari non posse videatur
solutis salmis tribus cum dimidia remanere medieta-
tem fructuum, idem concludunt, dum dicunt quodli-
bet beneficium ascendere ad scuta quinquaginta, cùm
salmæ tres cum dimidia valeant scuta 21. Quæ de re-
11 ductione dicuntur non obstant, quia non † probatur
causa, & fuit omnis reductio in literis reseruationis
prohibita; parùm refert, quòd isti Rectores asserant se
non posse commodè viuere cum fructibus, qui rema-
nent soluta pensione, quia, vt dicunt testes, sunt ordi-
12 nati ad titulum patrimonij, † & propterea erit ipsis im-
c putandum, si acceptarunt beneficia tenuia, [c] Rebuff *in*
*tract. de congr. n. 92.* fuit dictum in Calaguritana de Va-
deran. 4. Iunij 1574. coram Oriolon. in Giennen. Con-
gruæ 28. Iunij 1600. coram R.P.D. meo Coccino, & in
Toletana decimarum de Lucilios 6. Februarij præteriti
coram me.

### ANNOTATIO.

13 a Sic etiam † in materia vltimæ voluntatis, cum qua in mul-
tis regulantur literæ Apostolicæ, videmus, quòd electio
est Legatarij, quando plura fuerunt alternatiuè legata,
Marescott. post alios *var. lib. 2. cap. 97. n. 2.* Gaspar. Ant.
Thes. *quæst. for. lib. 2. q. 31. n. 1.* Rot. *decis. 203. n. 3. par. 1. in re-*
*cent.* vbi dicitur, quòd regula illa, quòd electio est debi-
toris, procedit in contractibus, non autem in legatis.

b Iuxta opinionem, quàm passim Rot. sequitur, præsumitur
gratia iustificata ex lapsu 30. annorum, Seraphin. *decis.*
*642. n. 3.* Rot. *decis. 534. par. 1. diuers. & decis. 122. n. 5. & decis.*
*406. sub n. 3. par. 1. in recent.* fuit dictum in Oscen. pensionis
coram Cardin. Lancellot. impress. penes Marches. *de com-*
*miss. tom. 2. fol. 578.* & alias decisiones refert, & sequitur
Garz. *de benef. par. 1. cap. 1. n. 478. & seq.* & ad istum effectum
non detrahitur tempus moræ litis, vt dixi *supra ad decis.*
*354.* prout etiam ad istum effectum coniunguntur tempo-
ra, exempli gratia, in materia pensionis coniungitur vita
transferentis cum vita translatarij, Rot. *decis. 122. n. 1. iun-*
*cto n. 11.* & optimè Rot. *decis. 406. sub n. 4. par. 1. in recent.* vbi
ad effectum præsumendi iustificationem narratorum in
dispensatione Apostolica matrimoniali fuit dictum esse
coniungendum tempus ante mortem coniugum cum
tempore successorum.

c De quo dixi *supra ad decis. 215. & 429.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Mediolanen. decursus Aquarum.

*Mercurij 4. Nouembris 1609.*

### ARGVMENTVM.

Exemplum exempli non probat, etiam si pri-
mum exemplum sit solemniter extractum.
Productio scripturæ in formis non præiudi-
cat producenti, & maximè in alio iudicio, &
quando est facta per compulsum.

### SVMMARIVM.

1 *Exemplum ab alio extractum non meretur fidem, sicut nec testis de auditu auditus, & n. 8.*
*Hoc procedit, quantumcumque primum exemplum sit solemniter, & legitimè extractum reiecta opinione Bartol. de quo vide sub n. 8.*

2 *Exemplum solemniter extractum habetur pro originali ad effectum, vt illi fides adhibeatur, non autem, vt ex eo aliud exemplum possit sumi.*

3 *Producens scripturam, quæ non est in forma probanti, sibi non præiudicat, quia possit illam impugnare; quia productio eatenus nocet, quatenus scriptura probet.*

4 *Productio facta in vno iudicio non nocet in alio.*

5 *Productio facta per compulsum non nocet.*

6 *Item nec quando productio est verbalis.*

7 *Item nec quando productio est facta cum solita clausula & cautela* (in parte, & partibus.)

### DECISIO CCCCXXXII.

DOmini resoluerunt instrumentum anni 1472.
non esse in forma probanti, quia, vt in eius prin-
cipio, & fine apparet, est exemplum ab alio exemplo
extractum, & † propterea fidem non meretur, [a] *l. 3. C.* 1
*de diuer. rescr. not. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden.* Alex. a
*cons. 138. n. 4. lib. 1.* Corn. *cons. 24. num. 17. lib. 4.* Caputaq.
*decis. 234. n. 2. par. 3.* fuit dictum in Montis Regalis Iuris-
dictionis 24. Nouembris 1597. coram R.P.D. meo De-
cano, quia, vt dicit Bald. *in d. l. 3. n. 2. in fin.* † est simile 2
testimonio de auditu auditus, quod non facit fidem. Et
procedit quantumcumque sit solemniter, & legitimè
extractum, Put. *decis. 159. n. 4. lib. 1. & 152. n. 1. lib. 3.* Ant.
August. *de fid. instrum. § de exemplis. num. 5.* Non obstat,
quòd sumptum, à quo fuit extractum hoc exemplum, b
fuisset solemniter ab originali exemplatum, [b] quo ca-
su secundum Bar. *in d. Auth. si quis in aliquo.* fides exem-
plo exempli datur, quia in hoc Bart. opinio est commu-
niter reiecta, vt testatur Card. Alb. *in addit. ibi ad Bart.*
& Decius *sub n. 30.* Anchar. iun. *quæst. 17. n. 10. par. 1.* &
dicit Cagnol. *in d. Auth. num. 53. circa med.* quòd opinio
contra Bart. est canonizata, & seruatur in practica, &
tamquàm communem sequuta est Rota in vna Re-
gien. præcedentiæ 20. Decembris 1587. relata inter *di-*
*uers. decis. 733. par. 1.* Non obstat *cap. fin. de fid. instrument.*
† vbi scriptura cum solemnitatibus ibi positis ab origi- 3
nali exemplata habetur pro originali, quia est verum
quantum ad hoc, vt illi fides indubitata habeatur, non
autem, vt ex ea exemplum possit extrahi, quod probet,
vt per Paul. de Castr. *in d. l. 3. sub n. 3.* Dec. *vbi supra.* Nec
potest hæc scriptura, vt prætenditur pro parte Illustris-
simi Commẽdatarij, fidem recipere ex eo, quòd fuerat
pluries † per Monasterium producta, & propterea non 4
videatur hodie posse impugnari, Gutdop. *decis. 503.* cum
aliis adductis, quia productio eatenus nocet, quatenus
scriptura probat, [c] Bart. *in l. post legatum n. 2. versic. respon-* c
*de. ff. de his, quibus, vt indign.* Imol. *in cap. cùm Venerabilis.*
*n. 25.* vbi Alb. *n. 36.* Felyn. *n. 25. vers. intellige 2.* Dec. *n. 23.*
*circa fin* qui de communi *de except.* Alexand. *consil. 124.*
*n. 5. lib. 7.* Soc. *consil. 92. n. 9. lib. 3.* Ægid. *decis. 395.* Caputa-
quen. *decis. 199. par. 1.* fuit dictum in vna Tusculana
Vineæ 27. Octobris 1581. coram Lauretano. Accedit,
quòd ex dd. productionibus, prima, quæ fuit facta co-
ram Arbitris, † non debet operari in iudicio isto, cùm 5
nec etiam in iudicio vno facta noceat in alio, Cæph. qui
alios allegat *cons. 377. n. 86.* Rim. iun. *cons. 213 num. 20.*
Achil. *decis. 2. de confes.* & quia facta est per compulsum,
Caputaq. *decis. 194. n. 5. par. 1.* fuit dictum in causa Bur-
gen. 12. Maij 1586. coram Illustrissimo Cardinali Pam-
philio. Aliæ verò duæ, quarum altera est facta coram
Iacobello Vicario Mediolani in prima instantia, altera
coram

6 coram Mascardo in secunda, sunt † verbales iuxta no-
torium stylum illarum partium sæpiùs in Rota allega-
tum, & signanter in vna Mediolanen. rescissionis con-
tractus coram R.P.D. ineo Sacrato 14. Decembr. 1601.
& in Mediolanen. bonorum emphyteoticorum 10. Iu-
7 nij 1602. coram me, † sunt etiam factæ cum solita clau-
sula (*in parte, & partibus*) & propterea tantò minus no-
cent, Rot. *decis. 3. de fid. instrum. in non.* Felyn. *in cap. cum
Venerabilis. sub n. 23. vers. limita secundò. de except.* Quæ
dicuntur de obseruantia istius scripturæ, Domini re-
setuarunt particularites videre.

*ANNOTATIO.*

8 a Mascard. † qui plura cumulat *de probat. conclus. 713. n. 1. & seq.* & de exemplo exempli in materia literarum Apostolicarum, quòd non probet, dixit Rot. in Tirasonen. Parochialis de Ablitu 4. Maij 1616. coram bo. me. Andrea, & in Anconitana, seu Auximana florum 15. Decembris 1617. coram R.P.D. Buratto, & hæc conclusio habet locum etiam si primum sumptum sit solemniter extractum, vt firmauit Rot. *in hac decisione*, & etiam *infra in decis. 550.* Mascard. qui alios cumulat, *de probat. concl. 712. n. 2.* Verùm in contrarium tenet, Seace. *de iud. lib. 2. cap. 11. n. 648.* & etiam io contrarium facit limitatio, quam ponit Mascard. *d. concl. 712. n. 3.*

9 Hoc videtur † certum, quòd vigore Innocentianæ etiam sumptum ex alio sumpto, quod in actis alterios causæ reperitur registratum facit fidem, Rot. *decis. 18. sub n. 2. par. 2. in recent. decis. 465. sub n. 3. vers. & partim par. 1. in recent.* & tenuit etiam Rot. io Conchen. decimarum de Torelmonez 28. Iunij 1617. coram R.P.D. Coccino Decano; sed etiam hoc redditur dubitabile ex his, quæ habentur in decisione coram Sanctiss. *infra 550. quam vide.*

b De quo vide in Annotatione antecedente.

c Dixi *supra ad decis. 238.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Romana fideicommissi de Iaco-
batiis.

*Mercurij 2. Decembris 1609.*

ARGVMENTVM.

Vocatum qui se prætendit in aliquo fideicommisso, debet probare substitutionem. Quando substitutiones sunt diuersæ, ex vna non infertur ad aliam. Oratio relatiua intelligitur retentis terminis substitutionis relatæ. Agnationis ratio quando dicatur habita, & quando extendat dispositionem, & alia, de quibus in decisione.

*SVMMARIVM.*

1 *Vocatum qui se prætendit in aliquo testamento id probare debet.*

2 *Et ad illum excludendum sufficit dicere*, substitutio de te non loquitur, vel casum istum non comprehendit.

3 *Negatiua non factæ substitutionis probatur ex verbis testamenti.*

4 *Vocatus tacitè quis non censetur à testatore in certo casu, quando testator expressè in alio casu eum expressè vocauit, quia verisimile est, quòd testator eodem modo expressè vocasset.*

5 *Substitutiones quando sunt factæ in diuersis casibus, & diuersis orationibus, ab vna ad aliam non potest inferri.*

6 *Substitutio non extenditur, quando adsunt verba* (eo casu) *& similia, quæ limitant vocationem ad casum expressum, & n. 21.*

7 *Verba singularis numeri non possunt ad plura referri, sed ad vnum tantùm.*

8 *Verba referuntur ad casum proximiorem, & immediatum.*

9 *Relatio quando fit ad omnia, fieri debet cum suis qualitatibus, singula singulis congrue referendo.*

10 *Relatiua, & illatiua dictiones intelliguntur retentis terminis principalis dispositionis.*

11 *Verba* (in perpetuum, & in infinitum) *non inducunt nouum fideicommissum, quando sunt posita relatiuè, sed recipiunt limitationem iuxta substitutionem relatam.*

12 *Prohibitio alienationis quantumuis generalibus verbis concepta non inducit fideicommissum in casu mortis quando in alia parte testamenti fuit facta substitutio in d. casum.*

*Prohibitio alienandi consecutiua restringitur iuxta præcedentem substitutionem, secus si stet principaliter de per se, & quomodo id cognoscatur, & n. 22.*

13 *Substitutio tacita non inducitur, vbi requiritur expressa.*

14 *Relatiua dictio operatur, quòd dispositio non stet de per se principaliter, etiamsi habeat verbum separatum, sed vti consecutiua ad dispositionem relatam restringitur.*

15 *Agnationis ratio non censetur habita, quando testator in certum casum vocauit fœminas.*

16 *Item nec quando vocauit spurios, & bastardos, qui non sunt agnati.*

17 *Spurij, & bastardi non conseruant agnationem, nec sunt agnati, & latius n. 23. vbi quæritur, an id procedat, quando dispositio est concepta per verba non iuris, sed naturæ.*

18 *Agnationis ratio non extendit substitutionem, sed attenditur solùm in casibus, & personis expressis.*

19 *Fideicommissum particulare super certo corpore non facit recedere à dispositione vniuersali.*

*Fideicommissa plura ad fauorem eiusdem personæ in eodem testamento dari possunt, & n. 24.*

20 *Prohibitio generalis facta à testatore non comprehendit bona hæredis.*

DECISIO CCCCXXXIII.

FVit vnanimiter conclusum Dominos de Iacobatiis
filios q. Dominici non esse substitutos post mortem
Tarquinij, & Marij, quia non † probant se in dicto casu 1
vocatus, prout probare debent, *l. si quis ita substituerit. ff.
de vulg. & pupill.* glos. *in l. qui duo. in vers. superstes. ff. de
reb. dub.* Corn. *cons. 161. sub n. 8. lib. 2.* cum aliis per Illustr.
Manticam *de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. n. 18.* † sufficit enim 2
Hospitali dicere, *substitutio de vobis non loquitur, & istum
casum non comprehendit*, Io. Andr. *in addit. ad Specul. in tit.
de test. §. 1. vers. occurrit. in fin.* Socin. *cons. 62. sub n. 4. vers. &
in primis. lib. 3.* Paris. *cons. 38. n. 21. lib. 2.* Aym. *cons. 161. nu.*
16. præsertim quia inspectis verbis testamenti, † ex 3
quorum lectura probatur negatiua non factæ substi-
tutionis, vt latè per Surd. *consil. 129. num. 16. & sequent.*
& per Honded. *consil. 51. num. 67. & 68. lib. 2.* apparet te-
statorem dd. Tarquinio, & Mario descendentibus si-
ne filiis legitimis, & naturalibus substituisse eorum-
dem filios spurios, seu bastardos, & de filiis Dominici
nullum verbum, † quos tamen quando voluit ad suc- 4
cessionem inuitare expressè vocauit, vt fecit in ca-
su alienationis, quod fecisset etiam in casu mortis,
si pariter eius intentio fuisset, quòd admitterentur
in d. euentum, *argum. l. vnica. §. sin autem ad deficien-
tis. C. de cad. toll.* & quod not. *in cap. ad audientiam. de
decim.*

decim. Neque potest ab ista substitutione facta propter
alienationem inferri ad illam post mortem hæredum,
5 † cùm sint factæ in diuersis casibus, & diuersis occasio-
nibus, Bart. in l.iam hoc iure. §.fin. & ibi Paul. de Castr.
num.7. ff. de vulg. & pupill. Rom. conf.503. numer.2. &
seq. Curt. sen. consil.64. sub numer.28. Paris. consil.38.
numer. 23. lib.2. præsertim propter illa verba sæpiùs
6 repetita (eo casu) & similia † quæ limitant vocationem
ad casum expressum, ita vt extra illum non trahatur,
a [a] Anchar. consil.356. numer.3. vers. secundo, hoc probat.
Roman. consil. 131. numer.primo. Paris. consil. 31. nu-
mer.26.lib.primo. Aym. consil. 98. numer.6. cum multis
cumulatis per Menoch.consil.532.n.7. Non obstat clau-
7 sula illa (quòd † quidem fideicommissum ipse testator voluit,
quòd sit, & esse debeat perpetuum, & vsque in infinitum)
quia cùm sint duo fideicõmissa, alterum in casu mortis,
alterum in casu alienationis, verba illa (quòd fideicõmis-
sum) in singulari numero prolata non possunt vtrúque,
sed vnum tantùm comprehendere, l. final. ff. ad Trebell.
cap.penult. de re iud. Bald. consil.242. sub num. 1. vers. &
8 qui singularis numerus lib.3. & † propterea comprehen-
dunt fideicommissum proximum, & immediatum in
casu contrauentionis, ad not. per gloss. in l.3. ff. de leg.
præst. per Bart. Castr. & alios in l.hæredes palam §. & si
9 notam. ff. de testam. & quando † vtrumque comprehen-
deret propter illam dictionem relatiuam (quod) vtrum-
que referret cum suis qualitatibus, Dec. consil. 183.
num. 1. Aym. consil.45. numer. 4. singula singulis refe-
rendo, idem Aym.consil.98.numer.11. propterea per il-
lam clausulam non potest dici facta diuersa disposi-
tio à relata, sed debet intelligi retentis terminis vtriuf-
10 que substitutionis, † hæc est enim natura dictionum
relatiuarum, & illatiuarum, vt dixit Rota in Forolt-
uiens. fideicommissi 19. Martij 1576. coram fœl. re. Cle-
mente VIII. tunc Rotæ Auditore. Hinc etiam patet re-
11 sponsio ad illud, † quod dicitur propter illa verba (in
perpetuum, & in infinitum) esse inductum fideicommis-
sum etiam in casu mortis, quia cùm sint posita relatiuè,
12 non extendunt substitutionem relatam, vltra quòd † ex
verbis quantumuis generalibus appositis in prohibitio-
ne alienationis non potest censeri inductum fideicom-
missum in casum mortis, quando in alia parte fuit facta
substitutio in dictum casum, vt per Gabr.conf.132.n.68.
lib.1. quem sequitur, & comprobat Honded. consil. 78.
13 num. 47. & seq. lib.1. † facit, quòd non inducitur tacita
substitutio, vbi reperitur expressa, leg. cùm ex filio. §.1.
ff. de vulg. cum aliis, & per Cæphal. consil.430. numer.21.
Cessat etiam, quod dicitur, talem clausulam stare de
per se, & principaliter ex eo, quòd habeat verbum se-
14 paratum, † quia imò stat consequutiuè propter dictio-
nem relatiuam, ad tradita per Petr. à Petr. de fideicomm.
quæst.6. num.22. & 41. & quæst.11. num.549. & vti conse-
b quutiua ad prædicta restringitur, [b] Alexand. consil. 59.
col.fin.lib. 3. Ruyn. consil.102. num.2. & seq. lib.2. Cæphal.
consil. 636. numer. 52. fuit dictum in vna Bononiens. de
Formagliariis 5. Decembris 1597. coram bon. me. Litta.
Non obstat, quod dicitur, testatorem habuisse respe-
ctum ad conseruationem agnationis, quia hoc nullibi
15 legitur, imò contrarium videtur dicendum, † ex quo
vocauit fœminas, videlicet, sorores hæredum in casu
alienationis, Aym.consil.250. num.2. vers. euidens autem
ratio. Molin. qui alios cumulat de primogen. lib.3. cap.5.
num.50. Menoch. conf.532. numer. 10. vel 18. Illustris-
simus Mantica de coniect. vltim. vol. lib.6. cap.15. numer.9.
16 † & in casum mortis vocauit spurios, & bastardos,
17 † qui non sunt agnati, [c] leg. si spurios, & leg. hac parte. ff.
c vnde cognat. Oldrad. conf.153. Bald. conf.67. lib.4. Bero.
consil.54. num.16 lib.2. Aym. consil.138. num.3. & sequ.
18 & quando fuisset in † testamento considerata ratio
agnationis, deberet attendi tantùm in casibus, & per-
sonis expressis, ex cumulatis per Rimin. iun. consil. 117.
sub numer.71. per Simon. de Pret. consil.90. numer.29.
Illustrissimus Mantica, vbi supra numer. 6. Non ob-
stant decisiones, Perusina de Bigazzinis, Bononiens.
de Lambertinis, & Florentina de Deris ex aduerso al-
legatæ, quia ibi testator non disposuerat discretiuè in
casu mortis, & alienationis, fuerat expressa ratio agna-
tionis, & in summa concurrebant verba, & mens di-
sponentis, quorum vtrumque defuit in casu isto.
Non releuat etiam prohibitio alienationis domus ma-
gnæ particulariter facta, † quia quando per eam in- 19
duceretur particulare fideicommissum super domo,
non esset tamen ob id recessum à fideicommisso vni-
uersali per ea, quæ tradit Rota coram me in Roma-
na fideicommissi de Celsis 7. Maij 1601. ita vt eædem
personæ, & eodem modo ad successionem d. domus
vocatæ dicantur, [d] prout fuerunt vocatæ ad fideicom d
missum vniuersale, & prohibitio particularis fuit facta,
quia prout aliàs considerauit Rota in hac causa 26.
Nouembris 1605. † prohibitio generalis tamquàm re- 20
stricta ad bona ipsius testatoris non comprehendisset
medietatem domus spectantem ad hæredes.

## ANNOTATIO.

a Huiusmodi verba (tunc, † & eo casu) & similia sunt li- 21
mitatiua, & impediunt extensionem ad alium casum,
Menoch. consil. 326. numer. 16. Aldobr. consil.30. num.11.
& latiùs numer. 24. & seq. Honded. consil. 49. numer. 48.
lib. 2. Surd. consil. 46. numer. 9. & fuit dictum in Ferra-
riens. fideicommissi 5. Martij 1621. coram R. P. D. Ve-
rospio. Veruntamen non impediunt extensionem, quæ
fit ex coniecturata mente testatoris ad casum, qui fit si-
milis expresso, Surd. post alios consil. 236. numer. 46. &
fuit dictum in Ariminens. bonorum 30. Aprilis 1610. co-
ram R. P. D. Pamphilio, & priùs in Romana hæredi-
tatis de Aquilis 18. Iunij 1600. coram Corduba, licèt in
contrarium teneant plures relati per Peregrin. de fidei-
commiss. art. 13. num. 65.
b Et in simili, † quòd prohibitio alienandi consecutiua ad 22
fideicommissum præcedens restringatur ad terminos fi-
deicommissi præcedentis iuxta consilium Dec. 636. nu-
mer. 11. sæpè à Rot. canonizatum, Seraph. decision. 883.
Rot. decis.568. numer.9 part.1. diuers. & decis. 100. numer.7.
part.1. in recent. & aliàs sæpè Peregr. de fideicommiss. artic.
44. sub numer. 47. Si tamen prohibitio alienandi non stet
consecutiuè, sed de per se principaliter; tunc importat
separatum fideicommissum à præcedenti, & non rego-
latur, iuxta illud Rot. decis.44. num.4. & 7. part.1. in recent.
vbi dicit, quòd censetur stare principaliter, & de per se,
quando orationes sunt separatæ, & habent verba sepa-
rata, Rot. decis.44. nu.4. & 7. part.1. in recent. & latè etiam
fuit dictum in Spoletana fideicommissi 26. Nouembris
1618. coram R.P.D. Caualerio, vbi fuit dictum prohi-
bitionem stare principaliter, quia erat concepta per ver-
ba (addent, & mandans.)
c Plenè Lup. † de illegit. plures cumulans comment.1. §.3. 23
num.24. & latiùs Garz. de benef. part.7. capit.15. numer. 36.
vbi infert, quòd si ad iuspatronatus sint vocati illi de fa-
milia, non censentur comprehensi illegitimi, & infinitos
cumulat, & benè Honded. consil.5. numer. 15. & seq. lib.2.
Rot. decis.395. num.4. part.1. in recent. & fuit dictum in Bo-
noniens. de Ranutiis 23. Ianuarij 1617. coram R.P.D. Ca-
ualerio. In hac tamen materia distinguendum est inter
verba, quæ sunt iuris, seu ciuilia, prout sunt Agnatio,
Domus, Familia, Parentela, & inter verba naturæ, seu na-
turaliter significantia, vt sunt coniunctus, consangui-
neus, parentes, in primo casu non censentur comprehensi
illegitimi, benè tamẽ in secundo, vt latè distinguit Garz.
d.cap.15. num.40. & seq. quam distinctionem admisit Rot.
in Pampilonens. Cappellaniæ 6. Nouembris 1617. coram
R.P.D. Pirouano, vbi propterea fuit resolutum, spurios
venire sub nomine consanguineorum in materia iurispa-
tronatus, quæ decisio fuit confirmata coram eodem 16.
Februarij 1618. vbi fuit dictum hoc eo magis procedere
de iure Canonico, etiam si fuerint vocati consanguinei
proximiores, quicquid aliàs dicendum sit de iure ciuili.
d Potest vna, † eademque persona in testamento vocari in 24
diuersis fideicommissis, Castr. consil.77. n.3 volum.1. Gabr.

*consil.123 ante num.1. & per tot. & consil.132.n.20.lib.1.* Peregrin. *de fideicommiss. art.14.num.48.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalens. seu nullius Decimarum de Ayamonte.

*Veneris 20. Nouembris 1609.*

### ARGVMENTVM.

Ex quibus probetur loca esse, seu non esse in diœcesi.

### *SVMMARIVM.*

1 *In confinium materia statur scriptura antiquæ.*
2 *Maximè quando principaliter instrumentum fuit super hoc celebratum.*
3 *Sententiæ inter alios latæ faciunt præsumptionem.*
4 *In confinium, & diœcesarum materia sufficiunt præsumptiones.*
5 *Testes mortui etiam nulliter examinati ex æquitate faciunt fidem, & num.18.*
6 *Discretiua locutio ostendit diuersitatem rerum ad effectum euitandi superfluitatem.*
7 *Dictio* (saltem) *de sui natura non excludit.*
8 *Scripturis magis tribuendum est, quàm testibus in materia antiqua, & num.19.*
9 *Antiquis instrumentis indubitata lux veritatis assistit.*
10 *Immemorabilis excluditur ex scripturis, & actibus contrariis.*
11 *Immemorabilis probari debet cum requisitis glossæ in c.1. de præscrip. in 6.*
12 *Immemorabilis non potest probari per testes, nisi deducto tempore litis habeant ætatem legitimam, id est, 54. annorum.*
13 *Diœcesis, & ius diœcesanum probatur ex deputatione Curatorum, & ex eo, quod Sacrum Oleum ministratur.*
14 *Confessio partis præualet depositionibus testium, et omnibus aliis probationibus.*
15 *Præscriptio 40. annorum requiritur ad præscribendum ius diœcesanum.*
16 *Præscriptio quadragenaria requiritur ad mutationem status.*
*Status beneficij mutatio, vt inducatur, quænam sint necessaria, & num.20.*
17 *Transactioni quando partes nolunt stare, actus in vim transactionis facta dicuntur facti lite pendente, quia sublata transactione remanet lis antiqua.*

### DECISIO CCCCXXXIV.

VIsum fuit Dominis non constare oppida de Ayamonte Lepe, & la Redondela esse in diœcesi Hispalens. ad effectum, qui agitur, decimarum, imò potiùs apparere de contrario ex multis adductis pro parte Marchionis; datur enim in primis antiquissimum instrumentum concordiæ anni 1263. inter Episcopum Syluens. & Magnum Magistrum Religionis S.Iacobi de Spatha, in quo exprimitur dd. loca esse de diœcesi
1 Syluens. † cui scripturæ propter antiquitatem est standum in hac materia, Calcan. *cons.90. num.5.* Hieron. à Mont. *in tractat. de fin. 263. numer.5.* & dixit Rota in Barchinonens. confinium 19. Ianuarij 1607. coram
2 R.P.D. mro Sacrato. † Et tantò magis, quia instrumentum fuit principaliter super hoc celebratum, quo casu indubitanter facit plenam probationem, Bald. *consil.286. numer.2. lib.2.* Dec. *consil. 42. sub numer. 10. vers. cùm ergò extet.* Natt. *consil. 632. n.16. circa med.*

Nec facit, quod pro parte Capituli obiicitur, instrumentum non esse in forma probanti, quia coram fœl. rec. Clemente VIII. sub die 8. Maij 1583. Rota resoluit omnia iura pro parte Marchionis exhibita esse in forma probanti, inter quæ præcipua fuit hæc scriptura. Ad excludendum etiam, quòd dd. loca non sint intra limites Archiepiscopatus Hispalens. adsunt duæ antiquæ sententiæ, altera de anno 1495. altera de anno sequenti, in quibus cùm ageretur de exactione cuiusdam tributi facienda in toto Archiepiscopatu, pronunciatum fuit dd. loca non esse comprehensa in facultate
exigendi prædictum tributum, † quæ sententiæ, licèt 3
inter alios latæ, faciunt præsumptionem contra Capitulum, Alex. *cons.190. num 16. lib.2.* Aym. *de antiq. temp. part.1. §.propositum. numer.29.* fuit dictum in vna Cordubens. Decimarum 25. Octobris 1595. coram bo.me.
Cardinali Seraphino, † & in hac materia sufficiunt 4
præsumptiones, vt per Hier. à Mont. *in d. tract. cap.50.*
*num.7.* a Concurrit alia sententia Regiæ Audientiæ de a
anno 1518. inter Comitem de Ayamonte, & quemdam habentem priuilegium exercendi artem saponariam in toto Archiepiscopatu Hispalens. & volentem prohibere Comitem de Ayamonte, ne in prædictis eius oppidis illam exerceret, in qua Auditores Regij absoluendo Comitem virtualiter declararunt Vicariam de Lepe esse à dicto Archiepiscopatu separatam, pro qua sententia obtinenda fuerunt pro parte Comitis examinati quamplurimi testes, qui deposuerunt loca hæc
non esse de diœcesi Hispalens. † qui testes, cùm sint 5
mortui, faciunt semiplenam probationem, [b] Bart. *in* b
*l.admonendi. numer.45.* & ibi Ias. *numer.98. ff. de iur. iuran.* cum multis cumulatis à Surd. *decis. 103. numer. 2.* Mohed. *decis.5. de testib.* fuit dictum in vna Bononiens. Iurisdictionis 18. Maij 1576. coram Cardinali Lancellotto, fuit etiam exhibita concordia quædam edita de anno 1509. inter Reginam Ioannam, & quosdam reconciliatos, vt in ea dicitur Hispalens. Gadicens. &
oppidorum istorum, † quod claré indicat ea non esse 6
in diœcesi Hispalens. quia si fuissent, venissent sub verbo *Archiepiscopatus*, & essent superflua, & otiosa verba exprimenda in specie dd. oppida contra regulam, de qua per Bald. *in rubr. Codic. de contrah. empt. numer.9.* hoc etiam suadet copula (&) quæ designat diuersitatem copulatorum, gloss. *in rubr. ff. de iur. & fact. ignor. in l. si duo. Cod. per quas person. nob. acq.* Ias. *in l.1. numer.2. ff. de iust. & iur.* & cum dicta concordia consonat publicatio Cruciatæ de anno 1515. directa personis existentibus in Archiepiscopatu Hispalens. Gadicens. & Vicaria de Lepe. Accedunt plures dispositiones, seu mandata de dispensanda directa Vicario ordinariam iurisdictionem exercenti in dd. locis, quæ etiam appellantur nullius diœcesis. Hoc etiam colligitur ex instrumento concordiæ factæ de anno 1508. inter Comitem, & Archiepiscopum, & Capitulum Hispalens. confirmatæ à Iulio II. in qua narratur antiqua lis, & antiqua concordia, per quam ordinabatur, quòd dicto Archiepiscopo, & Capitulo soluerentur 2000. morapetini constituentes scuta sex occasione decimarum, ex qua modica perceptione arguitur, quàm fuisset debilis eorum prætensio, præsertim circa ius decimandi dd. loca, quod est maximi reditus. Faciunt etiam maximè literæ Leonis anni 1515. & sequent. impetratæ ad postulationem tàm Archiepiscopi, quàm Comitis, in quibus partes narrant non constare ante concordiam loca prædicta esse in diœcesi Hispalens. & licèt subiungatur saltem
quoad temporalia, † attamen illa dictio *(saltem)* non 7
excludit spiritualia, Bald. *in §.Codicillis numer.5. Instit. de codicil.* Cæs. de Grass. *dec 6. in fin. de probendis.* sed adest etiam nonus testis pro parte Capituli examinatus, qui expresse deponit loca ista non consistere in diœcesi Hispalens. Non obstant testes Capituli, quia vltra

quòd

quòd patiuntur multas exceptiones, & sunt interessa-
ri, vt bene deducunt informantes pro Marchione, pri-
8 mò fuit dictum, quòd † cùm Marchio habeat tot scri-
pturas, & tanti temporis, in re antiqua plus illis tri-
c buendum est, [c] quàm testibus, gloss. *in cap.3.loco de test.* Socin. *consil.*187.*num.*18.*lib.*2. Felyn. *in cap.cùm causam post num.*5.*de probat.* Paris. *consil.*104.*num.*46.*lib.*1. Aym.
9 *cons.*54.*num.*15. † Instrumentis enim antiquis indubi-
tata lux veritatis assistit, vt dicit Bald. *cons.*109. *in princ. lib.* 4. Secundò videbatur Dominis eos nihil dicere,
quod releuet, nam de articulata immemorabili non est
10 agendum, † quia vltra quòd apertè excluditur ex scri-
pturis, & actibus contrariis, vt fuit dictum in vna Ca-
putaquens. vnionis 27. Nouemb. 1591. coram R.P.D.
meo Decano, & in Aquinatensis beneficij 29. Aprilis
d 1602. coram me, [d] eam non probant, cùm non depo-
11 nant eum requisitis, gloss. *in cap.*1.*de prascript.in* 6. † nec
12 probare possunt, † quia deducto tempore litis, quæ or-
tum habuit de anno 1546. testes debuissent esse ætatis
annorum 81. à qua tamen plurimùm distant. Nec facit,
13 † quod dicunt de deputatione Curatorum, & quòd Sa-
crum oleum ab Ecclesia Hispalens. ministrabatur Ec-
clesiis istorum locorum, ex quibus videtur probari diœ-
cesis, & ius diœcesanum, *cap.*1. *& ibi not.de relig. dom.* gloss. *in cap.dilectus.in verbo (& lege diœcesana)* vbi Card. *num.*3. Abb. *numer.*4. *de offic.Ordin.* Alexand. *consil.*53. *num.*3.*part.*1. Quia fuit responsum, quòd si testes intel-
ligunt de tempore ante concordiam, & tunc in con-
trarium est confessio Archiepiscopi, & Capituli in con-
cordia, & in eius confirmatione, dum in ea fuit dictum,
quòd iurisdictio Ecclesiastica etiam temporalis exerce-
batur in istis locis per Religionem S. Iacobi, deinde
14 per Comites de Ayamonte eius successores, † & cla-
rum est confessionem partis præualere depositionibus
testium, ac omnibus aliis probationibus, vt latè per
Surd. *consil.*6.*num.*1. Rursus isti actus ante concordiam
essent non solùm facti lite antiqua pendente, sed etiam
turbatiuè, cùm Capitulum in concordia fateatur Co-
mitem fuisse in quasi possessione. Aut verò loquuntur,
prout reuera intelligi debent, de tempore post concor-
diam, & cùm sint illimet actus, qui in ea conceduntur
Archiepiscopo, prout & debent intelligi facti in vim ti-
tuli præambuli ipsius concordiæ, quam iidem testes
dicunt fuisse semper seruatam; Vnde ex illis non potuit
Archiepiscopus acquirere aliquod ius diœcesanum, &
diuersum ab eo, quod sibi fuit concessum, cùm præser-
tim in literis Leonis caueatur, quòd incolæ istorum op-
pidorum non habeantur pro diœcesanis Archiepiscopi
Hispalens. magis, quàm fuerint à centum annis ante
15 concordiam. † Nec potest prætendi aliqua præsum-
ptio, cùm à die concordiæ vsque ad diem motæ litis
non effluxerint 40. anni, qui requiruntur ad præscri-
16 ptionem, *cap.de quarta, & cap. ad aures.de prascript.* † &
e ad mutationem status, [e] *cap.cùm de beneficio.de prabend. in* 6. & quia † Capitulum non vult stare concordiæ, isti
17 actus censentur facti lite pendente, vt dicit Rota in Ro-
mana transactionis 16. Iunij 1603. coram bon. mem.
Litta, & propterea non possunt deseruire pro præscri-
ptione.

## *ANNOTATIO.*

18 a Rot † *decis.*405.*nu.*8.*part.*1.*in recent.* & fuit dictum in Fanens. Iurisdictionis 18. Maij 1609. coram bo. me. Iusto. Rot. *decis.*490.*nu.*1.*& decis.*614.*num.*1. *part.*1. *diuers. & decis.*371.*num.*2.*part.*1.*in recent.* & etiam fuit dictum in Spoletana Bonorum 4. Maij 1607. coram R.P.D. Marquemontio; & ideò etiam si testes sint nulliter examinati, tamen si repeti non possunt, quia sunt mortui, sæpè ex quadam æquitate eorum examen sustinetur, Mohed. *decis.vltima num.*3.*&* 4.*de testib.* Gonzal. *super regul.*8. *in annot.contra nullit. num.*76. & in huiusmodi casu quando est datum arbitrium Rotæ pro sanatione nullitatis examinis testium, Rota de facili solet respondere pro arbitrio, vt *in decis.*462.*in fin.part.*1. *in recent.*

c Maior † fides est adhibenda scripturis, quàm testibus, 19
præsertim in antiquis, Seraph. *decis.*339.*num.*7.*& dec.*402. *num.*5. Rot. *decis.*91. *numer.*9.*& decis.*582. *numer.*6.*part.*1.*in recent.* & fuit dictum in Pampilonens. Parochialis die 23. Iunij 1603. coram R.P.D. Coccino Decano, & ideò passim Rot. denegat remissoriam ad reprobandum illud, de cuius contrario constat ex scripturis, Rot. *d.decis.*582. *sub num.*6.

d De quo dixi *supra ad decis.*298.

e Ad mutandum † statum beneficij requiritur quadrage- 20
naria, Seraph. *decis.*1227.*num.*3. Rot. *decis.*91. *sub num.*1. *& decis.*308.*num.*1.*& decis.*229. *numer.*8.*part.*1.*in recent.* & latè fuit dictum in Lucana iurispatronatus de Podiis 23. Martij 1620. coram R.P.D. Dunozetto, & vlteriùs requiritur potestas, & voluntas Superioris, Rot. *decis.*368. *sub numer.*4. *& decis.* 374. *numer.*8. *part.* 2. *in recent. & decis.*163.*numer.*9.*part.*1. *in recent.* vbi fuit dictum esse necesse, quòd prouisiones fuerint factæ eo animo, & intentione, vt status moretur, *& decis.*308. *numer.*3. *eadem part.* 1. *in recent.* vbi dicitur inde prouenire illam conclusionem, quòd prouisio Papæ non mutat statum, quia in Papa deficit intentio, & fuit etiam dictum in dict. Lucana Iurispatronatus de Podiis, & insuper etiam requiritur vltra quadragenariam, & vltra voluntatem, & potestatem bona fides, Rot. *decis.*163. *numer.*3. *d.decis.*308. *numer* 4.*in fin.eadem part.*1.*in recent.* interuenire etiam debet scientia, & patientia illorum, qui ex hac status mutatione præiudicium recipiunt, vt fuit dictum in dicta Lucana Iurispatronatus de Podiis coram R. P. D. Dunozetto, vbi sequendo decisionem illam in Perusina sancti Besignati coram Cardinali Pamphilio fuit dictum requiri in patronis scientiam collationum factarum ab Ordinario, vti de libero ad effectum vt censeatur acquisitus status libertatis.

*Oliuerius Beltramianus.*

---

## Anconitana Attentatorum.

*Veneris* 27. *Nouembris* 1609.

### ARGVMENTVM.

Inhibitio causat attentata, nec est agendum de illius iniustitia, nec de subreptione commissionis, quia debet adiri Signatura pro reformatione, & interim abstinendum est ab exequutione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Attentata sunt gesta post inhibitionem.*
2 *Inhibitio præsentata vni ex aduersariis, qui est procurator aliorum, afficit omnes.*
3 *Inhibitio causat exequutionem ex post factam attentatam non obstantibus tribus conformibus, & etiam si exequutio de nouo esset facienda.*
4 *Inhibitio præsertim Rotalis causat attentata, siue iusta, siue iniusta.*
5 *Subreptio commissionis non attenditur in Curia propter facilem recursum ad Signaturam pro reformatione.*
6 *Et ideò interim ab exequutione propter inhibitionem est abstinendum.*

## DECISIO CCCCXXXV.

ATtentata sunt clara, † quia facta post inhibitio- 1
nem Rotæ, *cap.non solùm. in fin. & c. Romana.* §.
*quod si obiciatur. de appellat.in* 6. relaxatum enim fuit
mandatum die 19. Maij præteriti, & die 20. † fuit 2
præsentata inhibitio in Curia vni ex aduersariis, quæ

afficiebat etiam alios, cùm esset eorum procurator,
a ª Cæsar de Grass. *decis.6.num.3.de caus.poss. & propr.* &
dicta dies 20. fuit Mercurij, quando scribuntur literæ,
quæ transmittuntur ad Ciuitatem Anconitanam, & vt
ex fide docetur, die 24. fuerunt iuxta solitum distri-
butæ, & consignatæ literæ in d. Ciuitate, & nihilomi-
nùs die 25. fuit in vim d. mandati carceratus vnus ex
istis Tudertinis, contra quos erat directum, & die 26.
fuit facta executio super animalibus, & aliis bonis,
quæ animalia 4. Iunij aduersarij conduci fecerunt ad
Hospitium, & poni sub hasta: Adest etiam asportatio
grani, & alia, de quibus per informantes pro Tude-
rtinis non solùm in spretum inhibitionis, sed etiam con-
tra decretum prouisionale. Non obstat, quod ex aduer-
so obiicitur de iustitia mandati, & iniustitia inhibitio-
nis, quia quoad iustitiam mandati, quando illud fuisset
3 legitimè obtentum, non facit cessare attentata, † cùm
executio etiam trium conformium post inhibitionem
sit attentata, vt latè per Lancell. *de attent.post inhib.am-
pliatione 6.* & est reuocanda, quamuis de nouo propter
b iustitiam decreti esset facienda, ᵇ Caput. *dec.131. licèt
vbi tenuta.lib.1.in manuscrip.* plenè Lancell. *vbi supra de
4 attent.ampl.17.* De iustitia autem † inhibitionis non est
agendum, cùm inhibitio præsertim Rotalis siue iusta,
siue iniusta timeri, & seruari debuisset, Put. *decis.395.
lib.2.* Caputaquen. *decis.93.part.2.* Cæsar de Grass. *d.de-
5 cis.6.num.2.* Minùs etiam facit, quod dicitur † de subre-
ptione commissionis, quia illa non attenditur in Cu-
c ria, ᶜ Cott. *decis.113.* poterant enim, & debebant adire
Signaturam pro reformatione quando fuisset subrepti-
6 tia, † & interim abstinendum ab exequutione propter
inhibitionem, Lancell. *ampl.6.num.2.*

*ANNOTATIO.*

a Et quòd sufficiat inhibitionem fuisse intimatam procuratori ad effectum attentatorum, dixit Rot. in Bobiens. Parochialis coram Cardinali Sacrato impress. penes Marches. *de commiss.tom.1.fol.963.* contrarium tamen videtur sensisse Rot. in Tusculana Siluarum 15. Martij 1619. coram R.P.D. Cauallerio.

b Rot. *decis.117.num.4* inter impress. penes Zacch. *de obligat. Camer. & decis.670. num.3. part.2. in recent.* fuit dictum in Senogalliens. Bonorum 14 Aprilis 1617. coram R.P.D. Remboldo. in quibus omnibus decisionibus Rot. dixit inhibitionem Rotalem causare attentata, etiam si in illis casibus dictarum decisionum constaret non esse de iure locum appellationi.

c Idem dixit Rot. in Romana Census 2. Iunij 1602. coram R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Æsina Bonorum.

*Lunæ 15. Iunij 1609.*

Argumento non eget.

*SVMMARIVM.*

1 *In legitima est computandum, quod pater soluit Fisco pro filio: distingue, prout sub num.2.*

### DECISIO CCCCXXXVI.

DVbitaui, an constaret Petro Francisco ratione le-
gitimæ, vel eius supplementi aliquid deberi, ita
vt alienatio bonorum per eum facta sustineatur, quod
dubium habuit plures inspectiones discutiendas. Do-
mini tamen solùm resoluerunt legitimam non fuisse in
1 totum consumptam, † quia, esto quòd eius pater ali-
quid pro eo Fisco soluisset, quod esset imputandum in
legitima filij, ª certum est, quòd solutio non æquabat, a
nec absorbebat integram legitimam, quod manife-
stè patet, eo quia Ioannes Franciscus porrectis pre-
cibus Communitati Æsinæ, ad quam tunc spectabant
confiscationes super confiscatione suæ legitimæ, obti-
nuit solutis 40. Florenis vlteriùs non molestari. Vnde
quando fuissent soluti illi 40. floreni, quod non con-
stat, non esset proculdubio soluta integra legitima, quia
aliàs non esset aliquam gratiam consequutus.

*ANNOTATIO.*

a Aut pater soluit voluntariè Fisco pro filio, & solutum 2
non imputatur in legitimam, aut soluit coactè, puta, quia erat fideiussor, vel ex Statuto loci erat obligatus soluere, & tunc imputatur in legitimam, Surd. *decis.167.n.10.* Peregr. *de fideicomm. art.36. sub num.37.& 38.* & hanc distinctionem sequuta fuit Rot. in Romana legitimæ 18. Maij 1616. coram R. P. D. Verospio, & in eadem 31. Maij 1617. coram Cardinali Sacrato.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domus.

*Lunæ 16. Nouembris 1609.*

ARGVMENTVM.

Comprehensi in inuestitura vigore clausulæ (*constituti*) dicuntur habere veram possessionem, qua non priuantur per auocationem factam à Iudice, imò debet Iudex possessionem, & sequestrum relaxare ad illorum fauorem.

*SVMMARIVM.*

1 *Constitutum contentum in inuestitura transfert veram possessionem in omnes in inuestitura comprehensos, & latius num.5.*

2 *Constitutum operatur, quòd constitutariis competat omne remedium possessorium, & num.6. vbi de possessorio retinenda, & reintegranda.*

3 *Sequestrum necessarium mediante auocatione per Iudicem ad se facta non priuat possessione.*

4 *Sequestro, seu auocationi possessionis non est locus, quando possessio alterius partis est clara, & non est timor scandali, & num.7.*

### DECISIO CCCCXXXVII.

DOmini dixerunt possessionem domus per Iudi-
cem auocatam esse relaxandam ad fauorem Pru-
dentiæ, quia est comprehensa in inuestitura, in cuius
instrumento collegium Anglorum constituit se possi-
dere ad fauorem omnium nominatorum, † per quod 1
constitutum fuit in eos translata vera possessio, ª *leg.* a
*quod meo, & ibi notat. ff. de acquir. poss. leg. quædam mulier,*
vbi gloss. Bart. Bald. Ang. & alij, *ff. de rei vend.* † qua 2
mediante competit constitutariis omne remedium
possessorium, Dec. Pedemont. 133. *numer.7.* † Posses-
sioni autem Prudentiæ in nullo fuit præiudicatum per
auocationem, quia hæc est natura sequestri necessarij, b
ᵇ Bar. *in leg.interesse.num.4.ff.de acquiren.poss.* Cardinal. 3
*in clem. vni. numer.32.de sequestr.poss.& fruct.* † Et cùm 4
possessio ipsius esset clara, & non esset timor scandali,
non erat locus auocationi factæ per Iudicem, ᶜ Specul. c
*de libel.concept.§.nunc videndum. num.14.* Bal. *in l.ordi-
narij.num.9.in fin. Cod. de rei vend.* Guidop. *quæst.578.*
& tantò magis, quia constat de eius bono iure ex de-
cisione, & sententia Rotali.

*ANNO*

*ANNOTATIO.*

5 a Possessio per constitutum translata licèt dicatur translata per modum fictum, tamen possessio est vera, Thesaur. *decis.38. in princ.* Aldou. qui plures refert *cons. 69. num. 43.* & aliis decisionib. relatis dixit Rot. in Bononien. de Bologninis 11. Decembris 1619. coram R.P.D. Verospio: & non solùm procedit in corporalibus, sed etiam in incorporalibus, Rot. *decis.764. sub num.2. par.1. in recent.* & ideò
6 constitutario † ratione constituti competit manutentio etiam aduersus constituentem, Rot. *decis.153. num.4.* inter impress. penes Picum ad Statut. Vrbis, & etiam resoluit Rot. in Bononien. de Gozad. 4. Iunij 1618. coram R. P. D. Remboldo. Item etiam constitutario competit actio spolij. Rot. *decis.31. num.3.* inter impress. penes Zacch. *de obligat. Camer.* & fuit dictum in Auinionen. separationis Thori 1. Iunij 1606. coram R. P. D. Marquemontio, & demum quòd constitutum operetur translationem possessionis ad quoscumque effectus, dixit Rot. *in hac decisione,* & plures cumulat Mart. *in suo claus. par.1. claus.10. num.4.*

b Sequestrum necessarium non priuat possessione, de quo latè dixi *supra ad decis.9.*

7 c Constito † de alterius possessione certa, illa non est sequestranda, nec est auocanda possessio; sed est inhibendum alteri parti, ne molestet possessorem, vt firmatur in hac decisione, & vltra hic allegata dixit Bald. *cons.244. lib. 3.* Capic. *decis.96. num.11.* latè Rot. *decis.293. sub num.8. par.1. in recent.* & hoc procedit etiam si adesset metus armorum, & timor scandali, Capic. *d. decis.96. num.11.* Grat. *cons.10. num.11. lib.1.* videtur tamen circa hoc contrarium sensisse Rot. *in decis.513. sub num.4. par.1. in recent.* dum ibi præsupposita possessione vnius partis dixit non potuisse per Iudicem auocari possessionem ad euitanda scandala, quia non erat iustificatus timor scandali; vnde tacitè Rot. *ibi* sensit, quòd si fuisset iustificatus dictus timor, licita fuisset auocatio; sed ad hoc responderi potest, quòd non licet ex dictis Doctorum, & per consequens etiam decisionum arguere à contrario sensu.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana responsionis.

*Mercurij 1. Iulij 1609.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio est danda docto de possessione, ad quam probandam sufficit vnicus testis, & successor in beneficio potest ad d. effectum iuuari ex possessione prædecessoris.

### *SVMMARIVM.*

1 *Manutentio in quasi possessione exigendi annuam responsionem est danda docenti de d. possessione exigendi.*
2 *Testis vnicus sufficit in manutentione.*
3 *Testis vnicus sufficit in iudicio summariissimo manutentionis.*
4 *Successor in beneficio ex sola possessione prædecessoris potest petere manutentionem.*

### DECISIO CCCCXXXVIII.

1 INformante tantùm D. Galasso de Campis resolutum fuit esse illi † dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi barilia 8. vini, prout fuerat priùs resolutum contra Angelam Mazonam, dum esset in possessione Vineæ, de qua agitur. Constat enim de quasi possessione tàm ex iuribus productis contra d. Angelam, quæ fuerunt de nouo producta contra Marmitram aduersarium, quàm ex testibus tunc examinatis, ex quibus vnus repetitus fuit, cùm alij essent mortui, & propterea benè intrant dicta in decisionibus factis contra Angelam tàm super actu exactionis, quàm super
2 identitate Vineæ. † Testis enim vnicus sufficit pro obtinenda manutentione in hoc summariissimo possessorio, a Menoch. *de retin. remed. vlt. sub num. 34.* Paleott. a
*decis. 22.* & dixit Rota in vna Lucana pensionis 4. Iunij 1584. coram Cardinali Lancellotto, & in aliis sæpissimè, multò magis iuncta depositione illorum, qui propter mortem non potuerunt reperi ex iuribus productis. Nec refert, quòd solutiones fuerint factæ Rectori prædecessori, quia sunt etiam factæ D. Galasso moderno Rectori. † licèt satis fuisset prædecessorem fuisse 3
in quasi possessione, vteo mortuo posset successor exigere, cùm interim possessio remanserit penes Cappellanum, b Abb. *in c. cum super. num. 18. & 20. de caus. possess. & propr.* & fuit sæpè in Rota decisum, & signanter b
in vna Romana Cappellaniæ S. Mariæ Magdalenæ 24. Februarij 1576. coram Lauretano, & in vna Aretina iuris visitandi 26. Iunij 1592. coram bo. me. Gypsio.

*ANNOTATIO.*

a Gratian. † *discept. Forens. cap.425. nu. 56.* Rot. *decis.323. sub num.2.* inter impress. penes Farinac. *post 2. lib. consil.* vbi dicitur sufficere vnicum testem etiam minùs idoneum, & fuit dictum in Lucerina beneficij 6. Februarij 1609. coram R. P. D. Caualerio, & in Romana pensionis domus 15. Decembris 1617. coram R. P. D. Buratto. 4

b Et dixi *supra ad decis.246.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Sponsionum.

*Veneris 13. Nouembris 1609.*

### ARGVMENTVM.

Referens est attendendum magis, quàm relatum etiam in materia pendente à voluntate partium. Societas non potest contrahi super re non existente, sed requiritur subiectum, & alia, de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Relatum non referens est attendendum.*
2 *Referens vbi aliter loquitur, quàm relatum, attendendum est relatum.*
3 *Amplia procedere etiam in materia, in qua referens habet potestatem disponendi; quia censetur ita disposuisse per errorem reprobata opinione contraria, & num.13.*
*Referens attenditur etiam si non constat de relato, quando dispositio est certa, & pendet à libera facultate disponentis, & nu. 13.*
4 *Societas super re non existente contrahi non potest, nec dari potest participatio eius, quod non est.*
5 *Non entis nulla sunt qualitates.*
6 *Testis vnicus non probat plenè etiam in facto proprio, & num.14.*
7 *Creditor debet retinere penes se scripturam continentem debitum, non autem debitor.*
8 *Compensatio præsumitur, quòd fuisset opposita ad euitandam solutionem, si debitor ex alio capite fuisset creditor.*
9 *Succurrendum magis est ei, qui agit de damno euitando, quàm alteri tractanti de lucro faciendo.*
10 *Dolus excluditur ex errore etiam iniusto.*
11 *Error concernens factum alienum est iustus.*
12 *Succedenti in ius alterius cadit iustus error.*

### DECISIO CCCCXXXIX.

SEntentias esse iustas Domini nullo contradicente resoluerunt, iustitia autem redditur clara ex decisionibus in causa factis, cùm enim, vt in eis dicitur, apocha, in qua Arnaldus admisit in socium Maroldum expressè se referat ad schedulas in illis verbis (*& alter-*

1 *mento,come in dette polize ſi contiene*) † attendendum eſt,
quid contineatur in ſchedulis relatis,non quid ſcriptum
ſit in apocha referente, *l.ſi ita ſcripſero.ff. de cond. & de-
monſtr. Authen. ſi quis in aliquo. C. de edendo.cap. Abba-*
2 *ti.de verb.ſignif.* Pariſ. *conſ.9 1. num. 22. lib. 1.* † & vbi
referens aliter loquitur , quàm relatum, reſpiciendum
eſt ad relatum,Caſtr. Aret. Alex.& alij cumulati à Surd.
3 *conſ.3 13.num.50.* † Non obſtat , quod dicitur hoc non
procedere , quando referentes habent poteſtatem diſ-
penſandi , quia quicquid dicant Alciat. & Bertazz. ex
aduerſo allegati,verior,& receptior eſt ſententia, quòd
etiam tunc ſit inſpiciendum relatum , nam vbi apparet
in eo aliter contineri , quàm ſit expreſſum in referente,
a expreſſio præſumitur ab errore proceſſiſſe, [a] Alex. *con-
ſil.9. ſub num.12.lib.5.* Dec. *conſ.63.ſub num.16. verſ.&
licèt referens.*Rip. *in l.admonendi.num.36. ff.de iur. iuran.*
Pariſ. *conſ.7.num.5 lib.3.* Curt.iun *conſ.92.num.10. cir-
ca med.*Bellon. *conſ.23. poſt num.3.* Neuiz.*conſil.12.nu.
10. circa med.* Aym. *conſ. 956. num. 3. & 4.* Menoch.
*conſ.1.n.95.* & tenuit Rota in pluribus cauſis relatis in
deciſione in hac cauſa facta 19. Nouembris 1607. co-
ram D. meo Ortembergo. Vlteriùs non eſt verum,
quòd verſemur in referente rem, de qua partes potue-
runt diſponere , quia quòd iniretur ſocietas ſuper ſche-
dulis affirmatiuis , quæ non extant in rerum natura,
4 non pendet à voluntate partium , † quia ſocietas ſuper
re non exiſtente contrahi non poteſt, *l. verum. in fin. ff.
pro Soc.*& cùm Arnaldus nollet de ſuo in aliquo teneri,
ſed tantùm facere Maroldum participem de lucro pro-
ueniente ex cædulis affirmatiuis nullo exiſtente lucro,
5 non poterat fieri aliqua participatio , † cùm non entis
nullæ ſint partes , *l. eius qui in prouincia. in fin. ff.ſi cert.
pet.* Cùm autem exhibitæ ſint non ſolùm ſchedulæ ne-
gatiuæ, quarum cauſa Arnaldus ſoluit ſummas in ſpon-
ſionibus contentas,ſed etiam contrà ſchedulæ affirma-
tiuæ, Maroldus autem non doceat de ſchedulis affirma-
tiuis, nec de aliquibus contrà ſchedulis negatiuis quæ
affirmatiuas contrarias arguant, apparet de manifeſto,&
palpabili errore.Non obſtat depoſitio Caroli Oſten.te-
ſtis inducti ab Arnaldo ſuper recognitione cædularum,
qui ſuper interrogatoriis dicit cædulas affirmatiuas re-
manſiſſe penes Conradum fratrem Arnaldi , quia omiſ-
ſa ſuſpicione, quæ contra ipſum oritur ex eo, quòd no-
luit ſe examini ſubiicere, niſi priùs Arnaldus declararet
penes acta ſe non vſurum illo examine contra ipſum,eſt
6 vnicus , † & plenè non probat etiam in facto proprio,
b [b] Achill.*deciſ.3.de teſt.*Caput. *deciſ.171.num.3.par.3.*fuit
dictum in vna Ianuen. matrimonij 16. Maij 1583. co-
ram bo.mem. Cardinali Seraphino , & cùm priùs di-
xerit, quòd ludendo cum Conrado ipſe ſuſtinebat par-
tem affirmatiuam , & Conradus negatiuam , dum po-
ſtea deponit cædulas negatiuas manſiſſe in manibus
ſuis , & affirmatiuas in manibus Conradi, deponit vel
contraria , vel admodum inueriſimilia , quia in ſpon-
ſionibus affirmans debet tenere , & conſeruare cædu-
las affirmatiuas , vt veniente caſu , & purificata condi-
tione poſſit illas exigere , & è conuerſo negans negati-
uas ; hoc enim vltra quòd ſemper ita fuit ſeruatum, eſt
7 etiam rationi, & iuri conſonum , quia † ſcriptura con-
tinens creditum debet eſſe apud creditorem,non autem
apud debitorem,*ad notata in l.plures apochæ.C.de fid.in-
ſtrum.* Nec etiam facit, quòd alij teſtes dicant ſponſio-
nes negatiuas,& affirmatiuas fuiſſe factas ab eiſdem per-
ſonis, nam primus non deponit, quòd fierent cum eiſ-
dem perſonis , imò dicit hoc ignorare,ſecundus,& ter-
tius non dicunt, quòd ſub eadem quantitate fierent af-
firmatiuæ , & negatiuæ cum eiſdem perſonis, quia pe-
nitus ignorant quantitatem , & certum eſſet multùm
inueriſimile, quòd eodem tempore inter eaſdem par-
tes in eadem ſumma fierent affirmatiuæ , & negatiuæ
ſponſiones, quia tamquàm contrariæ ſe inuicem elide-
rent,fieret circuitus inutilis , idem eſſet facilius etiam ,
& promptius reſtitutio , vel laceratio cædularum , &
quòd iſto caſu Arnaldus non habuerit à Carolo cædu-
las affirmatiuas, patet, qui Carolus negatiuas non exe-
giſſet ab Arnaldo , ſi Arnaldus ab eo habuiſſet affirma-
tiuas , † fuiſſet enim locus compenſationi , quam veri- 8
ſimiliter appoſuiſſet ad euitandam ſolutionem , vel ſal-
tem ſi ſoluiſſet , exegiſſet etiam ipſe affirmatiuas. Nec
dicendum eſt, quòd Arnaldus eas ſecretò exegerit in
fraudem Maroldi , quia vltra quòd hoc non eſt præſu-
mendum,vt dicitur in deciſione Domini mei Ortem-
bergi, Carolus, qui auſus eſt deponere de cædulis affir-
matiuis, depoſuiſſet etiam de earum ſolutione , ſi facta
fuiſſet.Nec poteſt eſſe locus prætenſis damnis, & inte-
reſſe , quia Maroldus nihil damni pati potuit, & minùs
lucri iacturam facere ex eo , quòd non eſſet particeps
ſocietatis cædularum affirmatiuarum, cùm nulla fuerit
ſocietas inita ſuper affirmatiuis cædulis non extantibus,
& vbi aliquod lucrum conſiderari poſſet , ſanctiùs,† & 9
meliùs eſt Marold. non lucrari , quàm Arnaldum dam-
no affici,*l.at ſi quis.§ ſed ſi adita ff.de relig.& ſumpt. fun.*
Paul.de Caſtr.*conſ.106.in fin.lib.1.* Aym. *conſ.33.nu.24.
in fin.*Non etiam poteſt,vt ex aduerſo prætenditur con-
ſiderari aliquis dolus in Arnaldo, quia cùm appareat de
errore , ex quo aliter repertum fuit in cædulis relatis,
quàm eſſet ſcriptum in apocha referente , Signorol.
*conſil. 257. circa princ.* cum ſuperiùs adductis , † error 10
etiam iniuſtus excludit dolum,*l.ſed,& ſi ſæpè. ff. de pet.
hered.l.igitur.ff.de lib.cauſ.*Corn.*conſ.181.ſub nu.8 lib.3.*
Aym.366.*nu.35.* quamuis † in caſu iſto ſit iuſtus , cùm 11
ſit facti alieni, *l.fin.ff.pro ſuo.l.verius ff.de probat.* & ſuc
ceſſerit † in ius alterius,*l.qui in alterius.ff.de reg.iur.*Quæ 12
de varietate cædularum dicuntur, ſunt ſublata in deci-
ſione D. Ortembergi.Alia benè tolluntur ex d.deciſio-
ne, & ex traditis per informantes pro parte Arnaldi.

### ANNOTATIO.

a Mantic. † *deciſ.352.num.2.*Rot.*deciſ.121.num.6.par.1. diuerſ.* 13
& fuit dictum in Reatina Cenſus 27. Nouembris 1617.
coram R. P. D Buratto, Surd.*conſ.362.ſub nu.8.* Peregrin.
*de fideicommiſ.art.16.ſub num.111.*& in hac materia relatio-
nis hoc ſolùm operatur libera facultas diſponendi,quòd
ſtandum eſt diſpoſitioni referentis , etiamſi non conſtet
de relato,quando diſpoſitio referens eſt certa , & deter-
minata,Dec.*conſ.63.nu.6.verſ.nec obſtat.*Ferret.*conſ.86.n.6.*
Riminald.iun.*conſ.88.num.14.*Seraph.*deciſ.1083.num.2.*
b Rot. ſequitur opinionem , quòd † teſtis deponens de fa- 14
cto proprio plenè non probat,Seraph.*deciſ.558.num.5.*op-
timè Rot.*deciſ.244.nu.2. & 3.par.1.in recent.*& fuit dictum
in Romana releuationis indemnitatis 7.Maij 1612.coram
R. P. D. Pirouano ; ſed ſolùm facit pluſquàm ſemiple-
nam probationem , & iunctis adminiculis plenè probat,
de quo *ſupra dixi ad deciſ.351.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Boianen. Penſionis.

*Veneris 4. Decembris 1609.*

### ARGVMENTVM.

Agitur,quando ſit factus locus decreto annullatiuo penſionis propter exactionem factam ante literarum expeditionem.

### SVMMARIVM.

1 *Penſio quando prætenditur annullata ob exactionem factam ante literarum expeditionem , probari debet exactio.*

2 *Et talis exactio non probatur ex confeſſione penſionarij ſi talis confeſſio fuit à titulari impugnata,& ſuper impugnatio*

*pugnatione obtinuit.*

*Pensio exacta literis non expeditis est nulla, de quo latè sub num.8.*

6 3 *Probationes, quæ non fuerunt sufficientes ad probandam exactionem in iudicio manutentionis, multò minus sufficere debent ad probandam exactionem ad effectum annullandi pensionem.*

4 *Exactio pensionis ante expeditionem literarum non probatur facta ex data relaxationis literarum in Plumbo, quia possibile est, quòd post Plumbationem in Plumbo permanserint, & sub num.5.*

5 *Expeditæ censentur literæ statim quòd sunt Plumbatæ.*

6 *Annata non soluitur, quando literæ expediuntur sub narratiua intrusionis, sed fit obligatio de illam soluendo post habitam possessionem iuxta stylum Cancellariæ.*

7 *Pensio aliud est, quòd sit cessa, & aliud est, quòd sit cessa commoditas, & fructus; nam commoditas potest cedi potentiori, quicquid sit de ipsa pensione.*

## DECISIO CCCCXL.

PRætendebat Euangelista Camerarius pensionem fuisse à principio nulliter reseruatam, & quatenus validè, ex post facto fuisse annullatam, ideò super vtraque prætensione dato dubio fuit super vtraque contra ipsum resolutum. Nullitas enim ab initio deducta ex eo, quòd fuerit reseruata cum præsupposito, quòd Marius resignans habuerit ius in beneficio, & tamen contrarium fuerit per tres sententias declaratum, fuit plenè sublata in decisione facta in hac causa: 5. Ianuarij 1603. coram R. P. D. meo Decano, in qua fuit dictum sententias non fuisse latas super eo, quòd Marius ante resignationem ius non haberet super beneficio, sed quòd habere desijsset per resignationem per ipsum factam, licèt ipse prætenderet illud non fuisse à se abdicatum propter resignationem non legitimè publicatam à resignatario, imò in ea decisione fuit dictum constare de iure Marij ad effectum validitatis pensionis, & respondetur abundè omnibus, quæ hodie iteratò pro parte Camerarij obijciuntur, quæ responsiones Dominis placuerunt. Annullatio autem prætensa ob exactionem
1 pensionis ante literarum expeditionem † ex decreto in
a reseruatione apposito [a] cessat, quia, vt fuit dictum coram Illustrissimo Cardinali Millino 27. Iunij 1603. deficit probatio exactionis, & quòd exactio sit facta ante expeditionem literarum. exactio enim non probatur ex
2 confessione Marij ex aduerso allegata, quia talis confessio fuit à Camerario impugnata, & super impugnatione obtinuit, Innoc. & alij *in c. mulieris. de iur. iuran.* Alex. *in l.2. num.27. vers. hanc conclusionem*, vbi Rip. *nu.21. C. de edend.* Boer. *decis.289. n.8.* Caputaq. *decis.197. par.1.*
3 Ad quietantias etiam respondetur in d. decisione, † & esset mirum, quòd probationes, quæ non fuerunt sufficientes ad probandum exactionem pro obtinendo mandato de manutenendo in quasi possessione exigendi in Rota, hodie sufficerent pro annullanda pensione; in omnem euentum non probatur, quòd exactio processerit ante expeditionem literarum, vt bene deducitur in
4 d. decisione, & † attestatio relaxationis literarum in Plumbo non probat, quòd per priùs non fuerint expe-
5 ditæ, † quia censentur expeditæ statim, quòd fuerunt
b Plumbatæ, [b] Sarn. *in reg. de non iud. iux. form. suppl. quæst.1. sub num.5. vers. est tamen vlterius*, & dixit Rota in vna Gadicen. Beneficij 20. Octob. 1578. coram Brauo, & in Bisuntina Pensionis de anno 1603. possibile autem est, quòd literæ post Plumbationem in Plumbo permanserint, & data relaxationis literarum non probat datam Plumbationis. Minùs etiam concludit negatiuam expeditionis literarum alia attestatio, quæ datur circa solu-
6 tionem annatæ, † quia potuerunt literæ expediri sub narratiua intrusionis alterius, & sic absque solutione annatæ facta obligatione de illam soluendo post habitam possessionem iuxta stylum Cancellariæ. Non obstat, quod dicitur de cessione pensionis facta à Mario Monasterio tanquàm potentiori, quia † non fuit cessa 7
pensio ipsa, & titulus, sed tantùm commoditas, & fructus, nec cessionarius hoc casu dici potest potentior cedente, vt plenè deducunt informantes pro fratribus sancti Dominici, qui benè etiam respondent alijs ex aduerso deductis, vltra quòd non concernunt nullitatem pensionis, de qua hodie quæritur sed nullitatem cessionis, quæ sunt satis diuersa.

### *ANNOTATIO.*

a Pensio † exacta literis non expeditis est nulla stante decreto apponi solito (*vigore literarum Apostolicarum desuper conficiendorum, nec antea, aliàs præsens pensio sit nulla*) latè Garz. *de benef. par.2. cap.2. nu.43. & seq.* Mantic. *decis.286. & decis.300.* vbi fuit dictum nullam causam in hoc casu excusare à nullitate pensionis, & dixit etiam Rot. in Veronen. Pensionis coram Card. Millino impres. penes Marches. *de commis. tom.1. fol.611.* vbi fuit dictum non suffragari expeditionem factam post exactionem, & in eadem causa coram eodem, in d. decisione impress. penes eundem Marches. *de commis. eod. tom.2. fol.627.* in qua fuit resolutum, quòd titularis poterat dare de nullitate d. pensionis, & quòd post extinctionem pensionis non erat amplius locus purgationi moræ etiam de consensu titularis, quia consensus partium nihil operatur in materia validitatis pensionis, nisi interueniat etiam auctoritas Papæ. Ad istum autem effectum literæ dicuntur expeditæ, si fuerint Plumbatæ, vt firmatur *in hac decisione nu.5.* & vltra hic alleg. Mohed. *decis.3. num.1. de procur.* Cassad. *decis.4. num.3 super regul.* Mandos. *in reg.8. quæst.3.* Garz. *de benef. par.4. cap.2. num.56.* qui alios refert, & fuit dictum in Bisuntina Pensionis 4. Iunij 1603. coram Cardinali Sacrato. 8

b De quo supra in annotatione antecedenti.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## M...inen. Canonicatus.

*Veneris 4. Decembris 1609.*

### ARGVMENTVM.

Resignatio beneficij, ad cuius titulum resignans est ordinatus, est nulla non facta in supplicatione mentione de hac qualitate, & vtrum hoc habeat locum in resignatione ex causa permutationis beneficij congrui.

### *SVMMARIVM.*

1 *Resignatio est nulla, quando resignatur beneficium, ad cuius titulum resignans fuit promotus non facta mentione de hoc in resignatione, & latiùs num.9.*

2 *Hoc procedit etiam in resignatione ex causa permutationis iuxta resolutionem Sacræ Congregationis.*

3 *Sed ab hac resolutione fuit postea recessum, & fuit dictum permutationem tenere, si permutans assequutus fuit possessionem pacificam alterius beneficij ad sui congruam sustentationem sufficientis.*

4 *Hæc tamen declaratio intelligi debet, dummodo possessio sit valida, secus si sit nulla, & inualida, & quæ statim auocari potest.*

*Prouisus de Curato in forma dignum non potest apprehendere possessionem, nisi postquàm est approbatus ad curam animarum, & sub num.5.*

5 *Possessio, quæ non potest retineri, sed statim auocari potest, non habetur pro possessione.*

6 *Et maximè quando possessio requiritur in aliqua dispositione ad effectum talem, qui requirit continuationem.*

7 *Possessio iniustè capta in odium eius, qui eam accepit, habetur pro bona.*

8 *Clericus non potest renunciare iis, quæ concernunt priuilegium clericalis ordinis.*

## DECISIO CCCCXLI.

ANnibal Bonella Canonicus Ecclesiæ Mutineñ. permutauit Canonicatum cum Rectoria Ecclesiæ Parochialis S. Apollinaris diœcesis Ferrarieñ. quam obtinebat Bernardus Viola; Bernardus habuit collationem Canonicatus cum pensione; Annibal autem repertus non idoneus ad exercendam curam fuit reiectus, & propterea cùm non potuerit consequi Parochialem, induxit litem in Rota coram bo. mem. Litta pro recuperatione Canonicatus, & inter alia dedit de nullitate re-
1 signationis † ex eo, quòd in supplicatione non fuisset narratum ipsum ad titulum d. Canonicatus fuisse or-
a dinatum, prout exprimi debuit, ᵃ iuxta dispositionem
2 Concilij Trident. *in c. 2. sess. 21. de reformat.* † quam locũ habere in resignatione ex causa permutationis Sacra Congregatio interpretum d. Concilij in hac causa consulta respondit, qua declaratione habita bo. me. Litta sententiam reintegratoriam ad possessionem d. Canonicatus tulit ad fauorem Annibalis, quæ fuit per Dominum meũ Lancellottum cõfirmata, & vigore rei iudicatæ executioni demandata; contra quã rem iudicatã obtinuit Bernardus committi causam restitutionis in integrum, & pro causa restitutionis hodie allegatur, quòd Annibal assequutus fuit pacificam possessionem
3 parochialis, quod sufficit † iuxta vltimam resolutionem Sacræ Congregationis, quæ declarauit præcedentẽ resolutionem nõ procedere, quando permutans dimisso beneficio, ad cuius titulum ordinatus fuerat, assecutus est pacificam possessionem alterius beneficij ad sui cõgruam sustentationem sufficientis, propterea dubitaui, an constet de causis restitutionis in integrum, & fuit negatiuè resolutum, quia vltra quòd vt aliquibus Dominis videbatur, non probatur concludenter possessio parochiæ, quia testes de partibus fuerunt in Rota habiti pro non legitimè examinatis, & testes examinati in Curia nihil releuans probant, quia non concludunt super administratione Ecclesię, sed deponũt de certis actibus particularibus tãtùm, qui videntur potuisse fieri etiã à non habentibus titulũ, ita vt ex eis non posset inferri ad administrationem parochialis, & integræ, aut maioris partis fructuum perceptionẽ. Sed quando esset concludenter probata possessio Annibalis, ea tamen nõ releuaret in casu, de quo agitur, quia fuisset capta absque eo, quòd fuisset approbatus ab Ordinario ad curã animarum, prout priùs approbari debuisset, cùm haberet gratiam in forma dignam, imò postea examinatus ab examinatoribus Synodalibus, vti repertus non idoneus fuit reprobatus, vt probatur à fide Vicarij, quam coadiuuant literæ Episcopi Ferrarien. scriptæ ad Cardinalem, hoc ipsum narrantes, & fuit semper pro constanti habitum in Rota, & pro fundamento sententiarum Rotalium, licèt hodie per aduersarium videatur talem redu-
4 ctionem controuertere. Hinc patet prætensam† possessionem vti nullam, & inualidam non esse talem, vt in ea verificari possit declaratio Sacræ Congregationis, quæ proculdubio intellexit de valida possessione, non de inualida, *l. 4. §. condemnatum*, vbi Bart. *ff. de re iud. l. non putauit. §. non quadam*, & ibi etiam Bart. *ff. de re iud.* Rom. *cons.* 199. *n.* 3. Nat. *cons.* 401. *num.* 54. cum latissimè cu-
5 mulatis à Surd. *cons.* 1. *nu.* 14. *& plur. seqq.* † & de ea, quæ possit retineri, non de ea quæ statim ab ipso auocari potuisset, *l. non videtur. ff. de acq. poss. l. si pro patre. §. verum. ff. de in rem vers.* Rimin. sen. *cons.* 203. *nu.* 14. præsertim,
6 quia † Sacra Congregatio non considerauit nudum factum possidendi, sed respexit illius effectum, nempè congruam sustentationem permutantis, vt in ea legitur, vnde cùm ex d. possessione auocabili, & peritura non posset sequi effectus à d. Sacra Congregatione, & ab ipso Concilio prætensus, sequitur, non sufficere possessionem noui facti, sed acquiri possessionem validam aptam producere d. effectum, Bart. *in l. quod ergò, §. cùm autem factum ff. de his, qui not. infam.* Surd. *vbi supra num.* 20. Non obstat, quòd† possessio iniustè capta in odium 7
eius, qui eam accepit, pro bona habeatur, & operetur suos effectus, *iuxta tex. in cap. cum qui. de preb.* quia hic non agitur de præiudicio Annibalis cui posset renunciare, sed de priuilegio ordinis Sacerdotalis, ne in eius vilipendium, & dedecus cogatur mendicare, quod considerauit Sacrum Concilium, dum fecit talem prouisionem, † illis autem, quæ concernunt priuilegium 8
clericalis ordinis, Clericus non potest renunciare, *iux. not. in cap. si diligenti, & cap. significasti. de for. compet. & in cap. contingit. de sent. excommunicat.*

### ANNOTATIO.

a Beneficium † ad cuius titulum quis fuit ad sacros Ordines promotus, non potest resignari, nisi fiat mentio expressa, quòd ad titulum d. beneficij fuit promotus, Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 36. & 39.* Garz. *de benefic. par. 2. cap. 5. num. 192. & seq.* Gonzal. *super regul. 8. glos. 5. §. 10. nu. 35.* Mantic. *de tacit. lib. 25. tit. 7. sub num. 44.* Grat. *discept. Foren. cap. 159. num. 3. & seq.* & fuit dictum in Aretina Plebis 4. Decembris 1600. coram Cardinali Millino relat. per Garz. *de benef. par. 2. cap. 5. num. 438.* & hæc expressio requiritur de forma, & ideò non potest impleri per æquipollens, Gonzal. *super reg. 8. glos. 5. §. 10. num. 35.* Garz. *de benef. p. 2. cap. 5. num. 193 & 194.* Rot. *decis. 614. par. 4. in nouissimè impress.* & fuit dictum in d. Aretina Plebis; an autem seruari debeat hæc forma etiam in resignatione ex causa permutationis, vide Grat. *disceptat. Forens. cap. 159. num. 3.* Mantic. *de tacit. lib. 25. titul. 7. num. 44.* vltra deducta in hac decisione. 9

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana census de Celsis.

*Veneris 27. Nouembris 1609.*

### ARGVMENTVM.

Resoluitur censum passiuè pertinere ad quandam hæreditatem, & per consequens hæredes teneri ad illius solutionem pro rata.

### SVMMARIVM.

1 *Census, qui ab initio passiuè ad vnum spectabat, remanet eiusdem naturæ, quamuis sit translatus de vno corpore ad aliud.*
2 *Et tantò magis, quando translatio fuit facta ex causa, & facto eiusdem met originalis debitoris.*
3 *Hæres tenetur pro rata ad solutionem debiti hæreditarij, & nu. 5.*
4 *Scriptura non recognita potest recognosci, imò si aliundè habet adminiculum veritatis forsan non indiget recognitione.*
*Hæredes plures non tenentur nisi pro rata, etiamsi alter ex his non esset soluendo, num. 5.*

## DECISIO CCCCXLII.

FVit conclusum solutionem census pro medietate spectare ad D. Isabellam, & pro alia medietate ad D D. de Celsis aduersarios; fundamentum resolutionis fuit, quia hoc est debitum hæreditatis Ioannis Celsi senioris. Constat enim ex quietantiis, & partitis librorum ipsius, quòd possidebat domum, seu apothecam sitam in regione Parionis in via Palamantelliorum grauatam onere soluendi scuta 10. cum dimidio Cappellę S. Ioannis Baptistæ in Ecclesia S. Barbaræ. Apparuit etiam dictam Ioannam emisse quandam vineam extra

por

portam Flamineam ab Andrea Frumento, ad cũius pre-
rij computum d. domum dedit nulla facta mentione
oneris soluendi censum, ita vt propterea Siluius Saota-
crucius Rector prædictæ Cappellæ post mortẽ Ioannis
egerit contra eius hæredes, & contra possessores domus
pro deuolutione, quo iudicio pendente per transactio-
oem initam inter dd. hæredes, & Rectorem Cappellæ,
fuit oous ceosus à supradicta domo translatum in aliam
domum hæreditariam sitam in via, quæ dicitur (*alle bot-*
1 *teghe oscure*) & census fuit auctus vsque ad summã du-
catorum duodecim. Ex qua facti serie apparet † onus
census, quod ab initio fuit ipsius Ioannis super domo ad
Palamantellios, dici hæreditarium, quamuis translatum
ad aliam domum tùm ex regola subrogationis, *l. si eum,*
*§ qui insuriarum ff. si quis caut. d. l. 1. § hac actio. ff. si quis te-*
*stam. lib. esse inf. fu.* & est text. in terminis *in l. pater filium.*
2 *in princ ff. de leg. 3.* † tùm quia translatio facta fuit ex cau-
sa, & facto Ioaonis, qui domum primam, vti liberam, &
exemptam ab omui onere alienauit, vnde perinde est, ac
si ab ipsa Ioanoa fuisset facta. *d. l. pater filium. in 1. resp.* &
ibi Bart. *nu.* 1. latè Molin. *de primoge. Hispan. lib.* 1. *c.* 10. *nu.*
25. *& seqq.* qui loquitur in censu de vna re fideicõmissi
ad aliam translato cum aliis adductis per informantes
3 pro D. Isabella Si debitum est hæreditarium d. Ioaonis, †
sequirur D. Isabellam vti hæredem Laurentij teneri ad
solutiooem pro dimidia, & pro alia dimidia Dominos
a aduersarios [a]. Non subsistit, quòd Laureotius solus
transegerit cum Rectore, quia transegit etiam nomine
Celsi fratris, à quo habebat mandatum, vltra quòd trans-
egit ex causa, & debito hæreditario, quod ad vtrumque
cohæredem pertinebat. Noo obstat, quod pro parte D.
Isabellæ dicitur, istud onus esse reale, & sequi debere
domum, quia non inde resultat, quòd non sit hæredita-
rium, & nõ spectet ad omnes hæredes pro portione hæ-
reditatis, prout etiam non obstat, quòd domus non fue-
rit diuisa, tantò enim magis unus erit commune hære-
dibus. Minùs etiam facit D. Isabellam habuisse scuta
5000. pro debitis hæreditariis solutis per Laurentium,
quia posset applicari, si onus istud solutioni fuisset ab
eo redemptum, aut accollatum, quorum neutrum fuit
factum. Non obstat, quod dicitur, quietantias, & alias
scripturas non esse recognitas, neque io forma proban-
4 ti, quia † si non sunt recognitæ, possunt recognosci, &
in eis lucet veritas ex conuenientia, quam habent cum
domo assignata venditori vineæ cum transactione, &
aliis.

*ANNOTATIO.*

5 a Hæredes non † tenentur, nisi pro rata hæreditaria, &
vnus non potest insolidum pro toto credito conueniri,
Vincen. de Franch. *decis.* 203. *nu.* 1. benè Gomes. *de indiuis.*
*tom.* 2 *ca.* 10. *nu* 3. Grat. *discept. Forens. ca.* 16. *num.* 7. Surd. *cons.*
415. *nu.* 13. *in fi. &* 14. quod procedit etiam, si alter cohæres
non esset soluendo, Gomes. *d. cap.* 10. *sub num.* 3. *vers. & pro-*
*cedit etiamsi.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Fauentina Bonorum.

*Veneris 27. Iunij 1609.*

ARGVMENTVM.

Mater potest filiis secundi matrimonij plus re-
linquere quàm filiis primi, & an, & quando
censeatur illis reliquisse contemplatione vi-
ri, & alia plura de hac materia, de quibus in
Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Filiis secundi matrimonij plus potest relinqui, quàm fi-*
*liis primi, iuxta opinionem aliàs à Rot. firmatam, &*
*de nouo comprobatam.*

2 *Hoc procedit etiam si sit superstes alter coniux pater, seu*
*mater filiorum secundi matrimonij.*

3 *Filiis secundi matrimonij non censetur relictum contem-*
*platione patris, sed eorum contemplatione.*

4 *Nepoti legitimo ex filio illegitimo censetur relictum con-*
*templatione ipsiusmet nepotis non filij incapacis.*

5 *Pater non acquirit vsumfructum in bonis relictis per*
*matrem filiis secundi matrimonij.*

6 *Item nec quando filius alteri filio, & respectiuè fratri do-*
*nat causa mortis de consensu patris.*

7 *Patri non acquiritur vsusfructus in bonis relictis filiis,*
*quando adest legis prohibitio, nec quando dispositio*
*aliàs redderetur inutilis.*

8 *Mater relinquens filiis secundi matrimonij non cense-*
*tur relinquere contemplatione viri, si probetur non*
*fuisse benè affecta erga virum.*

9 *Mater potest priuigno relinquere legatum alimentorum*
*in casu necessitatis, etiam si habeat filios primi matri-*
*monij, & non propterea præsumi debet reliquisse con-*
*templatione viri.*

10 *Legatum alimentorum relictum in casu necessitatis non*
*habet locum, quando legatarius habet patrem,*
*qui potest alere.*

11 *Pater non potest alere filium, si non habet facultates con-*
*gruas.*

12 *Legatum factum secundo viro tenet, quando est factum*
*pro lucro dotis in vim Statuti.*

DECISIO CCCCXLIII.

DOmini noluerunt recedere à resolutione in hac
causa facta 24. Maij 1604. & in illa satis cõtrouersa
quæstione, an † liceat relinquere plus filiis secundi ma- 1
trimonij, quàm primi, placuit opinio affirmatioa [a] fir- a
mata in decisione, quam etiam prius amplexa fuit Rota
in illa Bononiens. hæreditatis corã Illustrissimo Cardi-
nali Blanchetto, quæ vt verior, ita eriã videtur receptior
ex authoritatibus adductis in decisione, & aliis citatis
per informates pro Vrsolina, præsertim quia inter Do-
ctores, qui pro coottaria opinione numerantur, aliqui
loquuntur in priuigno, nõ in communibus filiis, plures
etiam in donatione facta à matre, quam maritus, & pater
respectiuè stipulatus est pro filiis, quæ habet particula-
rem suspicionem ob interpositam personam patris, vt
per Aym. *cons.* 40. *ad fin.* Non placuit distinctio, quæ da-
tur ex aduerso de marito mortuo, & viuo, quia licèt eo
mortuo res magis de plano procedat ad fauorem filio-
rum secundi matrimonij. † nihilominus adhuc eo viuo 2
idem concluditur, & DD. simpliciter loquuntur nõ ha-
bita tali distinctione, imò multi loquuntur in casu, in
quo maritus erat viuus, prout Ang. *cons.* 285. *in secundo*
*dub.* Paul. de Castr. *cons.* 150. *libr.* 2. Alciat. *cons.* 17. *num.* 7.
*lib.* 2. Aym. *d. cons.* 40. *in fin.* Boer. *decis.* 200. *num.* 5. & alij
adducti per informãtes. Minùs etiam subsistit, quòd vi-
uo marito eius cõtemplatione censeatur filiis relictum,
quia † imò quando relictum factum est filiis viuis cen- 3
setur eorum contemplatione factum, vt benè declarat
Castr. *d. cons.* 150 *col. fin. vers. nos loquimur.* Ruyo. *cons.* 112.
*num.* 8. *circa med. lib.* 1. & comprobatur ex doctrina Bart.
*in l. Gallus, § quod si is, sub num.* 3. *in tertio casu,* vbi Ias. *nu.*
21. *&* 24. qui de communi, *ff. de lib. & posthum.* † quòd 4
institutio facta de nepote legitimo, & naturali ex filio
illegitimo, quando aliud non exprimitur, & præsumi-
tur facta contemplatione nepotis, non filij. Nec est in-
ferendum ad vsumfructum patri debitum in bonis ad-
uentitiis filij, † quia isto casu non quæritur, imò ex ve- 5
risimili mente instituentis, vel legantis censetur pro-
hibitus, vt fuit firmatum in decisione *ex auth.* Paul. de
Castr. & Ruyn. *vbi supra,* quibus additur Bertrand. *in*
*d. l. hac edictali. sub nu.* 18. *vers. vel etiam fortè, & cons.* 115.
*num.* 3.

*num. 3. lib. 7.* prout etiam in præallegato casu concludit
Bart. communiter receptus *in d. §. quòd si is. in fine*. Facit,
quòd fuit præteritis diebus dictum in vna Cametinens.
6 donationis coram R. P. D. Marquemontio, † quòd ad
hoc, vt valeat donatio causa mortis facta à filio alteri fi-
lio de consensu patris, vsusfructus non acquiritur patri;
7 † Acquisitio enim vsusfructus, quæ fit patri ex legis di-
spositione non fit contra aliam legis prohibitionem, nec
quando causa acquisitionis est iusta, vt benè per Socin. *in
d. §. quòd si is, sub num. 20. vers. sed hic considerat*, & quan-
do dispositio aliàs redderetur inutilis, perinde est, ac si
vsusfructus esset patri expresse prohibitus, Surd. post
alios, quos allegat *cons. 16. nu. 56.* Et prædicta tantò ma-
8 gis † procedunt in casu nostro, cùm Laura testatrix, vt
dicunt testes pro Vrsolina examinati, non esset benè af-
fecta erga virum suum, ita vt nullo modo possit dici,
quòd fuerit contemplata persona ipsius viri, Bert. *in d.
l. hac edictali. nu. 10.* & fuit dictũ in decisione. Non obstat
legatum priuigno factum, quia in eo cessat omnis suspi-
9 cio fraudis, † tùm quia fuit legatum alimentorum in ca-
su necessitatis, & sic ex causa pietatis, tùm quia constat,
quòd non fuit factum contemplatione mariti, quo casu
non potest dubitari de fraude, vel cautela aliqua, Bert.
*d. l. hac edictali. nu. 18.* cum aliis, quos refert, & sequitur
Thesaur. ex aduerso allegatus *decis. 170. num. 32.* Constat
autem non solùm ex eo, quòd maritus erat illi odiosus,
sed etiam quia ex huiusmodi legato alimẽtorum nil re-
dũdare potest in maritum. Nam aut maritus potest pri-
uigno alimenta præstare, & non intrat legatum, quod
10 fuit factum in causam meræ necessitatis, † in quo non
dicitur constitutus, quando habet patrem, qui potest
alere, Soc. *in cons. 134. nu. 33. & seq. lib. 1.* Surd. *de aliment.
11 tit. 1. qu. 23. nu. 11. & 12.* † aut verò non potest, quia est
pauper, & cùm in isto casu non teneatur, *l. præses, C. de
seruit. & aqu.* ex legato facto priuigno in nihilo releua-
tur, & nullum sentit commodum. Subsistit etiam deci-
12 sio † quoad legatum factum secundo viro, quia factum
est pro lucro dotis in vim Statuti continentis expressam
derogationem *d. l. hac edictali*, & cessat difficultas reser-
uata in decisione, cùm hodie constet ex publico instru-
mento de quantitate libr. 4. mil. data per Lauram iuxta
narrata in testamento. Ex quibus, & aliis adductis per
informantes Domini steterunt in decisis.

*ANNOTATIO.*

a Hanc eandem opinionem tenuit Rot. *in decis. 432. num. 7.
par. 1. diuers.* Surd. *consil. 94. num. 68. & 69.* & latè quæstio-
nem hanc tractat Vincen. de Franch. *decis. 435. per tot.* Thes.
*decis. 170.*

---

## Romana Census.

*Lunæ 9. Iunij* 1608.

### ARGVMENTVM.

Fideiussor census non remanet liberatus ex eo,
quòd Papa transtulerit censum de vno cor-
pore ad aliud, quia remanet idem census, &
solùm mutatur subiectum.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussores census per translationem factam de vno
corpore ad aliud non remanent liberati, & sub num.
5. & 7.*

2 *Fideiussor vti principalis, & principaliter obligatus in-
solidum respectu creditoris non reputatur fideiussor,
sed principalis, & num. 8.*

3 *Fideiussor qui accessit pro vna re, non censetur pro alia
obligatus.*

4 *Fideiussor census, qui prætendit se liberatum propter ex-
tinctionem census, excluditur ab hac prætensione al-
legando non constare de extinctione.*

5 *Census impositus super re fideicommisso subiecta, licèt
pro non imposito habeatur in præiudicium fideicom-
missarij, secus tamen est quoad grauamen illius, qui
illum imposuit.*

6 *Fideiussor in materia pensionis liberatur translata pen-
sione, quia pensio translata est noua, antiqua penitus
extincta, de quo vide etiam sub num. 9.*

### DECISIO CCCCXLV.

FVit conclusum fideiussores † non fuisse liberatos per 1
Motum proprium Clem. VIII. hoc enim non opera-
tur vis subrogationis, vt prætenditur, ª quia contrarium a
fuit in alio censu resolutum 20. Iunij 1602. præsertim † 2
quia fideiussores, se obligarunt insolidum vti principa-
les, & principaliter, quo casu respectu creditorum non
sunt fideiussores, ᵇ Bart. *in l. reos, ff. de duob. reis* Aretin. b
*cons. 33. num. 8.* Put. *decis. 58. in fin. lib. 3.* fuit dictum in
in vna Romana Dohanæ salis 10. & 11. Iunij 1581. co-
ram Lauretano. Non obstat, quòd fideiussor, † qui ac- 3
cessit pro vna re, non censeatur pro alia obligatus, quia
iura, & Doct. ad hoc allegati loquuntur, quando agere-
tur de extensione obligationis, & Gabr. *cons. 43. num. 8.
lib. 1.* & Surd. *decis. 212. n. 2.* & alij, qui ex aduerso allegan-
tur in terminis subrogationis non loquuntur de subro-
gatione, sed prout alij de extẽsione, & ab extensione nõ
benè infertur ad subrogationem, per quam non augetur
obligatio fideiussorum, præsertim quia, vt infra dicetur,
subrogatio fuit facta quoad effectum, & exercitium
hypothecarum, & non quoad substantiam censuum,
quia illa remansit in primo fundo: Vnde nullo modo
agitur de extendenda obligatione fideiussorum ad alios
census diuersos à primis. Non etiam possunt dicere se li-
beratos † ex prætensa extinctione censuum, quia de hac 4
extinctione nullibi legitur in verbis Motus proprij,
quod sufficere deberet ad eius exclusionẽ, vt dicit Rot.
in vna Romana census 27. Ianuarij 1603. coram R. P. D.
Sacrato, nec sequitur ex allegata subtractione, & libera-
tione fundi, † quia licèt Castrum Nomenti fuerit libe- 5
ratum ab hypothecis, ita vt super eo nulla cõpetat actio,
non tamen sequitur, quòd fuerint extincti census, &
remanserint sine fundo; hoc enim factum fuit fauore
Principis emptoris, & † facit. quod dixit Rota in Roma- 6
na de Alexiis 5. Iunij 1585. coram Illustrissimo Cardina-
li Seraphino de censu imposito super re fideicommisso
subiecta. qui licèt pro non imposito habeatur in præiu-
dicium fideicommissarij, secus tamen est, quoad grauatũ,
qui illum imposuit, constituendo differentiã, an census
deficiat in forma, *iuxta not. in l. cùm lex.* vbi Ang. *sub nu.
5. ff. de fideius.* & propterea dixerunt Domini census re-
mansisse super eodem fundo in præiudiciũ Vrsinorum,
& fideiussorum, & quod in alia decisione fuit dictũ de
translatione, debere intelligi quoad effectum, & exer-
citium actionum realium, vt ea possint, & debeãt dirigi
contra bona subrogata, non contra bona liberata, non
autem quoad formam, & substitutionẽ, quia illa reman-
sit in bonis, super quibus fuerunt impositi, & hoc benè
conuenit intentioni Papæ, quæ fuit (vt in Motu proprio
dicitur, & legitur in decisione Cardinalis Millini) ita
consulere Principi emptori, vt creditoribus nõ inferret
præiudicium. † Non obstat decisio Oxomens. pensionis 7
coram Litta, nam ibi fideiussor non obligabatur in pen-
sione translata, ᶜ quia pensio translata est noua, anti- c
qua penitus extincta, vt sæpiùs fuit resolutum: in tran-
slatione autem, de qua agitur, remanet idem cẽsus quo-
ad formam, & substantiam; licèt sint translatæ actiones,
& hypothecæ, & ideò non est necessarius nouus cõsen-
sus, & noua obligatio fideiussorum. Non obstat, quòd
subrogatio respectu creditorũ, & quoad hypothecas sit

facta

facta ad ſcuta 76.mil.iuxta deciſionem Illuſtriſſimi Millini,quia in ea non negatur tranſlatio ad bona, de quibus io inſtrumento venditionis,& ſuot verba clara Motus proprij. Vltrà quòd hoc noo pertinet ad creditores cenſuum, quia ad quæcunque bona ſit facta tranſlatio hypothecarum, ſufficit ipſis, quòd cenſus non fuerint extincti, & quòd ex hoc capite fideiuſſores non fuerint liberati, non enim tollitur electio creditoribus agendi potius cootra fideiuſſores principales, & principaliter obligatos, quàm contra bona ſubrogata: ipſi poſtea fideiuſſores videbuut contra quæ bona pro eorum releuatione agere poſſint, & debeant. Alia benè tolluntur per ioformantes.

### *ANNOTATIO.*

a Tranſlato cenſu de vno fundo ad alium, fideiuſſorea non remanēt liberati, vt firmatur in hac deciſione, Gratian. *diſceptat.Forenſ.ca.*113.*num.* 81. *& ca.* 450. *num.*16.ſicut etiam tranſlata penſione de vno beneficio ad aliud, remanet eadem omnino obligatio ad fauorem Penſionarij; cùm non agatur de noua obligatione inducenda, ſed de veteri conſeruanda, Gratian.*d.cap.*454.*nu.* 11. vbi deciſiones Rotæ refert. An autem tranſlata Penſione in diuerſam perſonam fideiuſſor liberetur, dicam *infra ſub litera C.*

8 b Crauet.† *conſ.*77.*num.*3.*verſ.hoc ita.* Vinc.de Franch. *deciſ.* 55.*nu.*8 Surd. *conſ.*150.*num.*57.*verſ.hoc verum eſt.* Rot.*deciſ.* 553.*nu.*7.*par.*2.*diuerſ. & deciſ.*18. *ſub num.* 3. inter impreſſ. penes Zacch.*de ſociet.offic.*

9 c Deciſionem † Oxomenſ. allegatam in hac deciſione refert per extenſum Garz. *de beneſ. par.*1.*cap.*5. *num.* 247. & vide etiam circa eandem materiam aliam deciſionem Segobienſ.penſionis coram Corduba impreſſ. penes Garz. *dict.c.* 5.*nu.*28. vbi dicitur, quòd manet obligatio fideiuſſoris etiam ad fauorem tranſlatarij poſt tranſlatam penſionem, refert, & ſequitur Gratian. *diſceptat. Forenſ.* 454. *num.*14.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommiſſi de Iuſtinis.

*Mercurij* 10. *Decembris* 1608.

### ARGVMENTVM.

Reuocatio teſtamenti non condito alio teſtamento an,& quando teneat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum vt reuocetur, requiritur aliud teſtamentum cum hæredis inſtitutione, vel quòd teſtator caſſando teſtamentum dicat velle ab inteſtato decedere.*

2 *Limitatur non procedere vbicumque reuocatio facta eſt fauore venientium ab inteſtato.*

3 *Et ad hunceffectum non eſt neceſſe,quòd teſtator in reuocatione expreſsè dicat, quod velit decedere ab inteſtato, ſed ſufficit,quod tacitè colligatur illum velle decedere inteſtatum.*

4 *Inter ſuccedentes ab inteſtato ſufficit quodcumque voluntatis teſtatoris indicium.*

5 *Clauſula codicillaris operatur, quòd cenſeantur venientes ab inteſtato tacitè vocati.*

6 *Clauſula codicillaris operatur, vt reuocatio teſtamenti teneat abſque eo, quòd ſequatur declaratio voluntatis decedendi ab inteſtato.*

7 *Et præſertim quando eſt adiecta clauſula*(omni meliori modo.)

8 *Reuocatio teſtamenti tenet,quando eſt facta verbis prægnantibus,etiam ſi expreſsè non dicat teſtator, quòd velit ab inteſtato decedere.*

9 *Teſtamentum non eſt ſuſtinendum contra expreſſam voluntatem teſtatoris, qui illud expreſsè reuocauit.*

10 *Teſtamenti reuocatio eò magis eſt ſuſtinenda, quando in eo filij erant inæqualiter inſtituti, & attentata reuocatione æqualiter ſuccedunt.*

11 *Teſtamenti reuocatio eò facilius admittitur, quando apparet, quòd illud proceſſit ex quadam indignatione teſtatoris.*

12 *Teſtamenti reuocatio faciliùs intrat,quando non agitur de reuocanda inſtitutione, ſed de reuocatione legatorum,aut fideicommiſſorum.*

13 *Obſeruantia in materia reuocationis teſtamenti eſt attendenda.*

### DECISIO CCCCXLVI.

Deceſſit R.P.D.Coſmus Iuſtinus inſtitutis hæredibus Archihoſpitali Orphanorum, & Monaſterio Sanctæ Catherinæ,cootra quæ inſurrexerunt DD. Hieronymus & Dominicus ex fratribus nepotes prætendentes fuiſſe factum locum fideicommiſſo Hieronymi Iuſtini ſenioris Aduocati Conſiſtorialis ipſorum aui in teſtamento per eum confecto ſub die 3. Octobris 1574. hæredes autem excipiebant inter alia dictum teſtamentum, ſeu prætenſum in eo fideicommiſſum fuiſſe reuocatum ex quadā diſpoſitione,ſeu declaratione per ipſum Hieronymum facta 12.Aprilis 1548. Ideo dubitaui extra Rotam 29.Ianuarij 1607.& 10.Decembr.1608.an conſtet de aliqua reuocatione d.teſtamenti anni 1547.quæ ſuffragetur hæredibus d.R.P.D.Coſmi,& fuit concordi Dominorum ſentētia reſolutum affirmatiuè. Quia licet
ſententia Bar.*in l.ſi iure,ff.de leg.*3.quòd † ad effectum,vt 1
teſtamentum reuocetur, requiratur aliud teſtamentum
cum hæredis inſtitutione,vel quòd ille,qui teſtatus fuit
caſſando teſtamentum dicat velle ab inteſtato decedere, videatur receptior, [a] ex Clar. & aliis cumolatis per a
informantes pro DD.Iuſtinis,in quam videtur inclinaſſe
Rota in cauſa Peruſina hæreditatis 26. Martij 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, ea tamen non
procedit, † vbicumq; reuocatio facta eſt fauore venien- 2
tium ab inteſtato,Dec.*conſ.*582.*ſub nu.* 1. *verſ. ſecundum
quod principaliter.* Corn.*conſ.*149.*ſub num.*6.*verſ. & maximè.lib.*2. Rub.Alex.*conſ.*41.*ſub num.*5.*verſ. ideò videtur.*
Socin.iun.*conſ.*145.*ſub nu.*7. *verſ. ſed in propoſito, & ſub
nu.*8.*verſ.& licèt Bar.lib.*2.tacitè enim tunc videntur inſtituti venientes ab inteſtato,& eorum aditione adeptio
hæreditatis confirmatur, *l. ſi quæſita. ff. de hæred. inſtit.*
Bart.*in d.l.ſi iure.ſub num.* 3. qui licèt loquatur, quando
teſtator expreſsè in reuocatione dixit, quod volebat decedere ab inteſtato,attamē † nihil intereſt,quòd expreſ- 3
sè dicat,vel quòd tacitè colligatur eum velle inteſtatum
decedere,Barb.*conſ.*60.*ad fin.verſ.reſpondeo, quòd licèt expreſsè lib.*2.Alex.*conſ.*30.*nu.*5.*circa med.lib.*3.Bero.*conſ.*4.
*nu.*4.*circa med.verſ.& hanc vltimam opinionem.lib.*2.Soc.
iun.*vbi ſupra.*Illuſtriſſimus Card.Mantica *de coniect. vlt.
volunt, lib.*2.*tit.*15.*nu.* 20. *circa med.* † quia ſufficit inter 4
ſuccedentes ab inteſtato quodcunque voluntatis indicium,vt in noſtris terminis dicit Alex.*conſ.*104.*num.*3.*in
fin. lib.* 2. Quod autem Hieronymus fecerit reuocationem in gratiam venientium ab inteſtato, benè probatur, dum in reuocatione dixit, quòd ſi Aſcanius, &
Pompeius non erunt viri probi, quòd ipſius teſtamentum primum ſit in ſuo robore, igitur in ſenſu contrario voluit eos ſuccedere ab inteſtato ſi eſſent probi, vt
benè deducitur per informantes, & ſufficit quocunque
modo appareat voluiſſe decedere ab inteſtato, Bero.*ibi.*
Voluntas etiam ſic decedendi cogitur ex clauſula codicillari † per quam venientes ab inteſtato tacitè cenſen- 5
tur vocati, Couar. *in rub. de teſtamen. par.* 2. *colum. pen.
verſ.quòd ſi in ſecundo teſtamento.*& propterea † hanc clau- 6
ſulam in voluntate reuocatoria ſufficere abſque eo,
quòd ſequatur declaratio voluntatis decedendi ab inteſtato,tenuit Bar *in d.l.ſi iure nu.*5.Dilect. *de art. teſtan.
tit.*10.*cautel.* 3.*nu.*4.Anchar.iun. *quæſt.* 70.*num.*5.*par.*3.

† præ

7 † præsertim cum sit etiã adiecta clausula ( *omni meliori*
*modo*) Bal.*cons*.389.*nu*.6.*lib*.5. Paris.*cons*.10.*num*.23.*lib*.3.
Ruyn.*cons*.11.*sub nu*.14.*vers. nam ex quibuscunque*.*lib*.2.
Anchar.*d.quæst.sub nu*.7. Et tantò magis videbatur Do-
8 minis fuisse recessum à prædicto testamento † stante
prægnantia verborum reuocationis (*cassauit, annullauit,*
*& illud pro irrito,nullo,casso,& non facto ex nunc in omni-*
*bus, & per omnia haberi voluit* ) vlterius etiam repetendo
clausulam (*cassans*,&c.) Quæ prægnantia verborum effi-
cit,vt non solùm constet de cõtraria Hieronymi volun-
tate, sed etiã quòd volebat decedere ab intestato,vt per
Bero.*d.cons*.4.*nu*.4.*circa med.ver.& hanc vltimam opinio-*
9 *nem* , † cùm enim manifestissimè appareat eum à primo
testamẽto voluisse recedere, absurdum, & irrationabile
esset illud sustinere cõtra explicitam eius voluntatem,vt
benè deducit, & comprobat Illustrissimus Mantica, *vbi*
10 *supra n*.22.† Tantò etiã magis,quia in priori testamento
fuerunt filij exhæredati, inæqualitérque instituti, & per
hanc reuocationem æqualiter succedunt,Paul.de Castr.
*in Auth.hoc inter liberos.nu*.3.*C. de testam*. Alex.*cons*.104.
11 *nu*.4.*&* 5.*lib*.2.Et quia testamentum prædictum † vide-
tur processisse ex quadam indignatione , quam habebat
cum aliquibus ex suis filiis , & in hac vltima voluntate
apparet , quòd remiserat præterita , licèt præcaueret de
futuris malè gestis,vt per Soc.iun.*d.cons*.145.*nu* 3.*in fin.*
12 *& nu.seq*.Eò etiam libentiùs † Domini fuerunt pro re-
uocatione , quia non agitur de reuocanda institutione,
sed fideicommisso.Doctrina enim Bart.superiùs allega-
ta procedit in institutione, non autem in legatis , aut fi-
deicommissis,vt declarat ipse *ibi nu*.2.*in fi*.Alex.*in l.san-*
*cimus nu*.8.*in fin.C.de testam.& cons*.30.*nu*.9.*lib*.3.Berous
qui dicit non vidisse contradictorem *d.cons*.4.*n*.8.Surd.
*consil*.120.*nu*. 11.faciunt tradita per Crotum *in l. re con-*
13 *iuncti, nu*. 65.*ff. de leg*.3. † Accedit obseruantia clara ex
diuisione inter filios Hieronymi , & aliis actibus benè
deductis per informantes,ex quibus liquidò constat di-
ctos filios gessisse se pro hæredibus æqualibus , & loca
pia instituta in testamento nunquam se intromisisse in
hæreditate Hieronymi,quod, vt congruit successioni ab
intestato, ita expressè repugnat dispositioni dicti testa-
menti.Ex quibus omnibus simul iunctis fuit resolutum
constare de reuocatione testamenti Hieronymi facti de
anno 1547.

*ANNOTATIO.*

a Circa materiam huius decisionis est videndus Gratian. *discept*at.*Forens.ca*.558.*& ca*.763.in quibus locis plenè illam discutit,& infinitos DD.cumulat.

---

## Romana census scut. 18. millium.

*Lunæ* 11.*Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Soluens creditoribus sui creditoris quando liberetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatus soluere creditoribus non liberatur soluendo posterioribus, quando habet notitiam anteriorum.*
2 *Obligatio subsequens non nouat præcedentem.*

### DECISIO CCCCXLVII.

FVit resolutum partitæ scutorum quatuor millium solutorum Garzonio non esse habendam rationem ad excludendum Ducem S. Poli, quia ipse est creditor non solùm anterior, sed etiam potior ex causa fideiussionis ad fauorem Fabij, & Virginij Vrsini super quibusdam censibus præstitis de anno 1591.creditum verò
Garzonij quam habeat originem ignoratur,solùm fit de
eo mentio in instrumento venditionis Castri Nomenti,
non habet instrumentum, neque hypothecam , & pro-
pterea † Princeps Perettus soluendo Garzonio dictam 1
partitam non potuit consequi liberationem à credito
Ducis anteriore,stante scientia dicti crediti, a Paul. de a
Castr.*in l.vltim.*§.*& si præfatam.num*.4.*C.de iur. delib*. &
dixit Rot.in hac causa 26. Nouembris 1601.& 5. Maij
1603.coram Illustrissimo Cardinali Millino.Sciẽtia au-
tem est clara,quia creditum, pro quo agit Dux,erat de-
scriptum in lista tradita ab Vrsinis , & licèt decisiones
præfatæ dicant Principem soluendo posterioribus cre-
ditoribus descriptis in lista non fuisse liberatum, & po-
tuisse molestari ab anterioribus non descriptis , attamen
idem dicendum respectu descriptorum, quòd non po-
tuerit soluere posterioribus descriptis in præiudicium
anteriorum pariter descriptorũ, quia viget eadem, imò
maior ratio propter scientiam,quam habuit Princeps de
anterioritate nominatorum in lista,quæ non poterat re-
spectu omissorum haberi. Non obstat instrumentum
promissionis factæ à Principe ad fauorem Ducis 27.Fe-
bruarij 1595.† quia illud non innouauit obligationem a
eiusdem factam de anno 1594. quia tamen pro parte
Principis adesse dicuntur creditores anteriores Duci,
qui etiam ipsum molestant,ita vt quando deberet itera-
tò solui ista partita,non esset soluenda Duci. Propterea
Domini reseruarunt videre cui sit soluenda.

*ANNOTATIO.*

a De quo latè Phanut. *de inuent. inter tract.diuers.de inuent. quæst*.242.*nu*.136.*&* 137.

---

## Romana Incendij.

*Veneris* 15. *Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Ignis præsumitur ibi ortus, vbi primùm visus est, maximè concurrentibus coniecturis, & adminiculis, de quibus in decisione, & incendium quando præsumatur culpa inhabitantium.

*SVMMARIVM.*

1 *Ignis origo ibi præsumitur,vbi primùm repertus fuit.*
2 *Præsertim quando concurrunt adminicula.*
3 *Ignis origo indiciis, & coniecturis probatur.*
4 *Ignis non præsumitur accensus culpa inhabitantium, quando fuit repertus in alia domo.*

### DECISIO CCCCXLVIII.

DOmini steterunt in decisis constare ignem ortum
habuisse in apotheca D. Vincentij circumscripto
tamen effectu , quia ex eo , quòd † ignis primùm visus 1
fuit in apotheca D. Vincentij, surgit præsumptio origi-
nis,Alex.& alij *in decis*.adducti, quibus additur Catosas-
chus *inter cons*.Calcan.63.*sub num*.2. Quæ præsumptio
quando sola non sufficeret, attamen † fulcita pluribus 2
adminiculis ex dictis testium concludentissimè probat
d.originem,quæ aliàs indiciis , & coniecturis probatur,
Gabr.*cons*.159.*nu*.8.*in fi.& nu.seq.lib*.1.† Maximum au- 3
tem indiciũ inter alia,imò euidentem demonstrationem
faciebat,quòd dum ignis erat in apotheca D.Vincentij,
ipse procurabat,ne penetraret in apothecam D.Patriar-
chæ prohibendo illi aditum ex foraminibus in pariete
communi existentibus cum quibusdam linteaminibus
madefactis, extrahendo fœnum è dicta apotheca, quæ
extractio,& aditus ipsi propter ignem fuit prohibitus in
apotheca propria ipsius Domini Iustiniani. Non obstat,
quòd coniecturæ debeant esse concludentes, quia visæ
sunt

sunt Dominis tales, quæ possint deseruire pro ea probatione, quæ in hac materia haberi potest, & longè su-
4 perant coniecturas ex aduerso deductas. † Illa enim coniectura, seu præsumptio, quòd præsumatur ignis ae-
a census culpa inhabitantium, a vltra quòd tangit effectum, de quo hodie non agitur, procederet in igne reperto in domo Domini Patriarchæ, aliàs enim esset inducere præsumptionem præsumptionis, quòd sit culpa habitantium, & ortus in loco, vbi habitatur. Altera coniectura, quòd præsumatur potiùs ignis processisse in apotheca D. Patriarchæ, quia fœnum erat recens, seu nouum, quod absque causa extrinseca, & ex se aptum est ad comburendum, tollitur, quia testes dicunt, quòd ignis non erat in Apotheca D. Patriarchæ, quando erat in illa D. Vincentij, & fœnum nouum non solet generare flammam, sed inter se comburitur, & quando generasset, flamma penetrasset per foramina in apothecam Domini Vincentij, non è contra, prout dicunt testes. Alia coniectura, seu obiectio, quòd cùm apotheca D. Patriarchæ esset murata ex parte anteriori, non poterat ignis in ea benè videri, pariter cessat, quia testes loquuntur de tempore, quando erat aperta, ac D. Vincentius, & alij erant in ea pro impediendo ingressum igni. Non facit, quod dicitur de vacuo existente retrò apothecam D. Patriarchæ, ex cuius superiori parte possibile sit, quòd ignis fuerit proiectus in fœnum ibi existens, quia istud possibile non attenditur propter coniecturas contrarium suadentes, & quia probatur, quòd de tempore, quando ardebat fœnum D. Vincentij, non erat ignis in apotheca D. Patriarchæ. Non est verum, quòd testes, qui viderunt ignem orientem ex fœno D. Vincentij, non inspexerint fundum, seu apothecam D. Pathriarchæ, quia contrarium conuincitur ex ipsorum lectura. Alia benè tolluntur per informantes.

*ANNOTATIO.*

a De quo hoc dixi *supra ad decis.* 278.

---

## Marianen. Decimarum.

*Veneris* 15. *Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Parochus est manutenendus ex assistentia iuris communis super exactione decimarum intra limites suæ Parochiæ, maximè quando probauit quasi possessionem exigendi. In concursu testium qui sint magis attendendi.

*SVMMARIVM.*

1 *Parochus habet assistentiam iuris communis supra decimis intra limites suæ Parochiæ.*
2 *Quasi possessio generalis exigendi decimas, sufficit pro manutentione alio non possidente.*
3 *Testes deponentes super affirmatiua magis probant, quàm deponentes super negatiua.*
4 *Testes plures numero præualent paucioribus.*
5 *Testes deponentes id, quod ius commune disponit, magis probant, quàm alij.*
6 *Testes deponentes de scientia præferuntur deponentibus de publica voce, & fama*
7 *Testibus deponentibus de facto proprio magis credendum est.*
8 *Testes deponentes specificè præferuntur loquentibus generaliter.*
9 *Immemorabilis non probatur per testes non deponentes cum requisitis, glos.* in cap. 1. de præscript. in 6.
10 *Exceptiones contra testes non admittuntur in possessorio summarissimo. & num.* 11.



### DECISIO. CCCCXLIX.

Rectori dandum esse mandatum de manutenendo super exactione decimarum in locis, de quibus agitur, Domini concorditer resoluerunt, quia vltra assistentiam iuris communis, † a quam habet in existen- 1
tibus intra limites suæ Parochiæ, *c. cùm contingat, c. cùm* a
*in tua, de decim.* probauit per testes generalem quasi possessionem exigendi ab omnibus, † quæ sufficit pro 2
manutentione in quasi possessione exigendi contra Blasium, & Calixtum aduersarios alio non existente in possessione, Ant. de Butr. *in cap. fin. n.* 40. *&* 46. *de caus. possess. & propriet.* Abb. *cons.* 71. *num.* 2. *in fin. par.* 2. Rot. *decis.* 2. *de præscript. in nou.* fuit dictum in Adrien decimarum 25. Iunij 1591. coram Reuerendissimo Pacen. & in Valentioa decimarum 23. Octobris 1598. coram bo. me. Card. Seraphino. Probauit etiam particulariter exactionem ab ipsis aduersariis per eosdem testes, qui bonas causas scientiæ allegant. Non obstant testes contrarij, quia præualent testes Rectoris ex pluribus. Pri-
mò, quia † illi deponunt super negatiua, isti autem su- 3
per affirmatiua, b glos. *in l. diem proferre,* §. *si plures, in* b
*ver. inde quæritur, ff. de arbit. & in c.* 1. *in glos. fin. de præscript. in* 6. Innocent. *in cap. quid per nouale. de verborum*
*significat.* Alex. *cons.* 169. *n.* 12. *lib.* 5. † Secundò, quia testes 4
Rectoris sunt plures, c *cap. licet causam, in vers. ex præ-* c
*missis, de probat. l. ob carmen,* §. *si testes,* & ibi glos. *ff. de*
*testibus, glos. in cap. si testes.* 4. *quæst.* 3. *in glos. magna.* † Ter- 5
tiò, quia eorum depositio consonat cum dispositione
iuris communis, d Innocent. & alij *in cap. auditis, de præ-* d
*script.* Aret. *consil.* 44. *in fin.* Ruyn. *cons.* 35. *sub n.* 1. *lib.* 4.
† Quartò, quia testes aduersariorum deponunt de pu- 6
blica voce, & fama, & testes Rectoris de certa scientia, Alex. *in l. & quid meo,* §. *si vendiderit, n.* 4. *ff. de acquir. en. pos-*
*sess.* Dec. *consil.* 302. *n.* 17. *&* 18. † Præsertim quia aliqui ex 7
testibus Rectoris deponunt de facto proprio, & propterea magis credendum, Aym. *consil.* 99. *n.* 6. Gabr. *de*
*testibus, conclus.* 4. *n.* 20. † Quintò, quia specificè loquun- 8
tur de solutione ab aduersariis facta, contrarij autem generaliter de eorum familia, Alex. *consil.* 350. *n.* 17. *lib.* 5. Aym. *cons.* 94. *n.* 3. Socin. iun. *cons.* 54. *n.* 14. *lib.* 4. Gabr. *d. conclus. n.* 71. Quod dicitur de exemptione, spectat ad petitorium, & testes eam benè non probant, nam
† quoad immemorabilem, vltra quòd non habent æta- 9
tem sufficientem, vt benè deducunt informantes pro Rectore, non deponunt cum requisitis, glos. *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. Exceptiones, quæ dantur contra personas testium Rectoris, Domini noluerunt attendere,
tùm quia visæ sunt leues, tùm quia † in hoc summaris- 10
simo possessorio non dantur obiectus contra testes,
e Capic. *decis.* 55. Couar. *pract. quæst. cap.* 17. *n.* 4. *vers. septi-* e
*mo est.* Rol. *cons.* 8. *n.* 31. *in fin. lib.* 4. & dixit Rot. in Hostien. littoris Maris 10. Decembris 1574. coram Rubeo.

*ANNOTATIO.*

a Assistentia iuris communis an sufficiat pro manutentione dixi *supra ad decis.* 312.

b De quo plenè per Farinac. *de testibus, quæst.* 65. *num.* 20. *& seq.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat hanc conclusionem.

c Idem Farinac. *d. quæst.* 65. *n.* 106. *& seq.*

d Idem *d. quæst.* 65. *n.* 129. *& seq.*

e Seraph. † *decis.* 392. *& decis.* 561. *in princ.* Rot. *decis.* 214. *sub* 11
*n.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 272. *in fin. par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Cusentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram R. P. D. Vbaldo; adeo quòd nec etiam admittitur exceptio, quòd testis sit interessatus, Rot. *decis.* 349. *n.* 2. inter impress. penes Farinac. *post* 2. *lib. consiliorum.*

*Oliuerius Beltreminus.*

7 † præsertim cum sit etiã adiecta clausula ( *omni meliori*
*modo*)Bal.*cons.*389.*nu.*6.*lib.*5.Paris.*cons.*10.*num.*23.*lib.*3.
Ruyn.*cons.*11.*sub nu.*14. *vers. nam ex quibuscunque.lib.*2.
Aochar.*d.quæst.sub nu.*7. Et taotò magis videbatur Do-
8 minis fuisse recessum à prædicto testamento † stante
prægnantia verborum reuocationis (*cassauit, annullauit,*
*& illud pro irrito,nullo,casso,& non facto ex nunc in omni-*
*bus, & per omnia haberi voluit* ) vlterius etiam repetendo
clausulam (*cassans,*&c.)Quæ prægnantia verborum effi-
cit,vt non solùm constet de cõtraria Hieronymi volun-
tate, sed etiã quòd volebat decedere ab intestato,vt per
Bero.*d.cons.*4.*nu.*4.*circa med.ver.& hanc vltimam opinio-*
9 *nem* , † eùm enim manifestissimè appareat eum à primo
testamẽto voluisse recedere, absurdum, & irrationabile
esset illud sustinere cõtra explicitam eius voluntatem,vt
benè deducit, & comprobat illustrissimus Mantica, *vbi*
10 *supra n.*22.† Tantò etiã magis,quia in priori testamento
fuerunt sibi exhæredati, inæqualitérque instituti, & per
hanc reuocationem æqualiter succedunt,Paul.de Castr.
*in Auth.hoc inter liberos.nu.*3.*C. de testam.* Alex.*cons.*104.
15 *nu.*4.*&* 5.*lib.*2.Et quia testamentum prædictum † vide-
tur processisse ex quadam indignatione, quam habebat
cum aliquibus ex suis filiis, & in hac vltima voluntate
apparet, quòd remiserat præterita, licèt præcaueret de
futuris malè gestis,vt per Soc.iun.*d.cons.*145.*nu.*3.*in fin.*
12 *& nu.seq.*Eò etiam libentiùs † Domini fuerunt pro re-
uocatione, quia non agitur de reuocanda institutione,
sed fideicommisso.Doctrina enim Bart.superiùs allega-
ta procedit in institutione, non autem in legatis, aut fi-
deicommissis,vt declarat ipse *ibi nu.*1.*in fi.*Alex.*in l.san-*
*cimus nu.*8.*in fin.C.de testam.& cons.*30.*nu.*9.*lib.*3.Berous
qui dicit non vidisse contradictorem *d.cons.*4.*n.*8.Surd.
*consil.*120.*nu.* 11. faciunt tradita per Crotum *in l. re con-*
13 *iuncti, nu.* 65.*ff. de leg.*3. † Accedit obseruantia clara ex
diuisione inter filios Hieronymi , & aliis actibus benè
deductis per informantes,ex quibus liquidò constat di-
ctos filios gessisse se pro hæredibus æqualibus, & loca
pia instituta in testamento nunquam se intromisisse in
hæreditate Hieronymi,quod, vt congruit successioni ab
intestato, ita expressè repugnat dispositioni dicti testa-
menti.Ex quibus omnibus simul iunctis fuit resolutum
constare de reuocatione testamenti Hieronymi facti de
anno 1547.

*ANNOTATIO.*

a Circa materiam huius decisionis est videndus Gratian. *discept.Forens.ca.*558.*& ca.*763.in quibus locis plenè illam discutit,& infinitos DD.cumulat.

---

## Romana census scut.18.millium.

*Lunæ 11.Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Soluens creditoribus sui creditoris quando liberetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Obligatus soluere creditoribus non liberatur soluendo posterioribus, quando habet notitiam anteriorum.*
2 *Obligatio subsequens non nouat præcedentem.*

### DECISIO CCCCXLVII.

FVit resolutum partitæ scutorum quatuor millium
solutorum Garzonio non esse habendam rationem
ad excludendum Ducem S. Poli, quia ipse est credi-
tor non solùm anterior, sed etiam potior ex causa fide-
iussionis ad fauorem Fabij, & Virginij Vrsini super qui-
busdam censibus præstitis de anno 1591.creditum verò
Garzonij quam habeat originem ignoratur,solùm fit de
eo mentio in instrumento venditionis Castri Nomenti,
non habet instrumentum, neque hypothecam , & pro-
pterea † Princeps Peretrus soluendo Garzonio dictam 1
partitam non potuit consequi liberationem à credito
Ducis anteriore,stante scientia dicti crediti, ª Paul. de a
Castr.*in l.vltim.*§.*& si præfatam.num.*4.*C.de iur. delib.* &
dixit Rot.in hac causa 26. Nouembris 1601.& 5. Maij
1603.coram Illustrissimo Cardinali Millino.Sciẽtia au-
tem est clara,quia creditum, pro quo agit Dux,erat de-
scriptum in lista tradita ab Vrsinis , & licèt decisiones
præfatæ dicant Principem soluendo posterioribus cre-
ditoribus descriptis in lista non fuisse liberatum, & po-
tuisse molestari ab anterioribus non descriptis , attamen
idem dicendum respectu descriptorum, quòd non po-
tuerit soluere posterioribus descriptis in præiudicium
anteriorum pariter descriptorũ, quia viget eadem, imò
maior ratio propter scientiam,quam habuit Princeps de
anterioritate nominatorum in lista,quæ non poterat re-
spectu omissorum haberi. Non obstat instrumentum
promissionis factæ à Principe ad fauorem Ducis 27.Fe-
bruarij 1595.† quia illud non innouauit obligationem 2
eiusdem factam de anno 1594. quia tamen pro parte
Principis adesse dicuntur creditores anteriores Duci,
qui etiam ipsum molestant,ita vt quando deberet itera-
tò solui ista partita,non esset soluenda Duci. Propterea
Domini reseruarunt videre cui sit soluenda.

*ANNOTATIO.*

a De quo latè Phanut. *de inuent. inter tract.diuers.de inuent. quæst.*242.*nu.*136.*&* 137.

---

## Romana Incendij.

*Veneris* 15. *Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Ignis præsumitur ibi ortus, vbi primùm visus est, maximè concurrentibus coniecturis, & adminiculis, de quibus in decisione, & incendium quando præsumatur culpa inhabitantium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ignis origo ibi præsumitur,vbi primùm repertus fuit.*
2 *Præsertim quando concurrunt adminicula.*
3 *Ignis origo indiciis, & coniecturis probatur.*
4 *Ignis non præsumitur accensus culpa inhabitantium, quando fuit repertus in alia domo.*

### DECISIO CCCCXLVIII.

DOmini steterunt in decisis constare ignem ortum
habuisse in apotheca D. Vincentij circumscripto
tamen effectu , quia ex eo , quòd † ignis primùm visus 1
fuit in apotheca D. Vincentij, surgit præsumptio origi-
nis,Alex.& alij *in decis.*adducti,quibus additur Catolas-
chus *inter cons.* Calcan.63. *sub num.*2. Quæ præsumptio
quando sola non sufficeret, attamen † fulcita pluribus 2
adminiculis ex dictis testium concludentissimè probat
d.originem,quæ aliàs indiciis , & coniecturis probatur,
Gabr.*cons.*159.*nu.*8.*in fi.& nu.seq.lib.*1.† Maximum au- 3
tem indiciũ inter alia,imò euidentem demonstrationem
faciebat,quòd dum ignis erat in apotheca D.Vincentij,
ipse procurabat,ne penetraret in apothecam D.Patriar-
chæ prohibendo illi aditum ex foraminibus in pariete
communi existentibus cum quibusdam linteaminibus
madefactis, extrahendo fœnum è dicta apotheca, quæ
extractio,& aditus ipsi propter ignem fuit prohibitus in
apotheca propria ipsius Domini Iustiniani. Non obstat,
quòd coniecturæ debeant esse concludentes , quia visæ
sunt

sunt Dominis tales, quæ possint deseruire pro ea pro-
batione, quæ in hac materia haberi potest, & longè su-
4 perant coniecturas ex aduerso deductas. † Illa enim
coniectura, seu præsumptio, quòd præsumatur ignis ac-
a census culpa inhabitantium, a vltra quòd tangit effe-
ctum, de quo hodie non agitur, procederet in igne re-
perto in domo Domini Patriarchæ, aliás enim esset in-
ducere præsumptionem præsumptionis, quòd sit cul-
pa babitantium, & ortus in loco, vbi habitatur. Altera
coniectura, quòd præsumatur potiùs ignis processisse
in apotheca D. Patriarchæ, quia fœnum erat recens, seu
nouum, quod absque causa extrinseca, & ex se aptum
est ad comburendum, tollitur, quia testes dicunt, quòd
ignis non erat in Apotheca D. Patriarchæ, quando erat
in illa D. Vincentij, & fœnum nouum non solet gene-
rare flammam, sed inter se comburitur, & quando ge-
nerasset, flamma penetrasset per foramina in apothe-
cam Domini Vincentij, non è contra, prout dicunt te-
stes. Alia coniectura, seu obiectio, quòd cùm apotheca
D. Patriarchæ esset murata ex parte anteriori, non pote-
rat ignis in ea benè videri, pariter cessat, quia testes lo-
quuntur de tempore, quando erat aperta, ac D. Vincen-
tius, & alij erant in ea pro impediendo ingressum igni.
Non facit, quod dicitur de vacuo existente retrò apo-
thecam D. Patriarchæ, ex cuius superiori parte possibi-
le sit, quòd ignis fuerit proiectus in fœnum ibi exi-
stens, quia istud possibile non attenditur propter con-
iecturas contrarium suadentes, & quia probatur, quòd
de tempore, quando ardebat fœnum D. Vincentij, non
erat ignis in apotheca D. Patriarchæ. Non est verum,
quòd testes, qui viderunt ignem orientem ex fœno D.
Vincentij, non inspexerint fundum, seu apothecam D.
Pathriarchæ, quia contrarium conuincitur ex ipsorum
lectura. Alia benè tolluntur per informantes.

*ANNOTATIO.*

a De quo hoc dixi *supra ad decis.* 278.

---

## Marianen. Decimarum.

*Veneris* 15. *Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Parochus est manutenendus ex assistentia iuris communis super exactione decimarum intra limites suæ Parochiæ, maximè quando probauit quasi possessionem exigendi. In concursu testium qui sint magis attendendi.

### *SVMMARIVM.*

s *Parochus habet assistentiam iuris communis supra decimis intra limites sua Parochia.*
2 *Quasi possessio generalis exigendi decimas, sufficit pro manutentione alio non possidente.*
3 *Testes deponentes super affirmatiua magis probant, quàm deponentes super negatiua.*
4 *Testes plures numero præualent paucioribus.*
5 *Testes deponentes id, quod ius commune disponit, magis probant, quam alij.*
6 *Testes deponentes de scientia præferuntur deponentibus de publica voce, & fama*
7 *Testibus deponentibus de facto proprio magis credendum est.*
8 *Testes deponentes specificè præferuntur loquentibus generaliter.*
9 *Immemorabilis non probatur per testes non deponentes cum requisitis, glos.* in cap. 1. de præscript. in 6.
10 *Exceptiones contra testes non admittuntur in possessorio summarissimo. & num.* 11.

### DECISIO. CCCCXLIX.

REctori dandum esse mandatum de manutenendo
super exactione decimarum in locis, de quibus
agitur, Domini concorditer resoluerunt, quia vltra as-
sistentiam iuris communis, † a quam habet in existen- 1
tibus intra limites suæ Parochiæ, *c. cùm contingat, c. cùm* a
*in tua, de decim.* probauit per testes generalem quasi
possessionem exigendi ab omnibus, † quæ sufficit pro 2
manutentione in quasi possessione exigendi contra
Blasium, & Calixtum aduersarios alio non existente in
possessione, Ant. de Butr. *in cap. fin. n.* 40. *&* 46. *de caus.*
*possess. & propriet.* Abb. *cons.* 71. *num.* 2. *in fin. par.* 2. Rot.
*decis.* 2. *de præscript. in nou.* fuit dictum in Adrien. decima-
rum 25. Iunij 1591. coram Reuerendissimo Pacen. & in
Valeotina decimarum 23. Octobris 1598. coram bo.
me. Card. Seraphino. Probauit etiam particulariter
exactionem ab ipsis aduersariis per eosdem testes, qui
bonas causas scientiæ allegant. Non obstant testes con-
trarij, quia præualent testes Rectoris ex pluribus. Pri-
mò, quia † illi deponunt super negatiua, isti autem su- 3
per affirmatiua, b glos. *in l. diem proferre, §. si plures, in* b
*ver. inde quæritur, ff. de arbit. & in c.* 1. *in glos. fin. de præ-*
*script. in* 6. Innocent. *in cap. quod per nouale. de verborum*
*significat.* Alex. *cons.* 169. *n.* 12. *lib.* 5. † Secundò, quia testes 4
Rectoris sunt plures, c *cap. licèt causam, in vers. ex præ-* c
*missis, de prob. &. l. ob carmen, §. si testes*, & ibi glos. *ff. de*
*testibus, glos. in cap. si testis.* 4. *quæst.* 3. *in glos. magna.* † Ter- 5
tiò, quia eorum depositio consonat cum dispositione
iuris communis, d Innocent & alij *in cap. auditis, de præ-* d
*script.* Aret. *consil.* 44. *in fin.* Ruyn. *cons.* 35. *sub n.* 1. *lib* 4.
† Quartò, quia testes aduersariorum deponunt de pu- 6
blica voce, & fama, & testes Rectoris de certa scientia,
Alex. *in l. & quod meo, § si venditorẽ, n* 4. *ff. de acquiren. pos-*
*sess.* Dec. *consil.* 302. *n.* 17. *&* 18. † Præsertim quia aliqui ex 7
testibus Rectoris deponunt de facto proprio, & pro-
pterea magis credendum, Aym. *consil.* 99. *n.* 6. Gabr. *de*
*testibus, conclus.* 4. *n.* 20. † Quintò, quia specificè loquun- 8
tur de solutione ab aduersariis facta, contrarij autem
generaliter de eorum familia, Alex. *consil.* 350. *n* 17. *lib.* 5.
Aym. *cons.* 94. *n* 3. Socin. iun. *cons.* 54. *n.* 14. *lib.* 4 Gabr. *d.*
*conclus. n.* 72. Quod dicitur de exemptione, spectat ad
petitorium, & testes eam benè non probant, nam
† quoad immemorabilem, vltra quòd non habent æta- 9
tem sufficientem, vt benè deducunt informantes pro
Rectore, non deponunt cum requisitis, glos. *in cap.* 1. *de*
*præscript. in* 6. Exceptiones, quæ dantur contra perso-
nas testium Rectoris, Domini noluerunt attendere,
tùm quia visæ sunt leues, tùm quia † in hoc summatis- 10
simo possessorio non dantur obiectus contra testes,
e Capic. *decis.* 55. Couar. *pract. quæst. cap.* 17. *n.* 4. *vers. septi-* e
*mo est.* Rol. *cons.* 8. *n.* 31. *in fin. lib.* 4. & dixit Rot. in Ho-
stien. littoris Maris 10. Decembris 1574. coram Rubeo.

*ANNOTATIO.*

a Assistentia iuris communis an sufficiat pro manutentione dixi *supra ad decis.* 312.

b De quo plenè per Farinac. *de testibus, quæst.* 65. *num.* 20. *& seq.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat hanc conclusionem.

c Idem Farinac. *d. quæst.* 65. *n.* 106. *& seq.*

d Idem *d. quæst.* 65. *n.* 129. *& seq.*

e Seraph. † *decis.* 392. *& decis.* 561. *in princ.* Rot. *decis.* 214. *sub* 11
*n.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 272. *in fin. par.* 2. *in recent.* fuit di-
ctum in Cusentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram
R. P. D. Vbaldo; adeo quòd nec etiam admittitur exce-
ptio, quòd testis sit interessatus, Rot. *decis.* 349. *n.* 2. inter
impress. penes Farinac. *post.* 2. *lib. consiliorum.*

*Oliuerius Beltraminus.*

7 † præsertim cum sit etiã adiecta clausula (*omni meliori modo*) Bal.*cons.* 389.*nu.*6.*lib.*5. Paris.*cons.* 10.*num.*23.*lib.*3. Ruyn.*cons.* 11.*sub nu.*14. *vers. nam ex quibuscunque.lib.*2. Anchar.*d.quæst.sub nu.*7. Et tantò magis videbatur Do-
8 minis fuisse recessum à prædicto testamento † stante prægnantia verborum reuocationis (*cassauit, annullauit, & illud pro irrito, nullo, casso, & non facto ex nunc in omnibus, & per omnia haberi voluit*) vlterius etiam repetendo clausulam (*cassaus*, &c.) Quæ prægnantia verborum efficit, vt non solùm constet de cõtraria Hieronymi voluntate, sed etiã quòd volebat decedere ab intestato, vt per Bero.*d.cons.*4.*nu.*4.*circa med.ver.& hanc vltimam opinio-
9 *nem*, † cùm enim manifestissimè appareat eum à primo testamẽto voluisse recedere, absurdum, & irrationabile esset illud sustinere cõtra explicitam eius voluntatem, vt benè deducit, & comprobat Illustrissimus Mantica, *vbi*
10 *supra n.*22. † Tantò etiã magis, quia in priori testamento fuerunt filij exhæredati, inæqualitérque instituti, & per hanc reuocationem æqualiter succedunt, Paul.de Castr. *in Auth.hoc inter liberos.nu.*3.*C. de testam.* Alex.*cons.*104.
11 *nu.*4.*&* 5.*lib.*2. Et quia testamentum prædictum † videtur processisse ex quadam indignatione, quam habebat cum aliquibus ex suis filiis, & in hac vltima voluntate apparet, quòd remiserat præterita, licèt præcaueret de futuris malè gestis, vt per Soc.iun.*d.cons.*145.*nu.*3.*in fin.*
12 *& nu seq.* Eò etiam libentiùs † Domini fuerunt pro reuocatione, quia non agitur de reuocanda institutione, sed fideicommisso. Doctrina enim Bart superiùs allegata procedit in institutione, non autem in legatis, aut fideicommissis, vt declarat ipse *ibi nu.*2.*in fi.* Alex.*in l.sancimus nu.*8.*in fin.C.de testam.& cons.*30 *nu.*9.*lib.*3. Berous qui dicit non vidisse contradictorem *d.cons.*4.*n.*8. Surd. *consil.* 120.*nu.* 11. faciunt tradita per Crotum *in l. re con-*
13 *iuncti, nu.* 65.*ff. de leg.*3. † Accedit obseruantia clara ex diuisione inter filios Hieronymi, & aliis actibus benè deductis per informantes, ex quibus liquidò constat dictos filios gessisse se pro hæredibus æqualibus, & loca pia instituta in testamento nunquam se intromisisse in hæreditate Hieronymi, quod, vt congruit successioni ab intestato, ita expressè repugnat dispositioni dicti testamenti. Ex quibus omnibus simul iunctis fuit resolutum constare de reuocatione testamenti Hieronymi facti de anno 1547.

*ANNOTATIO.*

a Circa materiam huius decisionis est videndus Gratian. *discept.Forens.ca.*558.*& ca.*763. in quibus locis plenè illam discutit, & infinitos DD. cumulat.

## Romana census scut. 18. millium.

*Lunæ* 11. *Ianuary* 1610.

ARGVMENTVM.

Soluens creditoribus sui creditoris quando liberetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatus soluere creditoribus non liberatur soluendo posterioribus, quando habet notitiam anteriorum.*
2 *Obligatio subsequens non nocet præcedentem.*

DECISIO CCCCXLVII.

FVit resolutum partitæ scutorum quatuor millium solutorum Garzonio non esse habendam rationem ad excludendum Ducem S. Poli, quia ipse est creditor non solùm anterior, sed etiam potior ex causa fideiussionis ad fauorem Fabij, & Virginij Vrsini super quibusdam censibus præstitis de anno 1591. creditum verò Garzonij quam habeat originem ignoratur, solùm fit de eo mentio in instrumento venditionis Castri Nouienti, non habet instrumentum, neque hypothecam, & propterea † Princeps Peretus soluendo Garzonio dictam 1 partitam non potuit consequi liberationem à credito Ducis anteriore, stante scienna dicti crediti, [a] Paul. de a Castr.*in l.vltim.*§.*& si præfatam.num.*4.*C.de iur. delib.* & dixit Rot. in hac causa 26. Nouembris 1601. & 5. Maij 1603. coram Illustrissimo Cardinali Millino. Sciẽtia autem est clara, quia creditum, pro quo agit Dux, erat descriptum in lista tradita ab Vrsinis, & licèt decisiones præfatæ dicant Principem soluendo posterioribus creditoribus descriptis in lista non fuisse liberatum, & potuisse molestari ab anterioribus non descriptis, attamen idem dicendum respectu descriptorum, quòd non potuerit soluere posterioribus descriptis in præiudicium anteriorum pariter descriptorũ, quia viget eadem, imò maior ratio propter scientiam, quam habuit Princeps de anterioritate nominatorum in lista, quæ non poterat respectu omissorum haberi. Non obstat instrumentum promissionis factæ à Principe ad fauorem Ducis 27. Februarij 1595. † quia illud non innouauit obligationem 2 eiusdem factam de anno 1594. quia tamen pro parte Principis adesse dicuntur creditores anteriores Duci, qui etiam ipsum molestant, ita vt quando deberet iterato solui ista partita, non esset soluenda Duci. Propterea Domini reseruarunt videre cui sit soluenda.

*ANNOTATIO.*

a De quo latè Phanut. *de inuent. inter tract. diuers. de inuent. quæst.*242.*nu.*136.*&* 137.

## Romana Incendij.

*Veneris* 15. *Ianuary* 1610.

ARGVMENTVM.

Ignis præsumitur ibi ortus, vbi primùm visus est, maximè concurrentibus coniecturis, & adminiculis, de quibus in decisione, & incendium quando præsumatur culpa inhabitantium.

*SVMMARIVM.*

1 *Ignis origo ibi præsumitur, vbi primùm repertus fuit.*
2 *Præsertim quando concurrunt adminicula.*
3 *Ignis origo indiciis, & coniecturis probatur.*
4 *Ignis non præsumitur accensus culpa inhabitantium, quando fuit repertus in alia domo.*

DECISIO CCCCXLVIII.

DOmini steterunt in decisis constare ignem ortum habuisse in apotheca D. Vincentij circumscripto tamen effectu, quia ex eo, quòd † ignis primùm visus 1 fuit in apotheca D. Vincentij, surgit præsumptio originis, Alex. & alij *in decis.* adducti, quibus additur Catosacchus *inter cons.* Calcan. 63. *sub num.*2. Quæ præsumptio quando sola non sufficeret, attamen † fulcita pluribus 2 adminiculis ex dictis testium concludentissimè probat d. originem, quæ aliàs indiciis, & coniecturis probatur, Gabr.*cons.*159.*nu.*8.*in fi.& nu.seq.lib.*1. † Maximum au- 3 tem indiciũ inter alia, imò euidentem demonstrationem faciebat, quòd dum ignis erat in apotheca D. Vincentij, ipse procurabat, ne penetraret in apothecam D. Patriarchæ prohibendo illi aditum ex foraminibus in pariete communi existentibus cum quibusdam linteaminibus madefactis, extrahendo fœnum è dicta apotheca, quæ extractio, & aditus ipsi propter ignem fuit prohibitus in apotheca propria ipsius Domini Iustiniani. Non obstat, quòd coniecturæ debeant esse concludentes, quia visæ
sunt

sunt Dominis tales, quæ possint deseruire pro ea pro-
batione, quæ in hac materia haberi potest, & longè su-
4 perant coniecturas ex aduerso deductas. † Illa enim
coniectura, seu præsumptio, quòd præsumatur ignis ac-
a census culpa inhabitantium, ᵃ vltra quòd tangit effe-
ctum, de quo hodie non agitur, procederet in igne re-
perto in domo Domini Patriarchæ, aliàs enim esset in-
ducere præsumptionem præsumptionis, quòd sit cul-
pa habitantium, & ortus io loco, vbi habitatur. Altera
coniectura, quòd præsumatur potiùs ignis processisse
in apotheca D. Patriarchæ, quia fœnum erat recens, seu
nouum, quod absque causa extrinseca, & ex se aptum
est ad comburendum, tollitur, quia testes dicuot, quòd
ignis non erat in Apotheca D. Patriarchæ, quando erat
in illa D. Vincentij, & fœnum nouum non solet gene-
rare flammam, sed inter se comburitur, & quando ge-
nerasset, flamma penetrasset per foramina in apothe-
cam Domini Vinceotij, non è contra, prout dicunt te-
stes. Alia coniectura, seu obiectio, quòd cùm apotheca
D. Patriarchæ esset murata ex parte anteriori, non pote-
rat ignis in ea benè videri, pariter cessat, quia testes lo-
quuntur de tempore, quando erat aperta, ac D. Vincen-
tius, & alij erant io ea pro impediendo ingressum igni.
Non facit, quod dicitur de vacuo existente retrò apo-
thecam D. Patriarchæ, ex cuius superiori parte possibi-
le sit, quòd ignis fuerit proiectus in fœnum ibi exi-
stens, quia istud possibile non attenditur propter con-
iecturas contrarium suadentes, & quia probatur, quòd
de tempore, quando ardebat fœnum D. Vincentij, non
erat ignis in apotheca D. Patriarchæ. Non est verum,
quòd testes, qui viderunt ignem orientem ex fœno D.
Vincentij, non inspexerint fundum, seu apothecam D.
Pathtiarchæ, quia contrarium conuincitur ex ipsorum
lectura. Alia benè tolluntur per informantes.

*ANNOTATIO.*

a De quo hoc dixi *supra ad decis.* 278.

---

## Marianen. Decimarum.

*Veneris* 15. *Januarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Parochus est manutenendus ex assistentia iuris communis super exactione decimarum intra limites suæ Parochiæ, maximè quando probauit quasi possessionem exigendi. In concursu testium qui sint magis attendendi.

*SVMMARIVM.*

1 *Parochus habet assistentiam iuris communis supra decimis intra limites sua Parochia.*

2 *Quasi possessio generalis exigendi decimas, sufficit pro manutentione alio non possidente.*

3 *Testes deponentes super affirmatiua magis probant, quàm deponentes super negatiua.*

4 *Testes plures numero præualent paucioribus.*

5 *Testes deponentes id, quod ius commune disponit, magis probant, quam alij.*

6 *Testes deponentes de scientia præferuntur deponentibus de publica voce, & fama.*

7 *Testibus deponentibus de facto proprio magis credendum est.*

8 *Testes deponentes specificè præferuntur loquentibus generaliter.*

9 *Immemorabilis non probatur per testes non deponentes cum requisitis, glos.* in cap. 1. de præscript. in 6.

10 *Exceptiones contra testes non admittuntur in possessorio summarissime. & num.* 11.



### DECISIO CCCCXLIX.

REctori dandum esse mandatum de manutenendo
super exactione decimarum in locis, de quibus
agitur, Domini concorditer resoluerunt, quia vltra as-
sistentiam iuris communis, † ᵃ quam habet in existen- 1
tibus intra limites suæ Parochiæ, *c. cùm contingat, c. cùm* a
*in tua, de decim.* probauit per testes generalem quasi
possessionem exigendi ab omnibus, † quæ sufficit pro 2
manutentione in quasi possessione exigendi contra
Blasium, & Calixtum aduersarios alio non existente in
possessione, Ant. de Butr. *in cap. fin. n.* 40. *&* 46. *de caus.*
*posses. & propriet.* Abb. *cons.* 71. *num.* 2. *in fin. par.* 2. Rot.
*decis.* 2. *de præscript. in nou.* fuit dictum in Adrien decima-
rum 25. Iunij 1591. coram Reuerendissimo Pacen. & in
Valentina decimarum 23. Octobris 1598. coram bo.
me. Card. Seraphino. Probauit etiam particulariter
exactionem ab ipsis aduersariis per eosdem testes, qui
bonas causas scientiæ allegant. Non obstant testes con-
trarij, quia præualent testes Rectoris ex pluribus. Pri-
mò, quia † illi deponunt super negatiua, isti autem su- 3
per affirmatiua, ᵇ glos. *in l. diem proferre, §. si plures, in* b
*ver. inde quæritur, ff. de arbit. & in c.* 1. *in glos. fin. de præ-*
*script. in* 6. Innocent. *in cap. quod per nouale. de verborum*
*significat.* Alex. *cons.* 169. *n.* 12. *lib.* 5. † Secundò, quia testes 4
Rectoris sunt plures, ᶜ *cap. licet causam, in vers. ex præ-* c
*missis, de probat. l. ob carmen, §. si testes*, & ibi glos. *ff. de*
*testibus, glos. in cap. si testis.* 4. *quæst.* 3. *in glos. magna.* † Ter- 5
tiò, quia eorum depositio consonat cum dispositione
iuris communis, ᵈ Innocent. & alij *in cap. auditis, de præ-* d
*script.* Aret. *consil.* 44. *in fin.* Ruyn. *cons.* 35. *sub n.* 1. *lib.* 4.
† Quartò, quia testes aduersariorum deponunt de pu- 6
blica voce, & fama, & testes Rectoris de certa scientia,
Alex. *in l. & quid meo, §. si venditorē, n.* 4. *ff. de acquiren. pos-*
*sess.* Dec. *consil.* 302. *n.* 17. *&* 18. † Præsertim quia aliqui ex 7
testibus Rectoris deponunt de facto proprio, & pro-
pterea magis credendum, Aym. *consil.* 99. *n.* 6. Gabr. *de*
*testibus, conclus.* 4. *n.* 20. † Quintò, quia specificè loquun- 8
tur de solutione ab aduersariis facta, contrarij autem
generaliter de eorum familia, Alex. *consil.* 350. *n* 17. *lib.* 5.
Aym. *cons.* 94. *n* 1. Socin. iun. *cons.* 54. *n.* 14. *lib.* 4 Gabr. *d.*
*conclus. n.* 72. Quod dicitur de exemptione, spectat ad
petitorium, & testes eam benè non probant, nam
† quoad immemorabilem, vltra quòd oon habent æta- 9
tem sufficientem, vt benè deducunt informantes pro
Rectore, non deponunt eum requisitis, glos. *in cap.* 1. *de*
*præscript. in* 6. Exceptiones, quæ dantur contra perso-
nas testium Rectoris, Domini noluerunt attendere,
tùm quia visæ sunt leues, tùm quia † in hoc summariis- 10
simo possessorio non dantur obiectus contra testes,
ᵉ Capic. *decis.* 55. Couar. *pract. quæst. cap.* 17. *n.* 4. *vers. septi-* e
*mo est.* Rol. *cons.* 8. *n.* 31. *in fin. lib.* 4. & dixit Rot. in Ho-
stien. littoris Maris 10. Decembris 1574. coram Rubeo.

*ANNOTATIO.*

a Assistentia iuris communis an sufficiat pro manutentione dixi *supra ad decis.* 312.

b De quo plenè per Farinac. *de testibus, quæst.* 65. *num.* 20. *& seq.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat hanc conclusionem.

c Idem Farinac. *d. quæst.* 65. *n.* 106. *& seq.*

d Idem *d. quæst.* 65. *n.* 129. *& seq.*

e Seraph. † *decis.* 392. *& decis.* 561. *in princ.* Rot. *decis.* 214. *sub n.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 272. *in fin. par.* 2. *in recent.* fuit di- 11
ctum in Cusentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram R. P. D. Vbaldo; adeo quòd nec etiam admittitur exceptio, quòd testis sit interessatus, Rot. *decis.* 349. *n.* 2. *inter impress.* penes Farinac. *post.* 2. *lib. consiliorum.*

*Oliuerius Beltraminus.*

7 † præsertim cum sit etiã adiecta clausula ( *omni meliori modo*) Bal.*cons.*389.*nu.*6.*lib.*5. Paris.*cons.*10.*num.*21.*lib.*5. Ruyn.*cons.*11.*sub nu.*14.*vers. nam ex quibuscunque.lib.*2. Anchar.*d.quæst.sub nu.*7. Et tantò magis videbatur Do-
8 minis fuisse recessum à prædicto testamento † stante prægnantia verborum reuocationis (*cassauit, annullauit, & illud pro irrito, nullo, casso, & non facto ex nunc in omnibus, & per omnia haberi voluit* ) vlterius etiam repetendo clausulam (*cassans*,&c.) Quæ prægnantia verborum efficit, vt non solùm constet de cõtraria Hieronymi voluntate, sed etiã quòd volebat decedere ab intestato, vt per Bero.*d.cons.*4.*nu.*4.*circa med.ver.& hanc vltimam opinio-*
9 *nem* , † cùm enim manifestissimè appareat eum à primo testamẽto voluisse recedere, absurdum, & irrationabile esset illud sustinere cõtra explicitam eius voluntatem, vt benè deducit, & comprobat illustrissimus Mantica, *vbi*
10 *supra n.*22.† Tantò etiã magis, quia in priori testamento fuerunt filij exhæredati, inæqualitérque instituti, & per hanc reuocationem æqualiter succedunt, Paul.de Castr. *in Auth.hoc inter liberos.nu.*3.*C. de testam.* Alex.*cons.*104.
11 *nu.*4.*&* 5.*lib.*2. Et quia testamentum prædictum † videtur processisse ex quadam indignatione, quam habebat cum aliquibus ex suis filiis, & in hac vltima voluntate apparet, quòd remiserat præterita, licèt præcaueret de futuris malè gestis, vt per Soc.iun *d.cons.*145.*nu.*3.*in fin.*
12 *& nu.seq.* Eò etiam libentiùs † Domini fuerunt pro reuocatione, quia non agitur de reuocanda institutione, sed fideicommisso. Doctrina enim Bart superiùs allegata procedit in institutione, non autem in legatis, aut fideicommissis, vt declarat ipse *ibi nu.*2.*in fi.* Alex.*in l.sancimus nu.*8.*in fin.C.de testam.& cons.*30.*nu.*9.*lib.*3. Berous qui dicit non vidisse contradictorem *d.cons.*4.*n.*8. Surd. *consil.*120.*nu.* 11. faciunt tradita per Crotum *in l. re con-*
13 *iuncti, nu.* 65.*ff. de leg.*3. † Accedit obseruantia clara ex diuisione inter filios Hieronymi , & aliis actibus benè deductis per informantes, ex quibus liquidò constat dictos filios gessisse se pro hæredibus æqualibus, & loca pia instituta in testamento nunquam se intromisisse in hæreditate Hieronymi, quod, vt congruit successioni ab intestato, ita expresè repugnat dispositioni dicti testamenti. Ex quibus omnibus simul iunctis fuit resolutum constare de reuocatione testamenti Hieronymi facti de anno 1547.

*ANNOTATIO.*

a Circa materiam huius decisionis est videndus Gratian. *disceptat.Forens.ca.*558.*& ca.*763. in quibus locis plenè illam discutit, & infinitos DD. cumulat.

---

## Romana census scut. 18. millium.

*Lunæ 11. Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Soluens creditoribus sui creditoris quando liberetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatus soluere creditoribus non liberatur soluendo posterioribus, quando habet notitiam anteriorum.*
2 *Obligatio subsequens non nouat præcedentem.*

### DECISIO CCCCXLVII.

FVit resolutum partitæ scutorum quatuor millium solutorum Garzonio non esse habendam rationem ad excludendum Ducem S. Poli, quia ipse est creditor non solùm anterior, sed etiam potior ex causa fideiussionis ad fauorem Fabij, & Virginij Vrsini super quibusdam censibus præstitis de anno 1591. creditum verò Garzonij quam habeat originem ignoratur, solùm fit de eo mentio in instrumento venditionis Castri Nomenti, non habet instrumentum, neque hypothecam, & pro-
pterea † Princeps Perettus soluendo Garzonio dictam 1
partitam non potuit consequi liberationem à credito
Ducis anteriore, stante scientia dicti crediti, a Paul. de a
Castr.*in l.vltim.§.& si præfatam.num.*4.*C.de iur. delib.* & dixit Rot. in hac causa 26. Nouembris 1601. & 5. Maij 1603. coram Illustrissimo Cardinali Millino. Scientia autem est clara, quia creditum, pro quo agit Dux, erat descriptum in lista tradita ab Vrsinis, & licèt decisiones præfatæ dicant Principem soluendo posterioribus creditoribus descriptis in lista non fuisse liberatum, & potuisse molestari ab anterioribus non descriptis, attamen idem dicendum respectu descriptorum, quòd non poterit soluere posterioribus descriptis in præiudicium anteriorum pariter descriptorũ, quia viget eadem, imò maior ratio propter scientiam, quam habuit Princeps de anterioritate nominatorum in lista, quæ non poterat respectu omissorum haberi. Non obstat instrumentum promissionis factæ à Principe ad fauorem Ducis 27. Fe-
bruarij 1595.† quia illud non innouauit obligationem 2
eiusdem factam de anno 1594. quia tamen pro parte Principis adesse dicuntur creditores anteriores Duci, qui etiam ipsum molestant, ita vt quando deberet iteratò solui ista partita, non esset soluenda Duci. Propterea Domini reseruarunt videre cui sit soluenda.

*ANNOTATIO.*

a De quo latè Phanut. *de inuent. inter tract.diuers.de inuent. quæst.*242.*nu.*136.*&* 137.

---

## Romana Incendij.

*Veneris 15. Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Ignis præsumitur ibi ortus, vbi primùm visus est, maximè concurrentibus coniecturis, & adminiculis, de quibus in decisione, & incendium quando præsumatur culpa inhabitantium.

*SVMMARIVM.*

1 *Ignis origo ibi præsumitur, vbi primùm repertus fuit.*
2 *Præsertim quando concurrunt adminicula.*
3 *Ignis origo indiciis, & coniecturis probatur.*
4 *Ignis non præsumitur accensus culpa inhabitantium, quando fuit repertus in alia domo.*

### DECISIO CCCCXLVIII.

DOmini steterunt in decisis constare ignem ortum habuisse in apotheca D. Vincentij circumscripto
tamen effectu, quia ex eo, quòd † ignis primùm visus 1
fuit in apotheca D. Vincentij, surgit præsumptio originis, Alex. & alij *in decis.* adducti, quibus additur Catosfchus *inter cons.* Calcan.63.*sub num.*2. Quæ præsumptio
quando sola non sufficeret, attamen † fulcita pluribus 2
adminiculis ex dictis testium concludentissimè probat d. originem, quæ aliàs indiciis, & coniecturis probatur,
Gabr.*cons.*159.*nu.*8.*in fi.& nu.seq.lib.*1.† Maximum au- 3
tem indiciũ inter alia, imò euidentem demonstrationem faciebat, quòd dum ignis erat in apotheca D. Vincentij, ipse procurabat, ne penetraret in apothecam D. Patriarchæ prohibendo illi aditum ex foraminibus in pariete communi existentibus cum quibusdam linteaminibus madefactis, extrahendo fœnum è dicta apotheca, quæ extractio, & aditus ipsi propter ignem fuit prohibitus in apotheca propria ipsius Domini Iustiniani. Non obstat, quòd coniecturæ debeant esse concludentes, quia visæ

sunt

sunt Dominis tales, quæ possint deseruire pro ea probatione, quæ in hac materia haberi potest, & longè su-
4 perant coniecturas ex aduerso deductas. † Illa enim coniectura, seu præsumptio, quòd præsumatur ignis ac-
a census culpa inhabitantium, ᵃ vltra quòd tangit effectum, de quo hodie non agitur, procederet in igne reperto in domo Domini Patriarchæ, aliàs enim esset inducere præsumptionem præsumptionis, quòd sit culpa habitantium, & ortus in loco, vbi habitatur. Altera coniectura, quòd præsumatur potiùs ignis processisse in apotheca D. Patriarchæ, quia fœnum erat recens, seu nouum, quod absque causa extrinseca, & ex se aptum est ad comburendum, tollitur, quia testes dicunt, quòd ignis non erat in Apotheca D. Patriarchæ, quando erat in illa D. Vincentij, & fœnum nouum non solet generare flammam, sed inter se comburitur, & quando generasset, flamma penetrasset per foramina in apothecam Domini Vincentij, non è contra, prout dicunt testes. Alia coniectura, seu obiectio, quòd cùm apotheca D. Patriarchæ esset murata ex parte anteriori, non poterat ignis in ea benè videri, pariter cessat, quia testes loquuntur de tempore, quando erat aperta, ac D. Vincentius, & alij erant in ea pro impediendo ingressum igni. Non facit, quod dicitur de vacuo existente retrò apothecam D. Patriarchæ, ex cuius superiori parte possibile sit, quòd ignis fuerit proiectus in fœnum ibi existens, quia istud possibile non attenditur propter coniecturas contrarium suadentes, & quia probatur, quòd de tempore, quando ardebat fœnum D. Vincentij, non erat ignis in apotheca D. Patriarchæ. Non est verum, quòd testes, qui viderunt ignem orientem ex fœno D. Vincentij, non inspexerint fundum, seu apothecam D. Pathriarchæ, quia contrarium conuincitur ex ipsorum lectura. Alia benè tolluntur per informantes.

*ANNOTATIO.*

a De quo hoc dixi *supra ad decis.* 278.

---

## Marianen. Decimarum.

*Veneris* 15. *Ianuarij* 1610.

## ARGVMENTVM.

Parochus est manutenendus ex assistentia iuris communis super exactione decimarum intra limites suæ Parochiæ, maximè quando probauit quasi possessionem exigendi. In concursu testium qui sint magis attendendi.

*SVMMARIVM.*

1 *Parochus habet assistentiam iuris communis supra decimis intra limites sua Parochia.*

2 *Quasi possessio generalis exigendi decimas, sufficit pro manutentione alio non possidente.*

3 *Testes deponentes super affirmatiua magis probant, quàm deponentes super negatiua.*

4 *Testes plures numero praualent paucioribus.*

5 *Testes deponentes id, quod ius commune disponit, magis probant, quam alij.*

6 *Testes deponentes de scientia praferuntur deponentibus de publica voce, & fama.*

7 *Testibus deponentibus de facto proprio magis credendum est.*

8 *Testes deponentes specificè praferuntur loquentibus generaliter.*

9 *Immemorabilis non probatur per testes non deponentes cum requisitis, glos.* in cap. 1. de præscript. in 6.

10 *Exceptiones contra testes non admittuntur in possessorio summarissimo. & num.* 11.



## DECISIO CCCCXLIX.

RΕctori dandum esse mandatum de manutenendo super exactione decimarum in locis, de quibus agitur, Domini concorditer resoluerunt, quia vltra as-
sistentiam iuris communis, † ᵃ quam habet in existen- 1
tibus intra limites suæ Parochiæ, *c. cùm contingat, c. cùm* a
*in tua, de decim.* probauit per testes generalem quasi
possessionem exigendi ab omnibus, † quæ sufficit pro 2
manutentione in quasi possessione exigendi contra Blasium, & Calixtum aduersarios alio non existente in possessione, Ant. de Butr. *in cap. fin. n.* 40. *&* 46. *de caus. possess. & propriet.* Abb. *cons.* 71. *num.* 2. *in fin. par.* 2. Rot. *decis.* 2. *de præscrip. in nou.* fuit dictum in Adrien decimarum 25. Iunij 1591. coram Reuerendissimo Pacen. & in Valentina decimarum 23. Octobris 1598. coram bo. me. Card. Seraphino. Probauit etiam particulariter exactionem ab ipsis aduersariis per eosdem testes, qui bonas causas scientiæ allegant. Non obstant testes contrarij, quia præualent testes Rectoris ex pluribus. Pri-
mò, quia † illi deponunt super negatiua, isti autem su- 3
per affirmatiua, ᵇ glos. *in l. dum proferre,* §. *si plures, in* b
*ver. inde quaritur, ff. de arbit. & in c.* 1. *in glos. fin. de præscript. in* 6. Innocent. *in cap. quid per nouale. de verborum*
*significat.* Alex. *cons.* 169. *n.* 12. *lib.* 5. † Secundò, quia testes 4
Rectoris sunt plures, ᶜ *cap. licet e vniuersum, in vers. ex præ-* c
*missis, de probat. l. ob carmen,* §. *si testes,* & ibi glos. *ff. de*
*testibus, glos. in cap. si testis.* 4. *quæst.* 3. *in glos. magna.* † Ter- 5
tiò, quia eorum depositio consonat cum dispositione
iuris communis, ᵈ Innocent. & alij *in cap. audiuis, de præ-* d
*script.* Aret. *consil.* 44. *in fin.* Ruyn. *cons.* 15. *sub n.* 1. *lib.* 4.
† Quartò, quia testes aduersariorum deponunt de pu- 6
blica voce, & fama, & testes Rectoris de certa scientia, Alex. *in l. & quid meo,* §. *si vendiderit, n.* 4. *ff. de acquirer. poss.* Dec. *consil.* 302. *n.* 17. *&* 18. † Præsertim quia aliqui ex 7
testibus Rectoris deponunt de facto proprio, & propterea magis credendum, Aym. *consil.* 99. *n.* 6. Gabr. *de*
*testibus, conclus.* 4. *n.* 20. † Quintò, quia specificè loquun- 8
tur de solutione ab aduersariis facta, contrarij autem generaliter de eorum familia, Alex. *consil.* 350. *n* 17. *lib.* 5. Aym. *cons.* 94. *n* 3. Socin. iun. *cons.* 54. *n.* 14. *lib.* 4. Gabr. *d. conclus. n.* 72. Quod dicitur de exemptione, spectat ad petitorium, & testes eam benè non probant, nam
† quoad immemorabilem, vltra quòd non habent æta- 9
tem sufficientem, vt benè deducunt informantes pro Rectore, non deponunt cum requisitis, glos. *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. Exceptiones, quæ dantur contra personas testium Rectoris, Domini noluerunt attendere,
tùm quia visæ sunt leues, tùm quia † in hoc summaris- 10
simo possesorio non dantur obiectus contra testes,
ᵉ Capic. *decis.* 55. Couar. *pract. quæst. cap.* 17. *n.* 4. *vers. septi-* e
*mo est.* Rol. *cons.* 8. *n.* 31. *in fin. lib.* 4. & dixit Rot. in Hostico. littoris Maris 10. Decembris 1574. coram Rubeo.

*ANNOTATIO.*

a Assistentia iuris communis an sufficiat pro manutentione dixi *supra ad decis.* 312.

b De quo plenè per Farinac. *de testibus, quæst.* 65. *num.* 20. *& seq.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat hanc conclusionem.

c Idem Farinac. *d. quæst.* 65. *n.* 106. *& seq.*

d Idem *d. quæst.* 65. *n.* 129. *& seq.*

e Seraph. † *decis.* 392. *& decis.* 561. *in princ.* Rot. *decis.* 214. *sub* 11
*n.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 272. *in fin. par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Cosentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram R. P. D. Vbaldo; adeo quòd nec etiam admittitur exceptio, quòd testis sit interessatus, Rot. *decis.* 349. *n.* 2. inter impress. penes Farinac. *post.* 2. *lib. consiliorum.*

*Oliuerius Beltraminus.*

funt Dominis tales, quæ possint deseruire pro ea pro-
batione, quæ in hac materia haberi potest, & longè su-
4 perant coniecturas ex aduerso deductas. † Illa enim
coniectura, seu præsumptio, quòd præsumatur ignis ac-
a census culpa inhabitantium, [a] vltra quòd tangit effe-
ctum, de quo hodie non agitur, procederet in igne re-
perto in domo Domini Patriarchæ, aliàs enim esset in-
ducere præsumptionem præsumptionis, quòd sit cul-
pa habitantium, & ortus in loco, vbi habitatur. Altera
coniectura, quòd præsumatur potiùs ignis processisse
in apotheca D. Patriarchæ, quia fœnum erat recens, seu
nouum, quod absque causa extrinseca, & ex se aptum
est ad comburendum, tollitur, quia testes dicunt, quòd
ignis non erat in Apotheca D. Patriarchæ, quando erat
in illa D. Vincentij, & fœnum nouum non solet gene-
rare flammam, sed inter se comburitur, & quando ge-
nerasset, flamma penetrasset per foramina in apothe-
cam Domini Vincentij, non è contra, prout dicunt te-
stes. Alia coniectura, seu obiectio, quòd cùm apotheca
D. Patriarchæ esset murata ex parte anteriori, non pote-
rat ignis in ea benè videri, pariter cessat, quia testes lo-
quuntur de tempore, quando erat aperta, ac D. Vincen-
tius, & alij erant in ea pro impediendo ingressum igni.
Non facit, quod dicitur de vacuo existente retrò apo-
thecam D. Patriarchæ, ex cuius superiori parte possibi-
le sit, quòd ignis fuerit proiectus in fœnum ibi exi-
stens, quia istud possibile non attenditur propter con-
iecturas contrarium suadentes, & quia probatur, quòd
de tempore, quando ardebat fœnum D. Vincentij, non
erat ignis in apotheca D. Patriarchæ. Non est verum,
quòd testes, qui viderunt ignem orientem ex fœno D.
Vincentij, non inspexerint fundum, seu apothecam D.
Pathriarchæ, quia contrarium conuincitur ex ipsorum
lectura. Alia benè tolluntur per informantes.

### *ANNOTATIO.*

a De quo hoc dixi *supra ad decis.* 278.

---

## Marianen. Decimarum.

*Veneris* 15. *Ianuarij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Parochus est manutenendus ex assistentia iuris communis super exactione decimarum intra limites suæ Parochiæ, maximè quando probauit quasi possessionem exigendi. In concursu testium qui sint magis attendendi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Parochus habet assistentiam iuris communis supra decimis intra limites suæ Parochiæ.*
2 *Quasi possessio generalis exigendi decimas, sufficit pro manutentione alio non possidente.*
3 *Testes deponentes super affirmatiua magis probant, quàm deponentes super negatiua.*
4 *Testes plures numero præualent paucioribus.*
5 *Testes deponentes id, quod ius commune disponit, magis probant, quàm alij.*
6 *Testes deponentes de scientia præferuntur deponentibus de publica voce, & fama*
7 *Testibus deponentibus de facto proprio magis credendum est.*
8 *Testes deponentes specificè præferuntur loquentibus generaliter.*
9 *Immemorabilis non probatur per testes non deponentes cum requisitis, glos.* in cap. 1. de præscript. in 6.
10 *Exceptiones contra testes non admittuntur in possessorio summarissimo. & num.* 11.

## DECISIO. CCCCXLIX.

Rectori dandum esse mandatum de manutenendo
super exactione decimarum in locis, de quibus
agitur, Domini concorditer resoluerunt, quia vltra as-
sistentiam iuris communis, † [a] quam habet in existen- 1
tibus intra limites suæ Parochiæ, *c. cùm contingat, c. cùm* a
*in tua, de decim.* probauit per testes generalem quasi
possessionem exigendi ab omnibus, † quæ sufficit pro 2
manutentione in quasi possessione exigendi contra
Blasium, & Calixtum aduersarios alio non existente in
possessione, Ant. de Butr. *in cap. fin. n.* 40. *&* 46. *de caus.*
*possess. & propriet.* Abb. *cons.* 71. *num.* 2. *in fin. par.* 2. Rot.
*decis.* 2. *de præscript. in nou.* fuit dictum in Adrien decima-
rum 25. Iunij 1591. coram Reuerendissimo Pacen. & in
Valentina decimarum 23. Octobris 1598. coram bo.
me. Card. Seraphino. Probauit etiam particulariter
exactionem ab ipsis aduersariis per eosdem testes, qui
bonas causas scientiæ allegant. Non obstant testes con-
trarij, quia præualent testes Rectoris ex pluribus. Pri-
mò, quia † illi deponunt super negatiua, isti autem su- 3
per affirmatiua, [b] glos. *in l. dum proferre, §. si plures, in* b
*ver. inde quæritur, ff. de arbitr. & in c.* 1. *in glos. fin. de præ-*
*script. in* 6. Innocent. *in cap. quid per nouale. de verborum*
*significat.* Alex. *cons.* 169. *n.* 12. *lib.* 5. † Secundò, quia testes 4
Rectoris sunt plures, [c] *cap. licèt causam, in vers. ex præ-* c
*missis, de probat. l. ob carmen, §. si testes*, & ibi glos. *ff. de*
*testibus, glos. in cap. si testes.* 4. *quæst.* 3. *in glos. magna.* † Ter- 5
tiò, quia eorum depositio consonat cum dispositione
iuris communis, [d] Innocent & alij *in cap. audiuis, de præ-* d
*script.* Arct. *consil.* 44. *in fin.* Ruyn. *cons.* 35. *sub n.* 1. *lib.* 4.
† Quartò, quia testes aduersariorum deponunt de pu- 6
blica voce, & fama, & testes Rectoris de certa scientia,
Alex. *in l. & quid meo, §. si venditorē, n.* 4. *ff. de acquiren. pos-*
*sess.* Dec. *consil.* 302. *n.* 17. *&* 18. † Præsertim quia aliqui ex 7
testibus Rectoris deponunt de facto proprio, & pro-
pterea magis credendum, Aym. *consil.* 99. *n.* 6. Gabr. *de*
*testibus, conclus.* 4. *n.* 20. † Quintò, quia specificè loquun- 8
tur de solutione ab aduersariis facta, contrarij autem
generaliter de eorum familia, Alex. *consil.* 350. *n.* 17. *lib.* 5.
Aym. *cons.* 94. *n.* 3. Socin. iun. *cons.* 54. *n.* 14. *lib.* 4. Gabr. *d.*
*conclus. n.* 72. Quod dicitur de exemptione, spectat ad
petitorium, & testes eam benè non probant, nam
† quoad immemorabilem, vltra quòd non habent æta- 9
tem sufficientem, vt benè deducunt informantes pro
Rectore, non deponunt cum requisitis, glos. *in cap.* 1. *de*
*præscript. in* 6. Exceptiones, quæ dantur contra perso-
nas testium Rectoris, Domini noluerunt attendere,
tùm quia visæ sunt leues, tùm quia † in hoc summariis- 10
simo possessorio non dantur obiectus contra testes,
[e] Capic. *decis.* 55. Couar. *pract. quæst. cap.* 17. *n.* 4. *vers. septi-* e
*mo est.* Rol. *cons.* 8. *n.* 31. *in fin. lib.* 4. & dixit Rot. in Ho-
stien. littoris Maris 10. Decembris 1574. coram Rubeo.

### *ANNOTATIO.*

a Assistentia iuris communis an sufficiat pro manutentione dixi *supra ad decis.* 312.
b De quo plenè per Farinac. *de testibus, quæst.* 65. *num.* 20. *& seq.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat hanc conclusionem.
c Idem Farinac. *d. quæst.* 65. *n.* 106. *& seq.*
d Idem *d. quæst.* 65. *n.* 129. *& seq.*
e Seraph. † *decis.* 392. *& decis.* 561. *in princ.* Rot. *decis.* 214. *sub* 11
*n.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 272. *in fin. par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Cosentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram R. P. D. Vbaldo: adeo quòd nec etiam admittitur exceptio, quòd testis sit interessatus, Rot. *decis.* 349. *n.* 2. inter impress. penes Farinac. *post.* 2. *lib. consiliorum.*

*Oliuerius Beltreminus.*

## Gerunden. Prioratus, seu Vnionis.

*Sabbathi 23. Ianuarij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Vnio dicitur subreptitia, quando non fuit facta mentio curæ animarum. Item, quòd beneficium vnitum erat Prioratus in Ecclesia Collegiata requirens residentiam, & quòd erat dignitas monocularis, & habebat iurisdictionem in suo territorio, & quòd erat caput in alia Ecclesia.

### SVMMARIVM.

1 *Vnio subreptitia dicitur nulla ipso iure.*
2 *Subreptitia dicitur gratia non facta mentione curæ animarum. De quo latè sub num. 9.*
*De cura accessoria non principali, non est necesse facere mentionem, & num. 10.*
*De cura ita habita an sit necesse facere mentionem, & num. 11.*
3 *De cura non censetur facta sufficiens mentio ex eo, quòd in gratia dicatur, quòd animarum cura, si qua imminet, nullatenus negligatur.*
4 *Subreptionem non tollit clausula sonans in monitionem, & indemnitatem.*
5 *Subreptitia est vnio non facta mentione quod beneficium vnitum esset Prioratus in Ecclesia Collegiata.*
6 *Et quòd requirebat residentiam.*
7 *Subreptitia dicitur vnio non expressa, quòd beneficium esset dignitas monocularis, & num 12.*
8 *Subreptio inducitur, quando non fuit narratum beneficium vnitum habere iurisdictionem in suo territorio, & quod esset caput in alia Ecclesia.*

### DECISIO CCCCL.

Resolutum fuit non constare de validitate litera-
1 rum vnionis propter multas subreptiones, † quæ
illam reddunt ipso iure nullam, *ad not. in cap. super literis de rescript.* Prima enim subreptio oritur, quia nō fuit
2 facta mentio curę animarum, † quæ prioratui immine-
a bat, [a] *cap. cùm in illa, de prebend. in 6. clem. 1. eod. tit.* Felyn. *in cap. in nostra, n. 15. correl. 10. de rescrip.* fuit dictum in Lucana beneficiorum 15. Nouembris 1580. coram bo. me. Cardinali Seraphino. Nec subreptionis vitium tol-
3 lit clausula († *quòd animarum cura, si qua imminet, nullatenus negligatur*) vt expresè dicitur *in d. clem. 1. in vers. quamuis*, vbi gloss. *in vers. animarum cura.* Felyn. *vbi su-*
4 *pra, vers. & ampliat hoc.* Ægid. *decis.* 473 quia † clausula sonans immunitionem, & indemnitatem subreptionem non tollit, Vital. *in clem. n.* 23. Secunda sub-
5 reptio, quòd non fuit facta mentio, † quòd esset Prioratus in Ecclesia Collegiata, Vital. *in d. clem. 1. n. 43.* &
6 † quòd requirebat residentiam, latè Hoieda *de incompatibil. benef. par. 1. cap. 17. n* 27. Tertia, quia non fuit ex-
7 pressum, quòd esset dignitas † monocularis, cùm Papa non soleat vnicam dignitatem in Ecclesiis tollere, iuxta tradita per Imol. *in d. clem. 1. n.* 20. & Vital. *ibi, in §.*
b *ad hoc, num. 23. de prob.* [b] Quarta, quia non fuit narratum Priorem habere iurisdictionem in suo territorio,
8 † & esse caput in alia Ecclesia Sancti Vincentij, quæ si Papa sciuisset, non est credendum, quòd voluisset priuare territorium suo particulari Prælato, & Superiore, neque dictam Ecclesiam S. Vincentij suo capite, vt per informantes. Ex quibus, & aliis subreptionibus deductis visum fuit Dominis non constare de validitate literarum vnionis, quia tamen aliqua potest subesse difficultas, si prædictæ qualitates tacitæ probentur, & super validitate examinis, Archidiaconus, qui non informauit, poterit, si volet, audiri.

### ANNOTATIO.

a Latè Menoch. † *de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 201. n. 61. & seq.* 9
qui deducit plures ampliationes, & limitationes ad hanc conclusionem in hac decisione firmatam, & benè etiam Gonzal. *super regul. 8. glos. 6. n. 3. & seq.* Non est tamen necessaria expressio specifica de cura, sed sufficit exprimere curam per æquipollens, Gonzal. qui plures refert *d. glos. 6. n. 15. & 16.* vbi declarat hoc procedere, quando æquipollens est necessarium ad curam, & fuit etiam dictum in Aretina iuris visitandi 10. Martij 1595. coram R. P. D. Gypsio.

Aduertendum etiam est, † quòd si titulus beneficij princi- 10
palis non haberet curam immediatam, sed solùm ratione annexionis, eo quia ei est annexum beneficium curatum, tunc de huiusmodi cura accessoria non est facienda mentio, Menoch. qui alios refert *d. cas. 201. n. 67.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 3. n. 122. & 123.* vbi refert decisionem Rotæ coram Rubeo.

Quid autem dicendum sit, si Ecclesia sit curata tantùm ha-
bita, † eo quia recesserunt Parochiani, & non habeat po- 11
pulum, an in hoc casu sit necesse facere mentionem de cura, latè tractat Garz. *de benef. d. par. 5. cap. 3. n. 109. & seq.* & adsunt decisiones Seraph. contrariæ, nam *in decisione 396. n. 2.* dicit non esse necesse facere mentionem de cura habitu, cuius tamen contrarium habetur *in decis. eiusdem 964. n. 3.* possunt autem ad inuicem ad concordiam reduci hoc modo, aut adest spes Parochianos posse reuerti, & tunc est necesse facere mentionem de cura, aut verò non adest spes, eo quia per spatium 40. annorum Ecclesia non habuerit Parochianos, & tunc non est facienda mentio de cura, prout ita distinxit Rot. in vna Firmana Parochialis coram Quiroga, quam refert & sequitur Garz. *de benef. d. par. 5. cap. 3. n. 111.* & hanc etiam distinctionem sequitur Bursat. *consil. 332. in fin.* Paris. *de resignat. lib. 10. quæst. 2. num. 87.*

b Quando † vltra dignitatem monocularem, adsunt in Ec- 12
clesia alia beneficia, tunc qualitas monocularitatis non habetur in consideratione, vt fuit dictum in Turritana Archipresbyteratus relata per extensum per Garz. *par. 5. cap. 1. n. 258.* & de hac materia beneficiorum monocularium latè tractat Garz. *super regul. 8. glos. 9. §. 4. per totum.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana retractus.

*Mercurij 27. Iunij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Vicinus, vel proximior retrahere volens non tenetur ex dispositione Bullæ Gregorij XIII. super ornatu Vrbis facere depositum, donec durat lis super vicinitate, vel proximioritate.

### SVMMARIVM.

1 *Tempus datum vicino ad retrahendum non currit, donec durat lis super vicinitate.*
2 *Tempus concessum proximiori ad retrahendum non currit pendente lite super proximioritate.*
*Item nec pendente lite inter emptorem, & venditorem super traditione rei venditæ, vt num. 5.*
3 *Proximiori non currit tempus, si lis sit inter emptorem, & consanguineum super re vendita.*

4 Etiam

4 *Etiam si vtrumque iudicium fuerit cumulatum vicinitatis, & retractus.*

5 *Constitutio Gregorij disponens fieri depositum etiam pendente lite, intelligitur de alia lite, quam resultante ex controuersia vicinitatis.*

6 *Obligatio ad deponendum non intrat, donec controuertitur qualitas, sine qua non competit actio.*

*Tempus ad se promouendum ad Ordines sacros ratione beneficij obtenti, non currit pendente lite super d. beneficio, num. 9.*

*Tempus decreti de dimittendo primum incompatibile non currit pendente lite super secundo obtento, & num. 10.*

7 *Obseruantia non releuat, nisi probetur particulariter, & in specie.*

8 *Bulla Gregorij super iure congrui in dubio ita est interpretanda, vt faueat ornatui Vrbis.*

## DECISIO CCCCLI

PRæsoppofita obseruantia Cameræ allegata pro parte D. Manilij dubitaui, an Dominus Petrus teneretur ad faciendum depositum infra annum, & fuit resolutum non teneri; ratio resolutionis fuit, quia tempus
1 † datum vicino ad retrahendum non currit, donec, & quousque duret lis super vicinitate, Put. *decis.* 50. & 199. *lib.* 2. & in decisione, quæ data fuit manuscripta, si-
2 cur etiam † non currit proximiori, donec, & quousque duret lis, super proximioritate, Guidop. *quæst.* 257. *n.* 1. *in fin. vers. aliquis vendit*, prout nec etiam currit emptori, donec duret lis inter emptorem, & venditorem super traditione rei venditæ, quia venditor neget traditionem, aut aliter impugnet venditionem, vt post alios tradit Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *n.* 36. & sicut
3 etiam † eidem proximiori non currit, si lis sit inter emptorem, & consanguineum prætendentem rem ad se pertinere, quamdiu lis illa permaneret, vt per eumdem Tiraquel. *vbi supra*, *n.* 40. & licèt Put. *decis.* 227. *lib.* 2. videatur inclinasse cumulato vtroque iudicio depositum esse faciendum infra annum, attamen contrarium
4 postea resolutum fuit, † vt in decisione, quæ data fuit manuscripta, & optima ratione, quia cumulatio benè reddit certum cumulantem, non tamen reddit certum Iudicem, nec partem. Minùs obstat constitutio Gregorij super deposito disponere etiam præsupposita lite,
5 quia † potest, & debet intelligi de lite alia de causa introducta, quam ex controuersia vicinitatis, cuius qualitatis intuitu oritur actio ad retrahendum, & ex consequenti oblatio ad opponendum. Nam cessante vicinitate cessat actio, ita & obligatio depositi, propterea vs-
6 que dum discutitur qualitas, † propter quam competit actio, non intrat obligatio ad deponendum; Nimis enim durum esset eum, qui prætendit retrahere ad hoc astringi, dum ei negatur huiusmodi qualitas, sine qua
a vana esset prætensio illius.ª *vt in decis.* 50. & 199 *lib.* 2. Cessat etiam fundamentum factum super obseruantia,
7 quia ea † non probatur in casu prædicto particulariter, prout probari debet, Alex. *cons.* 6. *per totum. lib.* 5. Castr. *cons.* 340. *circa fin. vers. superest, lib.* 2. Rol. *cons.* 80. *n.* 10. *cum seqq. lib.* 1. Nec in hoc casu adesse creditur, quia esset contra decisiones, constitutiones, & rationes supra dictas, & tantò magis, quia Papa generaliter statuit dictam Bullam, quòd ne dubitare contingat de
8 eius intellectu, † capiendus sit in dubio ille intellectus, qui fuerit magis pro ornatu Vrbis, & sic pro rettactu.

### ANNOTATIO.

9 a Facit in simili, † quod pluries dixit Rot. non currere tempus ad faciendum se promoueri ad Ordines ratione beneficij obtenti, donec patitur litem super titulo d. beneficij, vt latè resoluit Rot. in Toletana Canonicatus 5. Nouembris 1610. coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, & in Asten. fructuum 1. Iunij 1610. coram R. P. D. Coccino Decano; Sicut † nec etiam currit tempus de- 10
creti de dimittendo primum incompatibile, donec quis patitur litem super secunda, *cap. commissa*, vbi DD. *de elect. in* 6. & fuit dictum in Corduben. Cappellaniæ 27. Iunij 1606. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Lucana Cappellaniæ.

*Lunæ* 1. *Februarij* 1610.

## ARGVMENTVM.

Iuspatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis, & ex confessione prouisi; præsertim quando Ordinarius non est in causa. Ex duobus præsentatis est ille instituendus, qui est præsentatus à maiori parte patronorum, & fuit validè præsentatus.

### SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probatur ex pluribus præsentationibus effectuatis.*

2 *Iuspatronatus probatur ex confessione partis aduersæ, & num. 21.*

3 *Iurispatronatus probatio leuior sufficit, quando Ordinarius non est in causa, nec alius prouisus de beneficio tamquam libero.*

4 *Præsentatus non dicitur habere vnum stipitem, nisi habeat maiorem partem concurrentium in illo stipite, & num. 23.*

5 *Præsentatio ad iuspatronatus facta vigore mandati dati, antequam vacaret beneficium, est nulla.*

6 *Præsentatio facta vigore mandati reuocati est nulla, licèt non fuerit intimata reuocatio.*

7 *Negligentia patroni in præsentando non probatur ex eo, quod in præsentationibus non fiat mentio de eo.*

8 *Patronus negligens in aliquibus præsentationibus sibi non præiudicat in aliis.*

9 *Quasi possessio præsentandi conseruatur per compatronos.*

10 *Præsentandi ius non præscribitur per compatronos, nisi appareat illos habuisse animum præscribendi.*

11 *Patronus non præsumitur habere animum priuandi compatronos iure præsentandi.*

12 *Et si habet talem animum, requiritur de hoc scientia in aliis compatronis.*

13 *In præscribenda libertate Ecclesiæ patronatæ requiritur, quod Ordinarius conferat animo acquirendi libertatem cum scientia patronorum, & num. 24.*

14 *Præsentandi quasi possessio sufficit ad sustinendam præsentationem.*

15 *Patronus admittens alium ad secum compræsentandum non potest obiicere, quòd ille non sit patronus, aut quòd non habeat ius præsentandi.*

16 *Præsentandi possessio non attenditur, vbi constat de proprietate, & hoc habet locum, quando est controuersia inter possessorem, & proprietarium.*

17 *Descendentiam non est necesse probare à primo fundatore, sed sufficit probare descendentiam ab illis, qui aliàs præsentarunt.*

18 *Patronus potest præsentare, non obstante, quòd constituerit Procuratorem ad præsentandum.*

19 *Præsentationes non sortitæ effectum non suffragantur.*

20 *Præsentandi possessio deducta, ex vltima præsentatione effectuata, sufficit ad sustinendam præsentationem.*
21 *Informa probanti sunt præsentationes extracta ab iisdemmet Cancellarius Episcopalibus rogatis, siue ab eorum successoribus.*

## DECISIO CCCCLII.

QVod Cappellania Beatæ Virginis in Ecclesia SS.
Io.& Reparatæ sit de iurepatronatus non contro-
uertitur, & constat non solùm ex dotatione facta de
anno 1435. & ex pluribus præsentationibus effectum
1 sortitis ab anno 1454. per spatium 150. annorum,† sed
etiam ex confessione Ioannis in eius prouisione, quæ
a contra ipsum plenè probat,[a] Peregr.† *dec.54. lib.2.* fuit
2 dictum in vna Taurinen. Cappellaniæ 8. Martij 1584.
coram Orano, & in Romana de Publicolis 3. Ianuarij
1600. coram Reuerendissimo Pacen. præsertim cùm
Ordinarius non sit in causa, nec aliquis prouisus de
3 Cappellania, vti libera, & † ob id sufficiunt leuiores
b probationes, Cassad. *decis.1. num.7. de probat.* fuit[b] di-
ctum in causa Vercellen. Cappellaniæ 7. Maij 1601. co-
ram Illustrissimo Cardinali Millino. Dubium autem
est, an Cappellania sit Io. adiudicanda, vel potius in ea
instituendus Stephanus. Quod dubium in prima parte
fuit negatiuè resolutum, quia Io. non iustificauit suam
gratiam, & præsertim in eo, quòd fuerit præsentatus à
medietate Patronorum, imò de contrario constat, nam
cùm præsentatio spectet ad Priorem SS. Io.& Repara-
tæ, pro vna voce, ad illos de Gualanducciis pro alia, &
pro tertia ad familiam de Cennamis, quæ tractu tem-
poris in tres ramos fuit diuisa, vt constat ex præsenta-
tionibus antecedentibus, de quibus infra dicetur in se-
cunda parte dubij, Io. exhibet tantùm præsentationem
factam à Iacobo Cennamo, vnde ex tribus vocibus
vnam tantùm prætendere potest, sed neque illam, cùm
c deficiat maior pars in illa concurrentium, †[c] Lap. *in*
4 *in clem. plures,* & ibi Card. *col. 3. vers. & quod dictum Ste-
phan.* Imol. *num.4. in fin.* & alij *de surep.* Lambert. *de iur.
patr. art.7. q.4. princip. 3. par.1. lib. num.2.* fuit dictum in
Aretina Cappellaniæ 24. Ianuarij 1603. coram Illustris-
simo Cardinali Pamphilio. Vlteriùs hæc præsentatio
est nulla, quia facta in vim mandati dati ad præsentan-
dum in hoc beneficio in tempore, antequam vacaret,
d [d] *iuxta notata in cap. final. de concess. prabend.* † Roch. *de*
5 *iurepatr. in vers. honorificum, quæst.5. sub n. 25. vers. limita
modo.* Lambert. *art.2. 1. par. quæst.4. lib.2.* fuit dictum in
Miranden. Parochialis 10. Martij 1603. coram R.P.D.
meo Decano. Et quando mandatum validum extitisset,
6 fuerat reuocatum, vnde præsentatio † subsecuta fuit
nulla, vt in dicta Miranden. quod procedit, licèt non
fuerit intimata reuocatio, Paul. de Castr. *cons.361. num.
5. & seq. lib.1.* Aym. *cons. 76. sub num.3. vers. quartò in ter-
minis*, & habetur in d. Miranden. Quoad secundam
partem dubij circa institutionem faciendam Stephano
fuit ad eius fauorem conclusum, quia fuit præsentatus
à Priore SS. Io. & Reparatæ, necnon à Gualanduccio
Paulo, & Camillo de Gualanducciis, qui præsentaue-
runt etiam nomine Benedicti eorum fratris, item à Ni-
colao, Iacobo, & Bartholomæo de Cennamis. Non ob-
stat, quòd dicitur Priorem amisisse ius præsentandi,
cùm per multùm tempus in multis vacationibus non
præsentauerit, quia fuit dictum constare ipsum præsen-
tasse de anno 1453. & 1591. quòd autem medio tem-
7 pore non præsentauerit, non docetur; † quia licèt in
præsentationibus productis non fiat mentio de ipso,
potuit tamen separatim præsentare, vel aliorum præ-
sentationi consentire. Et vbi etiam non præsentasset,
8 † & fuisset negligens in aliquibus præsentationibus,
e non sibi præiudicasset in aliis,[e] Feder. de Sen. *cons.102.
Nobilis quidem patronus, in vltim. dubio.* Abb. *cons.53. num.
3. ante fin. par.1.* Ruin. *cons.50. num.10. lib.5.* Natt. *cons 446.
num.18.* Ioan. Baptist. Ferrett. *cons.132. n.2.* Quinimò per
præsentationem † aliorum compatronorum fuit con- 9
seruata eius possessio, Abb. & Ferrett. *vbi supra.* Capu-
taquen. *decis. 292. par. 2.* & fuit sæpiùs resolutum. Nec
intrat, quod dicitur de præscriptione 40. annorum, quia
ex hoc, quòd illi soli præsentassent, non præiudicaba-
tur priori, † nisi expressè appareat, quòd habuerint ani- 10
mum ipsum priuandi, † quod in dubio non præsumi- 11
tur, vt per Ruyn. *d. cons.50. num.9.* & per Ferrett. *vbi su-
pra, num.3.* † imò requiritur, quòd prior sciuisset, præ- 12
sentantes habuisse animum ipsum priuandi, Ferrett. *ibi.*
Facit, quod dicitur in præscribenda libertate Ecclesiæ
patronatæ requiri, † quòd Ordinarius conferat animo 13
acquirendi libertatem aduersus iuspatronatus, & quod
patroni id sciant, [f] vt resoluit Rota in vna Imolen. iu- f
rispatronatus 19. Octobris 1579. coram Lauretano. Mi-
nùs etiam facit, quod dicitur priorem præsentasse de
anno 1577. Iacobum Iannettinum, & postea renun-
ciasse liti introductæ inter ipsum, & ab eo præsentatum
ex vna, ac alios patronos de Gualanducciis, & Cenna-
mis, qui præsentauerant Vincentium Ciradellam ex al-
tera, quia vltra quòd renunciatio fuit facta per Procu-
ratorem, de cuius mandato non constat, fuit renuncia-
tum non iuspatronatus, seu præsentandi, sed ipsa præ-
sentatio tunc facta, quia alter præsentatus habebat ma-
iorem partem. Quoad Gualanduccios verò, dum obii-
ciebatur eos non esse nominatos in fundatione, † fuit 14
dictum sufficere ipsos esse in quasi possessione præsen-
tandi, *iuxta c. consultationibus, de iurepatr.* forsan enim
præsentarunt, vti descendentes à Cæcilia vxore funda-
toris, in fundatione vocata, sed vtcumque sit, † cùm 15
per duas vices fuerint in duabus vltimis præsentationi-
bus ab aliis patronis admissi ad præsentandum, non
possunt ipsi, nec ab eis præsentatus obiicere, quòd non
sunt patroni, aut habeant ius præsentandi, Rip. *in cap.
cum Ecclesia, num.93. versic. sexto requiritur, de caus. poss. &
prop.* quem secuta est Rota in Florentina de Ricasolis
coram R. P. D. meo Lancellotto, & post longam dis-
cussionem in Cenneten. iurispatronatus 1. Decembris
1616. coram R. P. D. meo Marquemontio. Et quod di-
citur ex aduerso † non attendi quasi possessionem præ- 16
sentandi, vbi constat de proprietate in contrarium, pro-
cedit quando est controuersia inter possessorem, &
proprietarium, cui non potest obiici, quòd consenserit
alterius possessioni, quia si consensit eum admittendo
ad secum præsentandum, intrat doctrina Rip. & deci-
siones allegatæ. Quoad Cennamos non obstat, quòd
non probetur eos descendere à Petro Cennamo in
fundatione cum suis descendentibus vocato, quia suffi-
cit, quòd descendant ab illis, qui alias præsentauerunt,
g vt fuit dictum in Gerunden. beneficij † de Ceruiana g
coram bo. me. Cardinali Seraphino, & in Papien. Ar- 17
chipresbyteratus 28. Ianuarij 1602. coram Illustrissimo
Cardinali Pamphilio, & sæpissimè in aliis. Isti autem
non solùm descendunt ab illis de Cennamis, qui præ-
sentarunt in antiquis vacationibus, sed sunt illi met, qui
præsentarunt in duabus vltimis. Nam quoad Iacobum,
quem pars aduersa patronum fatetur, cùm eius præsen-
tationi nitantur, ipse præsentauit de anno 1577. & 1590.
† & non est dubium, quòd post mandatum datum ad 18
præsentandum potuit etiam ipse præsentare, Fel. *in cap.
venerabilis, post n. 3. de except.* & non est facienda vis in
præsentatione facta in personam Io. ex mandato nullo,
& reuocato, vt est dictum. Nicolaus est filius Annibalis,
qui præsentauit de anno 1591. de quo anno præsentauit 19
etiã Bartholomæus. Non obstat, † quod opponitur præ-
sentationes non fuisse sortitas effectũ, quia effectuatio
duarum vltimarũ non potest negari, cùm exhibeantur
literæ institutionis Vincẽtij Citadellæ, qui fuit præsen-
tatus de anno 1577. qui Vincentius postea de anno 1581.

d. Cappel

d. Cappellaniam in manibus Papæ resignauit ad fauo-
rem Sebastiani Gualanduccij, per cuius obitum Cap-
pellania deinde vacauit de anno 1591. & fuit præsenta-
tus, & institutus Io. Gualanduccius, qui postea permu-
tauit hanc Cappellaniam cum Paulino Arnulphino,
20 per cuius obitum vltimo loco vacauit, † & hæc sola
sufficeret pro validitate præsentationis, & pro obtinen-
da institutione, Calder. *consil. 12. de iurepatronatus.* Ac-
chil. *decis. 5. eod. tit.* Malè etiam obiicitur dispositio Con-
cilij Tridentini possessionem præsentandi non atten-
dentis, quia vltra, quod adest fundatio iurispatronatus,
& non controuertitur patronatus, sed pertinentia, ha-
bemus duas præsentationes post Concilium factas
præuia causæ cognitione. Non subsistit, quod dicitur
præsentationes productas non esse in forma probanti,
21 quia omnes † fuerunt extractæ à libris collationum
Episcopatus ab ipsismet Notariis, & Cancellariis roga-
tis, siue ab eorum successoribus, & pars aduersa illas re-
produxit coram Priore Sancti Tidentiani, & propter-
ea non potest opponere, quòd sint minùs solemniter
desumptæ, Lap. *alleg.* 119. *n.* 3. Paris. *cons.* 125. *n.* 20. *lib.* 1.

*ANNOTATIO.*

22 a Iuspatronatus † probari per confessionem partis in illius
præiudicium, pluries dixit Rot. & tres decis. per exten-
sum refert Garz. *de benef. par. 12. cap. 2. à n. 276. vsque ad
279.* & Rot. *decis. 526. 563. & 645. par. 4. in nouiss. impress. &
decis. 697. sub n. 2. par. 2. in recent.* & regulariter in benefi-
cialibus confessio præiudicat confitenti, Rot. *decis. 738.
sub num. 2. vers. & indistinctè, par. 2. in recent.* Hoc autem,
quod dicitur de probando iuspatronatus ex confessione
partis, non habet locum ad effectum canonizandi iuspa-
tronatus in præiudicium Ecclesiæ, sed solùm procedit in
præiudicium ipsius confitentis, Mantic. *decis. 318. n. 3.* &
fuit dictum in Aquilana iurispatronatus coram Comitu-
lo, impress. penes Marches. *de Commiss. tom. 1. fol. 131.* & ita
est intelligenda declaratio S. Congregationis relata per
Garz. *d. cap. 2. num. 275.* vbi resoluitur non probari iuspa-
tronatus ex sola confessione partis.
b Mantic. *decis. 244. num. 5.* Rot. *decis. 526. & 533. in princip. par.
4. in nouiss. impress.* Gonzal. *super regul. 8. glos. 18. num. 59.*
Garz. *de benefic. par. 5. cap. 9. num. 68.*
23 c Qui habet † maiorem partem vocum, seu suffragiorum
vnius stipitis, etiam si adsit contradictio minoris partis,
dicitur habere totam stipitem, nec attenditur contradi-
ctio minoris partis, quia pars maior suffocat minorem,
Gonz. post relat. *super regul. 8. glos. 45. num. 61.* Rot. *decis. 443.
sub num. 4. par. 2. in recent.* fuit dictum in Vrbinaten. iuris-
patronatus 14. Maij 1618. coram bo. mem. Andrea, & in
Vgentina iurispatronatus 15. Aprilis 1605. coram R. P. D.
Pamphilio, adeo quòd si duo fuerint præsentati cumula-
tiuè ab vna stipite, sed vnus habeat omnes voces; alter
verò solùm maiorem partem, dicuntur inter se pares, &
est locus inter illos gratificationi, perinde ac si ille, qui
habet maiorem partem vocum, omnes voces illius stipi-
tis habuisset, vt notabiliter resoluit Rot. in Lauden. Cap-
pellæ 3. Iunij 1617. coram R. P. D. Caualerio.
d De hac materia dixi *supra ad decis.* 420.
e Vide, quod dixi *supra ad decis.* 417.
24 f Rot. † *decis. 615. num. 3. par. 1. in recent.* & plenè fuit dictum
in Lucana iurispatronatus de Podiis 23. Martij 1620. co-
ram R. P. D. Dunozetto, vbi fuit dictum, quòd ad effe-
ctum, quòd præscribatur libertas Ecclesiæ aduersus ius-
patronatus requiritur auctoritas Superioris, & voluntas
vnà cum cursu quadraginta annorum, & ad mutandum
statum beneficij, quæ requirantur, plenè dixi *supra ad de-
cis.* 434.
g Vide *supra ad decis.* 349.

*Oliuerius Beltramiuus.*

## Pampilonen. Ædificij.

*Veneris 12. Februarij 1610.*

ARGVMENTVM.

Testium examen an fuerit validum in casu pro-
posito, benè declaratur.

*SVMMARIVM.*

1 *Testium examen in dubio præsumitur validum.*
2 *Testium examen factum post terminum, quo durabat ci-
tatio, est nullum, vti factum sine citatione, nec terminus
superueniens aliquid operatur.*
3 *Retrotractio termini non potest sanare nullitatem exami-
nis.*
4 *Notarij attestationi statur circa citationem in locis, vbi
viget consuetudo, quòd Notarij funguntur vice Cur-
sorum.*
5 *Stylus probatur ex eo, quòd etiam altera pars in processu
à se facto idem seruauit. & num. 9.*
6 *Actu iudicialia non requirunt testes.*
7 *Citatio, quæ non est restricta ad certum diem, intelligitur
pro toto termino examinis præfixo.*
8 *Iuramentum in forma intelligitur præstitum, prout de-
buit legitimè præstari.*

DECISIO CCCCLIII.

REsolutum fuit testes esse validè examinatos, exce-
ptis illis, qui fuerunt examinati die 5. Iulij. Iudex
enim 19. Iunij admisit partes ad probandum cum præ-
fixione termini 15. dierum, qui terminus durabat vs-
que ad diem 4. Iulij. Die autem 6. eiusdem de vtriusque
partis consensu prorogauit terminum ad 60. dies inci-
piendos à die 2. prædicti mensis. Hinc sequitur testes,
qui iurarunt die 2. 3. & 4. Iulij, iurasse in tempore, cùm
durat primus terminus 15. dierum. Idem dicendum de
illis, qui iurarunt die 6. cum iurauerint in termino
prorogato. Nec refert, quòd non appareat iuramentum
fuisse præstitum post decretum prorogationis, † quia 1
ita est præsumendum pro validitate examinis, ad tradi-
ta per Alciat. *præs. 42. reg. 3.* Cott. *in memor. in ver. actus.*
Cassad. *decis. 21. de prob.* Cresc. *decis. 4. & 6. de præscrip.*
Testes verò examinati die quinta † quando primus ter- 2
minus expirauerat, & nondum incœperat secundus, &
sic extra terminum, & per consequens sine citatione,
quæ non durat nisi durante termino, sunt nulliter exa-
minati, nec terminus superueniens aliquid operatur ad
validitatem examinis, cùm requiratur pro substantia
tempore examinis, *l. obligari, §. tutor,* & ibi not. *ff. de au-
thor. tut. & l. matrẽ, C. de probat.* latè Tiraquel. *de iure pri-
mogen. quæst. 34. n. 21.* & licèt in prorogatione fuerit di-
ctum, quòd terminus prorogatus inciperet à die se-
cunda, attamen ista retrotractio † non potuit sanare 3
nullitatem examinis, Alex. *cons. 28. n. 24. lib. 5.* Paris.
*cons. 144. n. 3. lib. 4.* Surd. latè *decis. 70. n. 16.* qui alios cu-
mulat. Nullitas, quæ deducitur ex eo, quòd citatio
non probatur per attestationem Notarij absque testi-
bus tollitur † ex stylo notorio, qui in partibus Hispa- 4
niarum viget, ibi enim non sunt Nuncij, & Cursores,
sed eorum vice funguntur Notarij, & meritò illis cre-
ditur de citatione facta, prout de iure creditur Nunciis,
vt fuit dictum in causa Toletana Decimarum 13. Iunij
1590. coram R. P. D. meo Decano, & in causa Placenti-
na, & Toletana Canonicatus, & Beneficiorum 16. Iunij
1609. coram me, & in aliis pluribus. † Nec potest 5
pars aduersa controuertere istum stylum, quia in cita-
tionibus ad eius instantiam factis adest sola relatio

a Notarij sine testibus.ª Minus obiici potest defectus te-
stium decreto deputationis Notarij receptoris, decreto
6 prorogationis termini, & similibus, quia † cùm sint acta
iudicij, eos non requirunt, glos. & DD. *in cap. quoniam*
*contra, de probat.* Lap. *alleg.* 81. *n.* 3. *vers. speciale est.* Bald. *in*
*l. donationibus, num.* 3. *C. de donat.* Non obstat, quòd ci-
tatio fuerit facta pro vna die, & alia fuerit examina-
7 tum, † quia citatio non fuit restricta ad certas dies, &
intelligitur pro toto termino examini præfixo, vt fuit
dictum in Tolerana decimarum de Lucillos 6. Februa-
rij 1609. coram me, & in aliis. Nec etiam verum est,
quòd Notarius attesterut de iuramento per verba
enunciatiua, cùm appareat, quòd Notarius singulis die-
bus, quibus iuramentum detulit, singulos actus roga-
tut, vt benè deducunt informãtes pro Monasterio San-
cti Elmi. Vltra quòd cùm Notarius non dicat simplici-
ter de iuramento præstito, sed quòd iorarunt in forma,
8 sufficit, † quia tunc intelligitur iuramentum præsti-
tum, vt debuit, legitimè, prout fuit sępissimè resolutum
in Rota, & signanter in vna Ciuitaten. constructionis
Cappellæ 20. Februarij 1589. coram bo. me. Cardinali
Seraphino, in Corduben. Redecimarum 19. Ianuarij
1595. coram eodem, & in Calaguritana oblationum
26. Martij 1590. coram Perusino.

*ANNOTATIO.*

9 a Et quòd † stylus circa ordinatoria reddatur verisimilis
ex eo, quòd eadem pars aduersa eodem modo fecit suas
probationes, Rot. *decis.* 411. *sub num.* 2. *vers. ac etiam ex eo,*
*par.* 1. *in recent. & decis.* 587. *n.* 3. *par.* 2. *in recent. & decis.* 205.
*n.* 3. *inter impress. penes Farinac. post* 2. *lib. cons.* vbi fuit di-
ctum non posse opponi de nullitate examinis ex defectu
alicuius solemnitatis, si etiam eundem modum opponens
seruauit in faciendis suis probationibus; vel saltem,
quando par forma, & ordo fuit seruatus in examine
vtriusque partis, tunc de facili Rot. vtrumque examen
sustinet, vt dicit Gonzal. *super regul.* 8. *in annotat. contra*
*nullit. num.* 73. *in fin.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Venetiarum Nauis.

*Lunæ 1. Februarij* 1610.

ARGVMENTVM.

Iura ex quibus censeantur in forma probanti.

*SVMMARIVM.*

1 *Iura extracta à Notario actuario habentur loco origina-*
*lium.*
2 *Notario attestanti se actuarium creditur.*
3 *Signum non est de sustantia, & sufficit sola subscriptio No-*
*tarij, & num.* 6.
4 *Notarij habent iuuenes, & substitutos, qui quicquid*
*agunt, agunt nomine Notarij principalis.*
5 *Subscribens dicitur virtualiter omnia scribere, & num.* 7.

DECISIO CCCCLIV.

DVbitaui an iura in actis exhibita sint integra, ac in
forma probanti; Et Domini reseruata discussione
integritatis in aliam positionem resoluerunt esse in
1 forma probanti, quia cùm † fuerint extracta, & subscri-
pta à Notario actuario habentur loco originalium,
Bald. *in l. publicari, num* 9. Ias. *num.* 4. *C. de testam.* Alexan.
*in Authen. si quis in aliquo, num.* 5. Dec. *num.* 15. *C. de edend.*
Rot. *decis.* 1. *de fid. instrum. in nou.* latè Couar. *pract. quest.*
*cap.* 19. *num.* 3. fuit dictum in causa Bracharen. Parochia-
lis 10. Iunij 1609. & 20. Ianuarij præteriti coram R. P.
D. meo Sacrato, & sæpissimè in aliis. Quòd autem ille
sit † actuarius, probatur ex eius attestatione secundùm 2
stylum Rotæ, Caputaq. *decis.* 245. *par.* 2. fuit dictum in
Gerunden. vini 13. Maij 1598. coram R. P. D. meo De-
cano, & coram me in vna Romana iurispatronatus 26.
Maij 1600. & in Barchinonen. Prioratus 28. Nouem-
bris 1607. coram bo. me. Iusto. Non obstat, quòd No-
tarius non apposuerit signum, quia † illud non est de 3
substantia, & sufficit sola subscriptio,ª Chissan. *decis.* 73. a
fuit decisum in Bononien. fideicommissi de Sancto
Petro de anno 1607. coram R. P. D. meo Decano, & in
Pampilonen. Parochialis 9. Maij eiusdem anni. Nec
etiam facit, quòd actuarius dicat processum fuisse ab
ipso extractum, & tamen reperiatur scriptus diuersis
manibus, † quia scribaniæ habent iuuenes, & substitu- 4
tos sub illis scribentes, qui quicquid agunt, agunt no-
mine scribæ, & Notarij principalis, vt etiam videmus
in officiis Notariorum Aud. Cam. & aliis Curiæ. Vltra
quòd propter subscriptionem † dicuntur omnia ab ipso 5
virtualiter scripta,ᵇ Natt. *cons.* 287. *num.* 4. latè Surd. b
*consil.* 61. *num.* 31. Alia benè tolluntur per informantes
pro Ruberto, & litis consortibus.

*ANNOTATIO.*

a Quicquid † sit ex iuris dispositione an signum sit de sub- 6
stantia Rot. seruat opinionem, quòd non sit de substantia,
sed quòd sufficiat subscriptio sola Notarij, Seraph. *decis.*
902. *num.* 5. *& decis.* 909. Rot. *decis.* 628. *n.* 2. *par.* 2. *in recent.*
fuit dictum in Mediolanen. iurispatronatus 13. Februarij
1615. coram. R. P. D. Pirouano, & in Firmana iurispatro-
natus 7. Iunij 1619. coram R. P. D. Dunozetto, vbi dicitur
ita fuisse multoties in Rot. iudicatum.
b Roland. † *cons.* 44. *num.* 28. *& seq. lib.* 1. Rot. *decis.* 603. *sub* 7
*n.* 2. *par.* 2. *in recent.* fuit dictum in Ariminen. Castrorum
13. Martij 1600. coram Cardinali Lancellotto, & in Vr-
gellen. Parochialis 29. Nouembris 1602. coram Cardina-
li Pamphilio, vbi fuit dictum validam esse extractionem,
etiam si Notarius totam scripturam non scripserit, sed
solùm se subscripserit.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Toletana Portionis.

*Lunæ 25. Februarij* 1610.

ARGVMENTVM.

Decretum super derogatione puritatis eo ipso,
quòd non iustificatur ex actis dicitur noto-
riè iniustum, & ex pluribus ostenditur non
esse in casu proposito iustificatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Notoriè iniustum dicitur decretum eo ipso, quòd non iu-*
*stificatur ex actis.*
2 *Puritas non est positiuè probanda per admittendum, sed*
*è contra probari debet eius impuritas, & latè sub*
*num.* 15.
3 *Famæ bonæ probatio præualet malæ, & sub num.* 16.
4 *Procedit etiamsi deponentes de bona sint pauciores.*
5 *Testes inducens non potest opponere contra eorum perso-*
*nas.*
*Testis non magis probat contra inducentem, quàm pro*
*inducente, & sub num.* 17.
6 *Fama debet esse constans, inconcussa, & solid.*
7 *Incertitudo personæ vitiat probationem.*

8 *Pluralitas*

8 *Pluralitas generat obscuritatem.*
9 *Identitas probatur ex indiciis, & coniecturis.*
10 *Identitas probatur ex pluribus demonstrationibus, quando illæ aliis non conueniunt, & sub num. 18.*
11 *Confessio non probat contra tertium.*
12 *Origo, & domicilium patris transit in filium.*
13 *Relatio fit ad proxima, & immediata.*
14 *Interpretatio depositionis testium facienda est contra inducentem.*

## DECISIO CCCCLV.

FVit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam, quia de eius iustitia constat ex decisionibus in hac causa, & in Toletana Canonicatus factis. Non obstat, quod dicitur, decretum denegatæ Augustino possessionis ob non appellationem fecisse transitum in iudicatum, & propterea Augustino iocumbere onus probandi puritatem, iuxta decisionem Gropperij in alia Toletana portionis, quia vltra quòd perfecta informatione Augostinus petiit sibi tradi possessionem, & casu quo denegaretur, appellauit, nec fuit illi intimatum decretum denegationis, quando etiam non fuisset appellatum, & appellari debuisset, non propterea tenebatur Augustinus probare positiuè suam puritatem, & decisio Gropperij hoc non dicit, sed quòd tenetur probare iniustiam decreti, & grauamen, & ita illam intellexit Rota in Oueten. Canonicatus 24. Ianuarij 1578. coram bo. mem. Card. Seraphino, ob id Augustinus fecit trans-
1 portare acta inquisitionis, ex quibus, † cùm non iustificetur decretum, apparet de eius notoria iniustitia,
a [a] Paris. *cons. 54. num. 21. lib. 4.* Cæs. de Graf. *dec. 2. de solut.* fuit dictum in Seguntin. Præstimonij 17. Aprilis 1592. coram Orano, & in Vlixbonen. Beneficij 9. Iunij 1600. coram me. Quòd aotem non iustificetur, inde patet,
2 quòd Capitulum † non probat impuritatem Augusti-
b ni, prout probare tenetur,[b] & pluries fuit dictum, quatenus enim eam probasse credit ex testibus de publica voce, & fama deponentibus, vltra, quòd multa opponuntur, & contra dicta, & personas eorum, apparet etiam fuisse probatam puritatem ex fama contraria,
3 † & in concursu præualet probatio bonæ famæ proba-
c tioni malæ,[c] Ancharan. *cons. 187. num. 7. vers. quummò in dubio.* Corn. *cons. 176. ad fin. lib. 4.* Put. *decis. 2. num. 2. lib. 3.*
4 quod procedit † etiam si deponentes de bona essent pauciores, Anch, & Corn. *ibi*, & fuit dictum in Toletana Cappellaniæ 19. Ianuarij anni præteriti coram R. P. D. meo Marquemoatio, multò magis, quando, vt in casu nostro sunt plures, cùm omnes testes primæ informationis, & alij multi secundæ deponaor de fama puritatis. Et licèt pro parte Capituli dicatur testes pro Augustino loquentes non concludere publicam vocem, & famam, attamen contrarium liquet ex eorum lectura. Nec sunt attendendæ exceptiones, quæ dantur
5 contra eorum personas, cùm † Capitulum eos receperit, & examioauerit absque aliqua participatiooe Au-
d gustini,[d] *l. si quis testibus, C. de testib.* Abb. *in c. præterea, n. 6. & 7. eod. tit.* Roman. *cons. 104. n. 6.* Paris. *cons. 50. num. 6. lib. 1.* fuit dictum in Toletana Portionis 21. Maij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Mantica. Additur, quòd Augustinos in susceptione ordinum coram Commissariis Sanctæ Inquisitionis, iam sunt 30. anni, examinauit super sua puritate septem testes admodum senes,
6 qoi optimè deponunt, ex quibus saltem † apparet, quòd fama impuritatis non est constans, inconcussa, &
e solida, prout esse debet,[e] Bald. *in l. conuenticulam, num. 8. vers. est tamen verum, C. de Episc. & Cleric.* & sine contradictione, Afflict. *decis. 83. num. 7.* Accedit, quòd ex testibus deponentibus de fama impuritatis Augustini aliqui eam videntor deducere ex parentela, quam ipse habet cum illis de Castillos, sed fuit probatum, & resolutum Castillos non tangere Augustinum, nisi per affinitatem, quæ eum non maculat. aliqui ex parentela illorum de Tellez, & tamen, vt probatur ex ipsa inquisitione, macula illorum de Tellez est moderna, & prouenit ex quadam muliere de familia Madrid, quæ nihil habet commune cum ascendentia Augustini. Quatenus autem Capitulum deducit impuritatem ex persona Gundisalui Sanchez de Vbeda, quem pro tritauo assignat Augustinus in sua genealogia, eo quia in publicis scripturis Sanctæ Inquisitionis probarur de anno 1486. fuisse publicè pœnitentiatum, & reconciliatum Gundisaluum Sanchez de Vbeda de Casarauios, hoc fuit sublatum ex decisione Domini mei Sacrati, quia constat de pluralitate Gundisaluorum de Vbeda: Nam Gundisaluus tritauus Augustini habuit filium, qui nomine patris Gundisaluus appellabatur, vt deponuot Francisca Garzia, Ferdinandus Ximenez, Ferdioandus Peon, Alphonsus Garzia, & alium Gundisaluum nepotem, vt dicit Isabella de Oluera, & Ferdinandus Ximenez, & omnes tres appellabantur Gundisaluus Sanchez de Vbeda. Vnde impuritas, quam ostendit Capitulum ex persona Gundisalui pœnitentiati, † non probatur pro- 7
pter incertitudinem personæ Gundisalui, *l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. l. si ita. ff. de reb. dub. l. qui ex pluribus ff. de verb. oblig.* Alexan. *cons. 153. num. 5. in fin. lib. 2.* Vbi enim pluralitas, † ibi obscuritas, vt dicit Bald. *in* 8
*l. hac consultissima, num. 6. C. qui testam. fac. poss.* Non obstat quòd non probetur, quòd de anno 1486. quando Gundisaluus pœnitentiatus fuit, extitissent plures Gundisalui, quia nec etiam probatur contrarium, & non est mirum, quòd eodem tempore extitisset pater, & filius, & vbi vnicus tantùm extitisset, ille potuit esse filius, sicut pater, nemo enim dicit, & nullibi probatur Gundisaluum ascendentem Augustini fuisse de dicto anno, & licèt sufficiat Augustino docere pluralitatem Gundisaluorum ad effectum, vt non probetor ipsum originem ducere ab illo Iudaizante, & reconciliato, attamen ex abundanti coocurrunt multæ coniecturæ, & verisimilitudines benè ponderatæ in decisione Domini mei Sacrari ad excludendum, quòd Gundisaluus ascendens Augustini sit alius ab illo descripto in actis Sanctæ Inquisitionis, † & vbi de identitate agitur, at- 9
tenduntur indicia, & coniecturæ, Afflict. *decis. 23. num. 3.* Surd. *cons. 414. num. 68.* præsertim in antiquis, Menoch. *cons. 21. num. 33.* Inter alias autem verisimilitudines illa est maxima coniectura, siue demõstratio, quòd tritauus Augustini fuit coniugatus cum Francisca Tellez, Gundisaluus autem pœnitentiatus habuit vxorem Mariam Diaz, & excluditur, quod ex aduerso obiicitur potuisse habere vtramque successiuè, quia vnus testis dicit præcisè Gundisaluum habuisse vnicam tantùm vxorem Franciscam, & alij plures dicunt se audiuisse de Francisca solùm, & quòd nunquam audiuerunt illum habuisse aliam, & est multùm verisimile, quòd cùm habuisset vxorem nobilissimam, ex qua plures susceperat liberos, non duxerit aliam infimę coodiitionis: Accedit, quòd nullus testis habetur in tota Inquisitione, qui malè loouatur de Gundisalno Sanchez de Vbeda, & ex iis, qui conati sunt deponere de impuritate, nemo est, qui eam deducat à persona ipsius, imò vt in decisiooe dicitur, sunt testes, qui de eo optimè loquuntur, & dicunt illum fuisse valdè honoratum, quod fit verisimile ex familiaritate quam habuit, vt deponunt plures testes cum Henrico IIII. Castiliæ Rege. Non obstat, † quòd 10
pluribus demonstrationibus concurrentibus probetur identitas, quia hoc verum, nisi illæmet aliis etiam conueniant,[f] Bart. *in l. demonstratio falsa, n. 15. in fin. ff. de cond. & demonstrat.* Bald. *in l. hac consultissima, n. 5. in fin. C. qui testam. fac. poss.* qualitas, seu demonstratio deducta ex eo, quòd Gundisaluus pœnitentiatus habuerit Io. & Garziam filios, non probatur ex confessione Alphonsi f

11 della Pegna, vt fuit resolutum, cùm † illa non prober
contra terrium, *l. si vnus, il 1.* vbi Ias. *ff. de pact.* Afflict.
*decis.245. num.11.* Tiraquel. *de retract.conuent.§.4.glos.6.*
*num.9.* alia etiam qualitas deducta ex eo, quòd esset de
loco de Casaruuios, non excludit Gundisaluum filium,
12 imò illum includit, † cùm domicilium, & origo patris
transeat in filium, Bald. *in cons.334.post n.1.lib.4.* fuit di-
ctum coram me in Ciuitatis Castelli Liquidationis 1.
Nouembris 1606. dantur etiam ad hoc aliæ responsio-
nes per informantes. Non obstat ponderatio depositio-
nis Ferdinandi Peon, quam facit pars aduersa ad pro-
bandum, quòd Gundisaluus filius non extaret de anno
1486. ex eo, quòd testis examinatus de anno 1607.
dum esset ætatis annorum 44. dicit cognouisse ipsum
per decem annos, quod esse non potest, si de anno 1486.
fuisse pœnitentiatus, oportet enim secundùm calcu-
lum, quem faciunt informantes pro parte Capituli,
quòd ille Gundisaluus vixisset per annos 121. quia
omisso, quòd non est impossibile per rerum naturam,
respondetur testem non dicere de cognitione Gundi-
salui, sed de cognitione Ioannis eius filij; illud enim re-
13 latinum (*qui*) est intelligendum de ipso Ioanne, † vt
relatio fiat ad proxima, & immediata, glos. *in l.1. ff. de*
*legat.præst.* Bart. Castr. & alij, *in l. heredes palam, §.sed si*
14 *notum, ff.de testamen.* & † interpretatio facienda est con-
tra Capitulum, quod illum examinare fecit, Soc. *cons.*
*274.n.3.lib.2* Paris. *consil.107.n.65.lib.1.* Dum autem pars
aduersa adhuc instat, quòd etiam si referatur cognitio
ad Ioannem filium, per necesse arguitur Gundisaluum
istum secundum non esse illum, qui de anno 1486.
fuit pœnitentiatus, quia Ioannes de tempore, quo fuit
examinatus, testis erat 70. annorum, & hodie etiam vi-
uit, quòd eius natiuitas fuisset de anno 1528. Respon-
detur hæc de vita, & ætate Ioannis, necnon de tempore
mortis Gundisalui esse gratis dicta, quia nullibi appa-
ret, & in omnem euentum iste esset vnicus testis, in
quo Augustinus non fundat suam intentionem, & non
curat sustinere eius dictum, cuius depositio si destrua-
tur. Capitulum eo vti non poterit, & remanebunt de-
positiones aliorum super pluralitate Gundisaluorum.

### ANNOTATIO.

a De quo *supra ad decis.1.*
15 b Rot. † plures huiusmodi Statuta Toletana, & similia
non admittentia impuros sanguine, & descendentes ab
infecta radice Hebræorum, seu Maurorum ad aliquam
dignitatem, seu gradum, seu ad obtinendum beneficia in
aliqua Ecclesia interpretata fuit, quòd non imponant
onus probandi puritatem ex informationibus captis, sed
quòd sufficiat non constare ex dictis informationibus
iam captis de impuritate, quia puritas sanguinis de iure
præsumitur, Mantic. *decis.274. num.1.* Rot. *decis.167.num.*
*38. & decis. 182. num. 2.* vbi referuntur plures decisiones,
& dicitur sæpissimè fuisse in Rot. resolutum, *& decis.196.*
*per totam par.1. in recent.* vbi etiam infinitæ decisiones
cumulantur, in qua etiam Rot. denegauit remissoriam ad
probandum contrarium intellectum Statuti vti contra
obseruantiam interpretatiuam Rotæ, & *decis.494.n.2.par.*
*1. in recent.* vbi in materia Statutorum Religionis Hiero-
solymitanæ non admittentium nisi nobiles, *& in par.2.in*
*recent. decis.325.n.1.* & vltimo loco fuit dictum in Calagu-
ritana puritatis sanguinis 18. Iunij 1621. coram R. P. D.
Coccino Decano.
16 c Mantic. † *decis.274.num.12.* Rot. *decis.182. num.9. par.1.in*
*recent. & decis.494. n.12. eadem par.1. in recent.* vbi fuit di-
ctum, quòd probationes pro bona fama, etiam si sint mi-
nus ponderosæ, præualent, & ideò etiam si testes depo-
nentes de bona fama essent pauciores, præferendi sunt
pluribus deponentibus de mala, vt firmatur in hac deci-
sione, & post plures decisiones relatas dixit Rot. in Ca-
laguritana puritatis sanguinis 13. Nouembris 1619. coram
Cardinali Sacrato, & in istis terminis impuritatis Hoied.
*de incompatibilit. benefic. par.1. cap.23. n.143.*
d Rot. † in istis terminis, *in decis.182. sub n.7. par.1. in recent.* 17
& hoc procedit quoad exceptiones contra personas te-
stium, sed respectu dicti Rota seruat non dare maiorem
fidem testi contra inducentem, quàm pro inducente, vt
*in decis.594.num.2.par.2.lib.3. diuers.* & benè *in decis. 244.*
*sub num.2.par.1.in recent.* & fuit dictum in Bononien. Por-
toni 8. Martij 1610. coram. R.P.D. Pamphilio, adeò quòd
cùm in Assisien. Pecuniaria 7. Maij 1610. coram R. P. D.
Manzanedo fuisset firmata conclusio in contrarium, fuit
in specie reuocata illa decisio quoad hanc conclusionem
28 Ianuarij 1611. coram eodem.
e Rot. *decis.167.sub num.24. & decis.182.sub num.5.& 7.par.*
*1.in recent. & decis.335.sub num.5.par.2.in recent.*
f Identitas † non probatur ex demonstrationibus generi- 18
cis, quæ etiam aliis possunt conuenire, Corn. *cons.111.n.14.*
*vers. secus videtur, lib.1.* Rot. *decis.295. n.9.par.1. in recent.*
& fuit dictum in Ciuitatis Castelli bonorum 16. Iunij
1595. coram Litta, & in Romana, seu Amelficana Saluiani
coram eodem impress. penes Pacific. *de Saluian. decis.79.*
*iuxta antiquam impress.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana deuolutionis domus.

*Lunæ 1. Martij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Nominandi facultas an sit subhastabilis, & ces-
sibilis.

### SVMMARIVM.

1 *Nominandi ius potest subhastari.*
2 *Nominandi ius potest in alium transferri.*
3 *Factum Iudicis adiudicantis censetur factum ipsius par-*
*tis.*
4 *Nominandi facultas an, & quando sit cessibilis.*
5 *Est cessibilis, quando competit ex contractu.*
6 *Cessibile est omne ius etiam personæ cohærens, quando in-*
*hæret ratione rei, & num. 7.*

### DECISIO CCCCLVI.

PRoposui dubium an Laurentius Cataneus habue-
rit facultatem nominandi de anno 1589. difficulta-
tem fecit subhastatio domus per prius facta ad instan-
tiam creditorum ipsius Laurentij, per quam prætende-
bant Moniales Sancti Laurentij fuisse abdicatam ab eo
dictam facultatem, Sebastianus autem aduersarius con-
tendebat non solùm, quòd non fuerit subhastata, sed
quòd neque subhastari potuerit. Domini resoluerunt
ius nominandi potuisse subhastari, & reseruarunt par-
ticulariter videre, si fuerit subhastatum. Quòd enim sit
subhastabile, non videtur habere difficultatem, † con- 1
sentientibus præsertim subhastationi Monialibus, ad
quas spectat dominium directum, † sicuti enim acce- 2
dente consensu potuisset Laurentius ius istud, & omne
aliud cedere, & in alium transferre, Ancharan. *cons. 63.*
*num.1.& seqq.* Paul. de Castr. *cons.429.num.2.par.2.* pari
ratione potuit, & per Iudicem subhastari, quod enim
† fit à Iudice adiudicante rem creditori, vel licitatori, 3
censetur factum ab ipso debitore, *l.si ob causam,* vbi Bart.
Bald. & alij, *C.de euict. l.si pignor.1.ff.eod.tit. l.sieq inter, in*
*princ.ff.de pign.act.* cum cumulatis per Tiraq. *de retract.*
*lignag.§.1.glos.14.n.13.* Non obstat, † quod dicitur fa- 4
cultatem nominandi, vti quid personale non esse cessi-
bilem, per *l.si stipulatus fuerim, ff.de verb.oblig.* quia ille
text. non habet locum in subhastatione facta per Iudi-
cem, vt per Ias. *ibi sub num.1.vers.sc. vndo limit.*, procedit
enim in cessione voluntaria, non in necessaria, vt dicit
Ias.

Ias. *ibid* & latè Tiraq. *de retract. lignag.* §. 26. *glos.* 1. *num.* 12. *& seq.* Rursus locum habet in facultate eligendi competente per viam meri facti, non in electione, quæ competit per viam iuris, vt declarat Bart. *in d. l. in* 1. *oppos.* quem omnes sequuntur, teste Ias. *sub num.* 1. *circa med.*
5 Et propterea ius eligendi † quod competit ex contractu, prout est illud de quo agitur, est cessibile, *l. si. sic.* §. *vlt.* & ibi not. *ff. de leg.* 1. *l. vlt.* §. 1. *ff. de verb. oblig.* Bald. *cons.* 93. *in quodam contractu, num.* 1. *lib.* 1. Tiraq. *d.* §. 26. *glos.* 3. *num.* 33. Accedit, quòd ista facultas nominandi Laurentio competebat ratione domus in emphyteusim
6 ab eo receptæ; Omne autem † ius etiam personæ inhæ-
a rens est cessibile, quando inhæret ratione rei, [a] Rol. post Specul. & Gozad. quos allegat *cons.* 27. *n.* 26. *&* 31. *lib.* 2.

*ANNOTATIO.*

7 a Ius personale † licèt cedi non possit, Surd. post alios *consil.* 105. *num.* 21. *&* 22. Nihilominus si persona cohæret ratione rei, illud cedi potest vnà cum ipsa re, Vincent. de Franch. *decis.* 242. *n.* 1. Paris. *consil.* 82. *num.* 36. *lib.* 3. Cardin. Tusch. *in pract. conclus. in verbo ius congrui, conclus.* 583. *num.* 27.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsaraugustana Dedicationis.

*Lunæ* 1, *Martij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Decretum an, & quando sit nullum ex defectu citationis, & quando conclusio in causa habeat vim citationis, & de illius circumductione.

*SVMMARIVM.*

1 *Citationis defectus reddit nullum decretum.*
2 *Prouisionale decretum non requirit citationem.*
3 *Manutentionis decretum requirit citationem.*
4 *Conclusio in causa circumducta non supplet defectum citationis.*
5 *Conclusio in causa circumducitur per productionem nouorum iurium.*
6 *Et tunc opus est noua conclusione.*
7 *Circumductio requirit decretum Iudicis, cùm non pendeat à voluntate partium.*
8 *Intimatio in interloqutoriis supplet defectum citationis, & num.* 10.
9 *In possessorio plenario decretum factum habet vim diffinitiuæ.*

### DECISIO CCCCLVII.

1 FVit conclusum pro nullitate decreti manutentionis facti ab Auditore Nuncij. † Nullitas resultat ex defectu citationis, *l. de vnoquoque. ff. de re. iud. l.* 1. § *item cùm ex dicto, ff. quæ sentent. sine appellat. rescind. clem. sæpè de verb. signif.* Nec facit, quod ex aduerso dicitur fuisse
2 quoddam decretum prouisionale, † in quo non requi-
3 ritur citatio, quia imò fuit decretum † ordinarium manutentionis, quod requirit citationem, Put. *decis.* 225. *lib.* 1. A. Aug. *de caus. possess. & prop. num.* 12. *& decis.* 129. *lib.* 3.
4 † Nec defectum citationis supplere potest conclusio in causa iuxta notorium stylum illatum partium, quia vltra quòd in ea non concurrit aliquod de requisitis deductis in Aurien. dismembrationis 29. Martij 1597. co-
5 ram R.P.D. meo Decano, conclusio † in causa fuit circumducta per productionem nouorum iurium factam
a [a] pro parte Cathedralis, quæ etiam obtinuit mandari
6 extrahi copiam, & fuit extracta, & † propterea opus erat noua conclusione in causa, Rot. *dec.* 1. *de test. in nou. & 12. de renunc. in antiq.* fuit dictum in Toletana Decimarum 1. Iunij 1590. coram Bubalo, in causa Pampilonen. Parochialis 3. Iulij 1600. coram R.P.D. meo Decano, in Calaguritana de Maestr. 29. Octobris 1603. coram R.P.D. meo Lancellotto, & in Toletana Decimarum de Lucillos 5. Decembris eiusdem anni coram
7 me. Nec facit, † quòd ad effectum, vt inducatur circumductio, requiratur aliquod decretum Iudicis, cùm ea non pendeat à voluntate partium, sed Iudicis, quia hîc non deest decretum Iudicis, videlicet, quòd iura ex-
8 traherentur. Non obstat asserta intimatio decreti, † quę
b in interlocutoriis supplet defectum citationis, [b] ex traditis in Corduben. pensionis 16. Nouembris 1609. coram bo. me. Scotto, quia ista intimatio nullibi legitur in processu, & quando adesset, dicitur pro parte Ecclesiæ del Pilar, decretum non fuisse latum in iudicio pos-
9 sessorio † summariissimo, sed in possessorio plenario, quod habet vim diffinitiuæ, ex cumulatis per Contard. *in l. vnic. C. de momen. possess. in* 2. *ratione decidendi, num.* 12. fuit dictum in Valen. Decimarum 23. Octobris 1598. coram bo. me. Cardinali Seraphino, sed hæc discussio non est necessaria, quia intimatio non reperitur.

*ANNOTATIO.*

a Conclusio in causa quando habeat vim citationis, & quando censeatur circumducta per productionem nouorum iurium, dixit latè *supra ad decis.* 140.
10 b Intimatio † supplet defectum citationis, Surd. *consil.* 86. *n.* 31. *in fin.* Seraph. *decis.* 1047. *n.* 4. & fuit dictum in Corduben. Pensionis coram Scotto impress. penes Marches. *de Commiss. tom.* 1. *fol.* 631. sed hoc non habet locum in actu grauis præiudicij, Rot. *decis.* 274. *num.* 3. *par.* 1. *in recent. & decis.* 340. *in fin. par.* 2. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domus.

*Veneris* 5. *Martij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Possessio ad effectum manutentionis sufficienter probatur ex assertione partis enunciantis aliquem occupatorem, detentorum, & vitiosum possessorem, & alia in materia manutentionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum de manutenendo est dandum existenti in possessione.*
2 *Dimissio possessionis præsupponit præexistentem possessionem.*
3 *Possessio ad effectum manutentionis probatur ex assertione partis aduersæ enunciantis aliquem detentorem, & occupatorem, & sub num.* 5. *&* 6.
4 *Possessio præsumitur iusta, & legitima.*
5 *Confessio potest acceptari in parte resecta qualitate, quæ est contra veram præsumptionem.*
7 *Manutentionis iudicium contentatur lenioribus probationibus.*
8 *Manutentio datur etiam in gradu restitutionis in integrum, non obstante re iudicata, maximè quando illa redditur turbida.*

9 *Possessione*

6 *Possessione quis non priuatur per exequutionem nullam. Restitutio in integrum non suspendit exequutionem rei iudicatæ, quando exequutio iam est cœpta, & latè quando dicatur cœpta, sub num.* 10.

## DECISIO CCCCLVIII.

PRo Domino Antonio Querto informante fuit re-
1 solutum dandum esse illi mandatum † de manute-
nendo in possessione domus, in qua existebat tempore
motæ litis, §. *retinendæ, Instit. de interd.* de qua constat ex
monitorio illi facto per partem aduersam, quòd Anto-
2 nius deberet dimittere possessionem domus, † quam si
dimittere debebat, necessariò erat penes ipsum, cùm
priuatio præsupponat habitum, *l. in manumissione, ff. de iust. & iur. l. decem, ff. de verb. oblig.* vt in fortioribus terminis
ad effectum spolij dixit Rota coram me in Anconitana
3 bonorum 16. Februarij anni præteriti, præsertim, † quia
in monitorio pars aduersa appellat Antonium deten-
torem, & occupatorem domus, licèt enim ex his verbis
videatur confiteri possessionem vitiosam, attamen ista
4 confessio, cùm habeat præsumptionem contra se, † quia
possessio præsumitur iusta, & legitima, non vitiosa,
5 *l. merito, ff. pro soc.* Aym. *cons.* 150. *num.* 5. † potest accepta-
ri confessio respectu possessionis reiecta qualitate vitij,
Bart. *in l. Aurelius, § idem quæsiit, ff. de lib. leg.* & propter-
ea ex his verbis probari possessionem ad effectum ma-
a nutentionis tenuit [a] Rota in vna Pennen. & Adrien.
beneficiorum relata *inter diuers. decis.* 802. *par.* 1. & in
Romana Domus 2. Decembris præteriti coram D. meo
Pamphilio. Concurrunt plures aliæ confessiones, & in
narratiua commissionis appellationis à sententia D.
Triuultij, & in pluribus citationibus factis Antonio
pro restitutione pensionis exactæ, quæ confessiones
indubitanter probant possessionem aduersus confiten-
tem. non solùm quando agitur de manutentione, vt
in d. Pennen. & Adrien. sed etiam vbi agitur de restitu-
6 tione in spolio, † Caputaquen. *decis.* 36. *lib.* 2. *in manuscript.* Concurrit sententia R. P. D. Alæ, per quam con-
demnatus Antonius ad restituendum scut. 180. ex pen-
sionibus per ipsum perceptis. Concurrunt alia ponde-
rata per informantes, ex quibus apparet possessionem
7 fuisse concludentissimè probatam, † licèt in hoc sum-
marissimo sufficiant leuiores probationes, Menoch. *de retinend. remed. vlt. sub n.* 24. Couar. *pract. quæst. cap.* 17. *n.* 4. Vnde non potest denegari Antonio manutentio,
8 quæ † datur etiam in gradu restitutionis in integrum,
b [b] Cæs. de Grass. *decis.* 4. *in fin. de caus. poss. & propr.* fuit di-
ctum in Romana census 6. Nouembris 1606. & 15.
Ianuarij 1607. coram R. P. D. meo Decano, & in Bono-
nien. census 25. Iunij 1605. coram R. P. D. meo Sacra-
to. Præsertim cùm res iudicata, quæ possit allegari, red-
datur satis turbida ex sententiis in contrarium latis ad
fauorem Antonij, ita vt donec in Rota discutitur de
earum iustitia, non videatur deneganda manutentio.
Non obstat mandatum de immittendo in possessio-
nem domus relaxatum per R. P. D. Gypsium, confirma-
tum à R. P. D. Ala, quia illud erat directum ad acci-
piendum possessionem domus acquisitæ per Michaë-
lem, vnde non potuit executari super domo de qua
agitur acquisita per Andream diuersa omninò ab illa,
9 & propterea † executio huiusmodi est nulla, & non
priuauit Antonium sua possessione, Gabr. *cons.* 31. *n.* 7. *lib.* 2. Hond. *cons.* 20. *n.* 24. *lib.* 1.

### *ANNOTATIO.*

a De hac materia dixi *supra ad decis.* 200.

b Manutentio † est concedenda etiam pendente iudicio restitutionis in integrum, vt præter allegata in hac decis. Rot. *decis.* 38. *par.* 2. *diuers. & decis.* 144. inter impress. penes Cinc. *de censibus, & decis.* 111. *num.* 3. *par.* 4. *in recent.* Mascot *var. lib.* 2. *cap.* 64 *num.* 10. Hoc non procedit, quando exequutio iam esset cœpta, quia tunc restitutio in integrum non suspendit exequutionem rei iudicatæ, iuxta opinionem, quam seruat Rot. Put. *decis.* 10. *de restitut. in integr.* Cæs de Grass *decis.* 1. *n.* 14. *eod. titul.* Seraph. *decis.* 777. *n.* 12. Rot. *decis.* 379. *sub num.* 2. *& decis.* 545. *n.* 5. *par.* 1. *in recent. & decis.* 138. *n.* 2. *par.* 2. *in recent.* & fuit plenè dictum in Barbastren. Pecuniaria 1. Iulij 1616. coram bo. me. Andrea, vbi fuit resolutum, quòd stante clausula (*puta indicato arbitrio Rotæ*) non erat locus arbitrio ad effectum supersedendi in exequutione, si exequutio erat iam cœpta, quòd habet locum etiam contra minorem, Rot. *decis.* 826. *par.* 4. *in nouissimis.*

Cœpta autem dicitur exequutio iuxta opinionem Rot. postquam fuerunt decretæ, & relaxatæ exequutoriales, seu mandatum, Rot. *d. decis.* 545. *n.* 5. *& d. decis.* 138. *sub n.* 2. *par.* 2. *in recent. & decis.* 826. *par.* 4. *in nouiss.* & fuit dictum in d. Barbastren. & in Pampilonen. Beneficiorum de Zaffala 7. Aprilis 1617. coram R. P. D. Dunozetto, & hanc opinionem etiam sequitur Signatura, vbi agitur de sententiis Rotalibus, vt testatur Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 398. *n.* 19. & fuit dictum in d. Pampilonen. coram R. P. D. Donozetto. Non sufficit tamen, quòd in sententia fuerit decretum, & relaxatum mandatum, quia aliàs esset modus infallibilis impediendi restitutionem; cùm semper in omnibus sententiis possit decerni, & relaxari mandatum, vt benè considerauit Rot. in Bononien. Census coram bo. me. Iusto, impress. penes Marches. *de commiss. tom.* 2. *fol.* 60. & etiam considerat idem Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 398. *num.* 18.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census.

*Lunæ* 8. *Martij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Numeratio actualis pecuniæ ex quibus censeatur interuenisse in contractu census, & respondetur ad plures præsumptiones in contrarium ponderatas.

### *SVMMARIVM.*

1 *Restitutioni in integrum est locus constito de bono iure.*
2 *Item stante iniustitia sententiæ competit restitutio.*
*An sit necessaria probatio iniustitiæ plena, & concludens, & notoria, vide num.* 11.
3 *Instrumentum publicum facit rem certam, & manifestam, & facit constare de bono iure ad effectum restitutionis in integrum.*
4 *Numeratio pecuniæ probatur ex attestatione Notarij facta in instrumento publico, nisi contrarium apertissimè probetur.*
5 *Testes deponentes contra instrumentum publicum debent esse omni exceptione maiores.*
6 *Testes debent concludenter deponere, maximè vbi agitur de probando contra instrumentum.*
7 *Simulationis suspicio tollitur ex præexistenti causa vera.*
8 *Simulatio non habet locum, vbi contractus potuit realiter, & verè fieri, & num.* 9.
10 *Minor, seu mulier impugnans contractum ob non interuentum consanguineorum, & propinquorum, non sufficit, quòd probent, quòd illi extarent, sed debent etiam probare, quòd illi potuerint contractui interuenire, de quo latè etiam sub num.* 12.

DECI

## DECISIO CCCCLIX.

1 DOmini dixerunt constare † de causis restitutionis
in integrum, ex bono iure Bartholomęi, & Mariæ
2 coniugum, Capuraquen. *decis.* 55. *par.* 3. & † propter in-
a iustitiam sententiæ contra ipsos latæ, ª Guidop. *decis.*
215. *sub n.* 8. *&* 368. fuit dictum in vna Auximana dotis
14. Martij 1575. coram bo. me. Cardinali Seraphino, bo-
num ius autem est clarum ex publico instrumento,
3 † quod facit rem certain, & manifestam, *cap. cùm dilecti*,
vbi Abb. *num.* 2. *de don. &c.* Batt. *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de oper. non.*
*nunc.* Bald. *in l. interest*, *num.* 2. *C. de solution.* Alex. *cons.*
135. *num.* 5. *lib.* 6. & in nostris terminis dixit Rota in Be-
neuentana Census 16. Decembris 1594. coram Illu-
strissimo Cardinali Mantica, in Bononien. Census 24.
Aprilis 1600. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio,
& in Romana Census 10. Ianuarij 1605. coram R. P. D.
4 meo Lancellotto, † in quibus fuit dictum satis consta-
re de numeratione pecuniæ, postquam Notarius in in-
strumento de ea attestatur. Et propterea pars aduersa,
quæ dicit censum creatum sine pecuniæ interuentu, id
habet apertissimè probare, vt fuit dictum in illa Bene-
uentana, & in aliis supradictis decisionibus, tales autem
non sunt probationes, quæ in contrarium adducuntur;
nam testes ad hoc inducti non sunt contestes, aliqui
non sunt formiter examinati, aliqui, vt filia Sextiliæ,
5 habent interesse, cùm ipsa esset creditrix. Et tamen † te-
stes, qui deponunt contra contenta in instrumento,
debent esse omni exceptione maiores, *l. optimam, ad fin.*
vbi Bald. *C. de contr. & comm. stipul.* Bartol. *in l.* 1. *§. si quis*
*negat, num.* 12. *post med. ff. quemadm. test. aper.* Ias. *cons.* 124.
*n.* 2. *ad fin. vers. sed ad istud obiectum*, *lib.* 1. Corn. *cons.* 261.
*post num.* 24. *lib.* 4. fuit dictum in terminis istis, in vna
Foroliuien. Census 13. Nouembris 1598. coram bo.
me. Litta, & in vna Bononien. Census 13. Nouembris
1598. coram R. P. D. meo Decano. Aliqui etiam
non deponunt concludenter, vt benè perpendunt in-
6 formantes pro Bartholomæo, & Maria, & † licèt testes
semper debeant concludere ex regula, *l. neque natales*,
*C. de probat. & in cap. in præsentia*, *eodem titul.* attamen
præcipuè vbi agitur de probando contra instrumen-
tum, debent necessariò, & concludenter deponere,
Alexand. *cons.* 33. *n.* 15. *lib.* 3. Ias. *cons.* 13. *colum.* 4. *vers. pro*
*eadem parte lib.* 3. Menoch. *de arbitr. cauf.* 105. *n.* 1. Conie-
cturæ adductæ pro simulatione non placuerunt Do-
minis, præcedens enim pactio de accipiendo ad cen-
sum summam, in qua Sextilia remansit debitrix, non
concludit simulationem, imò potius illam excludit,
quia legitima causa capiendi pecunias ad census, prout
plerumque contingit, est solutio æris alieni, & debitum
7 erat verum, & reale; præexistens † autem causa, quæ ve-
8 ra fuit, tollit suspicionem simulationis, † quæ etiam
non habet locum vbicumque census potuit realiter, &
verè constitui, vt fuit dictum coram me in alia Roma-
na Census 26. Nouembris 1604 Neque etiam argui po-
test simulatio ex eo, quòd muratores creditores Sexti-
liæ emerint censum ab illo, ad cuius fauorem eum
cõstituerat Sextilia, quia vltra quòd hoc est factum per
plures menses post eius creationem istud nihil con-
9 cludit, † quia potuit fieri verè, & sine fraude, vnde ces-
sat suspicio simulationis, & fraudis, *l. qui autem in princ.*
*ff. de his quæ in fraud. credit.* & fuit dictum in allegata
Romana Census. Decisio in causa Senogallien Census
coram R. P. D. meo Decano non applicatur, quia, vt ex
eius lectura apparet, multa ibi concurrebant, ex quibus
oriebatur maxima præsumptio, quòd realiter pecunia
non interuenisset, quæ cessant in casu isto. Non obstat,
quod obiicitur censum fuisse impositum à Sextilia non
adhibitis solemnitatibus Statuti, quia contrarium ap-
paret ex decreto Iudicis, & præsentia curatoris ad id
specialiter constituti, nec releuat, quod non interuene-
rint propinqui, quos constat ex depositionibus testium
extitisse tempore constitutionis census, † quia non 10
sufficit quod extarent, sed debet probari quod potue-
rint celebrationi instrumenti interuenire, ᵇ Paul de b
Castr. *cons.* 124. *in* 2. *dub. lib.* 1. Corn. *cons.* 306. *n.* 8. *lib.* 1.
& fuit dictum in Romana Census 23. Februarij anni
præteriti coram me, hoc autem testes non deponunt.
Ex quibus fuit conclusum constare de causis restitu-
tionis in integrum.

### *ANNOTATIO.*

a Non dicitur † constare de causis restitutionis in inte- 11
grum, nisi probata iniustitia sententiarum, ex qua resul-
tat læsio, Benint. *decis.* 85. *n.* 10. Rot. *decis.* 1. *de restitut. in in-*
*tegr. in nouiss. & in recent. par.* 2. *decis.* 307. *num.* 1. *& decis.* 329.
*num.* 1. *& decis.* 672. *n.* 1. *& decis.* 731. *num.* 1. *& par.* 1. *in recent.*
*decis.* 132. *n.* 1. & ideò constito de iustitia sententiæ nun-
quam datur restitutio, Rot. *d. decis.* 132. *n.* 1. *par.* 1. *in recent.*
*& decis.* 534. *n.* 1. *post* 2. *lib. cons. Farinac.* & probatio iniusti-
tiæ ad istum effectum restitutionis debet esse plena, &
concludens, Benint. *d. dec.* 85. *num.* 10. Rot. *d. decis.* 354. *post*
2. *lib. cons. Farinac.* & plenè fuit dictum in Pistorien. Bene-
ficij 11. Martij 1612. coram R. P. D. Buratto, vbi fuit di-
ctum hoc procedere etiam, quando minor petit se resti-
tui in integrum, & ibi dicitur, quòd probationes petentis
restitutionem debent esse luce clariores. Licèt autem
probatio iniustitiæ sententiæ debeat esse valdè conclu-
dens, non tamen requiritur iniustitia notoria, Cæs. de
Grass. *decis.* 10. *n.* 12. *de sent.* Seraph. *decis.* 251. *n.* 2. Rot. *de-*
*cis.* 351. *num.* 5. *par.* 1. *diuers.* vbi dicitur maximè id procede-
re in supremis Tribunalibus, Rot. *decis.* 635. *in fin. par.* 2.
*in recent. & decis.* 492. *n.* 1. *par.* 1. *in recent.* Item est etiam
aduertendum, quòd potest quæri de restitutione ad du-
plicem effectum; Primò ad effectum audientiæ, & intro-
ductionis causæ in iudicio restitutionis in ipso limine
obtinendi audientiam in d. iudicio restitutionis. Secun-
dò, quando postquàm causa restitutionis est introducta
ad effectum reportandi totalem victoriam, & retractandi
sententias, in hoc secundo casu habet locum, quod supra
dixi esse necessariam plenam probationem iniustitiæ, in
primo verò casu sufficit semiplena, & solus fumus inio-
stitiæ, prout optimè fuit consideratum in d. Pistorien. be-
neficij 11. Maij 1618. coram R. P. D. Buratto, vbi etiam di-
citur, quòd censetur causa iam introducta, & obtenta au-
dientia per solam commissionem restitutionis, prout de
iure, & hanc eamdem distinctionem optimè facit Gra-
tian. *discep. Forens. cap.* 439. *n.* 45. *&* 46. *iunctis numeris antece-*
*den.* latè etiam Odd. *de restitut. in integrum*, *par.* 1. *quæst.*
36. *num.* 46. Surd. *cons.* 95. *n.* 15. *&* 16. & cum hac distin-
ctione ad concordiam reducuntur auctoritates DD. &
decisionum, dum aliquando firmatur esse necessariam
plenam probationem, aliquando verò sufficere semiple-
nam, & solum fumum, quod vltimum etiam firmauit
Rot. in Romana Spolij 17. Iunij 1602. coram R. P. D. Or-
tembergo, Surd. *d. cons.* 95. *num.* 15. Vestr. *in praxi lib.* 8. *cap.*
3. *num.* 9.

b Minor † impugnans contractum ex eo, quòd non inter- 12
uenerint proximiores non solùm probare debet existen-
tiam consanguineorum in loco contractus eadem die ce-
lebrati contractus, sed etiam probare debet, quòd potue-
rint commodè in illa die interuenire, Achil. *decis.* 4. *de*
*præsumpt.* Rot. penes Zacch. *dec.* 134. *n.* 8. Fuit dictum in
Romana Census 29. Aprilis 1611. coram R. P. D. Piroua-
no, & in Romana nullitatis contractus 27. Iunij 1611. co-
ram R. P. D. Pamphilio, & in Senogallien. Prædij 5. Iunij
1617. coram bo. me. Andrea, vbi dicitur probandum esse
per minorem, quòd proximiores poterant interuenire
cõmodè eodem die, & hora: Verùm Rot. *in decis.* 713. *par.* 2.
*in recent.* recedendo ab aliis decisionibus dixit sufficere
probare de die celebrati contractus habilitatem natura-
lem, scilicet, sanitatem, licèt non probetur præcisè in illa
hora ipsius contractus, probata autem habilitate naturali
non præsumitur inhabilitas accidentalis ex aliquo impe-
dimento proueniens, nisi probetur, vt latè habetur *in d.*
*decis.* 713.

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana

## Romana Dotis.

*Lunæ 8. Martij 1610.*

## ARGVMENTVM.

Hæreditas ex quibus censeatur adita.

### SVMMARIVM.

1 *Aditio probatur ex verbis enunciatiuis.*
2 *Procedit hoc, quando verba enunciatiua sunt prolata ab eo, cui est delata hæreditas, non autem à tertio, etiam si sit legitimus administrator.*
3 *Adiri non potest hæreditas per Procuratorem.*
4 *Procuratoris confessio voluntaria non nocet.*
5 *Confessio voluntaria dicitur, etiam si sit facta in iudicio, quando voluntariè nullo præcedente iussu, & mandato Iudicis emanauit.*
6 *Aditio non inducitur ex actibus, qui potuerunt fieri alio iure, quàm hæreditario.*
7 *Bulgari consuetudo restringit vsumfructum relictum vxori ad alimenta.*
8 *Cessat d. consuetudo filiis defunctis, tunc enim euadit vsusfructus plenus*
*Et an, & quando sit locus d. consuetudinis Bulgari, latè sub num. 17.*
9 *Aditio hæreditatis non inducitur ex possessione bonorum, ex quibus competit vsusfructus.*
10 *Aditio hæreditatis non inducitur ex possessione, quæ referri potest ad alium titulum.*
11 *Puteí* decis. 447. lib. 1. *declaratur.*
12 *Possessio licèt in dubio non censeatur capta ex titulo fideicommissi, quia ex tali titulo propria auctoritate capi non potest, tamen procedit in dubio, secus quando ille, qui cepit possessionem, declarauit expressè se illam cepisse iure fideicommissi.*
13 *Declarationi illius, qui fecit actum, standum est in iis, quæ pendent ab animo facientis.*
14 *Articuli, & positiones, quòd censeantur habiti pro confessatis Rot. & Curia non seruat, & sub num. 18.*
15 *Aditio hæreditatis non præsumitur in hæreditate damnosa, & debitis inuoluta.*
16 *Adire quis non præsumitur hæreditatem, quando nihil est in hæreditate.*

## DECISIO CCCCLX.

VIsum fuit Dominis non constare, quòd D. Liuia
adiuerit hæreditatem filij. Aditio enim non pro-
batur per illam comparitionem in iudicio, in qua dici-
tur pro D. Liuia de Vrsinis hærede cum beneficio le-
1 gis, & inuentarij, † quia licèt aliàs verbis enunciatiuis
probetur, Bart. *in l. gerit, sub num. 14. ff. de acquir. hæredit.*
Matth. *not. 34.* Ias. *in l. ex his verbis, C. de test. mil. sub n. 8.*
2 *vers. octauò limita*, † hoc tamen verum, quando verba
enunciatiua sunt prolata ab eo, cui delata est hæreditas,
non autem à tertio, qui non potest alium facere hære-
dem, etiam si sit legitimus administrator, Ruin. *cons. 113.*
*n. 6. lib. 3.* Quando autem ille comparens fuisset Procu-
3 rator D. Liuiæ, quod non constat, † clarum est hæredi-
tatem per Procuratorem adiri non posse, *l. Paulus re-*
*spondit per Procuratorem, ff. de acquir. hæred.* Nec etiam
4 † d. confessio probat hæreditatem prius aditam per D.
Liuiam, quia confessio Procuratoris voluntaria non
nocet, Ægid. *decis. 695. in princip.* Felyn. *in c. 1. n. 14. vt*
5 *lit. non cont.* † & dicitur voluntaria, quamuis facta in iu-
dicio cùm ab eius arbitrio nullo præcedente iussu, &
mandato Iudicis processisset, Alex. *cons. 322. n. 16 lib 2.*
Paris. *cons. 15. n. 21. lib. 1.* Menoch. *cons. 32. n. 40.* Neque
etiam probatur ex actibus, qui dantur, † quia potue- 6
runt ab ea fieri alio iure, quàm hæreditario, *l. pro hærede,*
*& l. si pupillus, aliàs Iulianus, §. fin. ff. de acquiren. hæred.*
Bald. *cons. 224. circa med. ver. si autem, lib. 2.* Rom. *cons.*
*154. sub n. 1.* Habebat enim D. Liuia in bonis per filium
viuentem possessis duplex ius, vsusfructus, nempe, sibi
à Septimio marito relictis, qui licèt viuente filio † ex 7
consuetudine Bulgari esset restrictus ad alimenta,
[a] glos. *in l. 1. in fi. in ver. derogare, C. si secund. nupt. mul.* atta- a
men eo sine liberis defuncto euasit † plenus, & vni- 8
uersalis vsusfructus, [b] ex cumulatis per Gabr. *de vsufr.* b
*concl. 3. n. 7.* & per Surd. *de alim. tit. 2. quæst. 15. num. 162.*
† qui autem ratione vsusfructus retinet bona, non adit 9
hæreditatem, Corn. *cons. 1. n. 8. lib. 2.* Aliud etiam ius ha-
bebat in bonis Septimij, nempe, fideicommissi, cui per
mortem filij sine filiis fuerat factus locus, in vim cuius
fideicommissi ingressa fuit possessionem bonorum, &
propterea non intrat præsumptio aditionis ex instru-
mento venditionis herbarum, & aliis ex quibus colli-
gi possit possessio renutæ, aut acquisitio fructuũ, † quę 10
fieri potuerunt in vim legati vsusfructus, & substitu-
tionis fideicommissariæ. Non obstat † *decis.* Put. 447. 11
*lib. 1.* cum aliis allegatis, per quas pars aduersa probare
intendit, quòd supradicti actus non sint referendi ad
titulum fideicommissi, sed hæreditatis, ex quo pos-
sessio non fuit capta authoritate Iudicis, prout capere
debet fideicommissarius, quia Put. & aliæ decisiones
loquuntur in dubio, & quando fuisset possessio capta
simpliciter sine aliqua declaratione. Domina † autem 12
Liuia declarauit se acquirere possessionem iure fidei-
commissi, cui declarationi in hoc est standum, Alex. *con-*
*sil. 126. n. 4. circa fin. lib. 7.* Corn. *cons. 77. sub num. 2. lib. 3.*
Aym. *cons. 197. n. 4.* † quia in iis, quæ pendent ab animo 13
facientis actum, statur eius declarationi, glos. *in §. sed*
*aliæ. Instit. de act.* Bart. *in l. Pomponius, ff. de neg. gest.* Alex.
*cons. 315. n. 7. in fin. lib. 1.* Soc. *cons. 97. n. 22. lib 4.* In ven-
ditione capsarum, & aliis contentis in positionibus,
quæ fuerunt habitæ pro confessatis Domini nullam fa-
ciebant vim, quia vltra alias responsiones, † Curia. & 14
Rota non obseruant, neque admittunt hunc stilum
istius fictæ confessionis, [c] Vestr. *in prax. c. 14. n. 4 lib. 5.* c
Ex quibus, & aliis adductis per informantes, Domini
censuerunt non constare de aditione, præsertim † cùm 15
simus in hæreditate multùm damnosa, quo casu facilè
præsumi debet actus non esse factus animo adeundi
Natt. *cons. 448. n. 20.* cùm non præsumatur ita de facili
animus adeundi in hæreditate debitis inuoluta, Corn.
*cons. 19. n. 8. circa med. lib. 4.* & non creditur † quis velle 16
adire, quando nihil est in hæreditate, idem Corn. *cons.*
*46. n. 14 lib. 2.* Ex resolutione autem, quòd non probe-
tur aditio resultat decisio alterius partis dubij, quòd sit
facienda separatio Casalis, vt detracta legitima, & Tre-
bellianica debita creditoribus filij, sibi consignetur
medietas ratione fideicommissi, & ita conclusum.

### ANNOTATIO.

a De consuetudine † Bulgari restringente legatum vsus- 17
fructus relicti vxori ad alimenta, plenè tractant Peregr.
*de fideicommiss. art. 12. n. 28. & seq.* Borgnin. *de vsufruct. mu-*
*lieri relicto, n. 17. vsque ad 107.* Mantic. *de coniect. vlt. vo-*
*lunt. lib. 9. tit. 7.* Simon de Pret. *de interpret. vlt. volunt. so-*
*lut. 5. dubit. 10. à n. 44. vsque ad 73.* Menoch. *de præsumpt.*
*lib. 4. præsumpt. 139. & 140.* Surd. *de alim. lib. 2 quæst. 8. per tot.*
& nouissimè Castil. *de vsufruct. cap. 45. per tot.*

b Licèt autem conclusio sit, quòd vsusfructus restringatur
ad alimenta iuxta d. consuetudinem Bulgari passim rece-
ptam, & per Rot. sæpiùs approbatam, vt *in decis. 762. par.*
*1. diuers.* & latiùs *decis. 740. num. 1. & seq. par. 4. in nouis*
*impress.* quæ consuetudo locum habet, etiam si simplici-
ter vxor fuerit relicta vsufructuaria absque adiunctione
alterius verbi, vt firmatur in præallegatis decisionibus,
& etiam habet locum, quando est instituta non ex-
extantio.ls

extantibus filiis alterius matrimonij, Gabr. *conf. 97. num. 3. & seq. lib. 2.* Rot. *d. decis. 748. in fi. par. 4.* nihilominus ab hac consuetudine receditur ex coniecturata mente testatoris in contrarium, plenè Castil. *d. cap. 45. nu. 9.* & etiam Rot. *d. decis. 748. n. 3.* & fuit dictum in Bononien. vsusfructus 4. Februarij 1604. coram Iusto, vbi pro coniectura exclusiua d. consuetudinis consideratur, quòd verba non conueniebant alimentis, & quòd vxor fuerat instituta solùm in dimidia vsusfructus. Videnda est *d. decis. 748. par. 4.* vbi plures coniecturæ fuerunt reprobatæ, quæ ponderabantur, vt recederetur à d. consuetudine, & etiam coram bo. me. Orano in Romana de Beuilacquis 16. Februarij 1598. fuit reprobata alia cõiectura, scilicet, liberationis à redditione rationis, & confectione inuentarij, nec nõ etiam alia coniectura deducta ex onere iniuncto vxori alendi filium.

Cessat autem d. consuetudo Bulgari post obitum filiorum superstite vxore, quia tunc vxor acquirit integrum, & plenum vsumfructum, vt firmatur in hac decisione, & præter hic allegatos Hond. *conf. 63. num. 135. lib. 1.* Peregr. *conf. 70. n. 14. & seq. lib. 1.* Petr. Pechia *de testam. coniug. lib. 5. cap. 3. per tot.* vbi reprobat Alexan. *conf. 29. lib. 4.* qui id limitat solùm habere locum, quando vxor est instituta non simpliciter, sed limitatiuè, donec castè, & vidualiter vixerit.

b Vide supra sub litera A.

13 c Fuit dictum † in Romana Vineæ 11. Decembris 1613. & 1. Februarij 1613. coram R. P. D. Pamphilio, & etiam fuit dictum in Romana Læsionis 26. Iunij 1619. coram eodem. Præterea etiam, vbi seruatur rigor *cap. 2. de confes. lib. 6.* vt ille tex. habeat locum, concurrere debent omnia requisita per Franc. *ibi sub nu. 5.* vt dicit Seraph. *decis. 408.* & fuit etiam dictum in Romana Pecuniaria 17. Februarij 1599. coram Cardinali Lancell. & latè de materia *d. cap. 2. de confes. in 6.* tractat Scacc. *de Iudic. lib. 2. cap. 7. à n. 502. & seq. per plures.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonen. Matrimonij.

*Veneris 19. Martij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Bona fides alterius ex coniugibus sufficit ad legitimandam prolem, & ex quibus censeatur inducta bona fides.

### SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, quando articuli sunt irreleuantes.*

2 *Matrimonium putatiuum data ignorantia in vno coniuge legitimat prolem priùs susceptam.*
*Bona fides vnius ex coniugibus sufficit ad legitimandum prolem, & an, & quando id procedat, & n. 11.*

3 *Bona fides in coniugibus in dubio præsumitur.*

4 *Præsertim in matrimonio palam, publicè, & in facie Ecclesiæ contracto.*

5 *Contrahens palam in casu prohibito præsumitur errare.*

6 *Matrimonium subsequens non legitimat prolem susceptam ex incestu.*

7 *Hoc non procedit stante legitimatione Papæ cum decreto legitimationis prolis tam susceptæ, quàm suscipiendæ.*

8 *Dispensare dicitur Papa in radice matrimonij, quando matrimonium approbat vsque ab initio cum legitimatione prolis.*

9 *Matrimonium contractum post dispensationem suffragatur, etiam si contrahentes nondum habuerint notitiam impetratæ dispensationis.*

10 *Bona fides in coniugibus inducitur ex assertione Parochi asserentis se habere licentiam.*

*Decisiones Papales.*

### DECISIO CCCCLXI.

DOmini resoluerunt hæredibus Mariæ de Vrnieta non esse dandam remissoriam, quia articuli, † visi 1
fuerunt irreleuantes, Cassad. *decis. 2. de dilat.* Caputaq. *decis. 66. par. 3.* Irreleuãtia probatur, † quia matrimonium 2
putatiuum data ignorantia in vno coniuge legitimat prolem priùs susceptã non minus, quàm verum, [a] glos. a
*in cap. tanta. in ver. aliam,* vbi Ant. de Butr. *nu. 9.* Alex. de Neu. *n. 7 qui fil. sint legit.* Io. Andr. *in cap. quod nobis,* quem sequitur Card. *in fin. 2. oppos. eod. tit.* Ant. Rosel. *in tract. de legitimat. li. 1. in tit. de matrim. putat. num. 2.* Lud. à Sard. *in tract. de natur. lib. par. 2. tit. de legitim. per matrim. putat.* latè Gemin. *conf. 66. in 3. dub.* cum multis relatis per Gabr. *de legitim. conclus. 1. num. 486.* & per Duen. *reg. 350. filius naturalis legitimatur. Ampl. 9.* Et hanc opinionem vti magis receptam, veriorem, & æquiorem secuta est Rota apud Cassad. *decis. vnic. de sponsal.* & in hac causa 19. Nouembris 1607. coram R. P. D. meo Caualerio. Bona fides autem Vrsulæ ostenditur ex multis ponderatis in d. decis. D. Caualerij, † vltra quòd in dubio esset præ- 3
sumenda, vt per Gemin. *vbi supra,* præsertim † in matri- 4
monio palàm, publicè, & in facie Ecclesiæ contracto, Ias. *conf. 168. nu. 5. vers. item contrahens matrimonium prohibitum. lib. 4* Ruyn. *conf. 51. sub num. 16. lib. 5.* Rol. *conf. 93. num. 23. lib. 3.* Gabr. *de legitimat. concl. 4. num. 22.* † quia 5
contrahens palam in re, & casu prohibito præsumitur errare, Bald. *in l. nemo clericus. sub nu. 12. C. de sum. Trinit. & fid. cathol.* Abb. *in cap. de homine nu. 6. ver. & productis de celeb. missa.* Non obstat, quòd Papa legitimando intellexerit de matrimonio valido, non autem putatiuo, quia imò voluit tollere omne impedimentum repugnans matrimonio, & legitimitati prolis, & rem ad eum statum reducere, sicuti si nullum vnquam extitisset impedimentum, vnde sicut nullo existente impedimento, & nulla necessitate dispensationis ex matrimonio putatiuo iuncta bona fide fuisset legitimata proles, ita etiam existente impedimento, eoque per Papam sublato, & hoc non contrariatur, sed conuenit menti ipsius Papæ, qui censendus est voluisse, quòd ex sua dispensatione omnis legitimus effectus sequeretur. Quo stante articulata reuocatio procuratoris, quando esset vera, illi non obstaret declaratio, quam fecit Martinus in suo testamento, quòd Vrsola erat sua vxor legitima cum institutione vniuersali Martini iunioris filij ex d. Vrsola suscepti, adhuc tamen non releuaret, neque tolleret hanc bonam fidem, non probata intimatione reuocationis, aut aliter eius sciẽtia in Vrsola. Non obstat, quod
† proles suscepta ex incestu non legitimetur per sub- 6
sequens matrimonium etiam verum data scientia tempore, quo fuit suscepta, † qua non procedit stante dis- 7
pensatione Papæ cum decreto legitimationis prolis tàm susceptæ, quàm suscipiendæ, Abb. *in d. c. tanta sub numero 14. versicul. idem dicit Vicen. qui fil. sint legit.*
Papa enim hoc casu dicitur † dispensasse in radice ma- 8
trimonij illud approbando cum eius effectu, & tollendo impedimentum vsque ab initio cum reintegratione prolis, perinde ac si nunquam extitisset impedimentum, & coniuges fuissent semper in potẽtia libera contrahendi legitimum matrimonium, vt fuit latissimè deductum 10. Iunij præteriti coram bo. mem. Iusto. Quatenus etiam articulatur, decretum de dispensando, ac illius expeditionem emanasse sub die 26. Iulij per horam ante meridiem, ita vt eius notitia haberi non potuerit tempore matrimonij contracti, neque hoc etiam
est releuans, † quia, vt resoluit Rota coram eodem 9
Iusto 1. Decembris 1608. sufficit, quòd matrimonium sit contractũ post dispensationẽ, licèt verisimiliter non potuerit haberi notitia impetrationis dispensationis,

ex qua decisione tollitur etiam alter articulus, per
quem hæredes Martini probare intendunt licentiam
contrahendi matrimonium coram quocumque sacer-
dote fuisse concessam hora tertia post meridiem diei
contracti matrimonij, & sic post actum contrahendi,
quia articulus loquitur de licentia in scriptis,& præte-
rea, vt in decisione dicitur, non excludit licentiam ver-
bo datam, vltra quòd ad effectum, de quo agitur bonæ
10 fidei Vrsulæ † sufficit, quòd frater Thomas, qui pro Pa-
rocho interuenit, palàm asseruerit, & professus fuerit
habere huiusmodi licentiam, potuit enim, & debuit
Vrsola credere viro fide digno, vt benè deducitur in
decisione D.Caualerij.

*ANNOTATIO.*

15 a Bona † fides vnius ex coniugibus sufficit ad legitimatio-
nem prolis, Rot. *decis.* 354. *num.* 3. *inter impress. per Farinac. post* 2. *librum cons.* Seraph. *decis.* 1099. *n.* 1. Sanchez, qui alios refert *de matrim. lib* 8. *disputat.* 34. *nu.* 46. vbi dicit censeri prolem legitimam non solùm quoad parentem habentem bonam fidem, sed etiam quoad alium malam fidem habentem, de quo etiam latè per eundem Sanchez *lib.* 3. *disput.* 42. plenissimè Gutierez *de matrimo. c.* 71. *per tot.* qui infinitos cumulat. Hoc tamen solùm habet locum, quando matrimonium fuit publicè,& palam celebratum, secùs autem si fuerit clandestinè contractum omissis denunciationibus, quæ non sunt de substantia: Ita limitat Sanchez *d. disput.* 42. *nu.* 1. *& seq.* Gutierez *dict. cap.* 71. *nu.* 8. Verùm Rot. *in d. decis.* 354. *sub nu.* 6. noluit firmare hanc limitationem, sed dixit esse multùm cõtrouersam, & ibi Rot. euitauit hanc difficultatem dicendo non probari denunciationes fuisse omissas, prout probari debet.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana fructuum Dotis.

*Veneris 26. Martij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Vidua non tenetur conferre fructus suæ dotis, nisi pro rata alimentorum post annum luctus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vidua non tenetur conferre fructus sua dotis, nisi pro rata alimentorum, & si fructus excedunt alimenta, potest illos petere.*

2 *Hoc non procedit durante anno luctus, sed solùm post annum.*

3 *Viduam tenentur hæredes mariti alere infra annum luctus, etiam si fructus dotis non sufficiant.*

4 *Vidua etiam durante anno luctus potest petere ratam fructuum excedentem alimenta, si dos consistit in immobilibus.*

### DECISIO CCCCLXII.

1 COnclusum fuit D. Victoriam † non teneti con-
ferre fructus suæ dotis, nisi pro rata alimentorum,
quia doctrina Bart. *in l. diuortio, ff. solut. matrim.* & sequa-
cium, quos congerit Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 44. *nu.*
a 29. *&* 30. [a] quòd hæredes mariti præstantes alimenta
2 vxori lucrentur integros fructus dotis, † procedit, du-
rante anno luctus, quo pendente, cùm non possint co-
gi ad restitutionem dotis in pecunia consistentis, tenentur alere vxorem non habentem, vnde se alat, secus autem post annum, quia tunc mulier potest dotem exigere, & si fuit alita ab hæredibus, illi non lucrantur fructus vltra ratam, & concurrentem quantitatem alimentorum, Com. *in dicta l. diuortio nu.* 6. & istam differentiam an in primo anno, vel post sint præstita alimenta, & necessitatem præstandi, quæ viget pendente anno, cessatque, eo lapso latiùs perpendit Ias. *ibi n.* 18. *ante finem vers. & istud fundamentum.* Quando enim durat annus pendet dilatio legalis data hæredibus, vnde interim debent omne commodum habere Salycet. *in leg.*
*vnic. sub* 31, *vers. aliqui contra, C. de rei vxor. act.* & † sicut 3
eo tempore tenentur præstare alimenta, etiam si fructus dotis non sufficiant, Bart. *in d. l. diuortio in fin.* quem sequuntur Ang. Imol. Rom. Alex. & alij citati à Surd. *vbi supra num.* 23. ita si è conuerso fructus dotis excedant impensam alimentorum, spectare debent omnes ad ipsos. Vbi autem cessat istud onus, & necessitas alendi vxorem, cessat etiam lucrum fructuum, Ias. *in d. l. diuortio, sub n.* 37. *versic. Tertia conclusio.* Hinc est, quòd etiam pendente anno luctus, quando dos consistit in immobi-
libus, quo casu statim reddi debet, & non expectatur
annus, neque cadunt dilatio, & onus alimentandi, † si 4
mulier recepit alimenta ab hæredibus mariti, ipsi non lucrantur fructus dotis, sed fit compensatio cum alimentis vsque ad concurrentem quantitatem, Ang. *cons.* 142, Bald. post. Dyn. *in d. l. diuortio, n.* 5. & Imol. *n.* 15. *in fin. cum seq.* & hæc tantò magis procedunt in D. Victoria, quæ egit contra D. Prosperum pro restitutione Dotis.

*ANNOTATIO.*

a Et plenè etiam tractat Surd. *decis.* 211. *per totam.* Barbos. *solut. matrim. leg.* 2. *in princip. nu.* 3.

## Calaguritana præeminentiarum.

*Lunæ 29. Martij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Ecclesiæ renouatio,& restauratio fieri debet sine præiudicio familiæ, quæ in d. Ecclesia habebat insignia, & ideò in Ecclesia renouata debent eadem insignia renouari.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ecclesia ampliatio intelligitur facta remanentibus iisdem prærogatiuis.*

2 *Ideo remanere debent eadem arma, & insignia familia, qua reperiebantur in Ecclesia antiqua.*

3 *Ecclesia noua subrogata in locum antiquæ debet assumere omnes illius qualitates.*

4 *Ecclesia renouatio censetur facta sine alterius præiudicio.*

5 *Insignia armorum depicta in Ecclesia ostendunt dignitatem familia, & illius memoriam conseruant.*

### DECISIO CCCCLXIII.

PRo Dominis de Murga informantibus fuit resolutum arma, seu scuta armorum suæ familiæ, quæ apposita,& affixa reperiebantur in fornice, & columnis, seu pilastris Cappellæ veteris esse transferenda, & affigenda cornici, & columnis Cappellæ nouæ, quia, vt fuit conclusum coram bo. mem. Gypsio 28. Iunij 1589.
† ampliatio Ecclesiæ intelligitur facta firmis remanen- 1
tibus qualitatibus Ecclesiæ, & prærogatiuis Domino-
rum de Murga, [a] *iuxta not. in c. ad audientiam il secondo* 2
*de Eccles. ædific.* † Vnde arma, & insignia familiæ de 2
Murga, quæ reperiebantur in cappella veteri, debe-
rent etiam affigi in Cappella renouata, quæ cùm sit in
locum antiquæ subrogata, † debet assumere omnes 3
eius qualitates, *l. sicut.* §. *qui iniuriarum ff. si quis caut.*

benè

benè faciunt in argumentum tradita per Hostien. *in cap.3. numero 4. de surep.* Abb. *in cap. cum olim numero 6.*
4 *de consuet.* cum aliis adductis in præfata facta decis. † in qua etiam fuit dictum renouationem censeri factam sine alicuius præiudicio. Multùm autem præiudicaretur Dominis de Murga, si non liceret in Cappella ponere
5 insignia armorum, † per quæ dignitas familiæ ostenditur, & memoria conseruatur, Aochar. *cons. 356. in fin.* Bald. *in l. 1. C. vt mem. lic. sign. Imper.* Io de Aoan. *cons. 86. post num. 2.* & ibi Bolog. *in addit.* cum aliis adductis per informantes.

*ANNOTATIO.*

a Insignia familiæ affixa, seu depicta in Cappella, seu Ecclesia, non sunt delenda, Seraph. *decis. 612. n. 2.*

---

## Romana fideicommissi.

*Luna 29. Martij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Fœmina venit sub vocatione proximiorum de familia. Agnationis ratio quando non censeatur habita.

### *SVMMARIVM.*

1 *Proximioris appellatione venium fœmina.*
2 *Fœmina venit sub nomine familia.*
3 *Fœmina venit sub appellatione domus.*
4 *Domus importat agnationem.*
5 *Fœmine dicuntur agnata.*
6 *Etiam si sint nupta extra familiam.*
7 *Fœmina nupta si fiat vidua, indubitàter dicitur agnata.*
8 *Testatoris voluntas interpretatur iuxta Statutum.*
9 *Statutum exclusiuum fœminarum non excludit sorores propter patrueles.*
10 *Fœmina non perpetuat agnationem, sed in ea finitur.*
11 *Hoc non facit, quin ipsa non sit agnata, & non veniat sub nomine agnatorum.*
12 *Agnationis non censetur habita ratio, si testator non expressit.*
13 *Agnationis habitam fuisse rationem potest ex coniecturis constare.*
14 *Agnationis coniectura non sumitur ex qualitate substituti, qui sit de agnatione.*
15 *Agnationis non fuisse habitam rationem maximè colligitur ex eo, quod testator nullam fecit mentionem masculinitatis per viam depositionis, aut conditionis.*
16 *Agnationis ratio præsumitur habita ex mentione, & prædilectione masculorum.*
17 *Agnationis conseruanda ratio non censetur habita, quando testator vnum tantùm gradum substitutionis fecit.*
18 *Agnationis ratio censetur habita ex pluralitate graduum substitutionis.*
19 *Agnationis ratio excluditur ex vocatione extraneorum.*
20 *Anchar. cons. 26. declaratur.*

### DECISIO CCCCLXIV.

a ALexander a Bischalia hæredibus suis decedentibus substituit proximiorem sibi, qui tunc superesit de domo, & familia de Bischaliis. Dubitaui an in dicta substitutione possit dici comprehensa Peregrina soror Alexandri testatoris omnes in gradu præcedens,
1 & fuit resolutum affirmatiuè, † quia verba ei propriè conueniunt, & mens testatoris non est aliena. Non enim dubitari potest, quin appellatione proximioris veniat tàm fœmina, quàm masculus, Bald. *consil. 6. nu. 1. lib. 2.* Rub. Alex. *cons. 106. num. 4.* Curt. iun. *cons. 49. num. 7. circa med.* Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. glos. 9. num. 203.* Clarum est etiam, † quòd comprehenditur 2
sub nomine familiæ, *l. pronunciatio. §. familia. ff. de verb. signif. l. 1. & ibi not. C. de fideicom.* Alex *cons. 56. num. 4. li. 1.* Paris. *consil. 51. num. 2. lib. 2.* Berou. *cons. 583. num. 10. lib. 2.* † Et idem dicendum de verbo (*domus*) cùm idem importet, quòd verbum (*familia*) *l. cum vnus decem in* 3
*princ.* vbi glos. *in ver. domum. ff. de alim. & cib. leg.* Bart. *in l. 1. in prin. ff. ad Sillan.* Et quatenus etiam istud verbum, † (*domus*) importet agnationem, iuxt. tradita per 4
Illustrissimum Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 17.* Peregrina † vti agnata admitti debet, cùm 5
fœminæ de familia sint agnati, [b] *d. l. pronunciatio. §. familia. de verb. signif. §. item vetustas. Instit. de hæred. qua ab intest. defer.* Ias. *cons. 142. sub numero 3. vers. sextò facit, lib. 2.* Soc. *consil. 227. sub numero 5. vers. sed contra præmissam lib. 2.* Rub. Alexan. & Bero. *vbi supra.* Menoch. *cons. 197.* 6
*nu. 37. circa med. & num. seq.* † Quod procedit, licèt sint c
nuptæ extra familiam, [c] *l. volumus* vbi Bald. *num. 2. C. de fideicom.* Card. Zabar. *cons. 91. n. 2. & seq.* Dec. *cons. 287. num. 2.* Corn. *cons. 230. post num. 11. lib. 3.* Ruy. *cons. 53. post. num. 9. lib. 2.* Paris. *cons. 51. num. 13. lib. 2.* Soc. *d. cons. 227. sub num. 5. ver. ad idem, & vers. præterea.* Cur. sen. *cons. 64. num. 56.* Soc. iun. *cons. 2. num. 16. lib. 2.* Cæphal. *consil. 53. num. 86.* Gabr. *cons. 195. nu. 3. lib. 1.* Illustrissimus Mantic. *d. tit. 12. num. 7.* fuit dictum Romana fideicommissi de Miccinellis 10. Iunij 1603. coram bo. me. Cardin. Seraphino. Et quia Peregrina tempore purificatæ conditionis fideicommissi, quod est attendendum, *l. vn. ... generis. ff. de leg. præstand.* † erat vidua, cessat omnis scrupulus, ex traditis per Bart. *in l. quoties nu. 2. C. de priuil. Schol. lib. 12.* quem secuti sunt Franc. *in c. si pater sub nu. 114. ver. vigesimo sexto. de testam. in 6.* Alex. *cons. 125. post. nu. 10. lib. 7.* Ias. *in l. cùm quidam num. 3. ff. de iurisdict. omn. iud.* Corn. *cons. 177. post n. 7. lib. 4.* Cùm autem verba substitutionis conueniant Peregrinæ, nulla, etiam ratio coniecturatæ mentis testatoris eam excludit. Non enim fieri potest fundamentum in Statuto Vrbis excludente 8
fœminas propter masculos ex eo, quòd † sit secundum eius dispositionem interpretanda mens testatoris, iuxta Doctr. Bart. communiter receptam *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell.* quia cessat d. præsumptio, cùm 9
non adsit † Statutum excludens sororem propter patrueles, vt est casus, de quo agitur, Socin. *cons. 55. post num. 1. vers. sed in casu nostro lib. 3.* Socin. iun. *cons. 158. num. 50. lib. 2.* Cur. iun. *d. cons. 49. nu. 10.* Cæph. *cons. 46. sub nu. 14. vers.* Non obstat itaque, & dixit Rota in vna Montis Falisci hæreditatis 14. Maij 1584. coram bo. mem. 10
Cardin. Seraphino. Non obstat, † quòd in fœmina non perpetuetur; sed finiatur memoria agnationis, *d. l. pronunciatio d. §. si cum l. seq. ff. de verborum signific.* Purpur. *cons. 472. nu. 18.* quo casu procedunt doctrinæ ex aduer- 11
so allegatæ, quia † hoc non tollit, quòd ipsa non sit agnata, vt dicit Socin. iun. *d. cons. 94. n. 10. lib. 1.* & quòd sub mentione agnatorum non veniat. quando non apparet, quòd testator præ oculis habuerit conseruationem agnationis, & bonorum in ea. Quòd autem testator motus fuerit ad faciendam d. substitutionem fauore 12
agnationis, non præsumitur, † cùm hanc rationem non exprimat, Dec. *cons. 511. num. 6. ante med.* Socin. iun. *cons. 117. post num. 25. lib. 1.* Bero. *cons. 122. num. 5. ad fin. cum pluribus seqq. lib. 2.* Gabr. *cons. 97. numero 18. lib. 1.* Cæph. 13
*consil. 527. num. 34.* & licèt † possit etiam ex coniecturis constare, vt per Socin. iun. & Gabr. *in dd. locis*, & tenuit Rot. in causa Bononien. fideicommissi de Borzanis 5. Iulij 1604. coram bo. mem. Iusto, attamen nulla in hoc testamento legitur coniectura, quæ hoc suadeat, sed potiùs sunt coniecturæ in contrarium. Non enim pro coniectura sufficit qualitas substituti,

14 † quòd sit de domo,& familia,& sic agnatus, Gabr. qui alios cumulat cons.88.n.9.li.2. Nullam etiam fecit mentionem testator masculinitatis per viam dispositionis,
15 ant conditionis, † quòd est magnum indicium, quòd non habuit rationem conseruandi agnationem, Gabr.
16 ibi nu.9.in fin.& n.seq. sicuti † è contra mentio masculinitatis, & prædilectio masculorum est potissimum argumentum, quòd testator habuerit animum cōseruandi bona in agnatione, Ruy.con.139.n.17.l.3. Nat.con.128. n.2. Dec.cons.t.n.119.l.1. Cæphal.cons.330.n.62. Menoch.
17 cons.432.sub n.5.vers.præmisso tertiò. † Accedit, quòd testator vnum tantùm proximiorem de familia substituit, nec eum grauauit restituere descendentibus, vel in eius defectum alium agnatum vocauit, ex quo deprehenditur, quòd non habuit pre oculis conseruationē agnationis ex vnico gradu substitutionis, Soc.iun.d.cons.117. sub n.25.& sub n.seq.li.1. Gabr.cons.97.n.7.li.1. Cæphal. cons.600.n.37. latè Card. Mantic.de coniect.vlt.volunt.l.6.
18 tit.vlt.n.5.& 6. sicuti † è contra ex pluralitate graduum substitutionis colligitur intentio disponentis conseruandi agnationem, Surd. post alios, quos allegat cons. 241.n.13. Tandem quòd testator non cogitauerit conseruari bona in agnatione apertè demonstratur ex insti-
19 tutione, † quia duos penitus extraneos sibi hæredes fecit, Rim.iun.cons.244.n.303. quem secuta est Rota Bononien. vt in decis. post d.cons.impressa nu.75. Non obstat, quòd testator non substituerit expressè, & nominatim Peregrinam hæredibus institutis, quia hoc non tollit, quòd ipsa etiam non possit dici virtualiter comprehensa sub verbo generali substitutionis. Testator enim incertus fuit, si ipsa, vel alius agnatus potius extiturus esset tempore conditionis substitutionis. Non
20 obstat † cons. Ancharan. 27.& sequacium, quòd vocato proximiori non intelligatur de primo proximiori tantùm, sed successiuè de proximiori in proximiorem, quia istud non percutit dubium, & quo agitur, an Peregrina sit comprehensa, præterea dictum Anchar. procedit, quando est habita ratio agnationis conseruandæ, secus quādo apparet non fuisse habitam, Aym. cons.16t. sub num.9. vers.nec obstat, quod scribit Anchar. Rub. Alex. cons.106.n.4. Rol.cons.10.nu.31.li.3. Illustr. Card. Mant. de coniect.vlt.vol.lib.6.tit.15.nu.12. Michael Crass.in §.fideicommissum quæst.16.n.7.in fin. Rursus in casu Anchar. ex onere, quòd in perpetuum fuit iniunctum illis antiquioribus de domo colligitur intentio testatoris, quòd fideicommissum esset perpetuum, sed non esset perpetuum, nisi ad vlteriores gradus successionis ordine extenderetur, ita intelligit Nat.cons.531. n.28.& seq. Dec. cons.10.sub n.76.vers.secundò respondet li.3. Illustr. Mant. sub d.n.12.vers.sed rursus. De hoc tamen dicto Anchar. si opus erit particulariter videbitur, prout etiam particulariter examinabitur, an Peregrina fideicommissum agnouerit, seu transmiserit ad hæredes.

## ANNOTATIO.

a Hanc decisionem in omnibus ferè conclusionibus in ea firmatis canonizauit Rota in Montis Falisci fideicommissi 5. Iunij 1617. coram R.P.D. Coccino Decano.

b Fœminæ an, & quando dicantur agnatæ, dixi supra ad decis.293.

c De quo etiam dixi supra ad eandem decisionem.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Parmen. Status.

*Veneris 30. Aprilis 1610.*

## ARGVMENTVM.

Arbitrium quando intret pro reiectione attentatorum.

## SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur, prout de iure.*
2 *Arbitrium non intrat pro reiectione attentatorum: cùm attentata in primis, & ante omnia de iure sint reuocanda.*
*Arbitrium an, & quando intret in hac materia reiectionis attentatorum, & n.11.*
3 *Attentans eodem tempore ius, Iudicem, & partem offendit.*
4 *Attentata dicitur sententia extra Rotam lata pendente lite in Rota.*
5 *Taxatiua excludit omnia alia præter expressa.*
6 *Legitimitatis causa pendens ex validitate matrimonij non est auocanda à tribunali Ecclesiastico remittendo eam ad Iudices laicos.*
7 *Excusari quis non potest sub prætextu decreti ab eo violati.*
8 *Attentata reuocantur ex sola litis pendentia absque alia probatione iuris.*
9 *Attentatorum purgatio non potest euitari sub prætextu non iuris alterius partis, nisi de tali non iure constet per confessionem, vel rem iudicatam.*
10 *Attentata sunt reuocanda etiam, vbi constat de notorio non iure non ad partis instantiam, sed ex officio Iudicis.*
11 *Attentata maximè reuocantur quando fuerunt commissa in spretum inhibitionis Rotalis.*

## DECISIO CCCCLXV.

FVit vnanimi Dominorum sententia resolutum non intrare arbitrium a, quia † cùm illud intelligatur, 1 prout de iure, Bat. in extrauagan. ad reprimendum in verbo (videbitur) n.8. Peregrin.decis.329.li.2. Paleott.decis. 290. esset † contra ius, si attentata in primis, & ante 2 omnia non reuocarent, vt dicit Dec.in cap. an sit. nu.8. post med. de appellat. & Iudex aliter faciens faceret iniustitiam, Io.Andr. in cap.non solùm.de appellat.in 6. Franc. in ca.consuluit.n.7.& in cap.dilecti num.3.eodem tit. Afflict. decis.98.n.5.ac liceret appellare, Bero.cons.51.n.5.in fin. lib.3. & arbitrium, quod aliàs suadente æquitate moderatur, & mitigat iuris rigorem, non ita de facili intrare debet † pro attentante, qui eodem tempore ius, Iu- 3 dicem, & partem offendit, ad not. in cap.cordi. de appell. in 6. Farina.in ca.benè n.14.& 39.de appell. Nat.cons.568. nu.4. Præsertim nulla subsistente causa ex illis, propter quas Rot. in hac materia aliquando vtitur arbitrio, relatis in Cæsaraugustana Dismembrationis 23. Ianuarij præteriti coram R.P.D. meo Sacrato. Quòd autem sententia Prætoris Ianuæ cum omnibus præcedentibus, & subsequentibus sit attentata, negari non potest, quia † lata pendente lite in Rota per Commissionem 4 auocatoriam signatā manu Papæ vsque de anno 1350. tot.tit.ff.vt lit. pendent. & quia vltra generalem inhibitionem emanauit de anno 1531. particularis ne procederetur coram Magistratibus Ianuæ super locis, seu comperis Sancti Georgij, cap. non solùm in fin. & cap. Romana. §.quòd si obiciatur. de appellat.in 6. Rot. decisio. 20.& 31. de appell. in nouis. Decretum autem moderationis Rotalis non solùm non excusat Dominos Pallauicinos, sed eos in multis accusat. Illud enim reuocat, & moderatur inhibitiones limitatè ad effectum in eo expressum cum dictione taxatiua (tantùm) nempè vt fructus decursi consignarentur D. Paulo Serræ ad finem, vt transmitterentur ad Vrbem deponendi in Monte Pietatis, vt inuestirentur in tot bonis stabilibus, seu Montibus non vacabilibus sub nomine, & ad cōmodum hæredum, seu fideicommissariorum q.Io. Francisci citra innouationem iurium vtriusque partis, ac fine

ac sine præiudicio quorumcumque ipsarum iurium, itavt per talem transportationem non minueretur ius vnius partis, nec angeretur alterius. Vnde cùm dictum decretum, & moderatio sit restricta ad dictum effe-
5 ctum, † omnes alios excludit non solùm in vim taxatiuæ in ea appositæ, *l. qui in aliena. §. liberos. ff. de neg. gest.* Rom *cons.* 456. *nu.* 1. Socin. *cons.* 5. *nu.* 1. *li.* 4. Dec. *cons.* 328. *nu.* 5. sed etiam, quia expressè præseruat inhibitiones quoad omnes effectus. Acta autem, & petitio pro parte DD. de Pallauicinis, ac sententia Prætoris in omnibus repugnant formæ decreti. In eo enim non dicitur, quòd pecuniæ consignentur Paulo Serræ Procuratori Pallauicinorum, vt fuit petitum, & obtentum, sed fuit dictum simpliciter, quòd consignarentur Paulo Serræ, quod ideo fuit ita simpliciter dictum, quia Paulus erat in actis huius causę constitutus Procurator vtriusque partis, & exactio per ipsum facta non erat adscribenda DD. Pallauicinis magis, quàm DD. Rangonibus, fuit etiam in alio excessum, & recessum à decreto, quia illud loquitur de fructibus tunc decursis, sententia autem disponit etiam de in futurum decurrendis ad fauorem Marchionis Alphonsi cum graui, & successiuo præiudicio DD. de Rangonibus. Mandat etiam sententia, quòd d. Marchio Alphonsus describatur creditor sortis principalis in libris Sancti Georgij, quod non solùm est præter verba decreti, & contra taxatiuam in eo appositam, sed etiam repugnat menti Rotæ, quæ fuit seruare æqualitatem in omnibus inter partes, itavt vna pars aliquid non acquireret, nec altera quicquam amitteret. In decreto etiam verbum nullum, quòd Marchio posset petere, & obtinere declarari descendens à testatore ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, prout fuit in dicta sententia declaratus, & nihil absurdius, & magis repugnans menti Dominorum. Hoc enim erat
6 auocare causam † ab hoc Tribunali, & remittere iudicibus laicis, qui cognoscerent de viribus matrimonij contra dispositionem *c. lator, qui fil. sint leg.* Non obstat, quod dicitur de legitimatione personarum necessariò facienda coram illo Magistratu; quia vltra quòd fuit in aliis multis vltra d. legitimationem excessum, & attentatū, talis legitimatio non potuit, nec debuit fieri corā Iudice laico, cùm versaretur circa quæstionem matrimonij, & tamen, quando aliàs causa fuisset iustè in foro introducta, articulus legitimitatis fuisset cognoscendus coram Iudice Ecclesiastico, iux. terminos *d. c. lator.* Tandē non erat necessaria corā illis Iudicibus neque hæc, neque alia legitimatio personarum, quia secūdùm mentē Rotæ, & tenorem decreti debebant pecuniæ de communi consensu vtriusque partis super eis prætendentis absque aliquo iudicio in partibus ferendo super earum pertinentia transferri ad Vrbem, & quando hoc pacto non potuisset obtineri translatio, quod non constat, quia non fuit hæc via intentata, non propterea debebant Pallauicini aliquid moliri, aut attentare contra formam decreti propria authoritate, & inscia parte, ac Rota inconsulta. Cùm igitur Pallauicini in prædictis, & aliis pluribus adductis per informantes pro Rangoni-
7 bus † violauerint decretum, ab eo frustra excusationem quærunt, *l. auxilium. ff. de minor.* prout etiam à Breuibus Sanctissimi Domini nostri, quæ mandant pecunias solui iuxta decretum Rotale, pro cuius executione emanatunt. Non obstat, quod dicitur non constare de interesse Dominorum de Rangonibus ad impugnandum istam exactionem ex capite attentatorum, quia pro re-
8 uocatione † attentatorum sufficit sola litis pendentia absque alia probatione iuris litigantis, Franc. *in cap.* 1. *num.* 5. *vt lit. penden. in* 6. Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *ampliat.* 6. & non obstat, dum dicitur constare de non iure ipsorum, & propterea non esse ad eorum instantiam reuocanda attentata, Cassad. *decis.* 3. *nu.* 4. *de restit.*
9 *spoliat.* † quia cùm lis pendeat indecisa, de nullius partis iure potest dici constare, & sufficit, quòd exceptio non iuris indigeat discussione ad effectum, quòd non retardet reuocationem attentatorum, Paleot. *decis.* 87. *orta.* Lancel. *de attent. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 1. *nu* 62. debet enim constare de notorio non iure per confessionem, vel rem iudicatam, non ex aliis probationibus, vt latè per Lancel. *ibi n.* 64. *cum pluribus seqq. & n.* 83. *ac* 84. Vbi
etiam † constaret de notorio non iure Dominorum de 10
Rangonibus, itavt ad eorum instantiam non essent reuocanda attentata, reuocarētur ex officio propter spretum iurisdictionis, Rot. *decis.* 2. *ad fin. de restit. spol. in nou.* Franc. *in cap. bona sub nu.* 15. *de appell.* Mil. *in ver. attenta.*
*lite pendente,* † præsertim ob spretum inhibitionis Rota 11
lis, vt fuit dictum in vna Senogallien. attentatorum coram fœl. rec. Clem. VIII. relata per Lancell. *vbi supra num.* 55. Declaratio quam fecit D. Alphonsus non fuit habita in consideratione apud Dominos, quia illa non potest deseruire pro declaratione, cùm attentata sint clara, neque pro purgatione, quia iste non est modus purgandi attentata.

*ANNOTATIO.*

a Arbitrium † ad effectum reiiciendi attentata non intrat, 12
quando attentata sunt clara, Rot. *dec.* 235 *n.* 1. *par.* 1. *in recen. & dec.* 735. *n.* 2. *par.* 2 *in recent.* quando verò sunt turbida, intrat arbitrium, vt fuit dictum in Cęsaraugustana dismembrationis coram Cardin. Sacrato impress. penes Marches. *de commiss. to.* 3. *fol.* 178. & in Conchen. Cappellaniæ 3. Nouembris *1617.* coram R. P. D. Verospio. Item etiam intrat arbitrium ad effectum reiiciendi attentata, quando illa dependent à cognitione negocij principalis, vel aliàs diminueretur cultus diuinus, vel quando constat de non iure petentis reuocationem per rem iudicatam, vel per confessionem partis, ita fuit dictum in prædicta Cæsaraugustana.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vscellen. Spoliorum, seu Donationis.

*Lunæ* 10. *Martij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Arbitrium quando intret pro sananda nullitate examinis testium.

*SVMMARIVM.*

1 *Arbitrium intrat pro sananda nullitate examinis testium, quando hinc inde sunt data interrogatoria, & latè sub nu.* 11.
2 *Interrogatoria si non sunt data, imputandum est parti, quæ ea dare non curauit.*
3 *Arbitrium tantò magis intrat pro sanatione examinis testium, quando ius causa principalis non stat in depositione testium, sed in scripturis.*
4 *Item intrat, quando depositio testium recipit robur aliunde.*
5 *Citatio ad videndum iurare testes durat pro toto termino.*
6 *Testes sufficit iurasse intra terminum.*
7 *Recusatio friuola, & calumniosa potest reiici, & valet processus vlterior, nisi fuerit appellatum, & n.* 12.
8 *Suspicio iudicis tollitur ex adiuncto.*
9 *A recusatione censetur recessum per comparitionem coram eodem Iudice.*
10 *Arbitrium intrat ad sanandas nullitates testium, quando nullitates sunt turbidæ.*

### DECISIO CCCCLXVI.

Domini fuerunt concordes intrare arbitrium ad effectum, vt testibus remissorialibus sit adhibenda fides,

fides, non obstantibus nullitatibus, quas contra eorum examen obiiciebant Oeconomi Ecclesiæ Vscellen. Nam
1 quoad illos, qui fuerunt examinati † cum interrogatoriis datis ab ipsis œconomis res est sine difficultate, Pur.decis.301.lib.3. Cæs.de Graff. decis.11.nu.18. de prob. Cresc.decis.vnic.de fer. Caputaq.decis.149.par.1. fuit dictum in vna Perusina spolij domus 21. Aprilis 1606. coram R. P. D. meo Decano, & in Valadislauien. prædiorum 8. Maij 1609. coram R. P. D. meo Manzanedo,
a & quonhie seruat Rota. a Quoad illos autem, qui sine
2 interrogatoriis examinati fuerunt, † imputandum est parti, quæ ea dare non curauit, Peregrin. decis.129.lib.1.
3 & fuit dictum in supra allegata Perusina spolij, † & tantò magis, quia principale fundamentum Marianæ non est in depositione horum testium, sed in scripturis, vt renuit Rota in vna Nicien. matrimonij coram bo. me. Cardinali Seraphino, & quia eorum depositio concor-
4 dat † cum dictis scripturis, & cum examine primæ instantiæ, itavt cesset omnis suspicio, & veritas sit clara, Gabr.cons.118.nu.77.li.2. Accedit, quòd nullitates allegatæ non videbantur Dominis subsistere, prout illa
5 quòd non iurauerint in termino citationis, † quia cùm præcesserit citatio ad videndum iurare pro termino in remissoria præfixo, non requirebatur alia citatio, cùm
6 illa duraret pro toto termino, † intra quem sufficit testes iurasse, vt fuit dictum in vna Corduben. decimarum 23. Ianuarij 1593. coram bo. me. Card. Seraphino, & in pluribus aliis causis relatis in Veneta illegitimitatis 6. Nouembris 1598. coram R. P. D. meo Decano. Alia etiam nullitas deducta ex recusatione Iudicis re-
7 missorialis cessat, † quia vti friuola, & calumniosa fuit
b reiecta & non fuit appellatum, b Innoc.in cap. cùm speciali n.6. de appellat. Achil.deci.1. de except. Caput.dec.390. par. 2. fuit dictum in vna Papien. bonorum 27. Nouembris 1577. coram Cardinali Lancellotto, & in aliis pluribus. Præsertim quia d. Iudex fuit deputatus cum conditione, quòd assumeret in Assessorem iuris vtriusque Doctorem partibus non suspectum, quem assum-
8 psit, † itavt fuerit consultum omni prorsus suspicioni, Authen.si verò.C.de iud.latè Couar.pract.q.cap.26.nu.1.
9 & à recusatione † fuit etiam recessum, cùm pars aduersa comparuerit coram eo, seu assessore dando interrogatoria, & alia faciendo, Alexan.cons.12.num.6.li.6. cum cumulatis per Lancellot. de attent.2.par. c.6.n.35. Cæs. de Graff.decis.9.n.8.de re iud. Quòd remissoria fuerit sine voto Rotæ concessa, tollitur ex facto. Ex quibus ap-
10 paret nullitates non subsistere, & † quatenus remaneret aliquis scrupulus, intrare arbitrium, quod remittit aliquid de rigore iuris, Crescen.decis.4.nu.3. de testibus, præsertim cùm constet de bono iure Marianæ ex deductis in decis. in hac causa factis, à quibus Domini iudicarunt non esse recedendum, qui est effectus dubij, de quo hodie agitur.

### ANNOTATIO.

11 a Et quòd † iuxta Rotæ obseruantiam arbitrium semper intret pro sananda nullitate examinis testium, quando testes sunt examinati cum interrogatoriis partis benè Ror. decis.716. par.1. in recent. & fuit dictum in Leodien. Salarij coram Scotto impress. penes Marchesi. de commiss. to.3.fol.77. & in Carthaginen. Canonicatus coram Card. Lancellotto impress. penes eundem Marchesi. tom.3.fol.91. & in Toletana Iurisdictionis 11. Decembris 1617. coram R. P. D. Pirouano, vbi dicitur, quòd Rot. tàm antiqua, quàm moderna sequitur hanc æquitatem ad euitandum inutilem circuitum, & multiplicatas expensas: nam quando sunt data interrogatoria, apparet, quòd pars fecit totum id, quod facere poterat, si examen esset validum, & hanc Rotæ æquitatem refert, & sequitur Viui. com. opin. opin.931.num.6. Farinac. de testib.quæst.72. ampliat.12.n.34. Quæ æquitas habet locū etiam, si nullitas examinis prouenirer ex defectu iurisdictionis, dummodò defectus non sit totalis iurisdictionis, sed solùm aliqualis, vt fuit dictū in Hispalen. Beneficij 22. Aprilis 1611. coram R. P. D. Pamphilio. Item habet locum etiam si interrogatoria essent data cum expressa protestatione de non consentiendo in iurisdictionem, & in examen, vt fuit dictum in d. Toletana Iurisdictionis 11. Decemb. 1617. coram R.P.D. Pirouano.

b Est satis controuersa opinio, an sit necessaria appellatio à processu Iudicis recusati ad effectum nullitatis, & infinita pro & contra cumulat Farinac. Fragm.crim.par.2.sub litera I. num.932.& 933. Verum Rot. sequitur opinionem Innocentij in cap. cùm speciali de apell. quòd sit necessaria appellatio, vt in decis.567.num.2.par.1.diuers. & decis.2.n.7. par.2. diuers.& decis. 901.num.1.par.3.lib.1.diuers. & fuit dictum in Tridentina decimarum 2. Decembris 1619. coram R.P.D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltramins.*

---

## Pampilonen. decimarum de Gongora.

*Veneris 14. Maij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Lis terminata ad fauorem possessoris non interrumpit præscriptionem. Contractus, & iudicium quando dicatur claudicare ad fauorem Ecclesiæ, & minoris. Productio facta à Procuratore non nocet domino.

### SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non interrumpitur per litem terminatam ad fauorem possessoris, & numero 15. vbi vide limitationes.*
2 *Sententia lata cum defensore Ecclesia minùs legitimo non præiudicat Ecclesiæ.*
3 *Sententia est valida, quando fuerunt citati illi, contra quos actio fuit directa, licèt alij non citatis non præiudicet.*
4 *Lis mota debet aut in totum approbari, aut in totum reiici, & non potest pro parte acceptari, & pro parte non.*
5 *Claudicare potest iudicium ad fauorem Ecclesiæ, & minoris, sed tamen non possunt contractum pro parte acceptare, & pro parte non, & n.16. vbi declaratur.*
6 *Immemorabilis cessat dato certo initio.*
7 *Productio tituli vnius dicti tollit præsumptionem alterius tituli.*
8 *Productio ad vnum finem facta non nocet producenti quoad alium.*
9 *Productio facta per compulsum non nocet.*
10 *Productio facta à Procuratore non præiudicat.*
11 *Procuratoris confessio voluntaria non nocet domino.*
12 *(Tanquam) est dictio, qua denotat similitudinem, & improprietatem.*
13 *Testium dicta sunt coadiuuanda, non cauillanda.*
14 *Immemorabilis excludit omnem præsumptionem malæ fidei.*

### DECISIO CCCCLXVII.

Placuit Rotæ decisio in hac causa facta coram Illust. Card. Pamphilio die 21. Maij 1603. in qua bonis rationibus fuit firmata quasi possessio immemorabilis Dominorum de Gongora percipiendi decimas Ecclesiarum locorum de Ciordia, & Olazagutia vnà cum fama Priuilegij Apostolici, ex qua decisione resultat in effectu responsio ad omnia, quæ hodie ex aduerso opponuntur. Nam dum dicitur litem super huiusmodi decimis incepisse vsque de anno 1520. & testes non deponere de quadraginta annis ante dictum tempus, respon

respondetur eam fuisse terminatam de anno 1525.
per sententias Rotales ad fauorem Dominorum de
1 Gongora, & propterea † per huiusmodi litem non
posse dici inductam aliquam malam fidem, aut inter-
a ruptionem præscriptionis, [a] vt post Castr. quem alle-
gat tradit Felyn. *in c. illud. num. 17. in 14. conclus. de præ-
scrip.* Sot. *cons. 47. in fin. lib. 2.* Couar. *in reg. possessor 2.
par. §. 12. num. 4. vers. secunda conclusio*, ibi, *hanc item
secundam conclusionem*. & fuit sæpiùs dictum, signanter
autem in Lucana Decanatus 21. Maij 1578. coram fœl.
rec. Clem. VIII. in Romana Casalis Longhezze 5. Martij
1593. coram bo. me. Card. Seraphino, & in causa Eugubi-
na S. Petri 26. Aprilis 1596. coram Illustriss. Card. Pam-
2 philio. Nec facit replicatio, quòd lis † fuerit terminata
cum defensore Ecclesiæ minùs legitimo, & ob id sen-
tentias vti nullas ad istum effectum non suffragari, quia
sententiæ non fuerunt latæ contra Ecclesiam, sed inter
3 partes tunc litigantes, † & ideò pro illarum validitate
sufficit fuisse latas citatis illis, contra quos actio dirige-
batur, licèt non præiudicent aliis non citatis, Bald. *in l.
ab eo n. 17. C. quomod. & quando Iudex*. cum concordanti-
bus cumulatis per Gabr. *de cit. concl. 1. n. 310.* & per Surd.
*decis. 256. n. 15.* fuit dictum in causa Montis Regalis, seu
Cataniеn. de anno 1607. coram R. P. D. meo Decano,
& propterea Rota in decis. in hac causa facta 12. Ianuarij
1591. dixit sententias vti latas cum non legitimo defen-
sore Ecclesiæ non præiudicare, sed non dixit, quòd re-
spectu partium, inter quas litigabatur, non essent vali-
dæ, & quòd non suffragarentur ad ostendendum mole-
stias illatas contra possessores, fuisse reiectas, & repul-
sas, itavt neque fuerit inducta mala fides, neque impe-
ditus cursus præscriptionis. Nec potest Ecclesia iuuari
motione litis ad interrumpendam præscriptionem, &
4 impugnare sententias super ea latas, quia † approban-
do litem debet illam approbare cum omnibus suis qua-
litatibus, & sic cum sententiis latis ad fauorem posses-
soris, *l. cùm quæritur. ff. de adminis. tut. l. cum ab vno in prin.
5 ff. de leg. 2. c. officij de testam.* & quod dicitur iudicium, † si-
b cut contractum posse claudicare [b] fauore Ecclesiæ, ac
minoris, procedit quantum ad hoc, vt possint eligere,
an velint stare iudicio, & contractui, vel ne, non autem
possunt actũ diuidere pro parte illũ approbãdo, & im-
probãdo pro parte, sed debent totũ approbare aut im-
probare, vt in minore dicit Bal. *cõs. 10. & 32. lib. 2.* Tiraq.
c *de retra. conuent. ad fin. n. 48.* Surd. *cons. 576. sub n. 31.* [c] Ne-
que ex ista lite possunt de falso argui testes, qui dicunt
non vidisse, neque audiuisse aliquid in cõtrarium, quia
lis fuit, vt dictum est, finita de anno 1525. itavt pro-
pter eius antiquitatem sit verisimile, quòd notitiam
non habuerint, præsertim quia lis non agebatur in par-
tibus, sed in Curia, & non cum soluentibus decimam,
seu cum Ecclesiis, sed cum aliis tertiis, & propterea be-
nè potuerunt dicere, quòd non viderunt, aut audiue-
runt aliquid in contrarium, hoc est, quòd aliquid non
viderint, neque audiuerint, per quod Domini de Gon-
gora fuerint impediti, aut turbati in sua quasi possessio-
ne exigendi decimas. Minùs obstat lis mota de anno
1569. quia in ea agebatur de augmento seruitij Eccle-
siæ, & de quodam prandio, quod prætendebant Incolæ,
quando deferebant decimas ad horreum Dominorum,
vt apparet ex decreto Consilij Regij iuncta petitione
per D. Antonium facta, & mandato ad illam litem per
Incolas dato, vnde tantùm abest, quòd solutio deci-
marum fuerit in hoc iudicio controuersa, quòd potiùs
Ecclesiæ, & Incolæ præsupponerent d. solutionem vti
fundamentum suæ intentionis, & sic ista sententia ne-
dum non interrumpit possessionem percipiendi deci-
mas, imò eam maximè fouet, & comprobat. Non obstat
productio Priuilegij Vrbani facta pro parte Dominorũ
de Gongora, ex qua dicunt aduersarij non solùm tolli
6 immemorabilem, † quæ cessat dato certo initio, sed
etiam præsumptionem † alterius tituli, vt in Seguntina 7
dimidiæ annatæ coram R. P. D. meo Manzanedo, quia
Domini pro responsione animaduertebant Priuilegiũ
hoc nunquam in partibus, vel in Curia fuisse allegatũ
pro titulo semper autem fuisse allegatam immemora-
bilem cum fama priuilegij in genere, Priuilegium verò
Vrbani, vti notorium fuisse per procuratorem hìc in
Curia extractum ab alio processu alterius causæ ad iu-
stificandum secundam remissoriam, & ostendendum
materiam non esse impertinentem, quia ex d. priuile-
gio ostendebatur Sedem Apostolicam esse solitam si-
milia concedere, & ita fuit exhibitum pro fumo remis-
soriæ, vt dicitur in decisione tunc facta, & si in illo iu-
dicio fuisset productum priuilegium pro titulo, fuisset
denegata remissoria pro immemorabili, quia titulus il-
li repugnasset, ex quibus intrat regula, quòd † produ- 8
ctio ad vnum finem facta non obstat producenti quo-
ad alium, & diuersum, Grat. *cons. 14 n. 17. lib. 1.* dixit Ro-
ta in vna Bononien. de Budriolis 25. Nouembr. 1578.
coram bo. me. Cardin. Seraph. & in causa Valẽtina De-
cimarum de Gandia 17. Martij 1604. coram Illustriss.
Cardin. Pamphilio, [d] & † quia fuit facta per compul- d
sum, Caputaq. *decis. 193. n. 5. par. 1.* fuit dictum in causa 9
Burgen. Abbatiæ 12. Maij 1586. coram Illustr. Cardinali
Pamphilio, & in Mediolanen. decursus aquarum 4. No-
uembr. 1609. coram me. Accedit, quòd in omnẽ euen-
tũ ex ista productione priuilegij, quod non fuit à prin-
cipali transmissum, sed vti notorium in Curia repertũ,
vt dictum est, à procuratore † facta resultaret tacita 10
eiusdem procuratoris confessio, quæ non debet plus
operari, quàm expressa, † vnde tanquàm voluntaria non 11
nocet domino, Paul. de Castr. *in l. non solùm n. 2. de procur.*
Ægid. *decis. 119. n. 1.* & non debet excludere à præsum-
ptione alterius tituli, quemadmodum excluderet, si es-
set facta ab ipsomet principali, cùm ex prædictis non
habeat aliquam præsumptionẽ communicationis cum
ipso, aut ratihabitionis. Non obstat prætensa mala fides
deducta ex eo, quòd testes dicant Dominos de Gongo-
ra percepisse decimas tamquàm Abbates, quia cùm es-
sent meri laici, & vxorati, & testes hoc scirent, intelligi
debet, quòd perceperint ad instar, & similitudinem
Abbatum, † prout denotat illa dictio, *tamquam*, deno- 12
tans similitudinem, & impropriєtatem, Rolan. *cons. 60.
n. 43. lib. 1.* & † dicta testium sunt adiuuanda, non cauil- 13
landa, Bal. *in l. de quibus. sub n. 135. ff. de legib.* Alex. *cons. 5.
n. 12. lib. 1.* Cassad. *decis. 3. n. 5. de probat.* Vltra quòd † im- 14
memorabilis excludit omnem præsumptionem malæ
fidei, Oldr. *cons. 244. sub n. 11. vers. præsertim cùm quis possi-
det.* Alex. *cons. 24. n. 18. iunctis præcedentibus lib. 5.* Surd.
*cons. 525. n. 9.* imò ad hoc sufficit cursus temporis 30. vel
40. annorum vt fuit dictum in Romana census 4. Iu-
nij 1610. à fol. 65. & Romana incendij ead. die fol. 67. *l.
fin.* vbi Bart. & Salic. *C. vnde vi.* Alex. *cons. 151. n. 7. lib. 2.*
Dec. *cons. 558. n. 13.* Abb. *cons. 89. sub n. 5. vers. & debet hoc
casu præsumi par. 1.* Afflict. *decis. 41. n. 12.* & fuit dictum in
D. Valentina Decimarum de Candia coram Illustrissi-
mo Cardinali Pamphilio.

## *ANNOTATIO.*

a Rot. passim † sequitur doctrinam Felyn. *in cap. illud n. 17. 15
vers. 14. conclusio. de præscript.* quòd non interrumpatur præ-
scriptio per litem, in qua actor succubuit, vt *in decis. 534.
n. 6. par. 1. diuers.* Seraph. *decis. 1027. n. 11. & decis. 1273. n. 3. &
decis. 1459. n. 15.* Rot. *decis. 728. n. 6. par. 2. in recent.* fuit plenè
dictum in Lancianen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616.
coram R. P. D. Buratto. Hoc tamen non procedit, quando
sententia lata est nulla, vel iniusta, quia talis sententia
non tolleret interruptionem inductã per motionem litis,
ita fuit dictum in Romana Census 17. Iunij 1596. coram
bo. me. Orano, & priùs in Toletana decimarum 22. Maij
1582. coram bo. me. Arigonio. Idem etiam est dicendum,
si à d. sententia fuisset appellatum, vt fuit dictum in dicta

Romana Census; requiritur tamen, quòd appellatio fue-
rit prosequuta, Seraph. *decis.* 1026. *n.* 14. *& decis.* 1085. *n.* 6.
16 b Claudicat † contractus fauore Ecclesiæ, Surd. *decis.* 69. *n.*
23. latè Pincl. *in l.* 1. *par.* 3. *n.* 32. *C. de bon. mater.* Hond. *cons.* 18.
*n.* 72. *lib.* 1. & ideò potest Ecclesia stare contractui etiam
nullo inuita altera parte; sicut etiam est in electione Ec-
clesiæ recedere à dicto contractu nullo, Mantic. *de tacit.*
*lib.* 15. *tit.* 6. *n.* 48. *&* 49. Benè verum est, quòd tenetur Ec-
clesia contractum, vel in totum acceptare, vel in totum
ab eo recedere, Couar. *variar. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 5. fuit dictum
in causa Placentina Decimarum 2. Aprilis 1586. coram
bo. me. Bubalo, & firmatur in hac decis. Prout etiam po-
test cogi Ecclesia ad declarandum, an velit stare contra-
ctui, ne altera pars cogatur stare in suspenso, Surd. *decis.*
69. *n.* 23. *in fi.* Gonzal. *super regul.* 8. *glos.* 59. *n.* 93. Garz. *de be-*
*nef. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 75.
c Dixi *supra sub littera B.*
d Et fuit etiam latè firmatum in Romana, seu Tiburtina
Castri Sancti Angeli 26. Nouembris 1616. coram bo. me.
Andrea.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis.

*Lunæ 7. Iunij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Dos rectè soluitur socero. Dos probatur soluta ex coniecturis, de quibus in decisione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Socero dos rectè soluitur.*
2 *Maximè quando sustinuit onera matrimonij.*
3 *Dos datur pro oneribus matrimonij.*
4 *Dos debet esse apud eum, qui onera sustinuit.*
5 *Solutio censetur facta ex causa præambula, de qua apparet.*
6 *Pluralitas debitorum non præsumitur.*
7 *Solutionis causa probatur ex coniecturis.*
8 *Dotis solutio præsumitur ex diuturnitate temporis.*
9 *Item ex præstatione alimentorum, & n.* 14.
10 *Qualitas faciliùs probatur, & præsumitur, quàm substantia.*
11 *Libro scripto à persona benè informata, & legali valdè deferendum est.*
12 *Et tantò magis postquàm scribens est mortuus, quia mors auget fidem scripturæ.*
13 *Liber priuatus facit fidem concurrente maxima verisimilitudine.*

### DECISIO CCCCLXVIII.

DOmina Sulpitia Clementina, quæ Comiti Hora-
tio de Marcianò nupserat cum promissione dotis
per eius fratres facta scutorum 6. mil. eo mortuo con-
uenit fratres pro consecutione dictæ dotis, qui exce-
perunt eam soluisse Comiti Ludouico patri Comitis
1 Horatij, & socero ipsius Sulpitiæ, † cui non solùm sol-
ui potuit. *l. si dos socero. ff. ad leg. Falcid. l. si filia.* §. 1. *vers. nec*
*solum ff. famil. ercis. l. si cùm dotem.* §. *transgrediamur. ff. sol.*
2 *matr.* † sed etiam debuit, quia filius habitabat cum pa-
tre, & D. Sulpitia fuit in eius domum traducta, per so-
cerum alita, qui etiam sustinuit omnia onera matrimo-
nij, Pract. Papien. *in form. libel. quo vxor agit ad dotem.* §.
3 *vxor quondam n.* 21. † Dos enim cùm detur pro oneri-
bus matrimonij, *l. pro oneribus. C. de iur. dot. l. dotis fructus.*
4 *ff. eod. cap. salubriter. de vsur.* † debet esse apud eum, qui
onera sustinet *l. actiones* §. *fi. ff. pro soc.* Paul. de Castr. *in d.*
§. *transgrediamur n.* 7. Quia tamen filij, & hæredes Co-
mitis Ludouici negabant solutionem, de ea fuit actum.
Et licet Clementini plures partitas solutionum dedu-
cerent, attamen Domini vltra partitam scutorum 500.
quàm non controuertunt Comites de Marciano, ap-
probarunt tantùm alteram scutorum 2800. de qua con-
stat ex confessione Comitis Ludouici 25. Maij 1600.
quæ † licèt non exprimat, præsumi debet ex causa præ- 5
ambula promissionis dotis, cùm de alia non appareat,
Bart. *in l. stipulationum. ff. de verborum obligat.* Corn. *cons.* 22. *n.*
5. *circa med. lib.* 1. Aym. *cons.* 91. *n.* 3. *&* 198. *n.* 13. fuit di-
ctum in vna Romana Vineæ 29. Nouembr. & 10. De-
cembr. coram Illustriss. Card. Pamphilio. † Pluralitas 6
enim debitorum non præsumitur, Bald. *in l. neque nata-*
*les. n.* 8. *C. de probat. & cons.* 344. *in fin. lib.* 2. Ias. *cons.* 62. *n.* 6.
*lib.* 1. Aym. *vbi supra.* Præsertim quia concurrunt admi-
nicula, & coniecturæ ponderatæ per informantes. Ex
coniecturis enim probatur † causa solutionis, vt tenuit 7
Rot. in vna Romana pecuniaria 21. Octobris 1576. co-
ram Robusterio. Coniectura autē desumitur † ex diu- 8
turnitate temporis dotis promissæ, Cum. *cons.* 91. *num.* 3.
*vers. pari autem. & fortiori ratione.* Paul. de Castr. *cons.* 58.
*post. n.* 4. *lib.* 2. Corn. *cons.* 177. *n.* 3. *circa med. vers. & ideo*
*non esset absonum lib.* 4. Dec. *cons.* 596. *n.* 9. *in fin.* Calcan.
*cons.* 23. *n.* 5. *circa med. vers. non est verisimile.* Paris. *cons.* 137.
*n.* 12. *lib.* 4. Item † ex priuatione alimentorum facta ipsi 9
Sulpitiæ, a Bald. *in rub. C. de priuil. dot.* Soc. *cons.* 82. *n.* 3. a
*lib.* 3. qui de communi, latè Cephal. *cons.* 448. *n.* 23. *& seq*
quas coniecturas adducunt Doctores ad præsumen-
dum actum solutionis, vnde fortiùs debent conclude-
re causam solutionis, † quia qualitas sicut faciliùs pro- 10
batur, quam substantia, glos. *in l. talis scriptura in ver. vni-*
*uersa ff. de leg.* 1. Ang. & post eum Alex *in l. si certis annis*
*C. de pact.* Dec. *cons.* 297. *n.* 4. cum aliis per Surd. *cons.* 168.
*n.* 7. ita etiam faciliùs præsumitur, Cephal. *cons.* 297. *n.* 10.
*lib.* 2. Accedit liber rationum hæreditatis Comitis Lu-
douici, in quo dicta partita describitur ad computum
dotis D. Sulpitiæ, † cui libro Domini multùm defere- 11
bant vti scripto à persona familiari Comitum de Mar-
ciano benè informata, legali, ac fide digna, Bal. *cons.* 156.
*n.* 3. *circa med. ver. si autem non potest. lib.* 3. Soc. *cons.* 187 *n.*
16. *lib.* 2. Guidop. *decis.* 441. *n.* 1. fuit dictum in vna Ci-
uitatis Castelli bonorum 8. Nouembr. 1589. coram Illu-
strissimo Cardin. Pamphilio, † & quia mortuus fuit an- 12
te motum iudicium, mors enim scribentis multùm au-
get fidem scripturæ, Bart. *in l. admonendi n.* 27. *ff. de iure*
*iuran.* Fulgos. *cons.* 532. *n.* Dec. *cons.* 42. *n.* 6. Soc *d. cons.* 187.
*n.* 6. *circa med. vers. non pariùm etiam adminiculatur.* Aym.
*cons.* 6. *n.* 52. Bero. *q.* 65. *n.* 7. fuit dictum in vna Romana
extinctionis census 18 & 20. Maij 1583. relata *inter di-*
*uers. decis. vlt. par.* 1. Maximè, quia † ex supra dictis hoc 13
habet maximam verisimilitudinem, qua stante liber
priuatus facit fidem, Dec. qui alios allegat *consil.* 510.
*post n.* 2. Aym. *cons.* 158. *nu.* 9. *vers. ex qua verisimilitudine.*
Mandos. *in reg.* 18. *q.* 8. *n.* 3. fuit dictum in vna Piscien.
deuolutionis bonorum relata *inter diuers. decis.* 776. *par.*
1. in qua etiam fuit additum hoc maximè procedere,
vbi agitur de aliquo declarando, prout hic, in quam
causam cedat solutio. Ponderabant etiam informantes
qualitates libri, & eius adminicula, ex quibus prom-
ptiores reddebantur Domini ad præstandum fidem di-
ctæ partitæ eo modo adnotatæ. Quia tamen Clementi-
ni prætendebant non solùm probare solutionem scu-
torum 2800. sed quòd essent soluta pro residuo, inde
inferentes ad solutionem totius dotis, Rota super hoc
nihil statuit, sed ordinauit, vt particulariter dubitarem,
An d. partita fuerit pro residuo soluta.

### *ANNOTATIO.*

a Alimentorum † præstationem esse coniecturam dotis so- 14
lutæ dixit Rota *in decis.* 155. *n.* 9. *par.* 2. *diuers. & decis.* 124.
*sub n.* 2. *par.* 2. *in recent.* & non esse leuem dixit Rot. in Ter-
racinen. dotis 26. Aprilis 1619. coram R. P. D. Pamphilio,
& saltem iuncta cum aliis suffragatur, vt fuit dictum in
Bono

Bononien.dotis 25.Februarij 1619.coram bo me.Andreæ; sed quòd d.coniectura non sit valdè vrgens,præsertim si sit sola,dixit Rot.*decis.683.sub n.13.par.2.in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen.seu Nullius Decimarum de Ayamonte.

*Lunæ 14. Iunij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Iura quando dicantur in forma probanti.

### *SVMMARIVM.*

1 *Exemplum exempli non probat.*
2 *Procedit etiam, quando primum exemplum esset formiter,& legitimè exemplatum.*
3 *Item etiam si secundum exemplum fuisset solemniter,& legitimè extractum.*
4 *Iura extracta lite pendente nemine citato non sunt in forma probanti.*
5 *Obseruantia potest supplere defectum scripturæ, non tamen potest facere,quòd illa sit authentica,& in forma probanti.*
*Obseruantia tribuit robur scripturis, etiam si non constet de obseruantia in omnibus capitibus, & etiam contra tertium, n.7.*
6 *Iura possunt esse formiter extracta, & tamen non esse in forma probanti.*

### DECISIO CCCCLXIX.

DVbitaui, an iura pro parte Dominorum Marchionum producta sint in forma probanti, & Domini
quoad scripturam concordiæ anni 1263. negatiuè re-
soluerunt,quia non fuit extracta à scripturis originali-
1 bus, sed † est exemplum exempli ab alio exẽplo exem-
plari,& propterea non probat, *l.3. & ibi not. C.de diuers.*
*rescript.* Dec.post alios *in auth. si quis in aliquo sub n.30.*
*vers.contrarium,*vbi de communi, *C.de edend.* Alex. *cons.*
138.*n.4.lib.*1.Capur. *decis.*234.*n.*1. *par.* 1. fuit dictum in
Montis Regalis Iurisdictionis 24.Nouembr.1597. co-
ram R.P.D.meo Decano , & in Mediolanen. decursus
a Aquarum 4. Nouembris præteriti coram me. [a] Quod
2 † procedit etiam si exemplum, à quo scriptura extra-
hitur,sit formiter,& legitimè exemplatum , Alex. *dicto*
*cons.*138.*post n.*4.& dixit Rota in vna Regien.præceden-
tiæ 20.Decembr.1582.relata inter diuersas *dec.*732.*par.*
1. & fuit dictum in illa Mediolanen. decursus Aquarũ,
licèt exemplum,à quo desumpta fuit scriptura, de qua
agitur, non esset tale, vt fuit resolutum 9. Maij 1583.
3 coram fœl.rec.Clemen.VIII. & † habet locum etiam si
scriptura,de cuius fide agitur,fuisset solemniter , & le-
gitimè exemplata,Put. *decis.*159.*n.*4.*lib.*1.*&* 142.*n.*3.*lib.*
3. & dixit Rota in illa Mediolanen. quod tamen non
4 euenit in casu isto, quia † fuit extracta lite pendente
nemine citato , ita vt etiam ex hoc nomine fidem non
mereatur *d.Authent.si quis in aliquo,* vbi Decius *n. 9. &*
10.Rot.*decis.*1.*de fid.instrum.in nou.*Mohed. *decis.* 8.*eod.*
*tit.* & exemplatio patitur alios defectus , de quibus per
informantes pro parte Capituli:Obseruantia,& admi-
nicula,quæ cumulantur,non faciunt ad dubium,in quo
5 quæritur, an scriptura sit in forma probanti , † quia li-
cèt possint supplere defectum scripturæ ad effectum,vt
b illi fides adhibeatur,[b] Caputaq. *decis.*234. & dicitur in
Gerunden.beneficij de Ceruiano 4.Iunij 1604. coram
bo.me.Litta,quæ ex aduerso datur,non tamen possunt
mutare substantiam,seu qualitatem scripturæ & facere,
quòd scriptura informis,& minus solemnis sit authen-
tica,& in forma probanti : quoad duas sententias anni
1495. & 1496. Dominis visum fuit eas esse in forma
probanti,quia duæ reperiuntur extractiones , quarum
prima fuit facta coram Prætore contenta in processu
literæ C.& contra istam benè procedunt oppositiones
ex aduerso datæ, verùm ista extractione nõ vtitur pro-
curator bo.me.Marchionis dominus litis effectus , sed
altera facta coram Iudice compulsoriali Rotali , quæ
continetur in alio processu signato litera B.contra quã
nihil obiicitur:Sententias,testes,& alia iura extracta ab
Alphonso Seuariego , quæ continentur in processu si-
gnato litera D.dixerunt Domini esse in forma proban-
ti,quia obiectio in Rota facta de anno 1583. quod non
appareret Seuariegum esse actuarium,cessat postquam
de anno sequenti fuit doctum ipsum fuisse successo-
rem in officio Notarij rogati.Contra prouisiones Re-
gias nihil releuans deducitur,& Rota de anno 1583.ha-
buit eas pro legitimè extractis,& compulsatis, vt patet
in decis.ex aduerso data,ibi,quoad reliquos processus,
præter illos,in quibus sunt compulsatæ,quædam regię
prouisiones.Super sententia lata de anno 1509.exhibi-
ta coram Iudice Ciuitatis Hispalen.de anno 1518. non
est laborandum, quia pars ea non vtitur , & decisio in
ea non fundatur,sententia enim anni 1518. de qua lo-
quitur decisio , est sententia lata in Regia Audientia
super arte Saponariæ.Exceptio subreptionis,quę datur
contra confirmationes Iulij II. & Leonis X.vltra quòd
nõ probatur,non facit ad dubiũ,† quia hodie agitur de 6
forma probanti , & pars non controuertit , quòd non
fuerint formiter extractæ ex Registris Apostolicis,
prout & dispensationes Apostolicæ in actis exhibitæ.

### *ANNOTATIO.*

a Et ibi dixi.
b Obseruantia tribuit robur scripturę etiam aliàs informi, Rot.*decis.*18.*sub n.*1.*par.*2.*in recent.& decis.*703.*sub n.* 8.*eadem cap.*2.*in recent.& decis.*481.*n.*6.*& n.*11.*par.* 1. *in recent.* etiam si non constet de obseruantia scripturæ in omnibus capitibus in ea contentis,Rot.*decis.*569.*in fi.par.*4.*in nouiss.* & etiam si obseruantia fuerit contra tertium , vt fuit dictum in Ferrarien Bonorum,seu Palatij 21.Aprilis 1603.coram Cardinali Millino:sed quoad hoc in contrarium facit Rot.*decis.*375.*sub n.*8.*vers secundò par.*1.*diuers.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Retractus.

*Veneris 18. Iunij 1610.*

### ARGVMENTVM.

In iudicio retractus est necesse facere depositum infra annum etiam pendente lite super vicinitate, quando vicinitas est deducta in iudicium per modum exceptionis, & incidentis,non autem principaliter.

### *SVMMARIVM.*

1 *Retrahere volens vigore Bullæ Gregorianæ tenetur facere depositum infra annum.*
2 *Forma Bullæ Gregorianæ ad vnguem seruanda est.*
3 *Retrahere volens debet facere depositum infra annum etiam pendente lite super retractu.*
4 *Quid pendente lite super vicinitate, an interim currat tempus ad deponendum.*
5 *Lis super vicinitate potest contingere principaliter, & incidenter.*

6 Iudi

6 *Iudicium est dimetiendum ex persona actoris.*
7 *Iudicium declaratur ex prosequutis.*
8 *Exceptio non facit causam de per se, sed de ea iudicatur, vti de principali.*
9 *Illatio non fit ex separatis.*
10 *Super exceptione non est necesse pronunciare.*
*Potest tamen Iudex pronunciare, si vult, & n.16.*
11 *Pronunciare sufficit super principali, quia de necessitate, & tacitè censetur pronunciatum super incidenti.*
12 *Incidens assumit naturam sua causa principalis.*
13 *Nullitas incidenter deducta assumit naturam appellationis, & secundùm eam regulatur, licèt secùs, si principaliter deducatur.*
14 *Vicinitatis iudicium est praiudiciale iudicio retractus.*
15 *Praiudiciali iudicio pendente supersedendum est in alio, & num. 17.*
*Et quando dicatur iudicium praiudiciale, & n.17.*

## DECISIO CCCCLXX.

DOmini recedentes à decisione facta sub die 27.
Ianuarij præteriti resoluerunt, quòd D.Petrus de
1 Valle † tenebatur facere depositum infra annum, vt
requirit constitutio Gregoriana, cuius vigore, cùm vel-
let retrahere domum, de qua agitur, debuit omnino
2 † eius formam adimplere, & seruare requisita, *c.frustra. de reg.iur.lib.6.* Bar.*in l.1.§.quod autem an prætor.ff.ne quid in flum pub.* cum cumulatis per Surd. *decis.268.num.12.*
3 quod depositum † fieri debet etiam, quando contro-
uersia super retractu fuit in iudicio deducta iuxta ob-
seruantiam Cameræ, quæ præsupponitur. Non obstat,
4 quòd fuerit negata qualitas vicinitatis, ex qua † oritur
ius retrahendi, & propterea, dum ea discutitur, non vi-
deatur currere tempus datum ad deponendum iuxta
decisiones Put. & alia allegata, quia Domini dicebant
5 controuersiam † super vicinitate posse dupliciter con-
tingere, principaliter, & de per se, aut incidenter, & per
viam exceptionis, *iuxta notata in l.1.C.de ord.iud. in l.2. C.de ord.cognit.& in cap.1.eod.tit.* secûdum primum mo-
dum lis erat in casu decis.Put.ibi enim fuerant duo in-
reotata iodicia, & contingebat disputare de vicinitate
in iudicio separato à iudicio retractus, vt ex lectura di-
ctarum decisionum patet, & præsertim *in decis.* 50. & 200.*lib.2.*Et hodie verificantur in facto per exhibitio-
nem duarum commissionum diuersarum, & sententia-
rum separatim latarum in vtroque iudicio. In casu au-
tem, de quo agitur, fuit vnicum iudicium super retra-
6 ctu intentatum, vt indicat monitorium. Intentio † enim
actoris, ex cuius persona metiendum est iudicium, *l.1 ff. si pars hared.pet.* Cassad. *decis.3.n.2.de iud.ex libello deprehenditur,* Specul.*de libel.concept.§.1 in princ.*Host. *in sum. eod.tit.in princ.not.in l.edita.C.de edend.& in cap.fin. de libel.oblat.* Hoc etiam indicat tota series processus relata
7 per informantes. Clarum † est enim ex prosecutione
facta in causa declarari, quale iudicium fuerit motum,
Abb. *in cap.cæterum n.20.vers.debet enim intelligi.de iud.* Felyn.*in Rub.de præscript n.8* fuit dictum in vna Bono-
nien.Iurisdictionis vltima Ianuarij 1578. coram Illostr.
Cardin. Lancellottn. Negatio autem vicinitatis in casu
8 isto non facit aliud iudicium à iudicio retractus, † cùm
exceptio non faciat causam de per se. sed de ea iudice-
tur, vt de principali, Bald. *in l.3.in addit.n.6. ff. ad exhibendum,* & sic vnicum iudicium, Paul.de Castr. *in l. filio*
9 *præterito.sub n.6.ff.de inoff.rupt.& irrit. testam.* Ex † quo
dicebant Domini non posse inferri à casu decisionum
Putei ad casum, qui agitur omnino diuersus, *l.Papinianus exul ff.de minor.l.si maritus.la* t. vbi Bald.*C.de donat. inter vir.& vxor.* Non obstat, quod dicunt informantes
pro D.Petro non posse considerari diuersitatem ratio-
nis inter vtrumque casum, quia imò maxima viget,
quando enim quid incidenter, & per viam exceptionis
deducitur, † non est necesse super eo pronunciare, nec 10
pronunciari solet, [a] *d.l.1.* vbi Bald.*in fin.sub n.9.*Paul.de a
Castr.*in princ.C.de ord.cogn.* idem Paul.de Castr.*in d.l. filio præterito sub n.6.*Abb.*in cap.1.n.11.circa fin.de ord. cognit.* vbi Imol. *n.4.& sub.n.6.vers.sed an sit necesse,* dicit
quòd ita communiter tenetur, Beroi. *cons.34.sub nu.8. vers.sed quando exceptio.lib.3.*Rim.sen. *cons.377.n.8. cum seqq.*Afflio.*in praxi §.18.cap.2.ad fin.*Fachin. *lib.1.controu. iur.c.43.vers.prima conclusio,* sufficit enim, † quòd pro- 11
nuncietur super principale, quia de necessitate, & taci-
tè censetur pronunciatum super incidenti, Bald. *in d.l. 1 n.13.& in l.11.in 2.& 3.not.* vbi etiam Alber.*col.3.vers. secunda quæstio,* & Sal.*post n.2.eod.tit.* Imol.*in d cap.1.n.6.*
Vnde cùm vnicum sit iudicium, & vnico fine termi-
nandum, non est quòd expectetur decisio super quali-
tate vicinitatis, vt currat tempus ad retrahendum, aliàs
dicere cogeremur, quòd tempus deponendi non cur-
reret, nisi post finitum negocium retractus per senten-
tiam, & rem iudicatam, quod esset valde absurdum.
Accedit, † quòd incidens assumit naturam, & qualita- 12
tem causæ principalis, vt latè per Rim.iun. *cons.655.nu. 10. & seq.* † sic nullitas incidenter deducta per viam 13
appellationis assumit naturam appellationis, & secon-
dùm eam regolatur, licèt secus, si principaliter deduca-
tur, Ant.de Butr.*in cap.exhibita sub n.16.de iud.*Contard.
latè *in l.vnic.lim.7.n.6.cum nonnullis seqq.C.vt de momen. possess.* ex quo infertur, quòd vicinitas per viam exce-
ptionis deducta non potest dici præiudicialis iudicio
retractus, ita vt dum cognoscitur qualitas vicinitatis,
sit super eo supersedendum, & propterea interim non
currat tempus præfixum ad deponendum, quando ve-
rò vicinitatis quæstio principaliter mouetur in iudicio
separato, vel cumulatiuo, quod idem est ad effectum, de
quo agitur, vt per Paul.de Castr. *in d.l. filio præterito. n. 6.in fin.* quia iudicium † super vicinitate est præiudicia 14
le iudicio retractus, vt dicit *decis.*Put.50.*lib.2.* pendente
† iudicio præiudiciali supersedendum erat in iudicio 15
retractus, [b] *l.1.C.si quis alı.testari prohib.*Anchar.*cons.62.* b
*n.3.*Aym. *cons.280.n.2.& per tot.* Alia, quæ ex aduerso
adducuntur, vel loquuntur in diuersis iudiciis, vel lo-
quuntur in terminis iuris communis, in quibus potest
procedere, quòd pendente lite tempus non currat, &
propterea non applicantur ad casum nostrum, quia de-
positum, vt præsupponitur, fieri debet lite etiam pen-
dente inter vicinum, & emptorem super retractu. Et
ita fuit conclusum D. Petrum fuisse obligatum infra
annum à die, quo sciuit venditionem factam D. Hora-
tio deponere prêtium, neque excusari sub prætextu ne-
gatæ vicinitatis.

## *ANNOTATIO.*

a Super † exceptione licèt non sit necesse, & non soleat 16
pronunciari, tamen Iudex potest pronunciare, si vult, vt
dixit Rot coram Sanctissimo *supra decis.280.n.8.*
b Causa † præiudicialis facit silere aliam plenè, Farinac. 17
*quæst. crimin.* 100.*n.* 60. & in his terminis retractus fuit
dictum in Romana retractus 26.Iunij 1606. coram R. P.
D. Coccino Decano, & an, & quando vna causa dicatur
alteri præiudicialis, optimè declarat Farinac. *dict.q.100. n.79.& seq.* & præsertim dicitur vna causa præiudicialis
alteri, quando sententia in vna causa lata parit exceptio-
nem rei iudicatæ in alia, Farinac. post relat. *dict.q.100.n. 79.& n.118* & non est necesse, quòd in effectu, & realiter
pariat, sed sufficit, quòd possibile sit posse parere, Curt.
iun.testans de communi *in l. edita. n.156. C. de eden.* Fari-
nac.qui alios refert *dict. q.100.n.130.& sub n.60.circa med* vbi refert decisionem Rotalem Peregr. & fuit etiam di-
ctum in Ciuitatis Plebis Simoniæ 1. Iulij 1619. coram R.
P.D.Buratto.

*Oliuerius Beltraminus.*

Reatina

## Reatina Beneficiorum.

*Veneris 18. Iuny 1610.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de probando Protonotariatum per testes.

### *SVMMARIVM.*

1 *Protonotariatus potest probari per testes, quando est datus ab inferiori à Papa.*
2 *Gratia Papæ potest probari per testes stante eius amissione, & n. 12.*
*Gratia Apostolica regulariter non probatur per testes, sed per literas, & quando hoc non procedat, & n. 12.*
3 *Vicinus præsumitur informatus.*
4 *Consanguineus præsumitur informatus.*
5 *Testes duo quando sibi ad inuicem contradicunt, non dicuntur falsi, sed neutri est credendum.*
6 *Testis dictum non est cauillandum, sed adiuuandum.*
7 *Præsertim ad effectum ne sibi contrarietur.*
8 *Fama probatur per testem deponentem publicè dici audiuisse.*
9 *Valor probatur per famam.*
10 *Valor beneficij probatur per semiplenam probationem.*
11 *Testium numerus supplet defectum.*

### DECISIO CCCCLXXI.

c Die 10. Iunij 1608. fuit resolutum gratiam Ioannis Baptistæ fuisse iustificatam, remaosit tamen difficultas in Protooootariatu Fabij Marij, per cuius obitum vacarunt beneficia, de quibus agitur, & propter quem Ioan. Baptista illa impetraoit vti reseruata, oecoon in probatione valoris, ideo strictè super vtroque causa pluries proposita, & pluribus factis probationibus Domini resoluerunt vtromqoe iustificari. Nam quoad Protonotariatum, qui fuit datus à bo. me. Cardinali
1 Farnesio, vti Legato, † & ideo potest per testes probari, cum sit datus ab inferiori à Papa, Bald. *in l. si qua per calumniam n. 7. C. de Episc. & Cleric.* Rot. *decis. 5. num. 3. in fin. de offic. delegat. in nou.* Addit ad Rot. *decis. 27. circa*
a *fin. de rescript. pariter in nou.*[a] & tantò magis stante amis-
a sione priuilegij, † quo casu etiam gratia Papæ proba-
b tur per testes,[b] *cap. cùm olim, il 1. de priuil.* Abb. *in c. ex diligenti in vlt. not. de sim.* Felyn. *in rub. de constit. sub num. 6. vers. tertius casus*; testes autem eum benè probant,
3 quia adest penultimus benè informatus, tùm † quia vicinus d. Fabij Marij, *l. si vicinus C. de nupt. cap. quanto, &*
4 *cap. quosdam de præsumpt.* tùm † quia consanguineus ipsius in tertio gradu, *leg. octaui ff. vnde cognat. l. filium. C. de liberal. caus.* qui benè deponit de huiusmodi Protonotariatu, cùm dicat pluries vidisse, & legisse priuilegium, quia continuè versabatur in domo dicti Fabij Marij. Nec facit, quòd testis dicat vidisse Priuilegium per duos annos ante obitum Fabij, cum occasione, quòd Fabius illud ostenderit Fabritio Manerio, qui Fabritius per fidem exhibitam negat tale Priuilegium sibi ostensum, quia testis noo restringit se ad illam vicem, cùm dicat sæpius vidisse, & legisse. Neque intrat, quòd in vno falsus in aliis fidem non mereatur: quia quando & Fabritius formiter examinatus negasset ostensionem,
5 de qua deponit testis, non † propterea posset dici falsus, sed potius neutri esset credendum, vt benè per Aym. *cons. 13. n. 3.* Concurrit tertius testis dicens audiuisse legi Priuilegium, quod loquebatur de Protonotariatu, & licèt dicat non recordari tenorem Priuilegij, debet intelligi quoad narratiuam, & seriem ipsius Priuilegij,
non autem quoad substantiam Protonotariatus, quia † di- 6
ctum testis non est cauillandum, sed iuuandum, & pro viribus sustinendum, Bald. *in leg. de quibus sub num. 135. ff. de legibus.* Alex. *cons. 5. num. 12. lib. 1.* Cassad. *decis. 3. n. 5.*
*de probat.* † præsertim ad effectum oe sibi contrarietur, 7
Rim. *sen. cons. 559. num. 1. & 1.* & hoc apertè dicit testis iuxta interrogatorium 13. (*hò visto li suoi priuilegij, è sentito leggere, mà come dicesse non lo so, si non come hò detto di sopra Protonotario Apostolico.*) Septimus testis dicit vidisse Priuilegiũ, quia fratres Fabij Martij illud ei ostenderunt, licèt non legerit. Adsunt plures testes deponeotes de communi reputatione, & quòd incedebat in habitu Protonotarij, ac pro tali se gerebat & datur actus factus ab eo vti Protonotario. Et istam veritatem agnoscit Episcopus in suis literis. Quoad valo-
rem quartus testis deponit † publicè dici audiuisse, quod 8
probat famam,[c] secundùm Bald. *in cap. per tuas de pro-* c
*bat.* quem sequitur Rota Cassad. *decis. 3. de probat.* & fuit sæpiùs dictum, sunt alij tres sequentes testes explicitè deponentes de publica voce, & fama per verba
(*fuit, & est.*) Clarum autem est † valorem probari per 9
famam, Caputaq. *decis. 277. num. 7. part. 1.* fuit dictum in voa Clusina pensionis 58. Ianuarij 5575. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & in Cremoneñ. pensionis 27. Nouembris 1577. coram Rubeo, & sæpissimè in
aliis, † cùm sufficiat semiplena probatio, Cæsar de Gras- 10
sis *decis. 3. nu. 7. de probat.* Non obstant exceptiones, quæ dantur cootra testes, quia pro maiori parte sunt leues,
ac plenè sublatæ per informantes, † & si qui adessent 11
defectus possent ex numero testium suppleri, *gloss. in l. 3. §. 1. in ver. numerus,* & ibi expressiùs Iacob. Butrig. *ff. de test.* Alex. *cons. 5. num. 7. lib. 1.* Ias. *in Auth. si verò num. 4. C. de iudic.* Dec. *cons. 163. post num. 27.*

### *ANNOTATIO.*

a Cum aliis per Paris. *de resignat. lib. 8. q. 2. n. 21.* vbi vide declarationem.
b Gratia † Apostolica regulariter non probatur per testes, 12
sed solùm per literas, Cassad. *decis. 20. n. 2. in princ. de præben.* Veral. *decis. 51. n. 2. par. 2. & decis. 221. n. 2. par. 3.* cum aliis per Paris. *de resignat. d. lib. 8. q. 2. n. 7.* & fuit dictum etiam in Taruisina Canonicatus 9. Martij 1507. coram Corduba, sed si constaret de amissione literarum, posset probari per testes, vt fuit firmatum in hac decisione, & vltra hìc allegatos tradit Mascard. *de probat. concl. 845. n. 24. 25. & 26.* & alios refert Paris. *de resignat. d. lib. 8. q. 2. n. 22.* qui tamen dicit contrarium à Rota seruari, & in quocumque tribunali Curiæ, & reddit optimam rationem, quia in Palatio adsunt duo registra, vnum supplicationum, alterum literarum: vnde data amissione literarum poterit quisque extrahere aliud sumptum supplicationum vel literarum, & subdit hoc passim practicari, & esse stylum vulgatissimum; licèt autem gratia Apostolica non possit probari per testes quoad substantiam, circumstantiæ tamen, & qualitates gratiæ beoè possunt per testes probari, latè Menoch. *de arbitr. cas. 86. n. 4. & seq.* Veral. *decis. 51. n. 2. par. 2. & decis. 221. n. 3. par. 3.* cum aliis pluribus cumularis per Paris. *dict. lib. 8. q. 2. n. 25.* vbi attestatur de magis communi opinione, secundùm quam dicit Rot. iudicasse.
c De quo vide *supra ad decis. 273.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsaraugustana Dedicationis.

*Veneris 18. Iunij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Ecclesia non potest prohiberi celebrare festum suæ Dedicationis, & plura in materia testium.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Prohibitio cum subsequuta acquiescentia partis prohibitæ est necessaria, vt quis dicatur in quasi possessione priuatiua.*

2 *Testes numero plures sunt præferendi.*

3 *Testes sunt præferendi, qui habent pro se præsumptionem iuris.*

4 *Actus præsumitur potius factus nomine proprio, quàm alieno, & n.9. vbi quando Procurator censeatur facere actum nomine proprio.*

5 *Dedicationis Ecclesiæ festum tenentur celebrare omnes Ecclesiæ.*

6 *Testis deponens se ita credere, & pro certo habere non probat.*

7 *Probatio in specie præfertur probationi generali.*

8 *Actus præsumitur factus non nomine proprio, sed alieno, quando non iure proprio competit.*

## DECISIO CCCCLXXII.

DVbitaui, an Ecclesiæ Sancti Saluatoris Cæsaraugustanæ esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione celebrandi sub die 12. Octobris, & septem sequentibus dedicationem Ecclesiæ priuatiuè ad Ecclesiam Beatæ Mariæ del Pilari eiusdem Ciuitatis, & fuit resolutum non esse dandum, quia ex testibus & aliis deductis apparet Ecclesiam del Pilari antiquitus fuisse Cathedralem, & in ea extitisse Sedem Episcopalem Cæsaraugustanam, illiusque dedicationem esse die 12. Octobris, & quolibet anno fuisse solemniter in d. Ecclesia celebratam pro dedicatione propria, vt benè probant plures testes de visu, & auditu, qui deponunt de pluribus annis vsque ad tempus motæ litis. Et licèt Ecclesia Sancti Saluatoris, quæ priùs erat Mesquita Maurorum, & postea illis eiectis cultui diuino dicata, & consecrata 6. Ianuarij, & in Cathedralem erecta 17 Iulij vltra festum dedicationis, quod in dd. diebus solemniter celebrat, celebret etiam dedicationem primæuæ Cathedralis Ecclesiæ illius Ciuitatis, & sic Ecclesiæ del Pilari 12. Octobris, attamen eiusdem festiuitatis celebrationem continuauit semper ipsa Ecclesia del Pilari. Non obstant testes pro Ecclesia Sancti
1 Saluatoris examinati, quia nullus depooit, quòd † Ecclesia del Pilari per ipsam fuerit prohibita celebrare festum dedicationis sui templi, & acquieuerit prohibitioni, quod est necessarium, vt dicatur in quasi posses-
a sione priuatiuè,[a] gloss. *in l. qui luminibus*, & ibi Bartol. Castr. & alij *ff. de seruit. Vrb. præd.* Felyn. *in cap. pastoralis nu. 5. in octaua limit. de offic. Ord.* latè Gomes. *de contract. cap. 15. n. 28. vers. item adde.* Gabr. *de prescript. conclus.* 10. *n.* 13. Nec est verum, quòd in Ecclesia del Pilari fuerit celebratum festum dedicationis nomine Ecclesiæ Cathedralis aduersariæ, quia hoc tantùm videtur deponere 8. testis, qui non probat vti vnicus, & quando etiam alij hoc innuerent, sunt multò plures in contrarium, qui dicunt Ecclesiam del Pilari celebrasse festum vti propriam ipsiusmet Ecclesiæ dedicationem, & propte-
b rea eorum depositio debet præualere,[b] tùm quia nu-
2 mero † excedunt *l. ob carmen. § fin. ff. de testibus. cap. in nostra eod. tit.* tùm quia cum eorum depositione concur-
3 rit præsumptio, † Paul. de Castr. *cons.* 192. *col.* 2. *ad fin. lib.* 2. Ruyo. *cons.* 35. *sub n.* 16. *vers. teste autem lib.* 4. Aym.
4 *cons.* 73. *post n.* 41. Actus † enim præsumitur potius factus iure proprio, quàm alieno, *l. Titiam, & l. & magis. ff. de solut.* gloss. *in l. 2. in ver. & dominum*, vbi Bart. & Salyc. *C. de acquir. possess. l. 3. § ex contrario*, & ibi Add. *ff. eod. tit.* Bart. *in l. 1. § nunciatio n. 13. ff. de nou. oper. nunc.* Bald. *in l. 2. q. 9. C. de seruit. & aqua*, & quia assistit dispositio iuris communis, Ias. *cons.* 163. *col penult. ad fin. lib.* 2. cum aliis cumulatis per Gabr. *de testib. conclus.* 3. *n.* 23. De iure enim omnes † Ecclesiæ tenentur celebrare festum 5
dedicationis suæ, *cap. solemnitatis 1. & 2. de consecrat. distinct. 1. cap. 1. distinct. 3. not. in cap. fin. de feriis.* Abb. *in rub. de consecr. n.* 3. Non obstat, quòd ista festiuitas generaliter in toto Archipresbyteratu celebretur, quia vltra quòd testes hoc non † probant, cùm dicant se ita cre- 6
dere, & pro certo habere, Ias. post alios *in l. 1. ff. de iust. & iur.* quando etiam hoc probaretur, non posset tamen fieri illatio, quam facit pars aduersa, quòd sicut aliæ id faciunt intuitu Ecclesiæ Cathedralis, ita & Ecclesia del Pilari, quia cùm in hac Ecclesia sit probatum per testes, quòd ab ea celebratur nomine ipsiusmet Ecclesiæ, & vti propria dedicatio, probatio † in specie præfer- 7
tur probationi generali, Innoc. *in cap. auditis. de prascript.* Aymon. *consil.* 258. *numer.* 6. *circa med.* latè Gabr. *d. conclusio. 4. num. 72. de test.* Menoch. *de Arbit. cas.* 526. *n.* 33. & viget dispar ratio, quia in aliis Ecclesiis non poterat dici dedicatio propria, & propterea † cùm non 8
competeret iure proprio, sed alieno, nil mirum si censeantur nomine alieno id facere, Bart. *in d. § nunciatio n.* 13. latè Surd. *cons.* 19. *n.* 35. non sic in Ecclesia del Pilari, cui cùm iure proprio etiam competat celebratio propter propriam dedicationem, quando essemus in dubio, præsumeretur nomine proprio celebrasse, Menoch. *præs.* 49. *n.* 23. *cum supra deductis.*

*ANNOTATIO.*

a Benè Rot. *decis.* 330 *per totam par. 2. in recent.*

b Testes in concursu qui sint præferendi, plenè tractat Farinac. *de testib. q. 65. à n. 206. vsque ad* 244. qui comprobat omnes conclusiones in hac materia in d. decisione firmatas.

De qua † conclusione latè Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præ-* 9
*sumpt.* 46. Alciat. *de præsumpt. regul. 2. præsumpt.* 24. Mascard. *de probat. conclus. 38. n. 1.* nec ab hac conclusione receditur ex eo, quòd actus fuerit per Procuratorem gestus; quia tunc solùm Procurator actum simpliciter faciens censetur facere nomine Procuratorio, quando præcedit mandatum particulare ad alicuius particularis actus expeditionem, secùs si præcedat solùm mandatum generale ad negocia, prout ita distinxit Surd. concordando ad inuicem opiniones *cons. 19. n. 29. & 30.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana prætensi erroris calculi.

*Lunæ 21. Iunij 1610.*

## ARGVMENTVM.

Inuentarium quando non suffragetur. Statutum Vrbis 151. habet locum etiam in diuisione. Ratificatio diuisionis factę in minori ætate quando censeatur inducta ex taciturnitate, postquam minor factus est maior.

*SVMMARIVM.*

1 *Inuentarium non afficit non citatos, quorum ...ite. esse est certum, & notum.*

*Creditores etiam certi, si tamen non sunt præsentes, non sunt specialiter citandi, & n. 22.*

2 *Inuentarium continere debet omnia bona, & iura in hæreditate reperta.*

3 *Inuentarium non probat quantitatem bonorum, quando apparet in eo aliquid deficere.*

4 *Etiam si omissio non esset dolosa, sed per errorem.*

5 *Statutum Vrbis habet locum in diuisione, & in quolibet contractu, in quo minor lædi potest.*

6 *Diuisio*

6 *Diuisio est species transactionis.*
7 *Statutum Vrbis 151. habet locum in permutatione.*
8 *Diuisio est permutatio.*
9 *Ratificatio requirit easdem solemnitates, quas requirit contractus principalis.*
10 *Consanguineus habens interesse non est admittendus ad authorizandum contractum, & num. 23.*
11 *Impugnans contractum ex defectu proximiorum debet probare, quòd illi interuenire potuerint contractui.*
12 *Contractus minoris vltra decretum Iudicis requirit etiam præsentiam consanguineorum ex Statuto Vrbis.*
13 *Priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quando vnus tractat de damno, alter de lucro.*
14 *Item etiam si vterque de damno ageret, alter tamen conuenitur.*
15 *Tertij ius opponi non potest.*
16 *Maior vt vti possit iure minoris, requiritur, quòd sit litis consors minoris, & quòd res sit indiuidua.*
17 *Ratificatio inducitur ex taciturnitate plurium annorum, postquàm quis factus est maior.*
18 *Non procedit in contractu, in quo præsumitur à Statuto dolus, & num. 24.*
19 *Item non procedit, nisi quando nullitas est propter defectum decreti Iudicis, secus autem quando adsunt aliæ nullitates.*
20 *Nec etiam habet locum non probata scientia nullitatis.*
21 *Transactionem impugnans ex capite nullitatis non tenetur ante omnia restituere recepta.*

## DECISIO CCCCLXXIII.

VIsum fuit Dominis iura à Michaële Angelo exhi-
1 bita illi non suffragari, nam inuentarium † non afficit Alexandrum, & alios fratres non citatos in eius
confectione, quorum tamen interesse erat certum, &
2 notum, [a] Bart. *in l. fin. §. cùm igitur. num. 3. de iur. delib.* Bald. *in Authen. sed cum testator. Cod. ad l. Falcid.* Dec. *cons.* 633. *n.* 8. Aym *consil.* 225. *nu.* 1. fuit dictum in Romana
restitutionis dotis de Ruschonibus 17. Martij 1600. coram R.P.D. meo Sacrato. Et eo minùs, quia non continet omnia bona hæreditatis, nam fuit omissum ius
Cazagà, quod potissimum est, & principalissimum ius Hebræorum in Vrbe, & erat notabilis valoris, cùm fuerit à Michaële Angelo vēditum pretio scutorum 2700.
2 Clarum est enim in † inuentario esse describenda omnia bona, & iura in hæreditate reperta, *l. si quis intra. C. de bon. proscrip. l. fin. §. sin autem duobus. Cod. de iur. delib. l. fin. Cod. Arbit. tut.* Dec. *consil.* 633. *num.* 10. cum aliis per Honded. *cons.* 34. *num.* 12 *lib.* 1. Præsertim quia non agitur ad effectum, vt Michaël Angelus per talem omis-
3 sionem dicatur amisisse beneficium inuentarij, † sed solùm, vt ex eo non possit desumi concludens probatio quantitatis bonorum hæreditariorum, prout aliàs distinxit Rota in d. Romana de Ruschonibus 18. Martij 1602. & in vna Bononiens. Dotis 11. Decembr. eius-
4 dem anni coram R. P. D. Ortembergo, † & procedit, quando etiam omissio non fuisset dolosa, sed erronea, prout in libris rationum, & aliis sæpiùs resoluit Rota, & signanter in Vrbinatens. redditionis computorū 19. Nouembris 1602. coram R.P.D. meo Lancellotto, in Romana pecuniaria 9. Decembris eiusdem anni coram me, & in Papiens. bonorum 1. Iulij 1605. coram R.P.D.
b Ortembergo. [b] Idem fuit conclusum quoad instrumentum diuisionis, quia tempore celebrationis Alexander, & alij fratres erant minores, nec fuit seruata forma Sta-
5 tuti Vrbis *in cap.* 151. *lib.* 1. Domini enim † non dubitabant Statutum habere locum in diuisione, cùm procedat in quolibet contractu, in quo minor lædi potest,
c [c] Put. *dec.* 161. *in* 2. *dub. lib.* 1. fuit dictum in Romana releuationis indemnitatis 22. Maij 1602. coram R.P.D. Ortembergo, & Camerinens. transactionis 24. Maij
1606. coram me; in qua referuntur aliæ decisiones, & facit, quia habet locum in transactione, Put. *decis.* 4. *de constit.* Caput. *decis* 595. *part.* 3. fuit resolutum in d. Camerinens. & per consequens etiam in diuisione,
† quæ est species transactionis, *l. res fratres*, vbi Bart. 6
Alex. & Ias. *ff. de transact.* Fulgos. *consil.* 120. *in princ.* Tib. Decian. *consil.* 39. *num.* 104. *lib.* 1. † Item habere lo- 7
cum in permutatione tenuit Rota in Romana de Sancta Cruce coram R. P. D. Sacrato. Diuisio † autem 8
est permutatio, *leg. cùm pater. §. hæreditatem post mortem*, & ibi Bart. & Bald. *ff. de leg.* 2. latè Tiraqu. *de retract. ligna. §.* 32. *gloss. vnic. numer.* 88. Nec facienda est vis, quòd instrumentum sit potius acceptationis, & approbationis diuisionis per prius factæ, quia eadem † so- 9
lemnitas est necessaria in ratificatione contractus, quæ requiritur in celebratione ipsius contractus, [d] *leg. si, vt* d
*proponis C. de nupt. l. nuptiæ ff. de rit. nupt.* Rom. *consil.* 12. *num.* 6. Aret. *consil.* 128. *num.* 1 Dec. *consil.* 536. *num.* 6. Berous *consil.* 134 *num.* 1 *lib.* 1. fuit dictum in vna Camerinens. prædij 10. Nouembris 1597. coram bon. mem. Cardinali Seraphino. Nam, vt dicit Bald. *in l. mancipia per illum tex. C. de reb. Eccles. non alien.* ratificatio reconciliat ea, quæ pendent ab animo, sed non quæ pendent ex aliqua forma, vel ex alia exteriori potentia, & infert ad ratificationem minoris, & idem dicit *ibi* Salycet. Defectus autem est circa interuentum consanguineorum, qui à Statuto requiritur, nam fuit adhibitus D. Vgo
Boncompagnus, qui † vti habens interesse expressè reii- 10
ciebatur à Statuto, & quando non fuisset expressè reie-
ctus, non erat admittendus, [e] Guil. de Benedict. *in repet.* e
*cap. Raynutius. num* 154. *de testam.* latè Lambert. *de contr. mul. gloss.* 10. *num.* 10. Interesse autem est clarum ex partitis sui crediti summam scutorum sex millium in circa continentibus positis pro veris, & canonizatis in d. instrumento, quæ aliunde non iustificantur. Accedit, quòd D. Vgo solus interuenit, Statutum autem requirit præsentiam duorum consanguineorum. Et licèt probari debeat, quòd vltra ipsum Vgonem adessent alij
consanguinei, † qui stipulationi interuenire potuissent, 11
vt fuit latè deductum in Romana census 18. mil. 23. Februarij præteriti coram me, attamen concludentissimè probatur per testes præsentia de illo tempore D. Pauli Ghislerij, & alterius consanguinei. Deputatio curatoris non supplet defectum consanguineorum, quando possunt interuenire, sed quando adhiberi non possunt, vt expressè cantat Statutum. Decretum iudicis
† non releuat, † quia cùm Statutum duo requirat, de- 12
cretum, & præsentiam consanguineorum, non sufficit, quòd alterum tantùm interueniat, *l. si hæredes plures. ff. de condit. & demonstr. c. vbi periculum. § certum. de elect. in* 6. gloss. & DD. *in l. mancipia. Cod. de ser. fugit.* Non obstat, quòd in stipulatione interuenerit Franciscus Maria alter frater, qui pariter erat minor, & priuilegiatus non
possit vti priuilegio contra æquè priuilegiatum, † quia 13
vltra quòd regula non procedit, quando vnus tractat de damno, alter de lucro, vel quando, vt saltem est casus,
de quo agitur, vterque de damno, † alter tamen conue- 14
nitur, quia potior est causa eius, qui conuenitur, [f] vt latè f
per Lamber. *de contract. mul. in fin. numer.* 125. Franciscus Maria non est in lite, & cùm eo non agitur, vnde in hoc
Michael Angelus † dat de iure tertij, quod non licet, 15
*l. loci corpus. § competit ff. si seru. vend. lib.* 1. & 2 *ff. si ager*
*vectigal. leg. cùm seruum Cod. de seru. fugit.* & vt maior 16
† vtatur iure minoris, duo requiruntur, quòd sint litis consortes, & quòd res sit indiuidua, vt per Afflict. *decis.* 213. Non obstat, quòd Alexander, & alij maiores facti
per plures annos tacuerint, † & ob id censeantur rati- 17
ficasse diuisionem, *iux. l. fin. Codic. si maior fact.* quia Sta-
tutum præsumit dolum, † quo dato non intrat di- 18
spositio d. l. [g] Roman. *cons.* 54. *in fin.* Ruyn. *cons.* 170. *sub* g
*n.* 29. *lib.* 1. Curt. iun. *cons.* 50. *num.* 9. Caputaq. *dec.* 1. *part.* 3.

fuit dictum in Romana Donationis de Cuppis 5. Iulij 1602.coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio. Præte-
19 rea per dispositionem *d.l.fin.* † suppletur tantùm defectus decreti Iudicis, non autem tollútur aliæ nullitates ex receptiore doctorum sententia, de qua latè per Surd. *conf.49. n.29.* quam sequuta est Rota in supra allegata
20 Camerinens. transactionis. Præsertim † non probata scientia nullitatis, Surd. *ibi n.32.* qui alios congerit, & fuit dictum in d. Camerinens. Quæ dicuntur de restitutione facienda receptorum in primis, & ante omnia
21 *iux.l.si diuersa.Cod.de transact.* † non applicantur, quia non agitur de rescissione, sed de nullitate contractus,
h [h] vt fuit dictum in vna Tirasonens. Decimarum de Iudella 4. Februarij 1577. coram Robusterio, in Mediolanens. legati 11. Nouembris 1593. coram Gypsio, in Rauennatens. bonorum de Viuolis 1c. Decembris 1606. coram R.P.D. meo Manzanedo, & in aliis sæpissimè.

*ANNOTATIO.*

22 a Non † sufficit creditores esse certos ad effectum, quòd fuerit necesse eos nominatim citare, sed etiam constare debet, quòd illi essent præsentes; nam absentes etiam certi non sunt specialiter citandi, Seraph. *decis.371. n.5.* & fuit dictum in Carpentoratens. Bonorum 18. Nouembris 1617. coram R.P.D. Pamphilio, vbi etiam dicitur difficile esse asserere aliquem creditorem certum esse per dictum Salycet. *in l.si.§ siu autem dubius. num. 8. in fin. Cod.de iure deliberandi.*

b Et ibi dixi *in annotat.ad illam decisionem.*

c De quo plura annotaui *supra ad decis.333.*

d De qua conclusione supra dixi *ad decis.395.*

23 e Consanguineus, † qui interuenire debet ex forma Statuti in contractu mulieris, & minorum nullum debet habere interesse, plenè Picus *ad Stat. Vrbis gloss.15.n.1.& seq.* quod est verum, quando interuentus consanguinei requiritur ad integrandam personam contrahentis, secùs autem si ratione proprij præiudicij, vt benè distinguit Rot. *dec. 380. sub num.3. part.1. in recent.* Interesse autem, quod repellit consanguineum ab authorizando, requiritur, quòd sit principale, & directum, non autem extrinsecum, & secundarium, Seraph. *decis.1003.nu.7.* Rot. *decis. 710. n.2.part.1.in recent.* Picus *d.glos.15.n.5.*

f De quo supra dixi *ad decis. 164.*

24 g Rot. *decis.* † *54.n.3. part.1. in recent.* & fuit dictum in Romana nullitatis contractus 28. Iunij 1619. coram R.P.D. Buratto, & quòd dolus præsumptus sufficiat ad excludendam ratificationem inductam ex *l.si.C.si minor ma fact.* tenet etiam Rot. *decis.102.n.12 part.2. diuers.* Veral. *decis.1. part.3.* contrarium autem latè defendit Menoch. *de recuper. remed.15.n.178.& seq.* vbi pluribus probat solùm dolum verum excludere ratificationem, non autem dolum præsumptum.

h Dixi *supra ad decis.271.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Maceratens. Sponsalium.

*Lunæ 21. Iunij 1610.*

ARGVMENTVM.

Sponsus non censetur donasse sponsæ anulos, margaritas, & vestes pretiosas, & ideò potest illas condicere.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatæ non censentur res pretiosa traditæ per sponsum sponsæ, sed tantùm censentur concessæ ad vsum, & ornatum.*
2 *Procedit tam in sponsa, quàm in vxore.*
3 *Competit marito, seu sponso condictio ob causam ad illa recuperanda.*

DECISIO CCCCLXXIV.

Contractis sponsalibus inter Ludouicum Mandirolam, & Antoniam de Fidelibus, iisque dissolutis, dubitaui an gemmæ, annuli, Margaritæ, & pretiosæ vestes, quas Ludouicus tradidit, & transmisit Antoniæ, sint restituendæ, & Domini informante tantùm Ludouico concorditer resoluerunt esse restituendas, † quia non dicuntur donatæ, sed tantùm concessæ ad 1
vsum, & ornatum ipsius, [a] Bart. *in l.1. §. nec castrensi. n.9.vers.circa secundum. ff.de Collat.* Bald. *in Authen. ex testamento.n.9.vers.duodecimum capitulum est.Cod.eod.tit.* Ang. *consil.339.n.2.& 3.* Anchar. *consil.147.n.5.& 181. n.1.* Paul.de Castr. *cons.428.n.2.lib.2.* Alex. *in l. penult. §.1.n.4.ff.solut.matr.* Afflict. *decis.315.n.1.& 2.* qui dicit ita fuisse iudicatum in consilio Neapolitano tribus vicibus inter diuersas nobiles personas, & hanc sententiam secuta est Rota in Ferrariens. Dotis 13. Martij 1606. coram R.P.D. meo Manzanedo, vbi non solùm iuribus, & rationibus ostenditur istam opinionem esse verissimam, sed etiam ex pluribus authoritatibus cumulatis, & multorum Doctorum attestatione esse receptissimam, quod habet locum tàm in sponsa, quàm
in † vxore, Campeg. *de Dot. part. 1. priuileg. 79. in fin.* 2
cum cumulatis congestis in d. Ferrariens. & si hoc verum, quando secutum est matrimonium post sponsalia, vt loquuntur Doctores de sponsa loquentes, fortiùs videtur procedere, quando non est secutum, quocirca
† videtur etiam competere condictio ob causam, *l.si donaturus.in princ.ff.de condit.caus.d.at.caus.non seq.* 3
Habet enim huiusmodi traditio, & transmissio tacitam conditionem futuri matrimonij, *l.cum veterum, & ibi not.Cod. de donat.ante nupt.*

*ANNOTATIO.*

a Plenè circa materiam huius decisionis videndus est Surd. *decis.166.per tot.* & Rot. *decis.113.part.1.in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Burgi Sancti Sepulchri.

*Veneris 25. Iunij 1610.*

ARGVMENTVM.

Expensæ an, & quando probentur ex libro administratoris.

*SVMMARIVM.*

1 *Expensa modica probantur ex libro Factoris, & num. 11.& quid in magnis, ibidem.*
2 *Probantur leuioribus probationibus etiam per coniecturas.*
3 *Item etiam per iuramentum.*
4 *Et tantò magis, quando sunt verisimiles.*
5 *Expensa etiam magna probantur ex libro factoris quando sunt verisimiles.*
6 *Molendina egent pluribus expensis, & reparationibus.*
7 *Expensa re ipsa dicuntur probari ex notabili melioratione rei.*
8 *Liber non probat in fauorem scribentis.*
9 *Testis, vbi agit de sui exoneratione, non probat.*
10 *Libro non est maior fides adhibenda, quam adhiberetur voci viuentis.*

DECISIO CCCCLXXV.

Dvbitaui, an sit habenda ratio trium partitarum, videlicet, scutorum 631. 552. & 551. in debitum DD. de Balleonibus positarum in redditione computorum fructuum Turris Clusinæ, & Domini quoad primam

mam censuerunt esse habendam rationem, quia hæc partira fuit creata per calculatorem, & cumulata ex quamplurimis partitis vsque ad numerum 385. singulariter positis in libro factoris Taurinorum, pro variis expensis pluribus, & diuersis temporibus factis in reparationem, & conseruationem Molendini, quæ sin-
1 gulæ modicam continēt summam, propter quam † modicitatem visum fuit Dominis eas satis iustificari ex libro factoris, cùm in modicis non consueuerint parari
a probationes,[a] vt dicit Paul.de Castr. *cons.*301.*n.*3.*lib.*1. nec fieri instrumenta, Bald. *in consil.*117.*n.*2.*lib.*2. Anchar. *cons.*44.*sub n.*6.*vers.quartò, quia.* Abb. *cons.*36.*ad fin. lib.*2. Corn. *cons.*319.*n.*3.*lib.*2. Minúsque adhiberi testes, Fedet.de Sen. *cons.*319.*nulli dubium. nu.*5. Bald. *cons.* 413.
2 *num.*6.*lib.*3. sed sufficit † leuis probatio, Feder. *ibi.nu.*3. *in fin.* etiam per coniecturas, Bald. *cons.*356. *in fin. lib.*2.
3 † etiam per iuramentum, Bart. *in l.fin.* §. *in computatione. num.*4.& Ias. *n.*5.*in fin.& n.*7. *C. de iur. delib.* Bald. *cons.* 152. *post med. vers.& verum, lib.*3. Rom. *consil.* 76. *sub n.* 4. *vers.quoad quartum.* Guidop. *decis.*614. *nu. circa med.*
4 † Et tantò magis, quia cum modicitate concurrit magna verisimilitudo expensarum, Bald. *cons.*413. *n.*6.*lib.*3. Alex. *cons.*54.*sub n.*4.*vers.& tantò magis. lib.*2. Soc. *cons.*
5 82.*sub num.* 21. *lib.*1. † Imò propter verisimilitudinem adhibetur fides libro etiam in magnis expensis, Aym. post Bart.& Soc quos allegat *de antiq.temp.part.*1.*sect.* 4.*limitatur.* Verisimilitudo autem colligitur ex subiecta
6 materia, nam † molendina, vt docet experientia, egent pluribus expensis, & reparationibus, quia quotidie deteriorantur, & sunt in continuo pericula, vt dicit Ang. & post eum Fulg. *in l non solùm.ff.de pet. hæred.t.* Tiraq. *de retra. l.lign.*§.1.*gloss.*7.*n.*92.*post med.* Item quia Tauri-
7 ni docent non solùm de conseruatione molendini, † sed etiam de notabili eius melioratione, & sic patet de expensis re ipsa, Fed.de Senis *vbi supra sub numer.* 4. *vers. dico, quod probatio.* Fel. *in c.*2.*nu.*23.*in fin.de fid.instr.* Soc. *d.consil.*82.*sub num.* 21. Quoad secundam partitam fuit conclusum nullam esse habendam rationem. In ea enim habetur, quòd factor Taurinorum soluit scuta 552. Bartholomæo Montauto, & Ioann. Andreæ Palestino pro
8 expensis litis, quæ solutio † non probatur per librū ipsius factoris in præiudicium Balleonorum, *l.exemplo. C. de probat.not.in l. admonendi.ff. de iur.iuran. & in c.ap.*2. *de fid.instr.* Accedit, quòd si factor deponeret vt testis non probaret remissionem pecuniarum prædictis Mon-
9 tauto, & Palestino, † quia deponeret ad sui exonerationem, cùm aliàs potuisset conueniri, & condemnari ad restitutionem dictarum pecuniarum, *l.omnibus. C.de testib.* Paul.de Castr. *cons.*301.*in fin.lib.*1. Aym. *consil.* 112.
10 *n.*10.& propterea nec etiam † probat eius liber, cùm non sit maior fides adhibenda scripturæ, quàm adhiberetur voci scribentis, Bart. *in l.admonendi. sub num.*24. *vers.nam priuata scriptura. ff.de iur. iurand.* fuit dictum in vna Romana extinctionis census 14. April. 1584. relata *inter diuer.decis.*781.*part.*1. & quando etiam probaretur transmissio, & receptio, nullibi tamen constat, quòd Montautus, & Palestinus pecunias in lite impenderint, quod requiritur, vt possint imputari in debitum Balleonorum. Imò omnes expensæ litis fuerunt taxatæ per R.P.D.meum Lancellottum, & solutæ de aliis pecuniis, & super hac secunda partita Taurini non contendunt, & dicunt, quòd non intendunt illa vti. Quoad tertiam partitam Domini nihil firmarunt, sed voluerunt, quòd particulariter examinetur.

*ANNOTATIO.*

11 a Distinctio, † quam Rota in hac materia sequitur, est inter expensas modicas, & magnas, nam modicæ expensæ probantur ex libris, & assertione administratoris, maximè si sint verisimiles, magnæ verò sunt aliunde iustificandæ, prout etiam infinitos cumulando tradit Nicol. Genua *de scriptura priua. lib.*4. *in tit.de lib. tutor. fol.* 207. *num.*7.& dixit Rota in Romana de Montoriis 17. Martij 1608. coram Cardinali Sacrato, & procedit conclusio, etiam si expensæ modicæ simul coaceruatæ facerent notabilem quantitatem, Rot. *decis.*283. *sub n.*3. *part.*1. *in recent.* quæ autem dicantur expensæ magnæ, & paruæ, est Iudici arbitrarium ex rei, actus, & personæ qualitate, Guttier. *de tutel.part.*3.*cap.*1.*numer.*157.*inter tract.diu. de iuuen.* Verùm illud, quod supra dixi de fide adhibenda in modicis libro factoris, est intelligendum concurrentibus circumstantiis, quas benè considerat Guttier. *dict. cap.*2.*num.*158.*& seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vercellens. Donationis, seu Spoliorum.

*Lunæ* 28. *Iunij* 1610.

### ARGVMENTVM.

Episcopus regularis licèt in dubio censcatur acquirere Ecclesiæ suæ, tamen fallit, quando constat voluisse alteri acquirere, & ex quibus hoc dignoscatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Episcopus regularis simpliciter acquirendo censetur Ecclesiæ suæ acquirere.*
2 *Non procedit, vbi constat Episcopum noluisse acquirere Ecclesiæ, sed alteri personæ.*
3 *Animus colligitur etiam ex actu nullo.*
4 *Animus declaratur ex actu subsequenti.*
5 *Item ex declaratione antecedenti facta.*
6 *Actus præsumitur potiùs prouenire ex causa licita, & honesta, quàm ex inhonesta, & illicita.*
7 *Actum qui potest facere, potest etiam illum qualificare.*

### DECISIO CCCCLXXVI.

DOmini steterunt in decisis rationibus, de quibus in decisione, quia licèt vera sit conclusio, quam tradit Ioan.Andr. *in cap.cùm olim.ii.*2.*n.*5. *de priuil.* cum pluribus concordantibus adductis per informantes pro Ecclesia Vercellens. quòd † Episcopus regularis Ecclesiæ 1
acquirat siue simpliciter, & impersonaliter, siue sibi stipuletur; attamen verum est etiam, quod dicit Host. & alij *in decis.* citati, quòd Ecclesiæ † non acquiritur, vbi 2
constat Episcopum noluisse illi, sed alteri potiùs acquirere, talem autem fuisse animum Episcopi Vercellens. in emptione domorum, de quibus agitur, patet ex eo, quòd acquisitionem earum stipulatus fuit vti laica, & priuata persona, quem modum excogitatum fuisse nulla alia ratione credendum, nisi, vt ostenderet, quòd in acquisitione nullam habuit contemplationem Ecclesiæ, & noluit ex sua stipulatione illi aliquid acquiri, nec facienda est vis in eo, quod dicunt informantes ex aduerso, quòd non valuit stipulatio vti de persona laica, quia quicquid sit de validitate, sufficit, quòd inde colligitur intentio Episcopi aliena ab acquirendo Ecclesiæ, † quæ intentio 3
etiam ex actu nullo deprehendi potest, *l.fin.ff.de reb.eorum.* Ias. *in l.dominus sub n.*2.*ff.de cond. indeb.* Dec. *consil.* 407.*in fin.* Ruyn. *cons.*98.*n.*6.*lib.*1. quod etiam colligitur, ex aliis verbis instrumenti ponderatis in decis. Quòd etiam animus Episcopi fuerit emendi pro dotandis nepotibus, patet, quia post paucos dies nondum capta possessione domorum eas ipsis donauit reseruato sibi vsufructu, donec nuberent, † cùm ex sequenti actu decla- 4
retur, quis fuerit animus in præcedenti, *l.Iulianus.*§ *proinde.ff.ad Macedonianum l.si seruus plurium.*§.*fin.ff.de leg.* 1. latè Surd. *consil.*140.*n.*44.*& seqq.* Præterea, quia vt

5 plures testes dicunt, † Episcopus ante emptionem di-
xit, quòd illas emebat pro maritandis neptibus, & pro-
batur ex tota serie facti perpensa in decis. & benè facit
decis. Hispalens. seu Cordubens. beneficiorum coram
Gypsio. Non obstat reseruatio vsusfructus, quam fecit
Episcopus sua vita durante, quia omisso, an hæc reser-
uatio sit intelligenda iuxta reseruationem in donatione
facta, videlicet, vsque in tempus nuptiarum, quia neque
in hoc persistit decisio. Ista reseruatio, vel non va-
luit propter præcedentem donationem, vel si valuit,
valuit ex consensu donatariæ præstito reseruatio-
ni, ex quo consensu argui debet potius animi grati-
tudo erga Auunculum benefactorem, quàm, vt ex
aduerso prætenditur, animus colludendi cum ipso
intendente habere dominium domorum in vita, &
post obitum in eis mulierum successionem. Præsume-
6 re enim † debemus hoc potiùs processisse à causa licita,
& honesta, quàm ab illicita, & fraudulenta; *l. meritò. ff.
pro soc. l. item apud Labeonem. §. communem. ff. de iniur.*
Abb. *consil. 68. num. 3. circa med. vers. 3. probo. part. 1.* cum
aliis per Gabr. *de criminal. concl. 2. numer. 25.* Non obstat
allegatus excessus in dotando, quia non probatur, & si
esset aliquis excessus, oriretur ex augmento postea facto
per Episcopum, vt pleniùs in decis. dicitur. Minùs etiam
facit, quòd in dote promissa Iosephæ mandauerit Epi-
scopus, quòd si contigerit eam sine liberis decedere,
posset disponere de 3. mil. libris, & reliqua reuerteren-
tur ad Episcopum superuiuentem, aliàs ad Marianam,
quæ tamen priùs erat dotata, quia si Episcopus potuit
dare dictam dotem Iosephæ liberè, potuit etiam graua-
7 re onere substitutionis, ex regula, † qui potest actum fa-
cere, potest illum qualificare, *l. in actionibus*, vbi Ias. a.
*not. ff. de in lit. iur.* Paul. de Castr. *in l. nemo potest. ad fin.*
vbi Alex. *num. 18. ff. de leg. 1.* Franc. Becc. *cons. 101. num.*
*27.* alia sunt sublata in decisione.

*ANNOTATIO.*

a Hæc decisio confirmat aliam decisionem factam in ea-
dem causa, de qua *supra in decis.*

---

## Mutinens. Canonicatus.

*Lunæ 5. Iulij 1610.*

ARGVMENTVM.

Remissoria est deneganda data irreleuantia ar-
ticulorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Remissoria est deneganda data irreleuantia.*
2 *Probatio non est admittenda, quæ facta nihil releuaret.*
3 *Possessio, quæ non est duratura, sed statim auocari po-*
*test, non habetur pro possessione, & num. 4.*

DECISIO CCCCLXXVII.

Siue agatur de noua remissoria, vt prætendit Borel-
la, siue de sola repetitione testium iuxta intentio-
nem Bernardi Violæ; Domini neutrum esse conceden-
1 dum resoluerunt, quia † irreleuantia articulorũ vtrum-
que reiicit, frustra enim petitur, quod parùm, aut nihil
operari potest, *l. hac stipulatio. § diuus.* cum concordan-
tibus per gloss. *ibi ff. vt leg. nom. cau.* & † non debet ad-
2 mitti ad probãdum, quod probatum non releuat, Bero.
*consil. 86. numer. 5. lib. 3.* Cassad. *decis. 2. de dilat.* Caputaq.
*decis. 32. part. 2.* irreleuantia est clara, quia fuit iam reso-
lutum, quòd licèt possessio Annibalis fuisset conclu-
denter probata, non suffragaretur Bernardo ad effe-
ctum, quem prætendit, nempè, vt intret declaratio
Sacræ Congregationis Concilij, quia vt fuit dictum in
decisione in hac causa vltimo loco facta, Sacra Cõgre-
gatio, quæ præ oculis habuit congruam sustentationem
resignantis, intellexit de possessione beneficij valida,
& duratura, † ex qua sequi posset sustentatio, non au- 3
tem de inualida, quæ continuò auocari poterat, ᵃ vt in a
decisione, & propterea Domini dixerunt non esse dan-
dam remissoriam, neque instrumentum subdelegatio-
nis pro testium repetitione.

*ANNOTATIO.*

a Possessio, † quæ non est duratura, & statim potest auo- 4
cari, non habetur pro possessione, *l. non videtur. ff. de ac-
quir. possess.* Bald. *consil. 186. num. 8. in princ. lib. 6.* & facit
text. in *l. qui sic soluit. ff. de solut.* & momentanea acqui-
sitio non habetur in iure in consideratione, Surd. post
alios *cons. 116. num. 62.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ferrariens. Domus.

*Lunæ 5. Iulij 1610.*

ARGVMENTVM.

Domus Canonicalis quando dicatur de perti-
nentiis Canonicatus, adeò quòd non possit
optari in præiudicium prouisi Apostolici.

*SVMMARIVM.*

1 *Domus possessa à Canonico defuncto venit sub prouisio-*
*ne facta de illius Canonicatu vnà cum annexis, &*
*pertinentiis.*
2 *Optio non habet locum in mense reseruato, & num. 5.*
3 *Reseruatio vt intret, sufficit, quòd quid sit de pertinen-*
*tiis Canonicatus vacantis.*
4 *Domus dicitur de pertinentiis Canonicatus, quamuis*
*non sit annexa, & incorporata.*
*De pertinentiis, & de annexis Canonicatus quando*
*dicatur domus Canonicalis, & alia similia membra*
*temporalia, latè sub num. 6.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

Resolutum fuit domum spectare ad Cæsarem, quia
cùm fuerit † prouisus à Papa de Canonicatu, & 1
præbenda vacantibus per mortem Simonis Celini in
mense Apostolico vnà cum connexis pertinentiis, &
domus fuerit ab eodem Simone possessa ratione dicti
Canonicatus, venit sub prouisione Cæsaris, vti de
pertinentiis Canonicatus, *iuxt. consil.* Card. 16. & alia
allegata per informantes, & fuit dictum in causa Bo-
noniens. præbendæ 28. Ianuarij 1608. coram R.P.D.
meo Sacrato, & in Lucana Optionis 13. Martij 1609.
coram R.P.D. meo Manzanedo. Non obstat præten-
sum ius † optandi, quia non habet locum, quando con- 2
tingit vacatio in mense reseruato, ᵃ propter expressa a
verba regulæ octauæ, vt fuit dictum in causa Hippo-
regiens. præbendæ 27. Ianuarij 1607. coram R. P. D.
meo Manzanedo, & in præallegata Bononiens. præben-
dæ. Non obstat, quod dicitur domum esse separatam à
Canonicatu, ᵇ quia sufficit, † quòd sit de pertinentiis b
Canonicatus ad effectũ, vt intret reseruatio, & satis pro- 3
batur esse de pertinentiis, cùm defunctus illã possederit
ratione Canoniæ, vti Canonicus, & præbendatus ex latè
deductis in d. Lucana Optionis. Nec facit allegatum
Statutum, quia vltra quòd de eo non docetur nisi per
simplicem copiam, & vltra sufficientem derogatio-
nem, quæ habetur in gratia Cæsaris, & in regula, &
omissis

omissis etiam, quæ de inualiditate Statuti dicuntur, Statutum non dicit, quòd aliquæ domus sint separatæ à præbendis, & Canonicatibus saltem tali separatione, quæ impediat reseruationem, licèt enim dicat Domos Archipresbyteri, & Archidiaconi optari nō posse, tamquam perpetuò annexas, & incorporatas suis dignitati-
4 bus, non tamen infertur, † quòd aliæ non possint dici de pertinentiis Canonicatus, quamuis non habeant annexionem, & incorporationem, vt benè deducitur in d. Lucana Optionis.

*ANNOTATIO.*

5 a Optionem † non habere locum in reseruatis; plenè tradit Gonz. *super reg.8. glos.34. per tot.* Garz. *de benef. par.5. cap.1.nu.450.& seq.* latè Monet. *de opt.cap.3.quæst.3. num.12. & seq.* qui latè per plures conclusiones hanc materiam tractat.

6 b Domus † istæ Canonicales, & alia similia membra temporalia aliquando sunt annexa perpetuò, & inseparabiliter Præbendæ, seu Canonicatui, & tunc non possunt optari, si Canonicatus vacat in mense reseruato, si verò non sunt annexa, sed separata, & Canonicus defunctus vti antiquior iure optionis ad vitam suam illa possidebat, & tunc optari possunt, Caputaquen. *decis.* 281. *par.* 2. benè Gonz. *super reg.8.glos.34.num.32.& seq.* Garz. *de benef. par.5. cap.1.num.457.& 458.* quos etiam sequitur Moneta *de option.cap.3.quæst.3.n.47.* & etiam sequuta fuit Rota in Vercellen. Optionis 28. Iunij 1610. coram R.P.D. Caualerio, vbi in fortioribus terminis fuit dictum, quòd coadiutoria facta de omnibus iuribus, pertinentiis annexis, & connexis intelligebatur de membris annexis non separati solitis, non autem de membris solitis obtineri ratione antianitatis. Et ideò Rota in Vercellen. Optionis 4 Maij 1615. coram R. P. D. Remboldo, noluit date immissionem prouiso Apostolico de Canonicatu vacante in mense reseruato respectu cuiusdam prædij à defuncto possessi ex eo, quia non probabatur annexio, quod idem etiam fuit tentum in Salernitana Præbendæ 10. Decembris 1617. coram R.P.D. Vbaldo, in quibus etiam decisionibus fuit dictum, quòd allegans annexionem probare tenetur, cùm annexio sit facti, annexio autem benè probaretur ex eo, si tot extarent domus, seu alia similia mēbra temporalia, quot sunt Canonicatus, tunc enim præsumitur annexio, iuxta doctr. Abb. *in cap. maioribus. num.4. de præben.* quam sequuta fuit Rota in Hipporegien. præbendæ 23. Ianuarij 1608. coram R.P.D. Manaanedo, & in Corduben. Coadiutoriæ 27 Nouemb. 1619. coram R.P.D. Dunozetto, vbi fuit resolutum, Præstimonia Ecclesiæ Corduben. censeri annexa Canonicatibus, & ideò non posse optari.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Salernitana Parochorum, seu Rectoriæ.

*Lunæ 5. Iulij 1610.*

ARGVMENTO

non indiget.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneficia præsumuntur diuersa ex separatis, & distinctis prouisionibus de eis factis.*

2 *Beneficium, licèt sit vnicum, & indiuiduum ratione tituli, possunt tamen fructus ad duos spectare.*

### DECISIO CCCCLXXIX.

VIsum fuit Dominis in Ecclesia Sancti Marci ad Rotam esse duo beneficia distincta, inter quæ fructus æqualiter diuiduntur, Cappellaniam nempè, & Rectoriam; de Cappellania fuit prouisus ab Ordinario Thomas Barracanus de anno 1597. cuius possessionem adeptus fuit, & adhuc detinet, obtinuitque mandatum de manutenendo ab A. C. citato Tiberio Viualdo aduersario, qui longè ante, & vsque de anno 1576. obtinuerat prouideri à Cardinali Columna Archiepiscopo Salernitano de Rectoria in eadem Ecclesia, de cuius quasi possessione, & percipiendi medietatem fructuum ad dictam Rectoriam spectantium constat ex confessionibus Thomæ, & aliis deductis. Hæc duplicitas † be- 1
neficiorum probatur non solùm ex separatis, & distinctis prouisionibus personis etiam diuersis factis, sed etiam ex visitationibus ª pluribus Ordinariorum pro a
tempore existentium, in quibus asseritur ab immemorabili tempore prædictam Ecclesiam Sancti Marci ad Rotam in titulum Rectoriæ, & Cappellaniæ fuisse diuisam, & duos fuisse possessores, Rectoremque à Cappellano pro tempore existentem medietatem fructuū, hoc est, scuta quadraginta semper exegisse. His stantibus Domini dixerunt dandum esse vtrique mandatum de manutenendo, respectu sui tituli, prout vterq; possidet; possessio enim vnius non impedit possessionem alterius, cùm sint in subiectis diuersis, & beneficiis distinctis, & quando etiam esset vnicum beneficium, non tamen posset negari manutentio vtrique percipiendi medietatem fructuum, quia licèt † beneficium sit indiui- 2
duum quoad titulum, *cap. tua. cap. maioribus. & cap. dilecto. de præbend.* secus tamen est quoad fructus, & reditus, quia illi ex causa possunt inter duos diuidi, *cap. proposuit,* & ibi Abb. *num.2. de fil. Presbyterorum.*

*ANNOTATIO.*

a Rota solet multùm deferre visitationibus, *vt decis. 360. par. 2. in recens. & decis. 371. sub num. 2. part. 1. in recent.* & aliàs sæpè.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census.

*Veneris 4. Iunij 1610.*

ARGVMENTVM.

Depositum, quæ concurrere debeant, vt suffragetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Depositum factum parte non citata nihil operatur.*

2 *Depositum non dicitur integrè factum, quando non est factum vnà cum fructibus decursis.*

3 *Solutio debet probari à debitore, quando agitur inter ipsum, & creditorem.*

4 *Depositum dicitur non integrum, & irreleuans, si deficiat vnus nummus.*

5 *Excessus etiam in minimo vitiat mandatum, & executionem.*

*Depositum vt suffragetur, quæ concurrere debeant, & num.6.*

*Depositum non integrum, seu aliàs nullum acceptans sibi præiudicat, & num.7.*

### DECISIO CCCCLXXX.

ANtonius Gibertus de anno 1561. emit domum à Peregrino Solognia, & pro residuo pretij, quod erat scutorum 929. imposuit super omnibus bonis suis censum scutorum octo pro quolibet centenario d. summæ, quem cēsum pro soluto dedit venditori de anno 1565. Gibertus vendidit d. domum D. Iuliæ Ceruariæ, quæ ad computum pretij assumpsit in se onus d. Census. de anno 1597. Iulia viuente Peregrino venditore de eius ordine soluit scuta 450. de sorte, & pretio d. Census Gregoriæ, & Paulinæ ipsius vxori, & cognatæ respectiuè. Defuncto Peregrino cū D. Iulia molestaretur à pluribus d. Peregrini creditoribus coram Cardinalibus Congregationis aquæ Solonis, de eorum mandato deposuit scuta 479. quod erat residuum pretij census, &

quod fuit dictis creditoribus cõsignatũ. Mortua D. Iulia Hospitale Sancti Iacobi Incurabilium, vti hæres D. Peregrini Sologniæ, conuenit Illustrissimum Cardinalem Verallum, & D. Ioannem Baptistam fratrem hæredes Iuliæ pro fructibus d. census, & obtinuit mandatum, quod fuit executum super quadam eorum domo, quæ fuit subhastata, prædicti hæredes habita post longum tempus notitia depositi facti per D. Iuliam iudicium mouerunt contra d. Hospitale pro recuperatione pecuniarũ solutarum mediãte subhastatione vnà cum damnis, & interesse, quod iudicium terminari obtinuerunt cum voto Rotæ. Propterea proposuit dubium an Hospitale teneretur ad d. restitutionem, pro qua obtinenda pro parte hæredum allegabatur extinctio census per solutionem scutorum 450. factam Gregoriæ, & Paulinæ de ordine venditoris, & per depositum scutorum 479. factum de anno 1572. cùm in prædictis duabus partitis contineatur summa scutorum 929. quæ est integra sors principalis, seu pretium dicti census, & propterea non deberentur ampliùs aliqui fructus, & cõpeteret restitutio indebitè solutorum. Sed contrarium fuit
1 resolutum, † quia depositum factum fuit Hospitali non
a citato, [a] quod tamen citari debuit, Ias. *cons. 9. col. penult. vers. secundo, & melius. lib.* 1. latè Rol. *cons. 63. num. 31. & 32. lib.* 1. Neque obstat, quòd comparens pro Hospitali dixerit Hospitale repudiasse hæreditatem Peregrini, quia quando fuisset verus procurator, talis assertio non
2 præiudicasset principali. Rursus depositum † non fuit integrum, cùm non fuerit factum vnà cum fructibus
b decursis, [b] *l. accept. im. in princ.* & ibi glos. *in vers. vsuris,* & Bald. *in 6 oppos. num.* 19. Paul. de Castr. *n. 2. C. de vsur.* Nec facit, quòd non probetur, quòd tempore depositi deberentur aliqui fructus, qui non fuerint soluti, quia Hospitale habet fundatam intentionem super non solutione, tamquàm creditor, & non habet probare nega-
3 tiuam non solutionis, sed debitor † debet probare affirmatiuam solutionis, ex cumulatis per Gabr. *de probat. conclus. 6. in 1. limit. num. 15. & seq.* Nec facit inuerisimilitudo adducta ex eo, quòd fuerit actum pro sorte, & non pro fructibus, quòd non fuisset factum, si Iulia fuisset etiam debitrix fructuum, quia vltra quòd hoc solùm non sufficeret ad probandum solutionem, tollitur etiam, quia vltra sortem principalem scutorum 479. fuerunt etiam petita scuta 21. pro fructibus, quæ scuta 21. sufficerent ad effectum, vt depositum non dicatur
4 integrum, & non releuet, † cùm satis sit, quòd deficiat
c vnus nummus, [c] ex cumulatis per Tiraq *de retract. conuen. §. 4. glos. 6. num. 23. & seq.* per Foller. *de cens. in verb. instrumento gratia. num.* 49. Accedit, quòd mandatum fuit obtentum pro fructibus decursis ante prætensam extinctionem, quod non solùm præsumi deberet pro validitate mandati, & subhastationis, sed etiam probatur ex calculo facto in responsione facti pro parte Hospitalis. Verùm iste calculus non comprehendit summam scutorum 393. in mandato comprehensam, nam si scutis 70. debitis pro residuo pretij addantur scuta 112. quæ prætenduntur deberi à fructibus decursis à die 8. Octobris 1565. vsque ad diem 11. Martij 1567. quando fuerunt soluta scuta 450. ad computum sortis principalis cẽsus, & scuta 210. pro fructibus residui cẽsus decursis à die 11. Martij 1567. vsq; ad diẽ 29. Martij 1572. quando fuit factum depositum, istæ summæ coaceruatæ non ascẽdunt ad scuta 393. sed tantùm ad scuta 383. & propterea, quando census fuisset per depositũ extinctus, appareret notorius excessus mãdati, † qui etiã in mini-
5 mo vitiat mandatum, & subhastationem inde secutam, vt fuit latè deductum in Melfieñ spoliorum 11. Octobris 1576. coram Cantuccio in Assisien. Subhastationis 15. Nouembris 1596. coram Otano, & in Romana spolij 21. Februarij 1600. coram Iusto, & sicuti non posset sustineri ex fructibus post extinctionem decursis, ita neque ex debitis ante diem 8. Octobris 1565. cùm petitio sit restricta ad fructus post d. diem decursos.

### *ANNOTATIO.*

a Depositum † vt suffragetur in hac materia Census, quænam sint necessaria, plene tractat Cinc. *de Censibus par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 9. a num. 28. vsque ad fin*; & quòd debeat fieri parte citata, prout firmatur in hac decisione, dixit etiam Rota *decis. 295 num 1. & decis. 277. num. 7. & 8. & decis. 84. num. 11.* inter impress. penes d. Cinc. *de censibus*, sicut etiam quòd esse debeat integrum vnà cum omnibus fructibus, vt firmatur *in hac decis.* similiter dixit Rota *decis.* 84 *n. 14.* inter impress. penes eundem Cinc. *de Censibus*, & tradit Felician. *de Censibus tom. 1. lib. 4. cap. vnico n. 2. in fine.* Peregr. *cons. 92. num 2. & seq. lib.* 1. Cinc. *loco præallegat. n. 41.* qui alios refert, vbi etiam quærit *sub nu. 43. & seq.* an deponi etiam debeant fructus decurrendi per duos menses post factam disdictam Census. Et sufficit defectus in vno nummo, vt depositum dicatur non integrum, vt firmatur in hac decisione, & dixit etiam Rota *in decis. 197. n. 5.* inter impress. penes eundem Cinc. *de Censibus*, & fuit dictum in Romana Pecuniaria coram R.P.D. de Pirouanis impress. penes Marches. *de commiss. tom. 1. fol. 721.* Felician. *de Cens. tom. 1. lib. 4. cap. vnico n. 3.* Milan. *decis. 18. n. 31. lib. 2.* cum aliis penes Cinc. *loco præallegat. num. 39.* Notandum † tamen 7
est, quòd si pars recepit, & acceptauit depositum non integrum, sibi præiudicat, nec potest illud impugnare sub prætextu non integritatis, sed solùm agere potest ad residuum, Crau. *cons. 106. per totum*; imò eo ipso, quòd pars aduersa intimato sibi deposito nihil opponit, censetur tacitè illud approbare, & amplius non potest aduersus validitatem dicti depositi opponere, Surd. *cons. 86. in fine*, & dixit Rota in Perusina Bonorum 5. Maij 1617. coram R.P. D Manzanedo.

b De quo dixi *supra sub litera A.*

c De quo dixi *supra sub eadem litera A.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Incendij.

*Veneris 4. Ianuarij 1610.*

### ARGVMENTVM.

Examinantur dicta testium deponentium super origine incendij, & ideò non indiget alio Summario.

### *SVMMARIVM.*

Summario non indiget.

### DECISIO CCCCLXXXI.

TErtia vice resolutum fuit constare ignem originem habuisse in apotheca D. Vincentij, rationibus, de quibus in aliis decisionibus, quibus non obstant põderationes testium ex aduerso factæ, quia est aduertendum fuisse in decisione constitutas duas conclusiones ex depositionibus testium, vnam, qua fuit probatum, quòd de tempore, quo ignis erat in apotheca Domini Vincentij, non erat in parte superiori Palatij, ita vt non possit dici, quòd ab ea descenderit in apothecã D. Vincentij. Alteram, quòd de tempore, quo ignis erat in d. apotheca, non erat in stabulo D. Patriarchæ, & sic quòd non potuit originem habere in d. stabulo, sed potius in d. apotheca. Has conclusiones ita distinctas ex distinctis probationibus erutas pars aduersa confundere nititur, & propterea recurrendo ad istam distinctionem cessat, quod dicunt informantes pro parte D. Vincentij. Primũ, tertium, & quartũ testes relatos in decisione primo loco facta non concludere ignem de tempore, quo erat in apotheca D. Vincentij, non fuisse in illa D. Patriarchæ, qui dd. testes in locis relatis in decisione allegantur solùm ad probandum, quòd ignis primùm visus fuit,

fuit,& originem habuit à parte inferiori domus,hoc est in fundo,seu apotheca D.Vincentij, quàm in parte superiori Palatij, & tertius testis iuxta 69. interrogatorium benè concludit, id, ad quod allegatur in decisione,ibi(*vidi la fiamma,che vsciua dalle fenestre sotto il n.1.) & andaua alle fenestre,che sono sopra*) & licèt quartus testis deponat per verbum (*tengo*) attamen reddit rationem suæ credulitatis fundatam in sensu visus, dum iux.idem interrogatorium dicit(*per hauer visto entrare il fuoco del fondo del nu.1.alle fenestre delle stanze superiori*) & dum iste testis dicit iux.96.interrogatorium (*non so, se nel fondo n.3. si accendesse il fuoco*) nihil refert, quia in decisione allegatur ad probandum prioritatem ignis in fundo D. Vincentij respectu superioris partis, non respectu fundi D.Patriarchæ, vt dictum est, & sic remanet benè probata prima conclusio. Altera etiam conclusio,quòd ignis visus fuit priùs, & habuit originem in fundo D.Vincentij,quàm in fundo D. Patriarchæ, & quòd in illo, non in isto habuit originem, adhuc firma remanet non obstantibus exceptionibus datis contra testes allegat.in decisione ad eam probandam. Nam dum secundus testis post verba relata in decisione subiungit *quando viddi, che il fuoco entraua nel detto fondo n.3. ci era gran quantità de fuoco*) loquitur de igne egredienti ex fundo D. Vincentij, in quo priùs dicit, quòd vidit ignem prima vice,& quòd per alias vices successiuè reuersus vidit ex fundo D. Patriarchæ extrahi fœnum, & partem fœni esse accensam, loquitur enim non de origine,sed de actu successiuo, quia licèt verum sit, quòd originem habuerit ex fundo D. Vincentij, verum est etiam, quòd postea eodem tempore ignis erat in vtraque.Ignis enim egrediens è fundo D.Vincentij in fœnum existens in fundo D.Patriarchæ, illud statim accédit, cùm exire, & accendere fiant insimul, & quasi in eodem instanti. Non obstat, quòd testes non dicant, quòd ignis non poterat esse in fundo D. Patriarchæ, quin vidissent tamquàm deponentes super negatiua, quia imò deponunt,& concludunt super mera affirmatiua de visu ignis priùs in fundo D.Vincentij, quàm in fundo D.Patriarchæ,& de fumo,& igne intrante à fundo D.Vincentij ad fundum D.Patriarchæ per foramina muri communis.Primus testis D. Vincentij in decisione relatus non restringit eius depositionem ad locum ingressus in fundum D. Patriarchæ, sed ad tempus ingressus; & dum dicit (*il fuoco era nel canto dentro la portecella*)non loquitur de origine,sed de tractu, & successu ignis,& postquam apertæ fuerunt portæ eiusdẽ fundi ab vtroque latere, & fœnum fuerat extractum ab igne intactum quantitatis salmarum 8.in circa, secundus testis D.Patriarchæ,quando iux.96.dicit(*mentre si cauaua il fieno*) ex fundo D.Patriarchæ(*viddi attacato il fuoco in detto fieno*) loquitur de tempore successiuo post extractum aliud fœnum sanum, & intactũ ab igne, ita etiam loquitur iux.17.Tertius testis D.Patriarchæ deponit de fumo tẽpore successiuo; fumus enim aderat antequàm obturaretur foramen, quod fuit obturatum ad impediendum, ne flamma intraret, & erant plura foramina, ex quibus fumus egrediebatur, vt benè deponit sextus testis iuxta idem interrogatorium, quintus testis loquitur de igne in fundo D. Patriarchæ in fine,non in origine incendij, secundus testis D. Vincentij loquitur de igne in fundo D Patriarchæ in tempore successiuo post extractum fœnum.

*ANNOTATIO.*

Hæc decisio est confirmatoria aliarum duarum decisionum in hac eadem causa emanatarum.

---

Acheruntina Archipresbyteratus.

*Lunæ 8. Nouembris 1610.*

ARGVMENTVM.

Dignitas principalis in Ecclesia ex quibus probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Prouisio Apostolica declarat statum beneficij, vbi non constat de statu anteriori contrario.*

2 *Archipresbyter est maior, & dignior dignitas Cantore.*

3 *Dignitas maior in Ecclesia censetur illa,quam generaliter homines existimant esse maiorem.*

4 *Collegiata Ecclesia signa sunt, habere archam, & signum commune.*

*Collegiata Ecclesia signa quæ sint, & ex quibus talis probetur,latè sub num. 9.*

5 *Collegiata Ecclesia probatur ex eo, quòd communiter est habita,& retenta vti talis.*

6 *Ordinario multùm deferendum est circa qualitatem beneficiorum suæ diœcesis.*

7 *Status beneficij attenditur ad iudicandam qualitatem beneficij,præsertim ad effectum iustificationis gratiæ.*

8 *Collatio non effectuata non facit statum.*

DECISIO CCCCLXXXII.

PRo Petro Antonio informante fuit resolutum constare de vltimo statu dignitatis ex prouisione Apostolica obtenta à Marco Antonio de Iannellis, per cuius obitum vltimo loco vocauit,in qua fuit prouisus de Archipresbyteratu, vti de principali dignitate, & eius vigore possessionem accepit. Prouisio enim Apostolica
† satis designat,& declarat statum beneficij, vbi de alio 1
anteriori non constat,*iux.notata in c.cùm de beneficio. de
preb.in 6.* fuit dictum in Terdonen̄. Prioratus 5. Maij
1595.& in Parmen. Prioratus 27. Iunij 1557. coram
Orano,in Maioricen.Sacristiæ 26.Iunij 1602.coram bo.
me.Cardinali Pamphilio, & in Alerien. beneficiorum
29.Martij præteriti coram R.P.D.meo Pamphilio. Accedit prouisio fœl. rec. Clem. VIII. de Cantoria Ecclesiæ,quæ ibi refertur dignitas, non tamen principalis, & ex depositione testium apparet duas fuisse in Ecclesia dignitates,vnde sequitur, quòd si Cantoria non est
dignitas principalis,talis erit Archipresbyteratus,[a]quod a
consonat cum dispositione iuris,†secundùm quam Ar- 2
chipresbyter est maior,& dignior Cantore, vt fuit conclusum in Ortana Archipresbyteratus 5.Maij 1600.coram Reuerendissimo Paeen.maximè cùm dicant testes ita communiter teneri, & reputari. Illa enim censetur
† maior dignitas, quam generaliter homines existimãt 3
esse maiorem,[b] vt dicit Bal.*cons.387. post med. vers.item b
illa est maior dignitas.lib.*1.refert, & sequitur Boer.*decis.
286.num.8.circa med.*cum aliis adductis per informantes.Concurrit etiam,quòd Ecclesia est Collegiata,quia, vt probant testes,dignitates, & presbyteri capitulariter
congregantur,habent† archam, & sigillum commune, 4
quæ sunt signa Ecclesiæ Collegiatæ,[c] Card.*in clem.2.n. c
10.de ætat.& qualit.* Abb.*in cap.nobis.num.8.vers. quando
autem agnoscitur,de iurepat.*Fel.*in c.accedentes. nu.5.vers.
de istis signis.de præscript.*fuit dictum in vna Zamboten.
Canonicatus de Thoro 12.Ianuarij 1598.corã bo.me.
Cardinali Seraphino,& in vna Placen.Præposituræ 22.
Februarij 1593.coram Illustrissimo Cardinali Mantica.
Accedit,quòd † ista fuit communiter habita, tenta, & 5
nominata Collegiata, quod probat eam esse talem, vel
saltem eam constituit in hac quasi possessione,iux.tradita per Tiber. Decian. *cons.6. num. 3. & 9. lib 1.* iuncta
præsertim assertione † Ordinarij in visitationibus, cui
vti informato de qualitate beneficiorum suæ Diœcesis
plurimum est deferendũ[d] ex plenè deductis in præal- d

legara Alerien. Beneficiorum. Ex quibus benè videtur
7 probatus status dignitatis principalis, qui † attenditur
ad iudicandum qualitatem beneficij, præsertim ad effe-
ctum iustificationis gratiæ, Innoc. *in cap. postulasti. num. 1.*
*post med. vers. si autem non apparet. de iure patr.* Abb. *in cap.*
*nobis. num. 8. vers. si verò constat. eodem tit.* fuit dictum in
vna Asculana Parochialis 17. Martij 1586. coram bo.
mem. Orano. Non obstat, quòd dictus Marcus Anto-
nius prædecessor priùs obtinuisset aliam prouisionem
de isto Archipresbyteratu cum narratiua, quòd nō erat
dignitas principalis, quia ex prædictis apparet erronea,
& non habuit effectum, nam ipse cognito errore obti-
nuit aliam narrando esse dignitatem principalem, & vi-
gore istius vltimæ, vt dicunt testes, accepit possessionē:
8 Clarum est autem † ad constituendum vltimum statū
attendi debere prouisionem effectum sortitam, non il-
lam, quam certum est effectum non habuisse, Ioan. And.
& alij *in cap. 2. de restitut. in integr.* Cald. *consil. 6. de cauſ.*
*possess. & propr. & 12. de iurepatronat.*

## ANNOTATIO.

a Archidiaconatus an sit prima dignitas in Ecclesia, dixi *supra ad decis. 411.* vbi plura notaui, ex quibus signis prima dignitas in Ecclesia dignoscatur.

b De quo similiter dixi *supra ad dictam decisionem 411.*

c Collegiata Ecclesia dignoscitur etiam ex indiciis, & coniecturis, Rota *decis. 584. num. 2. par. 4 in nouiss. & decis. 673. sub num. 2. p. 2. in recent.* quæ autem sint ista indicia, & cōiecturæ, latè tradit Mascard. *de probat. conclus. 584 per totam,* plenè Decian. *cons. 6. lib. 1.* & nonnulla etiam recenset Menoch. *de præsump. lib. 3. præsumpt 90. à nu. 21. & seq.* aliqua etiam recenset Rota *decis. 201. nu. 4. par. 1. in recent.* & plura enumerantur *in decis. 584. nu. 2. part. 4. in nouissimis.* Non est autem necesse, quòd copulatiuè concurrant omnia signa, quæ solent arguere Ecclesiam Collegiatam, sed sufficit, quòd aliqua concurrant, Rota *d. decis. 584. n. 2.* Aduertendum est etiam, quòd Ecclesia non dicitur Collegiata ex eo solùm, quod adsint in Ecclesia plures beneficiati, qui soleant facere congregationem, quia possunt ibi esse vti singuli, non vti vniuersi, & dicuntur facere non vnum Collegium, sed Congregationem, Achil. *decis. 10. num. 2. de præben.* Gonz. *super regul. 8 glos. 15. num. 15. & 16.* & fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Ausol. 1. Februarij 1608. coram Cardinali Sacrato, sicut nec etiam Ecclesia dicitur Collegiata, etiam si in ea adsit vnus per modum Capitis, & fructus communiter percipiantur, & diuidantur, ista enim possunt conuenire etiam simplici Congregationi, Rota *decis. 673. nu. 2. par. 1. in recen.* Non etiam probatur Ecclesia Collegiata per communem reputationem, & famam cùm ista materia habeat certas probationes, ita dixit Rota penes Achil. *decis. 10. num. 3 de præbend.* In concursu autem testium deponentium super affirmatiua, & negatiua Collegiatæ, magis est standum testibus deponentibus esse Collegiatam, vt dixit Rota in Asculana Parochialis Sancti Laurentij 17. Maij 1596. coram Orano Et licèt Ecclesia non præsumatur Collegiata, nisi probetur: Fallit tamen in Ecclesiis Cathedralibus, & Conuentualibus, quæ de iure communi præsumuntur Collegiatæ, Host. *in cap. nobis. sub num. 2. colum. 2. vers. quicquid etiam.* Abb. *num. 8. vers. non Ecclesiæ, de iure patr.* Bisign. *decis. 13. de præben.* & admisit Rota in Celsonen. Præceptoriæ 16. Decembris 1605. coram R. P. D. Coccino Decano.

d Cardin. *cons. 132. num. 5.* Fely. *in cap. cùm ad aures, num. 14. vers. decimaquarta conclusio. de rescript.* Seraph. *decis. 1026. num. 3* Rota *decis. 233. sub num. 2. part. 2. in recentior.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgeñ. reductionis Beneficiorum.

*Lunæ* 15. *Nouembris* 1610.

### ARGVMENTVM.

Suppressio fieri non potest sine causa, & causa iusta est diminutio redituum, quæ tamen concludenter est probanda, quia de iure non præsumitur ista diminutio.

### SVMMARIVM.

1 *Suppressio tendit ad diminutionem cultus diuini.*
2 *Suppressio non potest fieri sine iusta, & legitima causa, & latè num. 8.*
3 *Et causa iusta est diminutio redituum Ecclesiæ, & vide num. 8.*
4 *Diminuti non præsumuntur reditus Ecclesiæ.*
5 *Dos ab initio Ecclesiæ assignata præsumitur fuisse sufficiens, & congrua.*
6 *Pro cultus Diuini augmento est semper facienda interpretatio.*
7 *Ordinarij iudicio plurimum deferendum est circa congruitatem fructuum Beneficiorum.*

## DECISIO CCCCLXXXIII.

ROta censuit beneficium, de quo agitur non potuis-
se reassumi, quia, quicquid sit in Ecclesiis recepti-
tiis; in Ecclesia numerata, qualis est Ecclesia oppidi de
Medina, vt probant verba concordiæ, & depositiones
testium; reassumptio, & soppressio, † cùm tendat ad di- 1
minutionem cultus diuini, *cap. ex parte. de constit.* non
† potest fieri sine iusta, & legitima causa,[a] Bald. *in c. cùm* 2
*accessissent. num. 8.* Abb. *num. 4. versic. aut non subest.* Felyn. a
*num. 17.* Dec. *num. 43. eodem titul. de constitut.* licèt autem
pro causa allegetur redituum diminutio, † quæ est po- 3
tissima ratio reducendi, & supprimendi beneficia, iux.
notata *in d. cap. cùm accessissent, & in cap. cùm M. Ferra-*
*riensis eod. tit.* attamen illa † debent plenè, & concluden- 4
ter probari, cùm habeat iuris præsumptionem in con-
trarium,[b] Aug. *cons. 274.* Bonifacius Episcopus *num. 3.* b
*ad fin. & in fin. cons.* Gig. *de pens. quæst. 9. num. 10.* & in ter-
minis nostris dixit Rota in Calaguritana de Iocano 9.
Aprilis 1602. coram bo. me. Cardinali Seraphino, in
qua etiam fuit decisum diminutionem considerari de-
bere respectu quantitatis allegatæ à principio erectio-
nis beneficij, † quæ præsumitur fuisse congrua, & suffi- 5
ciens pro ministris, & oneribus incumbentibus, *cap. ne-*
*mo. de consecr. distinct. 1.* Calder. *cons. 10. post med. ver. pro*
*parte contraria. de probat.* Caputaq. *decis. 62. par. 1.* Proba-
tio verò, quæ adducitur pro parte Capituli, non con-
cludit, licèt enim testes deponant, quòd de anno 1599.
in loco de Medina *del Pomar* grassata fuerit contagiosa
lues, ob quam mortui sint 700. homines in circa, & ob
id fuerint diminutæ non solum oblationes fidelium
propter infrequentiam populi, sed etiam decimæ Capi-
tulo præstari solitæ, quia agri aliquot remanserunt in-
culti, attamen nullum habent respectum ad quantita-
tem in erectione assignatam: Et pro parte vniuersitatis
datur relatio per peritum de mandato prouisoris facta,
per quam probatur, quòd nedum à primæuo statu ere-
ctionis istorum beneficiorum, sed ab anno 1517. citra
fuerunt aucti reditus, & quod plus est, probatur per te-
stes, quòd ab anno 1578. citra fuerunt relicta plura le-
gata, vnde diminutio, quam deponunt testes, potest in-
telligi habito respectu ad statum beneficiorum post an-
num 1517. & 1578. quando erant aucti reditus. Accedit,
quòd diminutio, quæ contigit occasione pestis, non fuit
perpetua, sed transitoria, quia cursu temporis locus po-
test incolis repleri, & terræ possunt per Colonos aliun-
de euocandos arari, & coli. Quod dicitur fructus non
ascendere ad taxam constitutionis Synodalis, non rele-
uat, quia constitutio non probatur vsu recepta, vt fuit
dictum in d. Calaguritana de Iocano, & quia procedit
in Ecclesiis receptitiis, non in numeratis. Et hanc sen-
tentiam Domini libenter amplexi fuerunt, tùm quia
tendit ad fauorem augmenti cultus diuini, pro quo † 6
facienda est interpretatio, vt in his terminis dixit Rota

in vna

in vna Calaguritana portionis de Narbasta. 3. Iulij 1589.
coram R.P.D. meo Decano, & in D. Calaguritana de
Iocano; tùm quia concurrit iudicium Ordinarij, cui in
7 hac materia † plurimùm est deferendum, non solùm ex
dispositione Sacri Concilij Tridentini, sed etiam de iu-
re communi, iuxt. tradita per Rebuff. *de congr. num. 68. &
69.* & Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 23. num. 43. & seq.* & te-
nuit sæpiùs Rota.

*ANNOTATIO.*

8 a Suppressio † fieri non debet sine causa, cùm tendat ad di-
minutionem cultus Diuini, & causa sufficiens est diminu-
tio fructuum Ecclesiæ, vt dicitur in hac decisione, & tra-
dunt DD. *in cap. cùm accessissent, de constit.* Seraph. *decis.* 1345.
*num. 1.* vbi dicitur numquam esse faciendam suppressio-
nem, nisi reditus Ecclesiæ diminuti probêtur, & fuit ple-
nè dictum in Calaguritana Beneficij 28. Nouem. 1607. co-
ram R.P.D. Pamphilio, & in alia Calaguritana de Ioca-
no de anno 1601. coram Corduba, latè Garz. *de Benefic. par.*
12. *cap. 1. num. 2.* Hæc autem diminutio fructuum est plenè
probanda, quia fructus potius aucti, quàm diminuti præ-
sumuntur, vt firmatur *in hac decis.* & tradit Gigas *de pens.
quæst. 9. num. 9. vers. & prædicta.* Seraph. *decis.* 1385. *num. 1.* &
saltem præsumuntur sufficientes, Seraph. *decis.* 1385. Ve-
ral *decis. 62. par. 1.* & fuit dictum in dict. Calaguritana Be-
neficij coram R. P. D. Pamphilio, vbi allegatur glos. *in
cap. fin. in verbo* (sufficiunt) *de rescript.* & firmatur in hac
decis. Et quòd diminutio redituum Ecclesiæ sit iusta cau-
sa diminuendi numerum Beneficiatorum, tradit Azor
*Inst. moral. par. 2. lib. 6. cap. 30. quæst. 11. &* 12. post Rocch. de
Curt. *de iurepatr. in verbo* (pro eo) *sub num. 27.* quod pro-
cedit etiam si in Ecclesia esset certus numerus statutus
authoritate Papæ, nam superueniente noua causa, scili-
cet, diminutione redituum potest dictus numerus dimi-
nui, Garz. *d. cap. 1. num. 3. & 4.* sicut autem diminutio re-
dituum est iusta causa diminuendi numerum beneficia-
torum, ita & ex causa auctis redditibus augeri debet
numerus, Rocch. de Curt. *in loco prealleg. sub num. 27.*
Garz. *d. cap. 1 sub num. 5.* fuit dictum in Calaguritana Be-
neficij de Traspuntas 13. Februarij 1606. coram R.P.D.
Pamphilio.

b De quo dixi *supra sub litera A.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census, seu executionis.

*Lunæ 15. Nouembris* 1610.

### ARGVMENTVM.

Præsentia in loco ex quibus probetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Præsentia probatur ex verbis* (sedens, &c.)
2 *Præsentia præsumitur ex interpositione decreti.*
3 *Instrumentum probat quoad omnes rem ita gestam, &
factum ipsum.*
4 *Instrumento circa diem celebrationis contractus stan-
dum est.*
5 *Notariorum attestationi statur in probatione styli.*
6 *De stylo potest Iudex se extraiudicialiter informare
partibus non vocatis, & latè num. 8.*
*Procedit quando respicit ordinatoria, secus si decisoria,
& num. 8.*
*Item procedit solùm respectu styli loci, vbi Iudicium
agitatur, & num. 9.*
7 *Præsentia probata ante actum, & post actum præsumi-
tur etiam de tempore actus.*

### DECISIO CCCCLXXXIV.

Domini concorditer resoluerunt constare de præ-
sentia bo. mem. Cardin. Caietani in Vrbe die 18.
mensis Martij anni 1591. in quo D. Dux Sancti Gemini
fideiussor accessit censui, de quo agitur, quia eadem
die Cardinalis sedens fecit decretum, quòd quædam
bona restituerentur, Notario, & testibus præsentibus, † 1
verba enim (*sedens, &c.*) ex sui natura important præsen-
tiam, & eam probant, iuxt. tradita per Felyn. *in cap. tenor.
sub nu. 3. vers. præsertim fallit primo. de re iud.* Imol. *cons. 8.
num. 5.* Menoch. *præs. 19. num. 7. lib. 6.* præsertim quia
decreta per absentes interponi non solent, nec possunt.
Vnde ex interpositione † necessariò arguitur præsentia, 2
Paul. de Castr. *in l. Titia. §. pen. ff. de verborum oblig.* Ruyn.
*cons. 154. nu. 11. lib. 5.* Felyn. *vbi supra in 2. fallen.* Me-
noch. *dict. præsumpt. 19. num. 6.* Et instrumentum d. de-
creti probat præsentiam Cardinalis, non solùm inter
partes, inter quas fuit interpositum, sed etiam quoad
omnes, quia † instrumentum probat rem ita gestam, & 3
factum ipsum pro, & contra quemcumque, [a] Bart. *in l.* a
*4. in 1. lectur. nu.* 12. vbi etiam Purpur. *num. 96. & 98.*
Cagnol. *num. 110. C. de edend.* Aym. *cons. 65. num. 6.* Co-
uar. *pract. quæst. cap. 20. in fin.* Nec potest prætendi decre-
tum fuisse factum alia die, quia cùm Notarius scripse-
rit die 18. † standum est eius scripturæ, iux. tradita per 4
Fel. *in cap. quoniam contra nu. 33. de probat.* Dec. *cons.* 88.
*num. 9. in fin.* Et concurrit fides Notariorum Cameræ,
quòd verè, & realiter decreta huiusmodi solent scribi,
& adnotari sub eademmet die, in qua interponuntur,
statur autem † Notariorũ attestationi in probationibus 5
styli, Rim. iun. *cons. 33. num. 15. & seq.* decis. Pedem. 22.
*num. 16. in fin.* & de eo † potest iudex se partibus non 6
vocatis, & extraiudicialiter informare, [b] Bar. *in l. 3. in* b
*fin. ff. de test.* Bal. *in l. 1. in fin. Cod. vt qua des. aduoc.* Boer.
*consil. 8. num. 17.* Hanc præsentiam probat tertius testis,
qui dicit se de hoc perfectè recordari, & reddit bonam
rationem, quia quotidiè tractabat cum Cardinali de re
ardua, nẽpe, de conducendo frumento ad Vrbem tunc
maxima penuria laborantẽ. Adsunt alij duo testes fami-
liares stantes in continuo seruitio Cardinalis, & pro-
pterea optimè informati, qui deponunt de præsentia in
Vrbe per totum mensem Martij, & subdunt, quòd non
potuisset esse absens, quod ipsi nesciuissent, quia erant
famuli inseruientes mensæ. Adducuntur plura adminicula
ex pluribus subscriptionibus factis per Cardinalem sub
d. die 18. Probatur etiam præsentia in Vrbe paulò ante,
& paulò post † d. diem, ita vt valdè verisimilis fiat præ- 7
sentia de dicto tempore, *ad not. in c. inter dilectos. de fid. in-
strum.* & per Alciat. *reg. 2. par. 22.* An autem sufficiat Du-
ci Sancti Gemini probasse præsentiam Cardinalis de d.
tempore ad effectum, de quo agitur, erit particulariter
videndum.

*ANNOTATIO.*

a Instrumentum probare factum ipsum etiam inter alios, & 8
contra quemcumque dixi *supra ad decis.* 302.

b De stylo † potest Iudex se extraiudicialiter informare,
vt præter hic allegatos Rolan. *cons. 44. nu. 36. lib. 4.* Decian.
*cons. 5. num. 45. lib. 1.* Rota *decis. 343. num. 2. & 561. num. 15. &
decis. 644. num. 4. par. 1 in recent. & decis. 725. num. 3. par. 2. in
recent.* quod tamen est intelligendum de stylo respiciente
ordinatoria iudicij, secus autem si respiciat decisoria,
quia tunc formiter est probandus, Rota *decis. 259. num. 5.
par. 1. in recent.* benè Rota *decis. 215. num. 2.* inter impress. pe-
nes Farinae. *post 2. lib. consil.* Item illud, quod dicitur pos-
se Iudicem extraiudicialiter sumere informationes de
stylo à Notariis & causidicis, habet locum, vbi agitur
de stylo loci, vbi iudicium, vel actus gestus fuit, non
autem de stylo alterius loci, vt declarauit Rota in Cata-
niens. illegitimitatis coram Cardinali Blanchetto im-
pressa penes Marches. *de commiss. tom. 1. fol. 171.* & benè fa-
ciunt tradita per Marescot. *var. lib. 2. cap. 12. per totum*, vbi
dicit, quòd Rota ad probandum stylum extra Curiam
non admittit fides extraiudiciales.

*Oliuerius Beltraminus.*

Anconitana

## Anconitana Bonorum S. Apollinaris.

*Lunæ 29. Nouembris 1610.*

## ARGVMENTVM.

Reintegratio est concedenda docto de vtroque extremo. Quando dicatur nulliter processum contra minorem indefensum, & alia de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Extremum secundum probatur ex sustentatione litis iunctis adminiculis.*
2 *Reintegratio est danda probatis duobus extremis.*
3 *Nō procedit, quando interuenit Iudicis authoritas, quia tunc debet probari, quòd Iudex nulliter, & iniustè processerit.*
4 *Excessus mandati in totum illud vitiat.*
5 *Contra pupillos, & minores indefensos processus factus est nullus.*
6 *Non procedit, vbi constat pupillis nullas competere defensiones.*
7 *Requiritur, quòd notoriè constet nullas illis competere defensiones.*
8 *Liquidatio fieri debet ante executionem.*
9 *Minorum bona debēt stare sub hasta saltem per 20. dies. Hoc non est necessarium de iure Canonico, & numer. 13.*
10 *Nuncij assertioni non est standum circa solemnitates necessarias in subhastatione.*
11 *Actorum non transportatorum defectus vitiat processum.*
12 *Spolium vltimum est purgandum, de quo etiam latè sub num. 14. vbi vide limitationes.*

## DECISIO CCCCLXXXV.

FVit resolutum Leoniis competere actionem spolij,
& illos esse reintegrandos, ratio resolutionis fuit,
quia de primo extremo constat, vt fuit resolutum per
duas decisiones, & secundum, vltra quòd non contro-
uertitur, probatur ex reintegratione Rectoris vigore
sententiæ bo. me. D. Iusti, *iux. decis. 802. num. 1. par. 1. di-*
1 *uers.* † & ex sustentatione litis iunctis adminiculis, Ve-
ral. *decis. 269. par. 2.* & fuit dictum in Tudens. Decima-
rum 13. Nouembris 1589. coram Illustrissimo Cardi-
nali Platen, & in Mediolanens. Spolij 26. Iun. 1609. co-
ram R. P. D. meo Lancellotto. Vnde sequitur illos es-
2 se † reintegrandos ad eorum possessionem, *cap. conque-
rens, & cap. cùm ad sedem. de restit. spoliat.* Verùm, quia
pro parte Rectoris ad impediendum reintegrationem
opponebatur illa duo extrema non sufficere in isto casu,
3 in quo interuenit authoritas Iudicis, † sed tertium de-
bere probari, nempè, quòd iniustè, & nulliter fuerint
per Iudicem priuati, Dec. *cons. 449. nu. 30.* Abb. *in d. cap.
conquerente. sub num. 8. vers. aduertendum tamen est*, cum
aliis adductis. Dixerunt Domini satis constare de iniu-
stitia, & nullitate, siue attēdamus immissionem Rectoris
concessam vigore Brachij sæcularis ab Aud. Cam. relaxa-
ti, siue reintegrationem eiusdem emanatam à bo. mem.
Iusto, tùm ratione excessus, cùm mandatum fuerit rela-
xatum pro salmis 16. grani pro anno 1592. & tamen vi-
gore instrumenti Leonij ad summum fuissent debitores
4 in salmis 15. qui excessus † facit, vt mandatum in totum
a [a] corruat, vt fuit resolutum in Romana spolij bonorum
21. Februarij 1600. coram Iusto, & in Burgi Sancti Se-
pulchri 28. Maij 1607. & in Cornetana bonorum 16.
Iun. 1608. coram me, & alibi sæpiùs. Nec potest saluari
ex residuo annorum præcedentium, quia in actis con-
stat de quietantia pro residuo; tū ex eo, quòd fuit pro-
cessum contra † pupillos, & minores indefensos, & nul- 5
lo illis dato curatore, [b] Cresc. *decis. 9. n. 3. de sent. & re iud.* b
& fuit dictum in Burgi Sancti Sepulchri, & in Corneta-
na supra allegatis. Nec releuat, quòd id non procedat, † 6
vbi constat pupillis nullas competere defensiones, vt in
Carpens. seu Nullius bonorum 11. Februar. 1602. coram
me, si quidem ibi vltra quòd cōstabat nullas competiis-
se defensiones, aderat curator, qui comparuerat acerri-
mè causam defendendo, quod cessat in casu isto, in quo
nemo comparuit, nec datus fuit curator, qui comparere
potuisset, quinimò in mandato legitur illud fuisse rela-
xatum citatis Leoniis per edictū, de quo tamen citatione
per edictum, aut de aliquo processu etiam in executiuis
necessariò non constat ex actis transportatis, & corā bo.
me. Iusto fuit processum in contumaciā nemine pro ipsis
informante. Et quoad defensiones nedum non constat
illis non competiisse, prout in d. Carpens. seu Nullius, de
quo † tamen constare notoriè debuisset, Put. *decis. 284.* 7
*lib. 2.* sed imò constat de contrario, nam reintegratio
coram Iusto fuit ex falsa causa, vt in decisionibus vltimo
loco factis super primo extremo, & coram Aud. Cam.
vltra iniustitiam mandati ratione excessus, de quo supra,
non est certum, quòd prima die Augusti, qua Leonij
fuerunt citati in partibus, cessisset dies consignationis
frumenti, qui erat faciendus tempore recollectionis,
quæ à communiter accidentibus de dicto tempore non
solet esse perfecta. Quibus accedit nullitas deliberatio-
nis bonorum nulla facta liquidatione valoris frumenti,
quod erat in obligatione, quæ liquidatio fuit necessaria
† [c] ex deductis in Romana Vineæ 24. Octob. 1605. co- 8
ram me, & in Asculana prædij 12. Iun. 1609. corā R. P. D. c
meo Sacrato, & nulla præuia subhastatione, & delibera-
tione, & sine citatione partis, nullísque datis dilationi-
bus, aut seruatis terminis requisitis, tùm ex forma Statu-
ti Anconitani, tùm de iure communi secundùm quod
† res minoris debet stare sub hasta saltem per 20. dies, [d] 9
*Authen. hoc ius porrectum C. de sacros. Eccl.* Surd. *cons. 49.* d
*num. 19.* cum aliis allegatis. Nec standum esse censuerūt
Domini assertioni Nuncij referentis coram Notario se
sub die 29. Martij tunc præteriti vigore Brachij sæcula-
ris in Apotheca Iacobi Iachelli vendidisse ad extinctio-
nē candelæ seruatis seruandis Hieronymo masculo præ-
sente, & ita esse confitendum; si quidem de his solemni-
tatibus † aliunde, quàm ex assertione Nuncij constare 10
debet, Surd. *ibi*, & addentes ad Rom. *cons. 447. in verb.
Nuncio*, & quoad Notarium, licèt nec etiā illius assertio-
ni standum sit, cùm id non spectet ad eius officiū, cessat
difficultas, quòd ipse est rogatus solùm de relatione Nū-
cij, nō autem de actu subhastationis, aut deliberationis.
Et tandem ad hoc, vt Leoniis competat actio spolij, &
sint reintegrandi, sufficit nullitas reintegrationis bo. me.
Iusti, quæ emanauit ex falsa causa prætextu, quòd non
constaret de primo extremo, cuius contrarium fuit re-
solutum, & quia † coram eo non fuerunt transportata 11
acta facta coram Ragusino Cæsar de Grass. *dec. 9. nu. 5. de
caus. poss. & propr.* & fuit dictum in Bononiens. de Hercu-
lanis 1 Iunij 1589. coram Illustrissimo Cardinali Platto.
Et istud spolium † tanquam vltimum debet prius pur- 12
gari, [e] Abb. & alij *in c. si. de ord. cognit.* Card. *cons. 10. nu. 2.* e
*vers. de exceptione enim*: Alex. *consil. 6. nu. 11. lib. 3.* Afflict.
*decis. 403. & 18.* Bernus *cons. 57. n. 21. lib. 3.* & fuit dictum
in Romana Sancti Thomæ 21. Februarij 1603. coram
R. P. D. meo Coccino, & ita conclusum.

### ANNOTATIO.

a De quo vide *supra ad decis. 198.*
b Vide *supra ad decis. 43.*
c Rota *decis. 340. nu. 5. & 689. nu. 3. par. 1. in recent. & decis. 242. sub num. 1. par. 2. in recent.*

d Rolan.

13 d Rolan.† *conf.33.num.14.libr.1.* Menoch. *de arbitr. casu 171. nu.28.* cum aliis per Simon. *de decret. lib.1.tit.1. sub nu.64. vers. & hac subhastatio*. Et notandum est, quòd licèt de iure communi bona minorum non possint alienari, nisi per subhastationem, tamen de iure Canonico id non est necessarium, sed sufficit, quòd vēditio fuerit bona fide facta, Bald. *Auth.hoc ius porrectum*, & ibi additio *C.de Sacros. Eccles.* Rota *decis.446.num.2.par.1. in recen.* vbi fuit dictum omissionem subhastationis non vitiare alienationem bona fide factam.

14 e Spolium † vltimum purgandum est, vt firmatur in hac decisione, & prætec hic allegata Rota *decis.27. in fine de appellat.in nouis.& decis.626.nu.3. lib.3.par.3.diuers.* Seraph. *decis.96.in fine.* Gabr. *conf.149.nu.12.lib.2.* Menoch. *de recup.remed.1.nu.382.* Hoc non procedit, quando primum spolium fuisset violentum, vel attentatum, tunc enim non est locus conclusioni, quòd vltimum spolium sit purgandum, sed primò purgandum est spolium primum, vt fuit dictum in Romana Sancti Thomæ coram R.P.D. Coccino Decano in duabus decisionibus; quæ reperiuntur impressæ penes Marches. *de commis.tom.2.fol.207.&* 208. Menoch. *de recuper.remed.1.nu.383.* Item nec conclusio allegata procedit, quando secundum spolium fuit incontinenti factum, Thom. Fastol. *decis.4.* Gabr. *de restit.spol.concl.4.limit.* 30. Menoch. *de recuper.remed.1.num.384.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmens. Status.

*Veneris 3. Decembris 1610.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de purgatione attentatorum, & quando illa censentur sufficientet purgata per legitimam attentantis cessionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Attentata purgantur per legitimam attentantis cessionem, & quando id procedat, nu.20.*
2 *Et tantò magis, quando fuerunt per Procuratorem commissa.*
3 *Attentatorum purgatio mediante legitima cessione fieri potest in Rota, quamuis fuerint alibi commissa.*
4 *Attentata purgari debent in eo Tribunali, cuius iurisdictio fuit læsa.*
5 *Ad factum alienum quis non tenetur.*
6 *Defendere vnusquisque præsumitur velle à se gesta potiùs, quàm illa reuocare.*
7 *Attentatorum reuocatio spectat ad illum Iudicem, cuius maiestas fuit læsa.*
8 *Iudex siue bene, siue malè functus fuerit officio suo, non conuenit, quòd reuocet suam sententiam.*
9 *Sententia lata super statu personæ facit ius quoad omnes.*
10 *Non procedit, quando sententia fuit lata citato legitimo defensore.*
11 *Attentata sententia est nulla ipso iure.*
12 *Sententia nulla nullum potest parere iuris effectum.*
13 *Attentata sunt quoad omnes processus purganda.*
14 *Attentata non purgantur per renunciationes defectiuas.*
15 *Attentatorum purgatio non fit congruenter per cessionem conditionalem.*
16 *Attentata ita purgari debent per cessionem, ita vt nulla remaneat lis, & discussio super dicta purgatione.*
17 *Attentata vt per cessionem purgentur, debet renunciari omni iuri, ita vt neque attentans ex attentatis commodum sentire, neque attentata passus aliquod interesse pati possit.*
18 *Attentatorum purgatio debet continere perpetuum silentium.*
19 *Attentatorum purgatio fieri debet cum legitimo, & sufficienti mandato.*

### DECISIO CCCCLXXXVI.

Domini non dubitabant attentata † purgari posse 1
per legitimam attentantis cessionem, Achil. *decis.*
*23.de appel.* Paleot. *decis.* 358. Mandos. *in commissione ex-*
*clusiua attentatorum circa medium.* Lancell. *de attent.par.3.*
*ca.29.nu.24.& seqq.*[a] & tantò magis, † quando fuerunt 2
per procuratorem commissa, ibi Lancell. *n.27.* Admitte- 2
bant etiam posse Dominos Pallauicinos cessionē facere
in Rota apud acta istius causæ, † quamuis fuerit in Ci- 3
uitate Ianuæ attentatum, hoc enim innuunt decisiones
Achil. & Paleot. & ita fuit seruatum in vna Calaguritana de Ausero coram R. P. D. meo Coccino pendente
2. Decembris 1605. in vna Toletana Cappellaniæ de
Pastrana 22. Ianuarij 1608. coram R.P.D. meo Pamphilio, in vna Burgens. visitationis de Couaruias 23. Martij 1609. coram R.P. D. meo Pirouano, & in vna Tirasonens. legati 19 Iunij præteriti coram R.P.D. meo Caualerio, & sæpiùs in aliis. Conuenit enim † attentata 4
purgari in eo Tribunali, cuius iurisdictio fuit spreta, ad
latè tradita per Lancel. *de attent.par.3. cap.27.num.39.*
*cum pluribus seqq.* Nec placuit, quod prætendebatur pro
parte Dominorum de Rangonibus, sententiam latam à
Prætore Ianuæ debere ab eodē reuocari; esset enim non
solùm nouum, & inauditum, sed etiam valde durum, † 5
quòd Pallauicini tenerentur ad factū dicti Iudicis contra regulam, *l.stipulatio ista in 2.responso, ff.de verb.oblig.* §.
*si quis alium. Instit.de inutil.stipul.* & ad factū reuocationis propriæ sententiæ, cùm tamen quilibet † sit potius 6
pronus ad defendendum, quàm ad reuocandum à se gesta, vt in proposito per Lancell. *d.c.27.sub n.38.* Præsertim, quia potest Rota reuocare dictam sententiam, &
quidem congruentiùs, tùm quia † reuocatio spectat ad 7
eum Iudicem, cuius maiestas fuit læsa, Mandos. *in dicta*
*commissione exclusiua attentatorum in verbo eidem* R.P.D.
N. Lancellot. *d.cap.27.num.39.& seqq.* Tùm quia Prætori, qui † siue benè, siue malè functus est officio suo, non 8
conuenit reuocatio suæ sententiæ, *l.Paulus la 1.& l.iudex postquam, ff.de re iudic. l. Duo fratres, ff.de pænis.* Nec
facit, quod obiicitur de præiudicio perpetuo resultante ex dicta sententia, vti lata super statu personæ, † quæ 9
facit ius quoad omnes, iuxta *l.ingenuum. ff. de stat. hom.*
quia vltra quòd potest à Rota reuocari, † cùm sit lata 10
Rangonibus legitimis defensoribus non comparentibus, non facit ius respectu tertij [b], Bart. *in d.l.ingenuum* b
*in fin.* Bald. *num.6.* Ang. *circa fin. vers. quædam in processu.*
Alexan. *in l.sæpè post num.76.& num.78.ff.de re iudic.* Accedit, quòd dicta sententia † vti attentata est etiam nul- 11
la ipso iure, Lancell. *de attent.par. 2. cap. 12. ampliatione*
*17.& par.3.cap.31.num.7. & seq.* & † propterea nullum 12
potest vnquam iuris effectum parere, *l.4.§.condemnatum.*
*ff.de re iudic.l. non putabit. §. non quæmus.ff.de contra tab.*
Domini tamen dixerunt cessiones exhibitas à Pallauicinis non esse legitimas ex pluribus. Primò quia sunt
restrictæ ad actus factos coram Officialibus, & Magistratibus Sancti Georgij, & non comprehendunt sententiam latam à Protectore Ianuæ, neque actus coram
ipsis factos, cùm tamen † attentata sint quoad omnes 13
processus purganda, Put. *decis.penult. lib.* 2. † & renun- 14
ciationes defectiuæ non suffragentur attentāti. Cæs. de
Grass. *decis.5.nu.2.de restitut. spoliat.* Secundò quia sunt
conditionales quatenus sit recessum à decreto Rotali,
& eius formæ contrauentum. Conditionalis † autem 15
cessio non admittitur ad purgationem attentatorum, vt
post Bald. & alios adductos tradit Lancell. *de attent.par.*
*3. cap.29.num.31.* & multùm deseruit *decis.* Paleot. 273.
*Communitas*, &c. quæ licèt loquatur in purgatione spolij, attamen à fortiori concludit in purgatione attentatorum, vt arguit *ibi* Lancell. & facit, quia cessio † con- 16
ditionalis relinquit post se discussionem, & litem super
purificatione, & liquidatione conditionis, quod non
conuenit

conuenit purgationi attentatorũ,vt per Cæsar.de Graff. *decis.5.nu.3.& 4.*Lancell.*d.cap.29.num.*37. Tertiò in dictis cessionibus dicunt Pallauicini nolle vti actis in præiudicium litis pendentiæ in Rota, ex quibus verbis in-
17 nuitur eos aliquid sperare ex dictis actis, & tamen,† vt per cessionem purgentur attẽtata, cedens debet renunciare omni iuri, quod ex illis sibi competere posset, ita vt nullo vnquã tempore neque attentans ex dictis actis commodum sentire, neque attentata passus aliquod interesse pati possit, Paleot.*decis.*389.Lancell.*vbi supra sub*
18 *num.* 25. & purgatio attentatorum † debet continere perpetuum silentium, Paleot. *decis.*358. Lancell. *ibi.sub num.*73.& reponere in pristinum statum, *c. bona.de appell.* Alexan.*cons.89.in fin.vers.& hoc concludo lib.*1. Dec. *cons.*103. *num.*1. Lancell.*d.cap.29.num.* 77. quartò, quia ex illis verbis (*firma semper remanente dispositione fideicommissi*) suboritur suspicio,& ne Pallauicini intendant vti illis attentatis, quæ concernunt fideicommissum, & declarationem super eo factam Ianuæ, quia aliàs essent inutiliter apposita, cùm clarum sit in cessione attentatorum non posse censeri renunciatum dispositioni fideicommissi, vnde saltem vti obscura, & periculosa sunt reiicienda, Cæs.de Graff.*dicta decis.5.nu.3.& 4.*Quintò, cùm acta facta in Ciuitate Ianuæ fuerint facta etiam & nomine Alexandri,& Cini filiorum Pallauicini, sunt eorum nomine purganda cum legitimo sufficienti ipsorum mandato, Paleot.*d.decis.*358. Lancell.*vbi supra num.* 30. Reuocatio Domini Settæ, & aliorum procuratorum in Ciuitate Ianuæ non tollit attentata ab eis perpetrata, & restitutio scripturarum obtenta ab officialibus Montis Sancti Georgij non tollit actus factos coram Prætore, in quibus consistit radix,& substantia attentatorum, scripturæ enim coram officialibus productæ nil aliud sunt, quàm exemplum decreti, & executionis ipsius Prætoris. Et poterunt Domini Pallauicini cum iisdem scripturis restitutis,vel aliis extractis ab originalibus coram Prætore iudicium prosequi, aut inchoare. Ex quibus, & aliis adductis per informantes resolutum fuit attentata non esse sufficienter purgata.

### *ANNOTATIO.*

Et quòd attentata purgentur per legitimam attentantis cessionem Rota *decis.715.nu.1.par.1.in recent.*

19 a Seraph. *decis.*864.& fuit dictum in Papiens. Coadiutoriæ coram R.P.D.Coccino Decano impressa penes Marches. *de commiss. tom.2. fol.* 38. & in Cordubens. Beneficiorum 7.Februarij 1615.coram R. P. D. Caualerio, & in Barchinonens. Parochialis 27. Martij 1612. coram Cardinali Sacrato, requiritur tamen,quòd illa cessio sit pura, & libera, non conditionalis,vt firmatur in hac decisione,& dixit etiam Rota in d. Papien.Coadiutoriæ coram R. P. D. Decano impress. penes Marches. *loco præallegato*; prout nec etiam suffragaretur purgatio facta per cessionem, si adhuc aliquod impedimẽtum facti remaneret, Seraphin. *decis.*854. Item vltra cessionem refici debent omnes expẽsæ,damna,& interesse,vt fuit dictum in dicta Papiens. & plura de hac materia purgationis attentatorum sunt videnda penes Lancellot.*de attent.cap.19.per totum.*

b Cum aliis relatis per Gona.*super regul.8.glos.9.§.1.nu.*86.

c De quo dixi *supra sub litera A.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Sabinens. Alluuionis.

*Mercurij* 15. *Decembris* 1610.

### ARGVMENTVM.

Agitur de concordandis ad inuicem testibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Testium contrarietas saluari debet per distinctionem temporum.& num.*4.

2 *Testis,qui deponit de reputatione,si postea dicit se nescire,intelligi debet de scientia certitudinali,*

3 *Item si prius dicit se scire, & postea se nescire, intelligi debet,quod nesciat aliter,quàm iam dixerit.*

4 *Territorium probatur ex signis iurisdictionalibus, puta, exactione gabellæ,& similibus.*

5 *Testium dicta non sunt cauillanda,sed adiuuanda.*

6 *Testium dicta sunt semper intelligenda, vt non sint sibi contraria.*

## DECISIO CCCCLXXXVII.

Dvbitaui an nonus,& decimus testes sint sibi ipsismet contrarij, & fuit vnanimi Dominorum sententia resolutum negatiuè,nam dum contra nonum obiicitur cõtrarietas ex eo,quòd iuxta 15.interrogatorium dicit (*che nell' Isola circondata da due rami del Teuere si possedeuono beni diuersi di Gallese,cioè Sotti, Ciotti, & Egidij, quali possedeuono anco beni fuori dell' Isola*) & iuxta 50. interrogatorium dicit (*che detta Isola era grandi assai, & non era posseduta da alcuni particolari,ma ogn'vno ci andaua à pascolare, è far legna*) quod etiam dicit iux. 52. & super 17.dicit (*che detti Sotti, Ciotti, & Egidij possedeuono fuori dell' Isola, mà nell' Isola non ci possedeuono cosa alcuna particulare*) Ista contrarietas visa fuit Dominis posse saluari, quòd prædicti haberent in d.Insula bona illa, tamen particulariter non possiderent, sed communiter,& in confuso cum aliis, quod colligitur ex dicto testis super 17.dum reddit rationem, quare illi non possiderent dicit (*perche, come già hò detto, non si lauoraua*) & ita quando negatiuè deposuit,intellexit de possessione fructuosa,& respectu fructuum,& quando affirmatiuè, de nuda, & simplici possessione. Alia contrarietas in dicto teste adducebatur ex eo, quòd iuxt.19.& 32. interrogatorium, & super secundo articulo dicit (*che anticamente li Moroni grandi erano nel confine trà il territorio di Gallese, & Magliano, & che non hà mai inteso dire, che quando il fiume passaua sotto li moroni grandi, l'istesso fusse confine; mà solo li detti moroni grandi*. & tamen idem super secundo dicit (*hò inteso dire, che il fiume, quale anticamente passaue sotto li moroni grandi, fu, & era il confine di detti luochi.*) † Verùm ista contrarietas saluari 1
potest per distinctionem temporum; cùm testis loquatur, & de tempore antiquo, & de recenti; & quoad antiquum loquitur de auditu, & quoad secundum de credulitate. Tertia obiiciebatur contrarietas, quæ iuxta 31. interrogat. dicit (*Io non sò adesso, in che territorio siano le terre di Sacco,*) & tamen super quinto dicit (*che le terre di Sacco sempre sono state reputate, & si reputano per territorio di Gallese,*) sed iste testis reducitur ad concordiam, quia † cùm dixerit de reputatione, verbum 2
(*nescire alibi positum*) debet intelligi de scientia certitudinali,vt per Grat.*consil.42.sub nu.34.lib.*1. & per Alex. *cons.184.nu.5. circa fin.lib.* 7. & quia † quando testis in 3
vna parte dicit scire, in alia nescire, debet intelligi, quòd nesciat aliter, quàm dixerit, [a] & sic in casu no- a
stro, quòd nesciat aliter, quàm per communem opinionem, Bart. *in l.de ætat.nu.*11.*vers.sed quid si simplex.ff.de minor.* Ruyn.*consil.1.nu.1.lib.*3. Contrarietas, quæ obiicitur decimo testi ex eo, quòd asserat antiquitus flumen fuisse terminum inter prædictas Communitates,& posteà alibi neget flumen esse terminum, non subsistit. cùm loquatur non solùm de statu præterito, sed etiam de præsenti; dictum enim testis † contrarium per di- 4
stinctionem temporis reducitur ad concordiam, [b] Bart. b
*in l.apud antiquos.in fin.C.de furt.*Alex.*cons.147.nu.4. ad fin.lib.*7.Dec.*cons.*601.*num.*6.Caputaquen.*decis.*270.*nu.* 2.*par.* 3. & per distinctionem temporum concordatur alia opposita contrarietas, quòd testis dixerit in Insula non seminari, sed lignari tantùm communiter per omnes,

omnes, & poſtea dicat ( *dopò la mutatione del fiume, & che d'Iſola reſtò verſo Magliano, e Ciotti, Sotti, & Egidy la lauoranano, & pigliauano il territorio* ) depoſitio enim iſtius teſtis reſpicit diuerſa tempora, & non ſolùm taluatur à contrarietate, ſed etiam redditur veriſimilis, quia cùm propter vnionem territorio Malleani reddita fuerit inſula commodior ad laborandum, propterea laborari cœpit, quod antea propter incommoditatem, & periculum amiſſionis laboris facere non expediebat, & ſub eadem diſtinctione cadit id, quod obiicitur de ſolutione gabellarum illis de Galleſio, quia ſoluere, & non ſoluere erat correſpectiuum ad culturam, & non culturam agrorum, vltra quòd non pugnant ſimul ſcire locum eſſe de territorio, & neſcire an in eo gabellæ
5 exigantur; cùm † vltra exactionem gabellæ, ſint plura ſigna, & probationes territorij, quod probatur ex omnibus aliis ſignis iuriſdictionalibus, Dec. *conſil.694. num.12.* Affl. *deciſ.265. num. 10. & 301. numer.5.* latè Decian. *conſ.40. per tot. volum.4.* Neque ſubſiſtit, quòd teſtis reddatur mendax ex eo, quòd dicat iuxt. 23. in Summ. *num.16. Io mi ricordo, quando il fiume paſſaua per lo Coſtiere di Saletto, quando diuideua li detti due territorij, perche io ce lo vedeua paſſare,*) & iterum iux. 36. num. 31. & tamen ſuper primo artic. num.17. dicit (*io hò inteſo dire, che il fiume, quale hoggi corre, come ſi vede, 100. è più anni ſono adietre, e per tanto tempo, che non ci è memoria d'huomini in contrario, haueua in ſuo corſo ſotto li moreni*) ex quo arguitur impoſſibile fuiſſe teſtem id videre potuiſſe, quia eſt poſſibile, quòd à dicto antiquiſſimo tempore vſque ad tempus, quo teſtis vidit, tranſierit iuxta moronos, & ab inde circa alueum mutauerit, ita vt ceſſet omnis contrarietas maximè in teſtibus, qui ſunt rudes, & idiotæ. Ex quibus, & aliis per informantes deductis deciſum fuit Dominis contrarietates oppoſitas, vel non ſubſiſtere, vel facilè conciliari poſſe, & de-
6 bere, cùm † teſtium dicta non ſint cauillanda, ſed iuuanda, Bald *in l. apud antiquos Cod. de furt.* Imol. *in l. inter ſtipulantem §. ſi Stichum ff. de verbor. oblig.* Alex. *conſ.185. poſt num.5. lib.7.* & † ſunt ſemper intelligenda, vt non ſint ſibi contraria, Bart. *in d. l. de etate. num. 7. circa med. verſ. ſed contrarium. ff. de minor.* Corn. *conſil. 119. num.6. ante fin. lib. 3.*

### *ANNOTATIO.*

a Et de hoc dixi *ſupra ad deciſ.277.*
b Farinac. qui plures cumulat *de teſt. quaſt.65. num.54.*
*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Pecuniaria.

*Veneris 17. Decembris 1610.*

### ARGVMENTVM.

Proſequi quis poteſt iudicium ſuper vno tantùm capite, nec propterea tollitur aliud caput. Sententia quãdo ferri poſſit ſuper parte.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ius omne cenſetur ab initio in commiſſione deductum.*
2 *Proſecutio ex vno capite non tollit aliud.*
3 *Ad expenſarum refectionem non tenetur ille, qui omiſſa vna via aliam aggreditur.*
4 *Sententia ferri debet ſuper toto, non ſuper parte crediti.*
5 *Non procedit, quando ſunt plura capita ſeparata, quia tunc ſuper aliquibus lata aliis omiſſis valet.*
6 *Argumentum de perſonis ad res valet.*
7 *Sententia poteſt reſpectu vnius ferri, & reſpectu alterius differri, quando plures ſimul conueniuntur.*
*Denſiones Papales.*

### DECISIO CCCCLXXXVIII.

CVm Petrus Antonius Buſſus fuerit in deciſione in hac cauſa facta declaratus creditor Michaëlis Confalonerij in ſcutis 1594. otta fuit longa controuerſia ſuper nonnullis partitis, qua pluries propoſita, & dum adhuc durabat deſuper diſputatio, Hieronymus hæres Petri Antonij petiit aduerſarium condemnari in ſumma, quæ non erat controuerſa, & 7. Iulij, quæ fuit Rota Memorialium feci ſuper hoc verbum cum Dominis, qui vtraque parte informante ordinarunt, vt ſuper quantitate liquida condemnarem aduerſarium, & quia dicebat quantitatem liquidam aſcendere ad ſummam ſcutorum 540. tantùm, licèt Buſſus prætenderet multùm excedere, tuli ſententiam, in qua condemnaui Confalonerium ad ſoluendum dictam ſummam liquidam ſcutorum 540. reſeruando iura, ſi quæ competerent Buſſo pro reſiduo, & aliis prætenſionibus, ſed quia ſententia prætendebatur nulla, quia Confalonerius fuerat citatus ad ſententiam pro die 2. iuridica, quæ cadebat ſub die 5. Iulij, & Notarius adnotauerat productionem citationis ſub die 7. eiuſdem, & ſub ea promulgationem ſententiæ, Buſſus adiit Signaturam Sanctiſſimi, & obtinuit, vt reiecta dicta nullitate arbitrio Rotæ procederem ad executionem ſententiæ, & cùm 12. Nouembris propoſuiſſem dubium, an eſſet locus arbitrio, Domini ordinarunt, quòd videretur de bono iure, ſuper quo cauſa iterum propoſita, Rota reſoluit conſtare de bono iure Buſſi, quia de ſuo credito apparet non ſolùm ex libris Petri Antonij per Confalonerium productis, ſed etiam ex diuiſione inter Michaëlem, & Neapolionem. Non obſtat, quòd Buſſus ab initio petierit, tanquàm ſocius, quia poſtea declarauit ſe velle conſequi, tanquam creditorem, & ſtante commiſ-
ſione, in qua † ab initio omne ius ſuum cenſetur dedu- 1
xiſſe, † proſecutio ex vno capite non tollit aliud, vt 2
cenſuit Rota in vna Ceruienſ. bonorum 17. Iunij 1583.
coram bo. me. Cardinali Seraphino, † vbi etiam fuit di- 3
ctum Rotam paſſim ſeruare, vt ille, qui omiſſa vna via
aliam aggreditur, non teneatur ad refectionem expen-
ſarum. [a] Et quòd Buſſus potuerit hoc facere, fuit parti- a
culari deciſione reſolutum. Non obſtat, quòd non potuerit ſuper parte crediti pronunciari, ſed debuerit
† ferri ſententia ſuper toto, *l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſc.* 4
*l. etiam. ff. de minor.* † quia non procedit, quando ſunt 5
plura capitula, tunc enim, cùm cenſeantur tot petitiones, quot capitula, ſententia ſuper aliquibus lata aliis
omiſſis valet, [b] Abb. *in c. cùm inter. ſub nu.23. verſ. ego ca-* b
*piendo*, vbi etiam Felyn. *poſt n.6. verſ. fallit primò. de re iudic.* & dixit Rota in vna Melphienſ. ſpoliorum 11. Octobris 1576. coram Lauretano, † & comprobatur argumen- 6
do de perſonis ad res, *ad l. qui funere ff. de ſtat. hom.* vt
arguit Rota in dicta Melphienſ. Sicut autem † quando 7
plures ſimul conueniuntur, poteſt reſpectu vnius ferri ſententia, & reſpectu alterius differri, *l. non idcircò. in princ.* & ibi Bar. & alij *ff. de iud.* Dec. *conſ.295. numer.1.* Caput. *deciſ.8. nu.1.* ita etiam quando ab vno petuntur plures res, ſeu ſummæ ex diuerſis cauſis. Ex quibus Domini reſoluerunt conſtare de bono iure Buſſi, & eſſe locum arbitrio, & executioni.

### *ANNOTATIO.*

a Seraph. *deciſ.630. num.5.* & dixit etiam Rota coram eodem Sanctiſſimo *ſupra deciſ. 270.*
b Et dixit etiam Rota *deciſ.13. in fine parte 2. in recentior.*
*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Cenſus de Celſis.

*Veneris 17. Decembris 1610.*

## ARGVMENTVM.

Legitimæ supplementum quanto tempore præscribatur, & quando filius sibi præiudicat in dicto supplemento.

### SVMMARIVM.

1 *Legitima supplementum non præsumitur minori spatio 30. annorum iuxta veriorem opinionem à Rota approbatam, & num.23.*

2 *Pro legitima supplemento competit condictio ex lege, & num.24.*

3 *Condictio ex lege requirit præscriptionem 30. annorum.*

4 *Petitio hæreditatis non præscribitur minori spatio 30. annorum.*

5 *Legitima supplementi petitio non præscribitur per quinquennium, sicut querela inofficiosi, & reprobatur Bart. contrarium tenens.*

6 *Querela inofficiosi prodita est ad annullandum testamentum.*

7 *Legitima supplementum tendit ad sustinendum testamentum.*

8 *Legitima supplementum non præscribitur minori spatio 30. annorum non solùm respectu filij, sed etiam respectu hæredis filij, reprobato Angel. & num.10.*

9 *Ius defuncti non mutatur in persona hæredis.*

11 *Legitima præscriptio non currit pro tempore quo ille, qui habet ius legitima, possidet etiam bona, super quibus legitima debetur, & num.25.*

12 *Exceptio est perpetua.*

13 *Præscriptio non currit durante pupillari ætate, sed dormit.*

14 *Præscriptio licèt currat durante minori ætate, tamen datur restitutio in integrum.*

15 *Præscriptio Statutaria non habet locum in actione, quæ competit pro supplemento legitimæ, de quo etiam sub num.26.*

16 *Præscriptio Statutaria non habet locum in actionibus mixtis.*

17 *A dote ad legitimam arguitur.*

18 *Legitima non comprehenditur sub dispositione generali vti speciali nota digna.*

19 *Legitima non venit sub dispositione loquente de præscriptione, quæ habet vim cuiusdam renunciationis.*

40 *Præscriptio non currit cum mala fide.*

21 *In legitima filius sibi non præiudicat iudicium patris agnoscendo in genere, & latè num.28. vbi datur cautela patri, vt possit præiudicare filio in legitima.*

22 *Etiamsi testator dixerit filium debere esse tacitum, & contentum dispositis in testamento.*

## DECISIO CCCCLXXXIX.

RESolutum fuit hæredibus Hortensij de Hortensijs,
1 & litis consortibus non obstare præscriptionem, †
quia supplementum legitimæ non præscribitur minori
2 spatio, quàm triginta annorum,[a] secundú receptiorem,
& veriorem sententiam, quam tenuit Bal. *in l. si quis in suo nu.4. & in l. si quis filium in fin. C. de inoffic. testam. & cons. 25. nu.3. lib.4* Ang. *in l. omnimodo. num.3. C. de inoffic. testam. & in d. l. si quis filium §. sed nos nu.3.* vbi etiã Salyc. *nu.8.* Calder *cons. 17. de testam.* Fulgos. *cons. 83 nu.3* Paul. de Castr. *in d. l. si quis filium num.4. vers. sed est dubium, & cons. 109. nu.2. lib.1.* Alex. *cons. 128 num.10. lib.1.* Ias. qui dicit communem *in d. l. si quis filium. num.5. & 6.* Dec. *cons. 303. num.2. & in fin.* qui dicit communem opinionem, Gozad. *cons. 80. num. 19. vers. quinimò quæritur.* Grat. *cons. 109. nu. 21. lib. 1.* qui de communi, Rip. *in l. fin. num. 235. C. de reuocan. donat.* Soc. iun. *cons. 164. num.3. & sequ. lib. 2.* Tiraquel. *in leg. si vnquam in fin. numer. 312. & 315. Codic. de reuocat. donat.* Natt. *consil. 156. numer. 4.* Boer. *decis. 250. numer. 1. & numer. 3. vers. ideò,* qui dicit communem, & veriorem opinionem, & ab ea non esse in iudicando, & consulendo recedendum, *& consil. 38. numer. 2.* latè Michaël Crass. *in §. legitima quæst. 47. per tot.* vbi plures cumulat, & plures de communi attestantes refert Surd. *consil. 148. sub numer. 13.* quam opinionem secuta est Rota apud Mohed. *decis. 2. de præscript.* & Put. *decis. 127. lib. 2.*
siue enim pro † supplemento competat conditio ex 2
lege, [b] iux. gloss. *in l. omnimodo §. exigere Codic. de inoff.* b
*testament.* † cùm sit personalis, requirit præscriptionem 3
triginta annorum, *leg. 2. Cod. de constitut. pecun. leg. sicut. Cod. de præscript. trigint. vel quadragint. ann. §. 1. Institut. de perpet. & tempor. præscript.* siue vt alij opinantur pro
d. supplemento detur petitio hæreditatis, & † ista etiam 4
non minori temporis spacio præscribitur, *leg. hæreditatis Codic. de petit. hæredit. & leg. licet cum gloss. Cod. de iur.*
*delib.* Et † propterea communiter damnatur sententia 5
Bart. *in dicta leg. si quis filium*, qui voluit ius petendi supplementum legitimæ excludi præscriptione quinquennali, sicut excluditur querela inofficiosi testamenti, cuius loco dicit ius petendi supplementum subrogari, quia tantum abest, quòd petitio supplementi subrogetur loco querelæ, quòd imò fuit inductum ad illam excludendum, & habent inuicem oppositam
naturam, & contrarium effectum operantur, † cùm 6
querela prodita fuerit ad annullandum testamentum, *leg. posthumus §. si quis de inofficioso, & leg. Papinianus §.*
*si ex causa ff. de inoffic. testament.* † supplementum 7
autem legitimæ ad illud sustinendum, *leg. omnimodo Codic. eodem.* vnde inter ea non potest cadere subrogatio, quæ præsupponit eamdem naturam, *leg. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis caut.* Neque facienda est differentia inter filium, & hæredem, quòd respectu
† filij supplementum duret vsque ad 30. annos, re- 8
spectu autem hæredis non, nisi quinquennio, vt voluit Angel. *in leg. Papinianus §. si conditione numer. 3. de inoffic. testament.* quia eum meritò reprobat Ias. *in d. l. si quis filium sub numer. 6.* Et dicit rationem diuersitatis, quam constituit dicendo, quòd si filius tacuit per quinquennium, & mortuus est, intelligitur tacitè renunciasse, secus si viuat, nihil valere, quia si verum est, quòd istud ius duret triginta annis, non potest dici tacitè renunciatum per lapsum quinquennij, & eius mortem. Et ista differentia inter filium, & eius hæredem confun-
ditur per regulam, quòd † ius defuncti non mutatur in 9
persona hæredis, sed est omninò idem, vt per Surd.
*consil. 146. numer. 7.* † & quòd ius petendi supplemen- 10
tum duret vsque ad triginta annos non solùm respectu filij, sed etiam hæredis filij, tradit Bero. *consil. 25. num. 7. lib. 2. & leg. si quis filium*, dum loquitur de silentio quinquennij, intelligenda est de querela, de qua proximè mentionem feci, non autem de iure agendi ad supplementum legitimæ, vt per Paul. de Castr. *consil. 209. numer. 2. lib. 1.* Certum est autem à morte Ioann. Celsi iunioris patris Horatij non intercessisse triginta annos, cùm Ioannes obierit de anno 1563. Horatius autem de anno 1591. cuius Horatij cùm fratres fuerint
hæredes, † non est habenda ratio temporis subsecuti 11
ad complẽdam præscriptionem, quia actio non poterat ab iisdemmet contra se ipsos intentari, & contra bona
ab ipsis possessa, [c] & quod erat in actione, transiuit in c
exceptionem, quæ † perpetua est, *l. licet.* vbi gloss. *Cod. de* 12
*except.* Felyn. *in cap. si autem. num. 6. de rescript.* & in terminis supplementi legitimæ tradit Castr. *cons. 171. nu. 4. lib. 1.* & propterea non refert, quòd lis fuerit cœpta de anno 1604. & à dicto tempore subducendum est non
solùm tempus pupillaris ætatis Horatij, † quo tempore 13
dormiuit præscriptio. *leg. sicut Cod. de præscript. trigint.*
*vel*

*vel quadragint. ann.* Surd. *decis.* 4. *num.* 1. Paleot. *decis.*
150. Sed etiam † tempus minoris ætatis, quia licèt tunc
concurrerit tempus, attamen datur restitutio in inte-
grum, *leg. fin. Cod. quibus ex caus. restit. non sit necess.* gloss.
Bart. & alij *in d. l. sicut.* Odd. *de restitut. in integr. quæst.*
d 90. *numer.* 1. Præscriptio Statutaria non intrat, [d] quia
quicquid dicat Bouius in declaratione dicti Statuti,
15 † non habet locum in actione, quæ competit pro sup-
plemento legitimæ, vt per Corn. *consil.* 164. *numer.* 2.
*lib.* 1. quia cùm pro ea competat petitio hæreditatis, quæ
16 est mixta, † non intrat præscriptio Statutaria, vt per
Corn. *ibi*, & quòd Statutum non habeat locum in
actionibus mixtis, latè probat Gabr. *cons.* 8. *numer.* 14.
*cum pluribus seqq. lib.* 1. & facit, quia, cùm Statutum ex-
cipiat casum dotis, censetur etiam excipere casum legi-
17 timæ, cùm † à dote ad legitimam arguatur, *l. quoniam
nouella. Codic. de inoffic. testament.* Bero. qui alios allegat
*consil.* 25 *n.* 3. *lib.* 2. & par sit vtriusque fauor, Bald. *in l.
cum oportet §. cùm autem ad fin. Cod. de bon. quæ lib.* Facit
etiam ratio generalis hîc considerata per informantes,
18 quòd † dispositio generalis regulariter non compre-
hendat legitimam tamquam speciali nota dignam, &
magis in specie, quòd sicut in renunciatione generali
non venit legitima, neque eius supplementum, vt infra
19 dicetur, † ita nec etiam in præscriptione, quæ vim re-
nunciationis habet, Bald *consil.* 315. *numer.* 1. *circa medi.
vers. item liberatio lib.* 3. Franc. Bald. *de præscript. part.* 1.
*§. quinto principaliter. numer.* 6. His accedit, quòd cùm
fratres optimè scirent legitimam esse Horatio debitam,
quia cùm illi met eam petiissent, ex eius persona coram
Senatore, non poterant bonam fidem habere, & conse-
20 quenter eam præscribere, cùm nulla † præscriptio ad-
mittatur cum mala fide, vt in terminis nostris consi-
derat Corn. *consil.* 265. *numer.* 11. *lib.* 3. Neque tandem
nocet, quòd per informantes pro Isabella dicatur Ho-
ratium acquieuisse dispositioni paternæ, & renunciasse
supplemento legitimæ acceptando annua septingenta,
nam vltrà quòd hoc non videtur percutere dubium
præsens præscriptionis, nec videtur satis legitimè pro-
21 bata acceptatio, respondetur, quòd filius iudicium † pa-
tris agnoscendo in genere & simpliciter non sibi præ-
e iudicet quoad supplementum legitimæ, [e] quia de eo
specialis mentio fieri debet, *leg. si quando §. generaliter
Cod. de inoffic. testam.* Bal. *in consil.* 375. *numer.* 1. *lib.* 1. An-
char. *consil.* 152. *numer.* 7. *in fin. & seq.* Fulgos. *consil.* 83.
*num.* 2. Alex. *consil.* 8. *num.* 15. *& infra lib.* 3. Ruyn. *cons.*
57. *num.* 9. *lib.* 2. Natt. *consil.* 255. *numer.* 3. Bero. *cons.* 95.
*numer.* 59. *& seq. lib.* 2. Rol. *consil.* 26. *numer.* 22. *lib.* 3.
22 quod locum habet etiam, † si testator dixerit filium de-
bere esse tacitum, & contentum, tunc enim etiam sim-
pliciter agnoscendo relictum, non intelligitur renun-
ciasse iuri competenti ad supplementum, nisi hoc in
specie dixerit, Corn. *consil.* 42. *numer.* 4. *& cons.* 290. *nu.* 3.
*lib.* 1. Cæphal. *cons.* 42. *numer.* 4. *& cons.* 565. *num.* 12. plenè
Illustrissimus Mantic. qui probat contrarium sentien-
tes *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 3. *cum pluri-
bus sequen.* sequuntur moderni de fideicommissis *art.*
36. *num.* 93 *cum pluribus seqq.* & fuit aliàs decisum co-
ram R.P.D. meo Marquemontio in Romana Palatij
dell' Aquila 2. Decembris 1609. Ex quibus conclusum
fuit vnanimi consensu non obstare præscriptionem.

### *ANNOTATIO.*

23 a Et quòd † Rota sequatur hanc opinionem reiecta opi-
nione Bart. contraria, fuit dictum in Romana legitimæ
17. Maij 1613. coram R.P.D. Caualerio, & vltra allegatos
in hac decis. tenet etiam Marc. Anton. Cucch. *in tract. de
legit. sub cap. quod legitima nullum grauamen admittit nu.* 94.
*& seq. fol. mihi* 132.
24 b Rota † sequitur opinionem, quòd supplementum legiti-
*Decisiones Papales.*
mæ pretatur actione personali ex lege, vt *in decis.* 60. *n.* 6.
*& 7.* inter impress. penes Pacific. *de Saluian. iuxta nouam
impressionem*, quam opinionem etiam tenet Peregr. *de fi-
deicomm. art.* 36. *num.* 153.
c Et quòd † quando quis est possessor bonorum super qui-
bus competit detractio legitimæ pro eo tempore non 25
posiit currere præscriptio aduersus seipsum, Menoch.
*consil.* 1019. *num.* 4. *& 5.* plenè Gratian. *discept. foren. c.* 602.
*num.* 3. *& seq.* & dixit Rota in Romana hæreditatis de
Valle 26. Februarij 1601. coram Cardinali Millino.
d Contrariam † opinionem, quòd scilicet, Statutum Vrbis
de præscriptione 16. annorum excludat filium à petitio- 26
ne legitimæ, tenet Marescot. alios referens *var. lib.* 2. *cap.*
67. *num.* 17. sed contrarium tenet Rota in hac decisione
quod idem tenuit Rota in Romana legitimæ 17. Iunij
1613. coram R.P.D. Caualerio, vbi in terminis Statuti
Vrbis fuit dictum legitimam non præscribi minori spa-
tio 30. annorum.
e Filius † adiens hæreditatem paternam vigore testamenti
in quo est expressè prohibita detractio legitimæ sibi oon 27
præiudicat in legitima iuxta opinionem pluries à Rota
approbatam, Rot. *decis.* 200. *n.* 5 *& decis.* 206. *n.* 4. 5. *& 6. &
decis.* 449. *n.* 3. *& 4. & decis.* 979. *n.* 8. *& decis.* 653. *n.* 9. *part.* 1. *in
recent.* & fuit dictum in Foroliuiens. Fideicommissi 9.
Maij 1612. coram R.P.D. Pamphilio, in quibus omnibus
decisionibus redditur ea ratio, quia legitima requirit
specificam, & indiuiduam derogationem. Et vt filius pos-
sit legitima grauari adeò quòd adeundo hæreditatem si-
bi præiudicet, datur cautela, quòd pater in testamento
disponat, quod casu quo filius nolit dicto oneri, & gra-
uamini consentire, censeatur tantum in legitima institu-
tus, tuoc enim si filius adeat simpliciter hæreditatem,
censetur dicto oneri consentire, & sibi in legitimæ de-
tractione præiudicat, benè Rota *d. decis.* 653. *n.* 13. *& etiam
d. decis.* 206. *n.* 4. *& decis.* 479. *n.* 8. *part* 1. *in recent.* non tamen
sufficeret, si testator dixisset, quòd aliàs filius censeretur
omni commodo testamenti priuatus, Rota *d. decis.* 206. *sub
n.* 4. Et in casu, in quo pater grauat filium in legitima non
vtendo d. cautela, non tenetur filius fructus ex tota hæ-
reditate perceptos in legitimam imputare, vt in his ter-
minis considerauit Rota *in d. decis.* 653. *propè finem.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Namariens. Canonicatus.

*Lunæ 20. Decembris 1610.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de iustificatione valoris Beneficij, & an pensio temporalis diminuat valorem, & alia de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Obtenta non est necesse iustificare quando quis est paratus illa dimittere.*
2 *Obtentorum valor iustificatur ex tali quali probatione.*
3 *De valore beneficij ad effectum regulæ non deducitur pensio temporalis, sicut nec etiam ad effectum expeditionis litterarum Apostolicarum, & num. 9. vbi secus dicitur de pensione perpetua.*
4 *Distributiones quotidianæ computantur in valore ad effectum, vt sit necessaria prouisio Apostolica, & non intret indultum conferendi.*
5 *Taxa non excusat à mala expressione valoris quando non fuit narratus secundùm communem æstimationem. A valoris mala expressione quæ excusent, & nu.* 10.
6 *Clericatus probatur ex literis Ordinarij.*
7 *Narratiua est iustificanda, etiam si consistat in mera negatiua.*
8 *Literis non expeditis si possessio apprehendatur, dicitur possessio nullo titulo, aut iuris adminicul. suffulta, sed temeritate propria quis dicitur possessionem accepisse.*

## DECISIO CCCCXC.

ROta censuit gratiam Martini esse iustificatam in
omnibus, præterquam quoad narratiuam, quòd
Guarinus non obtinuerit nouam prouisionem à Papa,
iux.decrètum appositum in prouisione Ordinarij. Nam
quoad obtentum, quod est incompatibile eum Cano-
1 nicatu, & Martinus † est paratus dimittere, non est ne-
a cessaria iustificatio, [a] Rota *decis.20.in princ.de praben.in*
*nouis*, fuit dictum in Iancens. Vicariæ vlt. Ianuarij 1590.
coram Illustrissimo Cardinali Platto, & in Ciuitatens.
Scholastriæ 24. Maij 1597. coram bon.mem. Cardinali
Pamphilio, eius tamen valor fuit expressus, in quo
2 sufficit † qualis qualis probatio, Ægid. *decis.* 683. Quòd
fructus excederent ducat. 24. manifestè probatur ex eo,
quòd super beneficio reperiebatur imposita annua pen-
sio ducat. 30. & expressio non potest censeri facta de-
3 ducto onere pensionis, quia de † valore beneficij ad ef-
b fectum regulæ non deducitur pensio temporalis, [b] Pe-
regr. *decis.*183.*lib.*2. & multò minus ad effectum expe-
ditionis literarum Apostolicarum, quatenus beneficium
non excedat ducat. 24. iux. formam indulti, vt per Cæ-
sar. de Grass. *decis.7.de praben.* & coadiuuatur excessus
ex abundanti ex depositionibus plurium testium, con-
fessionibus, & adminiculis latè deductis per informan-
tes pro Martino. Nec releuat, quod dicitur pensionem
potuisse esse impositam etiam super distributionibus
4 quotidianis, quia † pro statuendo valore ad effectum, vt
sit necessaria prouisio Apostolica, habetur ratio distri-
c butionū, & quorumcumque emolumentorum, [c] Cæsar
5 de Grass. *d.decis.*7. quicquid sit ad effectum regulæ. † Et
d taxa non excusat à mala expressione valoris, [d] quando
fuit narratus secundùm communem æstimationem, Ro-
ta *decis.42.de rescript.in antiq.* Cassad. *decis.*19.*in fin.super*
6 *reg.* Clericatus † Martini probatur ex literis sui Ordi-
narij, Gram. *decis.*81.*n.*1. Quòd obtineret Cappellaniam,
probatur per instrumentum admissionis ad ipsam. Pro-
uisio Guarini eum decreto de literis expediendis infra
quatuor menses, quatenus Canonicatus excederet va-
lorem 24. patet ex instrumento suæ prouisionis. Ex
quibus fuit conclusum gratiam esse iustificatam in om-
nibus, præterquàm quoad narratiuam non expeditionis
7 literarum Apostolicarum, † quæ tamen iustificari de-
ber, licèt consistat in mera negatiua, ex latè deductis in
Burgens. Canonicatus 6. Maij 1606. coram me. qua nar-
8 ratiua iustificata erit etiam iustificata altera, † quòd Gua-
rinus nullo alio titulo, aut iuris adminiculo, sed temeri-
tate propria possessionem occupauerit, iuxta tradita in
Placent. Parochialis de Malpartida 1585. coram bo.me.
Cardinali Pamphilio.

### *ANNOTATIO.*

9 a De quo † vide *supra ad decis.*84.

10 b Onus † temporale, puta, pensio non diminuit valorem beneficij ad effectum regulæ de valore, Put.*dec.*201.*lib.*3. vbi regulam illam, quòd fructus intelliguntur, deductis omnibus oneribus, declarat procedere in oneribus perpetuis, non autem temporalibus, Rota *decis.* 185. *nu.* 4. *part.3.lib.3.diu.* Gonzal *super regul.8.glos.5.§.5.nu.*21. Garz. *de benefic.part.5.cap.3.n.*171.172. & 173. qui dicit aliud esse dicendum, in pensione perpetua quæ benè diminuit valorem beneficij.

11 c Quod idem etiam tenet Garz. † *de benefic.part.*11.*cap.5. n.* 321. sed ab hac opinione recessit Rota infra coram eodem Sanctissimo *decis.*540.

12 d Ad † excusandum à mala expressione valoris Rota solet tria requirere: Primò similem expressionem prædecessorum. Secundò arrendamenta. Tertiò publicam vocem, & famam, Sarnens. *super d.reg.q.*11. *vers.finem vers.sed considerandum.* Rota *decis.*116. *num* 3. *part.*2. *diuers.* & *decis.* 185.*n.*2 *part.3.lib.3.diuers.* Et Rota penes Verall. *decis.*78.*n.* 1.*part.*2.& *decis.*49.*part.*3. dixit sufficere tria arrendaméta prædecessorum cum testibus de publica voce, & fama.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Fanens. Saluiani Interdicti.

*Veneris* 14. *Ianuarij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Ægidiana habet locum in iudicio Saluiani quod datur etiam contra tertiū possessorem. Et de requisitis in Saluiano. Confessio dotis receptæ quando probet veram dotem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ægidiana est locus, quando sententia est lata in remedio Saluiani.*
2 *Saluianum non admittit appellationem de iure Ciuili.*
3 *Ægidiana sublato impedimento iuris Canonici reducitur ad ius Ciuile.*
4 *Saluianum vti personale in rem scriptum datur contra tertium possessorem.*
5 *Ægidiana vt sit locus, requiritur, quòd sententia sit iusta.*
6 *Saluiani requisita sunt, creditum cum hypotheca, possessio debitoris, & possessio eius, contra quem dirigitur Saluianum.*
7 *Dotis receptio probatur ex confessione de recepto, qua stante precedenti promissione praeiudicat non solùm confitenti, sed etiam creditoribus, & tertiis, & n.*12.
8 *Donatio propter nuptias non subiacet solemnitatibus requisitis ex statuto in contractibus donationis, quod limitatur sub nu.*13.
9 *Saluianum non admittit exceptiones respicientes nullitatem contractus.*
10 *Constitutum probat possessionem constituentis contra habentes ab eo causam.*
11 *Possessio partis aduersa probatur per sustentationem litis.*

## DECISIO CCCCXCI.

FVit conclosum esse locum Ægidianæ, † qoia sen- 1
tentia lata est in remedio vtilis Saluiaoi, Caputaq.
*decis.* 106. & 141. *par.*3. & fuit latè deductum in Ro-
mana Saluiani Interdicti 26. Nouembris 1605. coram
R. P. D. meo Manzanedo, cùm enim de iure ciuili, † 2
non detur appellatio in Saluiano, [a] Bart. *in l.*1. *num.* a
4. *ff. de Salu. Interd.* Salyc. *in l.* 1. *num.* 6. *in fin. C. eod-*
*tit.* Alex. *cons.* 73. *sub num.* 11. *lib.* 5. Idem est dicen-
dum in terminis Ægidianæ, [b] quæ sublato † impedi- b
mento iuris canonici reducit ad ius ciuile, vt latè per 3
Contard. *in l.vnic. Cod.de momen.possess.in q.*1.*super Ægi-*
*diana*, & ita in terminis Saluiani, arguit Rota in vna Ro-
mana Saluiani interdicti 26. Aprilis 1591. coram Gipsio.
† Et remedium Saluiani, vti personale in rem scriptum 4
redditur contra quemlibet tertium possessorem, Signo-
rol. *cons.4 sub nu.*7. Rol. *cons.*14.*in princ. lib.* 1. latè Me-
nocb. *de adipiscen.remed.3.quæst.7.num.*55.& *seqq.* fuit di-
ctum in vna Romana damnorum, & interesse 11. Fe-
bruarij 1591. coram bo. me. Cardinali Seraphino, & in
voa Romana Saluiani Interdicti 25. Iunij 1599. coram
R.P.D. meo Decano, & passim seruat Rota. Quoniam
autem ad effectum, vt sit locus † Ægidianæ requiritur 5
quòd sententia sit iusta, vt fuit dictum in vna Fauentina
spolij 31. Martij 1579. coram Cardinali Seraphino. Iusti-
tia sententiæ, de qua agitur, apparet, qua fuerunt pro-
bata † omnia requisita in Saluiano, quæ sunt, creditum 6
cum hypotheca, possessio debitoris tempore hypothe-
cæ, vel post, & possessio eius, eootra quem dirigitur Sal-
uianum de tempore litis, Rol. *d.cons.*14.*n.*13. fuit dictum
in vna Romana Saluiani Interdicti 22. Maij 1599. co-
ram R.P.D. meo Decano, & in vna Romana Domorum
in Burgo

in Burgo 24. Maij 1602. coram R. P. D. meo Lancellot-
to, & sæpè in aliis. Creditum Dorotheæ cum hypothe-
ca constat ex instrumentis fidentiarum, & sponsalitiæ
largitatis, cum confessione Antonij de dote recepta,
7 † quæ confessio propter præcedentem promissionem,
non solùm præiudicat Antonio, & eius hæredibus, *l. in
contractibus* §. *sed quoniam*, vbi Cin. & alij *C. de non num.
pecun.* latè Gabr. *de iure dot. cõclus.* 4. *num.* 1. Menoch. *præs.*
12. *num.* 53. *lib.* 3. sed etiam creditoribus, & tertiis qui-
c buscunque, [c] Paul. de Cast. *in l.* 1. *circa fin. vers. quartus
est. ff. sol. matr.* Rub. *cons.* 78. *num.* 10. *post med. vers. & vbi
promissio.* Afflict. *decis.* 402. *n.* 9. *vers. sed in contrarium, &
num. seqq.* Boer. *in sing. in ver. confessio.* Loffr. *cons.* 22. *col.*
1. *vers. nec obstat, quod dicit.* Cæph. *cons.* 239. *in fin.* Rol.
post multos, quos allegat *cons.* 20. *num.* 18. *lib.* 4. Gabr.
*cons.* 163. *nu.* 10. *& seq. lib.* 2. Et ab ista opinione non esse
recedendum, neque in cõsulendo, neque in iudicando,
dicit Soc. *in d. l.* 1. *num.* 95. *ff. solut. matr.* & communem
dicit Valasc. *decis. Lusit.* 6. *num.* 11. *&* 12. quam etiã com-
munem nuncupanit Rota apud Paleot. *decis.* 131. *Illu-
strissima Isabella*, & sequuta est in vna Romana Dotis
21. Iunij 1599. coram Illustrissimo Cardinali Millino,
& in vna Camerinens. prætensæ dotis 12. Nouembris
8 eiusdem anni coram bo. me. Litta. † Nec potest agi de
nullitate donationis ob non seruatas solemnitates Sta-
d tuti, cùm sit facta ob futuras nuptias, [d] Caput. *decis.* 119.
*par.* 3. & fuit dictum in supra allegata Romana Dotis.
9 Vltra, quòd huiusmodi nullitates non † essent admit-
tendæ ad retardãdam immissionem in Saluiano, vt dixit
Rota de nullitate cessionis in vna Romana Saluiani In-
terdicti 18. Maij 1598. coram Orano. Possessio mariti
bonorum, de quibus agitur, probatur per instrumen-
10 tum venditiõnis cum constituto, quod † probat posses-
sionem constituentis contra habentes ab eo causam,
Ruyn. *cons.* 169. *in fin. lib.* 1. Grat. *cons.* 42. *num.* 12. *&* 13.
*lib.* 2. Natt. *cons.* 439. *n.* 3. Tiraq. *de iure const. par.* 3. *limit.* 1.
*num.* 11. *in fin. & num.* 23. vbi alios allegat, & dixit Rota
in vna Sabineñ. Castri Vaccunis 9. Decembris 1589. re-
lata *inter diuers. dec.* 776. *part.* 1. & in istis terminis in vna
Imol. Saluiani Interdicti 5. Decẽbris 1601. coram R. P.
D. meo Lancellotto, & in vna Romana Saluiani Inter-
dicti 11. Ianuarij 1602. coram bo. me. Cardinali Seraphi-
11 no: Possessio autem aduersariorum † de præsenti proba-
tur per sustentationem litis, vt fuit dictum in Romana
Saluiani Interdicti 11. Ianuarij 1602. coram Cardinali
Seraphino, & in alia Romana Saluiani Interdicti 31.
Maij eiusdem coram bo. me. Iusto, præsertim iunctis
adminiculis, vt in d. Romana domorum in Burgo.

### *ANNOTATIO.*

a Plenè Pacif. *de Saluian. inspect.* 4. *cap.* 2. *per totum.*

b Ægidiana habet locum in quocunque possessorio, & in specie in iudicio Saluiani, ad quod plurimas Rotæ decisiones cumulat Pacif. *d. cap.* 2. *num.* 11. *&* 35.

12 c Quòd † confessio dotis receptæ probet veram numera-
tionem, quando constat de promissione præcedenti, fir-
mauit Rota supra coram eodem Sanctissimo *decis.* 62. *num.*
6. *& decis.* 124. *num* 3. *par.* 2. *in recent.* Seraph. *decis.* 678. *n.* 10.
& in Perusina Dotis 9 Iunij 1614. coram R. P. D. Vbaldo,
vbi dicitur fuisse sæpè in aliis causis resolutum, Surd.
*cons.* 117. *num.* 23. Gratian. *decis. Marchiæ* 103. *num.* 8. qui
alios referunt.

13 d Rota † *decis.* 107. *sub num.* 2. inter impres. penes Cinc. *de
Censibus.* Seraph. *decis.* 181. *num.* 10. quod tamen procedit,
quando donatio habet in se necessitatem, vel continet
commodũ donantis, aliàs etiam si sit facta propter nup-
tias subiacet Statuto Vrbis, Rot. penes Picum *ad Statut.
Vrbis decis.* 22. prout in simili, quòd donatio facta ex causa
dotis subiaceat solemnitatibus Statuti, quando est merè
voluntaria, & non est facta ab eo, qui tenetur dotare, Ro-
ta *decis.* 114. *sub num.* 1. inter impress. penes Pacif. *de Sal-
uian. iuxta nouam impressionem*, & fuit etiam dictum
*Decisiones Papales.*

in Romana rescissionis contractus 9. Decembris 1608. & 17. Iunij 1609. coram R. P. D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domorum.

*Mercurij 19. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de oblationibus factis pro redimenda re vendita cum pacto de retrouendendo.

### *SVMMARIVM.*

1 *Duæ conformes inter ciues, & incolas habent vim trium ex dispositione Statuti.*
2 *De re iudicata constat, quando à sententia non fuit appellatum.*
3 *Res iudicata imponit finem liti, & aduersus illam quis non est audiendus.*
4 *Rei iudicatæ non præiudicat Commissio causæ in Rota, quando habet clausulam,* prout de iure.
5 *Nullitates, quæ non sunt de tribus, reijciuntur ex Constitutione Pij IV. & Clemen. VIII.*
6 *Retrouendendi termino iam lapso oblationes amplius non suffragantur.*
7 *Ablatiuum absolutum importat conditionem.*
8 *Conditio debet impleri in forma specifica.*
9 *Oblatio verbalis non sufficit stante clausula, refectis* expensis.
10 *Retrouendendi pactum facit, vt res minus censeatur vendita, & censetur pars pretij.*
11 *Onerosa causa magis suffragatur, quàm lucratiua.*
12 *Onerosa causa est fauorabilior.*
13 *Correspectiuitas non inducitur ex actu incontinenti facto, quando adest diuersitas causæ.*
14 *Oblatio, quæ non est pura, sed conditionalis non suffragatur.*
15 *Procedit etiam in oblatione reali cum deposito.*
16 *Oblatio requirit citationem, quæ etiam debet esse specialis, & generalis non sufficeret.*
17 *Oblatio fieri potest non solùm vltima die termini, sed etiam vltimo momento.*
18 *Non procedit, quando post illum actum remaneret aliquid faciendum, quod non posset intra terminum expediri.*
19 *Oblatio censetur facta ad deludendum, quando offerens postea semper tacuit.*
20 *Mandatum speciale non requiritur ad constituendum in mora.*

### DECISIO CCCCXCII.

COnstat de re iudicata non solùm propter duas
conformes, † quæ inter ciues, & incolas habent 1
vim trium ex dispositione Statuti Vrbis *lib.* 1. *c.* 178. † sed 2
etiam quia à secunda sententia non fuit appellatum,
*Authen. hodie. C. de appell. c. quoad consultationem. de re iu-
dicata.* Contra quam rem † iudicatam Flaminia, & litis 3
consortes non sunt ampliùs audiendi, *l. cùm quæritur,
cum duabus seqq. de re iudic.* † Et rei iudicatæ non præ- 4
iudicat commissio causæ in Rota, cùm habeat clausu-
lam (*prout de iure*) *l. fin. C. quæ sent. rescin. non potest. cap.
exhibita. de arbitr. l. causas,* vbi Alex. *num.* 3. Ias. *num.* 6.
*& seqq.* Curt. iun. *num.* 7. *C. de transact.* Alex. *cons.* 36. *num.*
10. *lib.* 6. Non obstant nullitates adductæ contra sen-
tentias; † quia vltra quòd nõ sunt de tribus, & per con- 5
sequens reiectæ per Constit. Pij IV. & Clemen. VIII.
visæ fuerunt etiam Dominis multùm turbidæ, placue-
rúntq; responsiones datæ per informantes. Non obstãt,
quæ pro iniustitia sententiarum deducuntur ex obli-

gationibus factis pro redimendis domibus in vim pa-
6 cti, nam omissa tertia, & aliis vlterioribus, † quæ nullo
modo releuare possunt tamquam factæ post lapsum
a tempus datum ad redimendum, [a] Cagnol. *in l. 2. sub*
*num. 11. C. de pact. inter empt. & vendit.* Gozad. *consil.* 49.
*nu.* 59. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 2. *nu.* 43. Præ-
sertim stante pacto resolutiuo, quòd elapso quinquen-
nio, & non facta redemptione, promissio & conuentio
cessset, imò pro nulla, & non facta habeatur, & Iacobus
non teneatur ad aliquam retrouenditionem. Prima
oblatio facta sub die 24. Maij 1600. quæ erat penulti-
ma dies termini præfixi ad redemptionem, neque etiam
ipsa obstat, quia quicquid sit de illa opinione Io. Andr.
& aliorum tenentium oblationem verbalem admitti in
pacto de retrouendendo, cuius tamen contrarium te-
nuit Anchar. *cons.* 331. *sub num.* 1. & alij adducti, Do-
mini dixerunt non applicari casui, de quo agitur, cùm
in pacto conuentum sit expressè, vt in casu retrouendi-
tionis restituatur integrum pretium scutorum 1700. in
moneta argentea, ex latè deductis per Dec. *cons.* 10. *n.* 89.
*vers. non obstat vltimò. cum seqq. lib.* 1. Quod magis sua-
7 dent verba illa pacti (*restituatur*) † cùm illud ablatiuum
absolutum conditionem importet, *l. si debitor §. 1. ff.*
*quib. mod. pig. vel hypot. solu.* Bart. *leg.* 1. *in* 3. *quæst. ff. de con-*
8 *dit. & demonstr.* † quæ impleri debet in forma specifica,
& non per æquipollens, *l. qui here*[illegible], *& l. Maeuius ff. de*
*condit. & demonstr.* Ruyn. *consil.* 110. *nu.* 10. *lib.* 3. cum cu-
mulatis per Surd. *cons.* 186. *num.* 19. Facit, quod dicitur
9 de clausula † (*refectis expensis*) in commissione posità,
b quæ non admittit oblationem, [b] Put. *decis.* 119. *in fin.*
*lib.* 1. tenuit Rota in vna Romana legitimæ coram Ro-
busterio 16. Martij 1587. & in vna Romana rescissio-
nis contractos 30. Octobris 1602. coram bo. me. Car-
dinali Pamphilio, & sæpissimè in aliis. Videbatur etiam
Dominis consideratione dignum, quòd pactum de re-
trouendendo factum fuit non in ipso contractu vendi-
tionis, neque in eodem instrumento, sed in instrumento
separato in alio loco, & coram aliis testibus, & ex mera
liberalitate emptoris ad faciendum, vt dicitur in in-
strumento, rem gratam creditori: Vnde quicquid sit,
quando est positum in instrumento venditionis ex
conuentione inita cum venditore, qui aliàs non fuisset
10 venditurus, † quo casu res censetur minus vendita
propter dictum pactum. Soc. *consil.* 288. *in fin. lib.* 2. Dec.
*cons.* 308. *num.* 3 Ruyn. *cons.* 66 *post num.* 9. *lib.* 4. Et pa-
ctum habetur ex causa onerosa, & vti pars pretij. Ruyn.
*ibi.* Rol. *cons.* 96. *num.* 41. *lib.* 2. Cæph. *consil.* 370 *num.* 95.
c [c] de illo casu ad casum istum, in quo pactum venit ex
11 sola liberalitate emptoris, inferri non potest, † quia
agenti ex causa onerosa magis succurritur, quàm ex lu-
cratiua, ad notata per Ias. *in l. item quæ. sub nu.* 1. *vers.* 2.
12 *limita. ff. de pact.* † & causa onerosa est fauorabilior, *l. scië-*
*dum. cum ibi not. ff. ex quib. caus. maior.* Hond. *cons.* 34. *nu.*
18. *lib.* 1. Neque potest dici pactum retrouendendi esse
correspectiuum ad venditionem prius factam, ex eo,
quòd instrumenta sunt eadem die celebrata, quia cùm
procedat à mera liberalitate, quæ omnem aliam cau-
13 sam excludit, & sic non à causa venditionis, † vbi est di-
uersitas causæ temporis vicinitas non inducit correspe-
ctiuitatem, Put. *decis.* 214. *num.* 5. *& seqq. &* 490. *sub num.*
14 2. *lib.* 2. Accedit, quòd oblatio prædicta non est pura, †
cùm non interpellet solum pro pretio recipiendo, sed
etiam pro docendo de solutione pecuniarum asserta-
rum in venditione, calculando, & aliis, vnde non rele-
uat, Grat. *cons.* 91. *num.* 7. 8. *lib.* 1. Gabr. *de solut. concl.* 8. *n.*
15 4. quod † etiam habet locum in oblatione reali cum
deposito, Bart. *in l. solutum. num.* 5. *ff. de solut.* Bald. *in l. ac-*
*ceptam. n.* 24. *in fin.* vbi etiam Paul. de Castr. *num.* 12. *C. de*
*vsur.* Gabr. *cons.* 57. *num.* 6. *lib.* 1. fuit dictum in vna Bo-
nonien. damnorum, & interesse 16. Iunij 1578. coram
Lauretano, & in aliis. Et tantò magis, quia prædictæ con-
uentiones respiciunt instrumentum venditionis, cum
quo nihil habet commune pactum de retrouendendo
in instrumento, vt dictum est, separatè positum. Ex alio
etiam non suffragatur prædicta oblatio, quia citatio, † 16
quæ requiritur in oblatione, Tiraq. *de retract. lignag.* §.
8. *glos.* 2. *nu.* 1. debet esse specialis pro dicta causa, ita vt
generalis nullo modo admittatur, latè Tiraquel. *ibi nu.*
3. *cum nonnullis seqq.* Citatio autem facta per partem ad-
uersam fuit solùm ad dicendum contra iura, videndo
fieri protestationem, & interpellationē. Nec facit, quòd
in termino citationis pars interpellauerit, & obtulerit,
quia interpellatio, & oblatio non subsistit, cùm non
fuerit facta parte præsente, nec præcedente legitima
citatione. Additur, quòd † licèt oblatio possit fieri 17
non solùm vltima die, sed etiam vltimo momento, vt
per Tiraq. *d. glos.* 2. *sub num.* 2. [d] attamen hoc verum, ni- d
si † post illum actum remaneret aliquid faciēdum, quòd 18
non posset intra terminum expediri, idem Tiraq. *de re-*
*tract. convent.* §. 1. *glos.* 7. *n.* 4. *in fin.* In casu autem, de quo
agitur, fuit in penultima die non solùm interpellatum
pro pretio recipiendo, sed etiam pro docendo de solu-
tione pecuniarum, & de calculando, quæ omnia sine
dubio non poterant intra dictum angustum termi-
num expediri. Quæ ratio vltra superiùs adducta à for-
tiori concludit in secunda oblatione, quæ facta fuit die
26. quatenus possit dici facta in termino; tantò magis
quia post huiusmodi oblationes aduersarij siluerunt per
triennium, & vltra: Ex quo apparet oblationes factas
fuisse ad deludendum emptorem, iux. tradita per Tiraq.
*de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 2. *num.* 7. Accedit, quòd non
solùm non constat de aliqua recusatione Virginiæ, &
litis consortium, sed neque de ea suspicari potuerunt,
quia citata ad recipiendum, & retrouendendum non
recusauit, nec dixit nolle facere, sed potiùs ostendit se
paratam. Nec facit, quòd de non sufficienti mandato
procuratoris ad istum actum opponatur, eo quia requi-
ratur speciale, nam vltra quòd hoc censeri debet fa-
ctum de ordine, & communicatione principalis, † suf- 19
ficere debet saltem ad constituendum Citos in mora,
ad quod non requiratur speciale mandatum, *ad l. si quis*
*solutione* §. 1. *ff. de vsur.* ex traditis per Fel. *in cap. cùm M.*
*Ferrariensis. num.* 45. vbi etiam Rip. *num.* 141. *de Constit.*
Io. Bolog. *in l. non solum* §. *morte. num.* 237. *ff. de nou. oper.*
*nunciat.* & fuit dictum in Reatina Castri Portæ 29. Maij
1589. coram Illustrissimo Cardinali Platto, & ad magis
ostendendum, quòd pars volebat illudere empto-
rem.

*ANNOTATIO.*

a Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 31. *à nu.* 34. *vsque ad* 41. cum aliis plenè cumulatis per Gratian *discept. forens. cap.* 786. *num.* 29. *&* 30. vbi facit mentionem de hac decisione.

b Et dixit Rota in Pampilonen. Beneficij coram bo. me. Cardinali Blanchetto impressa penès Marches. *de com. tom.* 1. *fol.* 432. & plures alias decisiones Rotæ cumulat Marta *de clausf. p.* 1. *claus.* 134. Gratian. *discep. forens. d. c.* 786. *num.* 16. & an sufficiat depositum vnius Iulij cum obligatione de restituendo residuum, dixi *infra ad dec.* 503.

c Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 69. *cum seq.* Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. cum aliis cumulatis per Gratian. *d. cap.* 786. *num.* 17.

d Cassan. *consil.* 41. *in fine.* Gratian. *d. cap.* 786. *num.* 26. vbi *sub num.* 27. limitat hoc non procedere, quando post illum actum remaneret aliquid faciendum, quod non posset ampliùs in fine dicti termini expediri, prout etiam declarauit Rota in hac decisione *num.* 13.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsaraugustana dedicationis.

*Lunæ* 24. *Ianuarij* 1611.

ARGV

ARGVMENTVM.

Poteſt Eccleſia, quæ olim fuit Cathedralis, celebrare feſtum dedicationis dictæ Eccleſiæ, nec poteſt impediri per Eccleſiam Cathedralem.

*SVMMARIVM.*

1 *Prohibitio implicita ſufficit ad acquirendum quaſi poſſeſſionem priuatiuè.*
2 *Poſſeſſiones plures eiuſdem rei, & iuris, quando reſpiciunt diuerſos effectus, ſunt compatibiles.*
3 *Eccleſia, quæ olim fuit Cathedralis, an poſſit conſeruare prærogatiuam antiquæ Cathedralitatis.*
4 *Poſſeſſio cenſetur ſecuta eo nomine, quo fieri poteſt.*
5 *Actus cenſetur factus eo nomine, vt legitimus cenſeatur.*
6 *Cathedralis Eccleſia poteſt etiam eſſe Parochialis.*
7 *Dedicationis feſtum qualibet Eccleſia celebrare poteſt, & iſtud feſtum præfertur alijs ſolemnitatibus, & num. 7.*

DECISIO CCCCXCIII.

DOmini ſteterunt in deciſis rationibus, de quibus
in deciſione. Non obſtat., quod obiicitur teſtes
fuiſſe examinatos, & iura compulſata extra terminum;
hoc enim ex facto tollitur, quia licèt Nuncius dederit
terminum 40. dierum, attamen illum ſtatim prorogauit
ad alios 40. & iſte terminus ita prorogatus 80. dierum
incipiebat die 16. Decẽbris, & currebat vſque ad diem
4. Martij incluſiuè, teſtes autem omnes iurauerunt de
menſe Februarij vno excepto, qui iurauit die 3. Martij,
& compulſatio ſcripturarum cœpta die 1. Martij conſumata
fuit, & perfecta die 4. eiuſdem, quibus ſcripturis
coram Nuncio productis nihil fuit oppoſitum pro parte
Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, & dicta teſtium recipiunt
adminiculum veritatis ab antiquis hiſtoriis loquentibus
de multis prærogatiuis, & præeminentiis, quas habuit
Eccleſia del Pilari, quę fuit antiquitus Cathedralis.
Non obſtat, quòd cùm iſta celebratio fuerit facta ab Eccleſia
Sancti Saluatoris, vti de feſto dedicationis Sedis,
id eſt, Eccleſiæ effectæ Cathedralis, iſta quaſi poſſeſſio
in vim prærogatiuæ Cathed[illegible]itatis, quæ vni tantùm
Eccleſiæ competere poteſt (cùm non ſit dare in eadem
diœceſi plures Cathedrales) videatur continere
1 prohibitionem implicitam. † quoad alias Eccleſias, quæ
a ſufficit ad adquirẽdum quaſi poſſeſſionem priuatiuè. [a] vt
dixit Rota in Hoſtienſ. littoris maris 20. Decembris
1574. coram Rubeo ex Calderin. *conſ. 2. de præſcript.* &
alijs tunc allegatis, quia reſpondetur Eccleſiam del Pilari,
non celebrare feſtum ratione Cathedralitatis, ſed
vti propriam Eccleſiæ dedicationem, vt in qualibet Ec-
b cleſia celebratur. [b] Vnde ſequitur, quòd cùm celebratio
competat vtrique Eccleſiæ diuerſis reſpectibus, vna
2 † poſſeſſio non poteſt continere prohibitionem alterius,
ſed ſunt compatibiles, DD. *in c. licèt cauſam. de probat.*
Bar. *in l. ſi duo, ſub num. 4. ff. vti poſſid.* Rip. *in leg. ait
prætor. num. 15. ff. de re iud.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 33. num. 7.
de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Non obſtat, quod dicitur Eccleſiam
del Pilar facere celebrationem propter Cathedralitatem,
quam amiſit, quia omiſſo an id facere poſſit,
3 † & in hoc conſeruare prærogatiuam antiquæ Cathedralitatis,
iux. tradita per Io. de Plat. *in l. 1. & 2. C. de præfect.
præt. lib. 12.* Guidop. *deciſ. 377.* & dato, quòd facere
non poſſet, poſſet autem (vt negari non poteſt) vti pro-
4 priam dedicationem, quaſi † poſſeſſio celebrandi cenſeri
debebit facta eo nomine, vt legitimè fieri potuit,
Signorol. *conſ. 57. num. 10. poſt med.* Aym. *conſ. 322. poſt n. 3.*
Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 19. n. 5. de probat.* & eſt regula gene-
5 ralis, quòd actus † præſumitur fieri eo modo, quo validè,
& licitè fieri poteſt, *leg. quoties. ff. de reb. dub. l. meritò.
ff. pro Soc.* Corn. *conſil. 237. ſub num 3. verſ. & quia poteſt fieri, lib. 1.* Rim. ſen. *conſ. 42. num. 12.* Non releuat, quod
dicitur probari ex literis quorumdam Cardinalium Eccleſiam
del Pilar fuiſſe parochialem, & Collegiatam,
†quia quando probaretur, non excluderet Cathedrali- 6
tatem, cùm, vt notum eſt, ex pluribus exemplis conſtat,
iſta ſunt compatibilia.

*ANNOTATIO.*

a Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem priuatiuè in his terminis, in quibus loquitur hæc deciſio, eſſet neceſſe probare, quòd Eccleſia Cathedralis prohibuiſſet illam feſtiuitatem, & quòd Eccleſia prohibita dictæ prohibitioni acquieuiſſet, Gabr. *de præſcript. concluſ. 10. num. 13. limit. 6.* Surd *conſ. 231. num. 13.* Rot. *deciſ. 530. n. 2. & 3. p. 2. in recent.*

b Quælibet Eccleſia tenetur de iure communi celebrare Feſtum ſuæ dedicationis *c. ſolemnitas 1. & 2. de conſecr.* cum
alijs cumulatis per Rot. *deciſ. 616. nu. 1. par. 2. in recent.* † & 7
iſtuc feſtum dedicationis propriæ Eccleſiæ regulariter alijs ſolemnitatibus præfertur, Rota *d. deciſ. 616. num. 2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Bononien. Iuriſpatronatus.

*Veneris 28. Ianuarij 1611.*

ARGVMENTVM.

Concurſus in Parochiali iuriſpatronatus quando ſit neceſſarius.

*SVMMARIVM.*

1 *Concurſus in Parochiali iuriſpatronatus non eſt neceſſarius, & de quo latè ſub num. 3.*
2 *Non procedit, quando ſunt plures præſentati, quia inter ipſos fieri debet concurſus, & num. 4.*
*Concurſus requiritur in Parochialibus iuris patronatus Eccleſiaſtici, & num. 5.*
*Idem etiam dicendum eſt in iurepatronatus mixto, & num. 6.*

DECISIO CCCCXCIV.

POſt plures propoſitiones fuit reſolutum literas
Apoſtolicas à Ioan. Baptiſta Roſa obtentas non eſſe
exequendas, quia in eis non narratur Antonium Mariam
Francum fuiſſe præſentatum ab eo, qui præſentauit
ipſum Roſam, quod vtique erat exprimendum, cùm
agatur de parochiali, licèt enim † ſpeciale ſit in iure- 1
patronatus laicorum, [a] vt non requiratur concurſus a
in examine, prout pluries reſoluit Sacra Congregatio
Concilij Tridentini, attamen, vt eadem declarauit,
non procedit, † quando ſunt plures præſentati, quia 2
inter ipſos debet fieri concurſus, vt eligatur magis idoneus.
Non obſtat, quod dicitur fuiſſe narratum in ſupplicatione,
quando dixit ſe eſſe magis qualificatum,
quàm compræſentatum, quia quando hæc expreſſio
ita incidenter, & ſub inuolucro facta eſſet attendenda,
poſſet ipſum excuſare à vitio ſubreptionis, ſed non tollere
defectum in literis, ſiue ille contigerit ob negligentiã
expeditorum, ſiue ob modum exprimendi artificioſum,
quo vſus eſt: Neque etiam tolleret effectum,
qui oriri poſſet ab executione literarum, & de facto
oriretur, quòd parochialis daretur minus idoneo, quod
eſt inconueniens, & contra mentem Concilij.

*ANNOTATIO.*

a Concurſus † non requiritur in Parochialibus de iurepatronatus 3
laicorum, ſed ſufficit, quòd præſentatus à patronis examinetur ab examinatoribus deputatis, & ſi idoneus reperitur, eſt admittendus, & inſtituendus, vt diſponit expreſsè Conc. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 18.* latè Gonzal.

zal.*super regul.8.Glos.6.n.134.& seq.per plures*, & latè etiam
Garz. *de benef. par.9. cap.2. num.155. & seq.* Marescot. *var.
lib.1.cap.5.num.11*, Hoc autem non procedit, quando fuis-
sent plures præsentati à patronis laicis, nam tunc requi-
ritur examen per concursum inter ipsos præsentatos, vt
ex illis eligatur magis idoneus, vt firmauit Rota in hac
decisione ex mente Sacræ Congregationis, cuius resolu-
tionem referunt, & sequuntur Gonzal. *d. glos.6. num.137.
in fine, &* 138. Garz. *d. cap.2. num.156.* & fuit dictum in Pam-
pilonen. de Zal. 26. Iunij 1609. coram R. P. D. Ortember-
go, & in alia Pampilonen. Parochialis 27. Ianuarij 1614.
coram R. P. D. Coccino Decano. Verùm hoc habet lo-
cum, quando singuli præsentati haberent æquales voces,
aliàs si vnus habeat plures voces, ille solùm est exami-
nandus absque concursu aliorum, Garz. *d. cap.2. num.157.*
& admisit Rota in d. Pampilonen. coram R. P. D. Deca-
no, vbi tamen resoluitur, quòd si habens maiorem par-
tem vocum se subiiciat examini, & concursui, sibi præ-
iudicat, quia facit se parem, & perinde haberi debet, ac si
5 haberet pares voces; Parochiales autem † iurispatrona-
tus Ecclesiastici prouidentur per concursum iuxta for-
mam traditam à Concil. Tridentin. *d. cap.18. vers. si verò iu-
ris patronatus Ecclesiastici*, de quo latè Garz. *d. cap. 2. num.
261. & num.263, cum pluribus seq.* vbi latè tractat hanc ma-
teriam de modo prouidendi, & disponendi de Parochia-
libus iuris patronatus Ecclesiastici, & sequitur Gonzal.
*d. glos.6. sub num.* 112. & latè dixit Rota in Florentina Pa-
6 rochialis 28. Maij 1599. coram Iusto; † ideo etiam est
dicendum de beneficio iurispatronatus mixti, quòd sub-
iacet concursui, sicut beneficium iurispatronatus meri
Ecclesiastici iuxta declarationem Sacræ Congregatio-
nis, quam refert, & sequitur Gonzal. *d. glos.6. num.135.* &
plures alias declarationes refert, & sequitur Garz. *d. cap.
2. num.278.* & idem tenet Marescott. *var. lib.1. cap.52. num.7.*
& ratio est, quia fauor Ecclesiæ est, quòd prouideatur
per concursum, qualitas autem Clericalis præualet,
quando illa Ecclesiæ prodest, vt benè considerat Garz.
*d. cap. 2. num. 279.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hortana Successionis.

*Veneris 28. Ianuarij 1611.*

ARGVMENTVM.

Tractatur de substitutione pupillari ad effe-
ctum, an ex ea mater censeatur exclusa ab
hæreditate filij.

*SVMMARIVM.*

1 *Matri est debita hæreditas filij ab intestato.*
2 *Substitutio pupillaris in totum excludit matrem à suc-
cessione.*
3 *Institutus in certa re dato alio cohærede vniuersali non
potest dici hæres, nec sub nomine hæredis venire nisi
impropriè.*
4 *Hæres ex propria significatione significat quid vni-
uersale.*
5 *Pupillaris substitutio, quando de ea agitur ad effectum
excludendi matrem ab hæreditate filij, non admittit
largam, sed strictam interpretationem.*
6 *Matrem excludere à luctuosa hæreditate filij, ini-
quum est.*
7 *Dictio* (dicti) *est relatiua ad supra expressa.*
8 *Testatoris vsus loquendi attendendus est pro declaran-
da eius voluntate.*
9 *Substitutio recipit declarationem ab institutione.*
10 *Relatio fit ad omnia supra expressa, quando resultaret
aliquid incompatibile.*
11 *Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando per eam
sequeretur contrarius effectus intentionis dispo-
nentis.*
12 *Mater non est excludenda ab hæreditate filiæ ex conie-
cturis, & præsumptionibus.*
13 *Substitutio non extenditur de persona ad personam.*
14 *Dotis legatum, quando est relictum à patre filiæ, est
putum, & transmissibile ad hæredes, & num. 17.
vbi secus, si ab extraneo.*
15 *Mater ne excludatur ab luctuosa hæreditate filiæ, omnis
interpretatio est capienda.*

## DECISIO CCCCXCV.

SEntentiam Aud. Cam. ad fauorem Helenæ latam
confirmandam esse dixerunt Domini, illi enim de-
bita † erat hæreditas filiæ ab intestato defunctæ, *tot. tit.* 1
*ff. & C. ad Senat. Consult. Tertul.* Neque obstat pupillaris
substitutio, quæ prætenditur facta d. filiæ à patre, † per 2
quam remanent exclusa in totum à successione, *l. Pa-*
*pinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. l. preci-
bus. C. de impub. & aliis substitut. c. si pater. de testam. in 6.*
quia hæc substitutio non repetitur, & cùm testator ex-
presse non substituerit, credendum est, quòd voluerit
suam voluntatem esse conformem debito filiæ, ita vt si-
cut ipsa matrem non exclusisset, ita neque ipse eam ex-
cludere noluerit, Menoch. *cons. 551. nu. 19. &* 20. Neque
potest dici filia comprehensa in illa substitutione pu-
pillari, quam fecit post mortem hæredum ad fauorem
Nepi fratris sui, quia † cùm ipsa fuerit in certa quanti- 3
tate pecuniæ tantùm instituta dato cohærede vniuersa-
li, non potest dici hæres, neque sub nomine hæredum
venit, *l. quoties C. de hæred. instit.* latè Menoch. *de adipisc.
possess. remed. 4. q. 19. &* 20. Michaël Crass. *de com. in §. hæ-
reditas q. 3. nu.* 7. & quando institutus in re certa possit
dici hæres, hoc esset ex lata quadam, & impropria signi-
ficatione, quia † verbum (*hæres*) ex propria vi significat 4
quid vniuersale, Bald. *in d. l. quoties. post num. 7.* Ial. *sub nu.
3* vbi autem agitur de excludenda matre ab hæreditate
filij, verba † non sunt largè, & impropriè accipienda, 5
Ruyn. *cons. 110. nu. 8. lib. 3.* sed strictissimè est proceden-
dum, vt post Bal *in c. 1. in princ. de success. feud.* dicit Dec.
*cons. 466. n. 1. post med. & n. 9.* iniquum † enim, & cru- 6
dele est excludere matrem à luctuosa hæreditate filij, &
addere afflictionem afflicto, vt sunt verba Bal. *in l. preci-
bus. nu. 15. C. de impuber. & aliis, &c.* & impium, ac odio-
sum dicit Bero. *cons. 79. post num 25. lib. 2.* Præsertim quia
testator est locutus de hæredibus non cum aliquo signo
vniuersali, sed potiùs restrictiuè per illam dictionem
(*dicti*) Aym. *cons. 98. num. 8.* quæ † dictio cùm sit relati- 7
ua ad hæredes superiùs nominatos, *l. qui liberis §. hæc
verba ff. de vulg. l. fin. C. de institu. & substitut.* debet facere
relationem ad posthumos masculos superiùs proximè,
& immediatè expressos, non ad posthumam fœminam
multùm remotam, *l. talis scriptura ff. de leg. 1. glos. in l. 1. ff.
de leg. præst.* Bart. Castr. & alij *in l. hæredes palam §. sed si
notum. ff. de testamen.* quòd suadetur ex modo loquendi,
quo vsus est testator, dum dixit casu, quo dicti hæredes,
seu hæres, qui correspondet verbis quibus vsus est in
institutione posthumorum masculorum (*posthumum, siue
posthumos hæredem, seu hæredes*) non ita locutus est de
posthuma, quia de ea tantùm in singulari numero men-
tionem fecit, vsus autem † loquendi testatoris atten- 8
dendus est pro declaranda eius mente, *l. si seruus plurium
§. fin. ff. de leg. 1.* Rom. *cons. 179. sub numer. 5. vers. tertio in-
spicienda.* Paul. de Castr. *in l. hæredes palam §. 1. num. 5.*
Aret. *num. 9. in 5. not. ff. de testamen.* & † substitutio decla- 9
rationem, atque intelligentiam recipit ab institutione,
*l. qui liberis in fin. ff. de vulg. l. 1.* vbi Bart. *C. de impub. & al.
substit.* Dec. *consil. 186. post num. 4.* Ruyn. *cons. 168. num. 4.
lib. 2.* Nec potest fieri relatio ad omnes hæredes supra
institutos, quia inter ipsos adest etiam nepos ipse vo-
catus per substitutionem, vnde sequeretur, quòd esset
sibimet substitutus, relatio autem † non fit ad omnia 10
superiùs expressa, quando resultaret aliquid incom-
patibi

patibile, Ias. *in l. 1. sub num. 8. vers. istam regulam. C. de liber. prater.* Rursus posset sequi aliud inconueniens,
quòd posthuma fœmina excluderet Nepotē, nam cùm
antequàm sit locus substitutiuni ad eius fauorem factæ
ipsos hæredes inuicem substitueret, si esset natus posthumus masculus, & posthuma fœmina, ac mortuus esset masculus, fœmina deberet admitti excluso Nepote
ab hæreditate masculi, & tamē testator voluit, quòd Nepos ipsam excludat non existente masculo, quia ipsum
vniuersaliter hæredem instituit, & posthumam particu-
11 lariter; vnde succedit regula, quòd relatio † non fit ad
omnia præcedentia, quando per eam sequeretur effectus contrarius intentioni disponentis, Oldrad. *consil.* 252. *num. 2. in fin.* Bald *cons. 107. col. fin. vers. sed contra hoc opponitur. lib. 2.* Dec. *cons. 163. nu. 21.* Soc. iun. *cons.* 81. *num.* 21. *l.* 3. Non obstat, quòd testator reliquerit Helenæ scut.
25. ita vt non posset prætendere aliquid tàm ratione legitimæ, quàm alia quauis ratione super hæreditate, &
bonis ipsorum hæredum, quia responsio patet ex supradictis, quod vbi testator fecit mentionem de hæredibus,
non intellexit de posthuma fœmina, quæ potiùs dicitur
legataria, quàm hæres. Cùm autem verba substitutionis
non comprehendant filiam, non est agendum de con-
12 iecturis, & præsumptionibus, † quia non admittuntur
contra matrem, Oldr. *cons.* 142. *in fin.* Rip. *in l. 1. num.* 46.
*ff. de vulg.* Neque de extendenda substitutione, † cùm
13 non sit licita extensio de persona ad personam iuxta
magis communem, de qua per Menoch. *cons. 97. nu.* 92.
Rim. iun. *cons. 567. num. 16.* Honded. *cons. 51. num. 61. lib. 1.* & tantò minùs quando agitur de extensione substitutionis directæ, vt per Honded. *ibi num.* 66. & omnem
extensionem excludunt verba illa (*tunc, & eo casu*) Anchar. *consil. 336. nu 3. ante med. vers. tertio hoc probat.* Ruyn. *cons. 112. sub num. 5. lib. 3.* Socin. iun. *consil. 190. nu. 9. lib. 2.* Paris. *cons. 66. num. 4. lib. 3. cum aliis adductis.* Non obstat, quòd legatum pro dote videatur conditionale, ne-
b que debitum ante tempus nuptiarum, [b] & propterea
14 non esse transmissibile ad hæredes, quia † hoc non obtinet in legato facto à patre, qui filiæ legitimam non
reliquit, hoc enim casu legatum est purum, quia censetur relictum pro legitima, quæ sine onere debetur,
*l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamen.* ita Bart. *in l. Titie centum*, §. *Titio genero num. 4. vers. sed si aliàs, ff. de condit. & demonstr.* Socin. *cons. 92. num. 8. lib. 1.* Ruyn. *consil. 53. num. 12. lib. 2.* Couar. *in cap. ex 1. num. 11. vers. octauò à mente. de testamen.* cum aliis per Menoch. *præsumpt. 146. num. 31. lib. 4.* Et Domini in istam sententiam
15 libenter descendunt, ne † mater à luctuosa hæreditate
filiæ excludatur, pro qua Ius in dubio præsumit, &
omnem præsumptionem contrariam, & quemlibet tacitum intellectum tollit, vt dicit Angel. *consil. 281. & Martinus num. 6.* & fauorabilis est in hoc causa matris, Dec. *cons. 245. in fin* ita vt in dubio non sit excludenda à dicta
hæreditate, Curt. iun qui communem conclusionem dicit *cons. 134. nu. 6.*

*ANNOTATIO.*

a Substitutio pupillaris expressa excludit matrem, Surd. *decis. 173. num. 3. & consil. 212. num. 1.* Rota *decis. 373. nu. 2. par. 2. in recentior.* quando verò substitutio pupillaris non est expressa, sed est tacita contenta sub compendiosa, an excludat matrem, vide latè Gabr. *cons. 120. num. 9. & seq. lib. 2.* Surd. *decis 173. à num. 2. vsque ad finem*, & plenè Menoc. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 39. & 40.* circa quam etiam materiam substitutionis pupillaris ad effectum exclusionis
matris est videnda Rota *decis. 509. par. 4. in nouiss. & decis. 639. par. 1. in recent. & decis 431. par. 2. in recent.*
16 b Dotis † legatum an sit purum, vel conditionale, DD.
communiter distinguunt, an sit relictum ab extraneo, an
verò à Patre, in primo casu dicunt esse conditionale, in
secundo verò casu purum, vt inter alios benè distinguit
Crass. *in §. legatum. quæst. 48. num. 5.* quando enim à patre
est relictum, censetur relictum pro legitima, quæ statim
sine onere debetur, vt in his terminis considerat Seraph. *decis. 959.* & plures modernos hanc materiam tractantes
retuli *supra decis. 346.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana prætensi erroris Calculi.

*Veneris 4. Februarij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de inualiditate inuentarij.

### *SVMMARIVM.*

1 *Citatio executa contra minorem ei non nocet.*
2 *Paria sunt, non facere inuentarium, & minùs legitimè facere.*
3 *Gazagà est ius inter Hebræos inuiolabile.*
4 *Fides non facit fidem.*
5 *Statutum Vrbis 151. non vnum, sed duos consanguineos requirit.*
6 *Statutum Vrbis habet locum in actu diuisionis.*
7 *In diuisione habet locum remedium l. 2. C. de rescinden. vendit.*
8 *Statutum habet locum in omni contractu, in quo minor lædi potest.*
9 *Paria sunt, non esse, vel nullum esse, & quod nullum est, nullum parit præiudicium.*
10 *Statutum Vrbis 151. vltra decretum Iudicis requirit etiam præsentiam consanguineorum.*
11 *Decretum ex falsa causa interpositum est nullum, & latè, num. 12.*
*Etiam si sit interpositum partim ex falsa, partim ex vera causa, nisi falsa causa esset minus principalis, & num. 12.*

### DECISIO CCCCXCVI.

DOmini sine vlla difficultate vnanimiter steterunt
in decisis rationibus, de quibus in decisione. Quibus non obstat, quod dicitur onus faciendi inuentarium
fuisse in testamento iniunctū factori, quia hoc in eo non
legitur; imò incumbebat Michaëli Angelo maiori filio,
in cuius posse erant bona hæreditaria. Nec tollit defectum citationis in inuentario requisitæ monitoriū, quod
dicitur executum ad instantiam Alexandri, & aliorum
fratrum pro confectione inuentarij, quia vltra quòd
non constat de eius reproductione saltem legitima, nec
ipsum monitorium, nec citatio † postea subsecuta ad 1
consignādum bona iuxta formam inuentarij, &c. noceret dictis Alexandro, & aliis tunc minoribus, *ad l. cùm & minores. C. si aduersus rem iudic. l. acta*, §. *contra eum. ibi net. ff. de re iudicat.* inuentarium fieri debebat seruatis de
iure seruandis, & sic citatis fratribus Michaëlis Angeli specialiter, cùm eorum interesse esset certum; monitorium enim concludebat de legitimo. & valido inuen-
tario, quia aliàs paria † fuissent, non facere, & minus 2
legitimè, & inualidè. [a] Minùs etiam releuant, quæ con- a
tra non integritatem inuentarij obiiciuntur; præsupponendo tamen, vt in decisione dicitur, dari de nō integritate nō ad effectum, vt Michaël Angelus dicatur amisisse
beneficium inuentarij, sed ad tollendam fidem propter
eius imperfectionem, & diminutionem, vt in Romana
de Rusconibus, & in Bononiens. dotis in decisione allegatis. Nam ab omissione iuris Gazagà non excusat, dum
obiicitur ius istud non fuisse considerabile, cùm in instrumento locationis fuisset illi expressè renunciatum

ad fauorem

3 ad fauorem locatoris, quia renunciatio † vel non valuit, vel erat futura sine effectu, cùm inter Hebræos non admittatur violatio dicti iuris, & nullus Hebræus conducat domum ab alio Hebræo inhabitatã, nisi de consensu habitantis, & obtenta ab eodem cessione dicti iuris Gazagà. Nec releuat, quod dicitur tale ius fuisse acquisitum per ipsum in noua reconductione domus nomine proprio, quia quando hoc esset verum, istud fuisset factum post mortem patris, & nõ tollit, quòd tale ius non fuisset repertum in hæreditate patris, sed nullibi etiam constat de allegata reconductione, neque est verisimilis, imò repugnat locationi factæ de anno 1585. quæ erat facta ad duodecim annos futuros, & illis finitis ad alios duodecim annos, vt legitur in instrumento locationis, qui terminus durabat vsque ad annum 1609. Ad quid enim reconducere de anno 1592. cùm superessent decem, & septem anni locationis antedictæ. Remissio iuris Gazagà, quam dicit Michaël Angelus sibi factam pro commodo, & incommodo in se suscepto occasione pignorum ei relictorum, & prætensorum debito-
4 rum decoctorum, non probatur, quia † fides, quæ datur, non facit fidem, & probata non releuaret, quia Alexander, & alij minores non poterant aliquid remittere non seruatis solemnitatibus Statutariis. Vltra defectus inuentarij in decisione allegatos, Domini alium considerabant, quia in eo non fuit descriptum ius fœnerandi hæreditarium notabilis æstimationis. Contra instrumentum diuisionis subsistunt nullitates designatæ in decisione, videlicet, defectus consanguineorum requisitorum ex forma Statuti, qui defectus est tàm in committendo, quàm omittendo. In committendo, quia Dominus Vgo Boncōpagnus habebat notabile interesse ratione sui crediti scutorum sex millium in circa, & ex dicto instrumento consequebatur non solùm probationem sui crediti, quæ per priùs patiebatur difficultatem, sed etiam promissionem de soluendo. Nec facit, quod ex aduerso dicitur, creditum probari per alias scripturas, quia vltra quòd sunt scripturæ informes non continentes causam debiti, nec integram summam, illarum vigore non habuisset executionem paratam, prout in dicto instrumento. In omittendo etiam fuit peccatum,
5 quia † defecit alter consanguineus, cùm Statutum duos requirat. Et licèt probari debeat, quòd adfuisset alius, qui fuisset habilis ad interueniendum stipulationi, hoc quicquid ex aduerso dicatur, & obiciatur, visum fuit Dominis quoad personam D. Pauli Ghislarij concludentissimè probari, & ipse hoc apertè, & clarè ostendit in sua depositione, quæ placuit. Quod dicitur non fuisse necessarias solemnitates Statuti in ista diuisione, vti in actu necessario, nõ subsistit, quia fuit abun-
6 dè ostensum in decisione † Statutum habere locum in diuisione. Et licèt actus diuisionis sit necessarius, tamen non est necessarium hoc, vel illo modo diuidere, & propterea in diuisione benè cadit læsio. Hinc videmus,
7 † quòd in ea habet locum remedium *l. 2. C. de rescinden. vendit.* vt dicunt Bald. & Salyc. *ibi*, & alij per Gabr. *de*
8 *empt. & ven. dit. conclus.* 1. *num.* 25. † Et propterea intrat Statutum, quod habet locum in omni contractu, in
b quo minor lædi potest. [b] Put. *decis.* 162. *lib.* 1. cum aliis adductis in decisione. Minùs etiam facit, quod dicitur versari in probando facto, quod probatur etiam, vt ex aduerso prætenditur, per instrumentum nullum, quia
9 quicquid sit, probaretur etiam factum nullum, & † paria sunt non esse, vel nullum esse, & quod nullum est, nullum potest parere præiudicium. Decretum Iudicis
10 † licèt requiratur; tamen non sufficit, cùm Statutum etiam requirat præsentiam consanguineorum. Et ex abundanti fuit additum decretum non subsistere, cùm
11 † sit interpositum ex falsa causa, [c] *l. sed etsi præses, Cod. de*
c *præd. minor.* Alex. *conf.* 69. *nu.* 3. *lib.* 3. fuit dictum in Romana societ. Officij 17. Iunij 1602. coram R.P.D. meo Decano. Falsitas autem causæ in eo deprehenditur, quia fuit suppositum Iudici, quòd inter alia hæreditaria debita fuit vnum cum Laura Incoronata scut. 400. mandati, quod debitum fuit postmodum repertum proprium ipsius Michaëlis Angeli, & non hæreditatis. Etenim illud cõtraxerat occasione societatis Officij initæ ad fauorem eiusdem Lauræ sub die 6. Iulij 1591: & quidem non hæreditario nomine, sed fideiubendo pro aliis post obitum communis patris. Et hoc idem ipsemet Michaël Angelus aliàs iudicialiter fassus fuit in officio Sillæ Notarij sub die 7. Octobris 1594. dùm dixit (*delli 400. scudi della Signora Laura Incoronata, detta Saluatore dice questa partita esser sua, & hauerla fatta dopò la morte di suo Padre, si come appare per instrumento rogato al Belgio.*) Cætera quæ contra decisionem deducebantur, benè fuerunt sublata per informantes pro Alexandro, & aliis.

*ANNOTATIO.*

a Et in terminis inuentarij Rolan. *cons.* 73. *nu.* 28. *& seq.* Surd. *decis.* 232 *nu.* 2. Seraph. *decis.* 1311. *nu.* 2.
b De quo dixi *supra ad decis.* 333.
c Menoch. † *consil.* 354. *nu.* 27. cum aliis pluribus cumulatis per Picum ad Statutum Vrbis *glos.* 21. *num.* 35. Rota *decis.* 614. *num.* 4. *par.* 1. *diu.* quod procedit etiam, si Decretum sit interpositum partim ex falsa, partim ex vera causa, ratione enim indiuiduitatis corruit in totum, Honded. *cons.* 32. *num.* 211. *lib.* 1. Gratian. *disceptat. Forens. cap.* 122. *num.* 5. Picus *dicta glos.* 21. *num.* 36. Rota *decis.* 852. *par.* 4. *in nouiss.* & fuit dictum in Romana Spolij Bonorum 21. Februarij 1690. coram bo. me. Iusto. Verùm si falsa causa, quæ fuit expressa, non est principalis interpositionis decreti, sed secundaria, & causa principalis est vera, decretum sustinetur, Castr. *consil.* 202. *per totum lib.* 1. Picus ad Statutum Vrbis *d. glos.* 21. *nu.* 38. & secuta fuit Rota in Romana Census 1. Iulij 1616. coram R.P.D. Vbaldo, & quando decretum est interpositum ex pluribus causis, sufficit vnam veram esse, licèt aliæ non iustificentur, vt fuit dictum in dicta Romana Census, & secuta fuit Rota in Romana rescissionis Contractus 16. Nouembris 1618. coram R.P.D. Caualerio. 12

*Oliuerius Beltraminus.*

## Ianuen. Iurisdictionis.

*Lunæ 21. Februarij 1611.*

## ARGVMENTVM.

Testes quando possint super eisdem examinari post didicita testificata, & post factam testium publicationem.

*SVMMARIVM.*

1 *Testium examen non admittitur super iisdem articulis post didicita testificata.*
2 *Testes non obstante publicatione possunt produci super articulo partim nouo, & partim antiquo.*
3 *Articulus nõ dicitur nouus, si substantia continet idem, quod antiquus, licèt in sono, & cortice verborum differat.*
4 *Testes admittuntur etiam post didicita testificata de stylo Rota, quando habitum fuit solummodò Summarium, vel quando originale fuit ostensum, aut dimissum in manibus solius procuratoris, sciens autem sistetit penes principalem, & latius de hoc stylo num. 8.*
5 *Testes iidem non debent de nouo super articulis antiquis examinari, etiam si non sit eorum examen publicatum.*
6 *Non procedit, quando non fuerunt prima vice perfectè examinati absque culpa partis.*
7 *Probatio non est admittenda, vbi materia est irrelevans.*

DECI

## DECISIO CCCCXCVII.

PRopoſito ſemel, atque iterum dubio, an ſit locus examini quatuor teſtium inductorum per Abbatem Sancti Matthæi, Domini negatiuè reſponderunt, quia Abbas examinauit viginti tres teſtes ſuper primis articulis vigore remiſſoriæ, & habuit penes ſe, & per multos dies retinuit proceſſum originalem depoſitionum
1 eorumdem teſtium, vnde † poſt didicita eorum dicta
a non poteſt de nouo ſuper eiſdem examinare, a *Auth. at qui ſemel, C. de probat. & in corpore, vnde ſumitur in §. quia vero in Auth. de teſti. cap. Fraternitatis, & cap. intimauit*
2 *eod. tit.* Nec facit, quòd non † obſtante publicatione poſſint produci teſtes ſuper articulo partim nouo, & partim antiquo, vt dicunt Butr. & Felyn. *in d. cap. Fraternitatis,* quia viſum fuit Dominis non applicari, nam li-
3 cèt articuli, † qui de nouo dantur, aliqualiter in cortice, & ſono verborum differant ab antiquis, attamen in virtute, & ſubſtantia ſunt iidem, aut ſaltem tacitè in ipſis
b comprehenduntur, b quod ſufficit, vt non admittatur nouum examen, vt poſt Innoc. & Io. Andr. tradit Abb. *in d. cap. Fraternitatis num.* 8. *verſ. ſed breuiter concludo.* Bart. *in d. Auth. at qui ſemel. num.* 24. Paul. de Caſtr. *conſ.* 193. *ſub nu.* 1. *verſ. & ſic videretur lib.* 1. Aym. *conſ.* 134. *nu.* 47. Ant. Gabr. *de teſtib. concl.* 21. *num.* 17. & hoc præſertim eſt cauendum in iſto caſu poſt reſolutiones factas, & diſcuſſa dicta teſtium, vt dixit Rota in vna Placenſ. bonorum 8. Februarij 158;. coram bo. me. Cardinali Se-
4 raphino. † In qua deciſione reſpondetur ad illud, quod obiicitur de ſtylo Rotæ, quòd procedat, quādo habitum fuit ſolummodò ſummarium, vel quando originale fuit oſtenſum, aut dimiſſum in manibus procuratoris, quod in Curia aliquando admittitur, & Rota permittit pro-
c pter legalitatem, & probitatem procuratoris, c vnde non debet extendi ad iſtum caſum, in quo per multum tempus originale fuit penes principalem Iudice, & Rota inſcia. Accedit, quòd duo ex dd. teſtibus, videlicet, Ioan. Antonius, & Marcus fuerūt ſuper illis antiquis articulis
5 examinati, vnde † amplius examinari nō debent, etiam ſi non fuiſſet eorum examen publicatum, *l. produci*, vbi gloſ. & Bar. *ff. de teſtib.* Abb. *in c. conſtitutus il ſecondo nu.* 2. *de teſtib.* Syl. Aldobr. *conſ.* 114. *num.* 74. *& ſeq.* Peregr. *deciſ.* 87. *lib.* 1. *&* 118. *lib.* 1. Non obſtat, quod dicitur poſſe de nouo examinari teſtes non obſtante publicatione,
6 † quando non fuerunt perfectè examinati, ex cumulatis per Gabr. *d. concl.* 21. *nu.* 20. *& ſeq. de teſtib.* & fuiſſe non benè examinatos, & interrogatos, quia ſuper fama depnuunt tantùm per verbum præſens, & bene interrogati depoſuiſſent etiam per verbum præteriti temporis, quia vltra quòd duo tantùm ex tot teſtibus deponunt de fama per verbum præſentis temporis tantùm, articulus habet verba præſentis temporis tantùm, & per conſequens ſi teſtes locuti ſunt, prout eſt conceptus articulus, hoc non venit culpa, aut negligentia Iudicis, ſeu Notarij examinantis, ſed culpa articulantis; licèt autem ſuccurrendum ſit parti contra negligentiam examinantis, non tamen contra propriam, aut ſui procuratoris; prætere a fuit reſolutum ex pluribus famam etiam formiter probatam non releuare, vnde non debet ſub prætextu eius, quòd non releuat, concedi facultas exa-
7 minandi contra regulas iuris, cùm etiam † in caſu non prohibito non ſoleat admitti quis ad probandum, vbi materia eſt irreleuans. Caſſad. *deciſ.* 2. *de dilat.* Caput. *deciſ.* 66. *part.* 3. & vbi fama iuuare poſſet Abbatem non egeret repetitione iſtorum teſtium, quia habet plures teſtes benè deponentes de ea per verbum (*fuit*, & *eſt*.)

### ANNOTATIO.

8 a De qua † materia latiſſimè habetur per Farinac. *de teſtibus quæſt.* 75. *num.* 68. *& ſeq.* vbi conſtituit regulam cū pluribus ampliationibus, & limitationibus; ſtylus autem Curiæ, & Rotæ eſt, quòd detur Summarium teſtium, & huiuſmodi receptio ſummarij non operatur publicationem, nec minùs quòd didicita fuerint teſtificata, & ideò non impedit quin ad nouum examen deueniri poſſit, Seraph. *deciſ.* 688. *ſub nu.* 2. vbi dicitur hunc ſtylum eſſe fundatum in præſumpta probitate Procuratorum, de quibus Rota confidere ſolet, vt etiam dicitur in hac deciſione Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 11. *de teſtibus.* Rota *deciſ.* 136. *par.* 3. *lib.* 2. *diuerſ.* & fuit dictum in Senogallienſ. Spolij 11. Decembris 1600. coram Corduba, & in Pampilonenſ. Decimarum 23. Iunij 1601. coram Cardinali Pamphilio, & in Hieracenſ. iuriſpatronatus 5. Iunij 1617. coram R. P. D. Veroſpio, & in Auenionenſ Archidiaconatus 17. Februarij 1617. coram R. P. D. Buratto; vbi fuit dictum quotidie ſeruari in Curia, quòd receptio Summarij non operatur, quòd cenſeantur didicita teſtificata.

b Articuli quando dicantur noui, & quando antiqui, vel dependentes ab antiquis plures de hac materia tractantes cumulat Farin. *de teſtibus quæſt.* 75. *à nu.* 29. *vſque ad* 32.

c De quo vide *ſupra ſub litera A.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hiſpalenſ. Habitus.

*Veneris* 11. *Martij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Agitur de materia puritatis ſanguinis an, & quando de illa dicatur conſtare, & quando de contrario.

### SVMMARIVM.

1 *Puritas ſanguinis habet præſumptionem Iuris pro ſe.*
2 *Et ideò transfert onus probandi contrarium.*
3 *Puritas cenſetur probata eo ipſo, quòd non eſt probata impuritas.*
4 *Puritas probatur per publicam vocem & famam.*
5 *Puritas patris neceſſariò concludit puritatem filij.*
6 *Teſtes examinati inter Religionem Hieroſolymitanam, & patrem ſuper materia impuritatis probant etiam inter eandem Religionem, & filium.*
7 *Patris perſona non eſt diuerſa à perſona filij.*
8 *Teſtes vt non dicantur examinati inter diuerſas perſonas, ſufficit, quòd perſona non ſit omnino alia.*
9 *Teſtes examinati ſuper ſtatu perſonæ faciunt ius, & probant quoad omnes.*
10 *Puritas probatur eo ipſo, quod quis admiſſus fuit ad aliquem gradum honoris, qui non ſolet concedi, niſi puris ſanguine, & num.* 18.
11 *Puritas probatur ex pluribus ſimul iunctis.*
12 *Fama non probatur per teſtes deponentes per verbum præſentis temporis* (eſt.)
13 *Fama debet eſſe ſolida, conſtans, & perpetua.*
14 *Fama vt releuet, nihil debet habere in contrarium.*
15 *Puritas famæ eſt præferenda contrariæ famæ.*
16 *Fama bona in concurſu præualet famæ malæ.*
17 *Probatio haberi debet pro facta, quando per aliquem non ſtetit, quò minùs fieret.*

## DECISIO CCCCXCVIII.

DVbitaui, an Don Ioannes ſit admittendus ad habitum Equitum Iuſtitiæ Hieroſolymitanorum, & à quo tempore. Quoad primam partem difficultas non fuit reſpectu nobilitatis, quia illa vndequaq; plenè, & abundāter eſt probata, ſed ſolùm circa puritatē, & quidē ſuper vno ex quatuor lateribus tantùm, quia quoad alia tria non eſt, neque fuit controuerſia, imò habet in iis declarationē Concilij fauorabilē. Super latere Dōnæ Iſabellæ auiæ paternæ ipſius Don Ioannis fuit quæſtio, quia

quia prætendebatur illam descendere à magno illo
Paulo Burgens. Archiepiscopo, qui ante Christianam
fidem susceptam fuit insignis legis Mosaycæ Rabbinus.
Verùm visum fuit Dominis hoc non probari, sed potiùs
1 contrarium ex præsumptione iuris, quæ militat † pro
a puritate [a], vt fuit dictum in vna Toletana Portionis 2.
Maij 1594. corã Illustrissimo Cardinali Mantica, & ple-
nissimè deductum in causa Toletana Canonicatus 10.
Septembris 1608. coram R.P.D. meo Maquemõtio, &
in Paceñ. Puritatis 6. Aprilis anni sequentis coram R.P.
D. meo Manzanedo, in quibus plures aliæ decisiones
2 Rotales referuntur, quæ præsumptio, † vt dicitur in dd.
decisionibus, non solùm liberat ab onere probandi pu-
ritatem, & reiicit onus probandi in eum, qui contrarium
contendit, *l. fin. in princ. ff. quod met. cau. l. scriptura. in fin. ff. de re iudic. l. siue possideris. C. de probat.* sed etiam efficit,
3 vt † censeatur probata puritas eo ipso, quòd impuritas
non est probata, istam præsumptionem coadiuuant sex
testes, qui dantur pro parte Don Ioannis deponentes
de eius puritate, & meliùs comprobant alij 20. & plures
testes examinati pro Licentiato Castagneda patre ipsius
D. Io. cùm peteret admitti, prout fuit admissus, ad habi-
tum eiusdem militiæ, qui testes optimè depoñũt de pu-
4 blica voce, & fama de eius puritate, † quæ probatio suf-
b ficit in hac materia, [b] Bal. *in l. prouidendum C. de postulan.*
Tiraq. *de nobilit. cap. 5. num.* 8. & fuit resolutum in cau-
sa Toletana portionis 27. Ianuarij 1595. coram Illustris-
simo Cardinali Mantica, in Oxomens. Statuti 27. Iunij
1601. coram R.P.D. meo Decano, in Legionens. Cano-
nicatus 3. Iulij 1602. coram R.P.D. meo Coccino, & in
Burgens. admissionis ad habitum 26. Ianuarij 1604. co-
ram R.P.D. meo Lancellotto, & sæpissimè in aliis. Et
cùm impuritas obiecta Don Ioanni ex persona Isabel-
læ prætendatur ex latere paterno, non est dubium, quòd
5 puritas † patris necessariò concludit puritatem filij, cùm
eadem dicatur vtriusque origo, *l. assumptio, §. 1. ff. ad municip.* faciunt latè tradita per Tiraquel. *de nobilit. cap. 15.*
& fuit dictum in d. Burgens. admissionis ad habitum.
Non obstat, quòd dicti testes sint examinati in alio iu-
dicio, & inter diuersas personas, quia primò hoc nega-
6 ri potest, † nam sicut ex vna parte est Religio Hieroso-
lymitana, quæ semper est eadem, ita ex alia parte fuit
7 persona patris, † quæ non est diuersa à persona filij, *l. vlt. C. de impub. & aliis subst. l. cum sinus, §. vlt. C. de agric. & cens. lib. 11.* pater enim, & filius sunt vna identitas, vt
dicit Bald. *cons. 294. num. 1. ante med. lib. 1.* cum cumulatis
per Tiraq. *in l. si vnquam. in præfat. num. 15. & seqq. Cod. de*
8 *reuoc. donat.* & ad istum effectum sufficit, † quòd perso-
na non sit omnino alia, vt per Alex. *in l. sæpè. num. 69. ff. de re iudic.* Vbi etiam essent personæ diuersæ, cùm agatur
9 de statu † personæ, sententia quantumcumque inter
alios lata, & testes quantumcunque inter alios recepti,
& examinati faciunt ius, & probant quoad omnes, *l. ingenuum, & ibi not. ff. de stat. hom.* Bald. & Salycet. *in l. 2. C. quib. res iudic. non noc.* Alexan. *in l. sæpè. num. 62. ff. de re iudic.* cum multis per Surd. *decis. 289. num. 17.* & dixit Ro-
ta apud Achil. *decis. 5. de sentent. & re iud.* Mohed. *decis. 8. eod. tit.* Cresc. *decis. 18. de probat.* & fuit in istis termi-
nis dictum in decisionibus Toletana, & Pacens. allega-
tis. Nec habet obstare, quòd habitus fratris Cappella-
ni, quem suscepit pater D. Ioannis differat ab habitu fra-
tris Equitis de iustitia, quem prætendit ipse D. Ioannes,
nam differentia potest quidem considerari circa proba-
tionem nobilitatis, sed quoad puritatem nulla est dispa-
ritas, quia in vtroque habitu requiritur. Et vbi nõ essent
10 testes, sufficere debent ad probandum † puritatem pa-
tris, quòd ipse fuit admissus ad suscipiendum habitum,
qui non solet concedi, nisi illis, qui sunt puri sanguinis,
c [c] Decian. *cons. 66. nu. 50. lib. 3.* fuit dictum in Toletana
portionis 13. Martij 1595. coram Illustrissimo Cardinali
Mantica, & in pluribus aliis relatis in d. Burgens. admis-
sionis ad habitum. Accedit depositio testium examina-
torum de anno 1521. ad instantiam Ferdinandi de Ca-
stagneda patris Donnæ Isabellæ deponentium de illius
nobilitate, & puritate, nec non testes deponentes Li-
centiatum Petrum de Castagneda fuisse consultorem,
& aduocatum Sanctæ Inquisitionis Hispalens. ad quod
officium non admittuntur impuri. Item testes examina-
ti de mandato Ordinarij ad instantiam Alphunsi Raui-
nez descendentis ex dicto Ferdinando patre d. Isabellæ
deponentes de ista puritate, quæ omnia insimul iuncta
mirum in modum coadiuuant intentionem D. Ioannis,
† & comprobant eius puritatem, vt ponderauit Rota 11
in vna Ouetens. Canonicatus 24. Ianuarij 1578. coram
bo. mem. Cardinali Seraphino, & pleniùs in dictis de-
cisionibus Toletana, & Pacens. Quibus stantibus non
obstant testes deponentes super impuritate respectu d.
Isabellæ de publica voce, & fama, quia aliqui fuerunt
examinati extra locum originis contra Statuta Religio-
nis, & omnes restringunt famam ad tempus depositio-
nis, cùm vtantur † tantum verbo præsentis temporis 12
*(est)* & sic non probant famam, quæ releuet, Corn. *cons. 198. sub num. 12. lib. 2.* Capuaquen. *decis. 9. par. 2.* & fuit
sæpiùs resolutum, & vbi fama esset legitimè probata,
attamen non releuat, tùm quia confunditur ex supra-
dictis, & non potest † dici solida, constans, & perpetua, 13
d sicut requiritur [d], vt post Bal. quem allegat tradit Mar-
sil. *in l. de minore. §. plurimum. num. 56. ff. de quæst.* Menoch.
qui concordantes allegat *cons. 191. num. 86.* & dixit Ro-
ta in illa Pacens. habitus. Et probatio famæ † vt releuet, 14
nihil debet habere in contrarium, & nullam contradi-
ctionem, Rolan. post alios, quos citat *cons. 3. num. 48. lib. 1.* Et fuit dictum in illa Ouetens. Canonicatus. Ac-
cedit, quòd cùm habeamus contrariam famam purita-
tis probatam, † vtique hæc est præferenda, tùm quia 15
multò plures testes de ea deponunt, Rimin. sen. *cons. 6. num. 38.* tùm quia nititur præsumptione, quæ (vt dictum
est) stat pro puritate sanguinis, Anchar. *cons. 189. nu. 7. circa med.* Surd. *cons. 151. sub num. 79.* tùm etiam, quia in
concursu fama † bona præualet famæ malæ, [e] Anchar. 16
e *d. cons. 189. post n. 7.* Abb. *in c. cũ contingat. in fin. de accus.*
cum aliis per Gabr. *de testi. concl. 4. num. 25.* Put. *decis. 2. n. 2. lib. 1.* fuit dictũ in Oxomens. Statuti 27. Iunij 1601.
coram R.P.D meo Decano, in d. Burgens. admissionis
ad habitum, & in sæpiùs allegatis decisionibus Toleta-
na. & Pacens. Præsertim quia apparet ex testibus exami-
natis pro Didaco Marmoleyo formam huiusmodi ha-
buisse ortum à commissariis, qui fecerunt informatio-
nem, de qua agitur. Non obstat, quòd non fuerint exa-
minati super hoc quatro viginti testes iuxta decretum
Concilij, quia Don Ioannes deposuit scuta 300. pro sub-
ministrandis expensis Commissariis, & ad effectum, vt
illi examinarentur, si autem Commissarij examinarunt
nouem tantùm, nihil est, quòd ipsi imputetur, immo, † 17
cùm per ipsum non steterit, probatio haberi debet pro
facta, vt fuit resolutum in d. Toletana coram R. P. D.
meo Marquemontio. Et ita fuit conclusum pro admis-
sione ad habitum, quæ est prima pars dubij. Quoad aliam
partem, in qua quæritur, à quo tempore debeat esse ad-
missio, Domini ordinarunt, quòd particulari dubio di-
scutiatur.

*ANNOTATIO.*

a Et sæpiùs Rota in similibus materiis hoc firmauit, & præsertim *in decis. 167. num. 31. & 39. & decis. 182. nu. 4. & decis. 494. num. 2. par. 1. in recentior.* vbi plures aliæ decisiones cumulantur.

b Mant. *decis. 154. & d. decis. 169. num. 49.* vbi aliæ decisiones referuntur, & *d. decis. 494. num. 4.*

c Est modus † optimus probandi nobilitatem, & puritatem 18
sanguinis parentum, quando ostenditur illos habuisse officia, ad quæ non nisi nobiles, & puri sanguine admittuntur, Cæs. de Graff. *decis. 2. num. 1. vers. quartò qui fil. sint legit.*

*legis* Seraph.*decis.*297.*nu.*4. Rota *decis.*176.*nu.*7. *par.*1. & *decis.*248.*n.*2. inter impress. penes Farioac. *post* 2.*lib. cons.* & Rota *dict.decis.*494.*n.*7. fuit dictum in Neritonen. habitus 16.Iun. 1617. cotam R.P.D.Verospio,& aliàs sæpe.

d Rota *d.decis.*167.*n.*24.& *d.decis.*182.*n.*6.*par.*1.*in recent.*cum ibi cumulatis,& *decis.*264.*n.*4. inter impress.penes Farin. *post* 2.*lib.consil.*

e Et in his terminis Statuti impuritatis dicit Hoieda *in tract.de incompatibil.benef.par.*5.*cap.*23.*num.*143. Rota *decis.*264.*nu.*4.*in fine,*& *decis.*494.*n.*12.*par.*1.*in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. Habitus.

*Lunæ* 18. *Aprilis* 1611.

### ARGVMENTO

non indiget.

### *SVMMARIVM.*

1 *Antianitas debet incipere à die prima præsentationis probationum, quæ postea fuerunt declarata bona, & valida.*

2 *Antianitas vt currat militi, debet constare de solutione pecuniarum facta Thesauro Religionis.*

### DECISIO CCCCXCIX.

RÉsolutum fuit Don Ioanni faciendam esse admissionem à die primæ præsentationis suarum probationum, quæ fuit de mense Iulij 1602.ita enim declarat decretum, seu sententia Concilij dùm dicit, si probatio fuerit bona,& valida repetta, Don Ioannes habeat anterioritatem in gradu militum à die suæ primæ præsentationis. Probationes autem bonas,& validas fuisse,constaréque de eius puritate fuit decisum. Ex qua decisio-
1 ne † apparet exceptionem oppositam contra eius puritatem fuisse iniustam, & propterea non debere illi in
2 in sua antianitate parere aliquod præiudicium, a *l. iure ciuili,* vbi Doct. *ff. de cond. & demonstr.* cum allegatis in causa Ciuitaten. habitu 19. Decembris 1608. coram R. R. P. D. meo Manzanedo. Non obstat, quòd secunda probatio non fuerit completa per examen viginti testium, quia omisso, quòd Don Ioannes videtur grauatus fuisse superflua probatione, quoad ipsum haberi debet pro completa. Quia per ipsum non stetit, quo minùs omnes testes examinarentur, imò præstitit omnia per ipsum præstanda, vt fuit dictum in decisione. Con-
2 stat etiam de solutione † pecuniarum, quæ appellatur (*il passagio*) per ipsum multò ante facta communi Thesauro, vt requirunt stabilimenta Religionis ad effectum, quòd currat antianitas.

### *ANNOTATIO.*

a Et de hoc dixi *supra ad decis.*341.

---

## Nucerina Parochialis.

*Veneris* 29. *Aprilis* 1611.

### ARGVMENTVM.

Reintegrationi in materia spolij an sit locus, & an concurrant requisita.

### *SVMMARIVM.*

1 *Possessio probatur ex publico instrumento adeptionis tempore, quo erat vacans.*

2 *Locatio effectuata per receptionem affictus probat possessionem etiam contra tertium.*



3 *Extremum secundum probatur per sustentationem litis iuncto quolibet adminiculo.*

4 *Titulum coloratum tribuit prouisio Apostolica.*
*Titulus coloratus an, & quando dicatur, latè numero* 11.

5 *Possessore existente non potest procedi ad immissionem eo non citato, & non discusso de eius iure.*

6 *Executor est mixtus, vbi agitur de remouendo possessorem.*

7. *Papa potest præuenire,*

8 *Deuoluitur ius conferendi, & deputandi ad Papam ob negligentiam inferioris.*

9 *Reintegrationem in spolio non impediunt exceptiones respicientes petitorium.*

10 *Spolium vltimum est purgandum.*

### DECISIO D.

FVit resolutum Octauium esse reintegrandum, quia de primo extremo, & anteriori eius possessione
†constat publico instrumento adeptionis tempore, quo 1
erat vacans, Rota *decis.*21.*de restuit. spoliat. in antiq.* Bising.*decis.*8.*eodem tit.*Cassad.*decis.* 20.*in fin.de preben.*Caputaquen. *decis.*334.*nu.*5.*par.*2.Cæs.de Grass.*decis.*4.*nu.*1.*de restitut. spoliat.* & sæpissimè fuit resolutum. Acce-
dit locatio fructuum, † quæ effectuata per receptionem 2
affictus possessionem probat etiam contra tertium,[a] ex a
cumulatis per Gabr.*de loc. conclus.vltima nu.*2.& *seq.*fuit dictum in vna Placen. administrationis Sacramentorum 10. Martij 1581. coram Laurerano. De secundo extremo apparet per instrumentum possessionis per ad-
uersarium captæ,& per sustentationem litis, † quæ suf- 3
ficit cum quolibet adminiculo, Caputaquen. *decis.* 369.
*par.* 2.Cæs.de Grass.*d.decis.*4.*num.*2. Pro † titulo colo- 4
rato adest prouisio Apostolica.[b] Non obstat, quòd Ab- b
bas obtinuisset mandatum de manutenendo in quasi possessione deputandi Cappellanum, quia quasi possessio iuris deputandi benè operatur, quòd Abbas possit
deputare, non autem, quòd † pendente lite possit pro- 5
cedere ad immissionem, præsertim non citato illo, qui existebat in possessione beneficij, & non discusso de eius iure, vt de eo qui est in quasi possessione conferendi, vel præsentandi, dixit glos. per illum text. *in cap. licèt Episcopus in ver. si non vocato*, vbi etiam Io. Andr. *vers. in glos.not.*& Franch.*in* 3.*not.de preben.in* 6. Rocch. *de iurepatronatus in ver. honorificum quæst.* 54.*num.*87. & quicquid dicendum foret, quando possessio fuisset vacans, attamen cùm esset plena erat procedendum iudicialiter, & iuris ordine seruato contra possessorem. Poterat enim esse, quod aliquod ius retinendi possessori competeret, *cap.licèt Episcopus de preb. in* 6. quod procedit etiam stante mandato de manutenendo. Caputaquen.*decis.*78.*par.*3. Hinc videmus, quòd vbi agitur de
† remouendo possessorem, omnis executor est mixtus,[c] 6
Card.*cons.*67.*num.*1. Felyn.*in cap.fin.num.*24.*de præsumpt.* c
fuit dictum in vna Piscien. seu Nullios Cappellaniæ 21.Februarij 1578.coram fœl.rec. Clem. VIII. Præsertim, quia potest esse, quòd Abbati debeatur manutentio in quasi possessione deputandi, & nihilominus pro-
uisio Apostolica sustineatur, vel quia † Papa voluerit 7
præuenire, *cap. dudum de preb. in* 6. vel quia † ob ne- 8
gligentiam deputandi ius fuerit ad eum deuolutum, *clem.vnic.de sup.negl.prel.* Quæ dicuntur de iustitia pos-
sessionis Octauij † respiciunt petitorium, nec impediunt 9
reintegrationem, *c.ex literis. de restit. spol.* imò etiam si
possessio prætendatur spoliatiua, quia vltimum † spo- 10
lium priùs est purgandum, Rota *decis.* 27.*in fin.de appel. in nou.* Fastol. *dub.*4.*nu.*2.

### *ANNOTATIO.*

a Dixi *supra ad decis.*6.

b De† colore tituli in materia Spolij latè tractat. Pont. *de spol.lib.2.cap.15.nu.137.& seq.*& in hac materia Spolij requiritur minor color, quàm ad effectum regulæ de Triennali, Achil.*decis.8. nu.7. super regul.de Triennal.* coloratum auté titulum quis dicitur habere eo ipso, quòd reperitur in possessione auctoritate superioris, Gemin.*cons.*140. *n.*2. Rota *decis.16.n.4 de restitut.spol.*Pontan.*de spol.lib. 2. cap.* 55.*num.*139. & prouisio Apostolica etiam nulla tribuit titulum coloratum ad effectum, spolij, Rota *decis.*517. *nu.* 2. *par.2.in recentior.& decis.*542.*sub num.3.eadem par. 2. in recent.* vbi dicitur, quòd pro colore tituli sufficit ad effectũ spolij prouisio obtenta ab habente facultatem conferendi licèt nulla, vel subreptitia , & quæ aliàs non sufficeret ad effectum regulæ de triennali, vt dicitur in *d. decis. sub num.*4.& ita etiam est intelligenda decis.Seraphin.457. in fine dum dicit, quòd gratia nulla non tribuit titulum coloratum, scilicet, cum effectu regulæ non spolij. Et ad discolorandum titulum in hac materia spolij , non sufficit quilibet defectus tituli, sed debet esse patens , & manifestus, vt fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Ormilia 21. Ianuarij 1608. coram Cardinali Sacrato per Doctrinam Felyn.*in cap. in nostra num.13.in 2. conclus. de rescript.* & ideò sola possibilitas sufficit ad tollendũ discolorationem tituli, vt dixit Rota *decis.741.sub n.6. par. 2. in recent.* quando verò euidenter, & notoriè constat de infectione tituli, ille titulus non tribuit aliquem colorem, quia dicitur emanasse de facto, & non de iure, Rebuff.*cons.* 188. *n.* 3.Sansen. *regul.de trien.quæst.*33 *n.*1. *&* 2. Pontan. *de spol. lib.*3.*num.*62. Priuilegium reuocatum dicitur tribuere titulum coloratum, Achil.*decis.4.de restitut.spoliat.* Rot.*decis.* 583.*num.2.par.1.in recentior.* quod est verum, quando quis probabiliter ignorabat priuilegij reuocationem, Manric. *decis.118.sub n.13.versic.prætere a.*

c De quo dixi *supra ad decis.* 413.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Placentina Parochialis de Malpartida.

*Mercurij 4. Maij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Impedimentum vt excuset, quæ concurrere debent, & plura de dieta legali.

### *SVMMARIVM.*

1 *Impedimentum vt excuset, non solùm debet illud probari, sed etiam probari debet diligentia de illo remouendo.*
2 *Et talis probatio debet esse clara, & liquida.*
3 *Dieta legalis calculatur 20. milliaris pro quolibet die.*
4 *Non procedit, quando constat de consuetudine regionis diuersa à dicta dieta legali.*
5 *Item nec attenditur stante vsu tabellariorum in contrarium.*
6 *Iniustitia notoria requiritur ad effectum reuocandi sententias Rotales iam executioni demandatas.*

### DECISIO DI.

CVm Michaël de Ayala, & Petrus de Oliua darent de nullitate duarum sententiarum Rotalium vltimo loco contra eos latarum, ex eo, quòd illæ confirment sententias Bubali, ac bo.me. Cardinalis Seraphini, & Cardin. Pamphilij, quarum acta non fuerunt transportata, fuit dubitatum: An duæ vltimæ sententiæ Rotales sint nullæ , quod dubium fuit propositum die 10. Mensis Decembris præteriti, & resolutio fuit dilata: interim Didacus dell'a Marca, pro quo erant latæ sententiæ, adiuit Signaturam Sanctissimi supplicans, quòd reiectis dictis nullitatibus, & instantia, quam faciebat pars aduersa de transportandis registris actorum dictatum trium primarum instantiarum, Sanctissimus dignaretur mihi committere, vt eum actis ad me transportatis procederem ad causæ expeditionem, qui rescripsit (*arbitrio Rota.*) Vnde emanauit dubium , an intret dictum arbitrium, quo proposito 18. Martij præteriti Rota ordinauit , quòd videretur de releuantia depositionis quorumdam testium, de quorum non transportatione pars multùm conquerebatur, & post binam propositionem fuit resolutum testes non releuare , neque probare allegatum impedimentum Episcopi in adeptione possessionis Episcopatus , admisso enim , prout aliàs admisit Rota 24. Martij 1586. coram bo.mem. Bubalo, quòd ex istis testibus probetur consuetudo in regionibus Hispaniarum de obtinenda cedula Regis pro capienda possessione Episcopatus, & quòd tempore illo Rex reperiretur in Ciuitate Vlixbonen. & propterea illuc essent transmittendæ pro obtinenda cedula literæ Apostolicæ, quæ postmodum erant cum cedula ad Curiam, & Consilium Madrid pro Registro , & Sigillo transportandæ , & inde ad Placentiam pro capienda possessione Episcopatus, attamen ex dictis testium non probatur impedimentum , propter quod Episcopus non potuerit accipere possessionem ante diem 21. Ianuarij 1582. & quatenus adfuisset aliquod impedimentum, quòd Episcopus adhibuerit diligentiam , vt illud re-
mouerit,† cùm tamen vtrumque probare debeat, qui 1
vult propter impedimentum excusari, *cap.ex transmissa,*
& ibi Felyn.*in princ.de præscript.* Bar.& alij *in l.2.§.quod*
*diximus.ff.si quis caut.* Alex.*cons.49.n.5.lib.2.* Natt. *cons.*
258.*n.6.*Caput.*decis.72.n.5.& 6. par.2.*& dixit Rota in
hac causa coram Bubalo, & R. P. D. meo Lancellotto,
† quæ probatio, vt dicitur in dictis decisionibus debet 2
esse clarè liquida , tantùm autem abest , quòd liquidò
constet de impedimento ex dictis testium , quòd imò
illud apertè excludant, quando enim verum esset, quòd
ad expediendam cædulam regiam , & capiendam possessionem
essent, vt dicunt, necessarij duo menses, constat Episcopum , cùm esset in Ciuitate Vlixbonen. recepisse literas suæ prouisionis 19. Nouembr. 1581. possessionem autem accepisse die 22. Ianuarij , & sic per tres dies post duos menses, & sic testes non includunt, sed potiùs excludunt impedimentum, imò calculando iuxta dicta eorumdem potuisset multò ante possessionem capere, quia cùm cædula fuerit signata à Rege 11. Decembris iuxta stylum articulatum, & probatum per testes, restabat solùm, quòd cædula subscripta vnà cum literis Apostolicis transmitteretur ad consilium Madrit, vt registraretur, & sigillaretur; ab Vrbe autem Vlixbonen. ad Madrit, dicunt testes, cũ mula ordinaria perueniri spatio octo, nouem, aut decem dierum: Vnde capiendo mediam partem, & sic nouem dierum debuisset peruenire ad Secretarium Consilij 20. Decẽbris, & die 21. aut sequenti potuit registrari, subscribi, & consignari procuratori Episcopi ad effectum transmittendi ad Placẽtiam, quo spatio sex, aut septem dierum iuxta distantiam, quam deponunt testes, peruenire poterat, & sic die 27. aut 28. poterant esse in Ciuitate Placentiæ, ac die 29. capi possessio Episcopatus, & multò etiam celeriùs potuisset capi possessio, attento vsu Tabellariorum, qui citatis equis continuò transmittuntur in dictis partibus, quo casu tribus, vel ad summum quattuor diebus cædula poterat peruenire ad Madrit, & à Madrit Placentiam duobus, vel tribus diebus, quod cõsiderauit Rota in d.
decisione coram Bubalo. Calculatio † 20. milliariũ pro 3
qualibet die, iux.*l.3.ff.de verb.sign.& l.1.in princ.ff.si quis*
*caut.* fuit reiecta in decisione D. Lancellotti, & meritò,
quia neque testes eam admittunt, dum deponunt de
consuetudine illarum partium diuersa à dieta legali,
† qua stante non attenditur dispositio dictarum legum, 4
Alex. *in d.l.1.n.* 7. Rebuff. *in d. l. 3. verf. sextò hac hodie,*
† prout neque etiam attenditur stante vsu Tabellatio- 5
rum , *l.continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig.* Aleiat.
*in d.l.3.num.10.& seqq.* Rebuff.*in vers. alia est dieta singularis,* & considerauit Rota coram Bubalo. Diligentia

etiam

etiam nulla probatur in remouendo prætenso impedi-
mentn, nulla pro habendis literis in Curia, neqne pro
obtinenda cædula, quæ fuit subscripta die 11. Decem-
bris, cùm tamen literæ fuissent receptæ in Ciuitate
Vlixbonen. 19. Nouembris. Et hanc sententiam liben-
ter amplexi sunt Domini non solùm propter duas præ-
6 cedentes decisiones, sed etiam quia agitur de † reuo-
candis sententiis Rotalibus executioni demandatis, &
per plures annos obseruatis, ad quem effectum requi-
ritur probatio notoriæ iniustitiæ, quæ nullo velamine
b obfuscati, & nulla excusatione celari possit, [b] Corn.
*consil.10.n.3.lib.4.* Felyn. *in cap. inter cæteras n.7. de re iud.*
Dec. *in cap. quoniam contra nu.153. & seqq. de probat.* fuit
dictum in Romana hæreditatis de Comitibus 3. Iunij
1587. & in Perusina bonorum 16. Nouemb. 1601. coram
Reuerendissimo Pacen. & sæpiùs in aliis.

*ANNOTATIO.*

a Surd. *decis.4.nu.3. & decis.203.n.17.* Menoch. *de arbitr. casu 118.num.7.*

b Sententia notoriè iniusta quando dicatur, dixi *supra ad decis.1.*

---

## Romana Census.

*Lunæ 9. Maij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Socius, qui soluit, potest pro rata agere contra alios consocios, ad quos negocium æqualiter spectat, & damnum debet esse commune, & æquale inter socios.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussor soluens, & reportata cessione potest dempta eius portione, & communicato damno ex aliorum obligatorum decoctione agere contra coobligatos.*

2 *Originalis causa contractus est attendenda, & magis attendendus primus contractus, qui dedit causam secundo, quàm secundus.*

3 *Socius tenetur pro rata releuare, & præseruare indemnes consocios.*

4 *Socius qui non habet maiorem participationem in societate, nec etiam debet sentire maius detrimentum.*

5 *Societate finita durat communio in effectibus, & damnis non diuisis.*

6 *Societatis damnum debet esse commune, licèt contingat post causam finitam.*

7 *In societate damna, & lucra debent esse æqualiter communia.*

8 *Amplia, vt non valeat pactum contrarium æqualitati.*

9 *Solutio subsecuta declarat, quid fuerit de intentione partium.*

10 *Obseruantia est optima interpres voluntatis contrahentium.*

11 *Tutoris factum est considerabile propter concomitantiam, & adminiculum veritatis.*

### DECISIO DII.

RESolutum fuit mandatum Aud. Cam. siue R.P.D.
Vulpij ab eo deputati esse exequendum, quia cùm
D. Adrianus de Caualeriis vnà cum D. Gregorio Ser-
lupio, & aliis esset in solidum obligatus pro solutione
census, Domini Serlupij, qui integros fructus solue-
1 runt, & cessionem obtinuerunt, † potuerunt dempta
eorum portione, & communicato damno ex aliorum
duorum obligatorum decoctione pro medietate agere
a contra D. Adrianum, seu eius hæredes, [a] iux. tradita per
Bart. & Castr. *in l. Modestinus. ff. de solut.* fuit dictum in
vna Romana Pecuniaria coram Illustrissimo Cardinali
Blanchetto 5. Iulij 1595. & coram Reuerendissimo Pa-
cen. 2. Maij 1598. & sæpiùs in aliis; licèt enim Serlu-
pij censum imposuerint, non tamen possunt dici prin-
cipales debitores respectu Adriani, & aliorum obliga-
torum, quia fuit impositus pro soluendis cambiis, &
societatibus officiorum contractis occasione affictus
Casalis Campi mortui, in quo Serlupij, Adrianus, &
alij erant socij, prout declarauit non solùm Gregorius
Serlupius in impositione census, sed etiam Adrianus
ipse in sua accessione, & obligatione, ex quo sequitur,
† magis attendendum contractum societatis, qui dedit 2 a
causam impositioni census, quàm censum ipsum, [b] Alex. b
*cons.215.n.4. & 5. li.6.* decis. Pedem. 567. *nu.25.* Rot. Ian.
*decis.91. num.8.* & propterea cùm ex natura societatis
Adrianus teneretur † non solùm releuare Serlupios 3
pro sua rata, & portione, sed etiam communicare sibi
decoctionem aliorum duorum sociorum, *l. omnes alie-
num. cum l. seqq. ff. pro soc.* DD. de Caualeriis tenerentur
ad solutionem medietatis fructuum census; Ae-
quitas enim non patitur, † quòd DD. Serlupij, qui non 4
habent maiorem participationem societatis, quàm illi
maius sentiant detrimentum, Gabr. *cons.63. sub n.14. li.2.*
Non obstat, quòd tempore impositionis census affictus
Campi mortui, & societas eius occasione contracta es-
set finita, quia durabat † adhuc communio in ipsis affi- 5
ctibus, & damnis non diuisis, Ruyn. *cons.77. sub n.5. li.4.
vers. istud etiam comprobatur* cum aliis adductis per in-
formantes. Et debet esse commune † damnum proue- 6
niens occasione societatis, licèt post eam finitam con-
tingat, vt latè per Surd. *cons.20.n.16.* Non obstat, quod
dicitur D. Adrianum non fuisse socium Rilli, & alte-
rius decocti, quia contrarium deprehenditur ex decla-
ratione ipsius, quando accessit obligationi census, cùm
eos indemnes pro sua rata promiserit conseruare, &
quando fuissent tantùm duo socij Serlupius, & Adria-
nus, & totus effectus societatis in eorū personis rese-
disset, Serlupius, qui habebat æqualē participationē cū
Adriano, non debuisset maius damnum sentire, quam
Adrianus, hoc enim † repugnat naturæ societatis, in 7
qua damna, & lucra debent esse æqualiter communia,
*l. verùm. ff. pro soc. cum concord.* vsque adeo, † quòd non 8
valet pactum contrarium æqualitati, *l. si non fuerit. §.1. ff.
pro soc. & §.1. Instit. eod.* latè Corn. *cons.310. in princ. lib.4.*
Accedit † diuturna solutio medietatis fructuum d. 9
census facta à Dominis de Caualeriis, quæ multùm de-
seruit pro declaranda mente, & intentione partium,
Paul. de Castr. *cons.363. in 2. dub. lib.1.* Obseruantia enim
† subsecuta potissima est ad declarandum voluntatem 10
contrahentium, latè Illustr. Mantica *de tacit. & ambig.
conu. li.2. tit.1. n.5.* Nec releuat, quòd solutio sit facta à
tutore, quia vltra quòd dicitur facta à D. Dominico pa-
tre, & legitimo administratore etiam post excessum mi-
noris ætatis; factum tutoris † in hoc esset considerabile 11
propter concomitantiam, & adminicula veritatis, vt de
confess. dicitur, Achil. *decis.1. de confess. cum simil.* Non est
verum, quòd non fuerit actum vigore cessionis, quia
eius instrumentum fuit in actis productum, & non ad
alium finem.

*ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis.190.*

b Benè Rota in his terminis *decis.231. par.2. diu.* Picus, qui alios refert *ad Stat. Vrbis glos.7.n.817.* & etiam benè facit doctrina Bart. *in l. tutor datus. ff. de fideiuss.* & ibi etiam Bald. *in princ.*

---

## Parmen. Status.

*Veneris 1. Iunij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Purgatio attentatorum quando sit sufficienter facta.

*SVMMARIVM.*

1 *Depositum vnius Iulij cum oblatione soluendi residuum facta liquidatione an sufficiat in materia attentatorum, & latè nu. 6.*

2 *Citatio non est necessaria, quando decretum est factum præsente procuratore.*

3 *Attentatorum purgatio, quæ fit ex Iudicis officio, dicitur esse remedium extraordinarium, cui non est locus, quando per viam ordinariam agi potest.*

4 *Officium suum non solet Iudex impertiri, nisi illi, qui est omni actione destitutus.*

5 *Attentata ita tolli debent, vt non solùm de iure, sed etiam de facto nocere non possint.*

## DECISIO DIII.

LIcèt resolutum fuerit attentata in Ciuitate Ianuæ à DD. Pallauicinis facta posse purgari per eorum cessionem in Curia in actis causæ factam, & Marchio Alphonsus fecerit cessionem iuxta formam sibi à Rota, & à parte præscriptam, attamen Rota censuit non posse procedi ad vlteriora in negocio principali; omissa enim refectione expensarum, in qua Domini non faciebant vim, tùm propter earum modicitatem, tùm quia
1 Marchio Alphonsus deposuit † Iulium, * & fecit præ-
2 figi terminum Dominis de Rangonibus ad eas liquidandum, quod videtur sufficere ex traditis per Lancell. *de attent. cap. 31. num. 57. & seqq.* vbi allegat decisiones Rotales, cuius dicta licèt absolutè loquendo possent pati difficultatem, attamen in casu isto de plano procedere videntur, quia si Domini Rangones fecerunt aliquas expensas, sunt factæ extra iudicium, & Dominis Pallauicinis penitus ignotæ, ita vt ipsis impossibilis sit liquidatio: Decisiones ex aduerso allegatæ loquuntur in restitutione fructuum, vel expensarum iudicialium, quæ possunt etiam per attentantem probari, & liquidari. Verùm quia Marchio Alphonsus attentauit etiam nomine Alexandri, & Cirri, fuit dictum in decisione vltimo loco facta, quòd cessio debebat fieri etiam ipsorum nomine cum mandato sufficienti: Et isto casu ex natura negocij, & circumstantiis facti visum fuit Dominis non sufficere reuocationem attentatorum ex officio nobili Iudicis factam; nam prætermissis iis, quæ opponuntur de defectu citationis Alexandri, & Cirri, quia quando illa fuisset necessaria Iudice huiusmodi officium exercente, hoc casu non requirebatur, cum
2 decretum † reuocationis fuerit factum præsente Marchione Alphonso ipsorum procuratore, Bar. *in l. prolatam n. 7. C. de sentent.* Ang. *in l. de vnoquoque circa med.* & ibi Imol. *circa fin. ff. de re iudic.* Alex. *in Rubr. C. de in ius*
3 *vocan. n.* 8. fuit dictum hoc esse † remedium extra ordinarium purgandi attentata, Lancell. *de atten. par. 3. cap. 21. nu.* 17. cui non videtur esse locus, quando per viam ordinariam agi potest, iux. regulam *l. in causa la 2. ff. de minor. & l. in prouinciali. §. sed in loco*, vbi Bar. & Doct.
4 *ff. de nou. oper. nunc.* † & tale officium non solet Iudex impertiri, nisi illi, qui est omni actione destitutus decis. Pedem. 40. *nu.* 7. latè Surd. *de alimen. tit. 3. quæst. 3. n.* 24. præsertim cùm in casu isto non ita plenè prouideatur per remedium extraordinarium, sicut esset prouisum per remedium ordinarium cessionis, quia Iudices illi non attendunt gesta in aliis tribunalibus, vt est notorium, & apparet ex spretu inhibitionis Rotalis. Vnde per hanc reuocationem Domini de Rangonibus non sunt in plena securitate constituti, sed probabiliter suspicari possunt, quòd aliquo tempore procedatur ad
5 executionem attentatorum; † attentata autem ita tolli debent, vt non solùm de iure, sed neque etiam de facto nocere possint, iuxta decis. Rotæ relatam à Lancellotto *de attent. par. 2. cap. 29. num.* 42 Nec facit, quòd Marchio Alphonsus dicat se pro sua parte plenè purgasse attentata, & moram Alexandri, & Cirri non debere ei nocere, quominus possit pro suo interesse iudicium prosequi, quia Domini hoc noluerunt admittere propter implicitatem negocij, cùm resolutiones, si quas fauorabiles obtineret Marchio, essent etiam ipsi Alexandro, & Cirro profuturæ, & ad tollendam omnem suspicionem collusionis. Nec verificatur, quòd Marchio adhibuerit omnem diligentiam, & fecerit omne suum posse pro obtinendo mandato ad cessionem faciendam, quia literæ exhibitæ hoc non probant; illæ enim non continent aliquam recusationem, aut repugnantiam, sed potiùs necessitatem temporis ad consulendum, & deliberandum de modo faciendi mandatum. Et propterea Domini resoluerunt non esse ad vlteriora procedendum.

*ANNOTATIO.*

a Rota † in Iudiciis priuilegiatis, puta, in spoliis, & attentatis non seruat opinionem Angel. *in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic.* qui vult sufficere depositum vnius Iulij cum oblatione soluendi residuum quando fuerit facta liquidatio, sed seruat Doctr. Bald. *in cap. conquerente de restitut. spoliat.* qui requirit in spolio omnimodam purgationem vsque ad vnum nummum, Veral. *decis. 150. par. 1.* Seraphin. *decis. 1176. & decis. 269. num. 1. in fine par. 1. in recent.* & optimè in Pauormitana Archidiaconatus coram bo. me. Penia impressa penes Marches. *de commis. tom. 3. fol.* 233. & in Papien. Coadiutoriæ coram R. P. D. Coccino Decano impressa penes eumdem Marches. *d. tom. 2. fol.* 38. fuit dictum in Placentina iurispatronatus 1. Februarij 1599. corã Corduba, & in Ferrarien. Dotis 16. Decembris 1618. coram R. P. D. Buratto; & stylus est, quòd petens procedi ad vlteriora, ipse liquidet, vel impetret Commissionem, in qua præfigatur terminus aduersario ad liquidandum, ita dixit Rota in dicta Placentina iurispatronatus coram Corduba, Marta *de clausulis par. 1. clausul. 92. sub num. 5. vers. vnde iuxta stylum.* Prædicta de plano procedunt respectu restitutionis, & purgationis fructuum, sed quoad expensas, damna, & interesse, quando illa non sunt liquida, videtur sufficere depositum vnius Iulij cum oblatione de soluendo residuum, quo facto procedi poterit ad vlteriora, Rota *decis. 715. num. 2. par. 1. recent.* & fuit dictum in Vercellen. pensionis 28. Iunij 1619. coram R. P. D. Pirouano, vbi fuit dictum ita esse intelligendum, Lancellott. *de atten. par. 3. cap. 31. num. 96. & 166.* & ibi dicitur idem etiam fuisse centum in Asten. Canonicatus 27. Iunij 1616. coram Cardinali Sacrato. Et hanc opinionem credo veriorem respectu damnorum, & interesse de quibus nullo modo nec in genere constat, secus autem respectu expensarum, & in specie, quòd respectu expensarum non sufficiat depositum vnius Iulij cum obligatione residui, dixit Rota in d. Ferrarien. dotis coram R. P. D. Buratto, quæ opinio de plano procedit respectu expensarum iudicialium, quia de illis saltem in genere constat, & forsasse contraria opinio potest procedere in expensis extraiudicialibus de quibus nullo modo constat prout videtur distinguere Rota in hac decisione.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Salernitana Parochorum.

*Mercurij 1. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Parochialitas Ecclesiæ ex quibus probetur. Dismembratio est species alienationis, & requirit solemnitates necessarias in alienatione rerum Ecclesiæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Parochialis Ecclesia probatur ex pluribus prouisionibus factis tamquam de Parochiali.*

2 *Parochialitatis signa sunt potestas fori pœnitentialis, locus certis finibus constitutus, in quo degit populus, cui per vnicum Rectorem Sacramenta administrãtur.*

3 *Paro*

3 *Parochis conuenit perceptio decimarum.*
4 *Dismembratio est alienatio, & nu.8.*
*Dismembratio non potest fieri sine causa, & quanam sit iusta causa pro dismembratione facienda, nu.8.*
5 *Dismembratio requirit solemnitates necessarias in alienatione rerum Ecclesiæ.*
*An Rector Beneficij sit citandus, & nu.9.*
6 *Visitationes factæ non ab Episcopo, sed ab inferiori non sunt solemnes.*
7 *Parochus non potest præiudicare Ecclesiæ.*

## DECISIO DIV.

PRo informanre quoad vtramque partem dubij fuit
resolutum. Nam quod Ecclesia S. Marci sit Paro-
3 chialis probatur † ex pluribus prouisionibus Ordinarij
factis ramquàm de Curato, vt fuit dictum in vna Sala-
mao. Dimidiæ portionis 28. Maij 1586. coram Orano,
& in Toletana Parochialis 15. Maij 1587. coram Illustr.
Cardinali Platto. Coocurrunt etiam omnia signa Paro-
a chialitatis [a] relata io Recanaten. Parochialis 20. Maij
2 1577. coram Lauretano, † videlicet, potestas fori Pœni-
tentialis, & illius exercitium per Rectorem nomine
proprio locus certis fioibus constitutus, io quo degit
populus, cui per vnicum proprium Curatum Sacramen-
ta administrantur, & optimè deponunt plures testes,
qui etiam deponunt de perceptione decimarum iure
3 proprio, † quod Parochis conuenit, *cap. ad Apostolica de
decim.* Quoad secuodam partem dubij, quæ respicit dis-
membrationem fructuum, conclusum fuit eam non
4 probari, & cùm † sit alienatio, [b] Achil. *decis. vnic. de re-
b bus Eccles. non alienan.* † debet probari eum requisitis in
5 alienatione rei Ecclesiasticæ, vt fuit dictum io Syracu-
sana Dismembrationis Fructuum 14. Februarij 1594. bo.
mem. Cardinali Pamphilio, quæ hic nullo modo pro-
bantur, sed neque ipsa dismembratio; quinimò ex pro-
bationibus datis videtur potiùs excludi, cùm testes di-
cant Parochom solùm percipere fructus, qui non exce-
dunt ducat. 80. regni, ita vt vix sufficiant pro sustenta-
tione Parochi. Nec obstat, quòd in quibusdam visita-
tionibus fiat mentio dismembrationis, quia illæ solæ
6 eam non probant, præsertim † cùm non sint factæ ab
Episcopo, sed ab inferioribus, & ideò non sint solem-
nes, Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 20. nu. 16. &* 17. Et cùm sint ab
anno 1587. non includunt tempus 30. annorum, ita vt
possit allegari præsumptio solemnitatis, & vtilitatis, seu
necessitatis in dismembratione. Vltra quod testes depo-
nuot à 40. annis, & vltra fructus integros fuisse perce-
ptos à Rectore. Non obstant solutiones factæ, quia fue-
7 runt factæ cum clausula (*sine praeiudicio*) & † Parochus
non potuit præiudicare Ecclesiæ, Capuaq. *decis.* 170.
*num. 6. par. 2.* & possent forsan probare quasi possessio-
nem, non autem ius dismembrationis, si non contineant
tantum tempus quod sufficiat ad præscriptionem.

### ANNOTATIO.

a Signa Parochialitatis latè recenset Rota *decis. 52. par. 2. diu.* & plenè Gonz. *super reg. 8. glos. 6. n. 34. & seq. 6.* & vide etiam plures relatos penes Garz. *de benef. par. 1. cap. 6. nu. 4.*

8 b Dismembratio † est species alienationis, & ideò fieri non
potest sine iusta causa, & solemnitatibus necessatiis in
alienatione rerum Ecclesiæ, Seraphin. *decis. 1062. num. 2.*
Rota *decis. 288. nu. 1. par. 1. in recent. & decis. 119. nu. 11. & 12.
& decis. 239. nu. 1. eadem par. 1. in recent.* fuit dictum in His-
palen. dismembrationis 11. Decemb. 1615. coram R. P. D.
Pamphilio, vbi dicitur, quòd iusta causa debet esse vel
necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, plenè Garz. *de benef. par.
12. cap. 3. n. 3. & seq.* Nec pro iusta causa reputatur sola nu-
merositas populi, quia potest prouideri per adiunctio-
nem aliorum Sacerdotum, qui coadiuuent Rectorem, sed
vltra dictam numerositatem requiritur etiam magna di-
9 stantia loci, Rota *decis. 288. nu. 1. & 2. par. 2. in recent.* † & in
hac dismembratione citari debet ille, ad quem pertinet
regimen Ecclesiæ, & illius reditus, Rota *d. decis. 288. nu. 4. & decis. 455. n. 6. par. 2. in recent.* & quòd sit necessarius consensus Rectoris Beneficij, Seraph. *decis. 1062. nu. 2. vbi sub num. 1.* dicit non esse standum assertioni Ordinarij dismembrantis attestantis de consensu: In contrarium autem, quòd qoando concurrunt iustæ causæ pro dismembratione, oon sit necessarius consensus Rectoris beneficij, dixit Rota in Mediolanen. Decimarum 18. Maij 1616. coram bo. me. Andrea, vbi dicit pro hac opinione esse iura expressa *in cap. ad audientiam de Eccles. ædific.* in Conc. Trident. *sess. 21. cap. 4.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Lauretana Bonorum.

*Luna 6. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Depositum quando suffragetur.

### SVMMARIVM.

1 *Depositum licèt aliquando liberet à solutione facienda, nunquam tamen retractat iam factam.*
2 *Deponere non est accollare.*
3 *Maximè quando altera pars nunquam recusauit, sed semper institit pro accollatione.*
4 *Promissio, quod prædium nulli personæ sit obligatum, intelligi debet de obligatione, quæ possit præiudicare emptori, & n.10.*
5 *Promissio de faciendo ratificare intelligitur dummodò emptoris intersit, & n.10.*
6 *Depositum debet esse integrum.*
7 *Depositum fieri debet præcedente citatione.*
8 *Intimatio an, & quando æquipolleat citationi.*
9 *Depositum vt releuet, debet esse purum, & sine aliqua conditione, adeò quod creditor possit ad libitum illud exigere, & latè sub n.11.*
*Conditio intrinseca non vitiat depositum, sed solùm extrinseca, & quanam dicatur intrinseca, & quæ extrinseca, nu. 12.*

## DECISIO DV.

REsolutum fuit depositum non suffragari Illustriss.
Cardi. Cusentino ad effectum, vt non teneatur ad
solutionem fructuum censuum. Nam quoad census per
ipsum accollatos res est indubitata; quia licèt † de- 1
positum aliquando liberet, vel excuset à solutione fa-
cienda, nunquam tamen retractat iam factam, neque
eius effectus tollit, sed neque etiam quoad fructus cen-
suum, quos ex conuentione accollare tenebatur, quia
deponere † non est accollare, iux. tradita per Bar. *in l.* 2
*item liberatur. §. 1. ff. quibus mod. pignor. vel hypot. solut.*
Tiraquel. *de retract. lignag. §. 9. glos. 9. n. 3.* præsertim quia
† D. Bernabeus nunquam recusauit, sed semper inste- 3
tit pro accollatione, Ias. *cons. 9. num. 15. lib. 1.* Corn. *cons.
262. numero 13. ad fin. lib. 4.* Tiraquell. *vbi supra.* Rol.
*cons. 63. num. 29. lib. 1.* Gabr. *cons. 57. num. 6. lib. 1.* fuit
dictum in Farfen. Pecuniaria 19. Decembris 1603. co-
ram me, & in Romana Census 2. Aprilis 1607. coram
R. P. D. meo Manzanedo. Non obstat, quod ex ad-
uerso dicitur non stetisse per dictum Cardinalem quo-
minus accollationem faceret, sed fuisse repertum a-
desse alios creditores anteriores illis, qui fuerunt da-
ti in lista, quia quando fuisset verum, poterat istis sol-
uere; seu accollationem facere omissis datis in lista,
quia promissio de accollando erat facta non de certis
creditoribus, sed simpliciter de anterioribus, faciunt in
fortioribus terminis tradita in Romana Census coram

Illustrissimo Cardinali Millino ex aduerso allegata, vl-
tra quòd non aderant creditores anteriores, qui insta-
rent, imò instare possent pro solutione, cùm eorum dies
non cessisset, vt in dotibus allegatis. Nec facit, quod
dicitur de vergentia Bernabei ad inopiam respectu do-
tis vxoris, quia vxor de ea non dedit, nec intentauit re-
medium, *l. si constante, ff. solut. matrimon.* Minùs etiam
4 facit, quòd Bernabeus † promiserit prædium nulli per-
sonæ esse obligatum, quia intelligi debet de obligatio-
a ne, quæ posset præiudicare emptori, [a] vt fuit dictum in
vna Perusina hæreditatis 8. Aprilis 1587. coram bo. me.
Orano, & in vna Romana Census 17. Aprilis 1598. co-
ram R. P. D. meo Decano; hîc autem nullum poterat
contingere præiudicium D. Cardinali, ex quo ipse ha-
bebat soluere creditoribus anterioribus Bernabei, à
quibus cessionem obtinendo repellebat creditores po-
steriores, idem dicendum de promissione de faciendo
5 consentire omnem personam, quia † intelligitur, dum-
modò emptoris intersit, & possit aliquod damnum pa-
b ti [b], vt fuit dictum in vna Romana non adimplemen-
ti 17. Nouembris 1597. coram Card. Seraphino, & in d.
Romana Census. Hîc autem excluditur omne periculum, & damnum propter solutionem faciendam creditoribus anterioribus, & in omnem euentum Illustrissimus Cardinalis poterat, & debebat agere ad liberandum, & faciendum consentire, quibus per Bernabeum non præstitis potuisset esse locus deposito. Quando enim fuisset locus deposito adhuc tamen illud, de quo
agitur, non suffragaretur; quia omissis iis, quæ hinc inde
6 dicuntur † super integritate depositi requisita ad eius
validitatem, Alex. *cons. 75. num. 9. lib. 7.* Aym. *consil.*
*106. num. 1.* quæ essent calculo examinanda, depositum
7 non est validum, † quia factum fuit nulla præcedente
citatione, Ias. *in preallegat. cons. 9. sub nu. 15. vers. secundò, & fortius lib. 1.* Curt. iun. qui communem dicit *cons. 28. post nu. 1.* Rol. qui pariter de communi testatur *d. cons. 63.*
*nu. 31.* & fuit dictum coram me in dicta Farfen. Pecu-
8 niaria. Non obstat, quod dicitur † de intimatione facta,
quæ æquipollet citationi, quia posset forsan procedere si fuisset factum decretum, seu mandatum per Iudicem de deponendo, vt requiritur, Rol. qui alios allegat, *vbi supra nu. 32.* & dixit Rota in d. Farfen. Pecuniaria. Hoc casu, si esset facta intimatio decreti ante depositum posset sustineri, nullo autem modo post depositum factum, aliàs intimatio suppleret duplicem defectum citationis, & decreti; præsertim quia Bernabeus intimatus non solùm non consensit, sed expressè impugnauit
9 depositum. Accedit, † quòd, vt depositum releuet, de-
bet esse purum, & sine aliqua conditione, ac tale, quod
c ad sui libitum possit creditor exigere, [c] Paul. de Castr.
*in l. acceptam sub n. 12. vers. si verò facta fuit. C. de vsur.* Ias. *dicto cons. 9. n. 15. circa med.* Alexan. *cons. 78. nu. 29. vers. 5. quia, & n. seq. li. 5.* Ruyn. *cons. 119. nu. 15. li. 5.* fuit dictum in vna Bononien. bonorum de Gambarinis 4. Nouembr. 1580. coram fœl. recor. Clem. VIII. & in Romana census 2. April. 1607. & 3. Iunij 1608. coram R. P. D. meo Manzanedo, & sæpissimè in aliis. Hic autem declaratio anterioritatis erat facienda per Iudicem, de qua in instrumento venditionis non fit mentio, & requirebat longam discussionem, citationem, & graduationem creditorum, & faciendum erat iudicium discussionis.

*ANNOTATIO.*

10 a Rota † *decis. 56.* inter impres. penes Cinc. *de censibus*, vbi fuit dictum, quòd imponens censum non tenebatur liberare rem censuatam ab alio cẽsu, si res erat capax vtriusque census non obstante, quòd asseruisset rem censuatam esse liberam ab alio censu, quod etiam dixit Rota in *decis. 64.* inter easdem impress. penes Cinc. sufficit enim reddere tutum, & cautum ipsum emptorem, Seraph. *decis. 1243. n. 5. & decis. 1275. n. 2.* & optimè Rota *decis. 126.* inter impress penes Farinac. *post. 2. lib. cons.*

b De quo dixi *supra sub litera* A.

c Depositum † vt suffragetur, debet esse liberum non con- 11
ditionale, nec cautelatum, adeo quòd creditor possit ad libitum illud exigere, Cinc. qui plures cumulat *de censibus par. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 9. nato. 28.* Rota *decis. 296.* inter impress. per eundem, vbi fuit resolutum depositum esse nullum, eo quia fuerat factum cum protestatione, quòd non consignaretur, nisi citatis certis personis, & *deci. 488. n. 5. par. 2. in recent.* si tamen depositum contineret conditionem intrinsecam, non vitiaretur, idem Cinc. *d. artic. 9. num. 29.* & benè distinguit Rota *decis. 813. par. 4. in nouiss.* & fuit dictum in Terracinen. Castri 23. Maij 1608. coram Cardinali Sacrato, & in Perosina Bonorum 5. Maij 1617. coram R. P. D. Manzanedo, vbi fuit dictum, quòd clausula (*consignandum cui de iure*) non vitiabat depositum. Conditio autem intrinseca dicitur, ad quam creditor census de iure cogi potest, extrinseca verò, ad quam de iure cogi non potest, vt fuit dictum in dicta Terracinen. Castri, Negus. *de pignor. 3. membr. 1. par. principalis n. 12.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Marsilien. Pecuniaria.

*Lunæ 6. Iunij 1611.*

## ARGVMENTVM.

Confessiones Tutorum, Prælatorum, & Procuratorum, quæ aliàs de per se solæ non præiudicarent, aliunde adminiculatæ plenè probant.

*SVMMARIVM.*

1 *Tutoris confessio extraiudicialis non praeiudicat pupillis.*
2 *Fallit quando aliunde est adminiculata, & vide plura similia in n. seq.*
3 *Prælati confessio voluntaria non præiudicat Ecclesiæ.*
4 *Fallit, si pro eo concurrant præsumptiones, & coniecturæ.*
5 *Patris confessio non præiudicat filio.*
6 *Non procedit, quando aliunde est adminiculata.*
7 *Procuratoris confessio adminiculata nocet principali.*
8 *Tutoris, & Curatoris confessio in responsione ad positiones plenè probat contra pupillum.*
9 *Tutoris, & Curatoris confessio emanata per viam contentiosæ iurisdictionis præiudicat, quousque de errore non doceatur.*
10 *Confessio vnius licèt alteri non præiudicet, tamen facit aliquam coniecturam.*
11 *Confessio, quæ aliàs fidem non faceret, quando est verisimilis probat.*

## DECISIO DVI.

Rota censuit constare de causis restitutionis in integrum, quia visum fuit hodie satis constare de aditione hæreditatis Thomæ senioris per Alexandrum, & Thomam iuniorem. De aditione enim Antonij, & Iuliani fratrum dicti Alexandri, & Thomæ iunioris non est dubitandum, & Rota aliàs eam admisit. Aditio autem respectu Alexandri, & Thomæ probatur ex confessione matris, & tutricis eorumdem in instrumento
procuræ, licèt enim † sit extraiudicialis, & emanauerit 1
per modum voluntariæ iurisdictionis, quo casu pupillis
non solet præiudicare, *l. Lucius. ff. de admin. tut.* & ibi
Bar. idem Bar. *in leg. certum. §. sed an ipsos. ff. de confess.*
Ang. & Imol. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysog. in. ff. de*
*verb. oblig.* † attamen concurrentibus adminiculis ple- 2
nè probat, [a] vt fuit dictum in Romana tutelæ 12. a
Februarij 1582. coram fœli. record. Clemente VIII.
sicut † in confessione Prælati voluntaria, quæ non 3

præiudi

præiudicat Ecclesiæ, *cap. præsentium. de test.* Afflict. *decis.* 168. *n.* 4. Caput. *decis.* 136. *in manuscrip.* si tamen pro ea concurrant præsumptiones, & coniecturæ, probat, & præiudicium parit, Ruyn. *cons.* 142. *post num.* 4. *lib.* 1. dixit Rota in vna Imolen. Iurisdictionis 28. Maij 1584. relata *inter diuers. decis.* 162. *par.* 1. & in d. Romana tutelæ, sic
4 cōfessio † patris legitimi administratoris, quæ aliàs non
5 præiudicaret filio, *l. certum* §. *sed an ipsos. ff. de confess.* † præ-
iudicat, quando iuuatur coniecturis, Ruyn. *d. cons.* 142.
6 *n.* 4. Natt. *cons.* 547. *sub n.* 24. † idem de confessione Procuratoris dixit Rota in vna Gerunden. Pensionis 8. Septembris 1577. coram bo. me. Card. Seraph. Adminicula autem sunt plura, & vrgentia non solùm ex aliis confessionibus eiusdem tutricis, sed etiam ex confessione
7 curatoris † ad litem in responsione ad positiones, quæ per se sola plenè probaret, Rot. Genuen. *decis.* 110. *n.* 2. prout de responsione testatoris ad positiones, quòd pupillus sit hæres, tradit Soc. *cons.* 57. *num.* 10. *lib.* 4. negari enim non potest, quòd non emanauerit per viam contentiosæ iurisdictionis, vt dicitur in dicta decis. Ge-
8 nuen. quo casu confessio † tutoris, & curatoris præiu-
b dicat quousque de errore non doceatur, [b] Bart. *in dict. l. certum.* §. *sed an & ipsos n.* 1. *in fine, & n.* 2. *vers. vt confitentur*, vbi etiam Cuman. *n.* 1. *in fin. & n.* 3. *vers. sed numquid.* Abb. *in cap. ex parte n.* 10. *vers. aut confitemur per viam contentiosæ iurisdictionis. de confess.* fuit dictum in Romana Legati 11. Februar. 1601. coram Cardin. Saciato, & sæpè in aliis. Et quamuis aliquid obiiciatur contra hanc
a confessionem, ita vt forsan per se sola non sufficeret, negari tamen nō potest, quin deseruiat pro magno adminiculo. Accedunt plures assertiones, & confessiones Antonij cohæredis factæ in diuersis instrumentis, licèt
9 enim confessio † vnius alteri non præiudicet, *l. duobus.* §. 1. vbi Ias. *ff. de iureiur.* Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. *glos.* 6. *n.* 9. attamen facit saltem coniecturam, vt per Surd. *dec.* 325. *n.* 11. Concurrit etiam exactio pecuniarum ab ipsis facta vti hæredibus Thomæ senioris, vt constat ex instrumento sub die 22. Martij 1593. & aliæ plures coniecturæ suadentes aditionem. Coadiuuatur etiam confessio tutoris magna verisimilitudine ex aditione facta per fratres maiores cohæredes, de qua vt dictum est) non dubitatur, & quam non fecissent, si hæreditas non esset lucrosa, vnde non est verisimile, quòd tutrix
10 eam neglexerit; verisimilitudo autem † operatur, vt confessio, quæ aliàs fidem non faceret, probet etiam in suspectis, & prohibitis, vt inter patrē, & filiū, virum & vxorem, Salyc. *in l. mater C. de contrahen. emption.* Alex. *in l. edita in fin. C. de eden. & cons.* 18. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 3. latè Tiraq. *in l. si vnquam in ver. donatione largitus n.* 100. *& seq. C. de reuoc. donat.* Ex quibus, & aliis deductis per informantes fuit conclusum constare de aditione, & per consequens de causis restitutionis in integrum.

*ANNOTATIO.*

a Rota *decis.* 117. *n.* 4. *par.* 2. *diuers.* & latè fuit dictum in Romana Laudis seu participationis 17. Aprilis 1617. coram R. P. D. Buratto, vbi adducitur simile de confessione Prælati, quæ adminicula præiudicat Ecclesiæ.

b Sicut etiam confessio Prælati emanata in iudicio per modum iurisdictionis contentiosæ præiudicat Ecclesiæ, Rota *decis.* 3. *n.* 2. *diuers.* & benè ead. Rota *decis.* 38. inter impress. penes Pacif. *de Salu. iuxta antiq. impress.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Neritonen. Pensionum.

*Veneris* 10. *Iunij* 1611.

ARGVMENTVM.

Successor an teneatur ad solutiones pensionum decursarum tempore antecessoris.

*SVMMARIVM.*

1 *Pensio est onus reale cohærens beneficio.*
2 *Ad pensiones decursas tempore antecessoris tenetur successor, & de hac materia latè sub n.* 7.
3 *Quod de plano procedit, vbi constat de diligentiis factis contra prædecessorem.*
4 *De diligentiis quando dicatur constare ad istum effectum.*
5 *Successor ita demum tenetur ad pensiones decursas tempore antecessoris, dummodo ei congrua remaneat.*
6 *Congrua pro Episcopo sunt ducati mille moneta illarum partium, vbi est Episcopatus.*

DECISIO DVII.

FVit vnanimi Dominorum consensu resolutum successorem in Episcopatu Neritonen. teneri ad soluendum terminos pensionum decursos tempore prædecessoris, & non solutos, quia pensio † est onus reale, 1
& cohærens beneficio, *cap. si quis laicus* 16. *q.* 1. Gig. *de Pens. q.* 40. *n.* 1. fuit dictum in vna Canarien. Pensionis 15. Ianuarij 1592. coram Gypsio, & in vna Corduben. Pensionis 30. Aprilis eiusdem anni coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, & propterea obligatur † succes- 2
sor ad illius solutionem non solùm in futurum, sed etiam in præteritum pro terminis decursis ante suam prouisionem, [a] *l. quaro. ff. de vsufruct.* Franc. *in cap. vlt.* §. a
*fin. n.* 3. *de offic. ordin. in* 6. Card. *in clemen.* 1. *q.* 11. *n.* 5. *in fin. vers. ad aliud verò. de censib.* Gemin. *cons.* 3. *n.* 2. *& per totum* Bellenzi. *de charit. subsid. q.* 51. Gig. *de pens. q.* 39. *&* 43. Gamb. *de author. legat. lib.* 6. *tit. de pens. a n.* 25. *vsque ad n.* 444. Alban. *cons.* 2. *n.* 12. Decian. *cons.* 37. *n.* 12. *&* 14. *lib.* 2. Nauar. *cons.* 1. *n.* 3. *&* 4. *& cons.* 1. *n.* 3. *&* 5. *de solut.* & licèt de hoc Rota aliquando dubitauerit, & nihil voluerit firmare, vt per Cassad. *decis.* 8. *&* 4. *de locat.* Achil. *decis.* 3. *de pension.* Attamen † vbi constat de diligentiis factis 3
à Pensionario pro exactione contra prædecessorem passim condemnat successorem ad soluendum terminos decursos in vita prædecessoris, vt in dict. Canarien. Pensionis, & in causa Hispalen. Pensionis 16. Decembris 1577. coram Illustriss. Cardin. Blanchetto, in Cæsaraugustana Pensionis 13. Aprilis 1592. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, in Toletana Pensionis 15. Martij 1599 coram R. P. D. meo Decano, & in Oscen. & Barbastren. Pensionis 19. Aprilis 1609 coram R. P. D. meo Lancellotto, & sæpissimè in aliis. Diligentiæ autem, & quidem † exactissimæ factæ à translatariis bo. 4
mem. Cardinalis Madrutij sunt multùm notæ in Rota, & de eis plenè constat ex prosecutione litis spatio plurium annorum, sententiis contra ipsum latis, mandatis, & declaratoriis, pluribúsque aliis, de quibus in actis. De diligentiis etiam factis à bo. mem. Cardinali Sancti Georgij non potest dubitari, cùm & ipse in iudicio petierit, & obtinuerit mandatum de manutenendo, mandatum executiuum, & sequestrum, vt in dict. Oscen. & Barbastren. Pensionum, ex qua decisione etiam patet responsio ad illud, quod obiicitur translatariis, eos nulliter prius egisse non iustificatis literis reseruationis, vt fuit decisum, cùm causa penderet coram bo. mem. Litta, quia non propterea excluditur diligentia postea subsecuta in petendo, stante sententia, relaxationem mandati, & declarationem interdicti. Nec etiam facit, quòd Cardinalis Sancti Georgij per plures annos petere distulerit; quia cùm non esset obligatus petere certo tempore, non potuit in hoc dici negligens, Caputaquen. *decis.* 266. *par.* 1. Nec tollit quòd subsequentes diligentiæ non sint sufficientes, & suffragentur ad effectum, vt à successore exigi possit, vt fuit decisum in dict. Oscen. & Barbastren. Quæ tamen dixerunt † Domini esse cum temperamento moderanda, 5

dummodò successori congrua remaneat, quiæ in primis, & ante omnia deduci debet ex reditibus Episcopatus, *cap. extirpanda, & cap. cùm secundum Apostolum de praben.* & fuit decisum pro Episcopo Campanien. contra pensionarium in vna Campanien. Pensionis 22.
6 Ianuarij 1609. coram bo. me. Iusto. Congruam † autem dixerunt esse ducatorum mille monetæ illarum partium iuxta dispositionem Sacr. Concil. Tridentini *sess. 14. de reformat. cap. 13. vers. ad hae*, prout etiam resoluit Rota in d. Campanien.

*ANNOTATIO.*

7 a Et quòd † constito de diligentiis factis à pensionario contra Titularem antecessorem pro terminis decursis, & non solutis possit pro iisdem agi contra successorem, Seraph. *decis. 1351. n. 1.* Garz. *de benefic. par. 1. cap. 5. n. 199.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 49. n. 52. & seq. & n. 59.* Marescot. *variar. lib. 2. cap. 18. n. 54. & seq.* & admisit Rota in Larinen. Pensionis 7. Febr. 1620. coram R.P.D. Vbaldo, vbi aliæ decisiones cumolantur, vbi tamen dicitur requiri diligentias plenè probatas, quia est materia valdè rigorosa, & quia contra bonam fidem, & æquitatem est, quòd successor teneatur pro pensionibus decursis tempore antecessoris, vt considerat Put. *decis. 185. in fine lib. 2.* & in dict. Larinen. fuit dictum non suffragari diligentias factas contra Procuratorem antecessoris, cùm ex illis non possit deueniri ad sententiam excommunicationis, prout etiam fuit dictum non suffragari diligentias factas pro exactione illorum terminorum, qui postea fuerunt soluti, nam ex d. solutione statim diligentiæ euanuerunt, & non possunt deseruire pro terminis decurrendis. Et hæc decisio Larinen. est valdè exemplaris in hac materia, prout solent esse cæteræ decisiones extensæ ab eruditissimo illo Auditore.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domorum.

*Veneris* 10. *Iunij* 1611.

ARGVMENTVM.

Nullitates post rem iudicatam non sunt attendendæ, maximè quando non sunt de tribus. Transportatio quorum actorum sit necessaria.

*SVMMARIVM.*

1 *Nullitates non sunt attendendæ, præsertim post rem iudicatam.*

2 *Nullitates quæ non sunt ex tribus non sunt attendendæ.*

3 *Nullitas aduersus primam sententiam opponi non potest quando fuit per secundam confirmata ex Statuto Vrbis 190. lib. 1.*

4 *De actis non dicitur instrumentum, nisi fuerit productum aut repertum.*

5 *Acta præsumuntur integrè transportata.*

6 *De actis non dicitur instrumentum rogatum in officio Notarij causæ, nisi fuerit repertum cum partis citatione.*

7 *Correspectiuitas facit, vt duo actus censeantur vnicus actus.*

8 *Hoc procedit fictè non verè.*

9 *Pactum de retrouendendo factum in eodem loco coram iisdem Notario, & Testibus est correspectiuum contractus.*

10 *Notoria iniustitia dicitur illa, quæ apparet ex actis.*

11 *Actorum integritas requisita ex Concil. Trident. non est necessaria, nisi quando causa est Ecclesiastica, & n. 15. Amplia etiam si causa prophana ageretur coram Iudice Ecclesiastico, & n. 16.*

12 *Statutum Vrbis requirens transportationem actorum recipit interpretationem à iure communi, ita vt habeat locum solum in actis pertinentibus ad iustitiam causæ.*

13 *Statutum interpretandum est, sicut interpretatur ius commune.*

DECISIO DVIII.

CAusa iterum super eisdem proposita, Domini nullo discrepante perstiterunt in decisis, obstare Flaminiæ, & litis consortibus rem iudicatam. Nam quoad
nullitates, super quibus informantes pro ipsis insistunt,
illæ aliàs visæ fuerunt Dominis leues, & turbidæ, † & 1
propterea non attendendæ, præsertim post rem iudicatam, *clem. vt calumniis de re iudic.* Crescent. *decis. 22. eod.
tit.* † Præsertim cùm non sint ex tribus, & sic reiectæ 2
per constitutiones Pij IV. & Clem. VIII. Et illæ, quæ
respiciunt primam sententiam, quæ fuit per secundam
confirmata, † cessant ex dispositione Statuti Vrbis *cap.* 3
*190. lib. 1.* Quoad nullitatem autem deductam ex non
integra transportatione actorum, quia super aliis Domini vim non faciebant, & placebant responsiones datæ pro Virginia, quatenus defectus deducitur ex eo,
quòd non adsit instrumentum pacti de retrouendendo, obiectio tollitur, quia nunquam fuit per partem
aduersam productum, seu repertum, aut saltem non
probat † productionem, & repetitioné, propter quam 4
fuerit effectum de actis, quod probari debet, † cùm 5
aliàs interet præsumptio integritatis actorum, [a] vt fuit a
dictum in vna Senogallien. Siluæ 24. Maij 1576. coram
Cotta, & sæpissimè in aliis. Neque sufficit instrumentum † esse rogatum in officio Notarij causæ, quia requi- 6
ritur repertitio cum partis citatione ad effectum, vt sit
de actis, [b] Feder. de Sen. *cons. 160.* Sarn. *in reg. de annal. q.* b
*4. sub n. 5. vers. quinimmò etiam.* Et quæ dicuntur de correspectiuitate pacti de retrouendendo cum venditione
ad effectum transportationis, nihil faciunt, quia quando † adesset correspectiuitas, & propterea posset dici 7
vnicum instrumentum, & vnus actus Caput. *decis. 307.
n. 2. par. 1.* attamen hoc est per † fictionem, quia secun- 8
dùm veritatem sunt actus distincti, Menoch. *præs. 12. n.
25. lib. 6.* & nullus dixerit, quòd producto instrumento
venditionis censeatur productum instrumentum pacti:
Vltrà quòd, vt fuit dictum in decisione, correspectiuitas non adest, & decis. Turritana palatij non facit, quia
† ibi pactum de retrouendendo fuerat non solùm eo- 9
dem die stipulatum, sed etiam eodem loco coram iisdem Notario, & testibus, vnde non est mirum, si aderat
correspectiuitas, Bal. *in l. petens n. 14. C. de pactis.* Corn.
*cons. 36. n. 14. lib. 1.* Dec. *cons. 245. n. 5.* Et quia ex multis
coniecturis, quæ ibi concurrebant pro simulatione apparebat, quòd pactum fuerat seorsum appositum callidè, & in fraudem. Et hinc etiam tollitur prætensa notoria iniustitia, quia si non constabat in actis de pacto
retrouendendi, quod est fundamentum partis aduersæ
contra sententias, non potest esse notoria iniustitia,
† cùm notoria iniustitia dicatur illa, quæ ex ipsis actis 10
deprehenditur, ad cumulata per Contard. *in l. vnic. limit.
9. n. 19. C. si de momen. possess.* Defectus autem quarumdam
intimationum non transportatarú non fuit habitus in
consideratione, cùm non pertinerent ad iustitiam causæ, nec tolleret, quominùs de ea plenè liquere potuisset Iudici ad quem; sumus enim in prophanis, † & pro- 11
pterea quicquid sit ex dispositione Sacri Concil. Trid.
illa non habet locum, quando causa non est Ecclesiastica, [c] vt fuit resolutum in Romana lignorum coram c
R.P.D. meo Sacrato 23. Iunij 1603. & in Romana domus de Trinciis 5. Martij 1607. coram R.P.D. meo Orembergo, † Et Statutum Vrbis, dum loquitur de trans- 12
portatione actorum, debet recipere declarationem à
iure communi, *l. vt gradatim. §. & si lege ff. de mun. & honor.*

*honor.l.11.C.de noxal.*Bar.& alij *in l.1.§.sublata.ff.ad Tre-*
13 *bellian.*Crot.*cons.*74.*n.*28.Soc.iun.*cons.*29.*n.*8.*lib.*1.† & sicut interpretamur ius commune, eodem modo debemus interpretari,& intelligere Statutum, Paris. *cons.* 74.*num.*11.*lib.*2.

*ANNOTATIO.*

a Dixi *supra ad decis.*59.
14 b Quod † idem etiam dixit Rota in Romana Saluiani interdicti 25.Maij 1616. coram R. P. D. Caualerio, vbi allegatur Osasc.*decis.*1.*n.*50. Marsil. *singul.*170.*n.*1. sed aduertendum est,quòd in d.decisione coram R. P. D. Caualerio Rota considerat, quòd agebatur contra tertium possessorem,cum quo instrumentum non fuerat celebratum: Vnde videtur tacitè contrarium sentire,si instrumentum fuisset celebratum cum eadem persona, cum qua iudicium agitur.
15 c Et quòd † Concilium Tridentinum requirens transportationem actorum non habeat locum, nisi in causa Ecclesiastica dixit Rota *decis.* 591. *n.* 12.*par.* 1.*in recent.& decis.*268.*n.*3.inter impress.penes Farinac. *post* 2. *lib. cons. & decis.*121.*n.*3.penes Pacif.*de Salu. iuxta nouam impressionem*, & fuit dictum in Imolen. Affictus coram Penia impress.
16 penes Marches. *de commiss. tom.*2.*fol.*539. & hoc † procedit etiam si ageretur de causa prophana coram Iudice Ecclesiastico,Rota *d.decis.*121.*n.*3. & dicta Imolen. Affictus impressa *loco praallegato*,vnde licèt Rot. *in decis.*107. *par.*4.*in nouiss.* dixerit, quòd Concilium requirens transportationem actorum habet locum coram quocumque Iudice,tamen est intelligendum de Iudice Ecclesiastico, non sæculari.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ianuen. Iurisdictionis.

*Lunæ 20. Iunij 1611.*

## ARGVMENTVM.

Agitatur de interpretatione dispositionis reuocatoriæ exemptionum.

*SVMMARIVM.*

1 *Reuocatio omnium exemptionum concessarum ab illis, qui se gerebant pro Romanis Pontificibus, comprehendunt etiam concessas à veris Pontificibus.*
2 *Pro herede se gerere dicitur etiam verus hæres.*
3 *Exceptio declarat dispositionem.*
4 *Exceptionem opponens tenetur probare se esse in casu exceptionis.*
5 *Consensus non præsumitur minori spatio decem annorum.*
6 *Obseruantia vbi non concurrit,non suffragatur solus lapsus temporis ad præsumendum consensum,& n.*7.
*Et ista obseruantia debet esse certa, non autem præsumpta,& n.* 8.

## DECISIO DIX.

RESolutum fuit Priuilegium exemptionis Abbatis Sancti Matthæi fuisse reuocatum, quia cùm fuerit concessum à Ioanne XXIII. comprehenditur sub generali reuocatione exemptionum facta per Martinum V.in Concilio Constantien. quæ legitur in dicto Concil. *sess.*45. *tit. de exempt.* per eam enim reuocantur omnes exemptiones concessæ ab obitu Gregorij XI. vsque ad tempus ipsius Constitutionis, & sic etiam concessæ à dicto Ioanne XXIII.Et visum fuit Dominis non esse necessariam discussionem an dictus Ioan-
1 nes fuerit,vel ne verus Papa,quia licèt † reuocatio loquatur de exemptionibus concessis ab illis,qui se gerebant pro Romanis Pôtificibus,attamen ista verba non excludunt veros Pontifices, † sicut dicitur in hærede, 2
*l.pro herede.*iunctis ibi trad.per Doct.*ff. de acquir. hæredit.* & apparet, quòd Martinus non se restrinxit ad Pontifices non veros, sed reuocauit omnes exemptiones concessas post obitum Gregorij,ne posset oriri aliqua disputatio de exemptionibus concessis ab vno,vel ab alio Pontifice, cùm in sua obedientia quisque haberetur pro legitimo,& noluit,quòd ad effectum, vt intraret reuocatio, quæreretur, an concedens esset, vel non esset verus Papa, sed sufficeret, quòd pro Papa se gereret; & si intentio Martini fuisset reuocare tantùm concessiones exemptionum à non veris Pontificibus obtentas, vel eorum nomina tantùm expressisset, vel subsequenter declarasset, qui essent non veri Pontifices,cùm ad ipsum spectaret declaratio, vt tolleret occasionem aliis declarandi, & contendendi super vnaquaque exemptione. Quòd autem voluerit indistinctè reuocari exemptiones, siue processerint à veris, siue non veris Pontificibus,declarant verba in prin.Constitutionis posita,ibi,*nonnulli alij Pontifices, aut pro Pontificibus se gerentes*,&c. Et generalitas decreti Concilij Constantien.in cuius vim, & executionem emanauit Constitutio Martini;Concilium enim statuit,quòd summus Pontifex assumendus reformet Ecclesiam, & inter alia circa exemptiones tempore Schismatis concessas. Accedit ratio Constitutionis in ea expressa,videlicet,præiudicium Ordinariorum,cui voluit Martinus prouidere, quod præiudicium non refert, an à vero, vel non vero Papa fuerit illatum,nec considerauit Constitutio defectum potestatis concedentis exemptionem, quod vtique fecisset, si se restrinxisset ad non veros Pontifices. Comprobat exceptio † posita in Constitutione, 3
dum excipit exemptiones concessas ante obitum Gregorij, cùm enim illæ fuerint à veris Pontificibus concessæ, datur intelligi, quòd reuocatio loquatur etiam de exemptionibus à veris Pontificibus concessis iuxta naturam exceptionis,vt per Dec.*in l.* 1.*n.*23.*&* 39.*ff. de reg.iur.*& fuit latè deductum in Bononien.Portoni 28. Februar.1608.coram R.P.D.meo Marquemontio.Nec facit, quòd Constitutio excipiat exemptiones concessas de consensu Ordinariorum, quia quicquid ex aduerso dicatur,onus † probandi incumbit Abbati, quòd 4
sit in casu exceptionis,glos.& Doct.*in l.quoties ff.si quis caut.l.*1.*in princ.iunct.glos.ff.si quadrup.paup.fecis. dicatur* Paris.*cons.*76.*n.*88.*lib.*1. Abbas autem talem consensum nullo modo probat, & non est verisimilis, tùm quia multùm præiudicat iurisdictioni Ordinarij, tùm quia non legitur in concessione, in qua tamen fieret probabiliter mentio,si interuenisset,imò ex eius lectura videtur expresè excludi, cùm in exceptione dicatur eam concedi propter grauamina, quæ ab Archiepiscopo inferebantur. Neque potest allegari aliquis consensus præsumptus ex tempore, quia à tempore concessionis exemptionis,quod fuit de anno 1414.vsque ad tempus reuocationis de anno 1417.interuenit tantùm spatium trium annorum,cum† saltem requireretur decennium, 5
*iux.l. si filius C.de petit. hæred.* & cumulata per Gabr. *de præsumpt.concl.*1.& tempus post reuocationem,& extinctionem non est habendum in consideratione; vltra quòd † cessante obseruantia Priuilegij, vt fuit resolu- 6
tum, cessat omnis præsumptio. ᵃ Et dum dicitur Ar- a
chiepiscopum non probare, quòd Abbas non habuerit ante obitum Gregorij aliud Priuilegium exemptionis respondetur satis illi esse, quod Abbas non probet se habuisse ex prædictis, & ex traditis *in cap. personæ de Priuil.in* 6. alia benè tolluntur per informantes.

*ANNOTATIO.*

a Præsumptio † sufficiens non resultat ex solo lapsu temporis,nisi concurrat etiam obseruantia, Pur. *decis.* 7. *de præsumpt.* 7

*præsumpt.* fuit dictum in Romana Casalis coram R.P.D. Coccino Decano impress. penes Marchess *de commiss. tom. 3. fol.* 1129. Gabr. *cons.* 36. *n.* 52. *vers. sed si possessor lib.* 1. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 474. *n.* 14. & † ista obseruantia ad istum effectum debet esse certa, & non sufficit præsumpta, Seraph. *dec.* 1204. *n.* 2. & 4. *decis.* 1469. & fuit dictum in dicta Romana Casalis impressa *loco præallegato.*

*Oliuerius Beltrominus.*

---

## Romana prætensi erroris Calculi.

*Lunæ 20. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Agitur, an ex testibus iam examinatis probetur integritas inuentarij.

### SVMMARIVM.

1 *Negatiua non probatur per testem nisi remoueat actum à sensu, dicendo, quòd non potest aliter esse, quin ipse vidisset, seu sciuisset.*
2 *Testes ad inuicem contrarij sunt suspecti.*
3 *Testis ad aliud se referens non exhibito relato, nihil probat.*
4 *Inuerisimilitudo tollit fidem testi.*
5 *Testis nihil probat cessante ratione, in qua est fundata eius depositio.*
6 *Testis singularis nihil probat.*
7 *Minor non potest remittere iura non seruatis solemnitatibus statuti.*
8 *Hebræus non potest esse testis contra Christianum.*

### DECISIO DX.

POst secundam huius causæ decisionem primæ confirmatoriam Michael Angelus curauit examinare nonnullos testes super articulis ab ipso in actis datis, quorum depositionibus prætendebat destruere omnia, quæ contra eum in duabus decisionibus fuerunt firmata. Et cùm de ordine Rotæ tertia vice dubitassem. Stantibus nouiter deductis, An esset standum, vel recedendum à decisis. Domini tertio loco perstiterunt in resolutis non obstantibus prædictis testibus, cùm non releuent, neque tollant motiua, & rationes decisionum. Nam defectus non integritatis inuentarij per eorum depositionem non est sublatus. Primus enim iuxta 26. interrogatorium expressè dicit se non recordari, an ante diuisionem fuerit factum aliquod inuentarium. Et licèt alij duo videantur deponere super integritate illius, nihilominus cùm nitantur probare negatiuam, scilicet, non adesse alia bona hæreditaria in inuentario describenda, & iuxta idem interrogatorium secundus testis dicat ( *auanti, che se venisse alla diuisione, fù fatto l'inuentario, come hò detto di sopra, & lo feci io assieme con il detto Dauid, & per quello io hò visto, perche cercorno minutamente, non puol essere restata cosa alcuna, che non fosse scritta, & io credo certo, che ne meno fuori di casa ci sia restata cosa alcuna, che non fosse scritta nel inuentario.* ) Et tertius testis pariter dicat ( *se ci fosse qualche cosa fuori di casa occultata, ò leuata, io non lo sò* ) non concludunt negatiuam:
1 debebant † enim remouere actum à sensu, dicendo, quòd non poterant alia bona adesse, quin ipsi vidissent,
2 vel sciuissent, * glos. communiter recepta *in Auth. de hæred. & Falcid. §. hinc nobis in ver. & cecidisse in fin.* Bald. *col. 2. sub n. 7. C. de bonorum possess. secundum tabulas.* Alex. *cons.* 108. *n.* 10. *lib.* 2. Dec. *cons.* 94. *n.* 5. Aym. *cons.* 21. *nu.* 4. Gabr. *de test. concl.* 4. *n.* 8. fuit dictum in Salamantina Parochialis coram Orano 21. Iunij 1593. & coram me in Ianuen. Iurisdictionis 13. Iunij 1607. Vltra quòd isti duo testes super confectione inuentarij sunt inter se contrarij, cùm secundus iuxta 18. interrogatorium dicat se illud confecisse simul cùm Dauid factore de Ordine Vgonis. Et tertius iuxta 26. dicat, antequam deueniretur ad actum stipulationis instrumenti erat per prius factum inuentarium omnium bonorum, de quo ipse rogatus fuerat ad instantiam Alexandri, & aliorum fratrum, ad quod se refert: Vnde † ratione istius con- 2
trarietatis redditur valdè suspecta eorum testificatio. Imò isti tertio testi in hoc non est credendum, cùm referat se ad inuentarium per ipsum factum, & rogatum, † quo non exhibito eius dictum non valet, *Auth.* 3
*si quis in aliquo C. de edend.* glos. & Doct. *in cap.* 1. *de fid. instrum.* & fuit resolutum in Sancti Angeli beneficiorum 10. Martij 1608. coram me. Et tantùm abest, quòd iste tertius testis Notarius se rogauerit ante diuisionem de dicto inuentario, quòd in contrarium apertè conuincitur de mendacio ex inspectione inuentarij per Michaëlem Angelum exhibiti, quòd apparet tantummodò factum à Dauid factore simul cum secundo teste absque interuentu, & rogitu alicuius Notarij. Minùs prædicti testes videntur iustificare debita descripta in lista fuisse vera, & realia. Nam primus circa hoc nihil deponit ad propositum, cùm iuxta 29. interrogatorium dicat ( *Io tengo, che li debiti fossero veri, & reali, perche si sarebbe detto, questo è vero, & questo è falso* ) & sic attestantur de suo iudicio absque concludenti ratione sui dicti. Et quoad debitum cum Laura Incoronata subdit ( *& se l'interrogato debito della Signora Laura Incoronata sia di Michael Angelo, ò nò, io non lo sò* ) secundus testis iuxta 28. interrog. dicit ( *fù visto auanti si facessi l'inuentario, cioè nel contrattare del Signor Moranzano, Signor Vgo, & detto Alexandro vna lista data da quel Dauid Pelegrino delli debiti, & crediti cauati dal libro, & fù visto, che detti crediti, & debiti erano veri, & reali* ) & paulò infra. ( *Et lì in quell'atto per la giustificatione de detti debiti, & crediti non fù vista altra scrittura, che la detta lista* ) quod omnino inuerisimile, & impossibile videtur, vt tot debita ascendentia ad summam scutorum 17255. cum pluribus personis, ac diuersis temporibus, & scripturis publicis, & priuatis contracta potuerint vnica tantùm lista per Dauid tradita iustificari absque alia visione scripturarum, † & ratione istius inuerisimilitudinis dimi- 4
nuitur fides testi *l. ob carmen. §. fin. ff. de testib.* Rol. *cons.* 7. *n.* 17. *lib.* 1. Surd. *cons.* 1. *n.* 10. Maximè quia idem testis in eodem interrogatorio nescit, vnde iustificabatur creditor Vgonis, & tàm super dicto debito, quàm super alio cum Laura Incoronata cessat ratio sui dicti, quia asserit de eis constare in inuentario, in quo nullum verbum legitur de dictis debitis, & propterea † intrat regula, 5
quòd cessante ratione dicti testis non probat. Et quoad debitum cum Laura prædicta iuxta 29. interrog. dicat ( *se poi realmente non spetta all'heredità, io me ne rimetto alle scritture, ma io non nè sò cosa alcuna.* ) Tertius verò testis nihil omnino concludit super dicta iustificatione debitorum, ex quo super 28. interrog deponit se nescire, an Vgo tempore celebrationis instrumenti esset creditor Alexandri, & aliorum, & iuxta 29. interrogatorium dicit ( *se li debiti scritti nella lista fossero veri reali, ò fittitij, io non lo sò, nè lo posso sapere.* ) Nec etiam præfati testes videntur probare remissionem iuris Gazagà, quia dum super eo deponunt, restringunt eorum dictum ad remissionem factam per Vgonem, qui non poterat remittere iura minorum, & pupillorum sine efficaci, & speciali mandato, de quo non constat. Et licèt tertius iuxta 20. interrogatorium, dum deponit, quòd in actu remissionis istius iuris Gazagà factæ per eumdem Vgonem, dicat, quòd ibi aderant Alexander, & alij fratres,

& quòd

6 & quòd omnes fuerunt concordes, † tamen in hoc est singularis, & de per se non probat, *cap. causam*, vbi glos. *in ver. singularis de probat.* Gabr. *de testib. conclus. 2. n. 1.* vbi alios refert, & in omnem casum etiam si concludenter fuisset probata dicta remissio, adhuc tamen non valeret, cùm fuisset facta absque solemnitatibus
7 Statutariis, † ex quo Alexander, & alij vti minores non poterant remittere iura sua non seruatis dictis solemnitatibus, vt fuit dictum in secunda decisione huius causæ, quæ placuit Dominis. Rursus etiam si testes prædicti in aliquo constituerent aliquem gradum probationis, tamen ille destruitur per exceptiones releuantes, quæ contra ipsos opponuntur, & præcipuè contra
8 secundum, † qui est Hebræus, & vti talis non potest te-
b stimonium afferre [b] inter Christianos litigantes, *cap. si hæreticus 2. q. 7. & l quoniam. C. de hæretic.* est etiam interessatus, & agit de damno vitando, ex quo ipse in instrumento diuisionis accessit vti fideiussor principalis, & principaliter, & insolidum pro M. Angelo ad fauorem Alexandri, & fratrum pro omnibus in instrumento contentis, & consequenter ad iustificationem omnium debitorum in dicto instrumento descriptorum. Redditur postea iste testis valde suspectus de falso, dum deponit, quòd in inuentario fuerant descripta omnia iura hæreditaria, & nihilominus constat non fuisse appositum ius Gazagà, & fœnerandi, de quibus iuribus satis verisimile videtur ipsum testem tamquàm Hebræum veram, & indubitatam scientiam habuisse, cùm sint publica, & notoria inter ipsos Hebræos, & in eis detur successio. Contra tertium testem pariter opponitur suspicio falsitatis, ex eo quòd affirmat se rogasse de inuentario, & tamen contrarium clarè, & manifestè apparet per ea, quæ supra diximus. Quæ exceptiones, & aliæ adductæ per informantes placuerunt Dominis. Quòd autem dicebatur non fuisse probatam habilitatem, & commoditatem consanguineorum, quæ interuenire potuissent stipulationi contractus diuisionis celebrati die 1. Aprilis 1594. tollitur ex depositione testium ad hoc examinatorum pro parte Alexandri, & aliorum iuxta 8. interrogatorium, & super 4. artic. qui explicitè deponunt, quòd dominus Paulus potuisset interuenire stipulationi contractus dicta die, quorum primus est ipse D. Paulus., cuius depositioni multùm est deferendum, cùm deponat de sua habilitate.

*ANNOTATIO.*

a Farinac. qui plures cumulat *de testib. q. 65. n. 228. & seq.*
b Plenè idem Farinac. *de testib. q. 56. n. 205. & seq.* qui constituit regulam cum pluribus limitationibus, & ampliationibus.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census scut. 18. millium.

*Veneris 11. Martij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Emptor an teneatur esse sollicitus de versione pretij in causam expressam. Et quando soluens creditoribus posterioribus omissis anterioribus liberetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Confirmationis natura est addere robur confirmato manentibus in omnibus eius terminis, & statu.*
2 *Solutio præsumitur in extinctionem causæ præcedentis.*
3 *Maximè quando congruit summa soluta cum quantitate debita.*
4 *Incertitudinem, & impersonalitatem debemus reducere ad certam personam iuxta subiectam materiam, & naturam contractus.*
5 *Verba, quæ non sunt determinata formaliter, determinantur naturaliter secundùm naturam contractus.*
6 *Pretium est soluendum, ei, qui vendidit, etiam si non sit Dominus rei venditæ, & n. 32.*
7 *Impersonalis stipulatio semper pro stipulante præsumitur concepta.*
8 *Obseruantia subsecuta declarat mentem contrahentium.*
9 *Emptor non debet esse sollicitus, & curiosus, quòd pecuniæ conuertantur in causam expressam.*
10 *Hoc maximè procedit, quando venditor non est persona priuilegiata.*
*De versione pretij in causam expressam, quando quis debeat esse sollicitus, & n. 33.*
11 *Emptor rei Ecclesiæ non debet esse sollicitus de versione pretij.*
12 *Versionis probatio requiritur in mutuo.*
13 *Liberatio faciliùs inducitur, quàm obligatio.*
14 *Bart.* in l. si Ciuitas n. 8. ff. si cert. petat. *declaratur, & n. 12.*
15 *Promissor debet cogitare id quod euenire potest, aliàs sibi imputare debet.*
16 *Procedit in iis, quæ verisimiliter contingere possunt, & naturaliter contingunt secundùm naturam subiecti.*
17 *Hypotheca, quæ competit super pretio. eatenus afficit, quatenus pretium est in manibus, vel dolo esse desinit.*
18 *Soluens creditoribus posterioribus ignorans adesse anteriores rectè soluit.*
19 *Ignorantia præsumitur.*
20 *Inuerisimile est, quòd emptor scienter velit soluere pretium creditoribus posterioribus, dum scit adesse anteriores.*
21 *Animus, qualis fuerit in præcedentibus, declaratur ex subsequentibus.*
22 *Soluens creditoribus posterioribus, postquàm sunt detecti anteriores, & illi instant satisfieri, non rectè soluit.*
23 *Verba generalia restrictionem patiuntur ex subiecta materia, & ex causa, ob quam prolata sunt.*
24 *Verba sunt intelligenda eo respectu, quo prolata sunt.*
25 *Decisionum verba sunt intelligenda, vt sint conformia iuri.*
26 *Paria sunt soluere creditori, vel alteri in eius gratiam.*
27 *Bona fides soluentis attenditur.*
28 *Ignorantia præsumitur in herede.*
29 *Inuentario non confecto hæres præsumitur subtraxisse bona hæreditaria.*
30 *Cautio est præstanda ex parte creditorum, quibus soluitur.*
31 *Liberata re empta ab hypotheca ex facto Principis non potest agi, nisi ad pretium subrogatum loco illius.*

### DECISIO DXI.

POst multas propositiones maior pars Dominorum censuit partitam scutorum 3. mil. esse accepto ferendam D. Principi Peretto, illique computandam in pretio Castri Nomenti in lista scutorum 76. mil. exhibita, & in hoc fuit recessum à decisione vltimo loco facta, ratio resolutionis, & recessus fuit, quia solutio fuit facta iuxta formam instrumenti venditionis, & conuentionis inter partes initæ. Quæ forma soluendi, & pactio non fuit in aliquo alterata per Motum proprium fœl. record. Clementis VIII. quia emanauit per viam confirmationis, † cuius natura est addere robur 1
confirma

confirmato manentibus in omnibus eius terminis, & statu, *l. Aurelius §. testamento ff. de lib. leg. cap. 1. & 2. de confirm.* gloss. & Doct. *in cap. ex parte de consist.* Bal. *in l. 3. in fin. C. si advers. vendit.* latè Surd. *cons. 349. num. 7.* Et dixit Rota 26. Nouembr. 1601. coram Illustr. Card. Millino, quòd dictus Motus proprius recipiebat interpretationem ab instrumento venditionis. Quòd autem solutio fuerit facta iuxta formam emptori à venditoribus præscriptam, ostenditur, quia Princeps in instrumento promisit soluere scuta 76. mil. venditoribus, & pro eis illorum creditoribus iuxta formulam notulæ contentæ in folio tunc dato, in quo inter alias reperitur partita sub his verbis. (*Per pagare diversi debiti della casa scut. 3. mil.*) Princeps autem soluit per manus Ioan. Franchini scuta 3. mil. Vrsinis, & licèt in solutione non exprimatur; attamen tum ex ordine Franchino directo, tùm ex quietantia postea ipsi facta, apparet solutionem fuisse factā

2 in extinctionem partitæ, de qua agitur, & † vbi non constaret, ita esset præsumendum, quia apparet de obligatione præcedenti in instrumento venditionis, & de nulla alia causa, Aym. *cons. 158. n. 13.* Rim. sen. *cons. 297.*

3 *n. 1.* † præsertim cùm conueniat summa soluta cū quantitate vigore dictæ partitæ debita, Aym. *cons. 149. nu. 5.* Menoch. *præsump. 136. num. 18. lib. 3.* fuit dictum in vna Romana pecuniaria 22. Octobr. 1576. coram Robusterio, & in alia Romana pecuniaria, seu societatis 14. Nouembris 1594. coram bo. me. Cardin. Seraphino. Non obstat, quòd dictæ pecuniæ non fuerint solutæ creditoribus domus, sed Vrsinis debitoribus, quia potuit, & debuit solui Vrsinis, non creditoribus domus, quorum nomina, & credita non fuerant designata, & distincta, prout factum fuit in illis creditoribus, quibus Vrsini solui mandarunt, & verba illa (*per pagare diversi debiti*) ex eorum vi repugnant, quòd solutio immediatè fuisset facienda ipsis creditoribus, sed important, quòd pecunia esset exbursanda alicui personæ, quæ haberet illam inter ipsos creditores distribuere, quæ persona, cùm non fuerit nominata, non videtur dubitandum, quin

4 sit intelligendum de persona venditoris; si † enim volumus istam impersonalitatem, & incertitudinem ad certam personam reducere ex subiecta materia, & natura contractus, vt debemus, quia, vt dicit Bal. *cons. 330.*

5 *n. 2. circa med. lib. 3.* † verba, quæ non sunt determinata formaliter, determinantur naturaliter secundùm naturam contractus, & quod ei naturaliter inest, pro expresso debet haberi, quasi ipsa natura loquente. Clarum est

6 autem † pretium esse soluendum ei, qui vendidit, & conuentionem de pretio fecit, etiam si non esset domi-

a nus rei venditæ, [a] Alex. *cons. 49. n. 1. lib. 5.* † facit regula,

7 quòd stipulatio impersonalis semper pro stipulante præsumitur concepta, *l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus ff. de verb. oblig.* Alex. *in l. stipulatio. §. si quis ita. nu. 2. eodem.* Illustriss. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 28. n. 16. & tit. 19. n. 45.* Hoc etiam deprehenditur ex verbis notulæ, in qua post longam seriem creditorum quibus solui mandatur, subiungitur (*al Signor Virgilio per rimettere à Venetia, scut. 10. mil. per il moltiplico scudi 15. mil. per pagare diversi debiti della casa, scudi 3. mil.*) Istæ enim tres partitæ ita continuatæ, & contiguæ ab eodem nomine Virgilij prænuntio reguntur, & censentur vnica respectu personæ, cui pecuniæ sunt exbursandæ, licèt tres sint respectu diuersitatis causarum, vt benè deducunt informantes pro Principe, qui etiam respondent ad obiectum de partita multiplici, quia non tollitur, quòd non esset exbursanda Virgilio, licèt non liberè, & penes ipsum non esset permansura. Accedit verisimilitudo, quòd cùm ista scuta 3. mil. debita creditoribus domus potuissent esse pluribus personis in pluribus partitis debita, de quibus nullus alius erat meliùs informatus, quàm Virgilius debitor, moltò verisimile est, quòd Princeps voluerit hoc onus solutionis illi committere, non autem in se assumere. Concurrit obseruantia † sta- 8
tim subsecuta, quæ declarat mentem contrahentium, Aym. *cons. 101. n. 3.* per posterius enim factum declaratur prius actum, Bal. *cons. 245. n. 2. lib. 3.* & argumento ab obseruantia istorum contrahentium ducto vsa fuit in simili Rota in d. decisione coram Illustriss. Cardin. Millino. Non obstat, quòd Princeps non probat pecunias fuisse erogatas in extinctionem debitorum domus, quia omisso, quòd hoc non opponunt creditores ipsi, quorum fauorem respiciebat, & quibus erat destinata dicta solutio, fuit dictū Papam in Motu proprio velle, quòd Princeps nō possit molestari, nec ex eo, quòd integrum pretium non sit inuestitum, nec ex eo quòd in solutionem debitorum non fuerit conuersum, & etiam rescripto etiam Motu proprio de iure sufficere Principi soluisse Vrsinis in dictam causam, † nec debuisse esse 9
sollicitum, & curiosum, quòd pecuniæ in ipsam conuerterentur, [b] *l. doli in fin. ff. de nouat. l. fin. ff. de exercit.* cum b
alijs per Molin. *de primog. Hisp. lib. 4. c. 4. n. 22.* facit, quod dicit Bart. *in l. alio harede. n. 14. ff. de alim. leg.* de venditione facta ab executore testamentario pro soluendis legatis, quòd emptor sit tutus, si pretium ei actualiter soluat, licèt nullam curam adhibeat, quòd legatarijs satisfiat, faciunt alia similia tradita per Surd. *decis. 156. n. 1. cum pluribus seqq.* † & ista procedunt sine difficultate in 10
personis priuatis non priuilegiatis, Bart. *in d. l. fin.* Ang. *cons. 145. n. 1. in fin.* Illustrissimus Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 53. n. 2.* & † in contractu ven- 11
ditionis, in quo emptor etiam rei Ecclesiæ regulariter non debet esse sollicitus de conuersione pretij secundùm magis receptam sententiam, de qua per Dec. *cons. 36. n. 8. vers. tertiò principaliter.* latè Surd. *d. decis. 156. n. 9.* quam secuta est Rota in vna Anconitana Terratum 13. Iunij 1578. coram bo. me. Cardinali Seraphino & in vna Sutrina Tenutæ Auolæ 14. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Decano. Non obstat doctrina Bart. *in l. Ciuitas n. 8. ff. si cert. petat.* quia loquitur in mutuo, † in 12
quo speciale est, vt requiratur probatio versionis, Innocen. & alij *in cap. 1. de deposi.* Bal. *in authen. hoc ius porrectum n. 22.* & ibi Castr. *num. 5. C. de Sacros. Eccles.* idem Castr. *cons. 337. circa princ. lib. 1.* Ias. *in d. l. Ciuitas n. 15.* Purpur. *cons. 453. sub n. 14. vers. secundò quia*, rursus Bart. loquitur ad effectum obligandi alium ex solutione alij facta, & ad actionem acquirendam ex ipsa solutione. Hîc autem agitur de liberatione consequenda à venditore, cui soluitur, † faciliùs autem inducitur liberatio, 13
quàm obligatio, *l. Arrianus ff. de act. & oblig. cap. ex literis. de probat.* Præterea loquitur † ibi Bartol. quando 14
quis recipit solutionem nomine tertij, prout in his terminis loquitur *d. l. Ciuitas*, Bald. *ibi in summario. & in 1. notab.* Ang. *in repet. in 3. notabil.* Butigel. *nu. 2.* Vnde soluens, qui videt eum non habere sufficiens mandatum, debet esse cautus, vt in vtilitatem domini, seu in causam domini solutio conuertatur, vt dicit Bart. *in l. 1. §. non autem in fin. ff. de exercit.* & cùm non possit dominum actione mandati obligare, debet curare, vt in eius vtilitatem vertatur adhoc, vt teneatur saltem actione de in rem verso. Eodem modo respondetur ad doctrinam eiusdem Bart. *in l. doli mali n. 7. ff. de nouat.* loquitur enim expressè, quando quis ex actu facto cum aliquo vult alium obligare, & ita respondet *l. 3. §. penul. ff. de in rem vers. post gloss. si in d. l. doli mali*, & idem dicit ibi Bald. *in fin.* Non obstat, quòd Princeps cogitauerit de creditoribus antecessoribus non descriptis in lista, cùm reseruauerit sibi facultatem illis soluendi omissis descriptis, quia Princeps habuit hoc pro possibili, licèt non esset credibile, quoniam, vt dicit decisio Illustrissimi Cardinalis Millini existimabatur non adesse alios creditores præter descriptos in lista, eo quòd Vrsini sub fide magnatum, & cum iuramento asserebant, alios non adesse. Et quòd dicit † bo. me. Illustrissimus Card. Mantica 15
*de tacit.*

*de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 1. n. 26.* ex aduerso al-
legatus promissorem debere cogitare id, quod euenire
16 potest, aliàs sibi imputare debet, † procedit in iis, quæ
verisimiliter contingere possunt, vt dicit ipse post
Gabr. quem allegat, & in his, quæ naturaliter contin-
gunt secundùm naturam rei subiectæ, vt patet in casu,
Alexan. *in cons. 178. lib. 2.* quem allegat, imputatur enim
ei, qui promisit Collegio, & familiæ, si non cogitauit
numerum Collegialium, & familiarium posse augeri,
cùm naturaliter Collegium, & similia recipiant au-
gmentum, & diminutionem, vt dicit Boer. pariter ibi
allegatus per bo. me. Illustr. Card. Mantic. *dec. 213. n. 12.*
omisso, quòd decisionem illam Alexandri improbant
ibi addentes ad ipsum, & Brunus de augmento, *conclus.
10. n. 16. vers. ex prædictis*, dicit eam reddi dubiam. Non
obstat, quòd non potuerit fieri solutio nedum Virgi-
lio, sed nec ipsis creditoribus domus, cùm adessent alij
creditores priores, & potiores, à quibus non remansis-
set Princeps liberatus per talem solutionem propter
hypothecam in pretium translatam, quia talis hypothe-
17 ca eatenus afficiebat Principem, † quatenus pretium
erat in eius manibus, vel dolo esse desierat, cùm hypo-
theca sequatur rem, & rei possessorem, *l. fundus, §. in
vendicatione, & l. pignoris persecutio, ff. de pignor.* quemad-
modum si non fuisset translata hypotheca, potuisset
molestari à creditoribus, quamdiu possidebat Castrum,
nullatenus autem si illud sine dolo desiisset possidere.
Cùm autem pretium soluerit iuxta formam instru-
menti, & listæ sibi traditæ, & quidem sine aliqua suspi-
cione fraudis, cùm nesciret adesse alios creditores præ-
ter descriptos, & credere deberet non adesse propter
iuramentum vendentium, sequitur solutionem fuisse
legitimè factam, & Principem super solutis molestari
non posse, & quia soluit iuxta conuentionem à Papa
18 confirmatam, & † quia propter bonam fidem, & igno-
rantiam creditorum anteriorum potuit soluere poste-
rioribus, *l. nomen debitoris, cum ibi not. C. quæ res pign. oblig.
poss.* Bart. *in l. fin. §. & si præfatam in summario*, vbi etiam
Paul. de Castr. *num. 4. C. de iur. delib.* cum aliis adductis.
19 Ignorantia † autem præsumitur, *l. verius, ff. de prob. &
cap. præsumitur, de regul. iur. in 6.* & erat multùm verisi-
milis in Principe, tùm propter assertionem vendito-
20 rum sub fide magnatum, & iuramento, tùm † quia non
est verisimile Principem, qui expressè sibi cauerat in
instrumento, vt omissis descriptis in lista posset aliis an-
terioribus soluere, statim mutato consilio soluisse po-
sterioribus descriptis non ignarum anteriorum non
descriptorum, *argumento l. cùm de indebito, ff. de prob. &
l. Campanus, ff. de oper. liber.* & colligitur ex eo, quod fe-
cit postquam superuenerunt creditores noui, & non
descripti, quia non solùm recusauit soluere, sed etiam
commisit causam discussionis, & omnem diligentiam
21 adhibuit, vt benè solueret; ex his † enim, quæ postea
fiunt, declaratur qualis fuerit animus in præcedenti-
bus, *l. sed & Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. l. sed si ma-
nente, §. fin. ff. qui, & à quibus.* Neque conuincitur scien-
tia in Principe ex eo, quod in instrumento fuit dictum
censum Rauennæ fuisse impositum pro scut. 18. mil. &
in lista non fuisse adnotatum, nisi pro scut. 16. mil. nam
stare poterant simul, quòd census ab initio fuerit impo-
situs, & venditus pro scut. 18. mil. & quòd tempore
venditionis fuisset redactus ad scuta 16. mil. Idem dici-
tur quoad fructus censuum quia non potuit Princeps
diuinare, quòd alij fructus deberentur vltra summam
scutorum 2678. in lista notatam, imò debuit credere li-
stæ sibi traditæ sub fide magnatum. Non obstant deci-
siones Illustrissimi Cardinalis Millini, in quibus fuit
dictum Principem non potuisse soluere creditoribus
posterioribus, & quòd soluendo non fuisset liberatus,
& potuisset ab anterioribus non descriptis molestari,
22 quia loquuntur de pretio non soluto, † quando credi-
tores anteriores erant non solùm detecti, sed etiam in-
stabant sibi satisfieri, & erat commissa causa discussio-
nis, quo casu benè dicunt decisiones prædictæ, quia
tunc si soluisset posterioribus, bona fide non soluisset,
& propterea quatenus decisiones prædictæ simpliciter
loquerentur, & generaliter, quòd non poterat solui po-
sterioribus in præiudicium anteriorum, debent intelli-
gi iuxta terminos casus, de quo loquuntur, † cùm ver- 23
ba generalia restrictionem patiuntur ex subiecta mate-
ria, & ad causam, ob quam prolata fuerunt, *l. sed si adii-
ciatur, ff. pro soc. l. his verbis, in princip. ff. de leg. 3.* Aym.
*cons. 171. num. 13.* Cæph. *consil. 516. num. 33. in fin.* Hon-
ded. *consil. 87. n. 59. lib. 2.* & † sunt intelligenda eo tan- 24
tùm respectu, quo fuerunt prolata, *l. si quis domum, §.
quod tamen, ff. locat. l. profectitia, §. fin. ff. de iur. dot.* Dec. *con-
sil. 283. colum. 1.* Aym. *consil. 9. num. 21.* & si verba decisio-
num diligenter perpendantur, apparebit, quòd fundan-
tur in scientia Principis aliorum creditorum anterio-
rum, nam *in versic. & ideò*, dicitur, quòd stante scientia
Marchionis, quòd adessent alij creditores, non libera-
batur, si soluisset posterioribus, & allegabatur Castrens.
*in l. fin. §. & si præfatam, n. 4. C. de iur. delib. & in vers. nec
placuit, circa finem*, dicit, sola scientia D. Marchionis,
quòd adessent alij creditores, qui instabant, operabatur
istum effectum, vt non posset soluere posterioribus
creditoribus in præiudicium anteriorum, & ibi denuò
allegat Paul. de Castr. *vbi supra, & in vers. sequenti.* Nec
in hoc casu respondendo, *l. nomen, qui pot. in pign. hab.*
dicit in casu decisionis agi de debitore sciente adesse
creditores, qui etiam instabant soluente posterioribus,
& *in vers. monit etiam maximè*, dicit, quòd contrahentes
senserunt, quòd solutio fieret descriptis in lista, si non
apparerent alij creditores anteriores. Et quatenus
etiam verba essent dubia, † essent intelligendæ decisio- 25
nes, vt sint conformes iuri, & dispositioni *d. §. & si præ-
fatam*, quem allegant. Non obstat, quòd obiicitur di-
ctum §. *& si præfatam* loqui in solutione facta credito-
ribus, † quia paria sunt, quòd fiat ipsis, vel alteri in eo- 26
rum gratiam, & ad ipsos peruentura, quod ipsi non im-
probant, & sufficere debet solutionem fuisse factam
iuxta formam conuentionis à Principe non habente
notitiam aliorum creditorum, † & bona fide, in qua 27
fundatur dispositio *d. §. & si præfatam.* Minùs etiam fa-
cit, quòd dispositio *d. §.* loquatur in hærede cum bene-
ficio inuentarij, quia facit in ratione, quæ est bona fides
soluentis propter ignorantiam anterioris crediti, † quæ 28
ignorantia præsumitur in hærede, *l. qui in alterius, ff. de
reg. iur.* & † requiritur inuentarium pro bona fide, quia 29
aliàs eo non confecto hæres præsumitur subtraxisse
bona hæreditaria, *§. sancimus autem, Auth. de hæredit. &
Falcid.* & Alex. *in Rub. de acquir. hæred. num. 5.* Natt. *cons.
199. num. 12.* & propterea Rota in decis. Cardin. Millini
pluries allegauit dispositionem *d. §. & si præfatam.* Et
quando non intraret dispositio *d. §.* intraret dispositio
*l. nomen debitoris*, cum traditis ibi per Bart. & alios, *C.
quæ res pign. oblig. poss.* Non obstat, quòd Princeps non
exegerit cautionem de restituendo prioribus, & potio-
ribus, quia vltra quòd solutio fieri debebat, & facta fuit
in manibus venditoribus, quo casu non potest agi de
huiusmodi cautione, & etiam si fuisset facta ipsis credi-
toribus domus, non erat necessaria cautio, † neque 30
ex parte ipsorum, *l. 2. vers. nam vt satis ubi detur. C. de hæ-
red. vel act. vend.* neque ex parte Principis ignorantis
adesse alios creditores, ad notata *in d. §. & si præfatam.*
Nec facit, quòd non fuerit ita consultum creditoribus
anterioribus in repetitione pecuniarum, sicut fuisset
consultum, si solutio fuisset facta creditoribus ipsius
domus, quia hoc non pertinebat ad Principem, cui satis
fuit soluere iuxta formam notulæ, nec debuit curare,
an per talem solutionem esset, vel non esset consultum
aliis creditoribus. Non obstat, quòd Clemens VIII. in

Motu proprio non intenderit tollere hypothecam, & iura competentia aliis creditoribus non descriptis in
31 lista, quia hoc verum, sed cùm † liberauerit Castrum Nomenti ab hypotheca, illámque transtulerit in pretium, Princeps non poterat molestari à dictis creditoribus, nisi respectu pretij, contra quod erat actio dirigenda, & cùm illud in manibus non haberet respectu partitæ, de qua agitur, quæ iam fuerat soluta, cessabat omne periculum molestiarum. Et hoc vnum videtur sufficere Principi.

*ANNOTATIO.*

32 a Regulariter † rectè soluitur ei, cum quo fuit contractum, etiam si ille non sit Dominus, Surd. *decis.*100.*n.*8.*&* *decis.* 229.*n.*7.*&* 8.*&* *cons.*150.*n.*104.*& seq.* Rota *decis.*286.*n.*2. inter impress. penes Farinac. *post* 2.*lib. consil.* & ideò dixit Rota *in decis.* 487.*n.*4.*par.*1. *in recent.* quòd Depositarius rectè restituit Monacho pecuniam per ipsum depositatam, licèt dicta pecunia sit Monasterij.

33 b Regulariter † quis cum alio contrahens non tenetur esse sollicitus, quòd pecuniæ vertantur in causam expressam, Surd. *decis.*156. *n.*9. Rota *decis.*181. *n.*5.*par.*1.*in recent.* *&* *decis.*35.*n.*9. inter impress. penes Cinc. *de censibus*, vbi agitur de contrahente cum muliere, & *decis.*309.*n.*11. inter impress. penes eundem Cinc. & fuit dictum in Romana rescissionis contractus 26. Nouemb. is 1618. coram R. P. D. Caualerio, vbi fuit resolutum, quòd emens fundum dotalem à muliere non tenetur inquirere, an æs alienum pro cuius solutione fit venditio, fuerit contractum in vtilitatem mulieris; Imò nec etiam contrahens cum personis priuilegiatis, puta Ecclesia, & minore non tenetur esse sollicitus de versione, nisi quando alienatio fuit facta ex causa necessaria, secus quando ex voluntaria, vt distinguit Rota *in decis.*8.*n.*10. *&* 11. *decis.*29.*n.*1. & *decis.* 287.*n.*4.*& seq.* quæ omnes decisiones sunt impress. penes Cinc. *de censib.* *&* *decis.*681.*n.*5.*par.*1.*in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgi Sancti Sepulchri.

*Veneris 29. Aprilis 1611.*

### ARGVMENTVM.

De quibus impensis sit habenda ratio.

*SVMMARIVM.*

1 *Expensæ pro victu vnius factoris sunt imputandæ in calculo expensarum.*
2 *Expensæ factæ pro viaticis ad tollenda plura impedimenta, & molestias à parte præstitas sunt imputandæ in calculo.*
3 *Expensæ factæ in esculentis donatis Procuratoribus, vt maiorem diligentiam adhibeant, non sunt omnino impertinentes, & de his habenda est ratio.*
4 *Expensæ ex sola verisimilitudine valdè iustificantur.*
5 *Et in illis probandis admittitur talis probatio, qualis haberi potest.*

### DECISIO DXII.

ACtum fuit de tribus partitis, vna videlicet, scut. 631. altera scut. 552. & tertia scut. 551. positis ad debitum DD. de Balleonibus in redditione computorum fructuum Turris Clasinæ, an iustæ fuerint visæ, & earum sit habenda ratio. Et 25. Iunij præteriti quoad primam fuit affirmatiuè resolutum, quoad secundam negatiuè, super tertia non fuit capta resolutio, & propterea cùm ii de ea particulariter dubitassent, Domini post binam propositionem resoluerunt esse habendam rationem. Ista enim partita est conflata ex pluribus aliis partitis minutis, & modicis; vnde in ea benè militant tradita in resolutione primæ partitæ. Et quoad partitas respicientes victum factoris non erat difficultas, † in 1
quo etiam pars aduersa non vrgebat, necessaria enim fuit opera, & custodia factoris, & expensę per ipsum pro suo victu adnotatæ, visæ fuerunt verisimiles. ª Illæ a
etiam, quæ † pro pluribus viaticis sunt descriptæ, visæ 2
fuerunt etiam verisimiles, & compensandæ, quia propter plura impedimenta, & molestias à Balleonibus præstitas necessarius fuit sæpiùs recursus ad superiores, & propterea sunt imputandæ in damnum ipsorum, qui causam recurrendi præbebant, Bart. *in l. eum, quem, in princ. & n.*4.*ff. de Iud.* Thesaur. *decis.*67.*n.*4. Expensæ etiam aliæ factæ in remouendo impedimenta, quæ à Balleonibus de facto præstabantur contra rem iudicatam à Taurinis obtentam, vtique sunt reiiciendæ, & sunt diuersæ ab illis, quæ fuerunt per R. P. D. meum Lancellottum taxatæ. Et quamuis super aliquibus partitis posset esse aliquis scrupulus, † vt in esculentis do- 3
natis Procuratoribus, attamen DD. dixerunt eas non omnino distare à solito litigantium, quorum valdè expedit Procuratores sibi charos, & deuinctos reddere, eorúmque diligentiam muneribus excitare, & fouere, quod etiam prouidi patresfamilias faciunt, & propterea tales expensæ visæ fuerunt non omnino impertinentes, & gratis factæ & hac de causa, ac etiam quia modici momenti sunt, Rota censuit earum esse habendam rationem, & compensandas cum fructibus à Taurinis perceptis, præsertim attento effectu, quem prætendunt DD. de Balleonibus annullandi subhastationem, & omnia priùs facta sub prætextu, quòd fuerit facta pro plus debito, ad quod euertendum impugnant huiusmodi partitas, & quia in liquidatione per R.P.D. Lancellotum facta reductæ, & moderatæ fuerunt multæ partitæ ex illis, quas Taurini adducebant, vnde non sunt illæ, quæ remanserunt ita scrupulosè examinandæ.

*ANNOTATIO.*

a Expensæ ex sola inuerisimilitudine multùm solent † iu- 4
stificari, vt dixit Rot. in Tullen. Parochialis 18. Mart. 1619.
coram R. P. D. Coccino Decano, † & in hac materia ad- 5
mittitur probatio talis, qualis haberi potest, Feder. de Sen. *cons.*119.*n.*4. Rota *decis.*283.*n.*1.*par.*1. *in recent.* & fuit dictum in dicta Tullen.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Gerunden. Beneficij.

*Lunæ 27. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Immissio & executio data per executorem infra terminum ad apppellandum est nulla, & attentata.

*SVMMARIVM.*

1 *Attentata est immissio, & possessio data per executorem intra terminum ad appellandum.*
2 *Maximè, quando fuit postea subsecuta appellatio.*
3 *Attentata infra terminum ad appellandum commissa, etiam non subsecuta appellatione sunt reuocanda, si non per viam attentatis, saltem per viam nullitatis.*

### DECISIO DXIII.

PRo informante, quia Vicarius Gerunden. cum per suam sententiam pronunciasset beneficium adiudicandum Benedicto, à qua sententia indubitanter dabatur appellatio, † non potuit intra terminum ad 1
appellandum dare illi immissionem, & immissio ac possessio fuit attentata, *c. non solum, de appellat.* 6. glos. *in l. ex iudicio*

2 *ex iudiciorum,ff.de accuf.* maximè quia † intra terminum
fuit fubfecuta appellatio, iuxta tradita per Lancel. *de
attent.par.2. cap. 12.n.* 42. quamuis etiam non fubfecuta
3 † appellatiooe effet reuocanda,fi non per viam atten-
4 tati, faltem via nullitatis, [a] vt fuit dictum in vna Cala-
guritana Beneficij de Burgo 7. Maij 1574. coram bo.
mem. Cardin. Seraphino, quam fecuta eft Rota apud
Cæf.de Graff. *decif.2.de appellat.* & paffim feruat. Et tan-
tò magis, quia idem Vicarius priùs tulerat aliam fen-
tentiam, in qua declarauerat literas Apoftolicas obten-
tas ab informante fubreptitias, & non exequendas, à
qua fuerat appellatum, & pendebat caufa appellationis.

*ANNOTATIO.*

a Idem tenuit Rota coram Sanctiffimo *fupra in decif.339.* & ibi plura annotaui.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Farfen. Fideicommiffi.

*Lunæ 20. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Neptis an, & quando faciat deficere conditionem (*fi fine filiis.*)

*SVMMARIVM.*

1 Filiorum *appellatione veniunt filiæ fœminæ, ficut mafculi, & de hoc latè fub num.* 16.
2 *Præfertim in vltimis voluntatibus.*
3 *Mafculinum in teftamentis concipit fœmininum.*
4 *Quod procedit etiam vbi de fideicommiffo agitur.*
5 *Mafculinum maximè concipit fœmininum in teftamento fœminæ.*
6 Filiorum *appellatione veniunt etiam fœminæ, non obftante, quòd in alia parte teftamenti teftator nominauerit filios cum expreffione mafculinitatis, & declaratur prout fub num.* 12.
7 *Maximè hoc procedit, quando poteft reddi ratio differentiæ, cur magis in vno cafu, quàm in alio fuerit expreffa qualitas mafculinitatis.*
8 *Pars vna teftamenti aliam declarat, quando fubeft eadem ratio.*
9 *Agnationis conferuatio cenfetur habita ex multiplicata expreffione mafculinitatis.*
10 *Agnationis conferuatio cenfetur etiam habita per fœminas refpectu fuorum filiorum.*
11 *Agnationem non conferuant fœminæ, fed funt finis agnationis.*
13 *Agnationis conferuatio vbi non confideratur, non eft habenda ratio de exclufione filiarum.*
14 *Neptis non cenfetur exclufa ex fola coniectura deducta ex exclufione filiarum.*
15 *Statutum exclufiuum fœminarum non inferuit pro exclufione fœminarum, quando non verfamur in mafculis, qui iuxta ftatuti difpofitionem fint de illis, qui excludunt fœminas.*
*Mafculinitatis qualitas expreffa in vna parte teftamenti an, & quando cenfeatur reperita in alia, & num.* 17.

### DECISIO DXIV.

POmpilia Tomarotia Baltaxarri eius filio hæredi inftituto decedenti fine filiis mafculis legitimis, & naturalibus fubftituit Ioannam, & Prudentiam filias legitimas, & naturales ipfius teftatricis, & filiis mafculis Baltaxarris decedentibus pariter fine filiis mafculis legitimis, & naturalibus fubftituit eafdem Ioannam, & Prudentiam, earúmque filios legitimos, & naturales, mortuus eft Baltaxar fuperftite Syluio filio legitimo, & naturali, qui poftea mortuus eft nullis relictis filiis, & fuperftitibus Auguftino, & Martha moniali in Monafterio S. Sixti ex Ioanna prædefuncta, & Hieronyma ex Prudentia fimiliter prædefuncta, prætendebat Auguftinus folus ex fideicommiffo fuccedere exclufis Martha, & Hieronyma. Caufa in iudicium coram A.C. deducta R. P. D. Guicciardinus Iudex ab eo deputatus conceffit immiffionem Auguftino pro tertia parte tantùm, & pro aliis duabus tertiis partibus Marthæ, & Hieronymæ. Appellauit Auguftinus, & caufa appellationis fuit in Rota mihi commiffa, in qua dubitaui, An fententia A. C. effet confirmanda, quod dubium informantibus tantùm Martha, & Hieronyma fuit affirmatiuè refolutum, quia cùm teftatrix Baltaxarri filio, eiúfque filiis fine filiis mafculis decedentibus Ioannam, & Prudentiam, earúmque filios fubftituerit, clarum eft,
† appellatione *filiorum*, venire filias fœminas, ficut maf- 1
culos, [a] *l. filij appellatione, & l. iufta interpretatione. ff. de* a
*verb.fignif.* † præfertim in vltima voluntate, *l.fi ita fcri-* 2
*ptum.ff.de leg.2.l. fi quis ita, ff.de teftam.tut.* Dec.*conf.*136.
*n.*5. Cæphal.*conf.* 45. *n.* 10. † quia in teftamentis maf- 3
culinum femper concipit fœmininum. Soc. iun.*conf.*
180.*n.*3.*lib.*3. quod procedit † etiam, vbi de fideicom- 4
miffo agitur, [b] Alex. *conf.* 53.*num.* 14.*lib.*4. cum aliis cu- b
mulatis per Burf. *conf.*157. *n.*45. & Menoch. *conf.* 435.
*n.*4.& 5. Illuftriff. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.lib.*13.
*tit.*21.*n.*11. Craff. qui communem dicit, *in §.fideicommif-*
*fum q.*15.*n.*1. & dixit Rota in vna Foroliuien. fideicom-
miffi 11. Martij 1602. coram bo.me. Iufto, & in vna Bo-
nonien. fideicommiffi de Beroaldis 18. Aprilis 1603. co-
ram bo.me. Litta, † & hoc maximè verum in teftamen- 5
to fœminæ, Soc. *in l.cum auus, n.*83.*& feq.ff.de condit.&*
*demonftr.* Dec. *conf.* 570.*fub num.* 11. faciunt tradita per
Bald. *in l.quoties.C.de fideicom.* & per Rol. *conf.*76.*n.*6.*&*
*feq.lib.*3. Non obftat, † quòd in fubftitutione præceden- 6
ti, in qua teftatrix vocauit filios Baltaxarris, eos vocauit
cum expreffione mafculinitatis, vnde vocando fimpli-
citer in alia filios filiarum, debeat intelligi pariter de
mafculis, quia vna pars teftamenti aliam declarat, vt
per Abb. *conf.*36.*n.*1. cum multis concordan. quia con-
trarium confuluit Anan. *conf.*22. cuius fententia verior
eft, & receptior, [c] quando non funt coniecturæ in con- c
trarium. Soc.iun. *conf.* 110.*n.*20.*lib.*1. Gabr. *conf.*97.*n.*28.
*ante med.lib.*1. Molin. *de primogen. Hifpan.lib.*3.*cap.*5.*n.*56.
*ante fin.* Menoch. *præfumpt.*84.*n.*5.*ad fin.lib.*4. & vti ma-
gis communem fecuta eft Rota in vna Camerinen. fi-
deicommiffi, feu bonorum 8. Nouembris 1595. co-
ram R. P. D. meo Decano; præfertim vbi de diuerfis
perfonis, in diuerfis fubftitutionibus agitur, Ruyn. *conf.*
134.*fub n.*19.*verf. & hoc procedit,lib.*2. Rub. *conf.*71.*n.*6.*cir-*
*ca med.* cum multis per Menoch. *præfumpt.*84.*n.*7.*lib* 4.
Præterea † in hac controuerfia illud expeditum eft, 7
quòd vbi probabilis ratio differentiæ reddi poteft, cur
magis in vno cafu, quàm in alio expreffa fuerit, quali-
tas mafculinitatis, quòd in alia parte mentio filiorum
non fit reftringenda ad mafculos, Ruyn. *conf.* 93. *n.* 15.
*circa med.verf.& hoc præcipuè,lib.*2. Socin. iun. *conf.* 158.*n.*
48.*& feq.lib.*2. Gabr. *confil.* 97.*fub n.*6.*lib.*1. Illuftr. Man-
tic. *de coniect. vlt.vol.lib.* 6.*tit.*13. *num.*8. *verf. & fi quidem*
*probabilis.* Vna † enim pars teftamenti aliam declarat, 8
quando fubeft eadem ratio, Dec. *conf.*593.*num.*1.*ante fin.*
Menoch. *conf.*210.*n.*89. In cafu autem ifto viget difpar
ratio, quia in prima fubftitutione agebatur de confer-
uatione agnationis Baltaxarris filij, † quod indicat mul- 9
tiplicata expreffio mafculinitatis, Io. Andr. *in addit. ad*
*Specul.in rubr.de teftam.in fin.* Matthefil. *not.* 130. Alex. *in l.*
*verna,n.*6. *C.de in ius vocand.* Aym. *conf.* 113. *n.*2. Ruyn.
*conf.*101.*n.*15.*lib.*2. Ceph. *conf.*241.*n.*49. & in iftis termi-
nis tradit Dec. *conf.*480.*fub n.*4.*verf.nam hoc argumentum,*
fœminæ † enim etiam ipfæ amant familiam, & agnatio- 10
nem filiorum conferuari, Soc.iun. *conf.*56.*n.*3.*&* 4.*lib.*4

latè Rolan. *conf.* 82. *n.* 41. *lib.* 4. Tiber. Decian. *conf.* 127.
*n.* 25. *lib.* 3. Illustriss. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6
*tit.* 10. *n.* 7. quæ agnatio non potest considerari in fi-
11 liis, & descendentibus filiarum, † quia cùm illæ tran-
seant in alienam familiam, filij ipsarum sequontur
agnationem patris, non matris, & mulier dicitur finis
propriæ familiæ, & caput alienæ, *l. pronunciatio, §. fin. l.*
*familia, § fœminarum, & l. fœmina, ff. de verborum signifi-*
*cat, l. assumptio. §. filia, ff. ad municip.* Vnde quod dictum
est de filiis Baltaxaris, non debet præcedere in filiis fi-
liarum, in quibus non militat fauor agnationis conside-
ratus à testatrice, vt in terminis per Dec. *conf.* 442. *n.* 12.
*&* 480. *sub num.* 3. *vers. nam hoc argumentum.* Facit, quia
12 † pro concilianda vtraque opinioοe dicitur opinionem
Abbatis contrariam procedere, vbi de conseruanda
agnatione agitur, secus autem, quando non versatur
fauor agnationis. Guidop. *quæst.* 485. Dec. *conf.* 370. *n.* 3.
*& in locis supra allegatis.* Alciat. *conf.* 96. *sub n.* 31. Zuccard.
*in l. fin. n.* 84. *in fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Rub. *conf.* 141.
*n.* 7. Curt. iun. *conf.* 112. *sub n.* 7. Paris. *conf.* 72. *n.* 44. *lib.* 4.
Thnb. Non. *conf.* 90. *num.* 20. Gabr. *conf.* 96. *sub num.* 18.
*vers. sed in casu, lib.* 1. Menoch. *conf.* 95. *n.* 82. *& d. præsumpt.*
84. *n.* 6. Gabr. *de testam. conclus.* 10. *n.* 9. *&* 16. & sensit
Rot. in d. decis. Camerin. fideicommissi. Exclusio pro-
13 priarum † filiarum testatricis non est habenda in consi-
deratione, cùm non agatur de conseruatione agnatio-
nis, Ruyn. post Paul. de Castr. & Socin. quos allegat
*conf.* 117. *sub n.* 4. *vers. sed vbi non agitur, lib.* 1. Gabr. *conf.* 97.
*num.* 15. Rota in dicta Camerinen. fideicommissi, vltra
14 quod ista coniectura † saltem sola non sufficit ad ex-
elusionem neptis, vt dixit Rota in vna Montis Falisci
hæreditatis 14. Maij 1584. *inter diuers. decis.* 790. *par.* 1.
& in d. Camerinen. primò coram bo. mem. Cardinali
Seraphino 29. Maij 1579. & postea coram R. P. D. meo
15 Decano in decisione superiùs allegata. Nec facit † Sta-
tutum Vrbis exclusiuum fœminarum, cui censeatur
voluisse testatrix se conformare, quia Augustinus non
est de illis personis, quæ excluderent Martham, & Hie-
ronymam à successione Syluij grauati, & propterea po-
tiùs argumentum retorquetur, Ruyn. *conf.* 93. *num.* 15.
*vers. & hoc præcipuè, lib.* 1. cum aliis allegatis per Illustr.
Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 8. per Surd.
*decis.* 84. *n.* 11. & dixit Rota in d. Montis Falisci hære-
ditatis, ac in Camerinen. coram R. P. D. meo Decano.

### ANNOTATIO.

16 a *Filiarum* † appellatione in vltimis voluntatibus veniunt
filiæ fœminæ, vt præter allegatos in hac decisione, Gabr.
*de verborum signific. concl.* 6. *n* 8. Peregr. *de fideicom. art.* 25.
*n.* 1. Simon de Prer. *de interpret. vltim. vol. lib.* 3. *interpret.* 3.
*dub.* 3. *solut.* 23. *n.* 24. Menoh. *de præsumpt. præsumpt.* 85. *num.* 2.
*lib.* 4. & benè Rota *decis.* 316. *n.* 2. *par.* 1. *in recent.* quod in-
dubitanter procedit, quando agitur de fauore filiorum,
Peregr. *d. art.* 25. *n.* 3 & ideò quando agitur de excludendo
substituto, nomine filiorum veniunt etiam filiæ, Rota vbi
plura cumulantur, *d. decis.* 316. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* sicut
etiam, quando agitur de vocatione actiua in materia fi-
deicommissi, nomine *filiorum*, veniunt filiæ fœminæ, vt
firmatur in hac decisione, si verò agatur in materia odio-
sa, & de grauamine filiorum, puta, in fideicommisso passi-
uo, tunc plures tenent fœminas, non venire sub nomine
filiorum, Gabr. *de verb. signific. concl.* 6. *n.* 12. Peregr. *de fidei-*
*commiss. art.* 25. *n.* 3. prout similis distinctio inter vocatio-
nem actiuam, & passiuam sæpiùs fuit facta per Rot. in il-
la quæstione, an nepotes veniant appellatione *filiarum*,
vt penes Seraph. *dec.* 1406. *& in par.* 2. *in recent. decis.* 507.
*n.* 4. *& dec.* 667. *n.* 3. *ead. par.* 2. *in recent.*
b Quod declara iuxta distinctionem factam *supra sub li-*
*tera A.*
17 c Est valdè † controuersa quæstio inter DD. an, & quando
censeatur repetita qualitas masculinitatis expressa in
alia parte testamenti, de qua latè per Gabr. *de testam. concl.*
10. Molin. *de primog. Hisp. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 56. Peregr. *de fideic.*
*art.* 25. *n.* 28. *& seq.* amplè Castil. *quotid. controuers. par.* 1. *c.* 4. & Rota in dubio sequitur negatiuam opinionem ea ratione, quia si testator voluisset, sciuisset exprimere, sicut expressit in alia parte, vt fuit dictum in Camerinen. fideicommissi 13. Nouembris 1595. coram Penia, & in Bononien. de Maluetiis 23. Martij 1609. coram Card. Sacrato, & Rota *dec.* 350. *n.* 3. inter impress. penes Farin. *post* 2. *lib. consil.* Ab hac autem opinione Rota recedit in casu, in quo tacitè colligi posset fuisse habitam rationem conseruationis agnationis, vt latè fuit dictum in Romana fideicommissi de Iordanis 6. Nouembris 1617. coram R. P. D. Buratto, optimè Peregr. *cons.* 159. *sub n.* 14. *lib.* 5. prout etiam resoluit pro repetitione, quando in eadem oratione, & parte testamenti repetitur facta mentio de filiis masculis, vt *in decis.* 374. *n.* 4. *par.* 1. *diuers.* & tradit Surd post alios, *cons.* 564. *n.* 7. Item etiam Rota tenuit pro repetitione, quando fuit facta mentio de filiis non simpliciter, sed cum qualitate repetitiua, v. g. dictis, prædictis, prænominatis, & similibus, vt fuit dictum in Firmana fideicommissi 14. Aprilis 1613. coram R. P. D. Caualerio, Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 64.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Calaguritana Beneficij de Cuacci.

*Veneris 1. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de pluribus oppositoribus concurrentibus ad aliquod beneficium.

### SVMMARIVM.

1 *Oppositores plures quando dicantur iudicialiter procedere.*
2 *Appellari potest à relatione examinatorum, quod declatur, prout sub n.* 4.
3 *Attentata est præsentatio, & collatio facta post interpositam appellationem oppositorum.*

### DECISIO DXV.

Michaële Ruiz tantùm informante resolutum
fuit præsentationem cum aliis inde secutis esse
attentatam, † quia ex appositione edictorum, compa- 1
ritione plurium, qui non solùm de sua naturalitate, &
aliis incumbentibus docuerunt, sed etiam se vicissim
pro legitimis oppositoribus habuerunt, & ex multis
actis inter ipsos factis apparet fuisse iudicialiter pro-
cessum, & cùm dicti oppositores fuissent remissi ad exa-
minatores Synodales, cúmque ex ipsis tres tantùm Mi-
chaël, & Martinus aduersarius, & Martinus Ruiz fue-
rint approbati, & ad simplicia beneficia tantùm, † cúm- 2
que Michaël aliàs ad curata beneficia approbatus ap-
pellasset à relatione examinatorum, prout appellare
potuit, [a] vt fuit sæpius decisum, signanter autem in Ca- 2
laguritana beneficij de Olliuari 28. Ianuarij 1604. co-
ram R. P. D. meo Decano, in Calaguritana beneficij de
Haro coram R. P. D. meo Lancellotto 8. Iunij 1607. &
in Calaguritana beneficij de Turre coram Reueren-
dissimo Attrebaten. 15. Februarij 1610. sequitor † præ- 3
sentationem, & collationem post appellationem factas
esse attentatas, *l.* 1. *& tot. tit. ff. nil nou. appellat. pendent. cap. non solùm, de appellat. in* 6.

### ANNOTATIO.

a Quod in hac † decis. dicitur de appellatione à relaxatio- 4
ne examinatorum, procedit in Beneficiis simplicibus patrimonialibus, quæ vigore alicuius Constitutionis particularis prouidentur per concursum, prout Beneficia diœcesis Calaguritanæ, non autem habet locum in beneficiis

Parochia

Parochialibus in terminis Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 18.* ita Rot. *decis. 10. par. 2. dis.* & benè declarat Gonzal. *super reg. 8. in annotat. super nalsit. n. 133. in fine, & 134.* Garz. *de benef. par. 9. cap. 2. n. 242. & seq.* & quòd detur appellatio in his terminis dictæ decisionis sequendo hanc decisionem, fuit dictum in Calaguritana de Munilla 15. Iunij 1612. coram R. P. D. Coccino Decano, & in Calaguritana Beneficij de Alexon 9. Februarij 1610. coram R. P. D. Pamphilio, vbi dicitur dari appellationem etiam ad effectum faciendi nouum examen.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsaraugustana Pensionis.

*Veneris 1. Iulij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Dispensatio super retentione Pensionis non obstante matrimonio cum quacumque muliere contracto, suffragatur etiam si fuerit contractum cum muliere aliàs nupta.

### *SVMMARIVM.*

1 Mulieris *appellatione venit corrupta, sicut virgo.*

2 *Dispensatio ad retinendam pensionem non obstante matrimonio intelligitur, etiam si matrimonium fuerit contractum cum corrupta.*

3 *Verba retinent latitudinem suæ significationis, quam habent ex eorum propria significatione, etiam in materia odiosa.*

4 *Superfluitas non admittitur etiam in dispensatione.*

5 *Item nec in quacumque alia materia stricta, & odiosa.*

6 *Generalitas verbi restringitur ex verbis immediatè sequentibus, sed id intelligi debet, quatenus possit restrictio fieri salua ratione recti sermonis, & ita vt verbum aliquod non reddatur superfluum.*

7 *Personalitatem denotat verbum* (sibi.)

8 *Demonstratiuè, non limitatiuè verba in dubio intelligi debent.*

9 *Bigamia licèt tollat priuilegium Clericale, non tamen tollit characterem.*

*Bigamus priuatur omni priuilegio Clericali, merùsque laicus existimatur, & num. 12.*

*Bigamus est incapax pensionis, & num. 13.*

10 *Cum Bigamo difficiliùs dispensatur, quàm cum alio.*

11 *Bigamus venit sub verbis generalibus dispensationis.*

### DECISIO DXVI.

FVit resolutum sententias Rotales esse confirmandas, quia contra earum validitatem nihil est, quod
obijci possit, & iustitia comprobatur ex decisionibus in
causa factis, quia cùm fœl. record. Clemens VIII. dispensauerit cum Petro, vt posset pensiones retinere,
etiam si matrimonium com quacumque muliere con-
1 traheret, clarum est, † quòd *mulieris* appellatione non
solùm venit corrupta, sed etiam propriè, imò magis
2 propriè, quàm virgo, vt dicitur in decisionibus, † ex
quo sequitur, quòd non solùm propter vniuersalitatem verborum dispensatio intelligi debeat, etiam si Petrus duxerit viduæ, sed etiam propter proprietatem
3 verbi, † cùm in materia quantumuis odiosa non recedatur à proprietate verborum, sed lata fiat interpretatio, quatenus eorum proprietas patitur, *l. cum lege,* vbi
Aret. *ff. de testam.* Calder. *cons. 1. in princ. de consanguin. affinit.* Dec. *cons. 13. n. 16. vers. & ad hoc facit.* Aym. *cons. 118. num. 12.* Nati. *cons. 63. n. 18.* & in terminis dispensationis
a tradit Calder. *consil. 24. in 1. dub. de prebend.*[a] præsertim
quia verbum illud (*quacumque*) aliàs esset superfluum,
4 & otiosum, vt benè deducitur ex decisionibus, † quòd

*Decisiones Papales.*

non admittitur etiam in dispensatione, Calder. *cons. 6. qui fil. sine legit.* Aym. *in responso pro genero, sub n. 46.* Ne-
que † in quacumque alia materia stricta, & odiosa, vt 5
latè per Aym. *d. num. 46.* Rim. iun. *cons. 588. n. 11. & seq.* Surd. *cons. 127. n. 9. ad fin.* Non obstat, quòd generalitas verbi (*quacumque*) refrænetur, & restringatur per illa immediatè sequentia (*nullo sibi iure prohibita*) & per consequens non capiat viduam, quæ de iure est prohibita clerico propter bigamiam & irregularitatem, quia
† debet quidem ab eis restrictionem recipere, non ta- 6
men debet in totum tolli, ac reddi superfluum, & vanum, vt per Afflict. *decis. 354. num. 11. in fin. & seq.* debet enim restrictio intelligi, quatenus possit fieri salua ratione recti sermonis, *l. si pluribus, ff. de solut.* Imol. *in cap. 1. de transact.* Paul. de Castr. *in l. Aquiliana, ff. eod. tit.* Alex. *cons. 46. sub n. 1. versic. præsertim lib. 1.* Afflict. de communi, *decis. 285. num. 7.* latè Surd. *decis. 117. n. 13. in fin. & n. seqq.* vt autem verborum generalitas non sit superflua, quod esse non debet, Dec. *cons. 69. n. 4.* & restrictio non sit sine effectu intelligi debet, prout Rota interpretata est, quòd Papa indulserit Petro, vt possit retinere pensionem non obstante matrimonio cum quacumque muliere contracto, modò non sit consanguinea, vel talis, cum qua non posset matrimonium contrahi. Noluit enim dispensare cum eo super substantia matrimonij, & tollere ea, quæ impediunt contrahi, sed tantùm voluit habilitare quoad pensionem respectu effectus matrimonij, & facere, quod illud non obstaret retentioni, cum quacumque muliere esset contractum, & respectu istius effectus nullam habuit distinctionem mulierum, propterea dixit (*nullo sibi iure prohibi-
ta*) † verbum enim illud (*sibi*) quod personalitatem de- 7
notat, *l. 2.* vbi glos. *in verb. sibi. C. de præscript. trig. vel quadrag. ann.* innuit, quòd Papa considerauit particularem eius personam, non autem clericatum, aliàs dixisset (*nullo iure clericis prohibita*) vel simpliciter (*nullo iure prohibita.*) Non obstat, quòd Papa concesserit indultum
Petro v[illegible]clerico, quia † hoc factum fuit demonstrati- 8
uè, no[illegible] in dubio præsumi debet, *l. fin. §. Titia, ff.* [illegible] *legat.* Bart. *in l. centurio, ff. de vulg.* Aym. *consil. 301. num. 5.* Et licèt considerauerit vti clericum, hoc fuit, quia noluit, quòd frueretur pensione nisi esset
clericus; licet autem † Bigamia tollat priuilegium cle- 9
ricale, non tamen tollit characterem, & bigamus verè remanet clericus, Rota *decis. 1. n. 6. de bigam. in nou.* Burgas. *de irregular. par. 5. sub tit. de bigam. n. 54.* licèt enim obsistente bigamia clericus priuetur exercitio, & pri-
uilegio clericali, [b] in fundamento tamen ratione cha- b
racteris non destituitur clericato. Non obstat, † quòd 10
difficiliùs dispensetur cum bigamo, quàm cum alio,
quia hoc non tollit, quòd non † veniat sub verbis ge- 11
neralibus dispensationis, quæ omnia comprehendunt, etiam quòd maior ratio sit in vno casu, quàm in alio, *l. 1. §. quod autem, ff. de Aleat. l. in fraudem, in fin.* & ibi Bald. *ff. de testam. milit.* Aym. *cons. 92. n. 4.* & hîc non agitur de dispensatione quoad suscipiendos Sacros Ordines, aut eos exercendos, sed tantùm quoad retentionem pensionis; hinc etiam tollitur, quod dicitur bigamum non gaudere priuilegio clericali, quia quicquid sit de hoc, sufficit Petro modò gaudere priuilegio fruendi pensione ex indulto Papæ. Nam quòd Papa non habuerit præ oculis priuilegium clericale, probatur ex eo, quòd dispensauit cum eo, vt retinere posset pensionem, & non incederet in habitu clericali. Alia plenè sublata sunt in decisionibus.

### *ANNOTATIO.*

a Rota *decis. 235. n. 9. par. 1. diu.* Tiraquel. *in l. si vnquam.* & plenè Rota in hac eadem causam coram Cardinali Lancellotto, *decis. 2.* inter impress. penes Picum ad Seatnum Vrbis *in præfat. n. 119.* vbi latè Mantic. *de tacit. lib. 2. num. 13. tit. 5.*

b Bigamus † priuatur omni priuilegio Clericali, merúsque laicus existimatur, Garz. qui plures cumulat *de benef. par. 7. cap. 6. n. 2.* & latè etiam Paris. *de resign. lib. 4. quæst. 4. n. 18. & seq.* & † ideò Bigamus est incapax Pensionis, Rota *decis. 519. n. 5. par. 2. in recent.* vbi tamen requiritur quòd matrimonium fuerit consummatũ, & fuit etiam dictum in Florentina Pensionis 17. Maij 1617. coram R. P. D. Vbaldo. Et licet Bigamus non gaudeat priuilegio Clericali, tamen non amittit characterem Clericalem, qui imprimitur in anima, & est indelebilis, vt dicitur in hac decisione, & *in d. decis. 2. n. 13. & 14.* inter impress. penes Picum ad Statut. Vrbis.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cremonen. prætensæ Confidentiæ.

*Veneris 1. Iulij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Simonia, & Confidentia ex quibus probetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Simonia probatur coniecturis, & præsumptionibus.*
2 *Debent esse vehementes, & tales, quod reum de crimine conuincant.*
*Item debent esse plenè probata, & num. 4.*
3 *Confidentia non probatur nisi ex coniecturis vehementibus.*
5 *Inimicus reiicitur à testificando.*
6 *Procedit etiam in materia confidentiæ, in qua aliàs admittuntur testes.*
7 *Inimicus non admittitur in testem, etiam in criminibus exceptuatis.*
8 *Item neque in iis, quæ sunt difficilis probationis.*
9 *Ampliatur, vt neque Princeps possit tollere exceptionem inimicitiæ.*
10 *Inimicitia præsumitur durare nisi probe[illegible]nciliatio.*
11 *Accusator secretus censetur inimicus.*
12 *Accusator non potest esse testis.*
13 *Inimicus non admittitur in testem in criminalibus, etiam post secutam reconciliationem.*
14 *Testis de auditu non probat.*
15 *Et maximè in criminalibus.*
16 *Testis deponens de auditu, si non dicat audiuisse ante litem motam non probat.*
17 *Testis de credulitate non probat.*
18 *Quod procedit, etiam si dicat se pro firmo credere.*
19 *Testis deponens de eo, quod non est facti, sed iuris, etiam non interrogatus tenetur reddere rationem.*
20 *Simonia vt euitetur, præsumi debet, quòd pactum fuerit factum post resignationem, non ante.*
21 *Fama probatur per testem, qui deponit publicè audiuisse.*
22 *Testis vnicus deponens de fama, est valdè suspectus.*
23 *Simonia non probatur per famam.*
24 *Fama in ciuilibus facit tantum semiplenam probationem.*
25 *Fama in criminalibus nec etiam semiplenè probat.*
26 *Confessio partis non probatur per vnicum testem.*
27 *Fama ad minus probari debet per duos testes.*
28 *Probationes non coniunguntur ad faciendas plenas probationes, vbi de crimine agitur.*
29 *Procedit etiam, vbi de crimine ciuiliter agitur.*
30 *Simonia non probatur, nisi probetur pactio præcedens.*
31 *Procedit etiam si factum post resignationem quid fuerit factum, quia ex vicinitate actuum non præsumitur Simonia.*
32 *Simonia inducitur etiam ex re, quæ de per se est bona, si deducta fuit in conuentionem.*
33 *Simonia non inducitur super re prohibita, & iniusta non præcedente tractatu, & conuentione.*
34 *Contrariorum eadem est disciplina.*

## DECISIO DXVII.

PEtrum Martyrem, & Theophylum absoluendos ab
opposito crimine Simoniæ, siue Confidentiæ, Do-
mini vnanimiter censuerunt. Licèt enim Simonia (in
cuius terminis magis versamur) ex eo, quòd occultè
committi soleat, † probetur coniecturis, & præsum- 1
ptionibus, *c. per tuas, & cap. sicut il primo*, vbi Innoc. &
Abb. *de Simon.* attamen † debent esse vehementes, & 2
tales, quòd reum de crimine conuincant, [a] glos. *in cap.* a
*insinuatum, in glos. vltim. de Simon.* Felyn. *in cap. super his,*
*n. 11. de accusat.* Alex. de Neuo *cons. 64. n. 1.* Clar. § *Simo-*
*nia, in fin.* & dixit Rota in pluribus decisionibus cumu-
latis in Romana, seu Hispalen. prætensæ Simoniæ 7. Fe-
bruarij 1596 coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto,
† quòd procedit etiam in crimine confidentiæ, Caput. 3
*decis. 201. par. 1.* & fuit dictum in Lucana prætensæ con-
fidentiæ 27. Februarij 1607. coram me. Requiritur
etiam quòd † coniecturæ sint plenè probatæ, Innoc. 4
*in d. c. sicut, vers. sed illa signa,* & ibi Felyn. *in princip.* Re-
doan. *de Simon. par. 4. cap. 6. num. 21. & 51.* In casu autem,
de quo agitur, non adsunt tales coniecturæ, aut saltem
legitimè non probantur. Nam quòd in resignatione,
quam fecit Petrus Martyr Theophilo, conuentum fue-
rit, quòd Theophilus teneretur assignare perticas ter-
ræ 110. spectantes ad Ecclesiam Parochialem resigna-
tam loco pensionis ducatorum 500. anti reseruatæ in
resignatione, nullo modo probatur. Nam † primus te- 5
stis in Summario *num. 3.* cùm sit inimicus capitalis Pe-
tri Martyris, vt ipse fatetur in quadam sua compari tio-
ne coram d. Petro, omninò reiicitur à testificando con-
tra ipsum, *l. 3. ff. de testibus, l. si quis testibus, & Auth. si testis*
*productus, C. eodem tit. c. repellitur, & cap. cùm oporteat, de*
*accusat.* Nec facit, quòd Bulla Pij V. *in §. cæterum crimi-*
*nosi*, † admittat testes quoscumque & omnes exceptio- 6
nes reiiciat, quia exceptio capitalis inimicitiæ non pro-
pterea censetur reiecta, vt in terminis nostris probat
text. *in cap. licèt, & in cap. per tuas, de Simon.* iunctis ibi
not. per DD. Modern. *de confident. quæst. 66. n. 8.* Et facit,
quia siue Papa id statuerit ex eo, quia Simonia propter
eius grauitatem sit de criminibus exceptuatis, siue quia
sit de his, quæ occultè fiunt, & difficulter probantur,
prout has duas rationes reddunt Moderni *ibi n. 9. cum*
*pluribus seqq.* testis inimicus † non admittitur neque in 7
criminibus exceptuatis, [b] vt notatur *in d. c. per tuas*, Aym. b
*cons. 9. num. 6.* Rol. *cons. 24. n. 3. lib. 1.* Clar. *in §. fin. quæst. 24.*
*vers. item quæro, circa med.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 28.*
*num. 2.* † Neque in his, quæ sunt difficilis probationis, 8
*l. consensu, C. de repud. l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit.*
cum aliis relatis per Ant. Gomes. *variar. resolut. tom. 3.*
*c. 12. de probat. delict. n. 21. vers. item adde.* facit etiam, quia
† exceptio inimicitiæ causatur à iure naturali, & pro- 9
pterea per Principem non remittitur, vt per Paris. *cons.*
*2. n. 64. lib. 4.* Nec releuat, si dicatur inimicitiã non pro-
bari de tempore examinis, quia † præsumitur durare, 10
nisi probetur reconciliatio, [c] *l. in ipsius*, vbi Bald. *C. famil.* c
*ercisc.* Innocen. *in c. cùm oporteat, de accusat.* Paul. de Castr.
*in l. Lucius Titius. sub n. 6. ff. de leg. 2.* Aym. *cons. 9. num. 6.*
*vers. nec obstat.* Rol. *d. cons. 24. num. 31. & seq.* & si est ve-
rum, † quòd sit accusator secretus, ex hoc solo satis 11
probatur inimicitia, [d] glos. *in d. l. licèt, in verb. capitales, ff. de* d
*recept. arbitr.* Bart. *in l. 3. §. vltim. num. 4. ff. de adimend. leg.*
Gram. *cons. 46. num. 1. & seq.* vltra quod ex alio repelli-
tur accusator, † quia non potest fungi officio partis, & 12
testis in iudicio, iuxta notata *in cap. forus de verborum si-*
*gnific.* & † vbi esset secuta reconciliatio, non tamen ad- 13
mitteretur in criminalibus, Aym. *vbi supra*, post Io. de
Anania,

Anania, & Paul. de Castr. quos allegat. Alter testis non
probat, cùm totam suam depositionem referat ad audi-
14 tum à tertio, & clarum † est testem de auditu tantùm
non probare, *l. testium C. de testibus, cap. tiim is, eodem tit.*
15 *cap. testes, 3. quæst. 9.* † tantò minus in criminalibus, Ceph.
*cons. 104. num. 7.* & propterea Rota in Conchen. Archi-
presbyteratus 27. Nouembris 1601. coram bo. mem.
Litta, in hac materia non admisit testes de auditu; tan-
16 tò etiam minùs probat iste testis, quia † non dicit au-
diuisse ante litem motam, & potest esse, quòd post au-
diuerit, Natt. *cons. 170. n. 8.* Ceph. qui alios allegat,
*consil. 150. n. 58.* Non etiam probat iste testis, dum dicit
17 se ita credere, quia † testis de credulitate non probat,
glos. *in l. 2. §. penult. in verb. meminerit, ff. aqu. plu. arcend.*
*& in cap. quoties, in verb. credere, eadem titulo.* Bart. *in l. te-
stium, num. 14.* vbi etiam Castr. *n. 10. C. de testibus,* quod
18 procedit, licèt † dicat se pro firmo credere, Ias. *in Rubr.
de iniur. n. 2. vers. amplia secundò.* Felin. *in d. cap. quoties, n.
7. in fin.* Rursus testis iste, dum dicit (*che il contratto, à
patta fatto non è lecito*) deponit super eo, quod non est fa-
19 cti, † sed iuris, & propterea debuisset etiam non inter-
rogatus rationem concludentem reddere, Bart. *in l. so-
lam sub n. 3. vers. sed si deponat, C. de test.* Ias. *in l. cùm y, §. vult
igitur, sub num. 3. vers. istam regulam limita, ff. de transact.*
Nell. *de testibus, num. 134.* Rol. *cons. 3. num. 53. lib. 1.* Ratio
autem ex auditu non est bona per supradicta, præser-
tim cùm non appareat eos, à quibus dicit audiuisse, esse
iurisperitos, aut tales personas, quòd eorum iudicio
stare debuisset. Accedit, quòd dum dicit de contractu,
& pacto inito inter partes, non apparet, an ante, vel
20 post resignationem fuerit conuentum, & † in dubio iu-
dicare debemus, quòd post resignationem, & sic tem-
pore licito ad euitandum delictum, Bart. *in l. non solum,
§. sed vt probari, ff. de non. oper. nunc.* cum aliis cumulatis
per Gabr. *de crimin. conclus. 2. n. 56.* Vltimus testis de-
21 ponit † de fama, cùm dicat publicè audiuisse, iuxta sen-
tentiam Bald. *in cap. literis, num. 5. de præsumpt.* quam pas-
25 sim sequitur Rota, sed † cùm in hoc sit vnicus, non so-
lùm famam non probat, sed est suspectus de falso, vt
per Natt. qui alios allegat *consil. 675. n. 4.* Et quatenus
23 etiam haberet contestes fama, † non probat Simo-
niam, Put. *decis. 171. num. 11. lib. 5.* Moderni *de confiden. q.
72. n. 3.* Fama † enim, quæ in ciuilibus facit tantùm se-
24 miplenam probationem, glos. *in l. 3. § eiusdem. ff. de testi-
bus.* Ias. *in repet. l. admonendi, num. 200. in fin. ff. de iur. iu-
ran.* cum aliis cumulatis per Surd. *cons. 94.* in criminali-
25 bus † neque etiam semiplenè probat, Dec. *in cap. ve-
niens il primo, num. 25. de testibus,* Corn. *cons. 198. sub num.
29. vers. & licèt in ciuilibus, lib. 5.* Hinc sequitur non posse
agi de coniungendo hoc vltimo teste cum primo de-
ponente de veritate pacti, & conuentionis. Primò, quia
ille vti inimicus, & accusator, seu instigator Fisci non
est testis idoneus, vt dictum est. Secundò, quia in effe-
ctu deponit non de actu conuentionis, sed potius de
26 confessione partis, † super qua, cùm sit vnicus, non po-
test coniungi ad plenam probationem faciendam iux-
ta cumulata per Gabr. *de probat. conclus. 1. num. 4.* Tertiò,
quia iste vltimus testis vltra alias exceptiones supra de-
ductas est solus in depositione famæ, cùm tamen ad
27 istum effectum † requiratur saltem depositio duorum,
vt latè per Gabr. *vbi supra, n. 8.* Quartò, quando etiam
concurrerent habilia ad coniunctionem probationum
28 faciendam, † attamen illi non est locus, vbi de crimine
agitur, DD. *in d. cap. veniens,* vbi Imol. *num. 7.* Dec. *num.
25.* cum pluribus per Gabr. *d. conclus. num. 12.* Clar. *in §.
29 fin. quæst. 63. in fin.* Accoramb. *dec. 55. lib. 1.* etiam † vbi de
crimine ciuiliter agitur, Ant. de Butr. & alij per Gabr.
*vbi num. 13.* quam vti communem amplexa est Rota in
vna Romana, seu Cæsenaten. rescissionis instrumenti
27. Iunij 1575. coram Robusterio. Cùm autem non
30 probetur † conuentio, & tractatus præcedens resigna-
tionem, non potest agi de Simonia, & quicquid fa-
ctum reperitur, eam non inducit, si non probetur fa-
ctum in vim, & executionem præcedentis tractatus,
*c. Artaldus, 8. quæst. 1. glos. in cap. ordinationes, in verb. precij,*
vbi Card. Alex. *num. 33. prima quæst. 1.* cum multis cu-
mulatis per Modernos *de confident. quæst. 56. num. 4. &
5.* & fuit resolutum in pluribus causis relatis in Roma-
na, seu Hispalen. prætensæ Simoniæ 7. Februarij 1596.
coram Illustrissimo Cardinali Blancbetto, & coram me
in Lucana prætensæ confidentiæ 26. Februarij 1606. &
multum in terminis nostris facit decis. Orani in Cu-
sentina Confidentiæ 4. Februarij 1591. † quod proce- 31
dit etiam si statim post resignationem sit factum, quia
ex vicinitate non inducitur Simonia, vt per Put. *d. de-
cis. 171. num. 9. & 10.* excessus, qui prætenditur in assi-
gnatione terrarum, vltra quòd non probatur, vt benè
deducunt informantes, non facit ad crimen Simoniæ,
seu confidentiæ, quam non excludit, nec includit qua-
litas facti subsecuti, cùm illa solùm formalitatem reci-
piat à conuentione, & sicut † ex re, quæ de per se esset 32
bona, si deducta fuerit in conuentionem præcedentem
Simonia inducitur, vt per Mohedan. *decis. 1. de Simon.*
ita è contra † super re prohibita, & iniusta non præce- 33
dente tractatu, & conuentione non potest Simonia in-
duci, vt contrariorum † eadem sit disciplina, *l. & si* 34
*contra tabulas, in fin. ff. de vulg. Instit. de his, qui sunt sui, vel
alien. iur.* vbi Faber. Ang. & alij. Ex quibus, & aliis per
informantes deductis visum fuit Dominis Petrum
Martyrem, & Thophylum esse absoluendos.

*ANNOTATIO.*

a De hac materia Simoniæ dixi *supra ad decis. 238.*
b Latè constituit regulam Farin. *de testibus, quæst. 53. num. 3. & numeris seqq.* multipliciter ampliat, & limitat.
c Idem Farin. qui plures cumulat *d. quæst. 53. num. 62.*
d Et de accusatore, quòd repellatur à testimonio in causa, in qua est accusator, latè idem Farin. *de testib. quæst. 60. num. 64. & seq.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Calaguritana iuris corrigendi de Victoria.

*Mercurij* 18. *Maij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Citatio ad videndum iurare testes est de iure necessaria, & plura de hac materia.

### *SVMMARIVM.*

1 *Citatio ad videndum iurare testes est necessaria.*
2 *Forma data in commissione per Iudicem delegatum est omninò seruanda, aliàs processus est nullus.*
3 *Debet seruari præcisè, & punctualiter, nec potest per æquipollens impleri.*
4 *Cessante ratione, ob quam est forma inducta, non propterea cessat obseruatio formæ.*
*Forma ad certum effectum inducta sufficit, quòd æquipollenter impleatur, & num. 11.*
5 *Recusatio Iudicis si est valida, sufficit pro nullitate examinis, secus autem si sit inualida.*
6 *Non recusare, & recusare sed minùs validè paria sunt.*
7 *Recusatione non obstante Iudex recusatus non potest procedere, nisi citato recusante.*
8 *Citatus, qui expressè dixit, nolle comparere, non est vlterius citandus.*

9 *Procedit, quando est citatus ad totam causam, secus si ad vnum articulum tantum.*

10 *Testes examinati extra locum remissoriæ sunt nulliter examinati, sufficit tamen quòd iuramentum fuerit præstitum in loco assignato in remissoria, quamuis examen fuerit postea factum in alio loco, num. 12.*

## DECISIO DXVIII.

RESolutum fuit pro nullitate examinis, potissimè
autem ex defectu citationis ad videndum iurare
1 testes, † quæ non solùm de iure est necessaria, *l. si quan-*
*do, C. de testi. cap.* 2. *eod. tit.* Rota *decis.* 15. *de test. in nou.*
Caput. *decis.* 274. *num.* 13. *par.* 3. sed etiam ex forma man-
dati dati in remissoria, quia Prouisor Burgen. qui eam
decreuit, ordinauit, quòd in primis, & ante omnia am-
bæ partes citarentur ad videndum iurare testes, quæ
2 forma † vtique erat seruanda per Iudicem delegatum,
& eius omissio totum processum coram eo factum
vitiauit, *cap. cùm dilecta, & ibi not. de rescript.* Caputaq. *de-*
*cis.* 143. *num.* 5. *par.* 3. Antonius Augustinus *in epitom.*
*de priuat. ob non solut. num.* 11. fuit dictum in vna Bono-
nien. de Thobaleis 14. Maij 1596. coram bo. mem. Lit-
a ta. [a] Non obstat, quòd Prouisor in decreto, in quo ad-
misit partes ad probandum cum termino quindecim
dierum, mandauerit eas citari ad videndum iurare, &
propterea sufficere debeat partem fuisse citatam in
executione d. decreti, vt in Toletana Decimarum de
Salzidon coram R. P. D. meo Decano, & aliis allega-
tis pro parte Capituli, quia hoc posset sufficere pro ci-
tatione à iure requisita, & ita loquuntur decisiones
adductæ, non autem supplet citationem requisitam ex
3 forma remissoriæ, † quæ præcisè, & punctualiter seruari
debuit, nec potuit per æquipollens adimpleri, glos.
*in clem.* 1. *in vers. tertiò, de vit. & honest. Cleric.* Bart. *in l.*
*non sunt liberi, ff. de stat. hom.* cum concordan. adductis
per Alexan. *in l.* 1. *sub n.* 8. *versic. & ex prædictis, ff. de lib.*
4 *& posth.* † & cessante ratione, ob quam fuit forma in-
b ducta, non propterea cessat obseruatio formæ, [b] Arct.
*in l.* 2. *col.* 5. *versic. tu autem aduerte*, vbi de communi te-
statur, *ff. de vulg. & pupil.* Tiraq. *cessan. caus. limit.* Illustris-
simus Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 23. & dixit
Rota in Veronen. Monasterij S. Zenonis 18. Martij
1575. coram fœl. record. Clem. VIII. Non obstat,
quòd Procurator Episcopi, qui recusauerat Iudicem,
5 non erat vlterius coram ipso citandus, † quia si recusa-
tio fuit valida, sufficit pro nullitate examinis ex addu-
ctis per informantes; si autem erat inualida non potuit
operari talem effectum, *l.* 4. §. *condemnatum*, vbi omnes
6 *ff. de re iudic.* Rol. *cons.* 49. *num.* 29. *lib.* 4. † Paria enim
sunt, non recusasse, & recusasse, sed minùs validè,
*l. non putauit*, § *non quærit*, vbi Bart. *ff. de bon. poss. contra*
*tab. l.* 1. §. *modò autem.* & ibi Bald. *ff. de off. præf. Vrb.* Et in
7 iure non † probatur, quòd Iudex recusatus post recu-
sationem possit procedere non citato recusante, & es-
set nimis dura conditio recusantis. Adducta per Gabr.
8 *de cit. concl.* 1. *in lim.* 1. 62. loquuntur in eo, † qui citatus
expressè dixit, quòd nolebat comparere, quo casu non
est vlteriùs citandus. Procurator autè Episcopi hoc non
dixit neque explicitè quia nullibi legitur, neque im-
plicitè recusando, cùm recusatio de sui natura id non
9 includat, præsertim † quia quando recusauit, non fue-
rat citatus ad totam causam, sed ad vnum articulum
tantùm, vnde intrant tradita per Gabr. *d. conclus. n.* 418.
10 *in fin.* Accedit, quòd testes fuerunt † examinati extra
locum remissoriæ, & sic nulliter, *cap. Statutum*, §. *in nul-*
*lo quoque.* vbi DD. *de rescript. in* 6. Rot. *decis.* 15. *de off. de-*
c *leg. in nou.* [c] Patitur etiam hoc examen alios defectus,
de quibus per informantes. Ex quibus fuit conclusum
testes fuisse nulliter examinatos.

a

*ANNOTATIO.*

a Rota post relatos *decis.* 466. *n.* 1. *par.* 2. *in recent.*

b Rota *decis.* 215. *n.* 8. *par.* 1. *diuers.* Mantic. qui alios refert *de*
*tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *sub n.* 46. quod tamen † non procedit, quan- 11
do forma ad certum effectum fuit inducta, sufficit enim,
quòd ille effectus habeatur, Mantic. qui decisiones Rotæ
refert. *de tacit. d. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 45.

c Et idem tenuit Rota in Portugalien. Decimarum 11. Fe-
bruarij 1591. coram bo. me. Oiano, & in Aurien. Paro-
chialis 7. Aprilis. 1598. coram Cardinali Lancellotto, no-
tandum tamen est, quòd † sufficit iuramentum fuisse præ- 12
stitum in loco assignato in remissoria, quamuis examen
fuisset postea factum in alio loco, cùm examen sit meri
facti, & extra iudicium expediri possit, ita fuit dictum
in Meliten. Prioratus 7. Maij 1618. coram R. D. D. Man-
zanedo.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nouarien. Decimarum.

*Veneris* 15. *Aprilis* 1611.

## ARGVMENTVM.

Agitur de quarta decimali debita Episcopo.

*SVMMARIVM.*

1. *Episcopus habet intentionem fundatam super quarta decimali, & plura de hac quarta num.* 4.
2. *Procedit contra Parochos percipientes decimas, non autem contra laicos.*
3. *Decimæ per laicos sunt soluendæ Rectoribus Parochiarum, non Episcopo.*

## DECISIO DXIX.

DVbitaui, an Episcopo Nouarien. debeatur integra
quarta decimarum ab hominibus Belizaghi, &
causa bis proposita fuit, vltima vice resolutio capta
contra Episcopum, quia † licèt de iure communi ha- 1
beat intentionem fundatam super dicta quarta, [a] *c. con-* a
*querente. de offic. ordin. cap. de quarta, de præscript. cap. cùm*
*olim, de cens.* Rebuff. *de decim. quæst.* 7. *num.* 11. cum
multis relatis in Cautien. seu nullius iurisdictionis 27.
Iunij 1576. coram Lauretano, attamen hoc intelligitur
† contra Ecclesias percipientes decimas, vt ab eis quar- 2
tam exactarum exigere possit, Abb. antiq. *in d. cap. con-*
*querente, n.* 5. *vers. in glos. sed videtur*, Ægid. *num.* 12. *circa*
*fin.* Panor. *num.* 2. *circa fin. vers. duodecimo habet quartam*,
& probatur *ex d. cap. conquerente*, in quo Pontifex post-
quam mentionem fecit de quarta decimarum, & aliis
iuribus Episcopo ab Ecclesiis debitis, subiungit hæc
verba (*tu autem his iuribus in præfatis Ecclesiis contentus*
*existens non amplius ab eis exigas*) ex quibus verbis clarè
ostenditur quartam ab Episcopo esse exigendam ab
Ecclesiis, & non à personis laicis, † qui de iure illas 3
soluere debent Rectoribus Parochiarum, [b] *cap. ad au-* b
*dientiam, de cler. non resid.* Put. *decis.* 371. *lib.* 1. Paris. *cons.*
71. *num.* 1. *lib.* 4. Neque etiam potest Episcopus dictam
quartam prætendere ab hominibus Belinzaghi vigore
consuetudinis, aut præscriptionis, quia neque hanc, ne-
que illam probat, nam exactio per ipsum, & eius ante-
cessores facta non fuit de quarta, neque vniformis, sed
fuit simpliciter de decimis ad mensam Episcopalem
spectantibus, & fuit locata modico pretio. Nec probat,
quæ quantitas fuerit ab eo exacta, testes enim de hoc
nihil deponunt, & locationes non sunt vniformes, & vt
dictum est, simpliciter de decimis, & non de integra
quarta, neque de aliqua quota. Non probatur etiam ta-
lis consuetudo in locis vicinioribus oppido Belinzaghi,
& quia

& quatenus probaretur, non esset inferendum illam etiam vigere in loco Belinzaghi, in quo probatur decimas semper solutas in pecunia nulla vnquam expressa quota, nullàque declaratione facta, de quibus fructibus soluerentur, & Rectores Parochiarum exigunt tantùm decimas ex grano.

*ANNOTATIO.*

a Episcopus † super dicta quarta habet fundatam intentionem de iure communi, vt præter hic allegat. dixit Rota *decis.31.n.5.par.3. diuers. & decis.402. n.1.par. 2.in recent.* & fuit dictum in Pacen. decimarum 12. Februarij 1608. coram Cardinali Sacrato, & Rota penes Seraph. *decis.* 1449. *n.*44. reprobauit opinionem illorum, qui tenuerunt istam quartam non de iure communi, sed de consuetudine ad Episcopum pertinere. Imò Episcopus dicitur habere coæquale ius cum Parocho, ratione d. quartæ, vt tradunt DD. omnes *in cap. quoniam, de decim.* & dixit Rota in Conchen. Decimarum dell'infantado 18. Decembris 1617. coram R. P. D. Andrea, benè verum est, quòd non potest exigere immediatè istam quartam à laicis, sed illam exigere debet à Parocho, vt firmatur in hac decisione, & idem tenuit Rota penes Seraph. *d. decis.* 1449. *n.* 5. *&* 6.

b De quo vide *supra sub litera A.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana deuolutionis domus, seu Palatij.

*Veneris* 15. *Maij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Donari an, & quando possit res emphyteotica sine consensu domini directi: Et ex quibus euitetur caducitas.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta potest ius suum donare non requisito consensu domini directi.*

2 *Est tamen necesse, quòd antequàm donatarius accipiat possessionem, requirat, & obtineat consensum domini directi.*

3 *Laudemium est soluendum per donatarium, de quo vide sub num.* 13.

4 *Consensus habetur pro præstito, si sine causa quis illum præstare recusauit.*

5 *Caducitas vt euitetur, præsumitur possessio capta tempore licito.*

6 *Constitutum non transfert possessionem ad effectum caducitatis.*

7 *Caducitas vt incurratur, est necessarium speciale mandatum.*

8 *Pactum non alienandi intelligitur secundùm naturam contractus.*

9 *Canon, seu responsio est verbum æquiuocum.*

10 *Caducitas vt euitetur, sufficit, quòd fuerit facta expressio de Canone.*

11 *Emphyteusis non potest alienari in Ecclesia, cùm Ecclesia dicatur manus mortua, de quo latiùs sub num. 14. vbi tres limitationes ad hanc conclusionem adducuntur.*

12 *Non procedit, quando ex indulto particulari aliqua Ecclesia fuisset facta capax bonorum feudalium, & emphyteoticorum.*

### DECISIO DXX.

Resolutum fuit omnibus Dominis idem sentientibus sententiam Illustrissimi Vicarij esse iustam in prima parte, in qua declarat non esse locum deuolu-
1 tioni domus, seu Palatij, quia Cathalanus † potuit ius
suum donare Priori, & Fratribus Sancti Marcelli directis dominis non requisito consensu, glos. *in l. fin. in ver. aliis vendere*, vbi latè Ias. *num.* 70. *& seqq.* qui dicit communem, *C. de iur. emphyt.* Io. Andr. *in cap. potuit sub n.* 7. *vers. in glos.* 3. & Ant. de Butr. *n.*54. *de locat.* Aret. *cons.* 41. *n.*1. latè Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.* 15. & Corbul. *de caus. priuat. ob alien. limit.* 13. a Et licèt donatarius an- a
tequam accipiat possessionem, † debeat requirere, & 2
obtinere consensum domini directi, aliàs esset locus deuolutioni, Bald. *in d. l. fin. n.*6. Salyc. *n.*5. *in fin.* Ias. *num.* 63. Imol. *in d. cap. potuit, num.* 55. *vers. sed aduerte*, Clar. *d. quæst.* 15. *vers. arbitror tamen ibi, quartò, quòd prius quàm transferat possessionem*; prout etiam sub eadem pœna
† caducitatis tenetur soluere laudemium, Guidop. 3
*quæst.* 46. *n.*1. *in fin. vers. & eis soluere.* Clar. *d. quæst.* 15. *vers.* b
*præterea, & quintò.* Attamen Archiconfraternitati Charitatis donatariæ non potest imputari defectus consensus, & solutionis laudemij, cùm † interpellauerit fra- 4
tres pro consensu præstando, & pro recipiendo laudemio, quod fuit in Sacro Monte Pietatis depositum, quo facto Iudex mandauit consensum haberi pro præstito supplendo in hoc factum ipsorum, prout supplere potuit, Alexan. *cons.*57. *num.*6. *lib.*2. & paria sunt, quòd consensum præstiterint, & quòd præstare tenerentur, licèt recusauerint, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 182. *n.*11. *&* 12. Surd. *cons.* 182. *n.* 76. *& seq.* Bettazz. *cons.*5. *num.*15. *lib.*1 Nec docetur, quòd ante dictum consensum requisitum, & depositum laudemium fuerit à Charitate ca-
pta possessio, prout deberet docere, † quia aliàs præsu- 5
mitus tempore licito, & citra incursum caducitatis, *l. non solùm,* §. *sed an probari,* & ibi Bart. *ff. de nou. oper. nunc.* Bald. *in l. matre, num.*4. *C. de probat.* Rom. *cons.*113. *post n.*5. *vers. tertiò quia.* Et quod dicitur de consensu obtinen-
do ante traditionem possessionis, † intelligi debet de 6
actuali traditione, & reali translatione, non autem de ea, quæ fit per constitutum, iuxta magis receptam opi-
nionem, c de qua latè Nicol. Balb. *inter cons. feud. diuers.* c
*cons.*55. *per tot.* & præcipuè, *à num.*9. *vsque ad* 14. Bursat. *cons.*26. *n.*1. Rip. *cons.*81. *num.*11. *lib.*1. Rhodoan. *de reb. Eccles. non alien. tit. de caducit. ob rei alien.* §. *quid in emphyteuta*, quam opinionem æquiorem dicit Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.*13. *vers. sed quid si non interuenerit, in fin.* & dicit Guidop. *quæst.*101. *sub n.*2. quod secundùm eam iudicat Curia Parlamenti. Et vbi contraria opinio esset attendenda, ea non obstaret Archiconfraternitati Charitatis; quia non probatur illos, qui per constitutũ acce-
perunt possessionem, habuisse ad hoc mãdatum, † quòd 7
speciale requirebatur propter pœnam caducitatis, Oldrad. *cons.*199. *n.*11. Rom. *cons.*60. *n.*1. Lap. *allegat.* 127. *n.* 5. Fulgos. *cons.*219. *n.* 2. Imol. *cons.*84. *in fin.* Alex. *cons.*73. *num.* 8. *lib.*6. Non obstat pactum non alienandi, quia
† debet intelligi secundùm naturam contractus, super 8
quo interpositus, Rub. Alex. *cons.* 110. *n.*7. *in fin.* Illustriss. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*2. *tit.*2. *n.*23. Et propterea non debet intelligi de donatione permissa emphyteutæ, præsertim, quia cõcessio emphyteusis fuit facta ad habendum, vendendum, donandum, & disponendum, prout de huiusmodi rebus emphyteoticis, fieri solet, & ita pacta conciliantur, ac euitatur contrarietas, & correctio. Non est verum, quòd Palatium fuerit donatum vti liberum, quia fuit donatum cum reseruatione Canonis, seu responsionis ad fauorem aduersa-
riorum. Neque obstat, † quòd verba ista sint æquiuoca, 9
& promiscua, vt per Abb. *in cap. constitutus, n.*5 *de cens.*
quia sufficere debet † ad euitandam caducitatem, quòd 10
expressio sit de Canone, præsertim quia obseruantia subsecuta ex interpellatione, consensus oblatione, & deposito benè demonstratur, quòd intellexerunt de vero Canone, & de directo dominio. Non obstat, quòd
donatio † sit facta manui mortuæ, prout est Ecclesia, 11
d glos. *in d. cap. potuit, in verb. prohibentur*, vbi Imol. *n.*25. d
*de locat.*

Capratolæ 11. Maij 1592. coram R.P. D. meo Decano,
in vna Assisien. emphyteusis 13. Nouembris 1598.
coram Gypsio, & in Romana domus 4. Maij 1609. co-
ram R. P. D. meo Sacrato. Et decisio Caputaq. 18. *par.*
2. non loquitur in his terminis, sed quando concessio
est facta ad tertiam generationem sine verbo (*ipsius.*)
Et hanc iuris conclusionem non impugnant infor-
mantes pro Archiconfraternitate Confalonis, sed po-
3 tiùs eam euitare conantur pluribus modis. Primò, † ex
vsu, seu abusu Notarij, quem dicunt non agnouisse dif-
ferentiam, quam constituunt Doctores, quando quis
recipit emphyteusim ad tertiam generationem simpli-
citer, & quando ad tertiam ipsius generationem, cùm
promiscuè, & indifferenter addat, & non addat illam
dictionem (*ipsius*) quod deprehenditur ex narratiua in-
strumenti, de quo agitur, refert enim præcedentes pe-
titiones, & concessiones ad secundam generationem
Antonij, & vtitur dictione (*ipsius*) quæ in concessioni-
bus, & petitionibus relatis non reperitur, & in eis An-
tonius computatur pro prima generatione. Verba au-
tem sunt intelligenda secundùm sensum loquentis,
qui ex eius vsu, & consuetudine colligitur. Sed fuit re-
sponsum ex eo, quòd Notarius aliquando minùs pro-
priè locutus sit in hac materia, non inde sequi, quòd in
casu, de quo agitur, verba non sint in proprio sensu
3 accipienda, † cùm in dubio à propria verborum signi-
ficatione non sit recedendum, nisi constet manifestè
de contrario sensu, *l. 1. § si is, qui nauem, ff. de exercit. act. l.*
4 *non aliter. ff. de leg. 3.* Præsertim, quia † abusus Notarij
contigit in verbis narratiuis, à quibus inferri non po-
test ad dispositiua, quæ magis deliberatè, accuratéque
b proferuntur, & [b] narratiua potuit procedere ab errore,
quia Notarius crediderit verba concessionum ita esse
concepta, & iudicare debemus eum lapsum potiùs er-
5 rore facti, quàm iuris, cùm † error facti, prout excusa-
bilior, ita etiam sit probabilior errore iuris, Aym. *cons.*
6 183. *sub n. 10. vers. quarto fortiùs*, & ex relatione † quam
fecit Notarius ad dictas inuestituras clarè deprehendi-
tur error, vt per Dec. *cons. 63. num. 6.* Accedit, quòd pe-
titio Antonij & decretum Congregationis in quorum
vim emanauit concessio, expressè dicunt ad tertiam
7 ipsius generationem, vnde † ista verba non sunt iudi-
canda vti verba Notarij, sed vti verba partium, & sunt
metienda secundum eorum sensum, & intentionem,
quæ præsumitur iuri conformis, & propriæ verborum
significationi. Et ad illud, quod dicitur de prorogatio-
ne Claustri facta 8. Nouembris 1491. vltra supradicta,
benè respondetur in decisione, quòd verba illa ad se-
cundam ipsius generationem fuerunt limitata, & re-
stricta ex verbis sequentibus, quæ limitatio cùm non
legatur in concessione ista, non potest ab illa ad istam
fieri illatio, imò potiùs retorquetur inductio, *ex reg. l.*
*vnic. § sin autem, C. de cadu. toll.* Ad illud, quod secundo
loco obiiciunt informantes pro Archiconfraternitate
Confalonis de petitionibus Antonij de nouo exhibitis,
in quibus multum vrgent; respondetur concessionem
non fuisse factam illarum vigore, quod ex difformitate,
quæ intercedit inter ipsas, & concessionem, patet, sed
vigore vltimæ insertæ, & registratæ in instrumento, ad
quam expressè se refert ipsa concessio. Vltra quòd li-
8 cet alias, vt ex aduerso dicitur, † ex petitione declare-
tur concessio, hoc verum in verbis dubiis, non autem
in claris, quia verba clara excludunt omnem interpre-
tationem, *l. ille, aut ille, § cùm in verbis, ff. de leg. 3. l. Ancilla,*
*C. de furt. l. quod constitutum,* vbi Bartol. *de milit. testamen.*
Verba autem sunt clara non solùm ex eorum propria
significatione, sed etiam ex relatione expressa ad pro-
rogationem salæ dirutæ, quæ fuit facta Antonio ad ter-
tiam ipsius generationem, & pronepotes comprehen-
dit. Cessat etiam ex hoc, quod dicitur concessionem
fuisse factam sub commemoratione aliarum inuestitu-
ratum, quia partes se restrinxerunt ad modum, & for-
mam, sub quibus fuit concessa illa salæ dirutæ, & ad
eius instar fuit facta concessio, de qua agitur. Nec fa-
cit, quod ex aduerso replicatur, fuisse expressè con-
uentum in concessione salæ dirutę, quòd in ea compre-
hendatur pronepos, quia si hoc est verum magis iusti-
ficat intentionem Antonij Francisci; hoc enim debet
haberi etiam pro expresso in concessione, de qua agitur
ex vi, & natura relationis, quæ † efficit, vt omnia; quæ 9
continentur in relato, dicantur expressa in referente,
Bero. *cons. 140. n. 36. lib. 2.* cùm relatum † sit in referen- 10
te cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hered.*
*instit.* Bart. *in l. 1. § vltimò. circa fin. ff. famil. ercisc.* Dec. *cons.*
47. *n. 1.* Ruyn. *cons. 127. num. 4. in fin. & seq. lib. 2.* Aym.
*cons. 45. num. 4.* Non obstant, quæ tertio loco allegantur
de defectu potestatis concedendi, quia quatenus illam
metiuntur à Statuto societatis prohibente fieri con-
cessionem ad tertiam generationem; Statutum, vt benè
animaduertitur in decisione non simpliciter, & abso-
lutè prohibet, sed se limitat in illis verbis (*senza tutto il*
*corpo, & expressa volontà di tutta la compagnia*) quod in hac
concessione interuenit, quatenus etiam defectum po-
testatis metiuntur à facultate custodum, qui instrumen-
tum fecerunt, de facultate ipsorum sufficienti non est
dubitandum, quia vltra quòd negotium fuerat illis re-
missum à Congregatione cum facultate faciendi, &
componendi, postquàm Congregationi fuit expositum
Antonium petiisse vsque ad tertiam ipsius generatio-
nem concedi, Congregatio deliberauit, & statuit, quòd
concederetur modo, & forma, quibus petitum fuit.
Non licèt etiam metiri defectum potestatis à disposi-
tione iuris communis, eo quia † emphyteusis Ecclesia- 11
stica non possit concedi nisi tribus personis, § *emphy-*
*teusis, in Authen. de alienat.* quia dicta dispositio fuit ex-
tensa ad omnes descendentes, Alex. Ruyn. & Couar. *in*
*decis.* adducti cum multis citatis ab Illustrissimo Man-
tic. qui etiam de communi testatur, *de tacit. & ambig.*
*conuent. lib. 22. tit. 25. n. 13.* Confessiones † Fabij, & No- 12
tarij, quòd filij comprehendantur in concessione non
excludunt nepotes Alex. *cons. 64. n. 7. vers. benè facit, lib.*
2. Nec possunt † præiudicare nepotibus, & pronepoti- 13
bus in iis, quæ veniunt ex pacto, & prouidentia, Alex.
*cons. 106. n. 8. lib. 4.* maximè cùm † appareat de errore, 14
quo casu neque etiam confitenti præiudicat, *l. non fa-*
*tetur, ff. de confess.* Anchar. *cons. 291. num. 3.* Dec. *cons. 408.*
*n. 5.* Rol. *cons. 69. n. 48. lib. 3.* Menoch. *cons. 147. n. 29.* siue
† errauerint in facto circa conceptionem verborum, 15
siue in iure circa eorum significationem, Paul de Castr.
*in d. l. non fatetur,* Dec. & Rolan. *vbi supra.* Decian. *cons.*
55. *n. 24. lib. 2.* Apparet † autem de errore, ex quo con- 16
stat de veritate in contrarium, Anchar. *vbi supra.* Alex.
*cons. 102. sub num. 9. vers. igitur idem, lib. 1.* Aret. *cons. 14.*
*num. 8. ante med.* Rol. *d. consil. 69. num. 48. in fin. & num.*
*seq.* Et potuit Fabius, qui non fuit acquirens, facilè erra-
re. Idem dicendum de confessione Notarij patris An-
tonij Francisci, & de eius credulitate de qua deponunt
testes. Ad illud, quòd sumus in prorogatione, & quòd
propterea † habeamus interpretari verba huius proro- 17
gationis secundum terminos priorum concessionum, ex
quarum lectura dicitur apparere personam acquirentis
semper fuisse habitam pro prima generatione, placue-
runt Dominis respõsiones datæ in decisione, quòd non
sumus in vera prorogatione, † quæ solet censeri vna, & 18
eadem cum inuestitura prorogata, sed potiùs † in noua 19
cõcessione, & inuestitura propter noua pacta, & nouas
qualitates adiectas, quæ non erant in prioribus inuesti-
turis, Bald. Ang. Alex. & alij cumulati *in decisione.* Item
quòd non est verum absolutè, quòd in omnibus prio-
ribus cõcessionibus Antonius fuerit habitus pro prima
generatione, quia in concessione facta de domo, seu
salæ dirutæ, quæ facta fuit ad tertiam generationem
ipsius

ipsius Antonij, ad quam partes habuerunt particulariter respectum, prima generatio incipiebat à filiis, & ceteia in pronepotibus desinebat. Aliis, quæ non sunt sublata in decisione, benè respondent informantes pro Antonio Francisco.

*ANNOTATIO.*

20 a Hanc opinionem † Rotæ quòd, scilicet, pronepotes includantur in concessione emphyteusis facta ad tertiam ipsius generationem post enumeratos 29. DD. pro hac opinione latè sequitur Menoc. *cons.* 1066. & præter decisiones hic allegatas latè etiam secuta fuit Rota *in decis.* 305 *nu.* 2. *par.* 1. *in recent.* & in Romana Domorum 25. Maij 1016. coram R.P. D. Vbaldo, vbi dicitur hoc procedere non obstante, quòd in inuestituris antiquis non adesset dictio *ipsius*, quā etiam opinionem latè sequuti fuerunt RR. PP. DD. Manzanedus, & Cauælerius in eorum voto decisiuo prolato in causa Senogallien. Castrorum inter Serenissimum Vrbini Ducē, & D. Marchionē de Ruere, & ab hac opinione vti magis vera, & magis cōmuni, & à Rota toties approbata non est in iudicando recedend.

21 b Dispositiua est † magis attenenda, quàm narratiua, Rota, *decis.* 34. *n.* 12. *par.* 1. *diuers.* & *decis.* 653. *nu.* 19. *par.* 1. *in recens.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Pennen. Pensionis.

*Veneris 4. Nouembris 1611.*

ARGVMENTVM.

Remissoria an, & quando sit concedenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Remissoria est concedenda, quando sumus in prophanis, & articuli sunt releuantes.*
2 *Remissoria non denegatur propter calumniam, maximè quando est præsumpta.*
3 *Remissoria non est deneganda, quando repræsentatur præiudicium irreparabile.*
4 *Remissoria non est concedenda aduersus propriam confessionem.*
5 *Non procedit, quando daretur fumus de errore.*
6 *Iuramento non dicitur contrauenire titularis, qui promisit soluere pensionem, etiam si agat ad illius nullitatem, dummodo interim soluat.*

DECISIO DXXIII.

1 FVit sine difficultate resolutum Abbati Gypsio dandam esse remissoriam, † quia sumus in prophanis, &
articuli sunt releuantes, & si non daretur, in vanum obtinuisset committi causam nullitatis, seu reductionis
pensionis, cùm non posset suas probationes facere.
Non obstat prætensa calumnia, quia propter calum-
2 niam, † præsertim quando est præsumpta, non solet
a quis à probando repelli. [a] Ægid. *decis.* 629. & fuit sæpiùs resolutum, & maximè quando repræsentatur
3 præiudicium irreparabile, † vt in hoc casu, in quo soluens pensionem (*si vera sunt articulata*) caret omnibus fructibus, quia pensio omnes absorbet, Rota in vna Papiens. Matrimonij 27. Februarij 1595. coram Illustrissimo Cardinali Mantica. Et cessare videtur præsumptio calumniæ ex oblatione, quam facit Gypsius Abbati Vrsio, quòd authoritate propria percipit omnes fructus loco pensionis durante lite, quo tempore est etiam paratus pensionem soluere, si oblationem non acceptet. Non obstat confessio Gypsij, quòd Abbatia valeat duc. 406. quando consensit pensioni, & pro-
4 pterea † videatur deneganda remissoria ex manifesta calumnia contra propriam confessionem, vt fuit decisum in vna Toletana Pensionis 29. Maij 1598. coram

*Decisiones Papales.*

bon. mem. Litta, quia fuit responsum † hoc non proce- 5
dere, quando datur fumus de errore confessionis, Put. *decis.* 6. *de dilat.* Fumus autem erroris videtur resultare ex oblatione prædicta, ex fide Capituli Ecclesiæ Cathedralis Pennens. & sumpto supplicationis. Ad illud, quòd Gypsius non sit audiendus propter iuramentum præstitum in obligatione de soluendo, dicitur eum obtinuisse absolutionem ad effectum agendi, sed neque
† ea indiget, neque incidit in periurium, cùm non con- 6
troueniat iuramento quia interim soluit, & soluet, quoadusque erit pensio declarata nulla, vel reducibilis. De timore subordinationis nullus datur fumus, nihilominus Domini voluerunt, quòd nominentur testes in Curia.

*ANNOTATIO.*

a Propter suspicionem calumniæ Rota nō solet denegare remissoriam, de quo dixi *supra ad decis.* 81.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Montis Falisci Fideicommissi.

*Mercurij 25. Maij 1611.*

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis quando sint subministranda.

*SVMMARIVM.*

1 *Alimenta sunt subministranda nepoti agenti ad hæreditatem aui.*
2 *Procedit, quando cum paupertate concurrit præsumptio boni iuris.*
3 *Ista præsumptio debet esse non leuis.*
4 *Decisiones Rotæ ostendunt bonum ius.*
5 *Pretium præsumitur iustum.*
6 *Tantò magis, quando fuit firmatum per æstimatores pro vtraque parte electos.*
7 *Res inter alios acta facit aliquam præsumptionem.*

DECISIO DXXIV.

BIsentij, qui litem introduxerūt super recuperatione bonorū aui fideicōmisso subiectorū contra tertios eorum possessores, prætendebant sibi alimenta, & sumptus præstari ab aduersariis: Vnde dato super hoc dubio fuit resolutum non esse locum præstationi; [a] licèt
† enim nepoti peteti bona, & hæreditatem videantur de- a
bita, *l. si instituta.* §. *de inofficioso.* il *secondo. ff. de inofficioso* 1
*testament.* Couar. *pract. quæstion. capit.* 6. cum multis
aliis allegatis, id tamen † procedit, quando cum pau- 2
pertate concurrit præsumptio boni iuris in bonis, super quibus lis pendet, Couar. *vbi supra.* latè Decian. alios
cumulans *cons.* 66 *sub n.* 1. *lib.* 1. † & quidem præsumptio 3
non leuis, Gab. *cons.* 25. *post n.* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 491. *sub num.* 3. *vers. est enim necesse.* Et quamuis de paupertate
satis sit probatum, & pro † bono iure videantur deci- 4
siones Rotales, per quas fuit resolutum constare de fideicommisso, & probari identitatem bonorum fideicommissi, attamen D. Gregorium Boncōpagnum tuentur detractiones, quas de fideicommisso detrahendas esse fuit resolutum, & quæ pretium totum tenutæ Firentini absorbent. Nec obstat, quòd etiam, vbi agitur de detractionibus, sint ministrādæ expensæ, Aym. *cons.* 164. *num.* 1. quia Aym. ibi expressè requirit præsumptionem boni iuris in actore, & in casu suo detractiones non erant liquidæ, prout sunt allegatæ per D. Gregorium. Non obstat, quòd Bisentij prætendant tenutā non fuisse
iusto pretio vēditam, † quia in hoc præsumptio est con- 5
tra ipsos pro iustitia pretij conuenti, Bal. *in l. per diversas in* 4. *q. n.* 14. *in fin. C. mand.* Rol. *cons.* 64. *n.* 18. *lib.* 4. Illustriss. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 19. *nu.* 21.

Pp & tantò

*de locat.* Bald. *in Authen. quas actiones, n.12. in fin. vers. tertio modo, C. de sacros. Eccles.* & propterea ex tali donatione sit incursa caducitas, Bald. *ibi,* Ruyn. *cons.143. sub n.10. vers. secundò etiam, lib.2.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst.15.*
12 *vers. arbitror tamen.* quia † hæc omnia cessant propter
indultum Leonis X. per quod concessum fuit Archiconfraternitati Charitatis, vt quæcumque bona etiam feudalia, & emphyteotica, etiam Ecclesiastica possint illi tàm inter viuos, quàm mortis causa dari, concedi, & relinqui liberè, ita tamen vt teneatur ad eadem onera, ad quæ tenebatur donator. Ex quibus vltimis verbis apparet Charitatem non solùm posse acquirere, sed etiam retinere huiusmodi bona, vnde sequitur malè fuisse iudicatum per Iudicem in vltima parte sententiæ, dum declarat confraternitatem teneri vendere dominum infra annum alteri priuato, & soluere laudemium, & ad vendendum, ac soluendum respectiuè condemnat. Ex quibus fuit resolutum pro iustitia sententiæ illustrissimi Vicarij in prima parte, & pro iniustitia in vltima.

*ANNOTATIO.*

a Idem tenet Surd. *dec. 93. n.1. & 2.* Facbin. *controuer. iuris, lib.3. cap.97.* qui discutit hunc articulum, & ideò non est habenda ratio de nonnullis contrarium sentientibus, quos commemorat Corbul. & Clar. *alleg. decis.*

13 b Est † valdè controuersa quæstio, an laudemium debeatur
ex contractu donationis, & plurimos pro vtraque parte enumerat Burg. *in tract. de laudem. par.2. inspect.30. & sub n.4.* sequitur opinionem affirmatiuam approbatam etiam in hac decisione, quæ etiam apparet magis communis ex numeratis per illum, & vltra eum latè articulum disputat Vinc. de Franch. *decis.* 201

c De quo dixi *supra ad decis.* 388.

14 d Ecclesia † reputatur inter personas prohibitas, in quas
non potest alienari emphyteusis, quia Ecclesia nunquam moritur, & dicitur manus mortua, *cap.1. de alien. feud.* & ibi Afflict. *in princ. num.4. & 5. cum seq.* Rot. *decis. 603. per totam par.1. in recent.* vbi fuit decisum, quòd Ecclesia, & quæuis alia manus mortua potest cogi vendere emphyteusim, quæ ad illam deuenit, vt latè fuit dictum in Ferrarien. bonorum 9. Decembris 1611. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi optimè fuit ponderatum id esse fundatum in quadam æquitate, quia scilicet non patitur Ecclesia cultrix, & auctrix Iustitiæ, quòd aliquid fiat in alium, ex quo ille nimis remaneat grauatus, prout remaneret Dominus directus grauatus, si emphyteusis transiret in Ecclesiam, quæ non alienat, & nunquam moritur, & ideò non est spes nec deuolutionis, nec laudemij, & in d. decis. Ferrarien. benè consideratur id esse inductum non ex vi arctatiua, sed ex vi directiua rationis, cum approbatione Romanorum Pontificum; & quòd Ecclesia ad hunc effectum dicatur persona potens, & prohibita, fuit etiam dictum in alia Ferrarien. bonorum de Schianchis 28. April. 1617. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Ferrarien. bonorum 3. Iunij 1619. coram R.P.D. Remboldo, in quibus decis. fuit dictum Ecclesiam non esse capacem, etiam stante Bonifaciana, in quibus etiam terminis latè consuluit Rimin. iun. *cons. 453. n.8. & seq.* & plenè etiam infra coram Sanctissimo, *decis. 529.* vbi agitur, quænam sint personæ potentes, & prohibitæ in hac materia emphyteusis. Ampliatur præallegata concl. vt procedat etiam si alia Ecclesia esset Domina directa æquè potens, vt fuit dictum coram Sanctissimo *infra decis. 529. limit.1.* non procedere, quando emphyteusis est transitoria ad quoscumque hæredes extraneos, quia tunc Ecclesia est capax illius, Rota *decis. 261. n.7. & dec. 280. n.3. iunctis antecedentibus, par.1. in recent.* quas secuta fuit Rota in Romana cessionis bonorum 17. Maij 1619. coram R. P. D. Buratto, Gratian. *disceptat. Forens. cap.481. n.61. & seq.* nec huic limitationi obstant decisiones Ferrarien. supra allegatæ, dum in terminis Bonifacianæ, quæ facit emphyteusim transitoriam ad quoscumque, resoluitur Ecclesiam non esse capacem, quia id est speciale in Bonifaciana ex eo, quia in ea expressè reperitur cautum, quod non possit fieri alienatio in personas aliàs de iure prohibitas, vt in specie fuit consideratum in illa Ferrarien. coram R.P.D. Remboldo. Limitatur secundò, quòd non procedat quando Ecclesia non vult retinere, sed parata est vendere personæ priuatæ, quia ad istum effectum respectu pretij est capax, iuxta doct. Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, quæst. 117.* quam secuta fuit Rota, *d. decis. 261. sub n.7. par.1. in recen.* licèt aliud sit dicendum in terminis Bonifacianæ propter verba prægnantissima illius Constitutionis prohibentia alienationem in personas prohibitas, vt fuit dictum in præallegata Ferrarien. coram R.P.D. Remboldo. Tertiò, non est prohibita Ecclesia retinere Domino directo volente, Menoch. *consil. 216. n.43.* Surd. *cons. 521. n.10. vers. quartò respondeo,* & fuit dictum in d. Romana Cessionis coram R. P. D. Buratto, vbi fuit ponderatum, quòd in eo casu non constabat de dissensu domini directi, quòd emphyteusis non remaneret penes Ecclesiam.

*Olimtrius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis

*Veneris* 17. *Iunij* 1611.

ARGVMENTVM.

Solutio in quam causam censeatur facta, pluribus coniecturis deducitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor non est verisimile, quòd diu negligat exigere.*
2 *Testis deponens de facto proprio magis probat.*
3 *Facit plusquàm semiplenam probationem.*
4 *Iunctis adminiculis plenè probat in quacumque materia.*
5 *Solutio in quam causam cedat, probatur ex coniecturis, & indicijs.*
6 *Occultans, seu recusans exhibere scripturas, præsumitur quòd illæ contra se faciant.*
7 *Solutionis causa valde dignoscitur ex congruentia, & conuenientia summæ solutæ.*
8 *Solutio in dubio præsumitur cadere in causam duriorem. & latè num 12. vbi declaratur, quæ causa dicatur durior, & grauior.*
9 *Item in causam antiquiorem, & etiam num.13. vbi declaratur, quodnam dicatur debitum antiquius.*
10 *Solutio cedit in causam debiti habentis hypothecam, & instrumentum, & pro quo debentur vsuræ.*
11 *Liber priuatus seruit pro adminiculo, quando est scriptus à persona benè informata, & proba.*

DECISIO DXXI.

DOmini concorditer perstiterunt in decisis, quia
de solutione scutorum 2800. constat ex confes-
sione Comitis Ludouici, & præsumitur ex causa dotis
ex pluribus indicijs in decisione relatis, quibus accedit
venditio Castri Aluiani D. Monaldi de consensu dicti
Comitis facta ad effectum satisfaciendi creditoribus
de eius pretio, ex quo ipse Comes consecutus fuit scu-
ta 400. & lõgè distat à verisimili, † quòd si fuisset cre- 1
ditor dotis, neglexisset eam petere, & consequi in di-
cto pretio. Additur etiam depositio D. Tullij Ciceri ex-
pressè attestantis solutionem fuisse factam in causam
dotis, qui † cùm deponat de facto proprio, magis pro- 2
bat, [a] Aym. *cons. 178. num. 7. circa med.* post Innoc. & a
alios allegatos, & † facit plusquàm semiplenam proba- 3
tionem, Cæs. de Grass. *decis.2. n.11. de empt.* fuit dictum
in Vrbeuetana bonorum 4. Iunij 1596. coram bo. me.
Card. Seraphino, & in Romana Census de Angull. 4.
Iunij 1609. coram D. meo Marquemontio. Et † iunctis 4
tot adminiculis probatur plenè in quacumque mate-
ria, Caputaquen. *decis.171 par.3.* Cæs. de Grass. *decis. 3. num.6.*

*num. 6. de probat.* fuit dictum in Sutrina Bonorum 5. Octobris 1586. coram Illustrissimo Cardinali Platto;
5 nedum † in probanda causa solutionis, ad quam sufficiunt coniecturæ, & indicia, vt fuit dictum in vna Romana Pecuniaria 22. Octobris 1576. coram Robusterio. Et tantò magis probatur causa solutionis, quia
6 † pars aduersa recusat exhibere apocham, ad cuius exhibitionem est adstricta obligatione Camerali, & quam apocham dicit dictus testis fuisse confectam super dote. Vnde contra eam militat præsumptio, quæ est contra occultantes probationes, Bald. *in leg. fram. ff. de legi.* Aym. *cons. 6. num.* 8. cùm aliis per Menoch. *præsumpt. 91. num. 4. par. 2.* Non obstat, quòd ex aduerso obiicitur, apparere, ex libro Margantij, quòd inter Monaldum, & Comitem Ludouicum extiterunt variæ causæ dati, & recepti, & solutionem potuisse fieri ex alia causa, & cessare, quod dicitur in decisione præsumi ex causa dotis, cùm de alia non appareat, quia partitæ, quæ exhibentur, sunt modicæ quantitatis nullam proportionem habẽtes cum summa scutorum 2800. & ad dignoscen-
7 dum † causam solutionis multùm attenditur congruẽtia, & conuenientia summæ solutæ, vt fuit dictum in Romana dotis de Millinis 13. Martij 1581. coram bo. mem. Robusterio. Et coniecturæ adductæ in decisione suadent particulariter solutionem cessisse in causam do-
8 tis; vltra quòd † intrat iuris præsumptio, quod in eam
b cedere debet vti duriorem [b], tùm † quia antiquior [c],
c tùm quia † habet hypothecam, & instrumentum, &
9 quia debebantur vsuræ propter onera matrimonij, vt
10 benè deducunt informantes. Non obstat, quod dicitur contra partitam libri rationum adnotatam expressè in causam dotis, quòd non sit liber rationum hæreditatis Com. Ludouici, vt supponit decisio, sed liber Monal-
11 di, quia hoc parùm refert, cùm fuerit † talis partita solùm pro adminiculo deducta, & negari non potest, quin faciat adminiculum, cùm fuerit scripta à persona benè informata, qui, vt dicunt testes, erat vir probus, approbatus à Comite Ludouico, qui eius opera multùm vtebatur, & mortuus est ante iudicium cœptum. Ex quibus, & aliis adductis per informantes, qui omnia ex aduerso obiecta tollunt, Domini steterunt in decisis.

## *ANNOTATIO.*

a Testis de facto proprio quam probationem faciat, dixi *supra ad decis.* 351.

12 b Solutio † cedit in causam duriorem, & grauiorem, Rota *decis. 92. n. 1. & 5. par. 1. diuers. & decis. 695. n. 1. par. 2. in recent.* quæ autem dicatur causa grauior, & durior, benè explicat Menoch. *de arbitr. casu* 493. *lib.* 2. & præsertim dicitur causa grauior, & durior illa, quæ habet executionem paratam, & obligationem Cameralem, Menoch. *d. casu* 493. *n.* 14. Rota *decis. 123. n. 1. par. 3. diuers.* & inter plures obligationes in forma Cameræ illa censetur durior, pro qua iam fuit relaxatum mandatum, cùm possit celeriùs executioni mandari, Rota *in d. decis. 695. sub n. 1.* vbi consideratur, quòd non est verisimilis quòd persona honesta velit carceribus includi, & benè Corn. *cons. 295. n. 2. lib.* 3. & fuit dictum in Romana pecuniaria 19. Decembris 1617. coram R. P. D. Buratto. Dicitur etiam causa durior illa, quæ habet fideiussores, Rot. *decis. 113. n. 5. & decis. 679. n. 6. par. 1. diuers. & d. decis. 695. sub n. 2.* quod tamen intelligitur, quando extrema sunt paria, vt declarat Rota *d. decis. 695. n. 2.* sicut etiam censetur durior, vbi adest, hypotheca, quàm vbi non adest, Surd. *cons. 295. in princ. lib.* 3. Item vbi vsuræ decurrunt, Rot. *decis. 679. n. 6. par. 1. diu.*

13 c Solutio † cedit in causam antiquiorem, Rot. *decis. 670. n. 6. par. 1. diuers. & decis. 113. n. 5. vers. aut saltem, eadem par. 1. diuers.* sed aduertendum est, quòd ad effectum, vt vnum debitum dicatur altero antiquius, non attenditur dies creationis, sed dies solutionis, Surd. *decis. 187. n.* 7. Menoch. *consil. 121. n.* 56. & dixit Rota in Romana Pecuniaria 13. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Domorum.

*Lunæ 14. Martij 1611.*

## ARGVMENTVM.

Concessio emphyteusis facta alicui ad tertiam ipsius generationis comprehendit pronepotes, & plura alia de hac materia.

## *SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationem comprehendit etiam pronepotes, & num.* 20.
2 *Procedit non obstante, quòd prætendatur Notarium de instrumento concessionis rogatum promiscuè, & indifferenter, & in confuso vsum fuisse dictione* (ipsius.)
3 *Verba in dubio sunt intelligenda iuxta propriam illorum significationem.*
4 *Dispositiua verba censentur magis deliberatè prolata, quàm narratiua.*
*Dispositiua est magis attendenda, quàm narratiua, & num.* 21.
5 *Error facti est excusabilior, & probabilior errore iuris.*
6 *Error probatur ex relatione, quando relatum aliter loquitur quàm referens.*
7 *Notarij verba censentur verba partium.*
8 *Petitio non declarat concessionem, quando verba concessionis sunt clara,*
9 *Relatio operatur, vt omnia, quæ continentur in relato dicantur expressa in referente.*
10 *Relatum censetur in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
11 *Emphyteusis Ecclesiastica licèt aliàs non posset concedi, nisi in tribus personis, tamen id fuit postea extensum ad omnes descendentes.*
12 *Inclusio filiorum in inuestitura non excludit nepotes.*
13 *Confessio patris non præiudicat filio, & nepotibus, quæ veniunt ex pacto, & prouidentia.*
14 *Confessio non præiudicat confitenti, quando apparet de errore.*
15 *Procedit siue error consistat in iure, siue in facto.*
16 *Confessio eo ipso detegitur erronea, si constet de veritate in contrarium.*
17 *Prorogata dispositio intelligi debet iuxta terminos primæ concessionis.*
18 *Prorogatio censetur vna, & eadem cum prima dispositione.*
19 *Prorogatio non censetur, sed noua concessio, quando adsunt noua pacta, & nouæ qualitates, quæ non sunt in dispositione.*

## 1 DECISIO DXXII.

PLacuit Dominis decisio bo. me. Card. Seraphini in hac causa facta sub die 24. Maij 1600. & rationes in ea deductæ. Propterea causa iterum super iisdem proposita vnanimi voto persliterunt in tunc resolutis. Cùm enim concessio facta fuerit Antonio ad tertiam ipsius generationem, † generatio incipiebat à filiis 2 ipsius Antonij &, terminabatur in eius pronepotibus, [a] iuxta sententiam Bald. *in Authen. quas actiones, num.* 4. *C de Sacr. Sanct. Eccles.* quam veriorem, & receptiorem dicunt Alex. *consil.* 125. *numer.* 5. *lib.* 5. Ruyn. *consil.* 166. *numer.* 6. *lib.* 1. Clar. *in §. Emphyteusis, quæst.* 34. Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 25. *num.* 16. & secuta est Rota in vna Villæ

Captatolæ

*de locat.* Bald. *in Authen. quas actiones, n. 12. in fin. vers. tertio modo, C. de sacros. Eccles.* & propterea ex tali donatione sit incursa caducitas, Bald. *ibi*, Ruyn. *cons. 143. sub n. 10. vers. secundò etiam, lib. 1.* Clar. *in §. emphytheusis, quaest. 15.*
12 *vers. arbitror tamen.* quia † hæc omnia cessant propter indultum Leonis X. per quod concessum fuit Archiconfraternitati Charitatis, vt quæcumque bona etiam feudalia, & emphyteotica, etiam Ecclesiastica possint illi tàm inter viuos, quàm mortis causa dari, concedi, & relinqui liberè, ita tamen vt teneatur ad eadem onera, ad quæ tenebatur donator. Ex quibus vltimis verbis apparet Charitatem non solùm posse acquirere, sed etiam retinere huiusmodi bona, vnde sequitur malè fuisse iudicatum per Iudicem in vltima parte sententiæ, dum declarat confraternitatem teneri vendere dominum infra annum alteri priuato, & soluere laudemium, & ad vendendum, ac soluendum respectiuè condemnat. Ex quibus fuit resolutum pro iustitia sententiæ illustrissimi Vicarij in prima parte, & pro iniustitia in vltima.

*ANNOTATIO.*

a Idem tenet Surd. *dec. 93. n. 1. & 2.* Fachin. *controuer. iuris, lib. 3. cap. 97.* qui discutit hunc articulum, & ideò non est habenda ratio de nonnullis contrarium sentientibus, quos commemorat Corbul. & Clar. *alleg. decis.*

13 b Est † valdè controuersa quæstio, an laudemium debeatur ex contractu donationis, & plurimos pro vtraque parte enumerat Burg. *in tract. de laudem. par. 2. inspect. 30. & sub n. 4.* sequitur opinionem affirmatiuam approbatam etiam in hac decisione, quæ etiam apparet magis communis ex numeratis per illum, & vltra eum latè articulum disputat Vinc. de Franch. *decis.* 201

c De quo dixi *supra ad decis. 388.*

14 d Ecclesia † reputatur inter personas prohibitas, in quas non potest alienari emphyteusis, quia Ecclesia nunquam moritur, & dicitur manus mortua, *cap. 1. de alien. feud.* & ibi Afflict. *in princ. num. 4. & 5. cum seq.* Rot. *decis. 603. per totam par. 1. in recent.* vbi fuit decisum, quòd Ecclesia, & quæuis alia manus mortua potest cogi vendere emphyteusim, quæ ad illam deuenit, vt latè fuit dictum in Ferrarien. bonorum 9. Decembris 1611. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi optimè fuit ponderatum id esse fundatum in quadam æquitate, quia scilicet non patitur Ecclesia cultrix, & auctrix Iustitiæ, quòd aliquid fiat in alium, ex quo ille nimis remaneat grauatus, prout remaneret Dominus directus grauatus, si emphyteusis transiret in Ecclesiam, quæ non alienat, & nunquam moritur, & ideò non est spes nec deuolutionis, nec laudemij, & in d. decis. Ferrarien. benè consideratur id esse inductum non ex vi arctatiua, sed ex vi directiua rationis, cum approbatione Romanorum Pontificum; & quòd Ecclesia ad hunc effectum dicatur persona potens, & prohibita, fuit etiam dictum in alia Ferrarien. bonorum de Schianchis 28. April. 1617. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Ferrarien. bonorum 3. Iunij 1619. coram R.P.D. Remboldo, in quibus decis. fuit dictum Ecclesiam non esse capacem, etiam stante Bonifaciana, in quibus etiam terminis latè consuluit Rumin. iun. *cons. 453. n. 8. & seq.* & plenè etiam infra coram Sanctissimo, *decis. 519.* vbi agitur, quænam sint personæ potentes, & prohibitæ in hac materia emphyteusis. Ampliatur præallegata concl. vt procedat etiam si alia Ecclesia esset Domina directa æquè potens, vt fuit dictum coram Sanctissimo *infra decis. 519. limit. 1.* non procedere, quando emphyteusis est trāsitoria ad quoscumque hæredes extraneos, quia tunc Ecclesia est capax illius, Rota *decis. 261. n. 7. & dec. 280. n. 3. iunctis antecedentibus, par. 1. in recent.* quas secuta fuit Rota in Romana cessionis bonorum 17. Maij 1619. coram R. P. D. Buratto, Gratian. *disceptat. Forens. cap. 481. n. 61. & seq.* nec huic limitationi obstant decisiones Ferrarien. supra allegatæ, dum in terminis Bonifacianæ, quæ facit emphyteusim transitoriam ad quoscumque, resoluitur Ecclesiam non esse capacem, quia id est speciale in Bonifaciana ex eo, quia in ea expressè reperitur cautum, quod non possit fieri alienatio in personas aliàs de iure prohibitas, vt in specie fuit consideratum in illa Ferrarien. coram R.P.D. Remboldo. Limitatur secundò, quòd non procedat quando Ecclesia non vult retinere, sed parata est vendere personæ priuatæ, quia ad istum effectum respectu pretij est capax, iuxta doct. Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, quæst. 117.* quam secuta fuit Rota, *d. decis. 261. sub n. 7. par. 1. in recent.* licèt aliud sit dicendum in terminis Bonifacianæ propter verba prægnantissima illius Constitutionis prohibentia alienationem in personas prohibitas, vt fuit dictum in præallegata Ferrarien. coram R.P.D. Remboldo. Tertiò, non est prohibita Ecclesia retinere Domino directo volente, Menoch. *consil. 216. n. 43.* Surd. *cons. 521. n. 10. vers. quartò respondeo,* & fuit dictum in d. Romana Cessionis coram R. P. D. Buratto, vbi fuit ponderatum, quòd in eo casu non constabat de dissensu domini directi, quòd emphyteusis non remaneret penes Ecclesiam.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis

*Veneris 17. Iunij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Solutio in quam causam censeatur facta, pluribus coniecturis deducitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor non est verisimile, quòd diu negligat exigere.*
2 *Testis deponens de facto proprio magis probat.*
3 *Facit plusquàm semiplenam probationem.*
4 *Iunctis adminiculis plenè probat in quacumque materia.*
5 *Solutio in quam causam cedat, probatur ex coniecturis, & indiciis.*
6 *Occultans, seu recusans exhibere scripturas, præsumitur quòd illa contra se faciant.*
7 *Solutionis causa valde dignoscitur ex congruentia, & conuenientia summe soluta.*
8 *Solutio in dubio præsumitur cadere in causam duriorem. & latè num 12. vbi declaratur, quæ causa dicatur durior, & grauior.*
9 *Item in causam antiquiorem, & etiam num. 13. vbi declaratur, quodnam dicatur debitum antiquius.*
10 *Solutio cedit in causam debiti habentis hypothecam, & instrumentum, & pro quo debentur vsuræ.*
11 *Liber priuatus seruit pro adminiculo, quando est scriptus à persona benè informata, & proba.*

### DECISIO DXXI.

DOmini concorditer persisterunt in decisis, quia de solutione scutorum 2800. constat ex confessione Comitis Ludouici, & præsumitur ex causa dotis ex pluribus indiciis in decisione relatis, quibus accedit venditio Castri Aluiani D. Monaldi de consensu dicti Comitis facta ad effectum satisfaciendi creditoribus de eius pretio, ex quo ipse Comes consecutus fuit scuta 400. & lōgè distat à verisimili, † quòd si fuisset cre- 1
ditor dotis, neglexisset eam petere, & consequi in dicto pretio. Additur etiam depositio D. Tullij Ciceri expressè attestantis solutionem fuisse factam in causam dotis, qui † cùm deponat de facto proprio, magis pro- 2
bat, [a] Aym. *cons. 178. num. 7. circa med.* post Innoc. & a
alios allegatos, & † facit plusquàm semiplenam proba- 3
tionem, Cæs. de Grass. *decis. 2. n. 11. de empt.* fuit dictum in Vrbeuetana bonorum 4. Iunij 1596. coram bo. me. Card. Seraphino, & in Romana Census de Angull. 4. Iunij 1609. coram D. meo Marquemontio. Et † iunctis 4
tot adminiculis probaret plenè in quacumque materia, Caputaquen. *decis. 171. par. 3.* Cæs. de Grass. *decis. 3. num. 6.*

*num 6. de probat.* fuit dictum in Sutrina Bonorum 5. Octobris 1586. coram Illustrissimo Cardinali Platto;
5 nedum † in probanda causa solutionis, ad quam sufficiunt coniecturæ, & indicia, vt fuit dictum in vna Romana Pecuniaria 22. Octobris 1576. coram Robusterio. Et tantò magis probatur causa solutionis, quia
6 † pars aduersa recusat exhibere apocham, ad cuius exhibitionem est adstricta obligatione Camerali, & quam apocham dicit dictus testis fuisse confectam super dote. Vnde contra eam militat præsumptio, quæ est contra occultantes probationes, Bald. *in leg. fram. ff. de legi.* Aym. *cons. 6. num. 8.* cum aliis per Menoch. *præsumpt. 91. num. 4. par. 2.* Non obstat, quòd ex aduerso obiicitur, apparere, ex libro Margantij, quòd inter Monaldum, & Comitem Ludouicum extiterunt variæ causæ dati, & recepti, & solutionem potuisse fieri ex alia causa, & cessare, quod dicitur in decisione præsumi ex causa dotis, cùm de alia non appareat, quia partitæ, quæ exhibentur, sunt modicæ quantitatis nullam proportionem habétes cum summa scutorum 2800. & ad dignoscen-
7 dum † causam solutionis multùm attenditur congruétia, & conuenientia summæ solutæ, vt fuit dictum in Romana dotis de Millinis 13. Martij 1581. coram bo. mem. Robusterio. Et coniecturæ adductæ in decisione suadent particulariter solutionem cessisse in causam do-
8 tis; vltra quòd † intrat iuris præsumptio, quod in eam
b cedere debet vti duriorem [b], tùm † quia antiquior [c],
c tùm quia † habet hypothecam, & instrumentum, &
9 quia debebantur vsuræ propter onera matrimonij, vt
10 benè deducunt informantes. Non obstat, quod dicitur contra partitam libri rationum adnotatam expressè in causam dotis, quòd non sit liber rationum hæreditatis Com. Ludouici, vt supponit decisio, sed liber Monal-
11 di, quia hoc parùm refert, cùm fuerit † talis partita solùm pro adminiculo deducta, & negari non potest, quin faciat adminiculum, cùm fuerit scripta à persona benè informata, qui, vt dicunt testes, erat vir probus, approbatus à Comite Ludouico, qui eius opera multùm vtebatur, & mortuus est ante iudicium cœptum. Ex quibus, & aliis adductis per informantes, qui omnia ex aduerso obiecta tollunt, Domini steterunt in decisis.

*ANNOTATIO.*

a Testis de facto proprio quam probationem faciat, dixi *supra ad decis. 351.*

12 b Solutio † cedit in causam duriorem, & grauiorem, Rota *decis. 92. n. 1. & 5. par. 1. diuers. & decis. 695. n. 1. par. 2. in recent.* quæ autem dicatur causa grauior, & durior, benè explicat Menoch. *de arbitr. casu 493. lib. 2.* & præsertim dicitur causa grauior, & durior illa, quæ habet executionem paratam, & obligationem Cameralem, Menoch. *d. casu 493. n. 14.* Rota *decis. 123. n. 1. par. 2. diuers.* & inter plures obligationes in forma Cameræ illa censetur durior, pro qua iam fuit relaxatum mandatum, cùm possit celeriùs executioni mandari. Rota *in d. decis. 695. sub n. 1.* vbi consideratur, quòd non est verisimilis quòd persona honesta velit carceribus includi, & benè Corn. *cons. 295. n. 2. lib. 3.* & fuit dictum in Romana pecuniaria 19. Decembris 1617. coram R. P. D. Buratto. Dicitur etiam causa durior illa, quæ habet fideiussores, Rot. *decis. 112. n. 5. & decis. 679. n. 6. par. 1. diuers. & d. decis. 695. sub n. 2.* quod tamen intelligitur, quando cætera sunt paria, vt declarat Rota *d. decis. 695. n. 2.* sicut etiam censetur durior, vbi adest, hypotheca, quàm vbi non adest, Surd. *cons. 295. in princ. lib. 3.* Item vbi vsuræ decurrunt, Rot. *decis. 679. n. 6. par. 1. diu.*

13 c Solutio † cedit in causam antiquiorem, Rot. *decis. 670. n. 6. par. 1. diuers. & decis. 113. n. 5. vers. aut saltem, eadem par. 1. diuers.* sed aduertendum est, quòd ad effectum, vt vnum debitum dicatur altero antiquius, non attenditur dies creationis, sed dies solutionis, Surd. *decis. 187. n. 7.* Menoch. *consil. 121. n. 56.* & dixit Rota in Romana Pecuniaria 13. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana Domorum.

*Lunæ 14. Martij 1611.*

ARGVMENTVM.

Concessio emphyteusis facta alicui ad tertiam ipsius generationis comprehendit pronepotes, & plura alia de hac materia.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationem comprehendit etiam pronepotes, & num. 20.*
2 *Procedit non obstante, quòd prætendatur Notarium de instrumento concessionis rogatum promiscuè, & indifferenter, & in confuso vsum fuisse dictione* (ipsius.)
3 *Verba in dubio sunt intelligenda iuxta propriam illorum significationem.*
4 *Dispositiua verba censentur magis deliberatè prolata, quam narratiua.*
*Dispositiua est magis attendenda, quàm narratiua, & num. 21.*
5 *Error facti est excusabilior, & probabilior errore iuris.*
6 *Error probatur ex relatione, quando relatum aliter loquitur quàm referens.*
7 *Notarij verba censentur verba partium.*
8 *Petitio non declarat concessionem, quando verba concessionis sunt clara.*
9 *Relatio operatur, vt omnia, quæ continentur in relato dicantur expressa in referente.*
10 *Relatum censetur in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
11 *Emphyteusis Ecclesiastica licèt aliàs non posset concedi, nisi in tribus personis, tamen id fuit postea extensum ad omnes descendentes.*
12 *Inclusio filiorum in inuestitura non excludit nepotes.*
13 *Confessio patris non præiudicat filio, & nepoti in his, quæ veniunt ex pacto, & prouidentia.*
14 *Confessio non præiudicat confitenti, quando apparet de errore.*
15 *Procedit siue error consistat in iure, siue in facto.*
16 *Confessio eo ipso detegitur erronea, si constet de veritate in contrarium.*
17 *Prorogata dispositio intelligi debet iuxta terminos primæ concessionis.*
18 *Prorogatio censetur vna, & eadem cum prima dispositione.*
19 *Prorogatio non censetur, sed noua concessio, quando adsunt noua pacta, & nouæ qualitates, quæ non sunt in dispositione.*

1 DECISIO DXXII.

PLacuit Dominis decisio bo. me. Card. Seraphini in hac causa facta sub die 24. Maij 1600. & rationes in ea deductæ. Propterea causa iterum super iisdem proposita vnanimi voto perstiterunt in tunc resolutis. Cùm enim concessio facta fuerit Antonio ad tertiam ipsius generationem, † generatio incipiebat à filiis 2 ipsius Antonij &, terminabatur in eius pronepotibus, [a] iuxta sententiam Bald. *in Authen. quas actiones, num. 4.* a *C. de Sacr. Sanct. Eccles.* quam veriorem, & receptiorem dicunt Alex. *consil. 125. numer. 5. lib. 5.* Ruyn. *consil. 166. numer. 6. lib. 1.* Clar. *in §. Emphyteusis, quæst. 34.* Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 25. num. 16.* & secuta est Rota in vna Villæ

Capratolæ

*de locat.* Bald. *in Authen. quas actiones, n. 12. in fin. vers. tertio modo, C. de sacros. Eccles.* & propterea ex tali donatione sit incursa caducitas, Bald. *ibi*, Ruyn. *cons. 143. sub n. 10. vers. secundò etiam, lib. 1.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 15.*
12 *vers. arbitrer tamen.* quia † hæc omnia cessant propter
indultum Leonis X. per quod concessum fuit Archiconfraternitati Charitatis, vt quæcumque bona etiam feudalia, & emphyteotica, etiam Ecclesiastica possint illi tàm inter viuos, quàm mortis causa dari, concedi, & relinqui liberè, ita tamen vt teneatur ad eadem onera, ad quæ tenebatur donator. Ex quibus vltimis verbis apparet Charitatem non solùm posse acquirere, sed etiam retinere huiusmodi bona, vnde sequitur malè fuisse iudicatum per Iudicem in vltima parte sententiæ, dum declarat confraternitatem teneri vendere dominum infra annum alteri priuato, & soluere laudemium, & ad vendendum, ac soluendum respectiuè condemnat. Ex quibus fuit resolutum pro iustitia sententiæ illustrissimi Vicarij in prima parte, & pro iniustitia in vltima.

### *ANNOTATIO.*

a Idem tenet Surd. *dec. 93. n. 1. & 2.* Fachin. *controuer. iuris, lib. 3. cap. 97.* qui discusit hunc articulum, & ideò non est habenda ratio de nonnullis contrarium sentientibus, quos commemorat Corbul. & Clar. *alleg. decis.*

13 b Est † valdè controuersa quæstio, an laudemium debeatur ex contractu donationis, & plurimos pro vtraque parte enumerat Burg. *in tract. de laudem. par. 2. inspect. 30. & sub n. 4.* sequitur opinionem affirmatiuam approbatam etiam in hac decisione, quæ etiam apparet magis communis ex numeratis per illum, & vltra eum latè articulum disputat Vinc. de Franch. *decis.* 201

c De quo dixi *supra ad decis.* 388.

14 d Ecclesia † reputatur inter personas prohibitas, in quas non potest alienari emphyteusis, quia Ecclesia nunquam moritur, & dicitur manus mortua, *cap. 1. de alien. feud.* & ibi Afflict. *in princ. num. 4. & 5. cum seq.* Rot. *decis. 603. per totam par. 1. in recent.* vbi fuit decisum, quòd Ecclesia, & quæuis alia manus mortua potest cogi vendere emphyteusim, quæ ad illam deuenit, vt latè fuit dictum in Ferrarien. bonorum 9. Decembris 1611. coram R.P.D. Coccino Decano, vbi optimè fuit ponderatum id esse fundatum in quadam æquitate, quia scilicet non patitur Ecclesia cultrix, & auctrix Iustitiæ, quòd aliquid fiat in alium, ex quo ille nimis remaneat grauatus, prout remaneret Dominus directus grauatus, si emphyteusis transiret in Ecclesiam, quæ non alienat, & nunquam moritur, & ideò non est spes nec deuolutionis, nec laudemij, & in d. decis. Ferrarien. benè consideratur id esse inductum non ex vi arctatiua, sed ex vi directiua rationis, cum approbatione Romanorum Pontificum; & quòd Ecclesia ad hunc effectum dicatur persona potens, & prohibita, fuit etiam dictum in alia Ferrarien. bonorum de Schianchis 28. April. 1617. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Ferrarien. bonorum 3. Iunij 1619. coram R.P.D. Remboldo, in quibus decis. fuit dictum Ecclesiam non esse capacem, etiam stante Bonifaciana, in quibus etiam terminis latè consuluit Rimin. iun. *cons. 453. n. 8. & seq.* & plenè etiam infra coram Sanctissimo, *decis. 529.* vbi agitur, quænam sint personæ potentes, & prohibitæ in hac materia emphyteusis. Ampliatur præallegata concl. vt procedat etiam si alia Ecclesia esset Domina directa æquè potens, vt fuit dictum coram Sanctissimo *infra decis. 559. limit. 1.* non procedere, quando emphyteusis est trãsitoria ad quoscumque hæredes extraneos, quia tunc Ecclesia est capax illius, Rota *decis. 261. n. 7. & dec. 280. n. 3. iunctis antecedentibus, par. 1. in recent.* quas secuta fuit Rota in Romana cessionis bonorum 17. Maij 1619. coram R. P. D. Buratto, Gratian. *disceptat. Forens. cap. 481. n. 61. & seq.* nec huic limitationi obstant decisiones Ferrarien. supra allegatæ, dum in terminis Bonifacianæ, quæ facit emphyteusim transitoriam ad quoscumque, resoluitur Ecclesiam non esse capacem, quia id est speciale in Bonifaciana ex eo, quia in ea expresè reperitur cautum, quod non possit fieri alienatio in personas aliàs de iure prohibitas, vt in specie fuit consideratum in illa Ferrarien. coram R.P.D. Remboldo. Limitatur secundò, quòd non procedat quando Ecclesia non vult retinere, sed parata est vendere personæ priuatæ, quia ad istum effectum respectu pretij est capax, iuxta doct. Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, quæst. 117.* quam secuta fuit Rota, *d. decis. 261. sub n. 7. par. 1. in recent.* licèt aliud sit dicendum in terminis Bonifacianæ propter verba prægnantissima illius Constitutionis prohibentia alienationem in personas prohibitas, vt fuit dictum in præallegata Ferrarien. coram R.P.D. Remboldo. Tertiò, non est prohibita Ecclesia retinere Domino directo volente, Menoch. *consil. 216. n. 43.* Surd. *cons. 521. n. 10. vers. quartò respondeo,* & fuit dictum in d. Romana Cessionis coram R. P. D. Buratto, vbi fuit ponderatum, quòd in eo casu non constabat de dissensu domini directi, quòd emphyteusis non remaneret penes Ecclesiam.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis

*Veneris* 17. *Iunij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Solutio in quam causam censeatur facta, pluribus coniecturis deducitur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Creditor non est verisimile, quòd diu negligat exigere.*
2 *Testis deponens de facto proprio magis probat.*
3 *Facit plusquàm semiplenam probationem.*
4 *Iunctis adminiculis plenè probat in quacumque materia.*
5 *Solutio in quam causam cedat, probatur ex coniecturis, & indicijs.*
6 *Occultans, seu recusans exhibere scripturas, præsumitur quòd illæ contra se faciant.*
7 *Solutionis causa valde dignoscitur ex congruentia, & conuenientia summæ solutæ.*
8 *Solutio in dubio præsumitur cadere in causam duriorem. & latè num 12. vbi declaratur, quæ causa dicatur durior, & grauior.*
9 *Item in causam antiquiorem, & etiam num. 13. vbi declaratur, quodnam dicatur debitum antiquius.*
10 *Solutio cedit in causam debiti habentis hypothecam, & instrumentum, & pro quo debentur vsuræ.*
11 *Liber priuatus seruit pro adminiculo, quando est scriptus à persona benè informata, & proba.*

### DECISIO DXXI.

DOmini concorditer perstiterunt in decisis, quia de solutione scutorum 2800. constat ex confessione Comitis Ludouici, & præsumitur ex causa dotis ex pluribus indicijs in decisione relatis, quibus accedit venditio Castri Aluiani D. Monaldi de consensu dicti Comitis facta ad effectum satisfaciendi creditoribus de eius pretio, ex quo ipse Comes consecutus fuit scu-
ta 400. & lõgè distat à verisimili, † quòd si fuisset cre- 1
ditor dotis, neglexisset eam petere, & consequi in dicto pretio. Additur etiam depositio D. Tullij Ciceri expresè attestantis solutionem fuisse factam in causam
dotis, qui † cùm deponat de facto proprio, magis pro- 2
bat, [a] Aym. *cons. 178. num. 7. circa med.* post Innoc. & a
alios allegatos, & † facit plusquàm semiplenam proba- 3
tionem, Cæs. de Grass. *decis. 2. n. 11. de empt.* fuit dictum in Vrbeuetana bonorum 4. Iunij 1596. coram bo. me. Card. Seraphino, & in Romana Census de Angull. 4.
Iunij 1609. coram D. meo Marquemontio. Et † iunctis 4
tot adminiculis probaret plenè in quacumque materia, Caputaquen. *decis. 171. par. 3.* Cæs. de Grass. *decis. 3. num. 6.*

*num 6. de probat.* fuit dictum io Sutrina Bonorum 5.
Octobris 1586. coram Illustrissimo Cardinali Platto;
5 nedum † io probanda causa solutionis, ad quam suffi-
ciunt coniecturæ, & indicia, vt fuit dictum io vna Ro-
mana Pecuniaria 22. Octobris 1576. coram Robuste-
rio. Et tantò magis probatur causa solutionis, quia
6 † pars aduersa recusat exhibere apocham, ad cuius ex-
hibitionem est adstricta obligatione Camerali, & quam
apocham dicit dictus testis fuisse confectam super do-
te. Vnde contra eam militat præsumptio, quæ est con-
tra occultantes probationes, Bald. *in leg. fraus, ff. de legi.*
Aym. *cons. 6. num. 8.* cum aliis per Menoch. *præsumpt. 91.*
*num. 4. par. 2.* Non obstat, quòd ex aduerso obiicitur,
apparere, ex libro Margantij, quòd inter Monaldum,
& Comitem Ludouicum extiterunt variæ causæ dati,
& recepti, & solutionem potuisse fieri ex alia causa,
& cessare, quod dicitur in decisione præsumi ex causa
dotis, cùm de alia non appareat, quia partitæ, quæ exhi-
bentur, sunt modicæ quantitatis nullam proportionem
habētes cum summa scutorum 1800. & ad dignoscen-
7 dum † causam solutionis multùm attenditur congruē-
tia, & conuenientia summæ solutæ, vt fuit dictum io
Romana dotis de Millinis 15. Martij 1581. coram bo.
mem. Robusterio. Et coniecturæ adductæ in decisione
suadent particulariter solutionem cessisse in causam do-
8 tis; vltra quòd † intrat iuris præsumptio, quod in eam
b cedere debet vti duriorem [b], tùm † quia antiquior [c],
c tùm quia † habet hypothecam, & instrumentum, &
9 quia debebantur vsuræ propter onera matrimonij, vt
10 benè deducunt informantes. Non obstat, quod dicitur
contra partitam libri rationum adnotatam expresè in
causam dotis, quòd non sit liber rationum hæreditatis
Com. Ludouici, vt supponit decisio, sed liber Monal-
11 di, quia hoc parùm refert, cùm fuerit † talis partita so-
lùm pro adminiculo deducta, & negari non potest,
quin faciat adminiculum, cùm fuerit scripta à persona
benè informata, qui, vt dicunt testes, erat vir probus,
approbatus à Comite Ludouico, qui eius opera mul-
tùm vtebatur, & mortuus est ante iudicium cœptum.
Ex quibus, & aliis adductis per informantes, qui om-
nia ex aduerso obiecta tollunt, Domini steterunt in
decisis.

### *ANNOTATIO.*

a Testis de facto proprio quam probationem faciat, dixi *supra ad decis. 351.*

12 b Solutio † cedit in causam duriorem, & grauiorem, Rota *decis. 92. n. 1. & 5. par. 1. diuers. & decis. 695. n. 1. par. 2. in recent.* quæ autem dicatur causa grauior, & durior, benè explicat Menoch. *de arbitr. casu 493. lib. 2.* & præsertim dicitur causa grauior, & durior illa, quæ habet executionem paratam, & obligationem Cameralem, Menoch. *d. casu 493. n. 14.* Rota *decis. 123. n. 1. par. 2. diuers.* & inter plures obligationes in forma Cameræ illa censetur durior, pro qua iam fuit relaxatum mandatum, cùm possit celeriùs executioni mandari, Rota *in d. decis. 695. sub n. 1.* vbi consideratur, quòd non est verisimilis quòd persona honesta velit carceribus includi, & benè Corn. *cons. 295. n. 2. lib. 3.* & fuit dictum in Romana pecuniaria 19. Decembris 1617. coram R. P. D. Buratto. Dicitur etiam causa durior illa, quæ habet fideiussores, Rot. *decis. 213. n. 5. & decis. 679. n. 6. par. 1. diuers. & d. decis. 695. sub n. 2.* quod tamen intelligitur, quando cætera sunt paria, vt declarat Rota *d. decis. 695. n. 2.* sicut etiam censetur durior, vbi adest, hypotheca, quàm vbi non adest, Surd. *cons. 295. in princ. lib. 3.* Item vbi vsuræ decurrunt. Rot. *decis. 679. n. 6. par. 1. diu.*

13 c Solutio † cedit in causam antiquiorem, Rot. *decis. 670. n. 6. par. 1. diuers. & decis. 113. n. 5. vers. aut falsum, eadem par. 1. diuers.* sed aduertendum est, quòd ad effectum, vt vnum debitum dicatur altero antiquius, non attenditur dies creationis, sed dies solutionis, Surd. *decis. 187. n. 7.* Menoch. *consil. 121. n. 56.* & dixit Rota in Romana Pecuniaria 15. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Domorum.

*Lunæ 14. Martij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Concessio emphyteusis facta alicui ad tertiam ipsius generationis comprehendit pronepotes, & plura alia de hac materia.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationem comprehendit etiam pronepotes, & num. 20.*
2 *Procedit non obstante, quòd prætendatur Notarium de instrumento concessionis rogatum promiscuè, & indifferenter, & in confuso vsum fuisse dictione* (ipsius.)
3 *Verba in dubio sunt intelligenda iuxta propriam illorum significationem.*
4 *Dispositiua verba censentur magis deliberatè prolata, quàm narratiua.*
*Dispositiua est magis attendenda, quàm narratiua, & num. 21.*
5 *Error facti est excusabilior, & probabilior errore iuris.*
6 *Error probatur ex relatione, quando relatum aliter loquitur quàm referens.*
7 *Notarij verba censentur verba partium.*
8 *Petitio non declarat concessionem, quando verba concessionis sunt clara.*
9 *Relatio operatur, vt omnia, quæ continentur in relato dicantur expressa in referente.*
10 *Relatum censetur in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
11 *Emphyteusis Ecclesiastica licèt aliàs non posset concedi, nisi in tribus personis, tamen id fuit postea extensum ad omnes descendentes.*
12 *Inclusio filiorum in inuestitura non excludit nepotes.*
13 *Confessio patris non præiudicat filio, & nepoti in his, quæ veniunt ex pacto, & prouidentia.*
14 *Confessio non præiudicat confitenti, quando apparet de errore.*
15 *Procedit siue error consistat in iure, siue in facto.*
16 *Confessio eo ipso detegitur erronea, si constet de veritate in contrarium.*
17 *Prorogata dispositio intelligi debet iuxta terminos primæ concessionis.*
18 *Prorogatio censetur vna, & eadem cum prima dispositione.*
19 *Prorogatio non censetur, sed noua concessio, quando adsunt noua pacta, & nouæ qualitates, quæ non sunt in dispositione.*

### DECISIO DXXII.

1 PLacuit Dominis decisio bo. me. Card. Seraphini in hac causa facta sub die 24. Maij 1600. & rationes in ea deductæ. Propterea causa iterum super iisdem proposita vnanimi voto perstiterunt in tunc resolutis. Cùm enim concessio facta fuerit Antonio ad tertiam ipsius generationem, † generatio incipiebat à filiis 1
ipsius Antonij &, terminabatur in eius pronepotibus,
a iuxta sententiam Bald. *in Authen. quas rursus, num. 4. C. de Sacr. Sanct. Eccles.* quam veriorem, & receptiorem dicunt Alex. *consil. 125. numer. 5. lib. 5.* Ruyn. *consil. 166. numer. 6. lib. 1.* Clar. in §. *Emphyteusis, quæst. 34.* Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 25. num. 16.* & secuta est Rota in vna Villæ

Captarolæ

*de locat.* Bald.*in Authen.quas actiones,n.12.in fin.verf. tertio modo,C.de sacros.Eccles.*& propterea ex tali donatione sit incursa caducitas, Bald. *ibi*, Ruyn. *conf.*143.*sub n.* 10. *verf. secundò etiam, lib.*5. Clar. *in* §. *emphyteusis, quaest.* 15.
12 *verf. arbitror tamen.* quia † hæc omnia cessant propter indultum Leonis X. per quod concessum fuit Archiconfraternitati Charitatis, vt quæcumque bona etiam feudalia, & emphyteotica, etiam Ecclesiastica possint illi tàm inter viuos, quàm mortis causa dari, concedi,& relinqui liberè, ita tamen vt teneatur ad eadem onera, ad quæ tenebatur donator. Ex quibus vltimis verbis apparet Charitatem non solùm posse acquirere, sed etiam retinere huiusmodi bona, vnde sequitur malè fuisse iudicatum per Iudicem in vltima parte sententiæ,dum declarat confraternitatem teneri vendere dotium infra annum alteri priuato, & soluere laudemium, & ad vendendum, ac soluendum respectiuè condemnat.Ex quibus fuit resolutum pro iustitia sententiæ illustrissimi Vicarij in prima parte, & pro iniustitia in vltima.

*ANNOTATIO.*

a Idem tenet Surd. *dec.* 93.*n.*1.*&* 1. Fachin. *controuer.iuris, lib.*3.*cap.*97. qui discutit hunc articulum, & ideò non est habenda ratio de nonnullis contrarium sentientibus, quos commemorat Corbul. & Clar.*alleg.decis.*

13 b Est † valdè controuersa quæstio,an laudemium debeatur ex contractu donationis, & plurimos pro vtraque parte enumerat Burg. *in tract. de laudem. par.*2. *inspect.*30. *& sub n.*4.sequitur opinionem affirmatiuam approbatam etiam in hac decisione, quæ etiam apparet magis communis ex numeratis per illum, & vltra eum latè articulum disputat Vinc. de Franch. *decis.* 201

c De quo dixi *supra ad decis.* 388.

14 d Ecclesia † reputatur inter personas prohibitas, in quas non potest alienari emphyteusis, quia Ecclesia nunquam moritur, & dicitur manus mortua, *cap.*1. *de alien. feud.* & ibi Afflict.*in princ.num.*4.*&* 5. *cum seq.* Rot. *decis.* 603. *per totam par.*1.*in recent.* vbi fuit decisum, quòd Ecclesia, & quæuis alia manus mortua potest cogi vendere emphyteusim, quæ ad illam deuenit, vt latè fuit dictum in Ferrarien. bonorum 9.Decembris 1611. coram R.P.D.Coccino Decano,vbi optimè fuit ponderatum id esse fundatum in quadam æquitate,quia scilicet,non patitur Ecclesia cultrix,& auctrix Iustitiæ,quòd aliquid fiat in alium, ex quo ille nimis remanear grauatus, prout remaneret Dominus directus grauatus, si emphyteusis transiret in Ecclesiam,quæ non alienat,& nunquam moritur,& ideò non est spes nec deuolutionis,nec laudemij,& in d.decis. Ferrarien. benè consideratur id esse inductum non ex vi arctatiua, sed ex vi directiua rationis,cum approbatione Romanorum Pontificum;& quòd Ecclesia ad hunc effectum dicatur persona potens, & probibita,fuit etiam dictum in alia Ferrarien.bonorum de Schianchis 28. April. 1617.coram R. P. D. Pamphilio,& in alia Ferrarien.bonorum 3.Iunij 1619. coram R.P.D.Remboldo, in quibus decis. fuit dictum Ecclesiam non esse capacem, etiam stante Bonifaciana, in quibus etiam terminis latè consuluit Rimin. iun. *conf.* 453.*n.*8.*& seq.* & plenè etiam infra coram Sanctissimo,*decis.*529.vbi agitur, quænam sint personæ potentes,& probibitæ in hac materia emphyteusis. Ampliatur præallegata concl. vt procedat etiam si alia Ecclesia esset Domina directa æquè potens, vt fuit dictum coram Sanctissimo *infra decis.*529.*limit.*1.non procedere, quando emphyteusis est trãsitoria ad quoscumque hæredes extraneos, quia tunc Ecclesia est capax illius, Rota *decis.* 261.*n.* 7. *& dec.* 280. *n.*3. *iunctis antecedentibus, par.*1. *in recent.* quas secuta fuit Rota in Romana cessionis bonorum 17. Maij 1619.coram R. P. D. Buratto,Gratian. *disceptat.Forens.cap.*481. *n.* 61. *& seq.* nec huic limitationi obstant decisiones Ferrarien. supra allegatæ, dum in terminis Bonifacianæ, quæ facit emphyteusim transitoriam ad quoscumque,resoluitur Ecclesiam non esse capacem, quia id est speciale in Bonifaciana ex eo, quia in ea expressè reperitur cautum, quod non possit fieri alienatio in personas aliàs de iure prohibitas, vt in specie fuit consideratum in illa Ferrarien. coram R.P.D. Remboldo. Limitatur secundò, quòd non procedat quando Ecclesia non vult retinere, sed parata est vendere personæ priuatæ,quia ad istum effectum respectu pretij est capax,iuxta doct.Specul. *in tit.de locat.* §.*nunc aliqua,quæst.* 117.quam secuta fuit Rota, *d. decis.* 261.*sub n.* 7. *par.*1. *in recent.* licèt aliud sit dicendum in terminis Bonifacianæ propter verba prægnantissima illius Constitutionis prohibentia alienationem in personas prohibitas,vt fuit dictum in præallegata Ferrarien.coram R.P.D.Remboldo. Tertiò,non est prohibita Ecclesia retinere Domino directo volente,Menoch. *consil.*216.*n.*43. Surd. *conf.* 521.*n.* 10. *verf.quartò respondeo,* & fuit dictum in d. Romana Cessionis coram R. P. D. Buratto, vbi fuit ponderatum, quòd in eo casu non constabat de dissensu domini directi, quòd emphyteusis non remaneret penes Ecclesiam.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis

*Veneris* 17. *Iunij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Solutio in quam causam censeatur facta, pluribus coniecturis deducitur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Creditor non est verisimile, quòd diu negligat exigere.*
2 *Testis deponens de facto proprio magis probat.*
3 *Facit plusquàm semiplenam probationem.*
4 *Iunctis adminiculis plenè probat in quacumque materia.*
5 *Solutio in quam causam cedat, probatur ex coniecturis, & indiciis.*
6 *Occultans, seu recusans exhibere scripturas, præsumitur quòd illa contra se faciant.*
7 *Solutionis causa valde dignoscitur ex congruentia, & conuenientia summæ solutæ.*
8 *Solutio in dubio præsumitur cadere in causam duriorem. & latè num 12. vbi declaratur, quæ causa dicatur durior, & grauior.*
9 *Item in causam antiquiorem, & etiam num.* 13. *vbi declaratur, quodnam dicatur debitum antiquius.*
10 *Solutio cedit in causam debiti habentis hypothecam, & instrumentum, & pro quo debeatur vsura.*
11 *Liber priuatus seruit pro adminiculo, quando est scriptus à persona benè informata, & proba.*

### DECISIO DXXI.

DOmini concorditer perstiterunt in decisis, quia
de solutione scutorum 2800. constat ex confes-
sione Comitis Ludouici, & præsumitur ex causa dotis
ex pluribus indiciis in decisione relatis, quibus accedit
venditio Castri Aluiani D. Monaldi de consensu dicti
Comitis facta ad effectum satisfaciendi creditoribus
de eius pretio, ex quo ipse Comes consecutus fuit scu-
ta 400.& lõgè distat à verisimili,† quòd si fuisset cre- 1
ditor dotis, neglexisset eam petere, & consequi in di-
cto pretio. Additur etiam depositio D. Tullij Ciceri ex-
pressè attestantis solutionem fuisse factam in causam
dotis, qui † cùm deponat de facto proprio, magis pro- 2
bat, a Aym. *conf.* 178. *num.* 7. *circa med.* post Innoc. & a
alios allegatos,& † facit plusquàm semiplenam proba- 3
tionem,Cæs.de Grass. *decis.*2. *n.*11. *de empt.* fuit dictum
in Vrbeuetana bonorum 4. Iunij 1596. coram bo. me.
Card. Seraphino, & in Romana Census de Angull. 4.
Iunij 1609.coram D.meo Marquemontio. Et † iunctis 4
tot adminiculis probaret plenè in quacumque mate-
ria, Caputaquen. *decis.*171.*par.*3. Cæl. de Grass. *decis.* 3.
*num.*6.

*num. 6. de probat.* fuit dictum in Sutrina Bonorum 5.
Octobris 1586. coram Illustrissimo Cardinali Platin;
5 nedum † in probanda causa solutionis, ad quam suffi-
ciunt coniecturæ, & indicia, vt fuit dictum in vna Ro-
mana Pecuniaria 22. Octobris 1576. coram Robuste-
rio. Et tantò magis probatur causa solutionis, quia
6 † pars aduersa recusat exhibere apocham, ad cuius ex-
hibitionem est adstricta obligatione Camerali, & quam
apocham dicit dictus testis fuisse confectam super do-
te. Vnde contra eam militat præsumptio, quæ est con-
tra occultantes probationes, Bald. *in leg. fraus, ff. de legi.*
Aym. *cons. 6. num.* 8. cùm aliis per Menoch. *præsumpt. 91.*
*num. 4. par.* 2. Non obstat, quòd ex aduerso obiicitur,
apparere, ex libro Margantij, quòd inter Monaldum,
& Comitem Ludouicum extiterunt variæ causæ dati,
& recepti, & solutionem potuisse fieri ex alia causa,
& cessare, quod dicitur in decisione præsumi ex causa
dotis, cùm de alia non appareat, quia partitæ, quæ exhi-
bentur, sunt modicæ quantitatis nullam proportionem
habêtes cum summa scutorum 1800. & ad dignoscen-
7 dum † causam solutionis multùm attenditur congruē-
tia, & conuenientia summæ solutæ, vt fuit dictum in
Romana dotis de Millinis 13. Martij 1581. coram bo.
mem. Robusterio. Et coniecturæ adductæ in decisione
suadent particulariter solutionem cessisse in causam do-
8 tis; vltra quòd † intrat iuris præsumptio, quod in eam
b cedere debet vti duriorem [b], tùm † quia antiquior [c],
c tùm quia † habet hypothecam, & instrumentum, &
9 quia debebantur vsuræ propter onera matrimonij, vt
10 benè deducunt informantes. Non obstat, quod dicitur
contra partitam libri rationum adnotatam expresse in
causam dotis, quòd non sit liber rationum hæreditatis
Com. Ludouici, vt supponit decisio, sed liber Monal-
11 di, quia hoc parùm refert, cùm fuerit † talis partita so-
lùm pro adminiculo deducta, & negari non potest,
quin faciat adminiculum, cùm fuerit scripta à persona
benè informata, qui, vt dicunt testes, erat vir probus,
approbatus à Comite Ludouico, qui eius opera mul-
tùm vtebatur, & mortuus est ante iudicium cœptum.
Ex quibus, & aliis adductis per informantes, qui om-
nia ex aduerso obiecta tollunt, Domini steterunt in
decisis.

## *ANNOTATIO.*

a Testis de facto proprio quam probationem faciat, dixi *supra ad decis.* 351.

12 b Solutio † cedit in causam duriorem, & grauiorem, Rota
*decis. 92. n. 1. & 5. par. 1. diuers. & decis. 695. n. 1. par. 2. in re-*
*cent.* quæ autem dicatur causa grauior, & durior, benè
explicat Menoch. *de arbitr. casu 493. lib.* 2. & præsertim
dicitur causa grauior, & durior illa, quæ habet executio-
nem paratam, & obligationem Cameralem, Menoch.
*d. casu 493. n.* 14. Rota *decis. 123. n. 1. par. 1. diuers.* & inter
plures obligationes in forma Cameræ illa censetur du-
rior, pro qua iam fuit relaxatum mandatum, cùm possit
celeriùs executioni mandari, Rota *in d. decis. 695. sub n. 1.*
vbi consideratur, quòd non est verisimilis quòd persona
honesta velit carceribus includi, & benè Corn. *cons. 295.*
*n. 2. lib.* 3. & fuit dictum in Romana pecuniaria 19. De-
cembris 1617. coram R. P. D. Buratto. Dicitur etiam cau-
sa durior illa, quæ habet fideiussores, Rot *decis. 113. n. 5.*
*& decis. 679. n. 6. par. 1. diuers. & d. decis. 695. sub n. 2.* quod
tamen intelligitur, quando cætera sunt paria, vt declarat
Rota *d. decis. 695. n. 2.* sicut etiam censetur durior, vbi adest,
hypotheca, quàm vbi non adest, Surd. *cons. 295. in princ. lib*
3. Item vbi vsuræ decurrunt, Rot. *decis. 679. n. 6. par. 1. diu.*
13 c Solutio † cedit in causam antiquiorem, Rot. *decis. 670.*
*n. 6. par. 1. diuers. & decis. 113. n. 5. vers. aut saltem, eadem par.*
*1. diuers.* sed aduertendum est, quòd ad effectum, vt vnum
debitum dicatur altero antiquius, non attenditur dies
creationis, sed dies solutionis, Surd. *decis. 187. n. 7.* Me-
noch. *consil. 321. n. 56.* & dixit Rota in Romana Pecuniaria
13. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Romana Domorum.

*Lunæ 14. Martij* 1611.

## ARGVMENTVM.

Concessio emphyteusis facta alicui ad tertiam ipsius generationis comprehendit pronepotes, & plura alia de hac materia.

## *SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis concessa alicui ad tertiam ipsius generationem comprehendit etiam pronepotes, & num.* 20.
2 *Procedit non obstante, quòd prætendatur Notarium de instrumento concessionis rogatum promiscuè, & indifferenter, & in confuso vsum fuisse dictione* (ipsius.)
3 *Verba in dubio sunt intelligenda iuxta propriam illorum significationem.*
4 *Dispositiua verba censentur magis deliberatè prolata, quàm narratiua.*
*Dispositiua est magis attendenda, quàm narratiua, & num.* 21.
5 *Error facti est excusabilior, & probabilior errore iuris.*
6 *Error probatur ex relatione, quando relatum aliter loquitur quàm referens.*
7 *Notarij verba censentur verba partium.*
8 *Petitio non declarat concessionem, quando verba concessionis sunt clara,*
9 *Relatio operatur, vt omnia, quæ continentur in relato dicantur expressa in referente.*
10 *Relatum censetur in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
11 *Emphyteusis Ecclesiastica licèt aliàs non posset concedi, nisi in tribus personis, tamen id fuit postea extensum ad omnes descendentes.*
12 *Inclusio filiorum in inuestitura non excludit nepotes.*
13 *Confessio patris non præiudicat filio, & nepoti in his, quæ veniunt ex pacto, & prouidentia.*
14 *Confessio non præiudicat confitenti, quando apparet de errore.*
15 *Procedit siue error consistat in iure, siue in facto.*
16 *Confessio eo ipso detegitur erronea, si constet de veritate in contrarium.*
17 *Prorogata dispositio intelligi debet iuxta terminos primæ concessionis.*
18 *Prorogatio censetur vna, & eadem cum prima dispositione.*
19 *Prorogatio non censetur, sed noua concessio, quando adsunt noua pacta, & nouæ qualitates, quæ non sunt in dispositione.*

## DECISIO DXXII.

PLacuit Dominis decisio bo. me. Card. Seraphini in
hac causa facta sub die 24. Maij 1600. & rationes
in ea deductæ. Propterea causa iterum super iisdem
proposita vnanimi voto persteterunt in tunc resolutis.
Cùm enim concessio facta fuerit Antonio ad tertiam
ipsius generationem, † generatio incipiebat à filiis 1
ipsius Antonij &, terminabatur in eius pronepotibus,
[a] iuxta sententiam Bald. *in Authen. quas actiones, num. 4.* a
*C. de Sacr. Sanct. Eccles.* quam veriorem, & receptio-
rem dicunt Alex. *consil. 125. numer. 5. lib. 5.* Ruyn. *consil.*
166. *numer. 6. lib. 1.* Clar. *in §. Emphyteusis, quæst.*
34. Illustrissimus Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.*
*lib. 22. tit. 25. num. 16.* & secuta est Rota in vna Villæ
Caprarolæ

Captaiolæ 11. Maij 1592. coram R.P.D. meo Decano, in vna Asilien. emphyteusis 13. Nouembris 1598. coram Gypsio, & in Romana domus 4. Maij 1609. coram R. P. D. meo Sacrato. Et decisio Caputaq. 18. *par.* 2. non loquitur in his terminis, sed quando concessio est facta ad tertiam generationem sine verbo (*ipsius.*) Et hanc iuris conclusionem non impugnant informantes pro Archiconfraternitate Confalonis, sed po-
2 tiùs eam euitare conantur pluribus modis. Primò, † ex vsu, seu abusu Notarij, quem dicunt non agnouisse differentiam, quam constituunt Doctores, quando quis recipit emphyteusim ad tertiam generationem simpliciter, & quando ad tertiam ipsius generationem, cùm promiscuè, & indifferenter addat, & non addat illam dictionem (*ipsius*) quod deprehenditur ex narratiua instrumenti, de quo agitur, refert enim præcedentes petitiones, & concessiones ad secundam generationem Antonij, & vtitur dictione (*ipsius*) quæ in concessionibus, & petitionibus relatis non reperitur, & in eis Antonius computatur pro prima generatione. Verba autem sunt intelligenda secundùm sensum loquentis, qui ex eius vsu, & consuetudine colligitur. Sed fuit responsum ex eo, quòd Notarius aliquando minùs propriè locutus sit in hac materia, non inde sequi, quod in casu, de quo agitur, verba non sint in proprio sensu
3 accipienda, † cùm in dubio à propria verborum significatione non sit recedendum, nisi constet manifestè de contrario sensu, *l. 1. si is, qui nauem, ff. de exercit. act. l.*
4 *non aliter, ff. de leg. 3.* Præsertim, quia † abusus Notarij contigit in verbis narratiuis, à quibus inferri non potest ad dispositiua, quæ magis deliberatè, accuratéque
b proferuntur, & [b] narratiua potuit procedere ab errore, quia Notarius crediderit verba concessionum ita esse concepta, & iudicare debemus eum lapsum potiùs er-
5 rore facti, quàm iuris, cùm † error facti, prout excusabilior, ita etiam sit probabilior errore iuris, Aym. *cons.*
6 *188. sub n. 10. vers. cum tò fortiùs*, & ex relatione † quam fecit Notarius ad dictas inuestituras clarè deprehenditur error, vt per Dec. *cons. 63. num. 6.* Accedit, quòd petitio Antonij & decretum Congregationis, in quorum vim emanauit concessio, expressè dicunt ad tertiam
7 ipsius generationem, vnde † ista verba non sunt iudicanda vti verba Notarij, sed vti verba partium, & sunt metienda secundum eorum sensum, & intentionem, quæ præsumitur iuri conformis, & propriæ verborum significationi. Et ad illud, quod dicitur de prorogatione Claustri facta 8. Nouembris 1495. vltra supradicta, benè respondetur in decisione, quòd verba illa ad secundam ipsius generationem fuerunt limitata, & restricta ex verbis sequentibus, quæ limitatio cùm non legatur in concessione ista, non potest ab illa ad istam fieri illatio, imò potiùs retorquetur inductio, *ex reg. l. vnic. §. sin autem, C. de caduc. toll.* Ad illud, quod secundo loco obiiciunt informantes pro Archiconfraternitate Confalonis de petitionibus Antonij de nouo exhibitis, in quibus multùm vrgent; respondetur concessionem non fuisse factam illarum vigore, quod ex difformitate, quæ intercedit inter ipsas, & concessionem, patet, sed vigore vltimæ insertæ, & registratæ in instrumento, ad quam expressè se refert ipsa concessio. Vltra quòd li-
8 cèt aliàs, vt ex aduerso dicitur, † ex petitione declaretur concessio, hoc verum in verbis dubiis, non autem in claris, quia verba clara excludunt omnem interpretationem, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. Ancillæ, C. de furt. l. quod constitutum*, vbi Bartol. *de milit. testamen.* Verba autem sunt clara non solùm ex eorum propria significatione, sed etiam ex relatione expressa ad prorogationem salæ dirutæ, quæ fuit facta Antonio ad tertiam ipsius generationem, & pronepotes comprehendit. Cessat etiam ex hoc, quod dicitur concessionem fuisse factam sub commemoratione aliarum inuestiturarum, quia partes se restrinxerunt ad modum, & formam, sub quibus fuit concessa illa salæ dirutæ, & ad eius instar fuit facta concessio, de qua agitur. Nec facit, quod ex aduerso replicatur, fuisse expressè conuentum in concessione salæ dirutę, quòd in ea comprehendatur pronepos, quia si hoc est verum magis iustificat intentionem Antonij Francisci; hoc enim debet haberi etiam pro expresso in concessione, de qua agitur ex vi, & natura relationis, quæ † efficit, vt omnia, quæ 9
continentur in relato, dicantur expressa in referente, Bero. *cons. 140. n. 36. lib. 2.* cùm relatum † sit in referen- 10
te cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto, ff. de hered. instit.* Bart. *in l. 1. §. vltimo. circa fin. ff. famil. ercis.* Dec. *cons.* 47. *n. 1.* Ruyn. *cons. 127. num. 4. in fin. & seq. lib. 2.* Aym. *cons. 45. num. 4.* Non obstant, quæ tertio loco allegantur de defectu potestatis concedendi, quia quatenus illam metiuntur à Statuto societatis prohibente fieri concessionem ad tertiam generationem; Statutum, vt benè annuaduertitur in decisione non simpliciter, & absoluè prohibet, sed se limitat in illis verbis (*senza tutto il corpo, & expressa voloni à di tutta la compagnia*) quod in hac concessione interuenit, quatenus etiam defectum potestatis metiuntur à facultate custodum, qui instrumentum fecerunt, de facultate ipsorum sufficienti non est dubitandum, quia vltra quòd negotium fuerat illis remissum à Congregatione cum facultate faciendi, & componendi, postquàm Congregationi fuit expositum Antonium petiisse vsque ad tertiam ipsius generationem concedi, Congregatio deliberauit, & statuit, quòd concederetur modo, & forma, quibus petitum fuit. Non licèt etiam metiri defectum potestatis à disposi-
tione iuris communis, eo quia † emphyteusis Ecclesia- 11
stica non possit concedi nisi tribus personis, *§. emphyteusin, in Authen. de alienat.* quia dicta dispositio fuit extensa ad omnes descendentes, Alex Ruyn. & Couar. *in decis.* adducti cum multis citatis ab Illustrissimo Mantic. qui etiam de communi restatur, *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 25. n. 13.* Confessiones † Fabij, & No- 12
tarij, quòd filij comprehendantur in concessione non excludunt nepotes, Alex. *cons. 64. n. 7. vers. benè fatis, lib.*
2. Nec possunt † præiudicare nepotibus, & pronepoti- 13
bus in iis, quæ veniunt ex pacto, & prouidentia, Alex.
*cons. 106. n. 8. lib. 4.* maximè cùm † appareat de errore, 14
quo casu neque etiam confitenti præiudicat, *l. non fatetur, ff. de confess.* Anchar. *cons. 291. num. 3.* Dec. *cons. 408. n. 5.* Rol. *cons. 69. n. 48. lib. 3.* Menoch. *cons. 147. n. 29.* siue
† errauerint in facto circa conceptionem verborum, 15
siue in iure circa eorum significationem, Paul de Castr. *in d. l. non fatetur*, Dec. & Rolan. *vbi supra.* Decian. *cons.*
55. *n. 24. lib. 2.* Apparet † autem de errore, ex quo con- 16
stat de veritate in contrarium, Anchar. *vbi supra.* Alex. *cons. 102. sub num. 9. vers. igitur idem, lib. 1.* Ater. *cons. 14. num. 8. ante med.* Rol. *d. consil. 69. num. 48. in fin. & num. seq.* Et potuit Fabius, qui non fuit acquirens, facilè errare. Idem dicendum de confessione Horatij patris Antonij Francisci, & de eius credulitate de qua deponunt testes. Ad illud, quòd simus in prorogatione, & quòd
propterea † habeamus interpretari verba huius proro- 17
gationis secundum terminos priorum concessionum, ex quarum lectura dicitur apparere personā acquirentis semper fuisse habitam pro prima generatione, placuerunt Dominis respõsiones datæ in decisione, quòd non
fumus in vera prorogatione, † quæ solet censeri vna, & 18
eadem cum inuestitura prorogata, sed potiùs † in noua 19
cōcessione, & inuestitura propter noua pacta, & nouas qualitates adiectas, quæ non erant in prioribus inuestituris, Bald. Ang. Alex. & alij cumulati *in decisione.* Item quòd non est verum absolutè, quòd in omnibus prioribus cōcessionibus Antonius fuerit habitus pro prima generatione, quia in concessione facta de domo, seu salæ dirutæ, quæ facta fuit ad tertiam generationem ipsius

ipsius Antonij, ad quam partes habuetoot particulariter tespectom, prima generatio incipiebat à filiis, & tettia in pronepotibus desinebat. Aliis, quæ non sunt sublata in decisione, benè respondent informantes pro Antohio Francisco.

### *ANNOTATIO.*

20 a Hanc opinionem † Rotæ quòd, scilicet, pronepotes includantur in concessione emphyteusis facta ad tertiam ipsius generationem post enumeratos 29. DD. pro hac opinione latè sequitur Menoc. *cons.* 1066. & præter decisiones hic allegatas latè etiam secuta fuit Rota *in decis.* 303 *nu.* 2. *par.* 1. *in recent.* & in Romana Domorum 25. Maij 1016. coram R.P D. Vbaldo, vbi dicitur hoc procedere non obstante, quòd in inuestituris antiquis non adesset dictio *ipsius*, quā etiam opinionem latè sequuti fuerunt RR. PP. DD. Manzanedus, & Cauelerius in eorum voto decisiuo prolato in causa Senogallien. Castrorum inter Serenissimum Vrbini Ducē, & D. Marchionē de Ruere, & ab hac opinione vti magis vera, & magis cōmoni, & à Rota toties approbata non est in iudicando recedend.

21 b Dispositiua est † magis attenenda, quàm narratiua, Rota, *decis.* 34. *n.* 12. *par.* 1. *dmeis.* & *decis.* 653. *nu.* 19. *par.* 1. *in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pennen. Pensionis.

*Veneris* 4. *Nouembris* 1611.

### ARGVMENTVM.

Remissoria an, & quando sit concedenda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remissoria est concedenda, quando sumus in prophanis, & articuli sunt releuantes.*

2 *Remissoria non denegatur propter calumniam, maximè quando est præsumpta.*

3 *Remissoria non est deneganda, quando repræsentatur præiudicium irreparabile.*

4 *Remissoria non est concedenda aduersus propriam confessionem.*

5 *Non procedit, quando daretur fumus de errore.*

6 *Iuramento non dicitur contrauenire titularis, qui promisit soluere pensionem, etiam si agat ad illius nullitatem, dummodo interim soluat.*

### DECISIO DXXIII.

1 FVit sine difficultate tesolutum Abbati Gypsio dandam esse remissoriam, † quia sumus in prophanis, &
articuli sunt releuantes, & si non daretur, in vanum obtinuisset committi causam nullitatis, seo reductionis
pensionis, cùm non posset suas probationes facere.
Non obstat prætensa calumnia, quia propter calum-
2 niam, † præsertim quando est præsumpta, non solet
a quis à probando repelli, [a] Ægid. *decis.* 629. & fuit sæpiùs resolutum, & maximè quando repræsentatur
3 præiudicium irreparabile, † vt in hoc casu, in quo soluens pensionem (*si vera sunt articulata*) caret omnibus fructibus, quia pensio omnes absorbet, Rota in vna Papiens. Matrimonij 27. Februarij 1595. coram Illustrissimo Cardinali Mantica. Et cessate videtur præsumptio calumniæ ex oblatione, quam facit Gypsius Abbati Vtilo, quòd authoritate propria percipit omnes fructus loco pensionis durante lite, quo tempore est etiam paratus pensionem soluere, si oblationem non acceptet. Non obstat confessio Gypsij, quòd Abbatia valeat duc. 406. quando consensit pensioni, & pro-
4 pterea † videatur deneganda remissoria ex manifesta calumnia contra propriam confessionem, vt fuit decisum in vna Toletana Pensionis 29. Maij 1598. coram



bon. mem. Litta, qoia fuit responsum † hoc non proce- 5
dere, quando datur fumus de errore confessionis, Put. *decis.* 6. *de dilat.* Fumus autem erroris videtur resultare ex oblatione prædicta, ex fide Capituli Ecclesiæ Cathedralis Pennens. & sumpto supplicationis. Ad illud, quòd Gypsius non sit audiendus propter iuramentum præstitum in obligatione de soluendo, dicitur eum obtinuisse absolutiooem ad effectum agendi, sed neque
† ea indiget, neque incidit in periurium, cùm non con- 6
trouenial iuramento quia interim soluit, & soluet, quoadusque erit pensio declarata nulla, vel reducibilis. De timore subordinationis nullus datur fumus, nihilominus Domini voluerunt, quòd nominentur testes in Curia.

### *ANNOTATIO.*

a Propter suspicionem calumniæ Rota nō solet denegare remissoriam, de quo dixi *supra ad decis.* 81.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Montis Falisci Fideicommissi.

*Mercurij* 25. *Maij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis quando sint subministranda.

### *SVMMARIVM.*

1 *Alimenta sunt subministranda nepoti agenti ad hæreditatem aui.*

2 *Procedit, quando cum paupertate concurrit præsumptio boni iuris.*

3 *Ista præsumptio debet esse non leuis.*

4 *Decisiones Rotæ ostendunt bonum ius.*

5 *Pretium præsumitur iustum.*

6 *Tantò magis, quando fuit firmatum per æstimatores pro vtraque parte electos.*

7 *Res inter alios acta facit aliquam præsumptionem.*

### DECISIO DXXIV.

BIsentij, qui litem introduxerūt super recuperatione bonorū aui fideicōmisso subiectorū contra tertios eorum possessores, prætendebant sibi alimenta, & sumptus præstari ab aduersariis: Vnde dato super hoc dubio fuit resolutum non esse locum præstationi; [a] licèt
† enim nepoti petēti bona, & hæreditatem videantur de- a
bita, *l. si instituta.* §. *de inoff. ciuso. il secondo. ff. de inofficioso* 1
*testament.* Couar. *pract. quæstion. capit.* 6. cum multis
aliis allegatis, id tamen † procedit, quando cum pau- 2
pertate concurrit præsumptio boni iuris in bonis, super quibus lis pendet, Couat. *vbi supra.* latè Decian. alios
cumulans *cons.* 66 *sub n.* 1. *lib.* 1. † & quidem præsumptio 3
non leuis, Gab. *cons.* 25. *post n.* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 491.
*sub num.* 3. *vers. est enim necesse.* Et quamuis de paupertate
satis sit probatum, & pro † bono iure videantur deci- 4
siones Rotales, per quas fuit resolutum constare de fideicommisso, & probari identitatem bonorum fideicommissi, attamen D. Gregorium Boncōpagnum tuentur detractiones, quas de fideicommisso detrahendas esse fuit resolutum, & quæ pretium totum tenutæ Firentini absorbent. Nec obstat, quòd etiam, vbi agitur de detractionibus, sint ministrādæ expensæ, Aym. *cons.* 164. *num.* 1. quia Aym. ibi expressè reqoirit præsumptionem boni iuris in actore, & in casu suo detractiones non erant liquidæ, prout sunt allegatæ per D. Gregorium. Non obstat, quòd Bisentij prætendant tenutā non fuisse
iusto pretio vēditam, † quia in hoc præsumptio est con- 5
tra ipsos pro iustitia pretij conuenti, Bal. *in l. per diuersas in* 4. *q. n.* 13. *in fin. C. mand.* Rol. *cons.* 64. *n.* 18. *lib.* 4. Illustriss. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 19. *nu.* 21.

6 & tantò magis,† quia pretium fuit firmatum per æsti-
matores pro vtraque parte electos, quorum æstimatio
7 licèt non afficiat Bisentios, vti res inter alios acta,† atta-
men negari non potest, quin faciat aliquam præsum-
ptionem, Felyn. post Ant. de Burr. & Abb. *in cap. cau-
sam, quæ. il t.n.19. de testib.* ista autē benè procedunt re-
spectu D. Gregorij, qooad alios autem possessores, qui
nihil allegant, & quibus non suffragantur detractio-
nes, nihil fuit dictum per Dominos, & propterea quoad
ipsos poterit facilè concludi, quòd teneantur ad expen-
sas, & alimenta: Et Scarincius possessor domus fidei-
commissi agooscit bonam fidem non solùm respectu ip-
sius domus, quam paratus est dimittere solotis meliora-
mentis, sed etiam respectu alimentorum, quia vult ea
ministrare secuudùm ratam pensionum domus à Rota
declarandam. Io hoc tamen quia, vt dixi, non habui re-
solutionem, faciam verbum cum Dominis.

*ANNOTATIO.*

a De hac materia, quando sint subministranda alimenta, & sumptus litis colliriganti, & quæ concurrere debeant, dixi latè *supra ad decis.189.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana spolij de Pinis,

*Veneris* 10. *Iunij* 1611.

### ARGVMENTVM.

Spolium commissum per Procuratorem, quando obstet Domino, & quando censeatur ratificatum.

### SVMMARIVM.

1 *Spolium à tertio commissum non repellit ab agendo, etiam si sit commissum à Procuratore.*
2 *Procurator non censetur habere mandatum ad committendum spolium.*
3 *Spolium commissum à Procuratore obstat Domino, quando Dominus ratum habet factum Procuratoris.*
4 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
5 *Procedit etiam, vbi mandatum speciale requiritur.*
6 *Ratificatio spolij commissi à Procuratore ex quibus inducatur.*
7 *Ratificatio non datur sine scientia.*
8 *Scientia debet esse certa, & specifica cum omnibus suis qualitatibus.*
9 *Ratificatio spolij commissi à Procuratore inducitur ex eo, quòd Dominus per multum tempus conatus fuit illud in iudicio sustinere.*
10 *Item censetur ratificatum spolium eo ipso, quòd Dominus de eo habita notitia nō reuocauit, nec contradixit.*
11 *Spolij exceptio obstat, donec non fuerit integraliter purgatum etiam quoad restitutionem fructuum.*

### DECISIO DXXV.

FVit recessum à decisione vltimo loco in hac causa
1 facta, licet enim verum † sit spoliationem à tertio fa-
ctam non repellete ab agendo etiam quòd sit facta à
2 Procuratore, † quia oon videtur tale mandatum ha-
buisse à Domino, *l. si Procurator ff. de cond. indeb.* Ægid.
*decis.550. si Procurator n.1.* attamen est etiam verum non
3 procedere, quando Dominus † ratum habuit factum
a Procuratoris, ª Ægid. *ibi*, latè Lancel. *de attent. part.1.*
4 *cap.1. nu 47. cum duob. seq.* † Ratificatio eoim mandato
æquiparatur *l. fin. ff. de Maced. c. ratihabitionem. de reg. iur.*
5 *in 6.* etiam † vbi speciale requiritur mandatū, *l. quòd si de
speciali*, vbi Bal. *ff. de minor.* Tiraq. *de retract. lign. §.1.
gloss.10. n.31.* Actus autem ratificatorij iudicij, & sen-
tentiæ,† quibus mediantibus fuit commissum spolium, 6
deducuntur ex obligatione, quam fecerunt Præsidens,
& Oblatæ de restituendo creditoribus prioribus, & po-
tioribus in vim dictæ sententiæ ex adeptione possessio-
nis domorū eiusdem iudicij spoliatiui vigore cum per-
ceptione pensionum per plures annos, & ex aliis, qui
actus data scientia spoliationis indubitatao ostendunt
eius ratificationem. Difficultas est in scientia Præsiden-
tis, & Oblatarum, † quia sine ea non datur ratificatio, 7
Oldrad. *consil.329. n.10.* Bald. *in l. cum à matre. Cod. de rei
vend.* Natt. *cons.162. n.31.* † & requiritur certa, & spe- 8
cifica cum omnibus qualitatibus, latè Tiraq. *de retract.
lign. §.36. gloss.2. n.30.* & in terminis nostris Lancel. *d.c.
1. nu.75. & seqq.* Visum autem fuit Dominis scientiam
Præsidentis, & Oblatarum probari multis argumentis
adductis pro parte illorum de Pinis signanter ex eo,
quòd † contra ipsas fuit motum iudicium spolij in 9
Rota, & illud sustinuerunt vsque ad sententiam ioclu-
siuè, & non est verisimile, quòd Procurator ipsis in-
coosultis talem litem ageret, vt per Lancel. *vbi supra n.
61.* qui à prosecutione litis super attentatis introductæ
arguit scientiam Domini, & cum scientia ratificationem
attentatorum commissorum à Procoratore, quod dicit
fuisse decisum in Rota in vna Legionens. iurisdictionis
coram Rubeo. Et quòd per comparationem, & defen-
siooem iudicij super spolio colligatur scientia, & ratifi-
catio spoliatiooìs factæ à Procuratore, dixit Rota in
Romaoa Vineæ de Fabris 10. Decembris 1604. coram
R.P.D. meo Coccino. Non solùm autem defendendo
actum spoliatiuum Procuratoris ratificarunt spolium
per prædicta, sed etiam † ex eo, quòd post habitam no- 10
titiam nou reuocauerunt, vel contradixerunt, Ægid.
*decis.550.* Caput. *decis.53. n.6. & 58. part.1. & decis.179.
part.3.* Lancel. *vbi supra num.59.* qui testatur ita resol-
uisse Rotam coram Gropperio in vna Cæsaraugustana
Dignitatum. Et videtur carere difficultate, quia Præsi-
dens, & Oblatæ fuerunt condemnatæ ad purgationem
spolij, & restitutionem domorum cūm fructibus per-
ceptis per sententiam Rotalem, quæ transitum fecit in
iudicatum, & cui ipsæ paruerunt quoad restitutionem
domorum. Vnde quamdiù non restituerunt etiam fru-
ctus,† nòn est pleoè purgatum spolium, illisque agere 11
volentibus contra Pinos obstat exceptio spolij, *cap.2.
& fin. de ord. cogn. cap. frequens. de restit. spoliat. in 6.* & ita
fuit resolutum.

*ANNOTATIO.*

a Dominus an, & quando censeatur ratificasse spolium commissum à suo Procuratore, dixi *supra ad decis. 336.* quæ decisio fuit facta in hac eadem causa.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana repetitionis Indebiti.

*Mercurij* 16. *Nouembris* 1611.

Hæc Decisio non indiget Argumento, nec Summario.

### DECISIO DXXVI.

FVit ioformante tantùm Bartholomæo resolutum
non constare de prætensis per aduersarium causis
restitutionis ª in integrum, cùm oullas deducat, oec a
possit eas prætendere sub prætextu ioiustitiæ sententiæ
Rotalis, quia imò de eius aperta iustitia visum fuit Do-
minis liquere ex præcedentibus decisionibus.

*ANNOTATIO.*

a De causis restitutionis, quando dicatur constare, vide *sup. ad decis.370.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Calaguritana beneficij de Cuacci.

*Lunæ 28. Nouembris 1611.*

ARGVMENTVM.

Appellatio datur à relatione examinatorum, & an,& quando sit deueniendum ad nouum examen.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio datur à relatione examinatorum,qui approbarunt solùm ad beneficium simplex non ad Curatum.*
2 *Examen de nouo factum detegit grauamen examinatorum, & num.4.*
3 *Non procedit,quando intercessit tantum temporis interuallum, vt quis interim potuerit didicere, & sub numer.5.vbi vide limitationem.*

DECISIO DXXVII.

1 ROta censuit esse locum nouo examini, quia cùm Michaël † appellauerit à relatione examinatorum, prout appellare licuit iuxta resolutionem factam 1.Iulij
a præteriti,[a] præsertim propter grauamen illatum ab examinatoribus approbando illum ad simplicia beneficia tantùm,quia si fuisset approbatus ad curata, sicuti antea fuerat approbatus, vtique veniebat præferendus cæteris oppositoribus approbatis ad simplicia, iuxta constiru-
2 tionem fœl. rec. Clemen. VIII. De hoc autem † grauamine non videtur posse benè constare Iudici ad quem,
b nisi per nouum examen. [b] Et ita factum fuit in causa Conchens. Beneficij de Val de Iudios, in qua fuit firmatum Gregorium Sanchez, qui fuerat reiectus ab examinatoribus, & appellauerat, fueràtque in causa appellationis examinatus, & idoneus repertus debere obtinère. Non obstat, quòd à die concursus vsque in
3 præsens intercesserint quindecim menses, † per quod temporis spatium potuit Michaël doctus euadere, & effici habilis, & propterea non videatur esse locus nouo
c examini, [c] vt fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Ceruera 8. Februarij 1591. coram R.P.D. meo Decano,& in aliis, quia visum fuit Dominis tempus in casu isto esse breue,cuius etiam magna pars consumpta fuit in obtinenda citatione,cum inhibitione, & literis compulsorialibus, in itinere de partibus ad Curiam, in interpretatione processus, & similibus, & interim Michaël pluries institit pro nouo examine. In casu autem decisionis Calaguritanæ de Ceruera erant lapsi quatuor anni,& non concurrebant supradicta.

*ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad d.decis.515.*

4 b Nouum † examen est vnius ex modis probandi scientiam concurrentium, & grauamen examinatorum, Rot. *decis.8.de probat. in nouis & decis.18. n.4. de concess. praben. pariter in nouis,* & fuit dictum in Calaguritana de Munilla 15.Iunij 1612. coram R.P.D. Coccino Decano.

5 c Cùm † scientia requiratur de tempore examinis, *cap.si eo tempore,* & ibi glos. *in verbo (effectus) de rescript.in 6.* non est locus nouo examini, quando tantum temporis interuallum intercessit, vt quis potuerit fieri doctus, & idoneus, vt firmatur in hac decisione,& præter hic allegata benè Rota *decis.505.n 4.part.2. in recent.* vbi optimè ponderatur, quòd literatura est habitus acquisitus,non innatus, & ideò non infertur ex præsenti ad tempus præteritum, de quo etiam benè per Menoch. *de præsumpt. lib.1.præsumpt.24.à num.5. vsque ad 53.* Verùm si appellans statim adierit Iudicem appellationis, & obtulerit se examini, non est,quòd ei imputetur, si statim non fuit examinatus, vt benè considerat Rota penes Seraphin. *decis.968. sub num.7.* prout etiam est valde considerabile, quòd maior pars istius intermedij temporis fuerit consumpta in lite, adeò quòd cum difficultate appellans potuerit didicere,vt consideratur in hac decisione, & fuit etiam consideratum in dicta Calaguritana de Munilla coram R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*



## Romana Incendij.

*Lunæ 14. Aprilis 1611.*

ARGVMENTVM.

Conductor an,& quando teneatur de casu fortuito, & an possit vti re conducta ad alium vsum, quàm ad destinatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Incendium est casus fortuitus.*
2 *Conductor non tenetur de casu fortuito, sed periculum est locatoris.*
3 *Conductor tenetur de omni casu, quando non vtitur domo conducta ad vsum destinatum, & num.7.*
4 *Conductor non tenetur de casu fortuito quando vtitur re ad vsum destinatum, & num.7.*
5 *Conductor veniens contra conuentionem, & legem contractus tantò magis de casu fortuito tenetur, & n. 12.*
6 *Conductor dicitur prohibitus vti re conducta ad alium vsum, quando est conducta in specie ad certum vsum.*
8 *Conductor non tenetur de incendio, aut casu, nisi ob latam aut leuem culpam.*
9 *Procedit,quando conuenitur actione locati, secus quãdo conuenitur actione l. Aquiliæ, quia tunc tenetur etiam de leuissima culpa in committendo.*
10 *Conductor dicitur in culpa eo ipso, quod mutat vsum.*
11 *Conductor culpa caret, qui vtitur re ad vsum destinatum, sicut è contra non est sine culpa, qui vsum mutat.*
13 *Culpa leuis deducitur ex incongruitate loci.*
14 *Incendium quando quis à vicino passus fuit culpa illius, emendare debet dictum damnum actione l. Aquiliæ.*
15 *Approbatio non habet locum data ignorantia.*
16 *Conductor debet esse diligens in re conducta, vt alius quilibet paterfamilias diligens fuisset aliàs est in culpa. Conductor an, & quando teneatur ratione incendij, & num.17.& 18.*

DECISIO DXXVIII.

CVm fuerit in pluribus decisionibus firmatũ ignem habuisse originem in apotheca à D. Vincentio conducta: Dubitaui, an ipse teneretur de incendio, quod dubium fuit per duas positiones vtraque parte informante examinatum. Et tandem Domini resoluerunt ipsum teneri: fundamentum potissimum fuit, † quia li- 1
cèt incendium sit casus fortuitus, *l. contractus in fin. ff. de reg. iur. l.in rebus ff. commod.* glos.& Doct. *in l.incendium.cap.si cert. pet.* † & conductor non teneatur de ca- 2
su fortuito,sed periculum sit locatoris, *l.si fundus §. fin. cum l. seq. ff. locat.* Attamen cùm D. Vincentius apothecam conduxisset ad vsum stabuli, † vtendo illa pro fœ- 3
nili,& sic non in vsu destinato,tenetur de omni casu, [a] a
Grat. qui de incendio loquitur post Alex. quem allegat *consil.46. num. 16. & seq. lib.2.* & sequuntur plures adducti per informantes pro D. Patriarcha; sicuti † è con- 4
tra non tenetur de periculo, & casu qui vtitur re ad vsum destinatum, *l. eum qui.in princip. ff. commod.* Bal. *consil. 148. in princ. vers.propterea vbicunque lib. 2.* Aym. *consil. 343. sub num. 5.* Præsertim quia vsus fœnilis est magis periculosus, vt re ipsa patet, quàm vsus stabuli,

& propterea tantò magis teneri debet, vt probatur *in*
*l.videamur §.si quis seruum ff.locat.l.si vt certo §.nam si tibi*
*equum ff.commod.* Accedit, quòd vsus apothecæ fuit ex-
preſsè in contractu inter partes conuentus. Vnde D.
5 Vinc.† veniens contra conuentionẽ, & legẽ contractus
tenetur de casu fortuito, glos. *in d.leg. videamus in glos.*
*magna in fin.* Bart. *in §.fin.d.l.* & multis iuribus, ac autho-
ritatibus examinauit Surd. *consil.* 12. *num.* 31. Paria au-
6 tem sunt, quòd † D. Vincentius prohibitus esset dicta
apotheca vti pro fœnili, & quòd esset ad alium vsum,
nempè, stabuli parata, vt dixit Grat. *loco supra citato.* Con-
cesso enim vsu stabuli fuit alius denegatus, *l. cùm ita*
*legatum ff.de condit.& demonstr.l.cum lex ff.de legib.* glos.
*in cap. nonne benè dicimus in vers. tacendo in fin. de præ-*
*sumpt.* Cor.sen. *consil.* 42. *sub numer.* 42.[a] Non obstat,
quod etiam in stabulo teneatur fœnum, quia non est
cum tanto periculo, tùm quia quantitas, quæ ibi tene-
tur pro pabulo equorum, est modica, tum quia in sta-
bulis continuò versantur Agasones, & stabularij, qui
facilè præuidere, & prouidere possunt periculis. Et in
omnem euentum, quando hoc pacto esset secutum in-
7 cendium, † posset D. Vincentius allegare se vsum
fuisse apotheca ad vsum, ad quem conduxerat, & pro-
pterea non teneri, iux. tradita per Bar. & Aym. *supra al-*
8 *leg.* Non obstat, quòd † conductor non teneatur de in-
9 cendio, aut casu, nisi ob latam, aut leuem culpam, † quia
hoc verum, quando conuenitur actione locati, secus
quando conuenitur actione *l. Aquiliæ*, quia tunc tene-
tur etiam de incendio leuissima culpa in committendo
sequuto, Bal. *cons.* 441. *num.* 1. *lib.* 1. Alex. *in l. domos hære-*
*ditarias.num.5.ff.de leg.1.& consil.50.num.3.& post num.*
*9.lib.1.* cum multis relatis per Cæphal. *cons.* 361. *numer.*
14.35. *& seq.* & per Rol. *cons.* 95. *num.* 8. *iuncto num.* 29.
*& seq.lib.* 2. Hoc enim est ex natura actionis *l. Aquiliæ*
*la seconda ff. ad leg. Aquiliam*, & procedit etiam de
iure Canonico, Abb. *in cap. si culpa post num.* 1. *per illum*
10 *tex.de iniur.* † Ex mutatione autem vsus oritur culpa,
11 Grat. *d. cons.* 46. *num.* 18. & facit, † quia si culpa caret,
b qui vtitur re ad vsum destinatum,[b] *l. arboribus §. nau...*
*ff.de vsufr. leg.si fundum ff. solut.matrim.* Bald. *dicto consil.*
441. *num.* 1. *ante fin.lib.* 1. *vers.sed hæc domus.* Aym. *d. cons.*
353. *num.* 5. à contrario non est sine culpa, qui vsum mu-
tat, ita è conuerso argumentatur decis. Floren. ex ad-
uerso *allega* 1. *num.* 40. Et in simili Corn. *consil.* 28. *num.*
12 9. *lib.* 3. Præsertim quia, † vt dictum est; vsus deductus
est in conuentionem, contrà quam venire non potuit
sine culpa, glos. *in l. videamus in glos.magna in fin. ff. loc.*
Surd. *d.cons.* 12. *num.* 31. *decis.* Genuens. 203. *num.* 2. Et
13 quidem ex leui culpa, vt dicit Grat. *vbi supra*, † quæ
augetur ex incongruitate loci, quæ multum in hac ma-
teria attenditur, Anch. *cons.* 348. *num.* 3. Salycet. *in l. quæ*
*fortuitis sub num.* 7. *vers.loco eo quia C. de pign. act.* Grat.
*d.consil.* 46. *num.* 19. & ex aliis circumstantiis latè ponde-
ratis per informantes. Non releuat, quod dicitur so-
lùm locatorem posse dare de hac culpa, & hanc actio-
nem intentare, quia D. Patriarcha non se fundat in
14 actione locati, † sed in ea, quæ descendit à *l. Aquilia*,
per quam emendari debent damna, quæ vicinus passus
est propter incendium, *l. si seruus seruum §. si insulam, &*
*l. qui occidit §. in hac ff. ad l. Aquil.* Menoch. qui alios
allegat *de arbur. cas.* 190. *num.* 14. Nec facit, quòd fœ-
num esset in apotheca tempore locationis, ex quo vi-
deatur elici consensus locatoris, quia non probatur
15 eius scientia, † & nemo approbat, quòd ignorat, vt di-
cit Oldrad. *cons.* 318. *num.* 18. *in fin.* & si sciuit fœnum
adesse, & voluit facere locationem ad vsum stabuli, tan-
tò magis comprehenditur eum noluisse, quòd haberet
ad vsum fœnilis, aliàs enim vel locasset pro fœnili, vel
simpliciter locasset. Non excusatur D. Vincentius ex
eo, quòd D. Patriarcha in apotheca contigua haberet
fœnum, quia ipse erat Dominus apothecæ, & Palatij, &
posito quòd Dominus nõ sit diligens in re sua, attamen
† conductor debet esse diligẽs in re conducta, vt alius 16
quilibet diligens fuisset, aliàs est in leui culpa, ita Bal.
*consil.* 148. *in fin. libro* 2. qui etiam *cons. seq. in princ.* dicit
non excusari à culpa leui conductorem, si vtatur, sicut
facit Dominus, sed oportere, quòd vtatur sicut vteretur
quilibet diligens homo. Ex quibus, & aliis adductis per
informantes resolutum fuit D. Vincentium teneri de
incendio.

*ANNOTATIO.*

a De quo latè per Farinac. *in suis quæst.crimin. q.*110. *n.*62.
*& 63.iunctis antecedentibus.* Caroc. *de locat.p.4.rubr.de in-*
*cend.n.71. & seq.* Surd. *decis.*326. *n.*23. & licèt verum sit,
quòd vtens domo ad vsum nõ destinatũ teneatur de in-
cendio, vt firmatur in hac decisione, & tradunt præ-
allegati DD. † tamen verum etiam est, quòd si quis te- 17
neat domi fœnum nulla procedente contraria conuen-
tione, aut voluntate Domini habitatori notificata non
tenetur de incendio inde secuto, vt declarat Alexand. de
Neuo *cons.*88. *n.*7. benè Farinac. *d.quæst.*110. *n.*60.
b Farinac. qui alios cumulat *d.quæst.*110. *num.*63.

*Oliuerius Beltrominus.*

---

## Cæsaraugustana Emphyteusis.

*Sabbathi 29. Nouembris, 1611.*

## ARGVMENTVM.

Emphyteusis non potest transire in personam potentem, & quænam talis dicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis Ecclesiastica non est transitoria ad extraneas personas, quod limitatur sub num.*21.
2 *Alienandi facultas censetur concessa solùm primo acquirenti stante clausula* (quibus voluerit,) *& nu.*22.
3 (Tu) *est verbum personalissimum.*
4 *Primus acquirens solus potest disponere.*
*Et an, & quando primus acquirens possit præiudicare comprehensis, latè n.*23.
5 *Emphyteusis etiam si ex tenore inuestituræ ita concessa fuerit, vt possit alienari, non tamen potest fieri alienatio in personam potentem.*
6 *Potentior persona censentur Ecclesia, & Clerici.*
7 *Item locus Pius.*
8 *Item Ecclesia.*
9 *Emphyteusis non potest transire in Collegium Ecclesiasticum.*
10 *Ecclesia vti manus mortua non est capax emphyteusis Ecclesiasticæ etiam ad effectum vendendi stante prohibitione, quòd non possit alienari in personam potentiorem.*
11 *Consuetudo tollit prohibitionem legis, non autem hominis.*
12 *In emphyteusi potest quis esse prohibitus succedere dupliciter, vel quia sit persona prohibita expressè in concessione, vel quia sit prohibita a lege.*
13 *Prohibitio hominis vbi concurrit cum prohibitione legis, operatur effectum etiam in casu aliàs licito, & à iure permisso.*
14 *Prohibitio noua addita prohibitioni veteri illam ampliat.*
15 *Emphyteusis Ecclesiæ est prohibita alienari in aliam Ecclesiam æquè potentem.*
16 *Caducitas incurritur per emphyteutam ob non solutionem canonis per annum stante pacto.*
17 *Caducitas, quæ non fuit declarata in vita defuncti, non potest post eius mortem declarari contra successorem, quod limitatur num.*24.
18 *Non procedit, quando in domino directo aderat ignorantia*

*rantia deuolutionis.*
19 *Ignorantia de iure præsumitur.*
20 *Caducitas potest declarari etiam contra successorem, quando vigore pacti fuit incursa.*

## DECISIO DXXIX.

FVit in Rota Martiniana resolutum pro Decano, &
Capitulo Cæsaraugustano informante Collegium
Beatæ Mariæ Conceptionis non potuisse succedere in
bonis, de quibus agitur, quia sunt de emphyteusi Eccle-
1 siæ, † quæ non est transitoria ad extraneas personas,
a [a] §. *emphyteusim. Authen. de non alien.* gloss. & Doct. *in*
*l. etiam ff. sol. matr.* Alex. *in l. quadam §. nihil. num. 6. ff.*
*de edend. & consil. 89. in princ.* vbi dicit communem *lib.*
4. Corn. qui pariter dicit communem *cons. 13. n. 4. lib. 3.*
Soc. *consil.* 121. *num.* 18. vbi de magis communi *lib.* 4.
Ruyn. *consil.* 117. *num.* 1. *lib.* 1. Paris. *consil.* 98. *num.* 8. *lib.* 2.
2 Soc. iun. *consil.* 71. *numer.* 3. *lib.* 1. Et licèt † adsit clausula
(*tibi Don Petro, & quibus volueris*) per quam concedi-
tur facultas alienandi, attamen aliqui ex Dominis di-
cebant vnà cum informantibus hanc concessionem
fuisse specialiter indultam dicto Don Petro acquirenti
b tantùm, [b] tùm quia illud verbum † (*tu*) est personalis-
3 simum, vt per Natt. *consil.* 163. *numer.* 6. 8. *& seq.* tùm quia
4 ita est de iure, † vt solus primus acquirens disponere
possit, Natt. *ibi n.* 7. Corbul. *de caus. priu. ob alien. limit.* 3.
*num. 9. vers. præterea*, qui dicit ita fuisse in Rota resolu-
tum in vna Camericens. Domorum. Omnes tamen
Domini conueniebant, quòd vbi dicta facultas alie-
nandi respiceret etiam alios vlteriores in inuestitura
5 comprehensos, † attamen contineat expressam limita-
tionem, & prohibitionem, vt non possit in personam
priuilegiatam, & potentem fieri alienatio, quod etiam
conuenit naturæ emphyteusis, quæ in casibus, in quibus
licita est alienatio irrequisito Domino, vt in donatione,
non permittit fieri alienationem in personam potẽtem,
c [c] Bal. *in Authent. quas actiones, n.* 13. *vers. tertio modo. Cod.*
*de sacros. Eccles.* Ruyn. *cons.* 143. *nu.* 10. *vers. secundo etiam*
*lib.* 1. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 79. *cap.* 9. *n.* 27.
Clar. *in §. emphyteusis quæst.* 15. *vers. arbitror tamen.* Cor-
bul. *de caus. priuat. ob alien. ampliat.* 12. *num.* 2. Quòd au-
tem Collegium Beatæ Mariæ Conceptionis dicatur
6 † persona potentior, & priuilegiata non potest negari,
quia in eo sunt personæ Ecclesiasticæ, & Clerici, qui di-
cuntur potentiores, Ias. *in l. fin. sub numer.* 97. Corbul. *d.*
*ampliat.* 12. *sub numer.* 1. *vers. personæ autem*: Et quia tale
7 Collegium non potest negari, † quin sit locus venera-
bilis, & pius, & sic potentior, Syluestr. Aldob. *consil.* 40.
*sub num.* 2. Simon de Pret. *consil.* 54. *nu.* 4. & in summa
8 relictum est factum Ecclesiæ, † quæ vtique ad istum
effectum dicitur potentior, glos. *in leg. si ita quis §. ea lege*
*ff. de verb. oblig. & in capit. potuit. in verb. prohibentur*, vbi
Imol. *n.* 25. *de locat.* Salyc. *in l. fin. n.* 14. & Iason *n.* 90. *C.*
*de iur. emphyt.* Bald. & Ruyn. *vbi supra.* Natt. *consil.* 491.
*n.* 13. Clar. *in §. emphyteusis q.* 22. *vers. personæ autem.* Syl-
uest. Aldob. qui communem dicit, & rationes allegat
9 *d. consil.* 40. *num.* 1. Et in puncto, † quòd quando in in-
uestitura apponitur pactum, quòd non possit fieri alie-
natio per testamentum ad fauorem Lampadæ, personæ
priuilegiatæ, & potentis, quòd Collegium Ecclesiasti-
cum non succedat, tradit Butr. *consil.* 23. *num.* 3. & 5. Si-
mon de Pret. & Silu. Aldob. *in locis supra citatis.* Feder.
10 Scot. *respon.* 2. *num.* 21. *tom.* 1. *lib.* 4. Et consuetudo † con-
cedens Ecclesiæ facultatem retinendi per annum, &
vendendo subrogandi alium emphyteutam non po-
tentem non intrat hoc casu propter vim pacti, quòd re-
sistit potestati relinquendi Ecclesiæ, & personæ poten-
ti, vt benè per Syluestr. Aldobr. *consil.* 40. *nu.* 9. *vers. non*
*obstat.* Bursat. *consil.* 199. *sub num.* 48. *vers. tertiò Doctores.*
11 Consuetudo enim † tollit prohibitionem legis, non



autem prouisionem hominis, Dec. *consil.* 208. *n.* 7. *& seq.*
Io. Bapt. Ferret. *consil.* 178. *n.* 15. Corbul. *de caus. priuat.*
*ob alien. limit.* 32. *n.* 2. *& seq.* Facit, † quia successio per- 12
sonæ in emphyteusi potest esse prohibita dupliciter,
vel quia sit prohibita expressè in concessione, vel quia
sit prohibita à lege, glos. *in d. l. final. in verb. vetari*, vbi
etiam Salyc. *numer.* 14. in Collegio autem Beatæ Mariæ
Conceptionis in casu, de quo agitur, concurrit vtraque
prohibitio, & propterea neque etiam poterit retineri,
& frui iuxta terminos d. consuetudinis, † quia vbi con- 13
currit prohibitio hominis cum prohibitione legis ope-
ratur suum effectum etiam in casu licito, & à iure per-
misso, §. *sanctissimas. Authen. de alien. & emphyt.* Imol. *in*
*l. filius fam. §. Diui col.* 1. *vers. extra gloss.* & ibi Alex. *num.*
2. *circa med. ff. de leg.* 1. Salyc. *in l. en lege n.* 3. *ad fin. Cod. de*
*cond. ob caus.* Dec. *consil.* 149. *post n.* 3. *vers. præterea.* Natt.
*consil.* 485. *n.* 17. Cels. Vgo *consil.* 46. *nu.* 16. Fortificatur
enim, & augetur prohibitio legis per prohibitionem
hominis, Imol. *vbi supra*, & prohibitio † noua addita 14
prohibitioni veteri habet illam ampliare, Ias. *consil.* 227.
*col.* 2. *ad fin. vers. item prohibitio lib.* 2. Natt. *d. cons.* 481. *n.* 16.
Non obstat, † quòd sumus in Ecclesia concedente, & 15
sic pariter potente, quo casu non videtur prohibita
alienatio in æquè potentem per ea, quæ tradit [d] Ias. d
*in l. fin. n.* 99. *de iure emphyt.* quia Ias. *ibi* hoc non audet
affirmare, & Natt. *d. cons.* 491. *sub n.* 9. *& seqq.* dicit, quòd
dictum Iason. tendit contra communem intensionem
Doct. & respondet rationibus per ipsum adductis, &
contra dictum Ias. tenet etiam Corbul. *d. ampliat.* 12.
*in fin.* Addebatur etiam pro corroboratione, & confir-
matione præmissorũ, quòd bona, de quibus agitur, erant
priùs ad Capitulum deuoluta ob non solutionem Mar-
chionissæ ante alienationem vltra biennium, *c. potuit. de*
*locat.* imò fuerat † pactum conuentum, vt quolibet an- 16
no fieri deberet solutio sub pœna caducitatis, quod pa-
ctum seruari debuit, & ob inobseruantiam factus fue-
rat locus deuolutioni, Gozad. *consil.* 57. *n.* 10. Natt. *consil.*
479. *n.* 11. Rol. *consil.* 25. *n.* 23. *lib.* 3. Non obstat, † quòd 17
declaratio caducitatis, quæ non fuit facta in vita Mar-
chionissæ, non potuit post eius mortem fieri contra suc-
cessorem, [e] *l. fin. in fin.* vbi Bal. Salycet. & alij *Cod. de re-* e
*uoc. donat.* glos. & Doct. *in c. fin. de donat.* † quia hoc non
procedit, † quando adest ignorantia deuolutionis, Io. 18
And. *in d. c. fin.* vbi Abb. *n.* 7. idem Abb. *consil.* 3. *num.* 6. *in*
*fin. part.* 2. Aret. *consil.* 14. *circa fin.* Ruyn. *cons.* 70. *nu.* 13.
*vers. nec obstat lib.* 5. cum multis per Honded. *cons.* 55. *nu.*
92. *lib.* 1. † Ignorantia autem præsumitur, Alex. *consil.* 19
105. *sub num.* 14. *lib.* 3. Dec. *consil.* 452. *sub num.* 26. Ruyn.
*d. consil.* 70. *numer.* 14. Honded. *vbi supra numer.* 88. Et
ignorantia hoc casu est iusta, quia solutio fiebat in ma-
nibus arrendatariorum. Vlteriùs regula, quòd pœna † 20
deuolutionis non possit in successorem declarari, non
procedit in ea, quæ vigore pacti incurritur, Bero. *consil.*
121. *n.* 10. *lib.* 1. Gabr. qui alios cumulat *lib.* 7. *conclus.* 35.
*n.* 14. Corb. *de caus. priuat. ob alien. ampliat.* 10. Ex qui-
bus, & aliis latiùs deductis per informantes pro Capi-
tulo fuit resolutum Collegium Beatæ Mariæ Conce-
ptionis non potuisse succedere in bonis, de quibus agi-
tur.

### *ANNOTATIO.*

a Surd. *decis.* 198. *num.* 3. limitat † hanc conclusionem firma- 21
tam in hac decisione, quòd non habeat locum, quando
non minima, sed notabilis summa soluitur pro Canone,
quia tunc censetur magis sapere locationem, quàm em-
phyteusim, & ideò dicit esse transitoriam ad extraneos.
b Et quòd per clausulã (*& † quibus dederit*) censeatur solùm 22
data facultas alienandi primo acquirenti, Rota *decis.* 11.
*num.* 1. *part.* 1. *diuers.* & plenè in Romana Domus 9. Martij
1609. coram R.P.D. Manzanedo.
Et hac occasione † primi acquirentis nolo omittere, quòd 23
Rota tenet opinionem, quòd primus acquirens possit
præiudicare comprehensis, Seraph. *decis.* 559. *num.* 10. Rot.

*decis.435.sub num.13.& decis.438.sub num.1.part.1. in recent.* & fuit dictum in Romana Domus 28. Iunij 1613. coram R.P.D. Coccino Decano, & in Ciuitatis Castelli domus Liuellariæ 12. Maij 1616. coram R.P.D. Caualerio, & alias decisiones refert, & sequitur Gratian. *disceptat. forens. cap.405.n.1.* vbi testatur de veriori, & magis communi, quæ opinio Rotæ habet locum, quando inuestitura fuit acquisita mediante pecunia, secus si ex mera liberalitate concedentis, quia tunc non potest primus acquirens præiudicare comprehensis, iuxta distinctionem, de qua per Surd. *dec.290.n.2.* & expressè secuta fuit Rota in Viterbiens. Castrorum 14. Decembris 1616. coram Cardinali Sacrato, & videtur fuisse de mente Rotæ *in dict. decis.435.sub nu.13.vers.tantò magis quia*, vbi pro causa onerosa consideratur, quòd primus acquirens in ingressu soluit quandam quantitatem pecuniæ, & deinde fecit melioramenta notabilis valoris, & optimè Marescott. *variar.lib.1.c.74.num.1.& 2.* vbi allegat decisiones Rotæ, & *in fin.num.2.* dicit ab hac distinctione non esse in practica recedendum.

c De qua materia dixi *supra ad decis.520.*

24 d Vide † *supra ad eandem decis.520.*

e Et quòd Rota teneat opinionem, quòd non possit aduersus successorem, & hæredem declarari caducitas incursa per prædecessorem, dicit Mantic. *de tacit.lib.22.tit.27.nu.34.* & est decis. Cassad. 2. *de locato.* Honded. *consil.55.n.20. lib.1.* Hæc autem conclusio vltra alias limitationes in hac decis. deductas non habet locum in deuolutione ipso iure incursa, quia talis deuolutio potest etiam declarari aduersus successorem, Clar. §. *feudum quæst.65. num.1.* Gabr. *de malefic. conclus.35. num.16.* Honded. *consil.80. num.69. lib.2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana redditionis rationis.

*Veneris 18. Martij 1611.*

### ARGVMENTVM.

Tutor antequam conficiat inuentarium, non habet legitimam administrationem, & interim gesta ab eo in præiudicium pupilli non tenent.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tutor non potest deputare actorem ad lites, antequam conficiat inuentarium, & num.7.*

2 *Mater non potest constituere actorem.*

3 *Mater non habet legitimam administrationem, si inuentarium non conficit.*

4 *Tutoris gesta valent etiam ante confectum inuentarium quoad commodum pupilli, non autem in eius præiudicium.*

5 *Et ideo Iudicium contra tutorem, qui non confecit inuentarium est nullum in præiudicium agentis.*

6 *Tutor, qui non confecit inuentarium, sicut non potest per se stare in iudicio in præiudicium pupilli, ita nec etiam per interpositam personam.*

### DECISIO DXXX.

CONclusum fuit deputationes actorum ad lites
1 fuisse nullas, quia D. Portia † non docet de in-
a uentario per eam confecto, [a] Paul.de Castr. *cons.463.*
2 *post n.1.versic.at iste actor lib.2.* mater enim, † quæ non
habet legitimam administrationem, actorem constitue-
3 re non potest, Bal. *cons.230. circa princ.lib.4.* & † non
habet legitimam administrationem, si inuentarium non
fecit, Angel. *consil.50.num.1.circa med.* Paul. de Castr.
*consil.413.sub num.2. vers.maximè, si non confecit inuen-*
4 *tarium lib.2.* Card. *consil.51.sub n.2.* Non † obstat Dnct.
Bar. *in l.Tutor, qui repertorium n.7 ff.de admin.tut.* & con-
cordantium, quòd gesta à tutore, qui non confecit in-
uentarium, valent, licèt ipse possit, vt suspectus remo-
ueri, [b] quia loquitur quoad tertium, & eius præiudi- b
cium, & quoad commodum pupilli, tunc enim valent,
Bart. *in l. legitimos in fin.ff.de legit.tut.* & propterea Bar.
*in d.l.Tutor, qui repertorium.* loquitur in tutore agente,
cui non potest obiici, quòd non confecerit inuentarium,
sic etiam loquitur Cuman. *consil.15.* Ita etiam intelli-
gendi sunt Alexan. & Put. qui Bat. allegant. Quando au-
tem † agitur contra tutorem tunc benè intrat excep- 5
tio, & iudicium contra tutorem, qui non fecit inuen-
tarium, est nullum, Bal. *cons.308.n.2.lib.1.* & dicit ex-
pressè Paul. de Castr. *d.cons.463.post n.1.* quod iudicium
gestum cum auctore constituto à tutore, qui non con-
fecit inuentarium, est nullum in præiudicium agentis,
& quòd agens cum tutore debet esse cautus, vt penes
se habeat, & producat tutelam, & inuentarium d.tuto-
ris, & idem dicit decis. Caputaquen. 324. *par.3.* quòd
processus factus cum tutore, qui non confecerat in-
uentarium, non valet in præiudicium pupilli. Marchio
autem non intendit obiicere personæ comparenti pro
pupillis, sed dubitat, quòd ipsi, si in iudicio condem-
nentur, hanc exceptionem opponant pro annullatione
processus: Et hoc pacto cessat, quod dicitur Marchio-
nem, qui citauit D. Portiam tamquam tutricem, non
posse illi obiicere, quòd non sit talis, quia quando ipse
non possit, poterunt ipsi pupilli opponere, prout etiam
cessat, quòd ipsa vti domina litis effecta potuerit pro-
curatorē constituere, † quia sicut non potuit ipsa per se 6
in iudicio agere in præiudicium pupillorum, ita nec
per interpositam personam, & per procuratorem, Cu-
man. *consil.15.n.1.in fin.* Quæ tantò magis procedunt,
cùm non agamus de sustinendo processu iam facto, sed
agitur de faciendo, quo casu deberet sufficere, quòd
prædicta habeant difficultatem ad effectum, vt proce-
datur tutò, & abundetur in cautela.

### *ANNOTATIO.*

a Et quòd † tutor non possit deputare actorem ad lites, antequam conficiat inuentarium, Gabr. *cons.125.n.5. lib.2.* & processus factus cum tutore, antequam conficiat inuentarium, est nullus, Veral. *decis.387 p.2. & decis.324.n.2. p.3.* 7

b Rota *decis.89.n.8 part.2.diuer.* Put. *decis.310. lib.1. iuxta nouam impressionem.* Seraph. *decis.1004. num.5.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Parmens. Status.

*Veneris 9. Decemb. 1611.*

### ARGVMENTVM.

Procurator cuius nomine censeatur attentasse.

### *SVMMARIVM.*

1 *Consors litis non potest aliquid agere nomine consortium, quando ipsi constituerunt alium Procuratorem.*

2 *Coniuncta persona non potest in iudicio comparere, dum alius est constitutus Procurator.*

3 *Velle quis non præsumitur, quod facere non potest.*

4 *Actus in dubio præsumitur factus nomine proprio.*

5 *Proœmium declarat causam finalem.*

6 *Verba præcedentia recipiunt interpretationem ab immediatè sequentibus.*

7 *Persona vna potest plures personas repræsentare, & plura iura possunt in eadem persona concurrere.*

8 *Actus præsumitur factus nomine proprio.*

9 *Procurator si attentat, requiritur, quod principalis statim habita notitia renunciet dictis attentatis.*

### DECISIO DXXXI.

MArchio Alphonsus obtinuit de nouo auditi super eo, quod in vltima decisione, & priùs in alia fuit

fuit dictum, ipsum attentasse etiam nomine Alexandri,
& Ciri: Et vtraque semel, ac iterum informante Domi-
ni in hoc à decisis recesserunt. Viso enim diligenter
mandato facto per d. Marchionem in personam D. Pau-
li Serræ, & actis factis coram Prætore, & alibi in Ciui-
tate Ianuæ, nullibi apparere potuit, aliquid factum fuis-
se ab ipso Alphonso, vel eius procuratore nomine dd.
Alexandri, & Ciri. Nam quòd mandatum in persona
Serræ non sit datum nomine Alexandri, & Ciri, con-
1 stat non solùm ex intentione ipsorum, † qui consti-
tuendo alium procuratorem pro ipsis in dicta Ciuitate,
noluerunt Alphonsum eorum nomine aliquid facere,
neque vt litis consortem, Lancel. *de attent. par. 2. cap.* 12.
2 *ampliat.* 11. *num.* 8. Crescent. *decis.* 7. *de procurat.* † neque
a vti coniunctam personam, a Ang. post Specul. *in l. cùm
Prætor. circa fin. princ. vers. vltimo per hunc textum*, & ibi
etiam Castr. *num.* 6. *ff. de iudic.* Alexan. *in l. exigendi. num.*
5. Ias. *sub num.* 9. *vers. tertiò limita. C. de Procurat.* Crescen.
*d. decis. in fin.* Sed etiam attenta intentione ipsius Mar-
chionis Alphonsi metiendo eam in primis à potestate,
quia cùm nullam haberet authoritatem constituendi
procuratorem pro Ciro, & Alexandro, non est cre-
3 dendum † eum voluisse facere, quod non poterat, Bal.
*in c.* 1. *nu.* 1. *in fin. de iuram. cal.* Alex. *cons.* 122. *nu.* 6. *lib.* 4.
Corn. *cons.* 162. *nu.* 6. *lib.* 2. Bero. *cons.* 113. *num.* 6. *lib.* 3. Et
quatenus habuisset aliquam authoritatem, cùm de ea
4 mentionem non fecerit in mandato, † non censetur
voluisse illud donare nomine ipsorum, sed proprio tan-
tùm, Bar. *in l. post dotem nu.* 15. & ibi Ias. *nu.* 72. *ff. sol. ma-
trim.* Bal. *cons.* 2. *sub nu.* 4. *lib.* 5. cum aliis per Surd. *cons.*
19. *nu.* 8. Menoch. *præsumpt.* 39. *n.* 18. *lib.* 3. Accedit, quòd
ex lectura mandati, manifestè constat illud esse restrictũ
5 ad personã, & ius ipsius Alphonsi: In proœmio † enim:
cuius verba causam finalem demonstrare solent *l.* 1. *ff. ad
Macedon. l. fin.* vbi Bar. *ff. de hære. l. instit.* dicit se constitue-
re procuratorem tàm vti hæredem cum beneficio legis
& inuentarij pro duabus quartis partibus cum dimidia
q. D. Marchionis Io. Francisci Pallauicini senioris q D.
Rolãdi, quam vti successorem pariter pro duabus quar-
tis partibus cum dimidia in fideicommisso per d. q. D.
Io. Franciscum institutum, præsertim locorũ compera-
rum S. Georgij Ciuitatis Ianuæ etiam mediantibus per-
sonis suorũ antecessorum respectiuè, & alio quouis no-
mine, & pro alio quocumque iure ipsi Marchioni Al-
phonso meliùs competenti. Et alibi dicit volens d. Mar-
chio, quantum in se est, propriæ indemnitati consulere.
Et alio loco ordinauit eius Procuratorẽ. Et alibi cũ spe-
ciali mandato, ac nomine, & vice ipsius D. Marchionis
constituentis cõparendo. Et quia nõ solùm in narratiua
proœmij, de qua supra, sed etiam in dispositiua tàm in
verbis ad exigendum, quàm in verbis ad instandum, &
faciẽdum describi, & adnotari loca semper se restringit
ad duas quartas partes cum dimidia, quæ est rata ipsius
Marchionis. Et vbi in d. mandato nominat D. Paulum
Serram, semper vocat eius Procuratorẽ, numquàm au-
tem Procuratorem Alexandri, & Ciri. Non obstat, quòd
semel mentionem fecerit de ipsis Alexando, & Ciro,
quia illud fuit factum ad effectum calculandi, & distin-
guendi portionem debitam Alphonso, quod probant
verba immediatè subsequentia, in quibus facit mentio-
nem tantũ de iure ad ipsum spectãte, & de portionibus,
quas dicit habere in locis comperarũ S. Georgij, & eo-
rum prouentibus, & suæ tantùm indemnitati vult con-
sulere, & licèt dicat *nominibus prædictis, & quolibet eorũ*,
6 attamen † hæc verba recipiunt declarationem ab imme-
diatè subsequentibus (*propriæ indemnitati consulere*) &
non inferunt diuersas personas, sed diuersa iura compe-
tentia Marchioni Alphonso superiùs expressa, videlicet,
7 ius hæreditarium, & ius fideicommissi; possunt † enim
iura etiam diuersarum personarum in vna persona con-
currere, ita vt plures personas repræsentent, *l. autorẽ. ff. de
his, quibus vt indig.* Bal. *cons.* 167. *circa fin. vers. ad hoc facit
lib.* 1. Bald. *cons.* 7. *in fin. de præben.* Paul. de Castr. *consil.*
250. *in princ. lib.* 1. Non obstat Alphonsum dare facul-
tatem Procuratori, quòd loca 160. descripta in Federi-
cum, faciat poni, & describi sub columna Io. Francisci,
quia hoc potest, & debet intelligi pro portione ipsius
Alphonsi, & iure ipsi in dictis locis competenti. Confir-
mantur prædicta non solùm ex regula, quòd actus † fa- 8
ctus præsumitur nomine proprio, *l. & magis. ff. de solut. l.
Papinianus*, & ibi gl. *ff. mand.* cum aliis per Tiraq. *de retr.
lignag.* §. 9. *glos.* 1. *sub nu.* 3. sed etiam ex obseruantia sub-
secuta, quia D. Paulus comparuit, & instantias fecit so-
lùm nomine Marchionis Alphonsi. Cùm autẽ Marchio
Alphonsus non dederit mandatum nomine Alexandri,
& Ciri, non potest dici aliquo modo nomine ipsorum
attentasse, quando enim D. Serra aliquid nomine ipso-
rum fecisset, nihil ad Marchionem Alphonsum, qui non
dedit, nec dare potuit illi facultatem aliquid faciendi
nomine prædictorum, sed verius est, quòd Serra nullam
instantiam, imò nullam comparitionem fecit pro Ciro,
& Alexandro. Et propterea cessat, quod ex aduerso ob-
ijcitur Prætorem Ianuæ in suo decreto comprehendis-
se, & nominasse ipsos, quia omisso, quòd dispositiua de-
creti respicit tãtùm ius, & fauorem Alphonsi, si aliquid
esset positum in eo concernens vtile, & interesse Ciri,
& Alexandri, hoc potuit fieri ad instantiam eorum pro-
curatoris, & sic præsumi deberet, non autem instante
Serra nullum habente mandatum. Nec facit, quòd Mar-
chio procurauerit per literas, quòd Alexander, & Ci-
rus renuntiarent, quia hoc non conuincit, quòd eorum
nomine attentauerit, fuit enim hoc factum ad abundan-
tem cautelam, vt tolleretur occasio disputandi. Non ob-
stat, quòd si † Procurator attentet, requiratur, quòd 9
Dominus habita notitia renunciet, quia Marchio non
attentauit nomine Alexandri, & Ciri, neque est eorum
Procurator, & si attentata per ipsum Marchionem no-
mine proprio, afficiunt Alexandrum, & Cirum, ab ipsis
exquirenda est cessio, quia Marchio non habet se super
hoc intromittere, prout neque eos habet excusare, &
defendere, si DD. Rangoni prætendunt illos aliquid at-
tentasse. Quoad refectionem expensarum placuerunt
Dominis dicta in decisione.

*ANNOTATIO.*

a Potest coniuncta persona agere pro coniuncto non ob-
stante constitutione alterius procuratoris, quando pro-
curator constitutus est negligens, Put. *decis.* 23. *lib.* 2. & fuit
dictum *infra decis.* 548.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonens. de Nuarte.

*Lunæ 12. Decembris 1611.*

## ARGVMENTVM.

Regulæ de Annali an, & quando censeatur sa-
tisfactum.

*SVMMARIVM.*

1 *Regula de Annali quoad eius primam partem censetur satisfactum, si impetrans infra sex menses vocauit ad iudicium possessorem.*
2 *Regula de Annali quoad secundam eius partem requirit expeditionẽ causæ infra annũ à die executa citationis.*
3 *Sufficit, quòd impetrans ex parte sua fecerit quantum in se fuit, vt causa intra dictum tempus expediatur, & latè num. 6.*
4 *Deduci debent omnia impedimenta ex aduerso præstita ad effectum, vt impetrans non incidat in regulam de Annali.*

3 *Regula de Annali sufficit semel satisfecisse petendo sibi prouideri de beneficio impetrato.*
*Regula de annali non incipit currere tempus, nisi à die executa citationis, & num. 7.*

## DECISIO DXXXII.

DOmini steterunt in decisis Bartholomæo non obstare regulam de Annali. Nam quoad primam partem, quicquid ex aduerso dicatur, fuit satisfactum regu-
1 læ, † quia 22. Decembr. 1600. impetrauit gratiam, & 23. Aprilis anni sequentis ad iudiciũ euocauit Ioannem, & sic intra sex menses; & nõ subsistit, quod dicitur ex aduerso gratiam fuisse impetratam de mense Decembris 1599. quia expressè legitur data de anno 1600. Nec refert, quòd annus incipiat ab incarnatione, & annus 1600. incipiat à mense Martij, qui est post Februar. anni 1599. quia clarũ est, quòd annus 1600. expirauerat adueniente Martio sequenti 1601. & sic verum erit, quòd à dicta die 22. mensis Decembr. anni 1600. ad 23. Aprilis 1601. non possunt esse plus, quã quatuor mẽses, & vnus
2 dies. Quoad secundam partem, quæ † concernit expe-
a ditionẽ causæ infra annum [a] à die executæ citationis, visum fuit Dominis fuisse satisfactum per Bartholo-
3 mæum, qui † fecit quantum in se fuit, vt causa intra dictum tẽpus expediretur, quia anno adhuc non effluxo Bartholomæus plures institit pro expeditione, videlicet, pro prouisione beneficiorum, & executione literarum Apostolicarũ, & propterea si ipse tunc probauerat incumbentia, & præstiterat per ipsum præstanda, causa poterat, ac debebat expediri ad eius fauorem, aut nõ, & poterat contra ipsum terminari, vt in decisione dicitur. Et quatenus Iudex voluisset Ioan. nouum terminũ dare, nõ poterat respectu regulæ nocere Bartholomæo. Non obstat, quòd Procurator Bartholomæi se opposuerit, quando Ioannes institit concludi in causa, & sic impediuerit eius expeditionẽ, quia per prius factis probationibus institerat ipse pro expeditione causæ ad sui fauorẽ. Vltra quòd nimis properãter fuerat petitum concludi, quia supererant nouẽ menses, & causa non erat matura; ac propterea Iudex dixit non esse locũ conclusioni causæ, & dedit vtrique parti terminum ad probandum.
4 Accedunt † plura impedimẽta præstita pro parte Ioannis, qui obtinuit terminos, & dilationes ad faciendum suas probationes, & plures etiam dictorum terminorum prorogationes, quibus pendentibus non poterat Bartholomæus petere; vt in causa concluderetur, & dilationibus lapsis cùm petiisset concludi, Ioannes ad impediendum prolationem sententiæ recusauit Iudicem, qui remisit causam ad Sanctissimum, quæ impedimenta, vt dicitur in decisione, non possunt nocere Bartholomæo,
b nec facere eum incidere in regulam,[b] sed tempore eorum, vt debet, subducto, apparet fuisse infra annum conclusum in causa. Et si ipse Bartholomæus post ex nouiter deductis pro parte Ioan. institit pro nouis probationibus faciendis, Ioannes fuit in causa, quòd ipse super his immoraretur, quia cùm dederit articulos reprobatorios, opus fuit Bartholomæo dare articulos approbatorios, & iura exhibere ad corroborationem processus, & probationis priùs factæ; vltra quod ex antea ge-
5 stis, & ex præcedenti petitione, quòd † sibi prouideretur de beneficiis satisfecerat regulæ, cui (vt dictum est) sufficit semel satisfecisse, per regulã *l. bones, §. hoc sermone ff. de verb. signif.* fuit dictum in Placens. Decanatus 1595. coram R. P. D. meo Decano. Alia vel sunt sublata in decisione, vel tolluntur per informãtes pro Bartholomæo.

### ANNOTATIO.

6 a Regula † de Annali, quæ requirit expeditionem infra annum, non obstat, quando probantur impedimenta ex aduerso præstita, propter quæ nõ potuit causa infra dictum annum expediri, Rota *decis. 708. par. 4. in nouis. & decis. 601. eadem par. 4.* & fuit dictum in Hispalens. Beneficij impres. penes Marches. *de commis. tom. 3. fol. 117.* & firmatur in hac decis. & sufficit causam instruxisse infra annum, ita vt iudex potuisset, si voluisset ferre sententiam, Rot. *d. decis. 601.* & fuit dictum in Placentina Decanatus 16. Decemb. 1594 coram bo. me. Penia, nec requiritur aliqua protestatio super causę expeditione, vt fuit dictum in Conchens. Parochialis 12. Decemb. 1602. coram bo. me. Penia, maximè quando impedimentum prouenit facto partia aduersæ, Rota *d. decis. 602. vers. quæ quidem protestatio,* & † iste 7
annus, de quo in regula, incipit solùm currere à die executæ Citationis, Put. *decis. 86. lib. 2.* & fuit dictum in Augustana Canonicatus 8. Februarij 1602. coram Corduba, & nonnulla etiam de hac materia regulæ de Annali tetigi *supra ad decis. 213.*

b De quo dixi *supra sub litera A.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Farfens. Fideicommissi.

*Veneris 16. Decembris 1611.*

### ARGVMENTVM.

Repetita an, & quando censeatur qualitas masculinitatis.

### SVMMARIVM.

1 *Repetita non censetur qualitas masculinitatis ex eo, quòd in alia substitutione testator locutus fuerit de filiis masculis, nisi concurrant coniectura.*

2 *Statutum Vrbis 145. lib. 1. non inducit sufficientem coniecturam repetitionis masculinitatis, nisi in quibusdam casibus, in quibus Statutum excludit fœminas propter masculos.*

## DECISIO DXXXIII.

DOmini steterunt in decisis rationibus in decisione deductis, quia verior, & receptior est opinio Io. de Anan. in decisione firmata, † quòd vbi testator in præ- 1
cedenti substitutione loquutus est de filiis masculis, si in alia mentionem faciat de filiis simpliciter, non censetur repetita qualitas masculinitatis, [a] nisi concurrant con- a
iecturæ, quam non impugnant, sed admittere videntur informantes pro Augustino, recurrentes ad coniecturas, quæ tamen Dominis non placuerunt. Illa enim, quæ deducitur ex absurdo, quòd fœminæ filiarum testatoris excluderent fœminas ex filio Baltasaris magis dilecto, tollitur ex facto, quia testatrix voluit, quòd Baltasare moriente sine filiis masculis, & superstitibus filiabus, si erunt plures, quàm duæ, hæreditas diuidatur in tres partes, & quòd vna pars detur dictis filiabus, alia pars Ioannæ, alia Prudentiæ. Et licèt casu, quo Baltasar moriens duas filias haberet, nihil eis reliquerit, satis illi erant legitima, & Trebellianica, quæ dimidiam continent hæreditatis, & alia bona. Alia coniectura desumpta ex Statuto excludente fœminas propter masculos non applicatur,[b] † quia licèt Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 145.* b
dicat, quòd filiæ, vel neptes dotatæ nec matri, nec auiæ 2
ab intestato succedant, attamen subiungit in casibus supradictis, supra autem dixerat, quando supersunt filij masculi, seu filiæ, vel nepotes ex filio masculo, in quo casu non versamur, quia Augustinus est nepos ex filia. Alia sunt sublata in decisione.

### ANNOTATIO.

a Hæc decisio confirmat aliam decisionem, de qua *supra decis. 514* & ibi plura circa hanc materiam annotaui.

b Ex Statuto exclusiuo fœminarũ non desumitur cõiectura, quòd testator voluit excludere masculos propter fœminas, nisi in eisdemmet casibus, in quibus Statutum loquitur,

eur, ita vt si Statutum excludat solùm sorores propter fratres, non sumitur ex eo coniectura, quòd testator voluerit excludere fœminas propter alios masculos remotiores vltra primum gradum, Socin. sen. *cons.55. post nu.1. vers. sed in casu nostro lib.3.* Socin. iun. *cons.158. num.51. lib.2.* Curt. iun. *cons.49. nu.10.* Cæphal. *cons.16. n.19. vers. non obstat itaque.* & fuit dictum in Montis Falisci fideicommissi 5. Iunij 1617. coram R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ianuens. Matrimonij.

*Veneris 16. Decembris 1611.*

### ARGVMENTVM.

Clausula (*subministratis alimentis*) qualiter sit intelligenda. Maritus quando teneatur præstare alimenta vxori.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clausula* (subministratis alimentis arbitrio Rotæ taxandis) *debet ita intelligi, quòd præcisè alimenta sint præstanda, & quòd arbitrium solùm sit datum quoad quantitatem.*

2 *Maritus tenetur præstare alimenta vxori, licèt matrimonium impugnet.*

3 *Tantò magis, quando sententiam ad sui fauorem reportauit.*

4 *Maritus non tenetur præstare alimenta vxori, quæ non dedit dotem.*

### DECISIO DXXXIV.

Dvbitaui vsque ad quam summam sint taxanda alimenta, & sumptus litis pro D. Innocentia, quia de præstatione ipsorum non cadebat controuersia Signa-
1 tura † ita ordinante per clausulam (*subministratis*, &c.) in commissione posita; nec facit, quòd fuerit rescriptum arbitrio Rotæ, quia propter illud verbum (*taxandis*) in d. clausula positum arbitrium refertur ad quantitatem, non autem ad præstationem, iuxta distinctionem, quam aliàs fecit Rota in Hortana Domus 27. Octobris 1609. coram
a me, a & priùs in alia causa coram Illustriss. Card. Lan-
2 cellotto; præsertim quia † æquitati, & iustitiæ conuenit, quòd alimenta præstentur vxori, licèt matrimonium impugnet, Abb. *in c. ex parte in fin. de accus.* cũ aliis per Menoch. *præsumpt.35. nu.18. lib.1.* & per Surd. *de alimen. tit.*
3 *1. quæst.118.* eo magis, quia † habet D. Innocentia sententiam ad sui fauorem latam, *ad l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testam.* Domini autem arbitrando alimenta iuxta quantitatem dotis solutæ scut. 12. mil. auri in auro declararunt soluenda esse scut. quadraginta auri quolibet mense, cum præsupposito tamen, quòd D. Hieronymo fuerint d. scuta 12. mil. soluta, de quo in primis videndum erit.

### *ANNOTATIO.*

a Et ibi dixi.

4 b Quãdo † vxor non dedit dotem marito, non tenetur maritus illi præstare alimenta, prout in his terminis stante lite super diuortio dixit Rota *decis.470. num.4. & 5. par.2. in recentior.* & fuit dictum in Romana de Ceulis coram fœl. rec. Clem. VIII. impress. penes Marches. *de commiss. tom.1. fol.1173.* ac etiam fuit tentum in Romana prætensæ Dotis 5. Aprilis 1604. coram Cardinali Lancellotto, ex quibus decisionibus censetur recessum à *decisione 760. num.4. par.1. diuers.* in qua fuerat firmatum, quòd maritus tenebatur alere vxorem etiam indotatam.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cavalicens. Feudi.

*Sabbathi 26. Nouembris 1611.*

### ARGVMENTVM.

Probationes factæ contra prædecessorem an, & quando afficiant successorem singularem, & quando dicatur idem Iudicium, & eadem causa.

### *SVMMARIVM.*

1 *Successorem singularem afficiunt depositiones testium.*

2 *Item etiam scriptura, & instrumenta.*

3 *Probationes super statu afficiũt etiam personas diuersas.*

4 *Res inter alios acta faciliùs prodest, quàm noceat.*

5 *Hæres non potest dici diuersa persona ab authore.*

6 *Citatio in examine testium præsumitur ex cursu longi temporis.*

7 *Testes examinati in iudicio antiquo probant per modum iurium absque exhibitione totius processus propter antiquitatem.*

8 *Sententia antiqua probat absque processu.*

9 *Sententia, & probationes pari passu ambulant ad effectum afficiendi tertias personas.*

10 *Examinis nullitatem qui allegat tenetur exhibere processum.*

11 *Testium publicationem Rota non curat, prout nec quodlibet aliud supremum tribunal.*

12 *Testium publicationis defectus non attenditur quando testes sunt mortui.*

13 *Testes examinati in possessorio non probant in petitorio.*

14 *Non procedit, quando fuerunt plenariè examinati, quia tunc etiam examinati in iudicio summario probant in plenario.*

15 *Plenaria cognitio non attenditur penes ordinem iudicij, sed penes qualitatem probationis.*

16 *Testes examinati super exceptione non probant, vbi per viam actionis proceditur.*

17 *Replicatio sapit naturam actionis, & secundum eam regulatur.*

18 *Replicatio dicitur coadiunatio actionis.*

19 *Additionis natura est, vt reguletur secundùm naturam sui præexistentis, cui accedit.*

20 *Probationes dicuntur tendere ad eundem finem, quando agitur ad eandem rem consequendam.*

21 *Pars est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est totum.*

22 *Identitas finis, & intentionis actoris arguitur ex eo, quia cognitio versetur circa idem.*

22 *Res persona mutata non diuersificat viam agendi, sed consideratur ex parte actoris.*

### DECISIO DXXXV.

Dominus Antonius Semiana agẽs vti masculus primogenitus ad successionẽ feudi Castri Noui, contra D. Ioachinum Semiana possessorem ad probandum successionẽ dicti Castri deberi iure primogenituræ, produxit plures testes ad id examinatos in vim remissoriæ Rotalis de anno 1572. lite super dicto Castro siue eius pertinentiis vertente inter Ioachinum seniorẽ, & Ludouicum Semiana, propterea contigit in primis dubitari, an dictum examen suffragaretur D. Antonio, afficeret D. Ioachinum iuniorem. Vnde dato dubio, an prædicti testes fidem facerent in hoc iudicio, eòque per duas positiones examinato fuit in Rota Martiniana capta resolutio ad fauorem D. Antonij affirmatiua; quia D. Ioachinus est non solùm hæres Ioachini senioris, sed etiam donatarius Castri, de quo agitur, & † dicta testium 1
probant.

### DECISIO DXXXVIII.

1 DOmini steterunt in decisis, quia † à relatione exa-
a minatorum datur appellatio, [a] vt fuit resolutum
io Calaguritana beneficij 21. Februarij 1611. coram R.
P.D meo Coccino Decano, & in hac causa 1. Iulij præ-
2 teriti; ad docendum † autem de grauamine est locus
nouo examini, qui est modus attendendi iniquitatem, &
b iniustitiam examinatorum, [b] & ita fuit factum in causa
3 Conchens. Beneficij de Valde Iudios, quod tantò † ma-
gis procedit in casu isto, in quo non fuerunt descriptæ
interrogationes, & responsiones, aut saltem non fuerunt
transmissæ, & productæ, ita vt cùm ex ipsis apparere
non possit de grauamine, si aliunde doceri non posset,
inanis esset facultas appellandi. Præsumptionem habili-
tatis quæ per nouum studium acquiri potuisset, exclu-
4 dit † breuitas temporis quindecim mensium in circa,
quod tẽpus totum fuit multis occupationibus, & curis
plenum, ita vt Michaël illis implicatus, & distentus non
facilè valuerit literarum studiis incumbere, vt latiùs in
decisione deducitur. Decisio Rauennaten. coram Illu-
strissimo Cardinali Arrigonio, & aliæ allegatæ loquun-
5 tur in aliis terminis, videlicet, † quando appellatur à iu-
dicio Ordinarij, à quo secundùm Constitutionem Pij
c V. ita demum datur appellatio, si sit irrationabilis, [c] quia
aliàs pro eo præsumitur, à relatione autem examinato-
rum est permissum simpliciter, & absolutè appellare.

### *ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis.* 515.
b Vide *supra ad decis.* 157.
6 c Ab electione † facta ab Ordinario in Concursu ad Paro-
chialem non datur appellatio, nisi quando constat de do-
loso, & irrationabili iudicio Ordinarij, Rota *decis. 40. sub
nu. 1. par. 1. in recent. & decis. 654. num. 4. par. 4. in nouiss.* Ma-
rescott. *variar. lib. 1. cap. 52. num* 23. & 24. & de ista irratio-
nabilitate & dolo liquidè constare debet, Marescot. *d. cap.
52. num. 24.* & benè considerat Rota *d. decis. 40. sub nu. 1.* Et
7 appellatio † admittitur solùm ad effectum deuolutiuum,
non suspensiuum, vt disponit Cõstitutio Pij V. super pro-
uisione Parochialium, *vers. hæc tamen.* Garz. *d. cap. 2. num.*
246. quod est verum respectu appellationis interpositæ
ab electione Ordinarij, secùs autem respectu appellatio-
8 nis à sentẽtia Metropolitani, † seu alterius Iudicis Appel-
lationis reuocatoria prælectionis Ordinarij, Rota *decis.
537. per totam par. 1. in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Legitimæ.

*Lunæ 6. February* 1612.

### ARGVMENTVM.

Legitimæ non præiudicatur per voluntarias donationes. Legitima non cadit sub generali renunciatione, & quando secus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legitima debetur nepoti ex filio in bonis auia.*
2 *Legitima debetur etiam de bonis donatis.*
3 *Legitima non præiudicatur per donationem merè voluntariam, & latè num. 19.*
4 *Donatio dicitur inofficiosa, quando donans non retinet in patrimonio tantum, quantum capit legitima filiis debita, & donatio reuocatur vsque ad dictam quantitatem.*
5 *Procedit etiam si sit donatio facta loco pio, & in vsum pium, & etiam si sit facta Ecclesiæ.*
6 *Legitima non diminuitur, neque detrahitur de relictis ad pias causas.*
7 *Legitima continet Piam causam.*
8 *Legitima est fauorabilior qualibet Pia causa, & qualibet Ecclesia.*
9 *Legitima est magis debita filio, quàm Falcidia.*
10 *Tacita renunciatio non debet plus operari, quàm expressa.*
11 *Legitima non comprehenditur sub generali renunciatione, cùm requirat specialem mentionem, & num. 20. vbi vide limitationem.*
12 *A legitima non excludit generalis approbatio testamenti.*
13 *Legitima non comprehenditur sub renunciatione quantumuis in ampla forma sit facta.*
14 *Procedit, siue renunciatio fuerit facta mortuo patre, siue viuo.*
15 *Legitima comprehenditur sub generali renunciatione, quando renunciatio non potest habere effectum in alio iure, quàm in legitima.*
16 *Mater non potest testari, nisi de decima parte ex Statuto Vrbis.*
17 *Vxor præsumitur acquisiuisse de bonis mariti.*
18 *Legitima supplementum peti potest, quando institutio non sufficit pro integra legitima.*

### DECISIO DXXXIX.

REsolutum fuit Domino Duci deberi legitimam in
bonis donatis à Domina Fuluia, cùm † enim illi 1
vti nepoti ex filio prædefuncto ea debeatur in bonis
auiæ, *l. Papinianus. §. quoniam in fin. ff. de inoffic. test. l. omni-
modo,* vbi glos. *in vers. aliis personis Cod. eod. tit.* † & non 2
possit per donationem minui, debetur tàm de bonis
donatis, sicut de non donatis, Paul. de Castr. *cons.* 354.
*post princ. & per tot. lib.* 2. Cùm enim donatio † non sit æs 3
alienum ex causa onerosa, sed voluntarium, legitimæ
non præiudicat, [a] idem Paul. de Castr. *cons. 82. in princ.* a
*lib.* 1. cum aliis per Aym. *cons. 141. n. 5.* Rol. *cons. 65. n. 30.*
*lib.* 1. & dixit Rota in Portuens. bonorum 16. Octobris
1579. coram bo. me. Card. Seraphino, hinc proditus est
titulus de inofficiosa donatione † qui habet locum quan- 4
do donans non retinuit in patrimonio, quantum capit
legitima filiis debita, & donatio reuocatur vsque ad di-
ctam quantitatem etiam si non malo animo à parenti-
bus sit facta, *Auth. vnde si parens,* vbi Paul. de Castr. Ias.
& alij *C. de inoff. test.* Bal. & alij *in l. 1. ff. de inoffic. dona.* Soc.
iun. *cons. 67. n. 56. lib.* 2. Iul. Clar. *in § donatio q. 24. vers. aut
verò quis non agit.* Nec obstat, quòd donatio † sit facta 5
loco pio, & in vsum pium, quia etiam donatio inoffi-
ciosa ad pias causas reuocatur ad legitimam, Ias. *cons. 141.
num. 12. lib.* 4. & in donatione facta Ecclesiæ loquitur
Paul. de Castr. *in d. cons.* 354. legitima † enim non minui- 6
tur, imò detrahitur de relictis ad pias causas, *Auth. si qua
mulier,* & ibi Doct. *C. de sacros. Eccles. l. si quis ad declinan-
dum,* vbi Bart. *num. 6. Cod. de Episc. & Cler.* Bald. *consil. 85.
num. 2. lib.* 1. Alex. *cons. 45. num. 11. lib.* 1. Ruyn. *cons.* 140.
*num. 11. lib.* 5. legitima † enim & ipsa causam piam con- 7
tinet, Bero. *cons. 26. sub num. 8. lib.* 2. imò est † fauorabi- 8
lior qualibet pia causa, & qualibet Ecclesia, *cap. fin.* 17.
*quæst.* 4. Bero. *ibi,* Dec. *con. 480. num.* 21. Adducta autem
ex aduerso non faciunt, quia loquuntur de Falcidia, &
non est dubium † legitimam magis esse debitam filio, 9
quàm Falcidiam hæredi, Rol. *cons. 65. num. 25. lib.* 1. Non
obstat transactio, per quam prætendunt informantes
pro Congregatione Oratorij Sanctæ Mariæ in Vallicel-
la fuisse per Ducem renunciatum legitimæ, quia nõ su-
mus in renunciatione successionis, vt loquuntur per eos
adducti; sed in concessione facultatis disponendi, quam
nullibi probatur debere trahi ad legitimam, & indu-
cere eius renunciationem, & vbi haberet aliquam im-
plicitam, aut tacitam renunciationem, † ea non magis, 10
sed

sed minùs operari deberet, quàm explicita, & expressa,
iux. tradita per Aymon. *consil.34.num.3.* & per Curt. iun.
*in l.cum quid.num.15.vers. octauus casus.ff.si cert. petatur.*
11 Renunciatio † autem expressa non porrigeretur ad le-
b gitimam, [b] quia cùm requirat specialem mentionem, *l.
si quando §.generaliter.C.de inoffic. testam.l.si quis in princ.
testamenti.ff.de leg.* 3. non venit in generali renunciatio-
ne. Gabr. *de legit.concl.8.num.* 1. qui alios cumulat, & di-
cit omnes vnanimiter firmare hanc cõclusionem, quam
etiam firmauit Rota in alia Romana legitimæ 11. No-
12 uembris 1609. coram R.P. D. meo Manzanedo, † si-
cuti etiam dicitur de generali approbatione testamen-
ti, quæ non excludit à legitima, seu eius supplemento,
Anchar. *consil.152.num.8.* Dec. *consil.236.num.4.* cum mul-
tis cumulatis à Surd. *consil.45. num.51. & seqq.* & tenuit
Rota in alia Romana legitimæ 23. Iunij 1597. coram
13 bo. me. Card. Pamphilio, † & procedit, quamuis in
ampla forma fuerit renunciatum, Mich. Crass. post
14 alios *in §. legitima.quæst.3.num.* 10. Siue † renunciatum
fuerit mortuo, siue viuo eo in cuius bonis debetur le-
gitima, Crass. de communi *ibi num.* 11. quicquid ex ad-
15 uerso dicatur. Non † obstat, quod dicitur renunciatio-
nem in isto caso non potuisse habere effectum in alio
iure, quàm in legitima, & propterea haberi, perinde ac
si ipsi legitimæ esset in specie renunciatum; quia limi-
tatio in iure est vera, sed non applicatur, potuit enim
operari facultas disponendi respectu dotis propter Sta-
16 tutum † Vrbis prohibens testari vltra decimam eius
17 partem, & ad tollendum præsumptionem, † *l. Quintus
Mutius ff.de donat.inter vir.& vxor.* circa censum emp-
tum constante matrimonio: Non obstat, quòd Dux in
testamento fuerit institutus in quibusdam argentis, &
18 aliis iuribus, quia † hoc non tollit, quominus facto cal-
culo in eo, quod sibi deficit vltra relicta, possit ex bo-
nis donatis supplementum legitimæ petere, Paul. de
Castr. *d.consil.354.* Ias. *cons.125.in 2.dub.lib.1.*

*ANNOTATIO.*

19 a Et † quòd donationes voluntariæ factæ, si sint immensæ
non diminuant legitimam filiorum vltra hic allegatos
tradit Surd. *consil.332.num.14.* Peregr. *de fideicommiss. artic.
36.num.35.* Gratian. *disceptat.forens. cap.751. num.14. & seq.*
vbi refert hanc decisionem Sanctissimi Rot. 161. *nu.* 1. *&
seq.* inter impres. penes Pacif. *de Sala. iuxta nouam impress.*
fuit dictum in Romana Legitimæ 13 Iunij 1614. coram R.
P.D. Verospio, & in Romana Census de Mutis 24. Maij
1619. coram R. P. D. Coccino Decano, & hoc procedit
etiam si donatio non fit in tanta quantitate, vt possit re-
dargui de inofficiositate, Surd. *d.consil.332.nu.15.in fin.* Ro-
ta *d.decis.161.nu.2.& seq.*
20 b De quo † latè per Pereg. *de fideicommiss.art.24.num.87.&
seq.* & plene etiam Gratian. *discep.forens. cap.751.nu.19.&
seq.* & quòd per generalem renunciationem, & approba-
tionem testamenti censeatur renunciatum iuri detrahen-
di Legitimam, Doctores conueniunt, quòd duo copula-
tiuè requirantur. Primò, quòd verba sint adeò generalia,
vt possint æquipollere particulari, & specificæ approba-
tioni, & renunciationi legitimæ. Secundò, quòd illa spe-
cifica renũciatio ad aliud referri non possit, ita fuit dictũ
in Ianuen. fideicommissi 9 Decembris 1613. coram R.P.D.
Pironano sequendo consil. Peregri. *68.num.13. & 14.lib.1.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nouarien. Canonicatus.

*Veneris 9. Decembris 1615.*

ARGVMENTVM.

Pensio imposita super beneficio non probat eius valorem, cùm possit esse imposita super distributionibus, quæ non sunt de corpore beneficij.

*SVMMARIVM.*

1 *Valor beneficij non probatur ex impositione pensionis, quia pensio potest reseruari etiam super distributionibus quotidianis.*
2 *Distributiones quotidianæ non imputantur in valore beneficij, & num.7.*
3 *Procedit etiam si agatur de determinando valore ad effectum, vt sit necessaria prouisio Apostolica iuxta formam Indulti.*
4 *Distributiones sunt quid diuersum ab illa parte fructuum, quæ adimitur absentibus.*
5 *Distributiones non possunt dici de corpore beneficij.*
6 *Supplicatio sola probat absque literis, quando non agitur de Canonizatione, & num.8.*
*Item sola supplicatio sufficit ad effectum obtinendi absolutoriam, licèt secus sit, si agatur ad effectum adiudicationis, & num.9.*

DECISIO DXL.

Domini recesserunt à resolutione in hac causa facta sub die 20. Decembris 1610. & dixerunt non
iustificari excessum valoris duc. 24. † quia reseruatio 1
pensionis ducat. 30. vltra quòd non benè probatur, imò
constat, quòd Guerrinus fuit absolutus à prætensione
d. pensionis, ea potuit esse reseruata super distributio-
nibus quotidianis, † quæ non computantur in valore 2
beneficij. [a] Oldrad. *consil.118.* Fel. *in cap.ad aures.num.14.* a
*de rescript.* Put. *decis.464.num.1.lib.2.* Nec placuit Do-
minis responsio † data in decisione 9. pro statuendo va- 3
lore ad effectum, vt sit necessaria prouisio Apostolica,
iuxta formam Indulti, habendam esse rationem distri-
butionum quotidianarum, quia decis. Cæs. de Grass. 7.
*de prab.* ad hoc allegata illud non probat, cùm non lo-
quatur de distributionibus, sed de tertia parte, † quæ 4
ibi adimebatur absentibus, & satis differt à distributio-
nibus quotidianis, quia illa tollitur de ipso corpore
beneficij, & beneficium ipsum consistit etiam in hac ter-
tia parte fructuum, quod non potest dici de distribu-
tionibus quotidianis, † quæ non possunt dici de cor- 5
pore beneficij, [b] Oldrad. *d.consil.118.* Boer. *decis.340.* b
*num.4.* & istam differentiam in terminis Indulti inter
tertiam partem sublatam, & distributiones assignat
idem Cæs. de Grass. *decis.9. eod. tit.* Quia tamen hodie
exhibetur supplicatio reseruationis pensionis, cessat,
quod dicitur, reseruationem non probari, † ea enim 6
satis probatur per supplicationem absque literis, cùm
non agatur de eius Canonizatione, [c] Cassad. *decis.8.* c
*num.14. de restit. spol.* Mohed. *decis.2. in fin. de priuileg.*
Sarn. *in reg.de infirm.resign. quæst.18.sub num 4.vers.nec
obstat.* Rursus in dicta supplicatione pensio his verbis re-
seruatur (*super fructibus, prouentibus, obuentionibus, & emo-
lumentis vniuersis, non tamen distributionibus quotidianis*)
& ita cessat responsio præcipua quæ datur reseruationi
pensionis. Præterea libenter audirem partes de nouo,
præsertim quia aliqui ex Dominis non viderunt depo-
sitiones testium, per quos prætenditur probari excessum
valoris.

*ANNOTATIO.*

a Distributiones † non venire sub nomine fructuum bene- 7
ficij plenè tradit Gonzal. *super reg.8.§.7. prœm. num. 154.
vsque ad 206.* Garz. *de benef.par.5.cap.3.num.266.* vbi dicit,
quòd valor beneficij consideratur, quantum beneficium
valeat in portatis liberè, & in absentia ab Ecclesia, latè
Monet. *de distribut.part.1. quæst. 6.* vbi constituit regulam
affirmatiuam cum pluribus ampliationibus, & limitatio-
nibus.
b Cum aliis penes Monet. *de distribut par.1.quæst.6.num.3.*
c Et quòd † supplicatio sola sufficiat absque literis quan- 8
do non agitur de Canonizatione gratiæ, Gabr. *consil.190.
num.13.lib.1.* Seraph. *decis.538.nu.4.& decis.775.nu.3.* Rota

probant contra successorem non solùm vniuersalem,
sed etiam singularem, Bart. *in l. si mater, § fin. ff. de except.*
*rei iudic.* Aret. *cons. 56. sub num. 3. vers. secundò dico.* Socin.
*cons. 82. num. 4. lib. 3.* Ruyn. *cons. 128. sub nu. 16. lib. 2.* Cæs.
a de Grass. *decis. 2. de iudic.* [a] prout † etiam dicetur de in-
2 strumentis, & scripturis, Bald. *cons. 466. num. 3. lib. 5.* Præ-
sertim, quia istæ sunt probationes, quas fecit Ioachi-
nus auctor ipsius Ioachini iunioris, vnde non inconue-
nit, quòd alij contra eius successorem eis vtantur, vt
benè per Ceph. *cons. 215. in fin.* & tantò magis, quia agi-
tur de statu, & qualitate d. Castri ex primogenitura, quo
3 casu † probant etiam inter personas omnino diuersas,
*iux. l. ingenuum, ff. de stat. hom.* vt resoluit Rot. in vna Bur-
gens. Maioratus 31. Ianuarij 1590. coram Reuerendis-
b simo Peñasino, [b] & sicut nocent Domino Ioachino, ita
etiam iuuare debent, & magis D. Antonium successorem
4 Ludouici, quia † res inter alios acta faciliùs prodest,
5 quàm noceat, Aym. *consil. 206. num. 1.* licet † non possit
dici persona diuersa à Ludouico, cuius est hæres, *§. 1. in*
*Authen. de iureiuran. à mor. præst. l. hæredem, ff. de reg. iur.*
Non obstat, quòd non doceatur de citatione in exami-
6 ne, quia † illa ex cursu tanti temporis præsumi debet,
iuxta tradita per Gabr. *de præsumpt. conclus. 1. num. 36.*
Nec refert, quòd non fuerint cum toto processu remis-
7 sorali producti, quia † fuerunt producti ad effectum
iurium, & sunt ferè quadraginta anni, quòd fuerunt
examinati, idcircò probant absque exhibitione proces-
8 sus propter antiquitatem temporis, † vt de sententia
dicitur, Cassad. *decis. 3. de procur.* Put. *decis. 338. lib. 2.* Ant.
August. *decis. 145. lib. 3.* cùm ad effectum, de quo agitur,
9 † paribus passibus ambulent probationes, & sententia,
Bart. & alij *in l. 1.* vbi Cagnol. *num. 129. C. de eden.* & pro-
10 pterea † si aduersarius volet impugnare examen sub
prætextu nullitatis, ipse habebit exhibere processum,
Put. *d. decis.* fuit dictum in vna Bononiens. Bonorum 24.
Ianuarij 1600. coram R. P. D. meo Decano. Ita etiam po-
11 test responderi ad illud † quòd obiicitur de non publi-
catione testium, vltra quòd Rota illam non curat, prout
c nec alia suprema Tribunalia, [c] Guidop. *quæst. 586.* † &
12 non procedit, quando testes sunt mortui, [d] Alexand.
d *cons. 82. sub num. 23. lib. 3.* Felin. *in cap. causam, qui il primo*
*num. 15. de test.* Isti autem testes fuerunt examinati de an-
no 1572. & erant valdè senes; & ob id præsumuntur
13 mortui, vt per informantes. Non obstat, quod † te-
stes fuerint examinati in possessorio, & propterea in
14 petitorio non probent, quia non procedit, † quando
fuerunt, vt in hoc casu, plenariè examinati quoad mo-
dum procedendi, quia tunc licèt examinentur in iudi-
cio summario probant in plenario, Anton. de Butr. *in*
*cap. cum dilectus § verum. num. 35. prope fin. vers. plus di-*
*cit de ordin. cognit.* Felin. *in dict. cap. causam. num. 6.* Dec.
*cons. 96. num. 2.* & dixit Rota in vna Pampilonens. Be-
e neficij 29. Octobris 1579. coram Laurentano, [e] quia
15 † plenaria cognitio non attenditur penes ordinem iu-
dicij, sed penes qualitatem probationis, Bal. *in l. si Iudex*
*num. 5. in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Dec. *dicto*
*cons. num. 2. circa med.* sed verius est, quòd articuli, prout
respiciunt petitorium, videlicet, ius primogenituræ, ita
etiam fuerunt dati in petitorio, quia Ioachino agenti
ad restitutionem bonorum excipiebat Ludouicus ea ad
ipsum iure hæreditario spectare, vnde fuit necesse re-
plicando probare, quòd bona ista non veniebant sub
hæreditate paterna, sed erant subiecta primogenituræ
ex pacto, & prouidentia maiorum suorum, ex quo etiam
16 † patet responsio ad illud, quod obiicitur, testes exami-
natos super exceptione non probare, vbi per viam actio-
nis proceditur, quia non est verum, quòd sint examinati
per Ioachinum excipiendo reconuentioni Ludouici, sed
potius replicando in sua reconuentione, vt dictum est.
17 Replicatio † autem sapit naturam actionis, & secundùm
eam regulatur, [f] Alex *in l. fin. post num. 15. vers. sed A.* 2. *&* f
*aly*, & ibi Curt. iun. *sub nu. 14. C. de eden.* Paris *cons. 95. nu.*
*36. lib. 1.* & dixit Rota coram Lauretano in vna Bono-
niens. census 27. Iunij 1580. † dicitur enim coadiuuatio 18
actionis, Bal. *in l. 1. §. editiones. num. 17. ff. de edend.* & in
processu legitur (*articuli inter Ioachinum agentem, & Lu-*
*douicum conuentum*) appellantur additionales articuli,
vnde sicut primi fuerunt dati à Ioachino seniore vti
actore, ita etiam dicendum de istis, † quia natura addi- 19
tionis ea est, vt reguletur secundùm naturam sui præ-
existentis, cui accedit, *l. etiam*, vbi Bart. Bald. & alij *C. de*
*iur. dot. l. inter socerum, §. cum inter ff. de pact. dot. l. si ex toto*
*ff. de leg. 1.* † Probationes etiam tendunt ad eumdem, qui 20
tunc prætendebatur, finem, cùm agatur ad eamdem rem
consequendam, Bellam. *in c. 1. nu. 10. vers. alij distinguunt.*
*de ord. cogn.* Paris. *cons. 87. nu. 57. lib. 3.* agitur enim ad con-
sequendum Castrum ex iure primogenituræ, prout age-
bat Ioachinus senior, quando examinauit testes, licèt
enim tunc ageretur ad bona, quæ dicebantur de iure
Castri, & hodie agatur ad Castrum ipsum, † attamen 21
pars est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est totum, *l.*
*Lucius*, vbi glos. *ff. de fund. instruct. l. grege, & l. seq. cum ibi*
*not. ff. de leg. 1.* & eadem † cognitio circa primogenituram 22
est adhibenda ex quo arguitur etiam identitas finis, &
intentionis actoris, Bellam. *vbi supra num. 11. versic. sed*
*contra.* Nec refert, quòd in illo iudicio ageretur de ex-
cludendo secundo genito, hîc autem agatur de exclu-
sione fœminæ, quoniam † finis agendi, qui considera- 23
tur ex parte actoris, *l. si quis intentione ambigua ff. de iud.*
Ang *in l. 1. in fin. ff. de trans.* non alteratur, nec diuersifi-
catur ex persona rei conuenti, *l. 1. §. 1. ff. si pars hered. pet.*
Contard post Bal. & Soc. quos allegat, *in l. vnic. limit. 2. §.*
*4. num. 2. C. de moment possess.* Ex quibus, & aliis latiùs per
informantes deductis fuit conclusum testes fidem fa-
cere in hoc iudicio. An autem concludant primogeni-
turam secundùm intentionem Domini Antonij, non
est præsentis inspectionis, sed erit suo loco videndum.

## *ANNOTATIO.*

a Crau. *de antiq. tempor. par. 1. §. ampliatur num. 23.* Put. *decis. 42.*
*de Iudic.* & dixit Rota in Montis Falisci Fideicommissi
12. Maij 1603. coram R. P. D. Pamphilio, successor enim
singularis non debet esse melioris conditionis, quàm
suus auctor, Crau. *cons. 29. nu. 1.* cum aliis per Menoch. *cons.*
*813. nu. 11.* & ideo etiam confessio auctoris nocet singula-
ri successori, Rota *decis. 90. num. 1. & decis. 544. num. 5. & de-*
*cis. 776. num. 1. par. 1. diuers.*

b Rota *decis. 293. sub num. 6. par. 1. in recentior. & decis. 346. sub*
*num. 3. in fine. & par. 2. in recent. & decis. 60. num. 1. & seq.* in-
ter impress. penes Zacch. *de societat. Offic.*

c Quid Curia Romana, & Rota seruet in materia publica-
tionis testium, vide Farinac. *de testib. quæst. 75. nu. 6. & seq.*
*& num. 11.*

d Idem Farinac. plures cumulans *d. quæst. 75. num. 26.*

e Rota *decis. 35. num. 3. par. 1. diuers.*

f De materia replicationis plenè tractat Asin. *in prax. §. 16.*
*per multa capita.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Firmana Laudi.

*Lunæ 12. Decembris 1611.*

### ARGVMENTO
### non indiget.

### *SVMMARIVM.*

1 *Periti iudicio à Rota electi, & relationi standum est.*
2 *Ratio semel reddita non iterum reddenda est, & num. 3.*
*Non procedit quando constat de errore, & num. 4.*
*Sed etiam constito de errore non est iterum ratio redden-*
*da,*

*da, quando adest res iudicata, vel transactio, sed tunc vltra errorem requiritur dolus, & num. 5.*

## DECISIO DXXXVI.

FVit conclusum rationem sufficienter fuisse reddi-
tam per Scæuolam, ea enim iustificatur per relatio-
nem plurium peritorum diuersis temporibus factas,
nempe, ex relatione Antonij Guidotti, ex relatione An-
1 tonij Gatti, ex relatione Ioannini, quorum † iudicio, cùm
fuerint electi à Rota, standum est, Bar. *in l. instar. num.* 11.
*C. de iur. Fisc. lib.* 10. Paul. de Castr. *in l. si cui libertas, nu.* 2.
*ff. de condit. & demonstr.* Neuiz. *cons.* 94. *num.* 18. præsertim
accedente decreto Rotæ mandante stari relationi Ioan-
nini, à quo non fuit per Daghanellos aduersarios recla-
matum, & ratione semel reddita Antonio Pistori, à
2 quo ipse fuerat deputatus, † non solùm sequitur non
a teneri iterum reddere, a Doct. *in cap. vni §. præsente de Cler. ægrot. lib.* 6. Soc. *cons.* 92. *num.* 1. *lib.* 4. Parii. *cons.* 89. *n.* 1. *lib.* 1. sed etiam, quòd ad propositum dubij, de quo
agitur, facit præsumptionem; quòd ratio fuerit plenè, &
sufficienter reddita. Non obstant ea, quæ longa serie opponuntur per Daghanellos; quia vltra quòd tolluntur ex relationibus peritorum, & decisionibus in hac causa factis, informantes pro Guilelmuciis omnibus singulariter respondent, quæ responsiones placuerunt Dominis. Solùm apud aliquos remanebat difficultas circa partitam flor. 56. pro carceratione (vt dicunt Guilelmucij) Scæuolæ, quia esset videndum, ex qua causa processisset, an fuerit iusta, vel iniusta carceratio, & quare imputetur, & cedere debeat in damnum societatis.

### ANNOTATIO.

3 a Regula est, † quòd ratio semel reddita amplius reddi non
debet, quã firmauit Rota *decis.* 517. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184. *nu.* 1. *par.* 2. *in recent. & decis.* 101. *&* 224. *sub num.* 4. inter impress. penes Farin. *post* 2. *lib. cons.* plenè Munoz. *de ratiocin. c.* 41. & maximè habet locum stante liberatione, & quietantia amplissima reportata in prima redditione, Rot. *d. decis.* 101. *n.* 2. benè Menoch. *de arbitr. casu* 209. *n.* 37. & fuit
dictum in Romana Curæ 29. Nouembris 1610. coram R.
P.D. Dunozetto, vbi ponderatur, quod liberatio erat iu-
4 ramento vallata. Ab hac regula receditur, † quando cõ-
stat de errore, Munoz. plures enumulans *dict. cap.* 41. *num.* 3. *& seq. & sub n.* 28. dicit constare debere de isto errore ex claris, & perspicuis probationibus, quod idem dixit Rota *d. decis.* 224. *num.* 5. *& decis.* 157. *par.* 1. *diuers.* Verùm hæc
5 limitatio non † habet locum, quando adest res iudicata,
vel transactio, quia tunc non sufficit docere de errore, sed vltra errorem, constare etiam debet de dolo ad effectum, vt possit iterum ratio reddi, Menoch. *de arbitr. d. casu* 209. *n.* 37. Rota *decis.* 184. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* & dixit etiã Rota in Interamnens. Pecuniaria 10. Februarij 1620. coram R. P. D. Pirouano; & quòd quando constat de dolo, iterum sit reddenda ratio non obstante transactione, & re iudicata, & non obstante quietatione facta per quæuis amplissima verba, latè Farinac. *cons.* 96. *num.* 4. Rota *decis.* 157. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* requiritur tamen dolus verus, & non sufficeret præsumptus, Menoch. *de arbitr. d. casu* 209. *in fine.* Rota *d. decis.* 184. *num.* 4. *par.* 2. *in recen.* & fuit dictũ in d. Romana Curę 29. Nouembris 1619. coram R.P.D. Duoozetto, vbi fuit põderatum, quod aliàs daretur processus in infinitum.

*Oliuerius Beltramian.*

---

## Vrbeuetana Dotis.

*Luna* 16. *Ianuarij* 1612.

### ARGVMENTVM.

Libro priuato aliunde adminiculato fides est adhibenda.

### SVMMARIVM.

1. *Libro priuato scribentis est adhibenda fides iunctis adminiculis, & num.* 4.
2. *Testi benè informato, & de facto proprio deponenti attenta personæ qualitate valde deferendum est.*
3. *Præsumitur contra non exhibentem scripturas.*

## DECISIO DXXXVII.

REsolutum fuit partitam scutorum 1800. fuisse pro
residuo dotis D. Sulpitiæ Clementinæ solutam.
Hæc enim partita fuit adnotata à Curtio Margutino in
suo libro (*per resto della dote della Signora Sulpitia*) † 1
cui libro iunctis adminiculis esse fidem adhibendam
fuit resolutum. a Accedit depositio D. Ciceri, qui non a
solùm super 9. articulo deponit de Confessione D.
Com. Ludouici, quòd apocha scutorum 1800. erat pro
residuo dotis, sed etiam super primo dicit (*che nella quietanza computati li 400. scudi si comprẽdeua tutto il resto, & auanzo, che il Conte Ludouico pretendeua dal Signor Cornelio*) & super 3. dicit (*la verità fu, & è, che la mente, trattato, & conclusione fu di fare vn saldo finale di tutto il resto della detta poliza per la dote della Signora Sulpitia*)
† cui testi attenta personæ qualitate, & vti bene infor- 2
mato, ac de facto proprio deponenti Rota aliàs, & tunc
censuit multùm esse deferendum. Accedit solidatio computorum inter Com. Ludouicum, & hæredem Cornelij, longum silentium ab anno 1581. vsque ad annum motæ litis post mortem Com. Ludouici de anno 1605. venditio Castri Aluiani, vt de pretio satisfieret creditoribus, quòd fuit venditum de consensu d. Co-
mitis, qui ex d. pretio recepit scuta 400. † præsumptio, 3
quæ militat contra hæredem Comitis non exhibentem apocham, ad cuius exhibitionem Comes se obligauerat, & alia adminicula considerata in decisionibus ad probandum solutionem partitæ scutorum 1800. quæ sicut concludunt solutionem ipsam, ita & hanc qualitatem, quòd fuerit soluta pro residuo, & complemento integræ dotis.

### ANNOTATIO.

a Etiam † liber priuatus pro scribẽte probat, quando aliun- 4
de est adminiculatus, Rota *decis.* 813. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* cum aliis per Nicol. Gen. *de scrip. priuat. lib.* 1. *qu.* 4. *nu.* 77.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Calaguritana Beneficij de Cuacci.

*Mercurij* 1. *Februarij* 1612.

### ARGVMENTVM.

Appellatio à relatione examinatorum quando admittatur, & an sit locus nouo Concursui.

### SVMMARIVM.

1. *Ab examinatorum relatione datur appellatio.*
2. *Examen nouum est modus detegendi iniquitatem & iniustitiam examinatorum.*
3. *Maximè procedit, quando non fuerunt descripta interrogationes, & responsiones primi examinis.*
4. *Item quando non fuit lapsum tantum tempus vt scientia per nouum studium acquiri potuerit.*
5. *Appellatio à iudicio Ordinarij in materia electionis ad Parochiales ita demum admittitur si sit irrationabile, & latius num.* 6.
6. *Appellatio huiusmodi non admittitur ad effectum suspensiuum, sed solum ad effectum deuolutiuum, & num.* 7.
7. *Appellatio ad effectum suspensiuum admittitur à sententia Metropolitani, & num.* 8.

DECI

probant contra successorem non solùm vniuersalem, sed etiam singularem, Bart. *in l. si mater, §. fin. ff. de except. res iudic.* Aret. *cons. 36. sub num. 3. vers. secundo dico.* Socin. *cons. 82. num. 4. lib. 3.* Ruyn. *cons. 128. sub nu. 16. lib. 2.* Cæs.
a de Grass. *decis. 2. de iudic.* a prout † etiam dicetur de in-
a strumentis, & scripturis, Bald. *cons. 466. num 3. lib. 5.* Præsertim, quia istæ sunt probationes, quas fecit Ioachinus auctor ipsius Ioachini iunioris, vnde non inconueniet, quòd alij contra eius successorem eis vtantur, vt benè per Ceph. *cons. 215. in fin.* & tantò magis, quia agitur de statu, & qualitate d. Castri ex primogenitura, quo
3 casu † probant etiam inter personas omnino diuersas, *iux. l. ingenuum ff. de stat. hom.* vt resoluit Rot. in vna Burgens. Maioratus 31. Ianuarij 1590. coram Reuerendis-
b simo Perusino, b & sicut nocent Domino Ioachino, ita etiam iuuare debent, & magis D. Antonium successorem
4 Ludouici, quia † res inter alios acta faciliùs prodest,
5 quàm noceat, Aym. *consil. 206. num. 1.* licet † non possit dici persona diuersa à Ludouico, cuius est hæres, *§. 1. in Authen. de iureiuran. à mor. præst. l. hæredem, ff. de reg. iur.*
Nonobstat, quòd non doceatur de citatione in exami-
6 ne, quia † illa ex cursu tanti temporis præsumi debet, iuxta tradita per Gabr. *de præsumpt. conclus. 1. num. 36.*
Nec refert, quòd non fuerint cum toto processu remis-
7 sorialı producti, quia † fuerunt producti ad effectum iurium, & sunt ferè quadraginta anni, quòd fuerunt examinati, idcircò probant absque exhibitione proces-
8 sus propter antiquitatem temporis, † vt de sententia dicitur, Cassad. *decis. 3. de procur.* Put. *decis. 338. lib. 2.* Ant. August. *decis. 145. lib. 3.* cùm ad effectum, de quo agitur,
9 † paribus passibus ambulent probationes, & sententia, Bart. & alij *in l. 1.* vbi Cagnol. *num. 129. C. de eden.* & pro-
10 pterea † si aduersarius volet impugnare examen sub prætextu nullitatis, ipse habebit exhibere processum, Put. *d. decis.* fuit dictum in vna Bononiens. Bonorum 24. Ianuarij 1600. coram R. P. D. meo Decano. Ita etiam po-
11 test responderi ad illud † quòd obiicitur de non publicatione testium, vltra quòd Rota illam non curat, prout
c nec alia suprema Tribunalia, c Guidop. *quæst. 586.* † &
12 non procedit, quando testes sunt mortui, d Alexand.
d *cons. 82. sub num. 23. lib. 3.* Felin. *in cap. causam, qui. il primo num. 15. de test.* Isti autem testes fuerunt examinati de anno 1572. & erant valdè senes; & ob id præsumuntur
13 mortui, vt per informantes. Non obstat, quod † testes fuerint examinati in possessorio, & propterea in
14 petitorio non probent, quia non procedit, † quando fuerunt, vt in hoc casu, plenariè examinati quoad modum procedendi, quia tunc licèt examinentur in iudicio summario probant in plenario, Anton. de Butr. *in cap. cum dilectus. § verum. num. 35. prope fin. vers. plus dicit de ordin. cognit.* Felin. *in dict. cap. causam. num. 6.* Dec. *cons. 96. num. 2.* & dixit Rota in vna Pampilonens. Be-
e neficij 29. Octobris 1579. coram Lauretano, e quia
15 † plenaria cognitio non attenditur penes ordinem iudicij, sed penes qualitatem probationis, Bal. *in l. si Iudex num. 5. in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Dec. *dicto cons. num. 2. circa med.* sed verius est, quòd articuli, prout respiciunt petitorium, videlicet, ius primogenituræ, ita etiam fuerunt dati in petitorio, quia Ioachino agenti ad restitutionem bonorum excipiebat Ludouicus ea ad ipsum iure hæreditario spectare, vnde fuit necesse replicando probare, quòd bona ista non veniebant sub hæreditate paterna, sed erant subiecta primogenituræ ex pacto, & prouidentia maiorum suorum, ex quo etiam
16 † patet responsio ad illud, quod obiicitur, testes examinatos super exceptione non probare, vbi per viam actionis proceditur, quia non est verum, quòd sint examinati per Ioachinum excipiendu reconuentioni Ludouici, sed potius replicando in sua reconuentione, vt dictum est.
17 Replicatio † autem sapit naturam actionis, & secundùm
eam regulatur, f Alex. *in l. fin. post num. 25. vers. sed Azo, & alij,* & ibi Curt. iun. *sub nu. 14. C. de eden.* Paris. *cons. 95. nu. 36. lib. 1.* & dixit Rota coram Lauretano in vna Bonoe f
niens. census 27. Iunij 1580. † dicitur enim coadiuuatio 18
actionis, Bal. *in l. 1. §. editiones. num. 17. ff. de edend.* & in processu legitur (*articuli inter Ioachinum agentem, & Ludouicum conuentum*) appellantur additionales articuli, vnde sicut primi fuerunt dati à Ioachino seniore vti
actore, ita etiam dicendum de istis, † quia natura addi- 19
tionis ea est, vt reguletur secundùm naturam sui præexistentis, cui accedit, *l. etiam,* vbi Bart. Bald. & alij *C. de iur. dot. l. inter socerum, §. cùm inter ff. de pact. dot. l. si ex toto*
*ff. de leg. 1.* † Probationes etiam tendunt ad eumdem, qui 20
tunc prætendebatur, finem, cùm agatur ad eamdem rem consequendam, Bellam. *in c. 1. nu. 10. vers. alij distinguunt. de ord. cogn.* Paris. *cons. 87. nu. 57. lib. 3.* agitur enim ad consequendum Castrum ex iure primogenituræ, prout agebat Ioachinus senior, quando examinauit testes, licèt enim tunc ageretur ad bona, quæ dicebantur de iure
Castri, & hodie agatur ad Castrum ipsum, † attamen 21
pars est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est totum, *l. Lucius,* vbi glos. *ff. de fund. instruct. l. grege, & l. seq. cum ibi*
*not. ff. de leg. 1.* & eadem † cognitio circa primogenituram 22
est adhibenda ex quo arguitur etiam identitas finis, & intentionis actoris, Bellam. *vbi supra num. 11. versic. sed contra.* Nec refert, quòd in illo iudicio ageretur de excludendo secundo genito, hîc autem agatur de exclu-
sione fœminæ, quoniam † finis agendi, qui considera- 23
tur ex parte actoris, *l. si quis intentione ambigua ff. de iud.* Ang. *in l. 1. in fin. ff. de trãsc.* non alteratur, nec diuersificatur ex persona rei conuenti, *l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet.* Contard post Bal. & Soc. quos allegat *in l. vnic. limit. 2. §. 4. num. 2. C. de moment possess.* Ex quibus, & aliis latiùs per informantes deductis fuit conclusum testes fidem facere in hoc iudicio. An autem concludant primogenituram secundùm intentionem Domini Antonij, non est præsentis inspectionis, sed erit suo loco videndum.

### *ANNOTATIO.*

a Crau. *de antiq. tempor. par. 2. §. ampliatur num. 23.* Put. *decis. 42. de Iudic.* & dixit Rota in Montis Falisci Fideicommissi 12. Maij 1603. coram R. P. D. Pamphilio, successor enim singularis non debet esse melioris conditionis, quàm suus auctor, Crau. *cons. 29. nu. 1.* cum aliis per Menoch. *cons. 813. nu. 11.* & ideo etiam confessio auctoris nocet singulari successori, Rota *decis. 90. num. 1. & decis. 544. num. 5. & decis. 776. num. 1. par. 1. diuers.*

b Rota *decis. 293. sub num. 6. par. 1. in recentior. & decis. 346. sub num. 3. in fine. & par. 2. in recent. & decis. 60. num. 1. & seq.* inter impress. penes Zacch *de societat. Offic.*

c Quid Curia Romana, & Rota seruet in materia publicationis testium, vide Farinac. *de testib. quæst. 75. nu. 6. & seq. & num. 11.*

d Idem Farinac. plures cumulans *d. quæst. 75. num. 26.*

e Rota *decis. 35. num. 3. par. 1. diuers.*

f De materia replicationis plenè tractat Asin *in prax. §. 16. per multa capita.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Firmana Laudi.

*Lunæ 12. Decembris 1611.*

### ARGVMENTO
non indiget.

### *SVMMARIVM.*

1 *Periti iudicio à Rota electi, & relationi standum est.*
2 *Ratio semel reddita non iterum reddenda est, & num. 3.*
*Non procedit quando constat de errore, & num. 4.*
*Sed etiam constito de errore non est iterum ratio reddenda,*

*da, quando adest res iudicata, vel transactio, sed tunc vltra errorem requiritur dolus, & num. 5.*

DECISIO DXXXVI.

FVit conclusum rationem sufficienter fuisse redditam per Scæuolam, ea enim iustificatur per relationem plurium peritorum diuersis temporibus factas, nempe, ex relatione Antonij Guidotti, ex relatione An-
1 tonij Gatti, ex relatione Ioannini, quorum † iudicio, cùm fuerint electi à Rota, standum est, Bar. *in l. instar. num.* cc. *C. de iur. Fisc. lib.* 10. Paul. de Castr. *in l. si cui libertas, nu.* 2. *ff. de condit. & demonstr.* Neniz. *cons.* 94. *num.* 18. præsertim accedente decreto Rotæ mandante stari relationi Ioannini, à quo non fuit per Daghanellos aduersarios reclamatum, & ratione semel reddita Antonio Pistori, à
2 quo ipse fuerat deputatus, † non solùm sequitur non
a teneri iterum reddere, ª Doct. *in cap. vni §. præsento de Cler. agrot. lib.* 6. Soc. *cons.* 92. *num.* 1. *lib.* 4. Paril. *cons.* 89. *n.* 1. *lib.* 1. sed etiam, quòd ad propositum dubij, de quo agitur, facit præsumptionem; quòd ratio fuerit plenè, & sufficienter reddita. Non obstant ea, quæ longa serie opponuntur per Daghanellos; quia vltra quòd tolluntur ex relationibus peritorum, & decisionibus in hac causa factis, informantes pro Guilelmuciis omnibus singulariter respondent, quæ responsiones placuerunt Dominis. Solùm apud aliquos remanebat difficultas circa partitam flor. 56. pro carceratione (vt dicunt Guilelmucij) Scæuolæ, quia esset videndum, ex qua causa processisset, an fuerit iusta, vel iniusta carceratio, & quare imputetur, & cedere debeat in damnum societatis.

*ANNOTATIO.*

3 a Regula est, † quòd ratio semel reddita amplius reddi non debet, quã firmauit Rota *decis.* 517. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184. *nu.* 1. *par.* 2. *in recent. & decis.* 101. *&* 224. *sub num.* 4. inter impress. penes Farin. *post* 2. *lib. cons.* plenè Munoz. *de ratiocin. c.* 41. & maximè habet locum stante liberatione, & quietantia amplissima reportata in prima redditione, Rot. *d. decis.* 101. *n.* 2. benè Menoch. *de arbitr. casu* 209. *n.* 37. & fuit dictum in Romana Curæ 29. Nouembris 1610. coram R. P. D. Dunozetto, vbi ponderatur, quod liberatio erat iu-
4 ramento vallata. Ab hac regula receditur, † quando cõstat de errore, Munoz. plures cumulans *dict. cap.* 41. *num.* 3. *& seq. & sub n.* 28. dicit constare debere de isto errore ex claris, & perspicuis probationibus, quod idem dixit Rota *d. decis.* 224. *num.* 5. *& decis.* 157. *par.* 1. *diuers.* Verùm hæc
5 limitatio non † habet locum, quando adest res iudicata, vel transactio, quia tunc non sufficit docere de errore, sed vltra errorem, constare etiam debet de dolo ad effectum, vt possit iterum ratio reddi, Menoch. *de arbitr. d. casu* 209. *n.* 37. Rota *decis.* 184. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* & dixit etiã Rota in Interamnens. Pecuniaria 10. Februarij 1620. coram R. P. D. Pirouano; & quòd quando constat de dolo, iterum sit reddenda ratio non obstante transactione, & re iudicata, & non obstante quietatione facta per quæuis amplissima verba, latè Farinac. *cons.* 96. *num.* 4. Rota *decis.* 157. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* requiritur tamen dolus verus, & non sufficeret præsumptus, Menoch. *de arbitr. d. casu* 209 *in fin.* Rota *d. decis.* 184. *num.* 4. *par.* 2. *in recen.* & fuit dictũ in d. Romana Curæ 29. Nouembris 1619. coram R. P. D. Dunozetto, vbi fuit põderatum, quod aliàs daretur processus in infinitum.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis.

*Lunæ 16. Ianuarij 1612.*

ARGVMENTVM.

Libro priuato aliunde adminiculato fides est adhibenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Libro priuato scribentis est adhibenda fides iunctis adminiculis, & num.* 4.
2 *Testi benè informato, & de facto proprio deponenti attenta persona qualitate valde deferendum est.*
3 *Præsumitur contra non exhibentem scripturas.*

DECISIO DXXXVII.

REsolutum fuit partitam scutorum 2800. fuisse pro residuo dotis D. Sulpitiæ Clementinæ solutam. Hæc enim partita fuit adnotata à Curtio Margutino in
suo libro (*per resto della dote della Signora Sulpitia*) † 1
cui libro iunctis adminiculis esse fidem adhibendam
fuit resolutum. ª Accedit depositio D. Ciceri, qui non a
solùm super 9. articulo deponit de Confessione D. Com. Ludouici, quòd apocha scutorum 2800. erat pro residuo dotis, sed etiam super primo dicit (*che nella quetanza computati li* 400. *scudi si comprẽdeua tutto il resto, & auanzo, che il Conte Ludouico pretendeua dal Signor Cornelio*) & super 3. dicit (*la verità fu, & è, che la mente, trattato, & conclusione fu di fare vn saldo finale di tutto il resto della detta poliza per la dote della Signora Sulpitia*)
† cui testi attenta personæ qualitate, & vti bene infor- 2
mato, ac de facto proprio deponenti Rota aliàs, & tunc censuit multùm esse deferendum. Accedit solidatio computorum inter Com. Ludouicum, & hæredem Cornelij, longum silentium ab anno 1581. vsque ad annum motæ litis post mortem Com. Ludouici de anno 1605. venditio Castri Aluiani, vt de pretio satisfieret creditoribus, quòd fuit venditum de consensu d. Co-
mitis, qui ex d. pretio recepit scuta 400. † præsumptio, 3
quæ militat contra hæredem Comitis non exhibentem apocham, ad cuius exhibitionem Comes se obligauerat, & alia adminicula considerata in decisionibus ad probandum solutionem partitæ scutorum 2800. quæ sicut concludunt solutionem ipsam, ita & hanc qualitatem, quòd fuerit soluta pro residuo, & complemento integræ dotis.

*ANNOTATIO.*

a Etiam † liber priuatus pro scribẽte probat, quando aliun- 4
de est adminiculatus, Rota *decis.* 813. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* cum aliis per Nicol. Gen. *de scrip. priuat. lib.* 1. *qu.* 4. *nu.* 77.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Calaguritana Beneficij de Cuacci.

*Mercurij 1. Februarij 1612.*

ARGVMENTVM.

Appellatio à relatione examinatorum quando admittatur, & an sit locus nouo Concursui.

*SVMMARIVM.*

1 *Ab examinatorum relatione datur appellatio.*
2 *Examen nouum est modus detegendi iniquitatem & iniustitiam examinatorum.*
3 *Maximè procedit, quando non fuerunt descriptæ interrogationes, & responsiones primi examinis.*
4 *Item quando non fuit lapsum tantum tempus vt scientia per nouum studium acquiri potuerit.*
5 *Appellatio à iudicio Ordinarij in materia electionis ad Parochiales ita demum admittitur si sit irrationabile, & latiùs num.* 6.
6 *Appellatio huiusmodi non admittitur ad effectum suspensiuum, sed solùm ad effectum deuolutiuum, & num.* 7.
7 *Appellatio ad effectum suspensiuum admittitur à sententia Metropolitani, & num.* 8.

DECI

probant contra successorem non solùm vniuersalem,
sed etiam singularem, Bart. *in l. si mater, §. fin. ff. de except. rei iudic.* Aret. *cons. 36. sub num. 3. vers. secundo dico.* Socin.
*cons. 82. num. 4. lib. 3.* Ruyn. *cons. 128. sub nu. 16. lib. 2.* Cæs.
a de Grass. *decis. 2. de iudic.* [a] prout † etiam dicetur de in-
2 strumentis, & scripturis, Bald. *cons. 466. num 3. lib. 5.* Præ-
sertim, quia istæ sunt probationes, quas fecit Ioachi-
nus auctor ipsius Ioachini iunioris, vnde non inconue-
nit, quòd alij contra eius successorem eis vtantur, vt
benè per Ceph. *cons. 215. in fin.* & tantò magis, quia agi-
tur de statu, & qualitate d. Castri ex primogenitura, quo
3 casu † probant etiam inter personas omnino diuersas,
*iux. l. ingenuum, ff. de stat. hom.* vt resoluit Rot. in vna Bur-
gens. Maioratus 31. Ianuarij 1590. coram Reuerendis-
b simo Perusino, [b] & sicut nocent Domino Ioachino, ita
etiam iuuare debent, & magis D. Antonium successorem
4 Ludouici, quia † res inter alios acta faciliùs prodest,
5 quàm noceat, Aym. *consil. 206. num. 1.* licet † non possit
dici persona diuersa à Ludouico, cuius est hæres, *§. 1. in Authen. de iureiuran. à mor. præst. l. hæredem, ff. de reg. iur.*
Non obstat, quòd non doceatur de citatione in exami-
6 ne, quia † illa ex cursu tanti temporis præsumi debet,
iuxta tradita per Gabr. *de præsumpt. conclus. 1. num. 36.*
Nec refert, quòd non fuerint cum toto processu remis-
7 soriali producti, quia † fuerunt producti ad effectum
iurium, & sunt ferè quadraginta anni, quòd fuerunt
examinati, idcircò probant absque exhibitione proces-
8 sus propter antiquitatem temporis, † vt de sententia
dicitur, Cassad. *decis. 3. de procur.* Put. *decis. 338. lib. 2.* Ant.
August. *decis. 145. lib. 3.* cùm ad effectum, de quo agitur,
9 † paribus passibus ambulent probationes, & sententia,
Bart. & alij *in l. 1.* vbi Cagnol. *num. 129. C. de eden.* & pro-
10 pterea † si aduersarius volet impugnare examen sub
prætextu nullitatis, ipse habebit exhibere processum,
Put. *d. decis.* fuit dictum in vna Bononiens. Bonorum 24.
Ianuarij 1600. coram R. P. D. meo Decano. Ita etiam po-
11 test responderi ad illud † quòd obiicitur de non publi-
catione testium, vltra quòd Rota illam non curat, prout
c nec alia suprema Tribunalia, [c] Guidop. *quæst. 586.* † &
12 non procedit, quando testes sunt mortui, [d] Alexand.
d *cons. 82. sub num. 23. lib. 3.* Felin. *in cap. causam, qui. il primo num. 15. de test.* Isti autem testes fuerunt examinati de an-
no 1572. & erant valdè senes; & ob id præsumuntur
13 mortui, vt per informantes. Non obstat, quod † te-
stes fuerint examinati in possessorio, & propterea in
14 petitorio non probent, quia non procedit, † quando
fuerunt, vt in hoc casu, plenariè examinati quoad mo-
dum procedendi, quia tunc licèt examinentur in iudi-
cio summario probant in plenario, Anton. de Butr. *in cap. cum dilectus § verum. num. 35. prope fin. vers. plus di-cit de ordin. cognit.* Felin. *in dict. cap. causam. num. 6.* Dec.
*cons. 96. num. 2.* & dixit Rota in vna Pampilonens. Be-
e neficij 29. Octobris 1579. coram Lauretano, [e] quia
15 † plenaria cognitio non attenditur penes ordinem iu-
dicij, sed penes qualitatem probationis, Bal. *in l. si Iudex num. 5. in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Dec. *dicto cons. num. 2. circa med.* sed verius est, quòd articuli, prout
respiciunt petitorium, videlicet, ius primogenituræ, ita
etiam fuerunt dati in petitorio, quia Ioachino agenti
ad restitutionem bonorum excipiebat Ludouicus ea ad
ipsum iure hæreditario spectare, vnde fuit necesse re-
plicando probare, quòd bona ista non veniebant sub
hæreditate paterna, sed erant subiecta primogenituræ
ex pacto, & prouidentia maiorum suorum, ex quo etiam
16 † patet responsio ad illud, quod obiicitur, testes exami-
natos super exceptione non probare, vbi per viam actio-
nis proceditur, quia non est verum, quòd sint examinati
per Ioachinum excipiendo reconuentioni Ludouici, sed
potius replicando in sua reconuentione, vt dictum est.
17 Replicatio † autem sapit naturam actionis, & secundùm
eam regulatur, [f] Alex. *in l. fin. post num. 15. vers. sed Azo, & alij,* & ibi Curt. iun. *sub nu. 14. C. de eden.* Paris. *cons. 95. nu. 36. lib. 1.* & dixit Rota coram Lauretano in vna Bono-
niens. census 27. Iunij 1580. † dicitur enim coadiuuatio 18
actionis, Bal. *in l. 1. §. editiones. num. 17. ff. de edend.* & in
processu legitur (*articuli inter Ioachinum agentem, & Ludouicum conuentum*) appellantur additionales articuli,
vnde sicut primi fuerunt dati à Ioachino seniore vti
actore, ita etiam dicendum de istis, † quia natura addi- 19
tionis ea est, vt reguletur secundùm naturam sui præ-
existentis, cui accedit, *l. etiam,* vbi Bart. Bald. & alij *C. de iur. dot. l. inter socerum, §. cùm inter ff. de pact. dot. l. si ex toto ff. de leg. 1.* † Probationes etiam tendunt ad eumdem, qui 20
tunc prætendebatur, finem, cùm agatur ad eamdem rem
consequendam, Bellam. *in c. 1. nu. 10. vers. alij distinguunt. de ord. cogn.* Paris. *cons. 87. nu. 57. lib. 3.* agitur enim ad con-
sequendum Castrum ex iure primogenituræ, prout age-
bat Ioachinus senior, quando examinauit testes, licèt
enim tunc ageretur ad bona, quæ dicebantur de iure
Castri; & hodie agatur ad Castrum ipsum, † attamen 21
pars est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est totum, *l. 1. ucim,* vbi glos. *ff. de fund. instruct. l. grege, & l. seq. cum ibi not. ff. de leg. 1.* & eadem † cognitio circa primogenituram 22
est adhibenda ex quo arguitur etiam identitas finis, &
intentionis actoris, Bellam. *vbi supra num. 11. versic. sed contra.* Nec refert, quòd in illo iudicio ageretur de ex-
cludendo secundo genito, hîc autem agatur de exclu-
sione fœminæ, quoniam † finis agendi, qui considera- 23
tur ex parte actoris, *l. si quis intentione ambigua ff. de iud.*
Ang. *in l. 1. in fin. ff. de tritic.* non alteratur, nec diuersifi-
catur ex persona rei conuenti, *l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet.*
Contard post Bal. & Soc. quos allegat, *in l. vnic. limit. 2. §. 4. num. 2. C. de moment. possess.* Ex quibus, & aliis latiùs per
informantes deductis fuit conclusum testes fidem fa-
cere in hoc iudicio. An autem concludant primogeni-
turam secundùm intentionem Domini Antonij, non
est præsentis inspectionis, sed erit suo loco videndum.

*ANNOTATIO.*

a Crau. *de antiq. tempor. par. 1. §. ampliatur num. 23.* Put. *decis. 42. de Iudic.* & dixit Rota in Montis Falisci Fideicommissi 12. Maij 1603. coram R. P. D Pamphilio, successor enim singularis non debet esse melioris conditionis, quàm suus auctor, Crau. *cons. 29. nu. 1.* cum aliis per Menoch. *cons. 823. nu. 11.* & ideo etiam confessio auctoris nocet singulari successori, Rota *decis. 90. num. 1. & decis. 544. num. 5. & decis. 776. num. 1. par. 1. diuers.*

b Rota *decis. 293. sub num. 6. par. 1. in recentior. & decis. 346. sub num. 3. in fine. & par. 2. in recent. & decis. 60. num. 1. & seq.* inter impress. penes Zacch. *de societat. Offic.*

c Quid Curia Romana, & Rota seruet in materia publicationis testium, vide Farinac. *de testib. quæst. 75. nu. 6. & seq. & num. 11.*

d Idem Farinac. plures cumulans *d. quæst. 75. num. 26.*

e Rota *decis. 35. num. 3. par. 1. diuers.*

f De materia replicationis plenè tractat Asin. *in prax. §. 16. per multa capita.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Firmana Laudi.

*Lunæ 12. Decembris 1611.*

ARGVMENTO
non indiget.

*SVMMARIVM.*

1 *Periti iudicio à Rota electi, & relationi standum est.*
2 *Ratio semel reddita non iterum reddenda est, & num. 3.*
*Non procedit, quando constat de errore, & num. 4.*
*Sed etiam constito de errore non est iterum ratio redden-da.*

*da, quando adest res iudicata, vel transactio, sed tunc vltra errorem requiritur dolus, & num. 5.*

## DECISIO DXXXVI.

FVit conclusum rationem sufficienter fuisse reddi-
tam per Scæuolam, ea enim iustificatur per relatio-
nem plurium peritorum diuersis temporibus factas,
nempe, ex relatione Antonij Guidotti, ex relatione An-
1 tonij Gatti, ex relatione Ioannini, quorum † iudicio, cùm
fuerint electi à Rota, standum est, Bar. *in l. instar. num. 11.*
*C. de iur. Fisc. lib.* 10. Paul. de Castr. *in l. si cui libertas, nu. 2.*
*ff. de condit. & demonstr.* Neuiz. *cons.* 94. *num.* 18. præsertim
accedente decreto Rotæ mandante stari relationi Ioan-
nini, à quo non fuit per Daghanellos aduersarios recla-
matum, & ratione semel reddita Aotonio Pistori, à
2 quo ipse fuerat deputatus, † non solùm sequitur non
a teneri iterum reddere, a Doct. *in cap. vni §. præsente de*
*Cler. ægrot. lib.* 6. Soc. *cons.* 92. *num.* 1. *lib.* 4. Paris. *cons.* 89. *n.*
1. *lib.* 1. sed etiam, quòd ad propositum dubij, de quo
agitur, facit præsumptionem; quòd ratio fuerit plenè, &
sufficienter reddita. Non obstant ea, quæ longa serie op-
ponuntur per Daghanellos; quia vltra quòd tolluntur
ex relationibus peritorum, & decisionibus in hac causa
factis, informantes pro Guilelmuciis omnibus singula-
riter respondent, quæ responsiones placuerunt Domi-
nis. Solùm apud aliquos remanebat difficultas circa par-
titam flor. 56. pro carceratione (vt dicunt Guilelmucij)
Scæuolæ, quia esset videndum, ex qua causa processis-
set, an fuerit iusta, vel iniusta carceratio, & quare im-
putetur, & cedere debeat in damnum societatis.

### ANNOTATIO.

3 a Regula est, † quòd ratio semel reddita amplius reddi non
debet, quã firmauit Rota *decis.* 517. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184.
*nu.* 1. *par.* 2. *in recent. & decis.* 101. & 224. *sub num.* 4. inter im-
press. penes Farin *post* 2. *lib. cons.* plenè Munoz. *de ratiocin.*
*c.* 41. & maximè habet locum stante liberatione, & quie-
tantia amplissima reportata in prima redditione, Rot. *d.*
*decis.* 101. *n.* 2. benè Menoch. *de arbitr. casu* 209. *n.* 37. & fuit
dictum in Romana Curæ 29. Nouembris 1610. coram R.
P. D. Dunozetto, vbi ponderatur, quod liberatio erat iu-
4 ramento vallata. Ab hac regula receditur, † quando cõ-
stat de errore, Munoz. plures cumulans *dict. cap.* 41. *num.* 3.
*& seq. & sub n.* 28. dicit constare debere de isto errore ex
claris, & perspicuis probationibus, quod idem dixit Ro-
ta *d. decis.* 224. *num.* 5. *& decis.* 157. *par.* 1. *diuers.* Verùm hæc
5 limitatio non † habet locum, quando adest res iudicata,
vel transactio, quia tunc non sufficit docere de errore,
sed vltra errorem, constare etiam debet de dolo ad effe-
ctum, vt possit iterum ratio reddi, Menoch. *de arbitr. d. ca-*
*su* 209. *n.* 37. Rota *decis.* 184. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* & dixit etiã
Rota in Interamnens. Pecuniaria 10. Februarij 1620. co-
ram R. P. D. Pirouano, & quòd quando constat de dolo,
iterum sit reddenda ratio non obstante transactione, &
re iudicata, & non obstante quietatione facta per quæuis
amplissima verba, latè Farinac. *cons.* 96. *num.* 4. Rota *decis.*
157. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* requiri-
tur tamen dolus verus, & non sufficeret præsumptus, Me-
noch. *de arbitr. d. casu* 209. *in fine.* Rota *d. decis.* 184. *num.* 4.
*par.* 2. *in recen.* & fuit dictũ in d. Romana Curę 29. Nouem-
bris 1619. coram R. P. D. Dunoætto, vbi fuit põderatum,
quod aliàs daretur processus in infinitum.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Vrbeuetana Dotis.

*Lunæ 16. Ianuarij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Libro priuato aliunde adminiculato fides est adhibenda.

### SVMMARIVM.

1 *Libro priuato scribentis est adhibenda fides iunctis adminiculis, & num. 4.*
2 *Testi benè informato, & de facto proprio deponenti attenta personæ qualitate valde deferendum est.*
3 *Præsumitur contra non exhibentem scripturas.*

## DECISIO DXXXVII.

REsolutum fuit partitam scutorum 2800. fuisse pro
residuo dotis D. Sulpitiæ Clemeotinæ solutam.
Hæc enim partita fuit adnotata à Curtio Margutino in
suo libro (*per resto della dote della Signora Sulpitia*) † 1
cui libro iunctis adminiculis esse fidem adhibendam
fuit resolutum. a Accedit depositio D. Ciceri, qui non a
solùm super 9. articulo deponit de Confessione D.
Com. Ludouici, quòd apocha scutorum 2800. erat pro
residuo dotis, sed etiam super primo dicit (*che nella*
*quietanza computati li 400. scudi si comprẽdeua tutto il re-*
*sto, & auanzo, che il Conte Ludouico prætendeua dal Signor*
*Cornelio*) & super 3. dicit (*la verità fu, & è, che la mente,*
*trattato, & conclusione fu di fare vn saldo finale di tutto il*
*resto della detta poliza per la dote della Signora Sulpitia*)
† cui testi attenta personæ qualitate, & vti bene infor- 2
mato, ac de facto proprio deponenti Rota aliàs, & tunc
censuit multùm esse deferendum. Accedit solidatio
computorum inter Com. Ludouicum, & hæredem
Cornelij, longum silentium ab anno 1581. vsque ad
annum motæ litis post mortem Com. Ludouici de anno
1605. venditio Castri Aluiani, vt de pretio satisfieret
creditoribus, quòd fuit venditum de consensu d. Co-
mitis, qui ex d. pretio recepit scuta 400. † præsumptio, 3
quæ militat contra hæredem Comitis non exhibentem
apocham, ad cuius exhibitionem Comes se obligauerat,
& alia adminicula considerata in decisionibus ad pro-
bandum solutionem partitæ scutorum 2800. quæ sicut
concludunt solutionem ipsam, ita & hanc qualitatem,
quòd fuerit soluta pro residuo, & complemento inte-
græ dotis.

### ANNOTATIO.

a Etiam † liber priuatus pro scribẽte probat, quando aliun- 4
de est adminiculatus, Rota *decis.* 813. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* cum
alijs per Nicol. Gen. *de scrip. priuat. lib.* 1. *qu.* 4. *nu.* 77.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Calaguritana Beneficij de Cuacci.

*Mercurij 1. Februarij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Appellatio à relatione examinatorum quando admittatur, & an sit locus nouo Concursui.

### SVMMARIVM.

1 *Ab examinatorum relatione datur appellatio.*
2 *Examen nouum est modus detegendi iniquitatem & iniustitiam examinatorum.*
3 *Maximè procedit, quando non fuerunt descriptæ interrogationes, & responsiones primi examinis.*
4 *Item quando non fuit lapsum tantum tempus vt scientia per nouum studium acquiri potuerit.*
5 *Appellatio à iudicio Ordinarij in materia electionis ad Parochiales ita demum admittitur si sit irrationabile, & latiùs num. 6.*
6 *Appellatio huiusmodi non admittitur ad effectum suspensiuum, sed solùm ad effectum deuolutiuum, & num. 7.*
7 *Appellatio ad effectum suspensiuum admittitur à sententia Metropolitani, & num. 8.*

DECI

probant contra successorem non solùm vniuersalem,
sed etiam singularem, Bart. *in l. si mater, §. fin. ff. de except.
rei iudic.* Aret. *cons. 36. sub num. 3. vers. secundo dico.* Socin.
*cons. 82. num. 4. lib. 3.* Ruyn. *cons. 128. sub nu. 16. lib. 2.* Cæs.
a de Grass. *decis. 2. de iudic.* [a] prout † etiam dicetur de in-
a strumentis, & scripturis, Bald. *cons. 466. num 3. lib. 5.* Præ-
sertim, quia istæ sunt probationes, quas fecit Ioachi-
nus auctor ipsius Ioachini iunioris, vnde non inconue-
nit, quòd alij contra eius successorem eis vtantur, vt
benè per Ceph. *cons. 215. in fin.* & tantò magis, quia agi-
tur de statu, & qualitate d. Castri ex primogenitura, quo
3 casu † probant etiam inter personas omnino diuersas,
*iux. l. ingenuum, ff. de stat. hom.* vt resoluit Rot. in vna Bur-
gens. Maioratus 31. Ianuarij 1590. coram Reuerendis-
b simo Perusino, [b] & sicut nocent Domino Ioachino, ita
etiam iuuare debent, & magis D. Antonium successorem
4 Ludouici, quia † res inter alios acta faciliùs prodest,
5 quàm noceat, Aym. *consil. 206. num. 1.* licet † non possit
dici persona diuersa à Ludouico, cuius est hæres, *§. 1. in
Authen. de iureiuran. à mor. præst. l. heredem, ff. de reg. iur.*
Nonobstat, quòd non doceatur de citatione in exami-
6 ne, quia † illa ex cursu tanti temporis præsumi debet,
iuxta tradita per Gabr. *de præsumpt. conclus. 1. num. 36.*
Nec refert, quòd non fuerint cum toto processu remis-
7 sorali producti, quia † fuerunt producti ad effectum
iurium, & sunt ferè quadraginta anni, quòd fuerunt
examinati, idcircò probant absque exhibitione proces-
8 sus propter antiquitatem temporis, † vt de sententia
dicitur, Cassad. *decis. 3. de procur.* Put. *decis. 338. lib. 2.* Ant.
August. *decis. 145. lib. 3.* cùm ad effectum, de quo agitur,
9 † paribus passibus ambulent probationes, & sententia,
Bart. & alij *in l. 1.* vbi Cagnol. *num. 129. C. de eden.* & pro-
10 pterea † si aduersarius volet impugnare examen sub
prætextu nullitatis, ipse habebit exhibere processum,
Put. *d. decis.* fuit dictum in vna Bononiens. Bonorum 24.
Ianuarij 1600. coram R. P. D. meo Decano. Ita etiam po-
11 test responderi ad illud † quòd obiicitur de non publi-
catione testium, vltra quòd Rota illam non curat, prout
c nec alia suprema Tribunalia, [c] Guidop. *quæst. 586.* † &
12 non procedit, quando testes sunt mortui, [d] Alexand.
d *cons. 82. sub num. 23. lib. 3.* Felin. *in cap. causam, qui. il primo
num. 15. de test.* Isti autem testes fuerunt examinati de an-
no 1572. & erant valdè senes; & ob id præsumuntur
13 mortui, vt per informantes. Non obstat, quod † te-
stes fuerint examinati in possessorio, & propterea in
14 petitorio non probent, quia non procedit, † quando
fuerunt, vt in hoc casu, plenariè examinati quoad mo-
dum procedendi, quia tunc licèt examinentur in iudi-
cio summario probant in plenario, Anton. de Butr. *in
cap. cum dilectus § verum. num. 35. prope fin. vers. plus di-
cit de ordin. cognit.* Felin. *in dict. cap. causam. num. 6.* Dec.
*cons. 96. num. 2.* & dixit Rota in vna Pampilonens. Be-
e neficij 29. Octobris 1579. coram Lauretano, [e] quia
15 † plenaria cognitio non attenditur penes ordinem iu-
dicij, sed penes qualitatem probationis, Bal. *in l. si Iudex
num. 5. in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Dec. *dicto
cons. num. 2. circa med.* sed verius est, quòd articuli, prout
respiciunt petitorium, videlicet, ius primogenituræ, ita
etiam fuerunt dati in petitorio, quia Ioachimo agenti
ad restitutionem bonorum excipiebat Ludouicus ea ad
ipsum iure hæreditario spectare, vnde fuit necesse re-
plicando probare, quòd bona ista non veniebant sub
hæreditate paterna, sed erant subiecta primogenituræ
ex pacto, & prouidentia maiorum suorum, ex quo etiam
16 † patet responsio ad illud, quod obiicitur, testes exami-
natos super exceptione non probare, vbi per viam actio-
nis proceditur, quia non est verum, quòd sint examinati
per Ioachinum excipiendo reconuentioni Ludouici, sed
potius replicando in sua reconuentione, vt dictum est.
17 Replicatio † autem sapit naturam actionis, & secùdùm
eam regulatur, [f] Alex. *in l. fin. post num. 25. vers. sed Ang. & f
alij,* & ibi Curt. iun. *sub nu. 14. C. de eden.* Paris. *cons. 95. nu.
36. lib. 1.* & dixit Rota coram Lauretano in vna Bono-
niens. census 27. Iunij 1580. † dicitur enim coadiuuatio 18
actionis, Bal. *in l. 1. §. editiones. num. 17. ff. de edend.* & in
processu legitur (*articuli inter Ioachinum agentem, & Lu-
douicum conuentum*) appellantur additionales articuli,
vnde sicut primi fuerunt dati à Ioachino seniore vti
actore, ita etiam dicendum de istis, † quia natura addi- 19
tionis ea est, vt reguletur secundùm naturam sui præ-
existentis, cui accedit, *l. etiam,* vbi Bart. Bald. & alij *C. de
iur. dot. l. inter socerum, §. cum inter ff. de pact. dot. l. si ex toto
ff. de leg. 1.* † Probationes etiam tendunt ad eumdem, qui 20
tunc prætendebatur, finem, cùm agatur ad eamdem rem
consequendam, Bellam. *in c. 1. nu. 10. vers. alij distinguunt.
de ord. cogn.* Paris. *cons. 87. nu. 57. lib. 3.* agitur enim ad con-
sequendum Castrum ex iure primogenituræ, prout age-
bat Ioachinus senior, quando examinauit testes, licèt
enim tunc ageretur ad bona, quæ dicebantur de iure
Castri, & hodie agatur ad Castrum ipsum, † attamen 21
pars est eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est totum, *l.
Lucius,* vbi glos. *ff. de fund. instruct. l. grege, & l. seq. cum ibi
not. ff. de leg. 1.* & eadem † cognitio circa primogenituram 22
est adhibenda ex quo arguitur etiam identitas finis, &
intentionis actoris, Bellam. *vbi supra num. 11. versic. sed
contra.* Nec refert, quòd in illo iudicio ageretur de ex-
cludendo secundo genito, hîc autem agatur de exclu-
sione fœminæ, quoniam † finis agendi, qui considera- 23
tur ex parte actoris, *l. si quis intentione ambigua ff. de iud.*
Ang. *in l. 1. in fin. ff. de tritic.* non alteratur, nec diuersifi-
catur ex persona rei conuenti, *l. 1 §. 1. ff. si pars hæred. pet.*
Contard post Bal. & Soc. quos allegat *in l. vnic. limit. 2. §.
4. num. 2. C. de moment. possess.* Ex quibus, & aliis latiùs per
informantes deductis fuit conclusum testes fidem fa-
cere in hoc iudicio. An autem concludant primogeni-
turam secundùm intentionem Domini Antonij; non
est præsentis inspectionis, sed erit suo loco videndum.

*ANNOTATIO.*

a Crau. *de antiq. tempor. par. 1. §. ampliatur num. 23.* Put. *decis. 42.
de Iudic.* & dixit Rota in Montis Falisci Fideicommissi
12. Maij 1603. coram R. P. D. Pamphilio, successor enim
singularis non debet esse melioris conditionis, quàm
suus auctor, Crau. *cons. 29. nu. 1.* cum aliis per Menoch. *cons.
813. nu. 11.* & ideo etiam confessio auctoris nocet singula-
ri successori, Rota *decis. 90 num. 1. & decis. 544. num. 5. & de-
cis. 776. num. 1. par. 1. diuers.*

b Rota *decis. 293. sub num. 6. par. 1. in recentior. & decis. 346. sub
num. 3. in fine, & par. 2. in recent. & decis. 60. num. 1. & seq.* in-
ter impress. penes Zacch *de societat. Offic.*

c Quid Curia Romana, & Rota seruet in materia publica-
tionis testium, vide Farinac. *de testib. quæst. 75. nu. 6. & seq.
& num. 11.*

d Idem Farinac. plures cumulans *d. quæst. 75. num. 26.*

e Rota *decis. 35. num. 3. par. 1. diuers.*

f De materia replicationis plenè tractat Asin *in prax. §. 16.
per multa capita.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

# Firmana Laudi.

*Lunæ 12. Decembris 1611.*

ARGVMENTO
non indiget.

*SVMMARIVM.*

1 *Peritis iudicio à Rota electis, & relationi standum est.*
2 *Ratio semel reddita non iterum reddenda est, & num. 3.*
*Non procedit quando constat de errore, & num. 4.*
*Sed etiam constito de errore non est iterum ratio redden-
da.*

*da, quando adest res iudicata, vel transactio, sed tunc vltra errorem requiritur dolus, & num.* 5.

DECISIO DXXXVI.

FVit conclusum rationem sufficienter fuisse reddi-
tam per Scæuolam, ea enim iustificatur per relatio-
nem plurium peritorum diuersis temporibus factas,
nempe, ex relatione Antonij Guidotti, ex relatione An-
1 tonij Gatti, ex relatione Ioannini, quorum † iudicio, cùm
fuerint electi à Rota, standum est, Bar. *in l. instar. num.* 11.
*C. de iur. Fisc. lib.* 10. Paul. de Castr. *in l. si cui libertas, nu.* 2.
*ff. de condit. & demonstr.* Neuiz. *cons.* 94. *num.* 18. præsertim
accedente decreto Rotæ mandante stari relationi Ioan-
nini, à quo non fuit per Daghanellos aduersarios recla-
matum, & ratione semel reddita Antonio Pistori, à
2 quo ipse fuerat deputatus, † non solùm sequitur non
2 teneri iterum reddere, ª Doct. *in cap. vni §. præsente de Cler. ægrot. lib.* 6. Soc. *cons.* 92. *num.* 1. *lib.* 4. Paris. *cons.* 89. *n.* 1. *lib.* 1. sed etiam, quòd ad propositum dubij, de quo agitur, facit præsumptionem; quòd ratio fuerit plenè, & sufficienter reddita. Non obstant ea, quæ longa serie opponuntur per Daghanellos; quia vltra quòd tolluntur ex relationibus peritorum, & decisionibus in hac causa factis, informantes pro Guilelmuciis omnibus singulariter respondent, quæ responsiones placuerunt Dominis. Solùm apud aliquos remanebat difficultas circa partitam flor. 56. pro carceratione (vt dicunt Guilelmucij) Scæuolæ, quia esset videndum, ex qua causa processisset, an fuerit iusta, vel iniusta carceratio, & quare imputetur, & cedere debeat in damnum societatis.

*ANNOTATIO.*

3 a Regula est, † quòd ratio semel reddita amplius reddi non debet, quã firmauit Rota *decis.* 517. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184. *nu.* 1. *par.* 2. *in recent. & decis.* 101. *&* 224. *sub num.* 4. inter impress. penes Farin *post* 2. *lib. cons.* plenè Munoa. *de ratiocin. c.* 41. & maximè habet locum stante liberatione, & quietantia amplissima reportata in prima redditione, Rot. *d. decis.* 101. *n.* 2. benè Menoch. *de arbitr. casu* 209. *n.* 37. & fuit dictum in Romana Curæ 29. Nouembris 1610. coram R.
P.D. Dunozetto, vbi ponderatur, quod liberatio erat iu-
4 ramento vallata. Ab hac regula receditur, † quando cõ-
stat de errore, Munoa. plures cumulans *dict. cap.* 41. *num.* 3. *& seq. & sub n.* 28. dicit constare debere de isto errore ex claris, & perspicuis probationibus, quod idem dixit Rota *d. decis.* 224. *num.* 5. *& decis.* 157. *par.* 1. *diuers.* Verùm hæc
5 limitatio non † habet locum, quando adest res iudicata, vel transactio, quia tunc non sufficit docere de errore, sed vltra errorem, constare etiam debet de dolo ad effectum, vt possit iterum ratio reddi, Menoch. *de arbitr. d. casu* 209. *n.* 37. Rota *decis.* 184. *nu.* 3. *par.* 2. *in recent.* & dixit etiã Rota in Interamnens. Pecuniaria 10. Februarij 1610. coram R. P. D. Pironano; & quòd quando constat de dolo, iterum sit reddenda ratio non obstante transactione, & re iudicata, & non obstante quietatione facta per quæuis amplissima verba, latè Farinac. *cons.* 96. *num.* 4. Rota *decis.* 157. *par.* 1. *diuers. & decis.* 184. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* requiritur tamen dolus verus, & non sufficeret præsumptus, Menoch. *de arbitr. d. casu* 209. *in fine.* Rota *d. decis.* 184. *num.* 4. *par.* 2. *in recen.* & fuit dictũ in d. Romana Curę 29. Nouembris 1619. coram R.P.D. Dunoaetto, vbi fuit põderatum, quod aliàs daretur processus in infinitum.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Vrbeuetana Dotis.

*Lunæ 16. Ianuarij 1612.*

ARGVMENTVM.

Libro priuato aliunde adminiculato fides est adhibenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Libro priuato scribentis est adhibenda fides iunctis adminiculis, & num.* 4.
2 *Testi benè informato, & de facto proprio deponenti attenta persona qualitate valde deferendum est.*
3 *Præsumitur contra non exhibentem scripturas.*

DECISIO DXXXVII.

REsolutum fuit partitam scutorum 2800. fuisse pro
residuo dotis D. Sulpitiæ Clementinæ solutam.
Hæc enim partita fuit adnotata à Curtio Margutino in
suo libro (*per resto della dote della Signora Sulpitia*) † 1
cui libro iunctis adminiculis esse fidem adhibendam
fuit resolutum. ª Accedit depositio D. Ciceri, qui non a
solùm super 9. articulo deponit de Confessione D.
Com. Ludouici, quòd apocha scutorum 2800. erat pro
residuo dotis, sed etiam super primo dicit (*che nella
quietanza computati li 400. scudi si comprẽdeua tutto il resto, & auanzo, che il Conte Ludouico pretendeua dal Signor Cornelio*) & super 3. dicit (*la verità fu, & è, che la mente, trattato, & conclusione fu di fare vn saldo finale di tutto il resto della detta poliza per la dote della Signora Sulpitia*)
† cui testi attenta personæ qualitate, & vti bene infor- 2
mato, ac de facto proprio deponenti Rota aliàs, & tunc
censuit multùm esse deferendum. Accedit solidatio
computorum inter Com. Ludouicum, & hæredem
Cornelij, longum silentium ab anno 1581. vsque ad
annum motæ litis post mortem Com. Ludouici de anno
1605. venditio Castri Aluiani, vt de pretio satisfieret
creditoribus, quòd fuit venditum de consensu d. Co-
mitis, qui ex d. pretio recepit scuta 400. † præsumptio, 3
quæ militat contra hæredem Comitis non exhibentem apocham, ad cuius exhibitionem Comes se obligauerat, & alia adminicula considerata in decisionibus ad probandum solutionem partitæ scutorum 2800. quæ sicut concludunt solutionem ipsam, ita & hanc qualitatem, quòd fuerit soluta pro residuo, & complemento integræ dotis.

*ANNOTATIO.*

a Etiam † liber priuatus pro scribẽte probat, quando aliun- 4
de est adminiculatus, Rota *decis.* 813. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* cum aliis per Nicol. Gen. *de scrip. priuat. lib.* 1. *qu.* 4. *nu.* 77.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

Calaguritana Beneficij de Cuacci.

*Mercurij 1. Februarij 1612.*

ARGVMENTVM.

Appellatio à relatione examinatorum quando admittatur, & an sit locus nouo Concursui.

*SVMMARIVM.*

1 *Ab examinatorum relatione datur appellatio.*
2 *Examen nouum est modus detegendi iniquitatem & iniustitiam examinatorum.*
3 *Maximè procedit, quando non fuerunt descripta interrogationes, & responsiones primi examinis.*
4 *Item quando non fuit lapsum tantum tempus vt scientia per nouum studium acquiri potuerit.*
5 *Appellatio à iudicio Ordinarij in materia electionis ad Parochiales ita demum admittitur si sit irrationabile, & latiùs num.* 6.
6 *Appellatio huiusmodi non admittitur ad effectum suspensiuum, sed solùm ad effectum deuolutiuum, & num.* 7.
7 *Appellatio ad effectum suspensiuum admittitur à sententia Metropolitani, & num.* 8.

DECI

## DECISIO DXXXVIII.

1 DOmini steterunt in decisis,quia † à relatione exa-
a minatorum datur appellatio, a vt fuit resolutum
in Calaguritana beneficij 21. Februarij 1611. coram R.
P.D.ineo Coccino Decano, & in hac causa 1.Iulij præ-
2 teriti; ad docendum † autem de grauamine est locus
nouo examini,qui est modus attendendi iniquitatem,&
b iniustitiam examinatorum, b & ita fuit factum in causa
3 Conchens.Beneficij de Valde Iudios,quod tantò † ma-
gis procedit in casu isto, in quo non fuerunt descriptæ
interrogationes,& responsiones,aut saltem oon fuerunt
transmissæ, & productæ, ita vt cùm ex ipsis apparere
non possit de grauamine, si aliunde doceri non posset,
inanis esset facultas appellandi.Præsumptionem habili-
tatis quæ per nouum studium acquiri potuisset, exclu-
4 dit † breuitas temporis quindecim mensium in circa,
quod tẽpus totum fuit multis occupationibus, & curis
pleoum, ita vt Michaël illis implicatus,& distentus non
facilè valuerit literarum studiis incumbere, vt latiùs in
decisione deducitur. Decisio Rauennatens. coram Illu-
strissimo Cardinali Arrigonio,& aliæ allegatæ loquun-
5 tur in aliis terminis,videlicet,† quando appellatur à iu-
dicio Ordinarij, à quo secundùm Constitutionem Pij
c V.ita demum datur appellatio,si sit irrationabilis, c quia
aliàs pro eo præsumitur, à relatione autem examinato-
rum est permissum simpliciter, & absolutè appellare.

### *ANNOTATIO.*

a De quo dixi *supra ad decis.525.*
b Vide *supra ad decis.157.*
6 c Ab electione † facta ab Ordinario in Concursu ad Paro-
chialem non datur appellatio,nisi quando constat de do-
loso,& irrationabili iudicio Ordinarij, Rota *decis.40.sub*
*nu.1.par.1.in recent.& decis.654.num.4. par. 4.in nouis.* Ma-
rescott.*variar.lib.1.cap.52.num.23. & 24.* & de ista irratio-
nabilitate & dolo liquidè constare debet, Marescot.*d.cap.*
*52.num.24.*& benè considerat Rota *d.decis.40. sub nu.1.*Et
7 appellatio † admittitur solùm ad effectum deuolutiuum,
non suspensiuum,vt disponit Cõstitutio Pij V.super pro-
uisione Parochialium, *vers.hæc tamen.* Garz.*d.cap. 2.num.*
*246.* quod est verum respectu appellationis interpositæ
ab electione Ordinarij,secùs autem respectu appellatio-
8 nis à sentẽtia Metropolitani,†seu alterius Iudicis Appel-
lationis reuocatoria prælectionis Ordinarij, Rota *decis.*
*537.per totam par.1.in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Legitimæ.

*Lunæ 6. February* 1612.

## ARGVMENTVM.

Legitimæ non præiudicatur per voluntarias donationes.Legitima non cadit sub generali renunciatione, & quando secus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legitima debetur nepoti ex filio in bonis auiæ.*
2 *Legitima debetur etiam de bonis donatis.*
3 *Legitimæ non præiudicatur per donationem merè voluntariam, & late num. 19.*
4 *Donatio dicitur inofficiosa, quando donans non retinet in patrimonio tantum, quantum capit legitima filiis debita, & donatio reuocatur vsque ad dictam quantitatem.*
5 *Procedit etiam si sit donatio facta loco pio, & in vsum pium, & etiam si sit facta Ecclesiæ.*
6 *Legitima non diminuitur, neque detrahitur de relictis ad pias causas.*
7 *Legitima continet Piam causam.*
8 *Legitima est fauorabilior qualibet Pia causa, & qualibet Ecclesia.*
9 *Legitima est magis debita filio, quàm Falcidia.*
10 *Tacita renunciatio non debet plus operari, quàm expressa.*
11 *Legitima non comprehenditur sub generali renunciatione, cùm requirat specialem mentionem, & num.20. vbi vide limitationem.*
12 *A legitima non excludit generalis approbatio testamenti.*
13 *Legitima non comprehenditur sub renunciatione quantumuis in ampla forma sit facta.*
14 *Procedit, siue renuntiatio fuerit facta mortuo patre, siue viuo.*
15 *Legitima comprehenditur sub generali renunciatione, quando renunciatio non potest habere effectum in alio iure, quàm in legitima.*
16 *Mater non potest testari, nisi de decima parte ex Statuto Vrbis.*
17 *Vxor præsumitur acquisiuisse de bonis mariti.*
18 *Legitimæ supplementum peti potest, quando institutio non sufficit pro integra legitima.*

## DECISIO DXXXIX.

REsolutum fuit Domino Duci deberi legitimam in
bonis donatis à Domina Fuluia, cùm † enim illi 1
vri nepoti ex filio prædefuncto ea debeatur in bonis
auiæ, *l.Papinianus.§.quoniam.in fin.ff.de inoffic.test.l.omni-*
*modo*, vbi glos. *in vers. aliis personis Cod.eod. tit.* † & non 2
possit per donationem minui, debetur tàm de bonis
donatis, sicut de non donatis, Paul. de Castr. *cons. 354.*
*post princ.& per tot.lib.2.*Cùm enim donatio † non sit æs 3
alienum ex causa onerosa, sed voluntarium, legitimæ
non præiudicat, a idem Paul. de Castr. *cons.82.in princ.* a
*lib.1.*cum aliis per Aym. *cons.141.n.5.* Rol.*cons.65.n.30.*
*lib.1.*& dixit Rota in Portuens. bonorum 16. Octobris
*1579.*coram bo.me. Card.Seraphino, hinc proditus est
titulus de inofficiosa donatione†qui habet locum quan- 4
do donans non retinuit in patrimonio, quantum capit
legitima filiis debita, & donatio reuocatur vsque ad di-
ctam quantitatem etiam si non malo animo à parenti-
bus sit facta, *Auth.vnde si parens*,vbi Paul. de Castr. Ias.
& alij *C.de inoff.test.*Bal.& alij *in l.1.ff.de inoffic.dona.*Soc.
iun.*cons.67.n.56.lib* 2.Iul.Clar.*in § donatio q.24.vers.aut*
*verò quis non agit.* Nec obstat, quòd donatio † sit facta 5
loco pio, & in vsum pium, quia etiam donatio inoffi-
ciosa ad pias causas reuocatur ad legitimam, Ias.*cons.141.*
*num.12.lib. 4.* & in donatione facta Ecclesiæ loquitur
Paul.de Castr.*in d.cons.354.*legitima † enim non minui- 6
tur,imò detrahitur de relictis ad pias causas, *Auth.si qua*
*mulier*,& ibi Doct.*C.de sacros.Eccles.l.si quis ad declinan-*
*dum*,vbi Bart.*num.6.Cod.de Episc. & Cler.* Bald.*consil.85.*
*num.2.lib.1.* Alex.*cons.45.num.11.lib.1.*Ruyn.*cons.140.*
*num.11.lib.5.* legitima † enim & ipsa causam piam con- 7
tinet, Bero.*cons.26.sub num.8 lib. 2.* imò est † fauorabi- 8
lior qualibet pia causa, & qualibet Ecclesia, *cap. fin. 17.*
*quæst.4.* Bero.*ibi*, Dec.*con 480.num.21.*Adducta autem
ex aduerso non faciunt, quia loquuntur de Falcidia, &
non est dubium † legitimam magis esse debitam filio, 9
quàm Falcidiam hæredi, Rol.*cons.65.num.25.lib.1.* Non
obstat transactio, per quam prætendunt informantes
pro Congregatione Oratorij Sanctæ Mariæ in Vallicel-
la fuisse per Ducem renunciatum legitimæ, quia nõ su-
mus in renunciatione successioois,vt loquuntur per eos
adducti,sed in concessiune facultatis disponendi, quam
nullibi probatur debere trahi ad legitimam, & indu-
cere eius renunciationem, & vbi haberet aliquam im-
plicitam, aut tacitam renunciationem, † ea non magis, 10
sed

sed minùs operari deberet, quàm explicita, & expressa,
iux. tradita per Aymon. *consil. 54 num. 5.* & per Curt. iun.
*in l. cum quid. num. 13. vers. obstante casu, ff. si cert. petatur.*
11 Renunciatio † autem expressa non porrigeretur ad le-
b gitimam, [b] quia cùm requirat specialem mentionem, *l.*
*si quando §. generaliter. C. de inoffic. testam. l. si quis in princ.*
*testamenti. ff. de leg. 3.* non venit in generali renunciatio-
ne, Gabr. *de legit. concl. 8. num. 1.* qui alios cumulat, & di-
cit omnes vnanimiter firmare hanc cõclusionem, quam
etiam firmauit Rota in alia Romana legitimæ 11. No-
12 uembris 1609. coram R. P. D. meo Manzanedo, † si-
cuti etiam dicitur de generali approbatione testamen-
ti, quæ non excludit à legitima, seu eius supplemento,
Anchar. *cons. 152. num. 8.* Dec. *cons. 236. num. 4.* cum mul-
tis cumulatis à Surd. *cons. 45. num. 51. & seqq.* & tenuit
Rota in alia Romana legitimæ 23. Iunij 1597. coram
13 bo. me. Card. Pamphilio, † & procedit, quamuis in
ampla forma fuerit renunciatum, Mich. Crass. post
14 alios *in §. legitima. quæst. 3. num.* 10. Siue † renunciatum
fuerit mortuo, siue viuo eo in cuius bonis debetur le-
gitima, Cras. de communi *ibi num.* 11. quicquid ex ad-
15 uerso dicatur. Non † obstat, quod dicitur renunciatio-
nem in isto caso non potuisse habere effectum in alio
iure, quàm in legitima, & propterea haberi, perinde ac
si ipsi legitimæ esset in specie renunciatum; quia limi-
tatio in iure est vera, sed non applicatur, potuit enim
operari facultas disponendi respectu dotis propter Sta-
16 tutum † Vrbis prohibens testari vltra decimam eius
17 partem, & ad tollendum præsumptionem, † *l. Quintus*
*Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor.* circa censum emp-
tum constante matrimonio. Non obstat, quòd Dux in
testamento fuerit institutus in quibusdam argentis, &
18 aliis iuribus, quia † hoc non tollit, quominus facto cal-
culo in eo, quod sibi deficit vltra relicta, possit ex bo-
nis donatis supplementum legitimæ petere, Paul. de
Castr. *d. consil. 354.* Ias. *cons. 125. in 2. dub. lib. 1.*

### *ANNOTATIO.*

19 a Et † quòd donationes voluntariæ factæ, si sint immensæ non diminuant legitimam filiorum vltra hic allegatos tradit Surd. *cons. 332. num. 14.* Peregr. *de fideicomm. in artic. 36. num. 35.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 751. num. 14. & seq.* vbi refert hanc decisionem Sanctissimi Rot. 161. *nu. 1. & seq.* inter impres. penes Pacif. *de Salu. iuxta nouam impress.* fuit dictum in Romana Legitimæ 13 Iunij 1614. coram R. P. D. Verospio, & in Romana Census de Mutis 24. Maij 1619. coram R. P. D. Coccino Decano, & hoc procedit etiam si donatio non fit in tanta quantitate, vt possit redargui de inofficiositate, Surd. *d. cons. 332. nu. 15. in fin.* Rota *d. decis. 161. nu. 2. & seq.*

20 b De quo † latè per Pereg. *de fideicommiss. art. 26. num. 87. & seq.* & plenè etiam Gratian. *discep. forens. cap. 751. nu. 19. & seq.* & quòd per generalem renunciationem, & approbationem testamenti censeatur renunciatum iuri detrahendi Legitimam, Doctores conueniunt, quòd duo copulatiuè requirantur. Primò, quòd verba sint adeò generalia, vt possint æquipollere particulari, & specificæ approbationi, & renunciationi legitimæ. Secundò, quòd illa specifica renũciatio ad aliud referri non possit, ita fuit dictũ in Ianuen. fideicommissi 9 Decembris 1613. coram R. P. D. Pirouano sequendo consil. Peregri. *68. num. 13. & 14. lib. 2.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Nouarien. Canonicatus.

*Veneris 9. Decembris* 1615.

### ARGVMENTVM.

Pensio imposita super beneficio non probat eius valorem, cùm possit esse imposita super distributionibus, quæ non sunt de corpore beneficij.

*Decisiones Papales.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Valor beneficij non probatur ex impositione pensionis, quia pensio potest reseruari etiam super distributionibus quotidianis.*
2 *Distributiones quotidianæ non imputantur in valore beneficij, & num. 7.*
3 *Procedit etiam si agatur de determinando valore ad effectum, vt sit necessaria prouisio Apostolica iuxta formam Indulti.*
4 *Distributiones sunt quid diuersum ab illa parte fructuum, quæ adimitur absentibus.*
5 *Distributiones non possunt dici de corpore beneficij.*
6 *Supplicatio sola probat absque literis, quando non agitur de Canonizatione, & num. 8.*
*Item sola supplicatio sufficit ad effectum obtinendi absolutoriam, licèt secus sit, si agatur ad effectum adiudicationis, & num. 9.*

### DECISIO DXL.

Domini recesserunt à resolutione in hac causa fa-
cta sub die 20. Decembris 1610. & dixerunt non
iustificari excessum valoris duc. 24. † quia reseruatio 1
pensionis ducat. 30. vltra quòd non benè probatur, imò
constat, quòd Guerrinus fuit absolutus à prætensione
d. pensionis, ea potuit esse reseruata super distributio-
nibus quotidianis, † quæ non computantur in valore 2
beneficij, [a] Oldrad. *cons. 118.* Fel. *in cap. ad aures. num. 14.* a
*de rescript.* Put. *decis. 464. num. 1. lib. 2.* Nec placuit Do-
minis responsio † data in decisione 9. pro statuendo va- 3
lore ad effectum, vt sit necessaria prouisio Apostolica,
iuxta formam Indulti, habendam esse rationem distri-
butionum quotidianarum, quia decis. Cæs. de Grass. 7.
*de prab.* ad hoc allegata illud non probat, cùm non lo-
quatur de distributionibus, sed de tertia parte, † quæ 4
ibi adimebatur absentibus, & satis differt à distributio-
nibus quotidianis, quia illa tollitur de ipso corpore
beneficij, & beneficium ipsum consistit etiam in hac ter-
tia parte fructuum, quod non potest dici de distribu-
tionibus quotidianis, † quæ non possunt dici de cor- 5
pore beneficij, [b] Oldrad. *d. consil. 118.* Boer. *decis. 340.* b
*num. 4.* & istam differentiam in terminis Indulti inter
tertiam partem sublatam, & distributiones assignat
idem Cæs. de Grass. *decis. 9. eod. tit.* Quia tamen hodie
exhibetur supplicatio reseruationis pensionis, cessat,
quod dicitur, reseruationem non probari, † ea enim 6
satis probatur per supplicationem absque literis, cùm
non agatur de eius Canonizatione, [c] Cassad. *decis. 8.* c
*num. 14. de restit. spol.* Mohed. *decis. 2. in fin. de priuileg.*
Sarn. *in reg. de infirm. resign. quæst. 18. sub num 4. vers. nec*
*obstat.* Rursus in dicta supplicatione pensio his verbis re-
seruatur (*super fructibus, prouentibus, obuentionibus, & emo-*
*lumentis vniuersis, non tamen distributionibus quotidianis*)
& ita cessat responsio præcipua quæ datur reseruationi
pensionis. Præterea libenter audirem partes de nouo,
præsertim quia aliqui ex Dominis non viderunt depo-
sitiones testium, per quos prætenditur probari excessum
valoris.

### *ANNOTATIO.*

a Distributiones † non venire sub nomine fructuum bene- 7
ficij plenè tradit Gonzal. *super reg. 8. §. 7. proœm. num. 154. vsque ad 206.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 3. num. 266.* vbi dicit, quòd valor beneficij consideratur, quantum beneficium valeat in portatis liberè, & in absentia ab Ecclesia, latè Monet. *de distribut. part. 1. quæst. 6.* vbi constituit regulam affirmatiuam cum pluribus ampliationibus, & limitationibus.

b Cum aliis penes Monet *de distribut par. 1. quæst. 6. num. 3.*

c Et quòd † supplicatio sola sufficiat absque literis quan- 8
do non agitur de Canonizatione gratiæ, Gabr. *cons. 190. num. 13. lib. 1.* Seraph. *decis. 538. nu. 4. & decis. 775. nu. 3.* Rota

*decis.407.num.5.& nu.2.& dec.530. nu.4.par.1.in recent.*cum aliis in hac decisione allegatis,& etiam ad effectum simplicis absoluturiæ sufficit sola supplicatio absque expeditione literarum, licèt secus sit ad effectum adiudicationis,Paris.*de resig.lib.6.quæst.5.nu.66.in fine,& 67.* Garz. *de benef.par.4.par.3.num.23.& 24.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Melioramentorum.

*Lunæ 16. Ianuarij 1612.*

### ARGVMENTO

non indiget.

### *SVMMARIVM.*

1 *Non implementi exceptio tunc solùm obstat, quando agitur ex eodem contractu, in quo adest obligatio adimplendi, secus si ex diuerso.*

*Item etiam si agatur ex eodem contractu, qui tamen habeat capita omnino separata, exceptio non implementi non potest opponi in capite separato, & nu. 2.*

### DECISIO DXLI.

STrictè ad dubium, quo quæritur, an Scarlato, &
Cellino agentibus vtili Saluiano interdicto obstet
exceptio non implementi, fuit resolutum non obstare,
quia ipsi non veniunt contra illos de Cibò in vim con-
tractus initi cum Ioanne conductore, neque ex eius
1 persona, vnde non potest eis opponi † exceptio non
implementi, quæ tunc demum intrat, quando quis agit
a ex illo contractu, in quo obligatur adimplere, [a] iux.
tradita per Cæphal. *consil.* 48. *num.* 42. aliosque addu-
ctos per informantes, & dixit Rota in vna Romana
executionis, seu non adimplementi 25. Iunij 1593. agunt
enim remedio *l. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. contr.
& l. interdum ff. qui potior. in pig. habe.* quæ remedia si in-
trent, & ao obstant ea, quæ contra prætensam hypothe-
cam opponuntur, erunt particulari dubio discutienda,
quia non sunt præsentis inspectionis, in qua quæritur, an
illis obstet exceptio non implementi circa ea, quæ fue-
runt promissa à Io. pro cuius resolutione sufficit, quòd
non agatur ex contractu cum eo inito, neque ex eius
persona per prædicta.

### *ANNOTATIO.*

2 a Imò † etiam si agatur ex eodem contractu, si tamen ille contineat capita separata, non potest opponi exceptio non implementi in capite separato, Natt. *consil.133. num. 5.* Surd.*consil.101.num.25.* Mant. *decis.238. num.1.* Rota *dec.389. num.3.par.2.in recentior.& decis.286. nu.1.* inter impress. penes Pacif. *de Salu. in nouis*, & fuit dictum in Romana de Cangij 25. Iunij 1621. coram R.P. D. Buratto.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana spolij domorum.

*Veneris* 10. *Februarij* 1612.

### ARGVMENTVM.

Agitur de spolio, quod dicitur competere hæredi, & contra hæredem. Legatum vsusfructus non est validum, si fiat ipsi hæredi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Extremum secundum probatur per sustentationem litis iunctis adminiculis.*

2 *Spolij actio competens auctori transit in eius hæredem, & nu. 9. vbi vide declarationem.*

*Amplia, vt transeat etiam in successorem singularem absque alia cessione, & num. 10.*

3 *Spolij actio datur aduersus possessorem rei, super qua fuit commissum spolium.*

*Procedit etiam si iste tertius possessor titulo, & bona fide possideat, & etiam si ille habeat causam ab auctore non vitioso, num. 11.*

4 *Item datur contra hæredem, quando lis super spolio fuerat iam introducta contra defunctum.*

5 *Legari à se ipso nemo potest, & ideò legatum vsusfructus relictum hæredi non tenet.*

6 *Institutio generalis hæredis comprehendit omnia bona, & iura hæreditaria, cùm quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

7 *Vsus fructus non cadit in re propria.*

8 *Fideicommissum expirat per præcedentiam substituti, & bona remanent libera in persona hæredis.*

*Spoliatus est restituendus, etiam si non bona fide possideret, & num. 12.*

### DECISIO DXLII.

PRo Io. Paulo informante fuit resolutum ipsum re-
stituendum ad omnimodam possessionem domo-
rum, de quibus agitur, quia de primo extremo, quòd
Capitaneus Iulius possederit. probant quinque testes, vt
fuit firmatum 29. Ianuarij 1601. in qua etiam fuit di-
ctum † constare de secundo extremo per sustentatio- 1
nem litis iunctis adminiculis. Actio autem † spolij cō- 2
petens Capitaneo Iulio transiuit in Io. Paulum eius hæ-
redem, [a] Soc. *in l. rem, quæ nobis. sub num. 10. vers. item* a
*quia transit ff. de acquir. possess.* Cagnol. *in l. hæredem. num.
17. ff. de reg. iur.* Neuiz. *cons. 78. nu. 1.* Crescen. *decis. 3. de
restit. spol.* fuit dictum in Perusina spolij Domus 1. Febr.
1608. coram R.P.D. meo Decano, & sæpissimè in aliis.
Et datur contra hæredes Tarquiniæ Cambiæ spoliatio-
nis, † tùm quia ad ipsos peruenit domus, in qua fuit 3
commissum spolium, [b] *l. 1. §. vlt. & l. si plures. ff. de vi &* b
*vi armat.* Abb. *in c. 2. n. 57. de ord. cogn.* Rip. *in cap. sæpè.
sub num. 8. vers. an autem. de rest. spol.* cum aliis per Me-
noch. *de recuperand. remed. 1. num. 157. & seqq.* † tùm quia 4
lis super spolio fuerat introducta contra ipsam Tarqui-
niam, vt per Abb. *in d. cap. 2. sub num. 57. vers. ex quo infe-
ro.* Menoch. *d. remed. sub n. 160. versic. limitatur primò.*
Quæ aliàs obiiciebantur de renunciatione, quam fece-
rat Capitaneus Iulius testamento Clementis, sunt satis
sublata in decisione tunc facta. Licèt autem tunc di-
ctum fuerit Capitaneum Iulium fuisse restituendum
ad possessionem vsusfructus tantùm, attamen hodie
Domini dixerunt hæredes ipsius restituendos fore ad
possessionem ipsarum rerum, quia cùm Capitaneus es-
set etiam hæres institutus, † sequitur, quòd prætensum 5
legatum vsusfructus non subsistebat, tùm quia erat vni-
cus hæres, vnde à se ipso legari non potuit, *l. legatum est
§. hæredi*, vbi glos. & Doct. *ff. de leg. 1.* tùm quia † pro- 6
prietas, quæ alteri non reperiebatur legata, veniebat sub
generali institutione facta ad eius fauorem, nam quoad
illam non potuit decedere intestata, *§. non autem vti-
que. Instit. de hæred. instit. l. ius nostrum. ff. de reg. iur.* † in re 7
autem propria non cadit vsusfructus, *l. vti frui. in princ.
ff. si vsus fruct. pet. l. 1. ff. de vsufr. instit. eod. tit. in princ.* † Et 8
licèt Capitaneo Iulio fuerint eius filij substituti, quia
tamen illi prædecesserunt, & non superfuit persona, cui
deberet fieri restitutio, bona penes ipsum remanserunt
libera, & ad quoscunque transmissibilia, *l. cùm pater §.
libertis. & l. qui solidum §. prædium*, vbi glos. *de leg. 1.* Dec.
*cons. 182. n. 1.* Nat. *cons. 191. num. 4.*

### *ANNOTATIO.*

a Rolan. † *consil. 6. num. 14. lib. 2.* Pontan. *de spol. lib. 1. num.* 9
*132.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 477. nu. 26.* fuit dictum

in Fe

in Feretrana Bubularum 30. Octobris 1617. corã R.P.D. Buratto, quod est verum, quando auctor fuit in vita spoliatus; aliàs si post eius mortem commissum fuit spolium, non potest hæres ex persona defuncti agere spolio, Gabr. *de restitut. spoliat. conclus. 5. num. 20.* & fuit dictum in Romana Spolij coram Rubeo impressa penes Marches. *de commiss. tom. 2. fol.* 210. & in Montis Falisci Spolij 19. Ianuarij 1596. coram bo. mem. Orano, & in Vratislauien. Prædiorum 23. Iunij 1608. coram R. P. D. Manza-
10 nedo. Non † solùm autem actio spolij transit in hæredem, sed etiam in singularem successorem absque alia cessione, Rota *decis. 307. num. 3. par. 1. in recent.* & fuit dictum in Romana Spolij 27. Nouembris 1615. coram R. P.D. Manzanedo, vbi reprobatur opinio contraria.
11 Competit actio † Spolij etiã contra tertiũ titulo, & bona fide possidentẽ, ac etiam habẽtem causam ab auctore non vitioso, latè Gabr. *de restit. spol. concl. 5. num. 38. & 73. vers. sed tenendo testatur de magis communi.* Thes. *decis. 29. num. 1.* Hier. Gabr. *cons. 36. n. 3. lib. 1.* vbi etiam testatur de magis communi, plenè Surd. *cons. 28. num. 58.* & hanc opinionem passim seruat Rota, vt testatur Matescot. *variar. lib. 1. cap.*
12 *59. num. 10. & 11.* vbi refert plures decis. Rotæ, † quod procedit, etiam si spoliatus bona fide non possideret, quia in spolio non respicitur, an quis iustè possederit, sed solùm an sine iusta causa à possessione eeciderit, Gabr. *cons. 36. nu. 6. lib. 1.* Rota *decis. 244. num. 2. par. 1. diuers.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi de Palutiis.

*Veneris 24. Februarij 1612.*

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis quando sint subministranda. *Auth. res, quæ* est remedium subsidiarium.

*SVMMARIVM.*

1 *Alimenta, & sumptus litis vt subministrentur reo colitiganti probanda est paupertas, & præsumptio boni iuris.*

2 *Dos, & donatio propter nuptias non potest detrahi de bonis fideicommisso subiectis, nisi in subsidium, quando constat non adesse alia bona libera, & nu. 3.*

*Et sufficit, quòd dos possit constitui ex fructibus fideicommissi, & nu. 4.*

*Item etiam si fidei committens mandauerit fœminas dotari ex bonis fideicommissi, est intelligendum, quatenus aliunde congruè dotari non possint, & num. 5.*

DECISIO DXLIII.

Resolutum fuit D. Hieronymæ non esse subministranda alimenta, & sumptus litis, † quia ad istum
1 effectum duo sunt per ipsam probanda, paupertas, &
2 præsumptio boni iuris, [a] Aret. *in cap. si quis testium col. 3. in 2. & 3. concl. de testib.* Alciat. *reg. 3. præs. 9. num. 8. & seq.* Costa *pract. quæst. cap. 6. sub nu. 5. & seq.* Crescen. *decis. 8. de iud.* fuit dictum in vna Hortana domus 25. Octobris 1604. coram me, & sæpissimè in aliis. Neutrum autem probauit, nam de paupertate nihil, imo datur fumus de contrario; bonum ius etiam non apparet, quia cùm prætendat donationem propter nuptias, & alimenta ex bonis fideicommisso subiectis, *iux. Auth.*
2 *res, quæ C. comm. de leg.* † non constat non adesse alia bona non subiecta fideicommisso, & tamen remedium est subsidiarium, & non habet locum, quando extant
b alia bona, [b] Ias. *in d. Authen. num. 7. vers. in duo considera,* vbi etiam Curt. iun. *num. 15. circa med.* Paul. de Castr. *cons. 356. num. 4. lib. 1.* Alex. *cons. 56. num. 3. vers. verùm quia, & in fin. lib. 1.* Soc. *cons. 75. nu. 1. & 13. lib. 1.* Paris. *cons. 67. n. 49. lib. 1.*

*Decisiones Papales.*

*ANNOTATIO.*

a De † qua materia dixi *supra ad decis. 189.* Peregr. *de fideic. art. 42. num. 66.* Petr. *de fideic. quæst. 8. num. 459.* Seraphin. *decis. 1483. nu. 5.* & latè fuit dictum in Romana, seu Iouen. Dotis 30. Martij 1609. coram Penia. Imò † si fructus fi- 4
deicommissi sufficerent pro dote constituenda non debet fideicommissum minui pro assignanda dote, Seraph. *decis. 481. n. 3. & dec. 1483. n. 5.* & Rota *decis. 66. n. par. 3. in recent.* Et † prædicta habent locum, etiam si testator, qui 5
fecit fideicommissum mandasset fœminas dotari ex bonis fideicommissi, nam dicta dispositio est intelligenda, quatenus aliunde congruè dotari non possent, Castr. *consil. 64. num. 4. lib. 2.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 4. cap. 7. nu. 2.* fuit dictum in Romana 12. Decembris 1599. coram Cardinali Millino, & in Romana Census de Muris 12. Decembris 1614. coram R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census 20. mil.

*Veneris 24. Februarij 1612.*

ARGVMENTVM.

An, & quando censeatur quis relictus legatarius, an verò nudus, & merus minister.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatarius debet consequi fructus superextantes detractis oneribus.*
2 *Executor merus, & nudus minister nullum emolumentum consequi potest.*
3 *Minister nudus repræsentat se ipsum, non alium.*
4 *Contemplatione cuius personæ quid fuerit dispositum, attendendum est.*
5 *Dictio* (accioche) *importat causam finalem, à qua tota dispositio regulatur.*
6 *Causa, quæ respicit pietatem, præsumitur finalis.*
7 *Minister nudus, non legatarius censetur quis relictus, quando præcedunt onera, & postea pro illis exequendis fit assignatio.*
8 *Item si fuerit data ampla authoritas sine interuentu, & licentia hæredis adiecta prohibitione, quòd hæredes non possint molestare dictum executorem.*
9 *Dictio* (altro) *implicat, & denotat similia.*
10 *Redditio rationis non cadit in re propria.*
11 *Minister nudus quis censetur electus, quando omnia tenetur distribuere, & nihil pro se retinere potest.*
12 *Testatoris voluntas declaratur ex vsu eius loquendi.*
13 *Legatum relictum pro supplemento victus per prius legati includit præcedens legatum, & facit vnicum legatum extra primum.*
14 *Augmentum debet regulari secundum naturam suæ præexistentis, cui accedit.*
15 *Minister nudus, non legatarius quis censetur relictus, quando post eius mortem non fuit subrogatus hæres, sed executor testamentarius.*
16 *Subrogatio ostendit eiusdem naturæ esse subrogatum, cuius est ille, cui fit subrogatio.*
17 *Testis verisimiliter informatus de voluntate testatoris, eo quia testator omnia faciebat de eius consilio, multùm probat.*
18 *Testis deponens de facto proprio magis probat.*
19 *Iunctis adminiculis plenè probat.*
20 *Ademptio, & translatio legati potest causare aliquod odium contra testatorem transferentem, non contra translatarium.*
21 *Minister merus, non legatarius quis censetur, si substantia dispositionis id suadeat, etiam si testator illum nominauerit legatarium.*
22 *Bart. in l. 1. ff. de adim. legat. declaratur.*

23 *Testatoris intentio, in quem dirigatur, est attendenda, non autem cum quo loquatur.*
24 *Ministro nudo potest relinqui.*
25 *Dictio* (nisi) *ponit exceptionem supra dispositis.*
26 *Exceptio debet esse de terminis eius, quod limitat.*
27 *Minister merus quis potest esse relictus, etiam si verba legati sint in ipsum concepta.*
28 *Minister nudus potest considerari dupliciter, vel respectu tituli, vel respectu commodi.*
29 *Minister nudus non censetur in dubio, quando verba dispositiua in ipsum diriguntur, secus autem si appareat de mente testatoris contraria.*
30 *Testatoris verba magis recipiunt interpretationem secundùm consuetum modum loquendi testatoris, quàm secundùm ipsorum proprietatem.*
31 *Minister nudus, non legatarius censetur, quando onus adiunctum non ita benè poterat per hæredem præstari, siue verè, siue secundum opinionem testatoris, & qualiter id dignoscatur, & nu. 23.*
32 *Opinio testatoris attendenda est ad interpretandam eius voluntatem.*
34 *Bart. in l. Pamphilo. §. duos ff. de leg. 3. declaratur.*
35 *Bar. in Lucius §. à te peto ff. de leg. 3. reprobatur.*
36 *Minister nudus non desinit esse ex eo, quòd aliqua onera annua ab eo præstanda sint relicta.*
37 *Item nec ex eo, quòd testator de residuo non disposuerit.*
38 *Subrogatus nihil plus iuris habere potest, quàm ille, in cuius locum subrogatur.*
39 *Executor grauatus alicui tradere post tempus, medio tempore commodum ex legato percipit.*
40 *Verbum* (lego) *est verbum iuris, & verbum* (lascio) *est verbum facti.*
41 *Minister nudus potest constitui etiam cum verbis nudis, & per verbum* (lego).
*Legatarius quando quis censeatur relictus, an verè merus, & nudus minister, & effectus huius disputationis quisnam sit, latè vide nu. 42.*

## DECISIO DXLIV.

MArchionissa Guardiæ, institutis in suo vltimo testamento hæredibus Archihospitalibus Sancti Spiritus, & Sancti Iacobi Incurabilium, in quibusdam codicillis postea editis statuit, quòd ex omnibus suis censibus, qui tempore mortis reperirentur, præstaretur certa annua quantitas ceræ, & portio obsonij fratribus de Ara Cœli, vnum paramentum pro cappella ab ipsa testatrice fundata, vestes lugubres ancillis, & famulis, necnon quædam alia, de quibus priùs disposuerat; ad quem effectum reliquit dictos census Domino Antonio Gallo, in cuius locum postea in aliis codicillis subrogauit D. Scipionem de Tulpha dictæ testatricis nepotem, in quem legata facta d. Antonio transtulit, & d. Scipioni successit D. Horatius de Tulpha. Quia autem fructus censuum excedebant in notabili quantitate onera iniuncta, orta fuit controuersia inter D. Horatium, & præfata Archihospitalia super eo, quod supererat ex fructibus censuum post præstationem onerum, & Rota 16. Octobris 1595. proponente bo. mem. Cardinali Pamphilio resoluit illud spectare ad D. Horatium tanquam hæredem Scipionis. Cui resolutioni, cùm non acquiescerent hospitalia, obtinuerunt de nouo audiri coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, dum inter nos fuit, coram quo causa pluries, & pluries coram me proposita tandem 24. Februarij 1612. Domini recesserunt à decisis, & quoniam difficultas in eo consistit, an Marchionissa elegerit personam D. Antonij, vt
1 esset legatarius dd. censuum, † quo casu ad ipsum vti eorum dominum *l. cum Titie. ff. de furt.* sine dubio fru-
2 ctus superextantes pertinuissent, vel potiùs † voluerit eum esse executorem dictarum præstationum, & nu-
a dum ministrum, * apud quem nihil remanere debet, *l. si quis Titio, & l. Lucius §. à te peto ff. de leg. 2.* Bar. *in l.*
*pecunia. nu. 1. ff. de adim. leg.* † ea ratione quia nudus mi- 3
nister non se repræsentat, sed alium, Bal. *in d. l. si quis Titio. num. 5.* Visum fuit Dominis Marchionissam de eo statuisse vti nudo ministro; probat ipsa series dispositionis, ex qua patet Marchionissam solùm inspexisse, quòd dicta onera præstarentur ex fructibus censuum, non autem quòd ex eis commodum aliquod sentiret Anto-
nius, cui fuerat abundè aliis legatis prouisum; † mul- 4
tùm autem interest, cui testator voluerit prospectum esse, cuiusque contemplatione fecerit, vt dicit Iurisconf. *in l. fideicommissa §. interdum ff. de leg. 3.* & quòd fuerit tantùm considerata præstatio onerum, denotat illud
verbum † (*accioche*) quod importat causam, à qua tota 5
dispositio regulatur, Soc. *conf. 89. num. 9. lib. 3.* Aym. *conf. 227. nu. 6. & seqq.* & in istis terminis benè facit dispositio *d. §. à te peto*, verba enim illa (*pro hoc*) ibi posita æquipollent verbo (*acciocche*) quod tantò magis dicendum,
quia præstatio erat facienda in vsus pios, & † causa, quæ 6
respicit pietatem, præsumitur finalis, Bartol. Imol. & Rom. *in l. 2. §. fin ff. de donat.* Salyc. *in l. generaliter. la seconda ante fin. vers. aut ad validitatem. C. de Episc. & Cler.* Ruyn *conf. 137. nu. 10. lib. 3.* Tiraq. *cess. caus. lim. 1. num. 41.* benè facit, quod tradit Ang. *conf. 124. numer. 4. vers. circa quod*; & quòd intentio Marchionissæ fuerit prospicere solutioni dd. fructuum, inde patet, quia voluit pro ea census esse perpetuò affectos, & si quando contingeret aliquod redimi, iussit, vt illico pretium inuestiretur in aliis censibus, qui dictæ præstationi essent obnoxij.
Quòd etiam Antunium adhibuerit † vti ministrum, 7
non vti legatarium, probatur, quia priùs præcedūt onera, & postea pro illis exequendis fit assignatio, Paul. de Castr. *in d. §. à te peto. num. 1.* vbi etiam Cum. *num. 1. vers. non obstat argum.* Imol. *nu. 2. in fin.* Cuiac. *ad lib. 2. respons. Scaeuola in d. l. Lucius §. à te pete.* quæ doctrina optimè probatur ex verbis illius tex. & saltem procedere habet in dubio, & iunctis aliis præsumptionibus, quicquid ex
aduerso dicatur. Hoc pariter comprobat † authoritas 8
data Antonio à testatrice, quòd possit dictam præstationem facere sine interuentu, & licentia hæredis, & magis illa prohibitio, quòd hæredes non possint illum molestare super istis censibus, vana enim, & inepta fuisset hæc prohibitio, & liberatio si Antonius futurus fuisset legatarius, & censuum dominus. Ponderanda sunt etiam verba prohibitionis (*tanto sopra detti censi quanto sopra ogni altro denaro, che apparisse esser diuenuto in ma-*
*no delli suoi*, illa enim dictio († *altro*) cuius natura est 9
implicare, & denotare similia, *l. si fugitiui. cum gloss. C. de seru. fugit.* Bal. *in l. fin. num. 1. C. de his, qui à non dom. manum.* Aret. *cons. 116. nu. 3. post med.* indicat, quòd etiam census non essent sui, prout nec pecunia, quæ ad
eius manus peruenisset, præsertim cùm † qualitas, quòd 10
res sit aliena, benè conueniat redditiuni rationis, & non cadat in re propria. Hoc etiam suadet similis vsus loquendi eiusdem testatricis in aliis codicillis, in quibus eidem Antonio reliquit omnia mobilia, granum, blada, & vina sub his verbis (*& acciò dette sue donne, è Tarquinio, è miser Francesco suo seruitore possino viuere, è sostentarsi commodamente, lascia à detto miser Antonio tutti li suoi mo-*
*bili, grani, vini, biade, &c.*) † & ex dispositione subsequen- 11
ti apparet, quòd omnia tenebatur distribuere, nihilque pro se retinere poterat, & sic erat electus nudus mini-
ster, ex vsu † autem loquendi testatoris benè declara- 12
tur eius voluntas, *l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. l. cùm alimenta. ff. de alim. & cib. leg.* Paris. *cons. 50. n. 19. lib. 4.* cum aliis per Illustrissimum Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 9. num. 6.* Augetur, quia refert se ad dicta in præcedentibus codicillis circa huiusmodi præstationem, dum dicit (*modo, & forma, prout in primo codi-*
*cillo*) & quia † assignatio census fuit facta pro supple- 13
mento victus priùs legato, quod includit præcedentia,

& fa

& facit vnicum legatum, Dec. *conf.* 423. *nu.* 5. Vnde non
14 debet vnum, & idem legatum diuerso iure censeri, † &
quia augmentum debet regulari secundùm naturam sui
præexistentis, cui accedit, *l. etiam*, vbi Bar. Bal. & alij, *Cod.
de iur. dot. l. inter socerum. §. cùm inter ff. de pact. dot.* Com-
probat etiam subrogatio facta in locum Antonij post
eius mortem, quia ad istam præstationem tunc subro-
gauit executores testamentarios ex dd. censibus nullum
commodum sperantes, ex quo duo oriuntur argumen-
15 ta, primum, quòd † cùm non vocauerit ad istud onus
hæredes Antonij, ad quos, si legatarius fuisset, transiis-
sent census cum onere suo, apparet, quòd Marchio-
nissa noluit legare illi dd. census; secundum est desum-
16 ptum à vi subrogationis, † quæ ostendit eiusdem natu-
ræ esse subrogatum, cuius ille, cui subrogatur, *l. si eum §.
qui iniuriarum ff. si quis caut.* sicut enim isti executores
habebunt nudum ministerium tantùm, ita est dicẽdum
de Antonio, in cuius locum fuerunt subrogati. Accedit,
quia sicut grauauit Antonium viuentem ad reinuestiẽ-
dum census, qui redimerentur, ita etiam executores te-
stamentarios post eius obitum, quo casu si Antonius
fuisset legatarius, debuissent grauari hæredes ad dictum
inuestimentum, quia pretium ad ipsos vti Dominos cẽ-
suum, & ad quos retrouenditio spectabat fuisset peruẽ-
turum, aut saltem ad consignandum pretium præfatis
executoribus ad d. effectum, nullo autem pacto pote-
rant executores directò grauari ad census reinuestien-
dos, si non remansissent in hæreditate. Multùm etiam
mouit D D. depositio eiusdem Antonij non solùm at-
tenta qualitate personæ, quia tempore depositionis erat
17 prælatus, † sed etiam quia benè informatus de mente
ipsius Marchionissæ, quæ, vt dicunt testes, omnia fa-
18 ciebat de eius consilio, & quia † videtur deponere de
facto proprio, & per consequens fortiùs probat, Aym.
*conf.* 2. *num.* 9. Siluan. *conf.* 94. *nu.* 14. *decis.* Benint. 63. *ad
fin.* & plusquam semiplenè, Cæs. de Grass. *dec.* 2. *in fin.
de empt. & vendit.* dixit Rota in vna Vrbeuetana bono-
19 rũ 3. Iunij 1576. coram bo. me. Card. Seraph. & † iunctis
adminiculis, & coniecturis, de quibus supra, aliisque per
informantes deductis plenè probat Paul. de Castr. *in l.
quicunque in fin. C. de ser. fugit.* Crot. *in tract. de test. n.* 209.
Soc. iun. *conf.* 61. *in fin. lib.* 1. Ceph. *conf.* 452. *n.* 38. Non ob-
stat, quòd testatrix reuocasset illi omnia legata, & tran-
stulisset in DD. de Tulpha, quia dato, quòd ægrè tulisset
20 ademptionem, & translationem, † hoc potuisset causare
aliquod odium cõtra Marchionissam transferentẽ, non
autem in illos de Tulpha, in quos fuit facta translatio,
actus enim translationis fuit testatricis, non ipsorũ. Non
21 obstat, quòd testatrix nominauerit Antoniũ legatariũ, †
quia omisso quòd magis inspicienda est substãtia dispo-
sitionis, quàm denominatio, ad tradita per Tiraq. *de re-
tra. lign. §* 1. *gl.* 14. *n.* 81. verè est legatarius absq; eo, quod
fuissent illi relicti cẽsos, fuerat enim aliis legatis à Mar-
chionissa honoratus, & verba illa (*& acciò detto legatario,
ilquale nomina, & vuole che sia, &c.*) nõ constituunt eum
legatariũ, sed designant, quis ex legatariis fuerit ad tale
ministeriũ electus, immò cùm dicat (*lascia al legatario*)
præsupponit illũ legatarium per priùs, & aliunde, quàm
22 ex censibus. Non obstat † doct. Bar. *in l.* 1. *ff. de ali. leg.* dũ
distinguit inter verba dispositiua, & executiua, quia plu-
rib. modis fuit respõsum, & primò quòd facit pro intẽ-
tione hospitaliũ, sumus enim in secundo mẽbro distin-
ctionis Bar. quia verba executionis conferuntur in per-
sonam Antonij ibi (*& acciò dette legatario possa eseguire,
& adempire detta sua volontà, lascia al detto legatario*, &c.)
Ex quibus constat, quòd relictum fuit factum pro exe-
cutione, & ipsum fuisse nominatum gratia executionis,
23 & ministerij, † non oportet enim quærere, cum quo te-
stator loquatur, sed in quem voluntatis intentio diriga-
tur, *l. cùm pater §. donationis ff. de leg.* 2. Illustrissim. Man-
tica *de coniectu. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 19. *post n.* 9. Secũdò etiam
ministro † relinqui potest, sicut quotidie fit commissa- 24
riis, vt dicit glos. *in l. si quis Titio. in ver. ministrum. ff. de
leg.* 2. & benè probat d. lex ponderãdo illam dictionem
(† *nisi*) quæ cùm ponat exceptionem supradictis, Alex. 25
*conf.* 64. *in princ. lib.* 4. & exceptio † debeat esse de termi- 26
nis eius, quod limitat iux. notata *in l.* 1. *ff. de reg. iur.* in-
nuit, † quòd possit esse minister etiam quòd verba le- 27
gati sint in ipsum concepta, vt loquitur tex. *in princip.*
hoc etiam probatur *ex d. §. à te peto*, ibi enim dixerat te-
stator, decem aureos è medio percipito, idem etiam pro-
bat *l. fideicommissa §. interdum.* iuncta glos. in ver. *non pu-
blicamus ff. de leg.* 3. Nudus enim minister † potest dici 28
dupliciter, vno modo respectu tituli, & commodi, vt
quia non sunt verba dispositiua relata ad eum, nec etiam
habet commodum, alio modo potest dici nudus mini-
ster respectu commodi, non respectu tituli, Imol. *in l. si
quis Titio. num.* 2. *ff. de leg.* 2. quam etiam distinctionem fa-
cit ibi Bal. *num.* 2. *in fin.* vbi dicit nudum dici, vel abstra-
ctum à commodo, & titulo, vel abstractum à commo-
do, sed non à titulo. † Tertiò, quod dicitur, quando 29
verba dispositiua diriguntur ad legatarium, non censeri
nudum ministrum, procedere in dubio Imol. vbi *supra
num.* 1. *in fin.* secùs autem, si appareat de mente testatoris
contraria Imol. ibi *num.* 2. Hic autem de contraria mente
constat ex supradictis. Quartò licèt hoc verum esset ex
proprietate verbi, & secundùm iuris interpretationem,
attamen cùm testatrix, vt supra dictum est, iisdem verbis
directis ad ministrum vsa fuerit in aliis legatis, verba
† recipiunt potiùs interpretationem secundùm consue- 30
tum, & solitum sensum, & modum loquendi testatri-
cis, quàm secundum ipsorum proprietatem, Paul de
Castr. *in l. quo loco §.* 1. *circa princ. ff. de hæred. instit.* Paris.
*conf.* 19. *n.* 167. *lib.* 2. Dec. *conf.* 42. *n.* 32. *lib.* 2. & hæc ver-
ba in effectu respiciunt executores. Non obstat, quòd
ista onera potuissent æquè benè præstari per hæredes,
quo casu Antonius censeri debet legatarius, non mini-
ster, nam retorqueri potest, † quia è conuerso censeri 31
debet minister, si non æquè benè possunt per hæredem
præstari, & hoc procedit siue verè, siue secundùm opi-
nionem testatoris ipse est meliùs præstaturus, vt tradit
Cum. *conf.* 107. *circa med.* quem sequitur Curt. iun. *conf.*
105. *n.* 22. & 23. Secundùm † enim opinionem testato- 32
ris intelligenda est eius voluntas, Bal. *in l. vlt. §.* 1. *nu.* 52.
*C. com. de leg.* & pro vero accipiendum est, quòd testa-
tor credidit esse verum, *l. seruo manumisso*, & ibi Ias. *n.* 2.
*ff. de cond. indeb.* latè Illustriss. Mantic. *de coniect. vlt. vol.
lib.* 3. *tit.* 10. & fuit dictum in vna Vrbeuetana Legati 28.
Maij, & 8. Iunij 1584. coram bo. me. Card. Seraphino.
Quòd autem † Antonius esset meliùs præstaturus sal- 33
tem secundùm opinionem testatricis, probat maxima
ipsius testatricis confidentia de persona Antonij, de qua
deponunt testes, & de qua testatur decisio bo. me. Card.
Pamphil. & probatur, quia omnes alias similes præsta-
tiones illi commisit, & verè etiam ex natura rei patet,
quòd ipse vti melius informatus de personis, quibus es-
sent præstandæ, meliùs poterat exequi voluntatem te-
statricis, quàm Hospitalia, quæ quotidie à nouis mini-
stris reguntur, qui vix propria Hospitalium negocia, ne-
dum aliena possunt ea, qua requiritur diligentia, præsta-
ri. Non † obstat doctr. Bar. *in l. Pamphilo §. duas ff. de leg.* 34
3. dum dicit considerandam esse paritatem, vel impari-
tatem inter legatum, & onus legato adiectum, vt co-
gnoscatur, an legatum sit factum gratia oneris, quia non
applicatur; loquitur enim in terminis legati, & illud
præsupponit, hic autem dubitatur, an sit, vel non sit le-
gatum. Minùs obstat distinctio eiusdem † Bar. *in d. §. à* 35
*te peto.* de onere habente determinatam, vel indetermi-
natam expensam, quia communiter reprobatur ab aliis,
vt ibi per Castr. & Imol. vltra quod etiam inter ista one-
ra aderant multa, quæ habebant indeterminatam expẽ-
sam, vt suppletio alimentorum pro ancillis, aliisque fa-

23 *Testatoris intentio, in quem dirigatur, est attendenda, non autem cum quo loquatur.*
24 *Ministro nudo potest relinqui.*
25 *Dictio* (nisi) *ponit exceptionem supra dispositis.*
26 *Exceptio debet esse de terminis eius, quod limitat.*
27 *Minister merus quis potest esse relictus, etiam si verba legati sint in ipsum concepta.*
28 *Minister nudus potest considerari dupliciter, vel respectu tituli, vel respectu commodi.*
29 *Minister nudus non censetur in dubio, quando verba dispositiua in ipsum diriguntur, secus autem si appareat de mente testatoris contraria.*
30 *Testatoris verba magis recipiunt interpretationem secundùm consuetum modum loquendi testatoris, quàm secundùm ipsorum proprietatem.*
31 *Minister nudus, non legatarius censetur, quando onus adiunctum non ita benè poterat per hæredem præstari, siue verè, siue secundùm opinionem testatoris, & qualiter id dignoscatur, & nu. 23.*
32 *Opinio testatoris attendenda est ad interpretandam eius voluntatem.*
34 *Bart. in l. Pamphilo. §. duos ff de leg. 3. declaratur.*
35 *Bar. in Lucius §. à te peto ff. de leg. 3. reprobatur.*
36 *Minister nudus non desinit esse ex eo, quòd aliqua onera annua ab eo præstanda sint relicta.*
37 *Item nec ex eo, quòd testator de residuo non disposuerit.*
38 *Subrogatus nihil plus iuris habere potest, quàm ille, in cuius locum subrogatur.*
39 *Executor grauatus alieni tradere post tempus, medio tempore commodum ex legato percipit.*
40 *Verbum* (lego) *est verbum iuris, & verbum* (lascio) *est verbum facti.*
41 *Minister nudus potest constitui etiam cum verbis nudis, & per verbum* (lego).
*Legatarius quando quis censeatur relictus, an verò merus, & nudus minister, & effectus huius disputationis quisnam sit, latè vide nu. 42.*

## DECISIO DXLIV.

MArchionissa Guardiæ, institutis in suo vltimo testamento hæredibus Archihospitalibus Sancti
Spiritus, & Sancti Iacobi Incurabilium, in quibusdam
codicillis postea editis statuit, quòd ex omnibus suis
censibus, qui tempore mortis reperirentur, præstaretur
certa annua quantitas ceræ, & portio obsonij fratribus
de Ara Cœli, vnum paramentum pro cappella ab ipsa
testatrice fundata, vestes lugubres ancillis, & famulis,
necnon quædam alia, de quibus priùs disposuerat; ad
quem effectum reliquit dictos census Domino Antonio Gallo, in cuius locum postea in aliis codicillis subrogauit D. Scipionem de Tulpha dictæ testatricis nepotem, in quem legata facta d. Antonio transtulit, & d.
Scipioni successit D. Horatius de Tulpha. Quia autem
fructus censuum excedebant in notabili quantitate
onera iniuncta, orta fuit controuersia inter D. Horatium, & præfata Archihospitalia super eo, quod supererat ex fructibus censuum post præstationem onerum,
& Rota 16. Octobris 1595. proponente bo. mem. Cardinali Pamphilio resoluit illud spectare ad D. Horatium tanquam hæredem Scipionis. Cui resolutioni, cùm
non acquiescerent hospitalia, obtinuerunt de nouo audiri coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, dum inter nos fuit, coram quo causa pluries, & pluries coram
me proposita tandem 24. Februarij 1612. Domini recesserunt à decisis, & quoniam difficultas in eo consistit, an Marchionissa elegerit personam D. Antonij, vt
1 esset legatarius dd. censuum, † quo casu ad ipsum vti
eorum dominum *l. eum Titio. ff. de furt.* sine dubio fru-
2 ctus superextantes pertinuissent, vel potiùs † voluerit
eum esse executorem dictarum præstationum, & nu-
2 dum ministrum, apud quem nihil remanere debet,
*l. si quis Titio, & l. Lucius §. à te peto ff. de leg. 2.* Bar. *in l.*
*pecunia. nu. 1. ff. de adm. leg.* † ea ratione quia nudus mi- 3
nister non se repræsentat, sed alium, Bal. *in d. l. si quis Titio. num. 5.* Visum fuit Dominis Marchionissam de eo statuisse vti nudo ministro; probat ipsa series dispositionis,
ex qua patet Marchionissam solùm inspexisse, quòd dicta onera præstarentur ex fructibus censuum, non autem quòd ex eis commodum aliquod sentiret Antonius, cui fuerat abundè aliis legatis prouisum; † mul- 4
tùm autem interest, cui testator voluerit prospectum
esse, cuiusque contemplatione fecerit, vt dicit Iurisconf.
*in l. fideicommissa §. interdum ff. de leg. 3.* & quòd fuerit
tantùm considerata præstatio onerum, denotat illud
verbum † (*accioche*) quod importat causam, à qua tota 5
dispositio regulatur, Soc. *cons. 89. num. 9. lib. 3.* Aym. *cons.*
*217. nu. 6. & seqq.* & in istis terminis benè facit dispositio *d. §. à te peto,* verba enim illa (*pro hoc*) ibi posita æquipollent verbo (*acciochè*) quod tantò magis dicendum,
quia præstatio erat facienda in vsus pios, & † causa, quæ 6
respicit pietatem, præsumitur finalis, Bartol. Imol. &
Rom. *in l. 2. §. fin ff. de donat.* Salyc. *in l. generaliter. la seconda ante fin. vers. aut ad validitatem. C. de Episc. & Cler.*
Ruyn *cons. 137. nu. 10. lib. 3.* Tiraq. *cess. caus. lim. 1. num. 41.*
benè facit, quod tradit Ang. *cons. 124. numer. 4. vers. circa quod;* & quòd intentio Marchionissæ fuerit prospicere
solutioni dd. fructuum, inde patet, quia voluit pro ea
census esse perpetuò affectos, & si quando contingeret
aliquod redimi, iussit, vt illico pretium inuestiretur in
aliis censibus, qui dictæ præstationi essent obnoxij.
Quòd etiam Antonium adhibuerit † vti ministrum, 7
non vti legatarium, probatur, quia priùs præcedunt onera, & postea pro illis exequendis fit assignatio, Paul. de
Castr. *in d. §. à te peto. num. 1.* vbi etiam Cum. *num. 1. vers.*
*non obstat argum.* Imol. *nu. 2. in fin.* Cuiac. *ad lib. 2. respons.*
*Scæuolæ in d. l. Lucius §. à te peto.* quæ doctrina optimè
probatur ex verbis illius tex. & saltem procedere habet
in dubio, & iunctis aliis præsumptionibus, quicquid ex
aduerso dicatur. Hoc pariter comprobat † authoritas 8
data Antonio à testatrice, quòd possit dictam præstationem facere sine interuentu, & licentia hæredis, &
magis illa prohibitio, quòd hæredes non possint illum
molestare super istis censibus, vana enim, & inepta fuisset hæc prohibitio, & liberatio si Antonius futurus fuisset legatarius, & censuum dominus. Ponderanda sunt
etiam verba prohibitionis (*tanto sopra detti censi quanto sopra ogni altro denaro, che apparisse esser diuenuto in mano delli suoi,* illa enim dictio († *altro*) cuius natura est 9
implicare, & denotare similia, *l. si fugitiui. cum gloss. C. de seru. fugit.* Bal. *in l. fin. num. 2. C. de his, qui à non dom. manum.* Aret. *cons. 116. nu. 3. post med.* indicat, quòd etiam
census non essent sui, prout nec pecunia, quæ ad
eius manus peruenisset, præsertim cùm † qualitas, quòd 10
res sit aliena, benè conueniat redditioni rationis, & non
cadat in re propria. Hoc etiam suadet similis vsus loquendi eiusdem testatricis in aliis codicillis, in quibus
eidem Antonio reliquit omnia mobilia, granum, blada,
& vina sub his verbis (*& acciò dette sue donne, è Tarquinio, è miser Francesco suo seruitore possino viuere, è sostentarsi commodamente, lascia à detto miser Antonio tutti li suoi mobili, grani, vini, biade, &c.*) † & ex dispositione subsequen- 11
ti apparet, quòd omnia tenebatur distribuere, nihilque
pro se retinere poterat, & sic erat electus nudus minister, ex vsu † autem loquendi testatoris benè declara- 12
tur eius voluntas, *l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. l. cùm alimenta. ff. de alim. & cib. leg.* Pauls. *cons. 50. n. 19. lib.*
*4.* cum aliis per Illustrissimum Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 9. num. 6.* Augetur, quia refert se ad dicta in
præcedentibus codicillis circa huiusmodi præstationem, dum dicit (*modo, & forma, prout in primo codicillo*) & quia † assignatio census fuit facta pro supple- 13
mento victus priùs legato, quod includit præcedentia,
& sa

& facit vnicum legatum, Dec. cons. 423. nu. 5. Vnde non
14 debet vnum, & idem legatum diuerso iure censeri, † &
quia augmentum debet regulari secundùm naturam sui
præexistentis, cui accedit, l. etiam, vbi Bar. Bal. & alij, Cod.
de iur. dot. l. inter socerum. §. cum inter ff. de pact. dot. Com-
probat etiam subrogatio facta in locum Antonij post
eius mortem, quia ad istam præstationem tunc subro-
gauit executores testamentarios ex dd. censibus nullum
commodum sperantes, ex quo duo oriuntur argumen-
15 ta, primum, quòd † cùm non vocauerit ad istud onus
hæredes Antonij, ad quos, si legatarius fuisset, transiis-
sent census cum onere suo, apparet, quòd Marchio-
nissa noluit legare illi dd. census; secundum est desum-
16 ptum à vi subrogationis, † quæ ostendit eiusdem natu-
ræ esse subrogatum, cuius ille, cui subrogatur, l. si eum §.
qui iniuriarum ff. si quis caut. sicut enim isti executores
habebunt nudum ministerium tantùm, ita est dicêdum
de Antonio, in cuius locum fuerunt subrogati. Accedit,
quia sicut grauauit Antonium viuentem ad reinuestiē-
dum census, qui redimerentur, ita etiam executores te-
stamentarios post eius obitum, quo casu si Antonius
fuisset legatarius, debuissent grauari hæredes ad dictum
inuestimentum, quia pretium ad ipsos vti Dominos cē-
suum, & ad quos retrouenditio spectabat fuisset peruē-
turum, aut saltem ad consignandum pretium præfatis
executoribus ad d. effectum, nullo autem pacto pote-
rant executores directò grauari ad census reinuestien-
dos, si non remansissent in hæreditate. Multùm etiam
mouit D D. depositio eiusdem Antonij non solùm at-
tenta qualitate personæ, quia tempore depositionis erat
17 prælatus, † sed etiam quia benè informatus de mente
ipsius Marchionissæ, quæ, vt dicunt testes, omnia fa-
18 ciebat de eius consilio, & quia † videtur deponere de
facto proprio, & per consequens fortiùs probat, Ayn.
cons. 2. num. 9. Siluan. cons. 94. nu. 14. decis. Benint. 63. ad
fin. & plusquam semiplenè, Cæs. de Grass. dec. 2. in fin.
de empt. & vendit. dixit Rota in vna Vrbeuetana bono-
19 rũ 3. Iunij 1576. coram bo. me. Card. Seraph. & † iunctis
adminiculis, & coniecturis, de quibus supra, aliisque per
informantes deductis plenè probat Paul. de Castr. in l.
quicunque in fin. C. de ser. fugit. Crot. in tract. de test. n. 209.
Soc. iun. cons. 61. in fin. lib. 1. Ceph. cons. 452. n. 31. Non ob-
stat, quòd testatrix reuocasset illi omnia legata, & tran-
stulisset in DD. de Tulpha, quia dato, quòd ægrè tulisset
20 ademptionem, & translationem, † hoc potuisset causare
aliquod odium cōtra Marchionissam transferentē, non
autem in illos de Tulpha, in quos fuit facta translatio,
actus enim translationis fuit testatricis, non ipsorũ Non
21 obstat, quòd testatrix nominauerit Antoniũ legatariũ, †
quia omisso quòd magis inspicienda est substātia dispo-
sitionis, quàm denominatio, ad tradita per Tiraq. de re-
tra. lign. § 1. gl. 14. n. 81. verè est legatarius absq; eo, quod
fuissent illi relicti cēsus, fuerat enim aliis legatis à Mar-
chionissa honoratus, & verba illa (& acciò detto legatario,
ilquale nomina, & vuole che sia, &c.) nō constituunt eum
legatariũ, sed designant, quis ex legatariis fuerit ad tale
ministeriũ electus, immò cùm dicat (lascia al legatario)
præsupponit illũ legatarium per priùs, & aliunde, quàm
22 ex censibus. Non obstat † doct. Bar. in l. 1. ff. de alt. leg. dũ
distinguit inter verba dispositiua, & executiua, quia plu-
rib. modis fuit respōsum, & primò quòd facit pro intē-
tione hospitaliũ, sumus enim in secundo mēbro distin-
ctionis Bar. quia verba executionis conferuntur in per-
sonam Antonij ibi (& acciò detto legatario possa eseguire,
& adempire detta sua volontà. lascia al detto legatario, &c.)
Ex quibus constat, quòd relictum fuit factum pro exe-
cutione, & ipsum fuisse nominatum gratia executionis,
23 & ministerij, † non oportet enim quærere, cum quo te-
stator loquatur, sed in quem voluntatis intentio diriga-
tur, l. cum pater § donationis ff. de leg. 2. Illustrissim. Man-
tica de coniectu. vlt. vol. lib. 3. tit. 29. post n. 9. Secũdò etiam
ministro † relinqui potest, sicut quotidie fit commissa- 24
riis, vt dicit glos. in l. si quis Titio. in ver. ministrum. ff. de
leg. 2. & benè probat d. lex ponderãdo illam dictionem
(† nisi) quæ cùm ponat exceptionem supradictis, Alex. 25
cons. 64. in princ. lib. 4. & exceptio † debeat esse de termi- 26
nis eius, quod limitat iux. notata in l. 1. ff. de reg. iur. in-
nuit, † quòd possit esse minister etiam quòd verba le- 27
gati sint in ipsum concepta, vt loquitur tex. in princip.
hoc etiam probatur ex d. §. à te peto, ibi enim dixerat te-
stator, decem aureos è medio percipito, idem etiam pro-
bat l. fideicommissa § interdum. iuncta glos. in vet. non pu-
blicamus ff. de leg. 3. Nudus enim minister † potest dici 28
dupliciter, vno modo respectu tituli, & commodi, vt
quia non sunt verba dispositiua relata ad eum, nec etiam
habet commodum, alio modo potest dici nudus mini-
ster respectu commodi, non respectu tituli, Imol. in l. si
quis Titio. num. 2. ff. de leg. 2. quam etiam distinctionem fa-
cit ibi Bal. num. 2. in fin. vbi dicit nudum dici, vel abstra-
ctum à commodo, & titulo, vel abstractum à commo-
do, sed non à titulo. † Tertiò, quod dicitur, quando 29
verba dispositiua diriguntur ad legatarium, non censeri
nudum ministrum, procedere in dubio Imol. vbi supra
num. 1. in fin. secùs autem, si appareat de mente testatoris
contraria Imol. ibi num. 2. Hic autem de contraria mente
constat ex supradictis. Quartò licèt hoc verum esset ex
proprietate verbi, & secundùm iuris interpretationem,
attamen cùm testatrix, vt supra dictum est, iisdem verbis
directis ad ministrum vsa fuerit in aliis legatis, verba
† recipiunt potiùs interpretationem secundùm consue- 30
tum, & solitum sensum, & modum loquendi testatri-
cis, quàm secundum ipsorum proprietatem, Paul de
Castr. in l. quo loco §. 1. circa princ. ff. de hæred. instit. Paris.
cons. 19. n. 167. lib. 2. Dec. cons. 42. n. 32. lib. 1. & hæc ver-
ba in effectu respiciunt executores. Non obstat, quòd
ista onera potuissent æquè benè præstari per hæredes,
quo casu Antonius censeri debet legatarius, non mini-
ster, nam retorqueri potest, † quia è conuerso censeri 31
debet minister, si non æquè benè possunt per hæredem
præstari, & hoc procedit siue verè, siue secundùm opi-
nionem testatoris ipse est meliùs præstaturus, vt tradit
Cum. cons. 107. circa med. quem sequitur Curt. iun. cons.
105. n. 22. & 23. Secundùm † enim opinionem testato- 32
ris intelligenda est eius voluntas, Bal. in l. vlt. §. 1. nu. 22.
C. com. de leg. & pro vero accipiendum est, quòd testa-
tor credidit esse verum, l. seruo manumisso, & ibi Ias. n. 2.
ff. de cond. indeb. latè Illustriss. Mantic. de coniect. vlt. vol.
lib. 3. tit. 10. & fuit dictum in vna Vrbeuetana Legati 28.
Maij, & 8. Iunij 1584. coram bo. me. Card. Seraphino.
Quòd autem † Antonius esset meliùs præstaturus sal- 33
tem secundùm opinionem testatricis, probat maxima
ipsius testatricis confidentia de persona Antonij, de qua
deponunt testes, & de qua testatur decisio bo. me. Card.
Pamphil. & probatur, quia omnes alias similes præsta-
tiones illi commisit, & verè etiam ex natura rei patet,
quòd ipse vti melius informatus de personis, quibus es-
sent præstandæ, meliùs poterat exequi voluntatem te-
statricis, quàm Hospitalia, quæ quotidie à nouis mini-
stris reguntur, qui vix propria Hospitalium negocia, ne-
dum aliena possunt ea, qua requiritur diligentia, præsta-
ri. Non † obstat doctr. Bar. in l. Pamphilo §. duas ff. de leg. 34
3. dum dicit considerandam esse paritatem, vel impari-
tatem inter legatum, & onus legato adiectum, vt co-
gnoscatur, an legatum sit factum gratia oneris, quia non
applicatur; loquitur enim in terminis legati, & illud
præsupponit, hic autem dubitatur, an sit, vel non sit le-
gatum. Minùs obstat distinctio eiusdem † Bar. in d. §. à 35
te pete. de onere habente determinatam, vel indetermi-
natam expensam, quia communiter reprobatur ab aliis,
vt ibi per Castr. & Imol. vltra quod etiam inter ista one-
ra aderant multa, quæ habebant indeterminatam expē-
sam, vt supplotio alimentorum pro ancillis, aliisque fa-

23 *Testatoris intentio, in quem dirigatur, est attendenda, non autem cum quo loquatur.*
24 *Ministro nudo potest relinqui.*
25 *Dictio* (nisi) *ponit exceptionem supra dispositis.*
26 *Exceptio debet esse de terminis eius, quod limitat.*
27 *Minister merus quis potest esse relictus, etiam si verba legati sint in ipsum concepta.*
28 *Minister nudus potest considerari dupliciter, vel respectu tituli, vel respectu commodi.*
29 *Minister nudus non censetur in dubio, quando verba dispositiua in ipsum diriguntur, secus autem si appareat de mente testatoris contraria.*
30 *Testatoris verba magis recipiunt interpretationem secundùm consuetum modum loquendi testatoris, quàm secundùm ipsorum proprietatem.*
31 *Minister nudus, non legatarius censetur, quando onus adiunctum non ita benè poterat per hæredem præstari, siue verè, siue secundùm opinionem testatoris, & qualiter id dignoscatur, & nu. 33.*
32 *Opinio testatoris attendenda est ad interpretandam eius voluntatem.*
34 *Bart. in l. Pamphilo. §. duos ff de leg. 3. declaratur.*
35 *Bar. in Lucius §. à te peto ff. de leg. 3. reprobatur.*
36 *Minister nudus non desinit esse ex eo, quòd aliqua onera annua ab eo præstanda sint relicta.*
37 *Item nec ex eo, quòd testator de residuo non disposuerit.*
38 *Subrogatus nihil plus iuris habere potest, quàm ille, in cuius locum subrogatur.*
39 *Executor grauatus aliui tradere post tempus, medio tempore commodum ex legato percipit.*
40 *Verbum* (lego) *est verbum iuris, & verbum* (lascio) *est verbum facti.*
41 *Minister nudus potest constitui etiam cum verbis nudis, & per verbum* (lego).
*Legatarius quando quis censeatur relictus, an verò merus, & nudus minister, & effectus huius disputationis quisnam sit, latè vide nu. 42.*

## DECISIO DXLIV.

MArchionissa Guardiæ, institutis in suo vltimo te-
stamento hæredibus Archihospitalibus Sancti
Spiritus, & Sancti Iacobi Incurabilium, in quibusdam
codicillis postea editis statuit, quòd ex omnibus suis
censibus, qui tempore mortis reperirentur, præstaretur
certa annua quantitas ceræ, & portio obsonij fratribus
de Ara Cœli, vnum paramentum pro cappella ab ipsa
testatrice fundata, vestes lugubres aocillis, & famulis,
necnon quædam alia, de quibus priùs disposuerat; ad
quem effectum reliquit dictos census Domino Anto-
nio Gallo, in cuius locum postea in aliis codicillis sub-
rogauit D. Scipionem de Tulpha dictæ testatricis nepo-
tem, in quem legata facta d. Antonio transtulit, & d.
Scipioni successit D. Horatius de Tulpha. Quia autem
fructus censuum excedebant in notabili quantitate
onera iniuncta, orta fuit controuersia inter D. Hora-
tium, & præfata Archihospitalia super eo, quod super-
erat ex fructibus censuum post præstationem onerum,
& Rota 16. Octobris 1595. proponente bo. mem. Car-
dinali Pamphilio resoluit illud spectare ad D. Hora-
tium tanquam hæredem Scipionis. Cui resolutioni, cùm
non acquiescerent hospitalia, obtinuerunt de nouo au-
diri coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto, dum in-
ter nos fuit, coram quo causa pluries, & pluries coram
me proposita tandem 24. Februarij 1612. Domini re-
cesserunt à decisis, & quoniam difficultas in eo consi-
stit, an Marchionissa elegerit personam D. Antonij, vt
1 esset legatarius dd. censuum, † quo casu ad ipsum vti
eorum dominum *l. cum Titio. ff. de furt.* sine dubio fru-
2 ctus superextantes pertinuissent, vel potiùs † voluerit
eum esse executorem dictarum præstationum, & nu-
2 dum ministrum, * apud quem nihil remanere debet,
*l. si quis Titio, & l. Lucius §. à te peto ff. de leg. 2.* Bar. *in l.*
*pecuniæ. nu. 1. ff. de adim. leg.* † ea ratione quia nudus mi- 3
nister non se repræsentat, sed alium, Bal. *in d. l. si quis Ti-*
*tio. num. 5.* Visum fuit Dominis Marchionissam de eo sta-
tuisse vti nudo ministro; probat ipsa series dispositionis,
ex qua patet Marchionissam solùm inspexisse, quòd di-
cta onera præstarentur ex fructibus censuum, non au-
tem quòd ex eis commodum aliquod sentiret Anto-
nius, cui fuerat abundè aliis legatis prouisum; † mul- 4
tùm autem interest, cui testator voluerit prospectum
esse, cuiusque contemplatione fecerit, vt dicit Iurisconſ.
*in l. fideicommissa §. interdum ff. de leg. 3.* & quòd fuerit
tantùm considerata præstatio onerum, denotat illud
verbum † (*acciochè*) quod importat causam, à qua tota 5
dispositio regulatur, Soc. *cons. 89. num. 9. lib. 3.* Aym. *cons.*
*227. nu. 6. & seqq.* & in istis terminis benè facit disposi-
tio *d. §. à te peto*, verba enim illa (*pro hoc*) ibi posita æqui-
pollent verbo (*acciochè*) quod tantò magis dicendum,
quia præstatio erat facienda in vsus pios, & † causa, quæ 6
respicit pietatem, præsumitur finalis, Bartol. Imol. &
Rom. *in l. 1. §. fin ff. de donat.* Salyc. *in l. generaliter la se-*
*conda ante fin. vers. aut ad validitatem. C. de Episc. & Cler.*
Ruyn *cons. 137. nu. 10. lib. 3.* Tiraq. *cess. caus. lim. 1. num. 41.*
benè facit, quod tradit Ang. *cons. 124. numer. 4. vers. circa*
*quod*; & quòd intentio Marchionissæ fuerit prospicere
solutioni dd. fructuum, inde patet, quia voluit pro ea
census esse perpetuò affectos, & si quando contingeret
aliquod redimi, iussit, vt illico pretium inuestiretur in
aliis censibus, qui dictæ præstationi essent obnoxij.
Quòd etiam Antonium adhibuerit † vti ministrum, 7
non vti legatarium, probatur, quia priùs præcedunt one-
ra, & postea pro illis exequendis fit assignatio, Paul. de
Castr. *in d. §. à te peto. num. 1.* vbi etiam Cum. *num. 1. vers.*
*non obstat argum.* Imol. *nu. 2. in fin.* Cuiac. *ad lib. 2. respons.*
*Scæuolæ in d. l. Lucius §. à te peto.* quæ doctrina optimè
probatur ex verbis illius tex. & saltem procedere habet
in dubio, & iunctis aliis præsumptionibus, quicquid ex
aduerso dicatur. Hoc pariter comprobat † authoritas 8
data Antonio à testatrice, quòd possit dictam præsta-
tionem facere sine interuentu, & licentia hæredis, &
magis illa prohibitio, quòd hæredes non possint illum
molestare super istis censibus, vana enim, & inepta fuis-
set hæc prohibitio, & liberatio si Antonius futurus fuis-
set legatarius, & censuum dominus. Ponderanda sunt
etiam verba prohibitionis (*tanto sopra detti censi quanto*
*sopra ogni altro denaro, che apparisse esser diuenuto in ma-*
*no delli suoi*, illa enim dictio († *altro*) cuius natura est 9
implicare, & denotare similia, *l. si fugitiui. cum gloss. C. de*
*seru. fugit.* Bal. *in l. fin. num. 1. C. de his, qui à non dom. ma-*
*num.* Aret. *cons. 116. nu. 3. post med.* indicat, quòd etiam
census non essent sui, prout nec pecunia, quæ ad
eius manus peruenisset, præsertim cùm † qualitas, quòd 10
res sit aliena, benè conueniat redditioni rationis, & non
cadat in re propria. Hoc etiam suadet similis vsus lo-
quendi eiusdem testatricis in aliis codicillis, in quibus
eidem Antonio reliquit omnia mobilia, granum, blada,
& vina sub his verbis (*& acciò dette sue donne, è Tarqui-*
*nio, è miser Francesco suo seruitore possino viuere, è sostentarsi*
*commodamente, lascia à detto miser Antonio tutti li suoi mo-*
*bili, grani, vini, biade, &c.*) † & ex dispositione subsequen- 11
ti apparet, quòd omnia tenebatur distribuere, nihilque
pro se retinere poterat, & sic erat electus nudus mini-
ster, ex vsu † autem loquendi testatoris benè declara- 12
tur eius voluntas, *l. si seruum plurium §. fin. ff. de leg. 1. l.*
*cùm alimenta. ff. de alim. & cib. leg.* Paris. *cons. 50. n. 19. lib.*
*4.* cum aliis per Illustrissimum Mant. *de coniect. vlt. vol.*
*lib. 6. tit. 9. num. 6.* Augetur, quia refert se ad dicta in
præcedentibus codicillis circa huiusmodi præstatio-
nem, dum dicit (*modo, & forma, prout in primo codi-*
*cillo*) & quia † assignatio census fuit facta pro supple- 13
mento victus priùs legato, quod includit præcedentia,

& sa

&c facit vnicum legatum, Dec. *conf.423.nu.5.* Vnde non
14 debet vnum, & idem legatum diuerso iure censeri, † &
quia augmentum debet regulari secundùm naturam sui
præexistentis, cui accedit, *l.etiam*, vbi Bar. Bal. & alij, *Cod.*
*de iur. dot. l. inter socerum. §. cum inter ff. de pact. dot.* Com-
probat etiam subrogatio facta in locum Antonij post
eius mortem, quia ad istam præstationem tunc subro-
gauit executores testamentarios ex dd. censibus nullum
commodum sperantes, ex quo duo oriuntur argumen-
15 ta, primum, quòd † cùm non vocauerit ad istud onus
hæredes Antonij, ad quos, si legatarius fuisset, transiis-
sent census cum onere suo, apparet, quòd Marchio-
nissa noluit legare illi dd. census; secundum est desum-
16 ptum à vi subrogationis, † quæ ostendit eiusdem natu-
ræ esse subrogatum, cuius ille, cui subrogatur, *l. si eum §.*
*qui iniuriarum ff. si quis caut.* sicut enim isti executores
habebunt nudum ministerium tantùm, ita est dicẽdum
de Antonio, in cuius locum fuerunt subrogati. Accedit,
quia sicut grauauit Antonium viuentem ad reinuestiẽ-
dum census, qui redimerentur, ita etiam executores te-
stamentarios post eius obitum, quo casu si Antonius
fuisset legatarius, debuissent grauari hæredes ad dictum
inuestimentum, quia pretium ad ipsos vti Dominos cẽ-
suum, & ad quos retrouenditio spectabat fuisset peruẽ-
turum, aut saltem ad consignandum pretium præfatis
executoribus ad d. effectum, nullo autem pacto pote-
rant executores directò grauari ad census reinuestien-
dos, si non remansissent in hæreditate. Multùm etiam
mouit D D. depositio eiusdem Antonij non solùm at-
tenta qualitate personæ, quia tempore depositionis erat
17 prælatus, † sed etiam quia benè informatus de mente
ipsius Marchionissæ, quæ, vt dicunt testes; omnia fa-
18 ciebat de eius consilio, & quia † videtur deponere de
facto proprio, & per consequens fortiùs probat, Aym.
*conf.2.num.9.* Siluan. *conf.94.nu.14.decis.* Benint. 63. *ad*
*fin.* & plusquam semiplenè, Cæs. de Grass. *dec. 2. in fin.*
*de empt. & vendit.* dixit Rota in vna Vrbeuetana bono-
19 rũ 3. Ionij 1576. coram bo. me. Card. Seraph. & † iunctis
adminiculis, & coniecturis, de quibus supra, aliisque per
informantes deductis, plenè probat Paul. de Castr. *in l.*
*quicunque in fin. C. de ser. fugit.* Crot. *in tract. de test. n. 209.*
Soc. iun. *conf. 61. in fin. lib. 1.* Cæph. *conf. 452. n. 51.* Non ob-
stat, quòd testatrix reuocasset illi omnia legata, & tran-
stulisset in DD. de Tulpha, quia dato, quòd ægrè tulisset
20 ademptionem, & translationem, † hoc potuisset causare
aliquod odium cõtra Marchionissam transferentẽ, non
autem in illos de Tulpha, in quos fuit facta translatio,
actus enim translationis fuit testatricis, non ipsorũ Non
21 obstat, quòd testatrix nominauerit Antoniũ legatariũ, †
quia omisso quòd magis inspicienda est substãtia dispo-
sitionis, quàm denominatio, ad tradita per Tiraq. *de re-*
*tra. lign. § 1. gl. 14. n. 81.* verè est legatarius absq; eo, quod
fuissent illi relicti cẽsus, fuerat enim aliis legatis à Mar-
chionissa honoratus, & verba illa (*& acciò detto legatario,*
*ilquale nomina, & vuole che sia, &c.*) nõ constituunt eum
legatariũ, sed designant, quis ex legatariis fuerit ad tale
ministeriũ electus, immò cùm dicat (*lascia al legatario*)
præsupponit illũ legatarium per priùs, & aliunde, quàm
22 ex censibus. Non obstat † doct. Bar. *in l. 1. ff. de ali. leg.* dũ
distinguit inter verba dispositiua, & executiua, quia plu-
rib. modis fuit respõsum, & primò quòd facit pro intẽ-
tione hospitaliũ, sumus enim in secundo mẽbro distin-
ctionis Bar. quia verba executionis conferuntur in per-
sonam Antonij ibi (*& acciò dette legatario possa eseguire,*
*& adempire detta sua volontà, lascia al detto legatario,* &c.)
Ex quibus constat, quòd relictum fuit factum pro exe-
cutione, & ipsum fuisse nominatum gratia executionis,
23 & ministerij, † non oportet enim quærere, cum quo te-
stator loquatur, sed in quem voluntatis intentio diriga-
tur, *l. cùm pater §. donationis ff. de leg. 2.* Illostrissim. Man-
tica *de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 29. post n. 9.* Secũdò etiam
ministro † relinqui potest, sicut quotidie fit commissa- 24
riis, vt dicit glos. *in l. si quis Titio. in ver. ministrum. ff. de*
*leg. 2.* & benè probat d. lex ponderãdo illam dictionem
(† *nisi*) quæ cùm ponat exceptionem supradictis, Alex. 25
*conf. 64. in princ. lib. 4.* & exceptio † debeat esse de termi- 26
nis eius, quod limitat iux. notata *in l. 1. ff. de reg. iur.* in-
nuit, † quòd possit esse minister etiam quòd verba le- 27
gati sint in ipsum concepta, vt loquitur tex. *in princip.*
hoc etiam probatur *ex d. §. à te peto,* ibi enim dixerat te-
stator, decem aureos è medio percipito, idem etiam pro-
bat *l. fideicommissa §. interdum.* iuncta glos. in ver. *non pu-*
*blicamus ff. de leg. 3.* Nudus enim minister † potest dici 28
dupliciter, vno modo respectu tituli, & commodi, vt
quia non sunt verba dispositiua relata ad eum, nec etiam
habet commodum, alio modo potest dici nudus mini-
ster respectu commodi, non respectu tituli, Imol. *in l. si*
*quis Titio. num. 2. ff. de leg. 2.* quam etiam distinctionem fa-
cit ibi Bal. *num. 2. in fin.* vbi dicit nudum dici, vel abstra-
ctum à commodo, & titulo, vel abstractum à commo-
do, sed non à titulo. † Tertiò, quod dicitur, quando 29
verba dispositiua diriguntur ad legatarium, non censeri
nudum ministrum, procedere in dubio Imol. vbi *supra*
*num. 1. in fin.* secùs autem, si appareat de mente testatoris
contraria Imol. ibi *num. 2.* Hic autem de contraria mente
constat ex supradictis. Quartò licèt hoc verum esset ex
proprietate verbi, & secundùm iuris interpretationem,
attamen cùm testatrix, vt supra dictum est, iisdem verbis
directis ad ministrum vsa fuerit in aliis legatis, verba
† recipiunt potiùs interpretationem secundùm consue- 30
tum, & solitum sensum, & modum loquendi testatri-
cis, quàm secundum ipsorum proprietatem, Paul de
Castr. *in l. quo loco §. 1. circa princ. ff. de hæred. instit.* Paris.
*conf. 19. n. 167. lib. 2.* Dec. *conf. 42. n. 32. lib. 1.* & hæc ver-
ba in effectu respiciunt executores. Non obstat, quòd
ista onera potuissent æquè benè præstari per hæredes,
quo casu Antonius censeri debet legatarius, non mini-
ster, nam retorqueri potest, † quia è conuerso censeri 31
debet minister, si non æquè benè possunt per hæredem
præstari, & hoc procedit siue verè, siue secundùm opi-
nionem testatoris ipse est meliùs præstaturus, vt tradit
Cum. *conf. 107. circa med.* quem sequitur Curt. iun. *conf.*
*105. n. 22. & 23.* Secundùm † enim opinionem testato- 32
ris intelligenda est eius voluntas, Bal. *in l. vlt. §. 1. nu. 22.*
*C. com. de leg.* & pro vero accipiendum est, quòd testa-
tor credidit esse verum, *l. seruo manumisso*, & ibi Ias. *n. 2.*
*ff. de cond. indeb.* latè Illustriss. Mantic. *de coniect. vlt. vol.*
*lib. 3. tit. 10.* & fuit dictum in vna Vrbeuetana Legati 28.
Maij, & 8. Iunij 1584. coram bo. me. Card. Seraphino.
Quòd autem † Antonius esset meliùs præstaturus sal- 33
tem secundùm opinionem testatricis, probat maxima
ipsius testatricis confidentia de persona Antonij, de qua
deponunt testes, & de qua testatur decisio bo. me. Card.
Pamphil. & probatur, quia omnes alias similes præsta-
tiones illi commisit, & verè etiam ex natura rei patet,
quòd ipse vti melius informatus de personis, quibus es-
sent præstandæ, meliùs poterat exequi voluntatem te-
statricis, quàm Hospitalia, quæ quotidie à nouis mini-
stris reguntur, qui vix propria Hospitalium negocia, ne-
dum aliena possunt ea, qua requiritur diligentia, præsta-
ri. Non † obstat doct. Bar. *in l. Pamphilo §. duas ff. de leg.* 34
*3.* dum dicit considerandam esse paritatem, vel impari-
tatem inter legatum, & onus legato adiectum, vt co-
gnoscatur, an legatum sit factum gratia oneris, quia non
applicatur; loquitur enim in terminis legati, & illud
præsupponit, hic autem dubitatur, an sit, vel non sit le-
gatum. Minùs obstat distinctio eiusdem † Bar. *in d. §. à* 35
*te peto.* de onere habente determinatam, vel indetermi-
natam expensam, quia communiter reprobatur ab aliis,
vt ibi per Castr. & Imol. vltra quod etiam inter ista one-
ra aderant multa, quæ habebant indeterminatam expẽ-
sam, vt suppletio alimentorum pro ancillis, aliisque fa-

*decis.407.num.5.& nu.2.& dec.530. nu.4.par.1.in recens.*cum
aliis in hac decisione allegatis,& etiam ad effectum sim-
plicis absolutoriæ sufficit sola supplicatio absque expe-
ditione literarum, licèt secus sit ad effectum adiudica-
tionis.Paris.*de resig.lib.6.quæst.5.nu.66.in fin.,& 67.* Garz.
*de benef.par.4.par.3.num.23.& 24.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Melioramentorum.

*Lunæ* 16. *Ianuarij* 1612.

### ARGVMENTO

### non indiget.

### *SVMMARIVM.*

1 *Non implementi exceptio tunc solùm obstat, quando agi-
tur ex eodem contractu, in quo adest obligatio adim-
plendi, secus si ex diuerso.*
*Item etiam si agatur ex eodem contractu, qui tamen ha-
beat capita omnino separata, exceptio non implemen-
ti non potest opponi in capite separato, & nu. 2.*

### DECISIO DXLI.

STrictè ad dubium, quo quæritur, an Scatlato, &
Cellino agentibus vtili Saluiano interdicto obstet
exceptio non implementi, fuit resolutum non obstare,
quia ipsi non veniunt contra illos de Cibò in vim con-
tractus initi cum Ioanne conductore, neque ex eius
1 persona, vnde non potest eis opponi † exceptio non
implementi, quæ tunc demum intrat, quando quis agit
a ex illo contractu, in quo obligatur adimplere, a iux.
tradita per Cæphal. *consil.* 48. *num.* 42. aliosque addu-
ctos per informantes, & dixit Rota in vna Romana
executionis, seu non adimplementi 25. Iunij 1593. agunt
enim remedio *l. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. contr.
& l. interdum ff. qui potior. in pig. habe.* quæ remedia si in-
trent, & an obstant ea, quæ contra prætensam hypothe-
cam opponuntur, erunt particulari dubio discutienda,
quia non sunt præsentis inspectionis, in qua quæritur, an
illis obstet exceptio non implementi circa ea, quæ fue-
runt promissa à Io. pro cuius resolutione sufficit, quòd
non agatur ex contractu cum eo inito, neque ex eius
persona per prædicta.

### *ANNOTATIO.*

2 a Imò † etiam si agatur ex eodem contractu, si tamen ille
contineat capita separata, non potest opponi exceptio
non implementi in capite separato, Natt. *cons.*133. *num.* 5.
Surd.*cons.*101.*num.*25. Mant. *decis.*238. *num.*2. Rota *dec.*389.
*num.3.par.2.in recentior. & decis.*286. *nu.*1. inter impress. pe-
nes Pacif. *de Salu. in nouis*, & fuit dictum in Romana de
Cangij 25. Iunij 1621. coram R.P. D. Buratto.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana spolij domorum.

*Veneris* 10. *Februarij* 1612.

### ARGVMENTVM.

Agitur de spolio, quod dicitur competere hæ-
redi, & contra hæredem. Legatum vsusfru-
ctus non est validum, si fiat ipsi hæredi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Extremum secundum probatur per sustentationem litis
iunctis adminiculis.*
2 *Spolij actio competens auctori transit in eius hæredem,
& nu. 9. vbi vide declarationem.*
*Amplia, vt transeat etiam in successorem singularem abs-
que alia cessione, & num. 10.*
3 *Spolij actio datur aduersus possessorem rei, super qua
fuit commissum spolium.*
*Procedit etiam si iste tertius possessor titulo, & bona fide
possideat, & etiam si ille habeat causam ab auctore
non vitioso, num. 11.*
4 *Item datur contra hæredem, quando lis super spolio fue-
rat iam introducta contra defunctum.*
5 *Legari à se ipso nemo potest, & ideò legatum vsusfructus
relictum hæredi non tenet.*
6 *Institutio generalis hæredis comprehendit omnia bona,
& iura hæreditaria, cùm quis non possit decedere pro
parte testatus, & pro parte intestatus.*
7 *Vsus fructus non cadit in re propria.*
8 *Fideicommissum expirat per præcedentiam substituti, &
bona remanent libera in persona hæredis.*
*Spoliatus est restituendus, etiam si non bona fide posside-
ret, & num. 12.*

### DECISIO DXLII.

PRo Io. Paulo informante fuit resolutum ipsum re-
stituendum ad omnimodam possessionem domo-
rum, de quibus agitur, quia de primo extremo, quòd
Capitaneus Iulius possederit, probant quinque testes, vt
fuit firmatum 29. Ianuarij 1601. in qua etiam fuit di-
ctum † constare de secundo extremo per sustentatio- 1
nem litis iunctis adminiculis. Actio autem † spolij cõ- 2
petens Capitaneo Iulio transiuit in Io. Paulum eius hæ-
redem, a Soc. *in l. rem, quæ nobis. sub num. 10. vers. item* a
*quia transit ff. de acquir. possess.* Cagnol. *in l. hæredem. num.*
17. *ff. de reg. iur.* Neuiz. *cons.* 78. *nu.* 1. Crescen. *decis.* 3. *de
restit. spol.* fuit dictum in Perusina spolij Domus 1. Febr.
1608. coram R.P.D. meo Decano, & sæpissimè in aliis.
Et datur contra hæredes Tarquiniæ Cambiæ spoliatio-
nis, † tùm quia ad ipsos peruenit domus, in qua fuit 3
commissum spolium, b *l. 1. §. vlt. & l. si plures, ff. de vi &* b
*vi armat.* Abb. *in c. 2. n. 57. de ord. cogn.* Rip. *in cap. sæpè.
sub num. 8. vers. an autem. de rest. spol.* cum aliis per Me-
noch. *de recuperand. remed. 1. num. 157. & seqq.* † tùm quia 4
lis super spolio fuerat introducta contra ipsam Tarqui-
niam, vt per Abb *in d. c. sæp. 2. sub num. 57. vers. ex quo infe-
ro.* Menoch. *d. remed. sub n. 160. versic. limitatur primò.*
Quæ aliàs obiiciebantur de renunciatione, quam fece-
rat Capitaneus Iulius testamento Clementis, sunt satis
sublata in decisione tunc facta. Licèt autem tunc di-
ctum fuerit Capitaneum Iulium fuisse restituendum
ad possessionem vsusfructus tantùm, attamen hodie
Domini dixerunt hæredes ipsius restituendos fore ad
possessionem ipsarum rerum, quia cùm Capitaneus es-
set etiam hæres institutus, † sequitur, quòd prætensum 5
legatum vsusfructus non subsistebat, tùm quia erat vni-
cus hæres, vnde à se ipso legari non potuit, *l. legatum est
§. hæredi*, vbi glos. & Doct. *ff. de leg.* 1. tùm quia † pro- 6
prietas, quæ alteri non reperiebatur legata, veniebat sub
generali institutione facta ad eius fauorem, nam quoad
illam non potuit decedere intestata, *§. non autem vti-
que. Instit. de hæred. instit. l. ius nostrum. ff. de reg. iur.* † in re 7
autem propria non cadit vsusfructus, *l. vti frui. in princ.
ff. si vsus fruct. pet. l. 1. ff. de vsufr. instit. eod. tit. in princ.* † Et 8
licèt Capitaneo Iulio fuerint eius filij substituti, quia
tamen illi prædecesserunt & non superfuit persona, cui
deberet fieri restitutio, bona penes ipsum remanserunt
libera, & ad quoscunque transmissibilia, *l. cùm pater §.
libertis. & l. qui solidum §. prædium*, vbi glos. *de leg.* 1. Dec.
*cons.* 182. *n.* 1. Nat. *cons.* 191. *num.* 4.

### *ANNOTATIO.*

a Rolan. † *consil. 6. num. 14. lib. 2.* Pontan. *de spol. lib. 1. num.* 9
132. Gratian. *disceptat. forens. cap. 477. nu. 26.* fuit dictum
in re

in Feretrana Bubularum 30. Octobris 1617. corã R.P.D.
Buratto, quod est verum, quando auctor fuit in vita spo-
liatus; aliàs si post eius mortem commissum fuit spo-
lium, non potest hæres ex persona defuncti agere spo-
lio, Gabr. *de restitut. spoliat. conclus. 5. num. 20.* & fuit dictum
in Romana Spolij coram Rubeo impressa penes Mar-
ches. *de commiss. tom. 2. fol.* 210. & in Montis Falisci Spolij
19. Ianuarij 1596. coram bo. mem. Orano, & in Vratisla-
uien. Prædiorum 23. Iunij 1608. coram R. P. D. Manza-
10 nedo. Non † solùm autem actio spolij transit in hære-
dem, sed etiam in singularem successorem absque alia
cessione, Rota *decis. 307. num. 3. par. 1. in recent.* & fuit di-
ctum in Romana Spolij 17. Nouembris 1615. coram R.
P.D. Manzanedo, vbi reprobatur opinio contraria.
11 Competit actio † Spolij etiã contra tertiũ titulo, & bona fi-
de possidentẽ, ac etiam habẽtem causam ab auctore non
vitioso, latè Gabr. *de restit. spol. concl. 5. num. 38. & 73. vers.*
*sed tenendo testatur de magis communi,* Thes. *decis. 29. num. 1.*
Hier. Gabr. *cons. 36. n. 3. lib. 1.* vbi etiam testatur de magis
communi, plenè Surd. *cons. 18. num. 58.* & hanc opinionem
passim seruat Rota, vt testatur Marescot. *variar. lib. 1. cap.*
12 *59. num. 10. & 11.* vbi refert plures decis. Rotæ, † quod
procedit, etiam si spoliatus bona fide non possideret,
quia in spolio non respicitur, an quis iustè possederit, sed
solùm an sine iusta causa à possessione ceciderit, Gabr.
*cons. 36. nu. 6. lib. 1.* Rota *decis. 244. num. 2. par. 1. diuers.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi de Palutiis.

*Veneris 24. February 1612.*

### ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis quando sint subministranda. *Auth. res, quæ* est remedium subsidiarium.

### *SVMMARIVM.*

1 *Alimenta, & sumptus litis vt subministrentur reo colli-tiganti probanda est paupertas, & præsumptio boni iuris.*

2 *Dos, & donatio propter nuptias non potest detrahi de bonis fideicommisso subiectis, nisi in subsidium, quando constat non adesse alia bona libera, & nu. 3.*

*Et sufficit, quòd dos possit constitui ex fructibus fideicommissi, & nu. 4.*

*Item etiam si fidei committens mandauerit fœminas dotari ex bonis fideicommissi, est intelligendum, quatenus aliunde congruè dotari non possint, & num. 5.*

### DECISIO DXLIII.

Resolutum fuit D. Hieronymæ non esse subminia-
1 strauda alimenta, & sumptus litis, † quia ad istum
effectum duo sunt per ipsam probanda, paupertas, &
2 præsumptio boni iuris, [a] Aret. *in cap. si quis testium col.*
*3. nu. 2. & 3. concl. de testib.* Alciat. *reg. 3. præs. 9. num. 8. &*
*seq.* Couar. *pract. quæst. cap. 6. sub nu. 5. & seq.* Crescen. *de-*
*cis. 8. de iud.* fuit dictum in vna Hortana domus 25.
Octobris 1604. coram me, & sæpissimè in aliis. Neu-
trum autem probauit, nam de paupertate nihil, imo da-
tur fumus de contrario; bonum ius etiam non apparet,
quia cùm prætendat donationem propter nuptias, &
alimenta ex bonis fideicommisso subiectis, *iux. Auth.*
2 *res, quæ. C. comm. de leg.* † non constat non adesse alia
bona non subiecta fideicommisso, & tamen remedium
est subsidiarium, & non habet locum, quando extant
b alia bona; [b] Ias. *in d. Authen. num. 7. vers. iu duo considera,*
vbi etiam Curt. iun. *num. 15. circa med.* Paul. de Castr.
*cons. 356. num. 4. lib. 1.* Alex. *cons. 56. num. 3. vers. verùm*
*quia, & in fin. lib. 1.* Soc. *cons. 75. nu. 1. & 13. lib. 1.* Paris.
*cons. 67. n. 49. lib. 2.*

### *ANNOTATIO.*

2 De † qua materia dixi *supra ad decis. 189.* Peregr. *de fideic.*
*art. 42. num. 66.* Perr. *de fideic. quæst. 8. num. 459.* Seraphin. *de-*
*cis. 1483. nu. 5.* & latè fuit dictum in Romana, seu Ianuen.
Dotis 30. Martij 1609. coram Penia. Imò † si fructus fi- 4
deicommissi sufficerent pro dote constituenda non de-
bet fideicommissum minui pro assignanda dote, Seraph.
*decis. 481. n. 3. & dec. 1483. n. 5.* & Rota *decis. 66. n. par. 1. in re-*
*cent.* Et † prædicta habent locum, etiam si testator, qui 5
fecit fideicommissum mandasset fœminas dotari ex bo-
nis fideicommissi, nam dicta dispositio est intelligenda,
quatenus aliunde congruè dotari non possent, Castr. *con-*
*sil. 64. num. 4. lib. 2.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 4. cap. 9. nu. 2.*
fuit dictum in Romana 12. Decembris 1599. coram Car-
dinali Millino, & in Romana Census de Muis 12. De-
cembris 1614. coram R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Census 20. mil.

*Veneris 24. Februarij 1612.*

### ARGVMENTVM.

An, & quando censeatur quis relictus legatarius, an verò nudus, & merus minister.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legatarius debet consequi fructus superextantes detractis oneribus.*

2 *Executor merus, & nudus minister nullum emolumentum consequi potest.*

3 *Minister nudus repræsentat se ipsum, non alium.*

4 *Contemplatione cuius personæ quid fuerit dispositum, attendendum est.*

5 *Dictio (accioche) importat causam finalem, à qua tota dispositio regulatur.*

6 *Causa, quæ respicit pietatem, præsumitur finalis.*

7 *Minister nudus, non legatarius censetur quis relictus, quando præcedunt onera, & postea pro illis exequendis fit assignatio.*

8 *Item si fuerit data ampla authoritas sine interuentu, & licentia hæredis adiecta prohibitione, quòd heredes non possint molestare dictum executorem.*

9 *Dictio (altro) implicat, & denotat similia.*

10 *Redditio rationis non cadit in re propria.*

11 *Minister nudus quis censetur electus, quando omnia tenetur distribuere, & nihil pro se retinere potest.*

12 *Testatoris voluntas declaratur ex vsu eius loquendi.*

13 *Legatum relictum pro supplemento victus per prius legati includit præcedens legatum, & facit vnicum legatum extra primum.*

14 *Augmentum debet regulari secundùm naturam sui præexistentis, cui accedit.*

15 *Minister nudus, non legatarius quis censetur relictus, quando post eius mortem non fuit subrogatus hæres, sed executor testamentarius.*

16 *Subrogatio ostendit eiusdem naturæ esse subrogatum, cuius est ille, cui fit subrogatio.*

17 *Testis verisimiliter informatus de voluntate testatoris, eo quia testator omnia faciebat de eius consilio, multùm probat.*

18 *Testis deponens de facto proprio magis probat.*

19 *Iunctis adminiculis plenè probat.*

20 *Ademptio, & translatio legati potest causare aliquod odium contra testatorem transferentem, non contra translatarium.*

21 *Minister merus, non legatarius quis censetur, si substantia dispositionis id suadeat, etiam si testator illum nominauerit legatarium.*

22 *Bart. in l. 1. ff. de adim. legat. declaratur.*

& facit vnicum legatum, Dec. *cons.* 423. *nu.* 5. Vnde non
14 debet vnum, & idem legatum diuerso iure censeri, † &
quia augmentum debet regulari secundùm naturam sui
præexistentis, cui accedit, *l. etiam*, vbi Bar. Bal. & alij, *Cod.
de iur. dot. l. inter socerum.* §. *cùm inter ff. de pact. dot.* Com-
probat etiam subrogatio facta in locum Antonij post
eius mortem, quia ad istam præstationem tunc subro-
gauit executores testamentarios ex dd. censibus nullum
commodum sperantes, ex quo duo oriuntur argumen-
15 ta, primum, quòd † cùm non vocauerit ad istud onus
hæredes Antonij, ad quos, si legatarius fuisset, transiis-
sent census cum onere suo, apparet, quòd Marchio-
nissa noluit legare illi dd. census; secundum est desum-
16 ptum à vi subrogationis, † quæ ostendit eiusdem natu-
ræ esse subrogatum, cuius ille, cui subrogatur, *l. si eum* §.
*qui iniuriarum ff. si quis caut.* sicut enim isti executores
habebunt nudum ministerium tantùm, ita est dicẽdum
de Antonio, in cuius locum fuerunt subrogati. Accedit,
quia sicut grauauit Antonium viuentem ad reinuestiẽ-
dum census, qui redimerentur, ita etiam executores te-
stamentarios post eius obitum, quo casu si Antonius
fuisset legatarius, debuissent grauari hæredes ad dictum
innestimentum, quia pretium ad ipsos vti Dominos cẽ-
suum, & ad quos retronendirio spectabat fuisset peruẽ-
turum, aut saltem ad consignandum pretium præfatis
executoribus ad d. effectum, nullo autem pacto pote-
rant executores directò grauari ad census reinuestien-
dos, si non remansissent in hæreditate. Multùm etiam
mouit D D. depositio eiusdem Antonij non solùm at-
tenta qualitate personæ, quia tempore depositionis erat
17 prælatus, † sed etiam quia benè informatus de mente
ipsius Marchionissæ, quæ, vt dicunt testes, omnia fa-
18 ciebat de eius consilio, & quia † videtur deponere de
facto proprio, & per consequens fortiùs probat, Aym.
*cons.* 2. *num.* 9. Siluan. *cons.* 94. *nu.* 14. *decis.* Benint. 63. *ad
fin.* & plusquam semiplenè, Cæs. de Grass. *dec.* 2. *in fin.
de empt. & vendit.* dixit Rota in vna Vrbeuetana bono-
19 rũ 3. Iunij 1576. coram bo. me. Card. Seraph. & † iunctis
adminiculis, & coniecturis, de quibus supra, aliisque per
informantes deductis. plenè probat Paul. de Castr. *in l.
quicunque in fin. C. de ser. fugit.* Crot. *in tract. de test. n.* 209.
Soc. iun. *cons.* 61. *in fin. lib.* 1. Cæph. *cons.* 45. *a n.* 31. Non ob-
stat, quòd testatrix reuocasset illi omnia legata, & tran-
stulisset in DD. de Tulpha, quia dato, quòd ægrè tulisset
20 ademptionem, & translationem, † hoc potuisset causare
aliquod odium cõtra Marchionissam transferentẽ, non
autem in illos de Tulpha, in quos fuit facta translatio,
actus enim translationis fuit testatricis, non ipsorũ Non
21 obstat, quòd testatrix nominauerit Antoniũ legatariũ, †
quia omisso quòd magis inspicienda est substãtia dispo-
sitionis, quàm denominatio, ad tradita per Tiraq. *de re-
tra. lign.* § 1. *gl.* 14. *n.* 81. verè est legatarius absq; eo, quod
fuissent illi relicti cẽsus, fuerat enim aliis legatis à Mar-
chionissa honoratus, & verba illa (*& acciò detto legatario;
ilquale nomina, & vuole che sia, &c.*) nõ constituunt eum
legatariũ, sed designant, quis ex legatariis fuerit ad tale
ministeriũ electus, immò cùm dicat (*lascia al legatario*)
præsupponit illũ legatarium per priùs, & aliunde, quàm
22 ex censibus. Non obstat † doct. Bar. *in l.* 1. *ff. de ali. leg.* dũ
distinguit inter verba dispositiua, & executiua, quia plu-
rib. modis fuit respõsum, & primò quòd facit pro intẽ-
tione hospitaliũ, sumus enim in secundo mẽbro distin-
ctionis Bar. quia verba executionis conferuntur in per-
sonam Antonij ibi (*& acciò detto legatario possa eseguire,
& adempire detta sua volontà, lascia al detto legatario,* &c.)
Ex quibus constat, quòd relictum fuit factum pro exe-
cutione, & ipsum fuisse nominatum gratia executionis,
23 & ministerij, † non oportet enim quærere, cum quo te-
stator loquatur, sed in quem voluntatis intentio diriga-
tur, *l. cùm pater* §. *donationis ff. de leg.* 2. Illustrissim. Man-
tica *de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 19. *post n.* 9. Secũdò etiam
ministro † relinqui potest, sicut quotidie fit commissa- 24
riis, vt dicit glos. *in l. si quis Titio. in ver. ministrum. ff. de
leg.* 2. & benè probat d. lex ponderãdo illam dictionem
(† *nisi*) quæ cùm ponat exceptiooem supradictis, Alex. 25
*cons.* 64. *in princ. lib.* 4. & exceptio † debeat esse de termi- 26
nis eius, quod limitat iux. notata *in l.* 1. *ff. de reg. iur.* in-
nuit, † quòd possit esse minister etiam quòd verba le- 27
gati sint in ipsum concepta, vt loquitur tex. *in princip.*
hoc etiam probatur *ex d.* §. *à te peto*, ibi enim dixerat te-
stator, decem aureos è medio percipito, idem etiam pro-
bat *l. fideicommissa* §. *interdum.* iuncta glos. in ver. *non pu-
blicamus ff. de leg.* 3. Nudus enim minister † potest dici 28
dupliciter, vno modo respectu tituli, & commodi, vt
quia non sunt verba dispositiua relata ad eum, nec etiam
habet commodum, alio modo potest dici nudus mini-
ster respectu commodi, non respectu tituli, Imol. *in l. si
quis Titio. num.* 1. *ff. de leg.* 2. quam etiam distinctionem fa-
cit ibi Bal. *num.* 2. *in fin.* vbi dicit nudum dici, vel abstra-
ctum à commodo, & titulo, vel abstractum à commo-
do, sed non à titulo. † Tertiò, quod dicitur, quando 29
verba dispositiua diriguntur ad legatarium, non censeri
nudum ministrum, procedere in dubio Imol. vbi *supra
num.* 1. *in fin.* secùs autem, si appareat de mente testatoris
contraria Imol. ibi *num.* 2. Hic autem de contraria mente
constat ex supradictis. Quartò licèt hoc verum esset ex
proprietate verbi, & secundùm iuris interpretationem,
attamen cùm testatrix, vt supra dictum est, iisdem verbis
directis ad ministrum vsa fuerit in aliis legatis, verba
† recipiunt potiùs interpretationem secundùm consue- 30
tum, & solitum sensum, & modum loquendi testatri-
cis, quàm secundum ipsorum proprietatem, Paul de
Castr. *in l. quo loco* §. 1. *circa princ. ff. de hæred. instit.* Paris.
*cons.* 19. *n.* 167. *lib.* 2. Dec. *cons.* 42. *n.* 32. *lib.* 1. & hæc ver-
ba in effectu respiciunt executores. Non obstat, quòd
ista onera potuissent æquè benè præstari per hæredes,
quo casu Antonius censeri debet legatarius, non mini-
ster, nam retorqueri potest, † quia è conuerso censeri 31
debet minister, si non æquè benè possunt per hæredem
præstari, & hoc procedit siue verè, siue secundùm opi-
nionem testatoris ipse est meliùs præstaturus, vt tradit
Cum. *cons.* 107. *circa med.* quem sequitur Curt. iun. *cons.*
105. *n.* 22. & 23. Secundùm † enim opinionem testato- 32
ris intelligenda est eius voluntas. Bal. *in l. vlt.* §. 1. *nu.* 22.
*C. com. de leg.* & pro vero accipiendum est, quòd testa-
tor credidit esse verum, *l. seruo manumisso*, & ibi Ias. *n.* 2.
*ff. de cond. indeb.* latè Illustriss. Mantic. *de coniect. vlt. vol.
lib.* 3. *tit.* 10. & fuit dictum in vna Vrbeuetana Legati 28.
Maij, & 8. Iunij 1584. coram bo. me. Card. Seraphino.
Quòd autem † Antonius esset meliùs præstaturus sal- 33
tem secundùm opinionem testatricis, probat maxima
ipsius testatricis confidentia de persona Antonij, de qua
deponunt testes, & de qua testatur decisio bo. me. Card.
Pamphil. & probatur, quia omnes alias similes præsta-
tiones illi commisit, & verè etiam ex natura rei patet,
quòd ipse vti melius informatus de personis, quibus es-
sent præstandæ, meliùs poterat exequi voluntatem te-
statricis, quàm Hospitalia, quæ quotidie à nouis mini-
stris reguntur, qui vix propria Hospitalium negocia, ne-
dum aliena possunt ea, qua requiritur diligentia, præsta-
ri. Non † obstat doctr. Bar. *in l. Pamphilo* §. *duas ff. de leg.* 34
3. dum dicit considerandam esse paritatem, vel impari-
tatem inter legatum, & onus legato adiectum, vt co-
gnoscatur, an legatum sit factum gratia oneris, quia non
applicatur; loquitur enim in terminis legati, & illud
præsupponit, hic autem dubitatur, an sit, vel non sit le-
gatum. Minùs obstat distinctio eiusdem † Bar. *in d.* §. *à* 35
*te peto.* de onere habente determinatam, vel indetermi-
natam expensam, quia communiter reprobatur ab aliis,
vt ibi per Castr. & Imol. vltra quod etiam inter ista one-
ra aderant multa, quæ habebant indeterminatam expẽ-
sam, vt suppletio alimentorum pro ancillis, aliisque fa-

militaribus testatricis,ac illorum vestitus lugubris,& alia
36 quædam.Minùs releuat,quòd aliqua † onera essent an-
nua,& sic videretur legatarius, non minister,*ad l. pecu-
niæ ff. de alimen.leg*. quia vltra quod adsunt etiam aliqua
non annua,non concludit , onera sunt annuatim præ-
standa,ergo est legatarius,quia recurrendum est ad ver-
ba testatoris, ex quibus constabit , an sit legatarius ,vel
minister,vt per Bar.*ibi num*.1. loquentem de alimentis,
37 & per Alber.*ibi in princ*.Non releuat , quòd testatrix †
non disposuerit de reliquo , quia nec etiam in terminis
*d.§.à te peto.* fuerat dispositum,& satis censetur disposi-
tum in generali institutione hæredis. Non obstat,quòd
testatrix in subrogatione,quam fecit de persona D.An-
tonij de Tulpha,declarauerit se id facere,vt eum aliquo
beneficio propter consanguinitatem afficeret, si autem
ipse futurus fuisset nudus minister , nullũ commodum
fuisset consequuturus,quia non est consideranda eius
persona, nec eius consanguinitas , sed est consideranda
38 persona Antonij, in cuius locum fuit subrogatus , † ita
vt nihil plus iuris habere possit,quàm ipse Antonius,*l.si
cum §.qui iniuriarum ff.si quis caut*.Vltra quòd cùm sub-
rogatio fuerit facta cum translatione omnium legato-
rum relictorum Antonio , multum commodi erat per-
cepturus,prout fuisset percepturus ex aliis legatis,vt di-
39 ctum est supra. Quod dicitur † de executore grauato
alicui tradere post tempus, ita vt medio tempore com-
modum sit ex legato percepturus,iuxta tradita per Bar.
& Castr. *in d. l. si quis Titio. ff. de leg.* 1. non applicatur,
quia Antonius non fuit grauatus aliquid restituere , &
nihil retinere poterat , quia ex fructibus debebat sine
aliqua mora onera præstare; residuum autem, quod su-
pererat post solutionem onerum,dimittere hæredibus.
40 Non est verum , quòd Marchionissa † fuerit vsa verbo
iuris,quia non dixit ( *lego Antonio* ) vt ex aduerso præ-
sopponitur,sed vsa est verbo facti (*lascio*) cum illa addi-
tione (*accioche possa adempire,& esseguire*) quæ denotant
merum factum , quo verbo vsa etiam fuit in aliis codi-
cillis , quando Antonium merum executorem, & nu-
41 dum ministrum constituit. Vltra quod etiam cum † ver-
bis iuris,& cum verbo (*lego*) potest constitui nudus mi-
nister, vt probat *d.l.si quis Titio.* ponderando illam di-
ctionem ( *nisi* ) vt supra dictum est. Ex quibus , & aliis
deductis per informantes,qui omnibus ex aduerso de-
ductis respondent,Domini recesserunt à decisis.

*ANNOTATIO.*

42 a Hæc † materia an testator censeatur reliquisse hæredita-
tem,seu legatum alicui vti mero executori,& mero mi-
nistro,an verò vti legatario & hæredi , sæpè fuit in Rota
controuersa propter diuersos effectus,qui inde resultãt,
quos plures enumerat Simon de Pret.*de interpret.vlt.vo-
lunt.lib.5.dubit.2.num 46.& seq*. & præsertim,*sub num*. 57.
considerat eundem effectum ad quem tendit hæc decisio,
scilicet , quòd si quis sit relictus merus minister , illud,
quod superest non expensum , penes eum non remanet,
secùs autem si sit re vera relictus legatarius , seu hæres,
quem etiam effectum considerauit Rota in Romana Cẽ-
sus 20 mil.3.Martij 1617 coram R. P. D. Coccino Deca-
no: Potissimè autem ex eo dignoscitur fuisse aliquem re-
lictum vti merum executorem , quando in testamento
præcedunt onera.& postea ille deputatur ad exequenda
dicta onera , vt firmatur in hac decisione, & præter hic
allegata glos.*in l.si quis.in vers.vt ministrum ff.de leg.*2.vbi
Bart.*num*.1.& idem Bart. *in l.pecunia num*.1.*ff.de alimen.&
cib. legat*. & fuit dictum in Ferrarien. Bonorum 11. Maij
1610.& in eadem 27.Ianuarij 1617. coram R.P.D. Cocci-
no Decano,& coram eodem in Romana Census 20. mil.
3. Martij 1617. vbi dicitur hoc sine difficultate procede-
re,quando relictum fuit factum per viam modi,v.g.(*ac-
cioche il legatario eseguisca,&c.* ) quod idem considerauit
Rota *in 2.decis. in ead. causa* 29. Martij 1617. Prout etiam
censetur quid relictum vti merè executori , & ministro,
quando onera sunt pia,quia causa finalis relicti censetur
fuisse ipsum opus pium tantùm,non autem fauor execu-
toris nominati , vt optimè considerauit Rota in dicta
Ferrarien.1.Iunij 1616.coram R. P. D. Coccino Decano,
Item si testator nominauit per verba( *commissary , & ese-
cutori del testamento* ) vt fuit consideratum in dict.Ferra-
rien.Bonorum 27.Ianuarij 1617. Et clariùs apparet, si te-
stator disposuit omnes reditus erogari per executores in
opera pia à testatore expressa,puta in redemptione Cap-
tiuorum,& in maritandis Virginibus,& similibus,Castr.
*cons.97.num.1.& seq.lib*.1.Bald.*cons.77.per totum*,maximè *in
fine lib*,4.& fuit dictum in dict.Ferrarien.27.Ianuarij,vbi
dicitur,quòd in tali casu reipsa apparet esse merum exe-
cutorem ; colligitur eum esse merum executorem , si te-
stator dedit ei amplam facultatem liberè administrandi,
ista enim facultas non est opus , quòd detur legatariis,
quia illam de iure habent , sed benè sæpè illa datur per
testatorem executoribus , vt fuit consideratum in dicta
Romana Census 3. Martij 1617. & etiam ponderatur in
hac decisione. Fuit autem dubitatum in dicta Romana
Census 3. Martij 1617. an quis diceretur merus executor
ex eo,quod exequi statim debebat onus momentaneum,
non expectans temporis dilationem, & è contra censea-
tur legatarius, si onus exequendum respiciebat tractum
temporis successiuum in futurum propter commodum
medij temporis,iuxta text.*in l pecuniæ sortem ff.de aliment.
legat*.super cuius textus intellectu fuit valdè elaboratum
in pluribus propositionibus factis in eadem causa Ro-
mana Census coram R.P.D.Andrea, & licèt in dicta de-
cis.3.Iunij 1617.coram R.P.D.Decano fuisset dictum non
probari huiusmodi distinctionem *ex d.l. pecuniæ* , tamen
causa super hoc pluries postea proposita coram bo mem.
Andrea, tandem 3. Iunij 1619. coram eodem fuit dictum
præallegatam distinctionem esse veram in dubio, quate-
nus ex aliis verbis testamenti non posset dici , quòd de
contraria testatoris voluntate constaret, prout fuit reso-
lutum constare in testamento discusso in dictis decisioni-
bus.In dubio etiam censetur quis relictus,vti legatarius,
quando res relicta est in maiori quantitate, quàm onus,
Mantic.*de coniect.vltim.volunt.lib.12.tit.2. num*.3. Surd. *de
alim.tit.8.priuil.24.num* 7.Cæphal. *cons*.919. *num*.95. Consi-
deratur etiam , an verba sint collata in personam nomi-
natam dispositiuè,an verò executiuè, nam si dispositiuè,
ille non est censendus nudus minister , quamuis aliquo
onere sit grauatus,Cuman. *cons*.408. *num*.13. cum aliis re-
latis per Gratian.*discept.forens.cap*.446.*num*.4. vbi per to-
tum illud Capitulum tractat de hac materia.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Carpentoraten. Bonorum.

*Veneris 19.Decembris 1611.*

ARGVMENTVM.

Sententia à quo Iudice exequi debeat , & quæ actio competat pro executione sententiæ,& an requiratur noua citatio in executione.

*SVMMARIVM.*

1 *Exequi debet sententia ab eo Iudice,à quo fuit lata.*
2 *Procedit,si executio sit petita officio Iudicis nobili, secùs si esset intentata actio in factum,seu rei iudicatæ , quæ potest coram quocunque Iudice intentari.*
3 *Actio in factum,seu rei iudicatæ an requirat libellum,& contestationem litis.*
4 *Summariè in ea proceditur,*
5 *Citatio est necessaria etiam,ubi proceditur summariè,& iuris ordine non seruato.*
6 *Citatio requiritur in executione,quando est mutata persona Iudicis.*
*Citatio an, & quando requiratur in executione sententiæ transactæ in iudicatum,vide latè num.11.*
7 *Liquidatio precedere debet executionem , aliàs executio est nulla.*
8 *Relatio facta ab vno mensuratore tantùm est nulla , si duo fuerunt deputati.*
9 *Periti relatio est nulla, quando est facta parte non citata,&*

*14,& quando partes non interuenerunt in examinatione negocij,& nu.12.*

10 *Appellatio ab excessu semel conceditur,& executio interim factu est attentata.*

## DECISIO DXLV.

CVm hæc causa proponeretur 4. Nouembris præteriti super mandato de manutenendo, cui esset dandum, Rota ordinauit, vt videretur super nullitate executionis sententiarum; super qua dato particulari dubio 19. Decembris informante tantùm Antonio fuit pro nullitate resolutum. Si enim aduersarij incumbunt executioni primo loco factæ per Vicelegatum, illa sustineri non potest, nam tertia sententia, cui parendum fuit vigore clausulæ (*parute iudicato*) non fuit ab ipso Vicelegato, sed à quodam Iosepho Suarez lata, vnde
1 † ab ipso, non ab alio debebat executioni demandari, *cap. quoad consultationem.de re iudic. l.properandum.§.sin autem reus.C.eodem tit.* DD. *in l.à diuo Pio. §.sententiam,* vbi Ias.*nu.* 3. *ff.de re iudic.*cum aliis per Surd. *cons.*204.
2 *num.*1. quod † procedit, si fuit petita executio officio Iudicis nobili, licèt secus, si esset attentata actio in factum, seu rei iudicatæ, quæ potest coram quolibet alio Iudice intentari, *l.fin. in fin. C. de præscript. long. temp.* Felyn.*cap.postulasti.num.*11.*de for.compet.* Surd. *ibi nu.*7. Et vbi coram Vicelegato fuisset intentata actio iudicati, Vicelegatus nulliter processisset partem non citan-
3 do, licèt † enim magna sit inter Doctores dissensio, an vbi proponitur hæc actio requiratur libellus, & contestatio litis cum plena causæ cognitione, vt per Neuiz. *consil.*4.*num.*1.*& cum duobus seqq.& num.*11.*&* 12. at-
4 tamen negari non potest quod isto casu, † in quo saltem summariè proceditur ex traditis ibi per Neuiz. non
5 fuisset necessaria citatio, † quæ requiritur etiam vbi summariè proceditur, & iuris ordine non seruato, latè
6 Gabr.*de citat. conclus.*1.*num.*36.*& pluribus seqq.*& † ci-
a tatio requiritur in executione, ᵃ quando est mutata persona Iudicis, ex cumulatis per Gabr *d.concl. nu.*123.
7 Nulla est etiam dicta executio, quia facta † fuit non præcedente liquidatione, quæ tamen præcedere debuit, glos. *in l.*11.vbi Bartol. *nu.*2.*&* 5.*C.de sent.ex breui. recitand.* Bal. *in l.*1. *sub num.*4.*vers.quadam opponuntur.C. de iur.& fact.ignor.*.cum cumulatis per Surd. *cons.*248. *num.*13. Si autem Quætelli nituntur possessioni vigore mandati vltimo loco relaxati, illa pariter est nulla ex prædicto defectu. quòd non fuit facta à Iudice, qui illud relaxauit, & quia non præcesserant liquidationes, & detractiones, nec data cautio in forma depositi iuxta formam sententiæ, cuius vigore fuit facta executio. Neque sustineri potest prætensa allegata liquidatio, quia
8 † ex duobus mensuratoribus electis, vnus tantùm retulit, & ob id relatio est nulla, iux. notata *in l. si in tres ff.*
9 *de arbit.* est † etiam nulla, quia non fuit facta parte citata, nec partes interuenerunt in examinatione nego-
b cij, ᵇ Cresçen. *decis.*2. *num.*2.*de arbitr.* Executio etiam
10 est attentata, quia † facta pendente appellatione ab excessu, quæ semel conceditur, *l.ab executione. C. quorum appell non recip. c.quoad consultationem,* & ibi D D. *de re iud.* Quia tamen illi de Quætellis non informarunt forsan aliquo errore capti, Domini ordinarunt, quòd causa iterum proponatur, & audiantur.

### ANNOTATIO.

11 a Est valdè † controuersa opinio, an stante re iudicata possit deueniri ad executionem absque alia Citatione super eadem re, super qua fuit iudicatum, & inter easdem personas, vt patet ex relatis per Gab. *de citat. concl.* 1.*num.*129.*& seq.*& licèt magis communis opinio sit negatiua, Rota *decis.*365.*num.*5.*par.*1.*in recent.* tamen æquior, & humanior sententia est, quòd requiratur citatio, quam secuta fuit Rota in Romana Sancti Thomæ 17. Decembris 1604. coram R. P. D. Coccino Decano impres. penes Marches.*de commis.tom.* 2.*fol.* 156. quæ tamen opinio fuit declarata, non habere locum, quando mandatum esset relaxatum in eadem sententia, & materia non esset appellabilis, vt fuit resolutum in Romana Spolij 21. Iunij 1606. coram Card. Lancellotto, vt legitur annotatum in Annotationibus R. P. D. Coccini Decani, quæ reperiuntur impres. penes Marches. *de commis.tom.*2.*fol.* 157. in qua tamen annotatione dicitur aliud sensisse Rotam, quando materia esset appellabilis. Aduersus tamen hæredem non posset exequi sententia etiam super eadem re, super qua fuit iudicatum, nisi ipso citato propter mutationem personæ, Ruy.*cons.*102.*n.*4.*lib.*5. Capie. *decis*1.*num.*14.& dixit Rota in Romana Spolij domorum 27. Nouemb. 1617. coram R. P. D. Verospio. Item etiam quando est mutata persona Iudicis, & executoris, requiritur citatio, vt firmatur in hac decisione, & dixit Rota *dec.*365.*sub nu.*5.*vers.præsertim par.*1. *in recens.*

b Et quòd † para, de cuius interesse agitur interuenire de- 12
beat in examine negocij, super quo referre debet peritus, & ideò sit citanda vt possit interuenire, Gabriel. *cons.*168.*nu.*102.*lib.*1. Surd.*cons.*452.*num.*34. Rota *decis.* 525. *nu.*14.*&* 15.*par.*1.*in recent.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Rauennaten. Bonorum.

*Lunæ 6. Februarij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Executio nulla non priuat possessione, & quando quis censeatur se habere pro spoliato, & alia, de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Mutare quis sibi præsumitur causam possidendi ex superuenienti titulo etiam absque aliqua animi declaratione,& de hac materia latius num.*15.

2 *Possessione quis non priuatur ex immissione nulla.*

3 *Rauennæ Statutum reducit appellationem ad terminos iuris Canonici.*

4 *Appellatio admittitur de iure Canonico in possessorio.*

5 *Attentata est executio facta pendente termino ad appellandum.*

6 *Sententia lata pro die, pro qua non aderat citatio, est nulla.*

7 *Sententia lata, prout in cedula, sustinetur, & latiùs de hac conclusione num.*16.

8 *Non procedit, quando constat tunc temporis nullam fuisse scriptam, exhibitam, aut publicatam sententiam.*

9 *Sententia sine executione non priuat possessione.*

10 *Possessio non transfertur ex sola voluntate, & iussu Iudicis.*

11 *Suspicio sola sufficit, vt non sit fides adhibenda scripturæ, vbi ciuiliter agitur, & plura de hac conclusione sub num.*17.

12 *Pro spoliato quando quis se habet, non potest petere manutentionem.*

13 *Procurator non potest facere actum aliquem, ex quo principalis habeat se pro spoliato, nisi constet de speciali mandato.*

14 *Pro spoliato quis non censetur se habere, quando in primis petit manuteneri, & quatenus opus sit reintegrari.*

*modo, quàm supra expresso.*

6 *Testis eo magis euitatur à contrarietate, si deponat de diuersis factis.*

8 *Testis potest esse, quòd in discursu examinis de aliquibus recordetur, de quibus in principio non recordabatur.*

9 *Testis contrarietas, quæ non concernit substantiam, non est attendenda, & num. 10.*

*Testis falsus in vno, quod non est de substantia negocij, non desinit esse fide dignus, & num. 11.*

## DECISIO DXLVII.

Contrarietates oppositas contra testes visum fuit non obstare. Quantùm enim ad primam contrarietatem, quam informantes pro Communitate Malleani opponebant contra 19. testem, scilicet, quòd idem testis iuxta 15. dicat flumen Tyberis fuisse, & esse confine Territorij Gallesij, & Malleani, illudque diuisisse, & diuidere dicta Territoria, & iuxta 19. deponat Morones magnos esse in Territorio Malleani, & subtus illos antiquitus cucurrisse d. flumen, & nihilominus iuxta 25. dicit nescire confines Territorij Gallesij, & Malleani. Fuit responsum nullam posse considerari contrarietatem. Dum enim testis iux. 25. deponit, quòd flumen Tyberis diuidebat, ac diuidit Territoria prædicta, deponit de auditu, & suo iudicio ibi in illis verbis (*io tengo, & hò sempre inteso dire.*) Dum verò iuxta 22. interrogatus si scit, qui essent confines dd. Territoriorum de tempore, quo flumē currebat subtus Morones magnos, respondet se nescire, deponit de scientia certa, quia de
1 eo tempore nondum erat natus, † & sic excluditur cōtrarietas, cùm ea non possit considerari in eo, qui deponit se audiuisse, & interrogatus de scientia dicat nescire. Præterea d. testis, dum iux. 22. dicit se nescire confines
2 dd. Territoriorum, non dicit se nescire de præsenti, † prout iux. 15. dicit, sed solùm, quòd nescit de tempore, quo flumen currebat subtus Morones magnos, & per consequens ex ista scientia, & ignorantia non inducitur contrarietas, cùm sint de diuerso tempore. Nec videtur obstare, quòd testis videatur loqui semper de tē-
3 pore antiquo, & præterito, quia quicquid sit, † nō per hoc videtur tolli quominus id scire possit de auditu, & ignorare per propriam scientiam. Quo verò ad secundam contrarietatem oppositam contra eumdem testem desumptam ex eo, quòd iuxta 29. deponit Territorium Gallesij se extendere vsque ad Morones magnos, & tamen iuxta 30. & 39. deponit se nescire an locus nuncupatus (*il sacche vecchio*) de dicto tempore, quo flumen currebat subtus Morones magnos, esset sub Territorio Gallesij, vel Malleani, ex quo videbatur inferri, quòd stare non possit simul, quòd locus dictus (*il sacche vecchio*) sit intra, & extra Territorium Gallesij; pariter fuit responsum eam non obstare; nam licèt d. testis iux. 29. dicat Territorium Gallesij se extendere vsque ad Morones magnos, id tamen dicit de auditu ibi in illis
4 verbis (*io hò inteso dire*) † & ideo non videtur sibi contrarius, dum interrogatus de certa scientia, an locus dictus (*il sacche vecchio*) sit intra Territorium Gallesij, dixit nescire, vt supra dictum est Rursus ex lectura depositionis eiusdem testis iuxta 29. & iux. 30. manifestè apparet, quòd licèt iux. 29. dicat Territorium se extendisse vsque ad Morones magnos, non tamē dicit id fuisse de tempore, quo flumen faciebat cursum subtus Morones magnos, de quo tempore iuxta 30. dicit se nescire, an saccus esset in Territorio Gallesij, seu Malleani, & sic ad euitandam contrarietatem facienda est interpretatio de diuerso tempore. Præterea etiam si dictus testis iux. 30. non intellexisset de diuerso tempore, adhuc
5 tamen non diceretur sibi contrarius, † quia testis si primò deponat scire, & postea dicat nescire, non ideo dicitur contrarius, quia debet intelligi, vt nesciat alio
a modo, quàm supra expresso. a Et pari modo tollitur alia contrarietas, quæ contra eumdem 19. testem desumitur ex eo, quòd idem testis iux. 15. & 19. dixerit flumen Tyberis diuidere dd. Territoria, & Morones magnos esse in Territorio Malleani, & tamen iux. 30. & 39. dixerunt nescire, an locus dictus (*il sacche*) esset in Territorio Malleani, aut Gallesij, quia vltra quòd, vt supra dictum est iux. 15. & 19. deponit de suo iudicio, & de auditu, & nu. 30. & 39. deponit de certa scientia, iux. 30. loquitur etiam de diuerso tempore, videlicet, quando flumen transibat subtus Morones magnos. Maximè quia non est verisimile, quòd testis nesciat, an locus dictus (*il sacche vecchio*) sit intra Territorium Malleani, aut Gallesij, & in reliquis sciat Territorium. Quo verò ad contrarietates oppositas contra 20. testem nec eas obstare visum fuit, & quoad primam desumptam ex eo, quòd iux. 15. dicit se vidisse mutationem fluminis in loco nuncupato (*li Morons piccoli*) & principium creationis Insulæ, & tamen iuxta 50. deponit, se non vidisse principium creationis Insulæ, quod etiam repetit iuxta 53. Respondetur, quòd iux. 15. non asserit se vidisse mutationem fluminis, & principium creationis Insulæ, sed tantùm dicit (*da vn'anno, ò dui, che comincio à praticare in quelle bande si comincio detto fiume à diuidere.*) Vnde potest esse, quòd ab aliis intellexerit, & ideo dum iuxta 50. & 53. dicit se non vidisse non contrariatur dicto iux. 15. ex quo in illo non dixerat se vi-
disse, † quod maximè videtur dicendum, quia dd. de- 6
positiones concernunt diuersa facta. Quoad secundam contrarietatem eiusdem testis, quæ deducitur ex eo, quòd iux. 39. dicit intellexisse à Malleanensibus locum dictum (*il sacche vecchio*) fuisse possessum à Malleanensibus, vt eorum territorium, ita vt Gallesani nihil super illo agere aut prætendere possent, nec scire quid super hoc Gallesani dicant, & nihilominus super 30. art. dicit flumen fuisse confine Territorij Gallesij tempore, quo currebat subtus Morones magnos, & territorium prædictum comprehendisse locum illum nuncupatum (*il sacche*) Respondetur eo modo, quo fuit responsum ad contrarietates oppositas contra 19. testem, videlicet, Ipsum non deponere iux. 39. de tempore, quo flumen currebat subtus Morones magnos, sed de tempore, quo ipse audiuit à Malleanensibus, in 3. verò art. loqui de tempore, quo flumen currebat subtus Morones magnos. Præterea illum iux. 39. deponere de auditu, in 3.
verò artic. deponere simpliciter de scientia. † Vnde 7
etiam si enunciata essent in se contraria, attamen ipse non esset sibi contrarius, quia potest esse, quòd vno modo dici audiuerit, & alio sciuerit. Ad tertiam verò contrarietatem deductam ex eo quòd iux. 14. idem 20. testis dicit se non recordari de præsenti particularia, & tamen iuxta sequentia interrogatoria refert multa particularia, fuit responsum ex eo non induci contrarietatem, siue mendacium. Primò quia testis iux 14. non deponit se non recordari particularia, sed tantùm audiuisse tractari res diuersas secundum casuum contingentiam, & quantùm ad flumen pluriès intellexisse tractari, quando dicebatur, quod flumen ibat ex vno latere, & quando ex alio, & quod de particularibus non recordetur, & sic debet intelligi de particularibus, quæ tractabantur secundùm casuum contingentiam, ac de aliis. Secundò quia potest intelligi, quòd non recordetur de omnibus, & consequenter non excludit, quin de aliquibus possit recordari. Ter-
tio quia † potest esse, quòd in discursu examinis non- 8
nulla fuerint sibi redacta ad memoriam de quibus in principio non recordaretur. Quæ omnia eo magis veniunt admittenda, quia contrarietates, de quibus opponitur quatenus per prædicta non essent sublatæ, ni-
hilominus non essent attendendæ, quia † non concer- 9
nunt substantiam causæ b, scilicet, mutationem aluei b
fluminis vnico impetu, & existentia insulæ.

*ANNO*

*sic.* Natt. *cons.* 171. *nu.* 13. cum aliis adductis. Secundò propter spem, quam potest habere ipse, aut eius descendentes, etiam in portione Citi, & Alex. vigore fideicómissi. Et si Marchio, quando loquutus est in primo capite de proprietate locorum Montium, & de fructibus inuestiendis communibus intellexisset etiam de portione, & interesse Alexandri. & Citi. sicut postea quando locutus est de fructibus decursis ab anno 1518. dedit mandatum ad instandum, & faciendum scribi, & adnotari hæc eadem similia verba (*respondeatur, vt supra de paghis. & prouentibus dictorum omnium locorum respectiuè quorumcumque annorum præteritorum ab anno* 1518. *exclusiuè citra, & de cætero de anno in annum pro duabus quartis partibus cum dimidia ipsi Marchioni Alphonso*) ita etiam dixisset de portione ipsorum Alexandri, & Citi. Et ex isto interesse, quod, vt dictum est, habet Marchio respectu communionis, & respectu fideicommissi: eodem modo respondetur decreto Prætoris; si in aliquo fauet Alexandro, & Ciro, vltra quod ad effectum dubij, de quo quæritur, an Marchio attentauerit nomine Ciri, & Alexandri, sufficit, quòd ipse neque per se, quia erat absens, neque per Procuratorem, quia non dedit mandatum, ad hoc aliquid fecerit nomine prædictorum, & vbi D. Serta fecisset, quod nunquàm probatur, nihil ad D. Marchionem, quia non fecisset vti Procurator ab eo constitutus, & dum dicitur debere † renunciari, quando fuit attentatum à Procuratore
11 non habente mandatum, ne aliàs videatur habere rata attentata: Respondetur, quòd renunciatio deberet fieri ab ipsis Cito, & Alexandro, quorum nomine essent facta, non à Marchione. Vltra quòd ipse fecit generalem renunciationem, quæ etiam si opus esset, hunc casum comprehenderet, licèt hæc non percutiant dubium, de quo agitur.

### ANNOTATIO.

12 a Vant. † *de nullit. ex defectu inhabilitat. sub num.* 163. vbi propterea infert, quòd potest in secunda instantia reuocari, quia censetur solùm effectus dominus primæ instantiæ in qua comparuit, non autem secundæ, Marescot. *var. lib.* 2. *quæst.* 62. *num.* 7. Seraph. *decis.* 1180. *nu.* 1. & 2. Hoc non procedit, quando adest clausola (*releuans, &c.*) quia cum d. clausula operetur satisdationem de iudicio sisti, & iudicatum solui, censetur factus dominus totius litis, non solius instantiæ, Seraph. *dict. decis.* 1180. Marescot. *d. cap.* 62. *num.* 7.

13 b Procurator † dominus litis effectus non potest sine iusta causa reuocari, *cap.* 2. *de Procur. in* 6. Seraphin. *decis.* 195. *num.* 1. Rota *decis.* 172. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* & quæ nam sit iusta causa, remittitur Iudicis arbitrio, Rota *d. decis.* 172. *sub num.* 1. vbi *sub num.* 2. dicitur esse necessaria cognitio Iudicis saltem summaria super dicta reuocatione, si Procurator se opposuerit, secùs verò si nõ se opposuerit. Et
14 † quãdo nullus se opponit, scilicet, nec pars aduersa, nec ipse Procurator reuocatus, tunc tenet reuocatio etiam post litem contestatam, Seraph. *decis.* 195. *nu.* 1. Rota *decis.* 154. *n.* 1. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum in Conchen. Salarij 10. Decembris 1612 coram R. P. D. Coccino Decano, nec sufficeret consensus solius Procuratoris, nisi etiam pars ipsa aduersa consentiret, Put. *decis.* 18. *de Procurat.* & talis consensus probari debet per eum, qui nititur reuocationi, Put. *decis.* 9 *de Procurat.* imò consensus Procuratoris non multùm curatur, quia eius contradictio non impedit effectum reuocationis in præiudicium reuocantis, sed id facit tantùm, vt pro conseruatione suæ famæ cognoscatur, an sit iustè reuocatus, Seraphin. *decis.* 195. *nu.* 2. Sicut etiam omnia gesta cum dicto Procuratore post reuocationem essent ipso iure nulla, si huiusmodi reuocatio ad notitiam partis, & Iudicis deuenisset, non obstante, quòd ille iam esset effectus dominus litis, Vant. *de nullit. ex defectu inhabilit. num.* 162. vbi dicit quòd in hoc casu solùm Procurator honoris sui causa audiri potest.

c In contrarium est doctrina Bart. *in l. si quis §. Iulianus n.* 1. *ff. de Procur.* quam secuta fuit Rota in Mediolanen. rescissionis contractus 14. Decembris 1611. coram Cardinali Sacrato.

d Cum aliis cumulatis per Vant. *de nullit. ex defectu inhabilit. nu.* 165. & idem est, quando constitutio secundi Procuratoris est nulla, Cresc. *decis.* 7. *num.* 3. *de Procur.* Put. *decis.* 267. *num.* 4. & 5. *lib.* 2.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Illerden. Portionis.

*Lunæ 27. Februarij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio est danda possessori anteriori in concursu cum possessore posteriori immisso à Iudice nulliter procedente.

### SVMMARIVM.

1 *Manutentio est danda possessori anteriori.*

2 *Possessio probatur per instrumentum, quando prius erat vacua.*

3 *Possessio probatur ex perceptione fructuum, quod est præcipuum, & verum signum possessionis, & num.* 7.

*Non procedit in præiudicium tertij possessoris anterioris, de cuius vera possessione constat, & num.* 8.

4 *Manutenibilis non est possessio posterior in concursu anterioris.*

5 *Manutenibilis non est possessio proueniens à Iudice nulliter procedente.*

6 *Exceptio respiciens petitorium, prout est exceptio respectu ætatis, non admittitur in iudicio summarissimo manutentionis.*

### DECISIO DXLIX.

PRo Alphonso informante, fuit resolutum dandam esse illi manutentionem, † quia constat de eius an- 1
teriori possessione, *c. licèt causam. de probat.* Bar. *in l. si duo. in princip. sub num.* 4 *ff. vti possid.* Alex. *cons.* 88. *nu.* 4. *lib.* 5. Couar. *practicar. quæst. cap.* 16. *vers. duodecimò hac in controuersia.* latè Menoch. *de retinen. remed.* 3. *num.* 723. Possessio autem Alphonsi probatur per instrumentum, quod † plenè probat eam, quando prius erat vacua, 2
Bart. *in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir. possess.* & fuit dictum in vna Hipporegien. Cappellaniæ 3. Martij 1578. coram Lauretano, & in vna Oueten. Sacristiæ 13. Iunij 1590. coram Illustrissimo Cardinali Platto, & sæpissimè in aliis, & † probatur etiam ex fru- 3
ctuum perceptione, [a] quod est præcipuum, & indubi- a
tatum signum possessionis, Soc. *cons.* 13. *num.* 14. *lib.* 4. Sarn. *de Annal. quæst.* 47. *num.* 1. & 2. Cæsar de Grass. *decis.* 10. *num.* 3. *de restit spol.* Possessio autem aduersarij, vltra quod est recentior, & † non manutenibilis in con- 4
cursu antiquioris, vt dictum est, † cùm proueniret à Iu- 5
dice nulliter procedente, non potest manuteneri, Bart. *in l.* 1. *§. huiusmodi. num.* 3. *ff. vti possid.* Paul. de Castr. *cons.* 10. *num.* 9. *lib.* 1. fuit enim capta possessio intra tempus ad appellandum, imò & post appellationem: Defectus ætatis, † qui obiicitur respicit petitorium, & propterea 6
eius exceptio non est admittenda in hoc summarissimo iudicio, vt fuit dictum in vna Romana Census 8. Februarij 1577. coram Robusterio, & in vna Mediolanen. Parochialis 16. Martij 1588. coram Illustrissimo Cardinali Platto. Vltra quod huiusmodi defectus nec etiam benè probatur, vt per informantes.

### ANNOTATIO.

a Rota † *decis.* 508. *num.* 1. *part.* 2. *in recent.* & *decis.* 629. *nu.* 4. 7
*par.* 1. *in recent.* & plenè de hac materia Mascard. *de probat. concl.* 1188. vbi multipliciter ampliat, & limitat, non tamen

8 tamen perceptio fructuum probaret possessionem † in præiudicium tertij anterioris possessoris, de cuius vera possessione constaret, Rota *decis.506.num.4.par.1. diuers.* & fuit dictum in Romana domorum de Roncionibus 1. Iunij 1616. coram R.P.D. Buratto.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Hispalen. decimarum de Ayamonte.

*Veneris 23. Martij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Sumptum ex sumpto, & iura in alio iudicio registrata an, & quando faciant fidem.

### SVMMARIVM.

1 *Exemplum exempli, & sumptum de sumpto non facit fidem.*

2 *Procedit etiam si primum sumptum sit solemniter factum.*

3 *Exemplum in actis registratum, probat in alio iudicio.*

4 *Procedit, quando ipsummet exemplum registratum producitur, secus, si aliud exemplum ab eo extrahatur.*

5 *Innocentiana habet locum, vbi eadem iura in actis registrata in alia causa producuntur, & requiritur, quod iura illa registrata sint in forma probanti, & benè recognita, tunc enim benè probant contra quoscumque.*

### DECISIO DL.

FVit resolutum duas sententias, & duas prouisiones Regias non esse in forma probanti, nam quoad duas sententias, quæ prætenduntur latæ de annis 1495. & 1496. in quadam causa dictis temporibus vertente, opponitur contra ipsas, quòd pendente causa, de qua agitur, in Rota fuit exhibitum transumptum duarum sententiarum in partibus coram Iudice sæculari productarum per viam compulsi ex actis Curiæ Regiæ, & sic sunt exempla ab exemplis extracta, quia scripturæ coram Iudice sæculari exhibitæ non erant originales, sed
1 copiæ, † vnde tamquam exempla exemplorum, & sumpta de sumptis nõ possunt dici in forma probanti, neq; fidẽ faciunt, *l. sancimus C. de diuers. rescrip. l. Procurator. C. de edēdo.* not. DD. *in Authen. si quis in aliquo C. de edend. & in c. 1. de fid. instr.* Alex. *cons.* 138. *n.* 4. *lib.* 1. latè Couar. *pract. q. cap.* 21. *num.* 4. *vers. secundò hoc exemplatio.* Caput.
2 *decis.* 234. *num.* 1. *par.* 1. † Quod procedit, etsi primum
a exemplum esset solemniter factum, [a] iux. communem sententiam, de qua per Dec. *in d. Authent. si quis in aliquo, sub nu.* 30. & Cagn. *num.* 53. & secuta est Rota in vna Regien. præcedentiæ 20. Decembris 1587. relata *inter diuers. decis.* 733. *par.* 1. & in Mediolanen. decursus Aquarum 4. Nouembris 1609. coram me. Et propterea tantò magis procedit in casu isto, in quo scriptura transumpti inserta in processu, ex quo fuit desumptum hoc secundum exemplum, non est legitima, neque in forma probanti, sed patitur multos defectus, de quibus per informantes. Eodem morbo laborant prouisiones Regiæ, altera facta die 22. Septembris 1509. altera 4. Februarij 1515. quia quoad primam apparet Alphonsum Sauatego illam extraxisse ex quodam exemplo in suis actis exhibito per Io. de Molina Scribam Regium; Quoad secundam fuit penes eadem acta exhibitum trãsumptum dictæ prouisionis factum sub die 10. Aprilis eiusdem anni in oppido de Lepe, & per Notarium eius-
3 dem oppidi. Non obstat, quod ex aduerso dicitur †
4 exemplum in actis registratum probare in alio iudicio,
b [b] quia procedit, quando ipsummet † exemplum registratum producitur apud acta alterius Iudicis, & ita loquuntur Doctores allegati, secus in exemplo ab eo exemplato; Innocentiana pariter loquitur, vbi iura in actis registrata in alia causa producuntur, & non suffragatur, † nisi quando iura, quæ sunt in processu de partibus, sunt in forma probanti, & benè recognita, tunc enim contra quoscunque probant, vt fuit resolutum in vna Iacen. Portionis 12. Ianuarij 1604. coram Illustrissimo Cardinali Millino. 5

### ANNOTATIO.

a De quo dixi *supra ad decis.* 432.
b Et vide *supra ad d. decis.* 432.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ariminen. Fideicommissi.

*Lunæ 26. Martij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Fideicommissum conditionale, ex quibus coniecturis transmittatur.

### SVMMARIVM.

1 *Non transmittitur fideicommissum conditionale ad hæredes.*

2 *Ampliatur, vt nec etiam transmittatur ad descendentes.*

3 *Non procedit, quoties apparet de voluntate testatoris non solùm expressa, sed etiam ex tacita ex coniecturis, & num. 11.*

4 *Transmissibile fit intransmissibile, & è contra, quando constat de voluntate testatoris.*

5 *Transmissionis coniectura est, quando fuerunt vocati hæredes substituti extranei, præsumitur enim testator voluisse transmittere ad suos descendentes, & numero 11.*

6 *Item si filij, ad quorum fauorem prætenditur transmissio, sunt positi in conditione, & num. 13. sed num. 14. referuntur Doctores, & decisiones, quæ hanc coniecturam reprobant.*

7 *Item si sit substitutus extraneus, ne præsumatur testatorem voluisse præferre extraneum suis descendentibus, & num. 15.*

8 *Item si substitutio sit iuncta cum iure accrescendi, & num. 16. vbi in fine refertur decisio, quæ hanc coniecturam declarat.*

9 *Item si testator fecit plures gradus substitutionis, & nu. 17. vbi referuntur decisiones, quæ hanc coniecturam non admittunt.*

10 *Pro transmissione simul iunguntur plures coniecturæ, quæ aliàs de per se sola non sufficerent.*

### DECISIO DLI.

SEbastianus [a] de Sabbatinis, institutis in suo testamento Violante, & Liuia eius filiabus hæredibus, eas inuicem substituit, quandocunque decederent sine filiis legitimis, & naturalibus, & vtraque sic decedente substituit Antonium Sabbatinum. Post mortem testatoris decessit Violantes relictis duobus filiis, & postea mortua fuit Liuia nullis relictis liberis instituto hærede Alexandro Solerio eius marito. Orta controuersia inter filios Violantis, & Alexandrum super cessione bonorum Sebastiani coram Gubernatore Ariminen. fuit lata sententia ad fauorem Alexandri, à qua cùm fuisset appellatum, & causa appellationis mihi commissa: Dubitaui an prædicta sententia esset confirmanda, vel potius infirmanda, & informantibus tantùm Alexandro, & Cæsare de Faitanis habentibus causam à filiis Violantis resolutum fuit ad fauorem ipsorum pro infirmatione sententiæ, & quòd filij Violantis admini a
debuerint

debuerint ad portionem, quæ Liuiæ contigit in hære-
ditate Sebastiani, per substitutionẽ fideicommissariam
ex persona matris iure transmissionis; licèt enim ius fi-
deicommissi conditionalis non transmittatur ad hære-
1 des, † *l.vnic.§.sin autem sub conditione. C. de Caduc.tollen.*
*l.si ex pluribus in fin.versic.alia causa. ff. de fid. & legat. l.si*
2 *ita legatum.§.illi volet.ff.de leg.1.* ita vt neque † etiam ad
liberos transmittatur, glos.& Doct.*in l.vnic.C.de his,qui*
*ant.aper.tab.*Bart.*in l.1.sub n.8. versic. alia glos. ponit.ff.de*
*leg.*1.cum cumulatis per Gabr. *de instit.conclus.2.n.10.*&
dixit Rota in vna Ciuitaten. Bonorum 13. Iunij 1590.
& 14.Ianuarij 1591.coram Illustriss.Cardinali Mantica,
& in vna Ciuitatis Castelli fideicõmissi 24. Maij 1601.
3 coram me. Attamen † id non procedit, quoties appa-
ret de voluntate testatoris nõ solùm expressa, sed etiam
c tacita ex coniecturis,[c] Bal.*in dict.l.vnic. sub nu 5. versic.*
*nisi concurrentibus*, & ibi etiam Corn. *circa fin. C. de his,*
*qui ant aper.tab.*latissimè Gabr.*dict.conclus.2.nu.15.* Ca-
putaquen. *decis.21. in princip.par.1.* fuit dictum in præ-
allegata Ciuitatis Castelli fideicommissi. Nam regula-
4 riter † in omnibus difficultatibus fideicommissorum,
tùm verò, vel maximè in transmissionis materia semper
præferenda est voluntas testatoris, quæ facit de trans-
missibili transmissibile, & è contra, vt latè per Zanch.
*in l.hæredes mei.§.cùm ita num.195.ff. ad Trebell.in prima*
*editione.* Placuerunt autem Dominis coniecturæ dedu-
ctæ per informantes, & priùs per Rimin.iun.*consi.476.*
5 qui in hac causa consuluit. Et in primis illa, quòd † te-
stator post mortem Violantis, & Liuiæ substituit An-
tonium extraneum, si extaret; sin minus Antonij hæ-
redes. Vocando enim hæredes Antonij, ipso non extan-
te, multò verisimiliùs est, quòd voluerit etiam admitti
hæredes filiarum, quando illæ non extarent tempore
d purificati fideicommissi[d], vt per Rimin.iun.*ibi num 52.*
& per Illustriss. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. vo-*
*lunt.lib.11.tit.10.num.20.* prout etiam dicendum esset,
quando vocasset filios Antonij, Ruyn. *cons.79. num.13.*
*versic.sed præmissis lib.3.* Aym.*cons.62.num.10.* Curt.iun.
*cons.16.num.7.*Castan.*cons.62.nu.13. versic. item ex verbis.*
6 Altera coniectura oritur ex eo, quòd † filij Violantis
fuerunt positi in conditione; ex tali enim commemo-
ratione colligitur affectio testatoris, & voluntas trans-
e missionis fideicommissi conditionalis,[e] vt post plures,
quos congerit, tradit Aym. *cons.776. num* 13. latè Gabr.
*de hæ ed.instit. conclus.2. num.35.* plures etiam cumulat
Hond. *cons.70. num.33. lib.1.* & tradit Rimin. iun. *dict.*
*consil.476. num.15.* cum aliis pluribus adductis per in-
formantes. Et licèt hæc coniectura per se sola conside-
rata non careat multis contradictoribus, attamen negari
non potest, quin in concursu cum aliis operetur, vt per
Illustriss.Cardin. Mantic. *vbi supra num.16.* Accedit al-
7 tera coniectura deducta † ex eo, quòd decedentibus
Violante, & Liuia sine filiis substituit Antonium ex-
traneum, quam coniecturam ad effectum transmissio-
nis fideicommissi propter absurdum, quòd testator vi-
deretur anteposuisse extraneum suis descendentibus,
f considerarunt,[f] Socin.*in l.hæredes mei.§.cùm ita num.13.*
*ff.ad Trebell.*Ruyn.*cons.178.num.2.lib.1.*Paris.*cons.78.n.3.*
*lib.2.*Alex.de communi *in l.si pater num.3. ff. de vulgar.*
Illustriss. Mantic. *vbi supra num.21.* cum aliis adductis
per informantes. Nec facit, quòd Doctores prædicti
loquantur, vbi agitur de excludendo substituto, quia
multò magis procedere debet, quando agitur de exclu-
sione extranei nõ vocati, imò testatori incogniti. Con-
currit etiam, quòd substitutio est vnita cum iure ac-
8 crescendi, † quo casu sicut transmittitur ius accrescen-
g di, ita etiam substitutio fideicommissaria,[g] Bartol. *in.l.*
*vnic.§.sin autem sub condit. C. de caduc.toll.* Paris. *cons.50.*
*num. 30. lib.3.* Ceph. qui alios allegat, & de communi
testatur *cons.16.num.45.* quam etiam magis communem
dicunt Burs.*cons.71.sub num.15.*Rimin.iun.*d.cons.476.*
*num.38.cum multis seqq.* Menoch.*cons.95.nu.111.* Hond.
*cons.70.num.40.& seq.lib.1.* Alex.Trentacinq. *de substit.*
*par.4 cap.14. num.8.* & quando hæc coniectura diffi-
cultatem haberet propter contradictores, negari ta-
men non potest, quin iuncta cum aliis multùm confe-
rat ad inducendam transmissionem, vt dicit Aym. *cons.*
*168.num.x. versic. alia coniectura in fin.& cons.776.num.*
*14. post med.* Considerabant etiam Domini, † quòd 9
testator fecit plures grados substitutionum, prout con-
siderant Doct.pro coniectura transmissionis fideicom-
missi,[h] Curt. iun. *cons.16. num.7. vers.confirmo.* Grat. h
*cons.101.num.4. lib.2.* Paris. *cons.77. num.21. lib.2.* Gabr.
*dicta conclus.2.num.33.* Rimin.iun. *dict. cons. num.27. &*
*seqq.* & frequentiori calculo receptam dicit Ceph. *cons.*
*252. sub 17. vers. & idem ostendi.* quam coniecturam
etiam sequitur Aym. *cons.663. sub num.5. versic. tertia*
*coniectura*, & comprobat, quia cùm admitti soleat, vt
positi in conditione censeantur vocati, fortiùs debet
admitti ad effectum transmissionis, quæ faciliùs datur,
quàm vocatio, vt latè per ipsum, & isto casu suffragari
debet, quia filij Violantes in singulis substitutionibus
fuerunt positi in conditione, vt per Illustrissimum
Mantic.*d.lib.11.tit.20. sub num.24.* secundùm vltimam
editionem, qui refert ita fuisse dictum per Dominos in
vna Ciuitaten bonorum 14. Ianuarij 1591. coram ipso,
& quia ista coniectura non est sola, vt per eumdem *ibi.*
Quæ coniecturæ, † quando singulariter consideratæ 10
reciperent difficultatem, attamen simul iunctæ, & in
vnum collectæ sufficere debent pro trãsmissione, Paris.
*cons.66.num.79.lib.3.* Illustrissim.Cardin.Mantic.*vbi su-*
*pra num.16. ad fin.* Et propterea fuit resolutum pro
transmissione fideicommissi ad filios Violantis, & pro
infirmatione sententiæ extra Rotam.

## ANNOTATIO.

a Decisio hæc fuit confirmata coram R. P. D. Buratto 8.
Nouembris 1621.
b De hac materia trãsmissionis fideicommissi conditionalis
plura annotaui *supra ad decis.56.*
c Odd.† *de compend.substit.par.6.artic.1.num.15.*Decian.*cons.* 11
*78.num.6.li.2.*Crass.*§.fideicommiss.3.quæst.47.nu.6.* Mantic.
*decis.319. numero 1. & 2.* Rota *decis.59. numero 1. par.2. in*
*recent.*
d Curt.† iun. *cons.16.num.7.* Crauet. *consil.591.num.3.& cons.* 12
*935.nu.8.* Gabr. *de hæred.instit.conclus.2. num.29.* Menoch.
*cons.325.nu.62* Odd.*de compend.par.6.art.2.num.20. in fine.*
Intrigl.*de substit quæst.47.n.21.*
e Et hanc † etiam coniecturam præter hic allegatos se- 13
quuntur Socin. *in l.hæredes mei.§.cum ita num.10. ad finem*
*versic.ex eius dicto,& nu.11.ff ad Trebellian.* Natt. *consil vlti.*
*nu.3 & 4.*Crau.*cons.568.nu.2.& 649.n.2.*Menoch.*cons.793.*
*nu.21.*vbi testatur de communi, à qua in foro, & praxi
non sit recedendum, Cephal. qui præcipuam coniectu-
ram pro transmissione censet *cons.16.num.42.* Hond. *cons.*
*70.numero 33.lib.1.* Odd. *de compend. par.6. artic.2. num.21.*
dicens hoc communiter teneri ab omnibus, Trentacinq.
*de substitut.par.4. cap.14. num.21.* vbi quòd est communis,
Intrigl. *de substitut.quæstio.47. numer.22.* Crass.*§.fideicom-*
*missum quæstio. 68. numero 3.* & hanc etiam approbauit
Rota in Assina fideicommissi 16.Decembris 1602.coram
bo. mem. Pena, & in Romana Donationis 21. Aprilis
1614. coram R. P. D. Vbaldo.
Verùm † ista coniectura licèt sit valde vrgens, tamen de per 14
se sola non sufficeret, sed solùm iuncta cum aliis opera-
tur, & hanc de per se solam reiecit Rota penes Seraph.
*decis. 1014. numero 3.* & penès Mantic. *decis.125.numero 1.*
& in Romana Spolij, seu fideicommissi 24.Octobris.1609.
coram bo mem.Cardin.Lancellotto iuniori, prout etiam
reiecit Mantic.*de coniectur. vlt.volunt.lib.11.tit.10.nu.16.*
*versic.sed est aduertendum in noua editione.* Marescot.*variar.*
*resolut lib.2. cap.27.nu.9.*

15 f Quam † coniecturam præter hic allegatos approbat Curt.iun.*cons.16.nu.6.* qui dicit coniecturam fortissimam, Paris.*cons.76.n.20.li.2.* Crauet.*cons.418.nu.3.* Gabr.*de hared.instit.conclus.5.n.21.* Trentacinq. *de substit.par.4.cap.14.nu.7.* vbi quòd ita est tenendum, Mantic. *de coniect.vltim. volunt.lib.11.tit.20.nu.21.* Odd.*de compend.art.2.conclus.12.* Crass.§.*fideicommiss. quæst.68.nu.1.& seq.* Intrigliol.*de substit.cent.3.quæst.47.n.19.* Rota *decis.782.n.15.par.1.diuers.*

16 g Bursat.† qui de magis communi attestatur *cons.72.nu.15.* Cephal.*cons.16.nu.45. & 46.* vbi dicit fundamentum concludentissimum, & magis communiter receptum, Mantic. *de coniectur.vlt.volunt.li.11.tit.20.n.12.& 13.* Odd.*cons.54.n.11.* Rimin.iun.*cons.505.& 681.n.12.* Viu.de communi *dec.334.nu.15.& 20.* Trentacinq. *de substit.par.4.cap.14.num.8.* Honded. *cons.70.num.40. & seq.lib.1.* Intrigliol.*de substit.quæst.47.nu.26.* Crass.§.*fideicommiss.quæst.68.n.4.* dicens in fine ab hac communi non esse recedendum, quam etiam secuta fuit Rota in Aesina fideicommissi 16. Decembris 1602.coram bo.me.Penia, & in Romana Donationis 59. April.1614.coram R. P. D.Vbaldo.Verùm Rota *in deci.100.n.6.par.1.in recent.* noluit pro certo approbare dictam coniecturam, sed dixit esse multùm controuersam, & in omnem casum dicit solùm procedere, quando substitutus, de cuius exclusione agitur, esset extraneus, secùs autem si esset descendens.

17 h Mantic. † *de coniectur.vlt.volunt.lib.11.tit.20.nu.24.* Trentacinq.*de substit.par.4.cap.14.num.23.* Rust.*post troll.de fil.in cond.posit.concl.2.n.62.*& secuta fuit Rota in Aesina fideicommissi, & in Romana Donationis supra allegat. Sed contra dictam coniecturam tenuit Rota penes Mantic. *decis.125.n.3.*& penes Seraphin.*decis.1014.n.4.* ideò dicas, quòd sola de per se non sufficit, iunctis tamen cum aliis valde suffragatur, vt dicit Mantic.*decis.120.n.5.*

*Oliuerius Beltrominus.*

---

## Romana Mercedis.

*Veneris 16. Martij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Sententia, quando continet plura capita censentur tot sententiæ, quot capita, & tunc appellatio in parte, & partibus, quatenus contra, non suffragatur appellato.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tot censentur sententiæ, quot summa, & capitula in ea contenta, & num.6.*
*& potest sententia valere quoad vnum caput, licèt non quoad alia, & num.6.*

2 *Commissio post præsentationem est communis.*
*Commissio an, & quando censeatur effecta communis, plenè num. 7.*
*Et an requiratur citatio ad dicendum contra, ibidem sub num 7.*
*Commissio postquàm est effecta communis, suffragatur vtrique parti, & vigore illius potest procedi aduersus appellantem etiam per contradictas, & numero 8.*

3 *Appellatio, & restitutio petita in parte, & partibus, quatenus contra, non retardat executionem illius partis, in qua fuit pro appellante iudicatum.*

4 *Approbare censetur sententiam, quando quis non appellat.*

5 *Compensatio crediti illiquidi non intrat cum eo, quod est liquidum.*

### DECISIO DLII.

FVit dictum sententiam Rotalem esse exequendam in parte respiciente fauorem Bartholomæi, quia cùm sit lata in diuersis summis, quæ diuersis ex causis prætendebantur debitæ, † censentur tot sententiæ, quot 1
summæ, & capitula in ea contenta, [a] *l.etiam.§.ex causa.* 2
*ff.de minor.* glos. *in cap.2.in verb.eadem de ord.cognit.* Angel.& Ias.*in l.scire debemus.ff.de verb. oblig.* Barbat. *cons.10.column.pen.in fin.versic.& ideo dicimus lib.1.* Paris.*cons.66.n.4.lib.1.* Et propterea non obstat restitutio in integrum commissa ad instantiam Bartholomæi, quia fuit petita in partibus, in quibus fuit contra ipsum iudicatum, & propterea, † licèt post præsentationem commis- a
sio fuisset facta communis, [b] attamen † non habet re- b
tardare executionem illius partis, in qua fuit pro ipso 3
iudicatum, cùm sint summæ, & causæ omnino distinctæ nullam connexitatem inuicem habentes, quo casu neque etiam appellatio in vna interposita, in alia suspenderet, [c] Boer.*decis.73.n.4.* Lancell.*de attent.lit.pend.limit.* c
*2.num.11.* præsertim quia illi de Signoribus non reclamando † à sententia videntur illam approbasse, *iux.not.* 4
*in l.fi.C.de sentent.quæ in cert.quant.l.1.*& ibi glos.*in verb. obtempera.C. de postul.* Non obstat, quod opponitur de condemnatione expensarum ad fauorem ipsorum de Signoribus, quia quoad illas pendet restitutio, & non sunt liquidæ, & propterea † neque etiam intrat com- 5
pensatio cum eo, quod est liquidum ad fauorem Bartholomæi, & essent potiùs compensandæ cum illis, quæ ex aduerso deberentur pro rata victoriæ.

### *ANNOTATIO.*

a Tot censentur † sententiæ, quot sunt capita separata in ea 6
contenta, vt præter hic allegatos Becc.*cons.95.n.4* Bursat. *cons.184.n.37.* Rota *decis.33.nu.10. par.1. diuers.& decis.427. sub n.2.par 2.in recent.*& latè fuit dictum in Ferrarien. Pecuniaria impressa penès Marches.*de commiss.to.1. fol.1123,* & ideò sententia potest valere quoad vnum caput, licèt non quoad aliud, quando capita sunt separata, nec tunc vtile per inutile vitiatur, Rota *d.decis.33.nu.18* & benè in dicta Senogallien. Pecuniaria, sicut potest appellari à sententia in parte, & partibus, nec appellatus potest adhærere appellationi appellantis, quod secus est quando sententia continet vnum tantum caput vel etiam plura, quæ tamen sint connexa, de quo dixi *supra ad decis. 533.*

b Commissio † non efficitur communis, nisi postquàm pars 7.
aduersa fuit citata ad dicendum contra, & interim est locus pœnitentiæ, nec pars altera potest ea vti iuxta opinionem, quam passim sequitur Rota, vt *in decis.317.num 1. par.2.in recent.*& in Borgen.de Arogi coram bo.me Litta impressa penès Marches. *de commiss to.1.fol.171.* & in Salamantina Pensionis coram bo. me. Bubalo impressa penès eumdem Marches.*dicto tom.1. fol.175.* & vt efficiatur communis non sufficit, quòd fuerit obtenta citatio cum inhibitione, nisi constet etiam fuisse executam, vt dicitur in dicta Burgen.coram bo.mem. Litta, benè Rota *d.decis.317.sub num.2.versic.dicitur autem;* verùm quoad hoc contrarium videtur tenuisse Rota in Hispalen. præeminentiarum 16.Decembris 1618.coram R.D.D.Vbaldo, in qua ponderatur, quòd respectu actoris dicitur inchoata lis per solum decretum citationis, & ideò ibi dicitur, quòd censetur perpetua iurisdictio, quoad iudicem, ita vt non possit dici, quòd eius processus postea factus fuerit nullus ex defectu iurisdictionis. Conclusio autem supra firmata procedit etiam si commissio esset impetrata à Signatura Gratiæ, & in ea contineretur aliquid, quod esset etiam fauorabile alteri parti, nihilominus enim potest ei renunciari ante executam citationem, Rota *dicta decis.317. numero 2.* & in dicta Salamantina Pensionis coram bo. mem. Bubalo. Item procedit conclusio indistinctè, siue versemur in commissione, quæ

tosun

infundat nouum habituo,& excreitiū iurisdictionis, siue simpliciter excitet iurisdictionem, prout in Auditoribus Rotæ, vt in specie reprobata opinione contraria latè dixit Rota *in dicta decis.317.n.3.* Vlteriùs habet locum dicta conclusio, non obstante præsentatione commissionis facta Iudici, quia vltra præsentationem requiritur etiam citatio partis executa, Aret.*cons.33.n.3* quem refert & sequitur Rota *d. decis.317. n.2. ante finem.* Prædicta tamen omnia limitantur, vt non procedant, quando quoquo modo constaret de vsu impetrantis d. comoissionis, puta, quia vigore illius deuenerit ad plures actus, tunc enim efficitur communis, etiam si pars non fuisset citata ad dicendum contra, prout ita declarando decisiones contrarias Rota dixit in dicta Hispalen. præeminentiarū coram R. P. D. Vbaldo. Postquam verò pars est citata ad dicendum contra commissionem, dicitur effecta communis, & vigore illius potest procedi aduersus impetrantem etiam per contradictas, Rota *decis.17. de dolo, & contum. in nouis,* & latè fuit dictum in Bononien. iurispatronatus coram bo. mem. Litta impressa penès Marches. *de commis. to. 2. fol. 293.* sufficit enim vnica commissio pro vtraque parte, iuxta Bullam Pij IIII. renouat. per reformationem fœl. record. Pauli V. vt considerauit Rota in Imolen. bonorum 21. Iunij 1619. coram R.P.D. Buratto.

c De hoc dixi *infra ad decis.233.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domorum.

*Lunæ 9. Aprilis 1612.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de probando valore rei: Et de qualitatibus minuentibus valorem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Læsio non præsumitur.*

2 *Pretio iusto præsumitur res vendita.*

3 *Valor est considerandus iuxta tempus contractus.*

4 *Valor variatur ex tempore.*

5 *Valor præsentis temporis arguit valorem de præterito, quando modicum temporis interuallum intercessit, & generaliter quando ex valore præsentis temporis inferri possit ad præteritum, vide n.15.*

6 *Locatio non probat valorem fructuum rei locatæ.*

7 *Valor in domibus, & ædificiis ex solis redditibus non probatur.*

8 *Valor rei est æstimandus ad rationem quinque pro centenario.*
*Non procedit in æstimandis ædificiis, & domibus, & n.16.*

9 *Valor non probatur ex teste deponente rem tanti valere iudicio suo.*

10 *Testis recusans respondere super interrogatoriis, nihil probat, & n.17.*

11 *Valor non probatur ex testibus, qui deponunt non consideratis qualitatibus minuentibus rei valorem.*

12 *Valor rei diminuitur, si non tota, sed pars tantùm venditur.*

13 *Item si sit venditio facta à venditore ære alieno grauato sine cautione euictionis, & n.18.*

14 *Læsio excluditur ex qualitatibus minuentibus valorem rei.*

### DECISIO DLIII.

DVbium proposui de ordine Rotæ, an constet de læsione, quæ suffragetur Flaminiæ, & litis consor-
*Decisiones Papales.*

tibus, quod informante tantùm Virginia fuit negatiuè
resolutum, quia † læsio non præsumitur, *l. nam & po-* 1
*stea. §. minor, & ibi not. ff. de iniur.* Gozad. *consil. 44. nu. 8.*
Grat. *cons. 157. num. 10. lib. 2.* Natt. *cons. 605. nu. 8.* Cæphal.
*cons. 3. in fin.* † Res enim præsumitur iusto pretio vendi- 2
ta, Bald. *in l. si fundus. in fin. ff. de reb. cor.* Pinel. *in l. 2. par. 3.*
*cap. 4. num. 43. C. de rescind. vendit.* Menoch. *cons. 358. n. 23.*
& fuit dictum in Montis Palisci 25. Maij præteriti coram me. Testes verò examinati ex aduerso eam non
probant, quia deponūt habito respectu ad tempus præsens, & tamen valor rei, † ac læsio sunt consideranda 3
secundùm tempus contractus, *l. si voluntate. C. de rescind.*
*vendit. cap. ad aures. de reb. Eccles. non alien.* glos. Bart. &
alij *in l. 2. C. de rescin. vendit.* Ang. *consil. 311. col. 3. vers. ad*
*illud autem.* Guidop. *quæst. 157.* Aym. *consil. 114. num. 16.*
Pretia enim † rerum variantur ex tempore, *l. pretia re-* 4
*rum. §. nonnulla. ff. ad leg. Falcid.* Et licèt aliqui † velint 5
ex valore præsentis temporis inferri in præteritum, attamen hoc procedere potest, quando modicum interuallum temporis intercessit, [a] Bald. *in d. l. 2. col. fin. n. 28.* a
Castr. *num. 4. in fin.* Crem. *num. 227. & 219. C. de rescind.*
*vend.* Natt. *cons. 353. num. 2.* Quamuis autem primus testis
videatur percutere annum 1595. attamen nihil probat,
quia pro ratione adducit quamdam somniatam locationem, † quæ, vbi esset vera, non probaret valorem fru- 6
ctuum domus, Saroen. *in regul. de valore quæst. 11.* dixit
Rota in vna Neapolitana census 4. Decembris 1589.
coram Lauretano. Et in vna Clodien. beneficij 19. Decembris 1603. coram me, & vbi probaret quantitatem,
& valorem redituum, attamen in domibus, & ædificiis,
† ex solis redditibus non cognoscitur pretium, [b] vt per 7
Natt. *consil. 332. num. 4.* quando autem à quantitate pensionis esset arguendum ad quantitatem pretij, in casu b
isto excluderetur omnino læsio calculando, † vt faciunt informantes, ad rationem quinque, vel circa pro 8
centenario, iuxt. glos. *in Authent. perpetua. C. de Sacros.*
*Eccles.* quam sequuntur communiter Doct. Ias. *in l. fundum per fideicommissum num. 5. versic. item adde. ff. de leg. 1.*
Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 6. nu. 19.* Couar. *lib. 3.*
*variarum resolut. cap. 9. num. 5.* & fuit in terminis resolutum in Romana de Magdalenis 2. Maij anno præterito
coram R.P.D. meo Coccino; Minùs etiam probat, dum
dicitur † domum tunc temporis tantùm valuisse suo 9
iudicio, vt fuit dictum in vna Romana rescissionis contractus 30. Octobris 1602. coram bo. mem. Card. Pamphilio, & in Romana Casalis Iuliani 1595. coram bo. me.
Litta. Super secundo teste non est facienda vis, quia
vltra quòd † super pluribus interrogatoriis responde- 10
re recusauit, & propterea nihil probat, [c] Nell. *in tract.* c
*de testibus num. 99.* retractauitque suam depositionem
conscientia, vt ipse dicit ductus, ipse ignorat confinia
domus, & apothecæ, vt fatetur iuxt. 16. interrogatorium, & testis, qui hoc ignorat, non potest concludere
verum valorem rei, vt dicit ipsemet testis, & comprobatur ex traditis per Alex. *cons. 54. num. 4. & 5. lib. 6.*
Accedit, quòd prædicti † testes non considerarunt plu- 11
res qualitates iustum pretium minuentes, & ob id imperfectè deponunt, [d] Menoch. *consil. 358. sub num. 26.* d
*vers. respondetur.* Qualitates autem plures recensentur ab informantibus, videlicet, † quòd fuit non to- 12
ta domus, sed eius pars vendita, propter quod res dicitur vilioris pretij, Menoch. post alios, quos allegat
*d. consil. num. 29.* & quòd fuit empta à carcerato † plu- 13
rimo ære alieno grauato sine cautione euictionis, [e] vt e
fuit dictum in Romana Palatij 5. Maij præteriti coram
Reuerendissimo Atrebaten. & in Romana restitutionis
domuncularum 22. Iunij 1609. coram eod. Concurrunt
etiam aliæ qualitates latè deductæ per informantes,
† quæ cùm minuant pretium, excludunt etiam læsio- 14
nem, [f] Pinell. *in d. l. 2. par. 3. cap. vlt. num. 15. & seq.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. num. 23.* dixit Rota in

Rr 2 supra

supradicta Romana rescissionis contractus, & in d. Romana Palatij.

*ANNOTATIO.*

15 a Surd.† *conf.151. sub n.51.* & dixit Rota in Carpen. bonorum 1. Iulij 1613. coram Card. Sacrato, quòd valor bonorum stabilium infra decennium non præsumitur mutatus, nisi probetur causa extrinseca pestis, belli, & similiũ, & ibi propterea dicitur, quòd probationes valoris factæ de anno 1601. & 1606. suffragabantur pro anno 1598. si autem constat de aliqua causa extrinseca superueniente, propter quam alteratio pretij infra istud modicum temporis interuallum potuit contingere, tunc de vno tempore ad aliud non infertur, Rota *decis.457. sub n.1. par.2. in recent.*

16 b Et quòd † in æstimandis ædificiis, & domibus non sit calculandus valor ad rationem quinque pro centenario, benè Surd. *cons.151. n.70.* & tenuit Rota in Romana residui dotis 4. Maij 1612. coram R.P.D. Vbaldo.

17 c Testis † non euacuans interrogatoria nihil probat, Fari. *de testib. quæst.73. n.14.* Rota *decis.700. n.32. vers. prout etiam par.2. in recent.* Seraph. *decis.836. n.2.* vbi dicit, quòd testis nolens euacuare interrogatoria redditur suspectus.

d Seraph. *decis.1317.* Rota *decis.648. n.2. par.1. in recent.*

18 e Qualitas † venditoris, qui sit pauper, & non possit cauere de euictione, multùm diminuit de valore rei, Bursat. *cons.9. n.36.* Honded. *cons.31. n.62. lib.1.* Menoch. *cons.358. n.27.* Rota *decis.675. sub n.7. par.2. in recent. & in decis.648. sub n.2. par.1. in recent.* Gratian. *discept. foren. cap.461. n.10.*

f Surd. post alios *cons.217. n.32.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Fideiussionis.

*Lunæ* 30. *Ianuarij* 1612.

### ARGVMENTVM.

Fideiussor, qui promisit pro aliquo administratore, etiam si se obligauerit solùm pro certa quantitate determinata, non remanet liberatus ex solutionibus factis per dictum administratorem, nisi facta fuerit integra solutio totius reliquatus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Solutio cedere debet in causam, pro qua fuit datus fideiussor.*

2 *Redditio rationis continet restitutionem reliquatus.*

3 *Fideiussor censetur se obligare ad omnia, quæ veniunt ex natura obligationis, & contractus, cui accedit.*

4 *Ratio antequam sit reddita non dicitur orta actio pro restitutione reliquatus.*

5 *Solutio facta ab administratore censetur facta de pecuniis principalis debitoris exactis, non de propriis.*

6 *Fideiussor pro certa summa obligatus non liberatur per solutiones factas, quæ in vsuris computantur.*

7 *Fideiussoris obligatio recipit interpretationem à verisimili mente.*

### DECISIO DLIV.

HIeronymus de Frangipanibus suo, & Petri Francisci nomine deputauit in Capserium, & administratorem tationis nummulariæ Cottigij in foro piscium Christophorum Bentiuolum, qui promisit banchum benè realiter, & fideliter exercere, & toties quoties requisitus fuisset, bonum, legale, & fidele cõputum reddere de omnibus in bancho administratis, cui promissioni inter alios principaliter, & insolidum accessit Marcus Antonius Tela. Administrauit Christophorus per plures annos, & in fine administrationis conuentus ad reddendam rationem administrationis remansit debitor in scutis 2293. pro quorum solutione citatus Marcus Antonius fideiussor excepit suam obligationem esse restrictam ad summam scutorum 3. mil. & propterea cum Christophorus administrauerit scuta 25. mil. quæ integra restituit vsque ad dictam summam
scutorum 2293. consecutus fuit liberationem, † quia 1
solutio facta à Christophoro debet in primis cedere in summam, pro qua fuit datus fideiussor, iuxt. latè deducta in Romana fideiussionis 21. Maij 1604 coram Illust. Cardinali Lancellotto, *per l. in fraudem. §. si principalis. ff. de iur. Fisc.* Sed hoc non obstante contrarium fuit reso-
lutum, † quia promissio reddendi rationem continet, 2
quòd reliquum restituatur, *l. cùm seruus. ff. de condit. & demonst. l. bones. § fin. & ibi glos. ff. de verb. signif.* Socin. *cons.* 149. *nu.3. lib.1.* Aym. *cons.231. num.2.* Afflict. *decis.157. n.2.* & propterea pro dicti reliquatus restitutione fuit iustè
condemnatus Marcus Antonius fideiussor, † qui cen- 3
setur se obligasse ad omnia, quæ veniunt ex natura obligationis, & contractus, cui accessit, *l. si quis pro eo. §. si numos, & l. si à colono. § fin. ff. de fideiuss. l. centum Capuæ. ff. de eo, quod cert. loc.* latè Alexan. *cons.34. nu.5. & per tot. lib.2.* Aym. *cons.45. num.6.* Nec potest dici, vt ex aduerso prætenditur, quòd tempore, quo exigebatur ratio, fuisset iam extincta obligatio Marci Antonij pro restitu-
tione reliquatus, † quia immo ante redditam rationem 4
non videbatur orta actio pro dicta restitutione, tunc autem fuisset extincta, quando Christophorus debitor d. reliquatus eius occasione soluisset scuta 3. mil. sed nihil soluit. Et propterea non obstat decisio Romana fideiussionis, quia in casu d. decisionis debitor principalis soluerat de bonis propriis summam, pro qua intercesserat fideiussor, ibi enim post redditam rationem Mons Pietatis pro restitutione reliquatus habuerat de bonis administratoris vltra summam scutorum 4. mil. pro qua fideiussorem dederat, & concurrebant duo, solutio facta post redditionem rationis pro reliquatu, & ex bonis debitoris, quorum vtrumque cessat in casu, de quo agitur, quia solutiones, quibus vti vult Marcus Antonius, non sunt factæ neque post redditam ratio-
nem, neque de pecuniis Christophori, soluendo † enim 5
Frangipanibus pecunias exactas, soluit de pecuniis ipsorũ, nõ de propriis, Dec. *cõs. 6. n.1.* Et hinc etiã patet responsio *ad l. in fraudẽ. §. si principalis. ff. de iur. fisc.* in qua est fundata d. decisio quia loquitur & ipsa in casu, in quo bona debitoris ad Fiscũ iã peruenerãt, nil mirũ si fideiussor, qui ad certam summam accessit, ex tali solutione acquirat liberationem. Accedit, quòd fideiussio non fuit simpliciter de soluẽdo pecunias exactas, sed etiam reddenda ratione, & sic de soluendo reliquatu, in quo remansisset Christophorus debitor in redditione rationis, & propterea solutiones illæ benè possunt imputari in obligationem soluendi pecunias exactas, non autem in obligationẽ reddendi rationem, pro quo benè facit *l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ff. de fideius.* vbi
† fideiussores ad certam summam obligati non libe- 6
rantur per solutiones factas, quæ in vsuris computantur. Et cùm exactio facienda, vt præsupponitur, contineret maiorem quantitatem singulis annis, quàm scut. 3000. & intentio illorum de Frangipanibus fuerit, quòd administraret, prout administrauit pluribus annis, nõ est verisimile, quòd neque etiam pro primo anno noluissent per dictam cautionem sibi sufficienter
prospicere, obligatio † autem fideiussoria recipit inter- 7
pretationem à verisimili mente, vt per Illustriss. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.16. tit.14. num.30.* Quæ deducuntur ab officio Magistri domus, non releuant, quia pars admittit Marcũ Antonium ex d. causa non teneri, & dispu. est circa administrationem Banchi

cum

cum præsuppoſito, quòd Christophorus in ſupradictâ ſumma remaneat debitor ex d.cauſa.

*ANNOTATIO.*

a De qua materia latè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 224. a. 70. & in conformitatem huius deciſionis benè facit *deciſ.* 304. a. 1. inter impreſſ. penes Farinac. *poſt* 2. *lib. conſil.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domus.

*Lunæ 7. Maij 1612.*

## ARGVMENTVM.

Petens manuteneri, & quatenus opus ſit reintegrari, non cenſetur habere ſe pro ſpoliato. Executio facta in re diuerſa à contenta in ſententia eſt nulla, & non priuat poſſeſſione.

*SVMMARIVM.*

1 *Pro ſpoliato quis non cenſetur ſe habere, ſi petat mandatum de manutenendo, & quatenus opus ſit de reintegrando.*
2 *Dictio* (quatenus) *importat conditionem.*
3 *Conditione deficiente diſpoſitio habetur pro non facta.*
4 *Executio facta ſuper re diuerſa ab ea, quæ eſt expreſſa in ſententia, eſt nulla.*
5 *Sententia confirmans executionem nullam eſt nulla.*
6 *Poſſeſſione quis non priuatur per executionem Iudicis nulliter procedentis.*
7 *Pluralitas in dubio non præſumitur.*
8 *Diuerſitas denominationum arguit diuerſitatem rei, maximè ſi fuerint expreſſi etiam confines diuerſi.*
9 *Confeſſio emanata in commiſſione plenè probat.*
10 *Poſſeſſio præſumitur continuata, etiam ad effectum obtinendi manutentionem.*
*Pro ſpoliato an quis cenſeatur ſe habere, ſi enunciat ſe ſpoliatum, vel petat reintegrari, adeò quod petere non poſſit manutentionem, an verò id ſolum intelligi debeat ratione poſſeſſionis naturalis, & n. 11.*

## DECISIO DLV.

PRopoſui dubium, An D. Antonio de Querris eſſet dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione domus, & ipſo tantùm informante Domini ſteterunt in deciſis, dandum eſſe ex deductis in deciſione facta ſub die 6. Martij 1610. Quibus non obſtat, quòd
1 D. Antonius habuerit ſe pro ſpoliato, quia † citauerat Dorotheam ad videndum mandari exequi mandatum, & quatenus opus ſit de nouo decerni, & relaxari etiam
a de reintegrando [a] ad poſſeſſionem dictæ domus, quia reintegratio non fuit ſimpliciter petita, ſed conditio-
2 naliter, † quatenus opus eſſet, vt denotat dictio (*quate-*
3 *nus*) Aym. *conſ.* 802. *n.* 1. Vnde † cùm non fuerit opus, & ſic defecerit conditio, cenſetur non petita, *l. pecuniam. ff. ſi cert. petat.* Pariſ. *conſ.* 8. *nu.* 25. *lib.* 3. Non obſtat, quòd Antonius fuerit priuatus poſſeſſione per ſententiam Gypſij, & mandatum in vim illius relaxatum, quia de ſententia non apparet, ſed ſolùm exhibetur quædam minuta non ſubſcripta, quod pars aduerſa fatetur in commiſſione per ipſum porrecta Sanctiſſimo, & quatenus de prædicta ſententia formiter appareret, illa non loquitur de iſta domo acquiſita per D. Bernardinam relic. q. Michaëlis Querri, & Andream eius filium, ſed de alia domo acquiſita per Michaëlem Querrum om-
nino diuerſa ab iſta, † ex quo arguitur nullitas execu- 4
tionis, Gabr. *conſ.* 31. *n.* 7. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 20. *n.* 25. *li.* 2.
Hinc etiam deprehenditur ſententiam D. Alæ † eſſe 5
nullam, dum confirmat poſſeſſionem per aduerſarium
captam vigore dicti mandati, & ſententiæ, Gabr. *conſ.* 49.
*nu.* 5. *lib.* 1. † Et D. Antonium non fuiſſe priuatum ſua 6
poſſeſſione iudice nulliter procedente, gloſ. *in l. iuſtè
poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Socin. *in cap. quoniam.* §. *quòd
ſi ſuper n.* 152. *vt lit. non conteſt.* Non obſtat, † quòd non 7
præſumatur pluralitas domorum, quia id procedit in
dubio, hîc autem notum eſt, fuiſſe duas domos, quia diuerſo tempore à diuerſis fuerunt acquiſitæ. Vna de anno 1513. à Michaële Querro, & Bernardina eius vxore, altera de anno 1522. ab ead. Bernardina, & Andrea eius filio. Venditores etiam, & pretia fuerunt diuerſa. Prima enim vendita fuit à Paulo Aurelio de Firmo pretio 125. ducatorum auri. Secunda verò à Gaſpare de Garzonibus pretio ducatorum 250. auri. † Vna vocatur domus 8
Paſticcerij, altera Antonij Dealbatoris, & in inſtrumento acquiſitionum confines leguntur diuerſi, & ideo diuerſæ erunt domus, *l. ſi idem. C. de codicil.* ſicut etiam Dorothea in commiſſione coram Ala explicitè confeſſa
fuit duas eſſe domos, † quę confeſſio plenè probat, *l. cum* 9
*precum. C. de lib. cauſ.* Denique non obſtat, quòd D. Antonius non docuerit de eius poſſeſſione de tempore, quo petiit mandatum de manutenendo, quia cùm de illa docuerit plenè de tempore motæ litis, vt fuit in alia
deciſione dictum, præſumitur † in poſterum ſemper 10
poſſediſſe, animumque poſſeſſionem continuandi habuiſſe, Innocen. *in cap.* 2. *de reſtit. ſpol.* Natt. *conſ.* 572. *nu.* 6. *lib.* 3. Aretin. *conſ.* 103. *n.* 4.

*ANNOTATIO.*

a Quòd † petens reintegrari non cenſeatur habere ſe pro 11
ſpoliato reſpectu ciuilis poſſeſſionis, ſed intelligi debeat petita reintegratio ſolùm reſpectu poſſeſſionis naturalis Rota *deciſ.* 561. *nu.* 5. *par.* 1. *in recent. & deciſ.* 649. *nu.* 10. *par.* 1. *in recent.* & fuit dictum in Brixien. Optionis 7. Februarij 1610. coram R. D. D. Manzanedo. Verùm ſi quis ſimpliciter aſſerat ſe ſpoliatum, non admittitur per Rotam indiſtinctè iſta interpretatio, quòd id cenſendum ſit reſpectu poſſeſſionis naturalis tantùm, non reſpectu ciuilis, niſi ex circumſtantiis facti appareat, quòd intellexerit de turbationibus, & moleſtationibus de facto, & quòd animo retinuit ciuilem, Rota *deciſ.* 704. *in ſecunda num.* 2. *par.* 1. *in recentior.* & benè etiam Rota *deciſ.* 560. *num.* 3. & 4. *par.* 1. *in recentior.* plenè in Elnen. Camerariæ 3. Iunij 1617. coram R. P. D. Buratto, vbi in commiſſione quis dixerat ſe fuiſſe de facto ſpoliatum, & ſtatim addiderat ſe velle in ſua poſſeſſione manuteneri, & ideò Rota dixit non habuiſſe ſe pro ſpoliato, & quòd quando quis narrauit actum poſitiuum ſpoliationis, & adiuit Iudicem pro recuperatione, & reintegratione, eo ipſo cenſeatur habere ſe pro ſpoliato, latè fuit dictum in Romana Domorum 23. Ianuarij, & 22. Iunij 1616. coram coram R. P. D. Vbaldo. Sed non poteſt negari, quin Rota in huiuſmodi materia diuerſimodè ſenſerit iuxta diuerſitatem caſuum, ideo credo, quòd cùm hæc materia pendeat ex animo poſſidentis, an, ſcilicet, habuerit ſe pro ſpoliato, cùm retentio poſſeſſionis pendeat ab animo, id totum terminandum erit iuxta circumſtantias concurrentes deductas ex factis, & verbis præcedentibus, & etiam ex poſt geſtis, Rota *deciſ.* 644. *ſub num.* 6. *par.* 1. *in recentior.* & fuit etiam dictum in Romana Spolij Domus 16. Martij 1620. coram R. P. D. Caualerio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Bononien. Fideicommissi de Mangiolis.

*Veneris 30. Martij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Testator potest disponere de fideicommisso debito hæredi. Non potest quis negare fideicommissum quod ipsemet obtinuit in iudicio canonizari. Diuisio ex quibus præsumatur.

### SVMMARIVM.

1 *Castrum est quid diuersum à iurisdictione.*
2 *Commodum sentiens ex testamento non potest negare in eo narrata.*
3 *Testator grauatus fideicommisso ad fauorem hæredis à se instituti in testamento potest in præiudicium dicti hæredis de dicto fideicommisso disponere.*
4 *Fideicommissum non potest negare ille, qui obtinuit per sententiam illud canonizari.*
5 *Ratificare quis censetur gesta per suos Procuratores petendo, & obtinendo executionem illius iudicij in quo procurator interuenit.*
6 *Executionem rei iudicatæ petens per necesse censetur illam approbare in sui præiudicium, etiam quoad alios.*
7 *Excipiendo potest quis allegare diuersa, & contraria.*
8 *Non procedit quando, super exceptione obtinuit.*
9 *Diuisio non præsumitur ex possessione longi temporis, vbi subest inæqualitas.*
10 *Consors litis confitendo non præiudicat aliis.*

### DECISIO DLVI.

RESolutum fuit dandum esse mandatum de immittendo Comiti Francisco, & fratribus de Ranutiis
super Castro Sancti Martini in Suerzano. Nam quòd
dictum Castrum sit subiectum fideicommisso Melchioris senioris, non possunt negare Comites de Mangiolis aduersarij, nec quoad factum, quia expressè legitur subiectio dict. Castri in testamẽto Melchioris. Nec
facit, quod dicitur fideicommissum posse verificari in
iurisdictione, quam Melchior emerat à Leone X. quia
1 † Castrum est quid diuersum à iurisdictione, ex tradi-
a tis per Menoch. *præs. 97. n. 1. & pluribus seqq. lib. 3.* [a] Præ-
sertim quia subiicit ius cõmunitatis Castri, & Terræ
Sancti Martini, ex quo patet, quòd ponit Castrum vti
diuersum à Terra, & Comitatu Sancti Martini. Nec
2 etiam † id possunt negare quoad effectum iuris, cùm
ipsi commodum senserint ex testamento Melchioris
*ad l. cùm à matre. C. de rei vendicat. l. si ab eo. C. de lib. caus.
& l. ex qua persona. ff. de regul. iur.* & propterea frustra
obiicitur Castrum prædictum fuisse prius subiectum
fideicommisso q. Bartholomæi, quia ipsi non sunt vocati in dicto fideicommisso, & quando fuissent vocati,
& Castrum ad ipsos spectaret vigore dispositionis Bar-
3 tholomei † potuisset nihilominus Melchior dicto Castro nouum fideicommissi vinculum adiicere in præiudicium ipsorum, qui, vt dictum est, sunt vocati in testa-
b mento Melchioris, [b] *l. vnum ex familia. §. si rem tuam. ff.
de leg. ann. §. non solum. Instit. de lega.* Rip. *in l. filius familias. §. Diui num. 54. ff. de leg. 1.* Alb. *cons. 97. num. 5.* Surd.
*decis. 15. num. 23.* Et tantò minus possunt prædicta nega-
4 ri, quia † ipsi obtinuerunt in Rota per sententiam, &
rem iudicatam canonizari fideicommissum, de quo agitur, Rom. *cons. 347. sub num. 1. vers. an instantia,* & alij per
Gabr. *de reg. iur. conclus. 1. num. 44. & 47.* quos secuta
est Rota in Romana de Mutis 17. Maij 1604. coram
R. P. D. meo Sacrato. Nec subsistit, quod ex aduerso
dicitur, hoc procedere inter easdem personas, quia
Rom. & alij expressè loquuntur in iudicio alio aduersus personam aliam. Nec etiam obstat, quod dicitur il-
lud fuisse gestum per Procuratores, qui † non potue- 5
runt præiudicare Comitibus de Mangiolis, quia ipsi petendo, & obtinendo executionem illius iudicij omnia
ratificarunt. Nec facit, quòd executio fuerit obtenta
cum præseruatione iurium, quia ipsi non habebant ius,
quod præseruaretur, cùm non essent vocati in fideicommisso Bartholomæi, & quia habuerũt bona, vti habentes causam ab heredibus Melchioris, qui fecit fidei-
commissum, & † videtur implicare contradictionem, 6
seu incompatibilitatem, quod petant executionem rei
iudicatæ, & nolint effectum dictæ rei iudicatæ sibi facere præiudicium quoad alios, cùm enim hoc non pendeat à potestate ipsorum, reseruatio nihil operari po-
tuit. Nec applicatur, quòd quis † possit excipere diuer- 7
sa, & contraria, quia vltra quòd † non procedit, quan- 8
do super exceptione obtinuit, [c] Domini de Mangiolis c
in alio iudicio processerunt per viam actionis, non autem excipiendo. Quòd Comites Ranutij descendant
à filiis filiarum, probatur ex instrumento confecto inter Hieronymum Ranutium, & patrem aduersariorum, quòd non continet simplicem enunciatiuam, vt
ex aduerso prætenditur, sed est contractus fundatus
principaliter super hoc, & licèt Com. Mangioli negent
se esse hæredes patris, & propterea instrumentum cum
ipso celebratum eos non afficere, attamen visum fuit
Dominis, multùm facere, & iunctũ cum testibus aliàs
coram Brauo examinatis plenè concludere. Quòd verò
Ranutij petentes immissionẽ sint filij Hieronymi, probant testes super examinati. Præsumptio deducta ex
longi temporis possessione non obstat, quia vltra quòd
non apparet Ranutios possidere aliquid fideicommittentis, vt requiritur, Boer. *decis. 58. n. 3.* † non intrat præ- 9
sumptio diuisionis, vbi subest inæqualitas, iux. veriorem, & receptiorem sententiam, [d] de qua per Menoch. d
*præs. 60. n. 6. & 8. lib. 3.* quæ maxima subest in isto casu
ex deductis per Ranutios, & vbi aliqua posset prætendi diuisio, illa esset ad vitam tantùm descendentium, vt
in decisione coram bo. me. Pacen. quæ datur. Quo verò
ad litem coram bo. mem. Pacen. non iustificatur super
quo fit. Quoad confessionem Co. Aloysij, ex illa apparet non fuisse diuisum Castrum, & in † omnem euen- 10
tum talis confessio non præiudicat litis consortibus. Ex
quibus fuit resolutum Ranutiis dandam esse immissionem in possessione Castri, sed pro qua parte Domini
non resoluerunt.

### ANNOTATIO.

a Latè Rosent. *de feud. cap. 5. conclus. 6. num. 5. & seq. iunctis glos. ibidem.*

b Rota *decis. 110. nu. 26. & seq. par. 1. diuers.* in dubio tamen non censetur testator in generali dispositione disponere de bonis fideicommisso antiquo subiectis, de quo dixi *supra ad decis. 102.*

c Rota *decis. 78. n. 3. par. 1. in recent.*

d Gabr. *de præsumpt. concl. 1. n. 30.* Rota *decis. 87. nu. 2. par. 2. diuers.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgen. vnionis de Elines.

*Lunæ 2. Aprilis 1612.*

### ARGVMENTVM.

Possessione capta de principali trahitur ad omnia accessoria, & sub eodem titulo, & vniuersalitate causæ comprehensa.

### SVMMARIVM.

a *Continuando quis post motam litem in possessione non dicitur attentare, & num. 5. vbi limitatur, quando diuerso*

*diuerso modo possideret post motam litem.*

2 *Possessio generalis à titulo vniuersali causata comprehendit omnia sub dicta vniuersalitate, & genere contenta, & latè num. 6. & seqq. vbi infertur ad plures casus.*

*Limitatur duobus modis, sub n. 12.*

*Possessio conferendi quoad quadam beneficia, trahitur ad cætera beneficia eiusdem speciei, & n. 7.*

*Possessio præsentandi respectu vnius ex beneficiis trahitur ad alia beneficia sub eadem fundatione contenta, & n. 8.*

*Vnio sortita effectum quoad vnum beneficium censetur effectuata etiam quoad alia contenta sub eadem vnione, & n. 9. vbi vide simile de Priuilegio, & de transactione.*

*Decimas quoad vnam speciem fructuum exigens censetur esse in possessione exigendi omnes fructus ratione iuris vniuersalis, & n. 10.*

*Pensionarius, qui exegit partem pensionis, censetur esse in possessione respectu totius, nisi constet de voluntate limitata soluentis, & n. 11.*

3 *Possessione capta quoad caput trahitur ad omnia membra.*

4 *Possessione Ecclesia capta censetur capta possessio omnium ad Ecclesiam spectantium.*

## DECISIO DLVII.

FVit resolutum, Marchione, & Capitulo tantùm informantibus, non constare de attentatis; possessio
enim duorum Canonicatuum, de quibus agitur, quando fuisset capta post prætensam litem motam contra
Capitulum super vnione, de qua tamen lite visum fuit aliquibus ex Dominis non benè constare ad effectum
attentatorum, attamen cùm ante Capitulum accepisset possessionem Abbatiæ, & aliorum Canonicatuum capiendo possessionem istorum duorum Canonicatuum,
1 id fecit continuando possessionem, † in qua priùs exi-
a stebat, & propterea non attentauit, [a] glos. *in c. non solum. de appell. in 6. & in clem. 2. vt lit. pend.* & fuit in puncto resolutum in Assisien. Canonicatus 14. Iunij 1600.
2 coram R. P. D. meo Sacrato, † quia stante possessione generali à titulo vniuersali causata possessio istorum Canonicatuum sub dicta vniuersalitate, & genere com-
b prehensa dicitur, [b] Bal. *in l. 1. n. 24. vers. tu dic. C. de emancip. liber.* Felyn. *in cap. auditis n. 19. vers. & dicit Bald. de præscript.* Rot. *decis. 2. n. 3. eod. tit. in nou.* Soc. *cons. 111. n. 4. lib. 1.* Aym. *cons. 55. num. 1 vers. sed responde*, fuit dictum in vna Hispalen. Iuris suotandi 6. Februar. 1576. coram Lauretano, & sæpissimè in aliis; immò sufficere deberet
3 † possessio capta ab ipso principali, & in capite, ex quo omnia reducuntur ad vnum corpus suppressum, vt in terminis Ecclesiæ vnitæ dixit Rota in vna Barchinonen. Vnionis Sancti Pauli 18. Martij 1580. coram Orio. len. & in Portalegren. vnionis 17. Februar. 1595. coram
4 bo. me. Iusto. A possessione † enim Ecclesiæ infertur ad possessionem omnium ad ipsam spectantium, Innoc. *in cap. in literis n. 8. de restit. spoliat.* Anchar. *in cap. 1. n. 11. ad fin. vers. & ideo ego dico de reg. iur. in 6.* Aret. *in l. possideri in princ. n. 8. ff. de acquir. possess.* Natt. *cons. 562. n. 13.* Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 16. n. 13.*

## ANNOTATIO.

5 a De quo latè per Lancellot. † *de attent. litè pend. limit. 1. n. 21. & seq.* Rota *decis. 755. par. 1. diuers. & decis. 11. n. 4. par. 2. in recent.* & plura de hac materia continuandæ possessionis ad effectum euitandi attentata, dixi supra *ad decis. 203. sub n. 7.* vbi adduxi duas limitationes ad hanc regul. quòd qui continuat, non attentat, & nunc de nouo addo aliam tertiam limitationem, quòd non procedat, quando quis vtitur diuerso modo possidendi ab eo, quo vtebatur ante litem, quam limitationem deduxit Rot. *dec. 110. n. 1. & dec. 637. n. 4. par. 1. in recent* sequendo Lancell. *d. limit. 1. n. 92.*
b Rota † passim sequitur doctrinam Bald. *in l. 1. n. 24. vers. tu dic C. de emancip. liber.* dum ibi dicit esse magis attendendam causam vniuersalem actus, quàm exercitium ipsius actus, Rota *decis. 139. n. 12. par. 2. diuer.* Seraph. *decis. 1047. n. 1. & 2.* Mantic. *dec. 320. n. 6.* vbi in similibus † terminis hu- 7
ius decisionis Rota dixit possessionem conferendi respectu quorundam beneficiorum extendi ad cætera beneficia, quæ sunt eiusdem speciei, quod etiam dixit Rota in Seguntina dimidiæ Annatæ 4. Februar. 1594. coram Cotta, vbi fuit dictum, quòd probata quasi possessione conferendi vnum ex beneficiis sub indulto comprehensum censetur acquisita possessio, quoad alia sub eodem indul-
to contenta. Sicut etiam † si vnico contextu fuerint fun- 8
data plura beneficia eo ipso, quòd fundator est in quasi possessione præsentandi respectu vnius, censeatur esse in quasi possessione præsentandi etiam quoad alia, vt fuit in dictum in Viterbien. Iurispatronatus 4. Maij 1601. coram
Cardinali Sacrato. Sic etiam † si plura beneficia sint si- 9
mul vnita probata effectuatione vnius censetur vnio sortita effectum quoad omnia propter vniuersalitatem causæ, vt fuit dictum in Gerunden. Vnionis 13. Decembris 1613. coram R.P.D. Verospio, & in Aletien. & Matianen. Vnionis 16. Nouembr. 1616. & 16. Ianuar. 1618. coram R.P. D. Caualcrio, Garz. *de benefic. par. 12. cap. 2. n. 294.* Similiter Priuilegium continens plura capita conseruatur in totum, si fuerit in exercitium deductum quoad quædam, licèt non quoad omnia, Seraph. *dec. 1043. n. 4.* prout etiam concordia in parte effectuata etiam quoad omnia capita dicitur esse in obseruantia, vt fuit dictum in Terracinen.
Sacristiæ 9. Iunij 1600. coram Iusto Hinc etiam † sæpiùs 10
Rota resoluit, quòd Parochus exigens decimas quoad certus fructus eo ipso censetur esse in possessione quoad omnes fructus, quia ius decimandi prouenit ex iure vniuersali Parochialitatis, Ruyn. *cons. 141. n. 1. & 2. n. 7. in fine lib. 5.* Seraph. *decis. 1047. n. 1. & 2.* Fuit dictum in Comen. Decimarum 11. Martij 1613. coram Cardin. Sacrato. Item etiam extenditur dicta possessio Parochi ad omnia bona, & terras existentes intra suam Parochiam, Seraph. *d. dec. 1047. n. 1.* & benè faciunt tradita per Surd. *cons. 429. n. 42.*
& 43. sic † etiam Pensionatius, qui est in quasi possessio- 11
ne exigendi partem pensionis censetur esse in possessione respectu totius propter vniuersalitatem tituli pensionis, vt fuit dictum in Pampilonen. Pensionis 16. Ianuarij 1613. coram Card. Sacrato impressa penes Marches. *de commiss. tom. 1. fol. 545.* & facit, quia soluens partem debiti censetur totum debitum agnoscere, Dec. *cons. 618. n. 2. ver. quia qui partem.* Surd. *cons. 335. n. 6.* Procedit hoc in dubio, secus si constat, quòd pensionarius voluerit agnoscere debitum pensionis solum in parte, ita declarauit Rota *dec. 547. n. 8 par. 1. in recent.* & hæc omnia proueniunt à conclusione supra allegata, quòd, scilicet, sit attendenda vniuersalitas causæ.
Prædicta verò † limitantur in duobus casibus: Primus est, 12
quando alius reperitur in possessione particulari respectu certi actus, vel rei, tunc enim quasi possessio vniuersalis deducta ex vniuersalitate causæ non suffragatur quoad illũ actũ, & rem in particulari, Pur. *dec. 301. n. 1. lib. 2.* & in specie limitauit Rota in Calaguritana Decimarum 19. Nouembr. 1610. coram R.P.D. Coccino Decano: Secundò non procedit, quando adesset resistentia iuris, tunc enim possessio non extenditur ad alios actus etiam eiusdem speciei, Pur. *d. dec. 301. n. 1.* & fuit dictum in Gerunden. Iuris interessendi in Capitulo 11. Decembr. 1609. coram R.P.D. Coccino Decano.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Sabinen. Alluuionis.

*Lunæ 7. Maij* 1612.

## ARGVMENTVM.

Hæc decisio reducit ad concordiam testes, qui videbantur contrarij.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictio (in circa) excludit certam quantitatem.*
2 *Testes deponentes de diuersis summis censeri debent contestes in summa minori, in qua concordant, & illam probant, & n. 9.*
3 *Contrarietas in testibus euitatur, si non apparet, quòd deponant de eodem tempore.*
4 *Contrarietas non potest considerari in duobus testibus, quando vnus simpliciter affirmat, alius deponit de credulitate, & n. 5.*
6 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda.*
7 *Testes vt à contrarietate defendantur, omnis interpretatio fieri debet.*
8 *Procedit maximè, quando contrarietas non est circa substantialia, & circa negocium principale, & n. 10. vbi quòd contrarietas circa accidentalia non attenditur.*

## DECISIO DLVIII.

DVbium fuit, an nonus, decimus, decimos nonus, &
vigesimus testes sint inter se contrarij, & licèt pro
parte Cõmunitaris plures allegarentur contrarietates,
nullã tamen ex illis visum fuit obstare dictis testibus.
Nam quantùm ad primam contrarietatem, quam informantes pro Communitate ex eo deducebant, quòd
nonus iux. 15. dicit insulam fuisse natã in medio duorum ramorum fluminis, & decimus, & decimus nonus
dicant, insulam fuisse viciniorem ripis Gallesij, quàm
ripis Malleani, fuit responsum non posse aliquam considerari contrarietatem, quia insula potuit esse inter
duos ramos fluminis, & nihilominus esset vicinior ripis Gallesij, puta, quia ramus, qui illam diuidit à ripis
Gallesij, sit angustior ramo, qui illam diuidit à contraria ripa. Quo verò ad secundam contrarietatem, quæ
in eo fundabatur, quòd nonus iux. 53. dicit magnitudinem insulæ fuisse 40. vel 50. rubrorum in circa, &
semper fuisse in eodem statu, & magnitudine, & decimus iux. 50. deponit d. insulam fuisse rubrorum 50. &
decimus nonus iux. 46. deponit insulam fuisse rubrorum 25. seu 30. & vigesimus iuxta 53. dicit insulam fuisse rubrorum 20. seu 25. fuit dictum testes non posse in
hoc dici contrarios, tum quia deponunt de eorum iudicio, in quo potuerunt falli, tùm quia non deponunt
1 taxatiuè, sed cum dictione (*in circa*) † quæ excludit certam quantitatem, Ant. de Butr. *in c. vlt. in fin. de despon. impub.* Ruyn. *cons. 10. n. 3. lib. 5.* Corn. *cons. 179. n. 4. lib. 3. & cons. 59. n. 5. in fin. lib. 4.* fuit dictum in Parmen. Status
2 24. Ianuar. 1607. coram me, tùm quia † in omnem euentum debent censeri contestes in minori summa, in qua
a concordant, [a] Cuman. *cons. 17. nu. 1. vers. nam. verum est.* Alex. *cons. 54. n. 6. & 7. lib. 5. & cons. 183. n. 14. lib. 6.* Angel. *cons. 25. n. 4. vers. nec dicat quis.* Tertia contrarietas deducta ex eo, quòd nonus iuxta 53. dicit insulam semper fuisse eiusdem quantitatis, & magnitudinis, & nunquàm creuisse, & decimus nonus iux. 63. dicit insulam paulatim fuisse auctam, & vigesimus iux. 53. dicit nescire illius augmentum, & diminutionem, reducebatur
3 ad concordiam, quia non apparet, † quòd testes deponant de eodem tempore, & potest esse, quòd testes, qui dicunt illam stetisse semper in eodem statu non viderint illam à principio, prout viderunt illi, qui deponũt de augmento paulatim facto. Et pari modo reducebatur ad concordiam alia contrarietas, quæ ex eo deducebatur, quòd nonus iux. 50. 17. & 17. additionali deponit, quòd in insula non aderant terrena, quæ à particularibus potuerint possideri, cùm ea esset plena arborum, & quòd in ea non aderat terrenum, quod coleretur, & decimus nonus iux. 46. dicit, quòd d. insula in quibusdam locis, & præsertim in medio erat fertilis, & colebatur ab hominibus de Gallesio, nempè Sottis, Ciottis, & Ægidiis Dominis terrarum d. insulæ, qui in ea seminarunt, & vigesimus iux. 50. & 52. dicit, quòd in dicta insula non aderant arbores magnæ, & quòd ibi erat terrenum laboratiuum, quia potest esse, quòd isti testes deponant de diuerso tempore, & sic quòd aliquando insula fuerit sterilis, aliquando fertilis in aliqua eius parte, & ita euenit de istis scappiis siue insulis, quæ ab initio sunt steriles, & processu temporis, euadunt fertiles, & sic etiam potest dici de possessione dd. terrarum, quia potuit esse, quòd ab initio à nemine possiderentur, processu verò temporis ab aliquo fuerint possessa. Quinta deducebatur contrarietas, quia nonus testis iuxta 15. dicit mutationem fluminis paulatim fuisse secutam occasione vnius nauis demersæ in alueo maiori fluminis, & hoc idem deponit vigesimus iuxta 15. decimus verò dicit mutationem fluminis vnicò impetu fuisse secutam occasione cuiusdam inondationis d. fluminis, & multitudinis aquæ, sed fuit dictum nullam posse considerari contrarietatem, quia potest esse, quòd nauis dederit aptitudinem, puta, diuertendo paulatim flumen ad aliam partem, & inondatio perfecerit opus mutando cursum fluminis antiquum, & ita sæpè euenire solet in fluminibus, quæ licèt vergant cursum illum, tamen non mutant, nisi per magnas inundationes, quæ dant cursum aquis sufficientem pro mutatione. Nec contrarietas circa confinia Territorij visa fuit releuãs, quia licèt nonus iux. 15. dicat Morones magnos antiquitus fuisse, & de præsenti esse confines Territorij Gallesij, & sic secundum ipsius depositionem flumen, & illius alueus semper fuerint in Territorio Gallesij, & decimus iux. 21. dicat non credere flumen Tyberis seruire pro confine d. territorij, & vlteriùs dicat, quòd sicuti hodie non seruit pro confine, sic nec antiquitus credat pro confine seruisse, non per hoc dicuntur inter se contrarij, quia decimus deponit de credu-
litate, & sic † non est contrarius nono, qui simpliciter 4
deponit cùm non possit considerari contrarietas inter duos, quorum vnus simpliciter affirmet, alius credat contrarium. Nec denique alia contrarietas circa locum Sacci veteris habita fuit in consideratione, nam dum nonus dicit post mutationem fluminis locum Sacci fuisse in territorio Gallesij, non est contrarius decimo, qui dicit, quòd dum flumen cursum suum fecit in loco nuncupato (*li Moroni grandi*) locus nuncupatus (*il saccho vecchio*) semper fuit in Territorio Gallesij, quia nonus non negat, quin ante mutationem locus dictus (*il saccho vecchio*) fuerit in Territorio Gallesij, licèt dicat post mutationem aluei fuisse in Territorio Gallesij, & ideo non est contrarius decimo, qui dicit semper ita fuisse. Et ita etiam tollitur contrarietas respectu decimi noni, & vigesimi, quia decimus nonus iux. 39. dum deponit de loco dicto (*il saccho vecchio*) quod tàm ante, quàm post mutationem fuerit in Territorio Gallesij depoint de auditu, vigesimus verò dum deponit, quòd post mutationem locus dictus (*il saccho*) fuerit, & sit in Territo-
rio Malleani, deponit de credulitate, † & sic non dicun- 5
tur contrarij, cùm possit esse, quòd veritas sit vno modo, & alio modo alius dici audiuerit, vel credat. Quæ omnia eo magis admittenda esse censuerunt Domini,
quia testium dicta † non sunt cauillanda, sed coadiu- 6
uanda, & omnis † interpretatio fieri debet, vt testes à 7
contrarietate defendãtur, vt in hac causa decisum fuit.
Præsertim quia contrarietates oppositæ † non versan- 8
tur circa substantialia, & circa negocium principale, scilicet, mutationem aluei fluminis vnico impetu, & exi-
stentiam insulæ, [b] Ias. *in l. 2. sub n. 16. vers. confirmo. C. de* b
*bon. possess. secun. tab.* Alex. *cons. 5. n. 10. lib. 1.* Ruyn. *cons. 63. n. 2. lib. 4.* Cap. *dec. 170. n. 2. circa med. par. 3.* fuit dictũ corã me in causa Romana hæreditatis de Cucchis 14. April. 1606. & in Hisp. matrimonij de Alcala 28 Ian. 1608. Ex quibus fuit conclusum contrarietates non obstare.

ANNO

*ANNOTATIO.*

a Licèt controuersa sit opinio, an testes discordates in summis saltem probent in minori summa, in qua concordant, vt patet ex traditis per Farin. *de testib. q. 64. n. 233. & 234.* tamen magis communis opinio est affirmatiua, vt attestatur Farin. *loco prealleg. n. 233. in fine*, quam passim Rota sequitur, prout in hac decisione, & penes Seraph. *dec. 111. n. 2.* & in Toletana parochialis 20. Iunij 1588. coram Cardinali Platto, & in Ianuen. census 16. Ianuar. 1613. coram R.P.D. Manzanedo.

9 b Contrarietas testium † in iis, quæ non respiciunt substantiam, non attenditur, Verall. *dec. 270. n. 2. par. 3.* Mant. *dec. 6. n. 9.* plenè Farin. *de testib. q. 65. n. 16.* qui infinitos cumulat, vbi etiam declarat, quando contrarietas dicatur respicere substantialia, & quando accidentalia.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domorum.

*Veneris 18. Maij 1612.*

## ARGVMENTVM.

Ad retrouendendum quis non admittitur post lapsum terminum. Oblatio verbalis an, & quando sufficiat.

*SVMMARIVM.*

1 *Retrouendendi tempore lapso emptor non tenetur amplius retrouendere, & n. 8.*
2 *Retrouendendi iuri censetur quis tacitè renunciare patiendo labi tempus ad redimendum.*
3 *Concessum ad tempus post illud censetur prohibitum.*
4 *Oblatio verbalis an suffragetur ad perpetuandum ius redimendi, & n. 9.*
5 *Non suffragatur, quando inter partes fuit conuentum quòd restituatur integrum pretium.*
6 *Mora purgatio excluditur stante pacto resolutiuo.*
*Mora de æquitate canonica purgatur, quod & quando procedat, & de pluribus limitationibus plenè, & n. 10.*
7 *Oblatio vt suffragetur, debet offerens comparere cum pecunia in manibus.*

## DECISIO DLIX.

OBlationes factas die 13. & 14. Aprilis præteriti
non suffragari Flaminiæ, & litis consortibus Do-
mini vnanimiter censuerunt, quia factæ fuerunt per
plures annos post tempus constitutum ad redimen-
1 dum, † quo elapso Virginia ampliùs non tenebatur re-
a trouendere, [a] Bald. *cons. 108. n. 4. in princ. lib. 5.* Ang. *cons.*
*199. n. 2.* Soc. *cons. 241. n. 14 lib. 2.* Gõzad. *cons. 87. sub n. 5.*
Tiraq. *de retract. conuen. §. 1. glos. 2. n. 43. & seq.* aliàs enim
vana esset, & elusoria redderetur adiectio temporis, si
post illod esset licita redemptio, vt per Tiraq. *ibi n. 45.*
2 Immò Flaminia † patiendo labi tempus ad redimen-
dum censetur iuri redimendi renunciasse, Aym. *cons.*
*216. n. 20.* Natt. *cons. 492. ante n. 1.* Tiraq. *loco citato n. 51.*
*& seq.* Accedit pactum resolutiuum expressum, quam-
3 uis tacitè insit limitationi temporis ex regula, † quòd
concessum ad tempus, post illud censetur prohibitum,
*l. statu liberum §. Stichum, & l. Titia cum testamento §. fin. ff.*
*de leg. 1. l. si ita quis*, vbi Bal. Imol. Alex. & alij *ff. de lib. &*
4 *posth.* Non obstat, quòd prætenditur fuisse † per obla-
tiones verbales factas in fine termini perpetuatum ius
redimendi infra terminum, quia omisso, quòd ista opi-
nio est multùm controuersa, & habet multos contra-
dictores, [b] quos refert Lup. *in l. 2. in comment. 2. §. 3. nu.* b
*107. C. de pact. int. empt. & vendit.* non applicatur casui
nostro, vt latè fuit deductum sub die 10. Ianuarij anni
præteriti, à qua decisione Domini censuerunt non esse
recedendum, quia quando aliàs sufficeret oblatio ver-
balis, in hoc casu omnino requirebatur realis solutio
cum numeratione pecuniæ, cùm † cautum fuerit inter 5
partes, quòd restitueretur integrum pretium scutorum
1700. in moneta argentea, Ias. *cons. 216. n. 2. lib. 1.* Castan.
*cons. 41. n. 7. vers. & prædicta; & n. 9.* Rol. *cons. 63. n. 42. &*
*seq. lib. 1.* Dec. *cons. 10. n. 90. lib. 1.* præsertim stante pacto
resolutiuo, † quod excludit omnem moræ purgatio- 6
nem, [c] Grat. *cons. 42. n. ... lib. 1.* Gabr. *de transact. concl. 1. n.* c
*24.* post Alex. quem allegat Put. *decis. 66. lib. 3.* & verbis
in ablatiuo positis importantibus formam, aliisque in
decisione pleniùs adductis. Non est verum Virginiam
recusasse recipere, quia, vt in decisione fuit dictum,
ostendit potiùs separatam, sed veriùs partem aduersam
non fuisse paratam soluere, quia † non comparuit cum 7
pecunia in manibus, vt latè per Alex. *cons. 140. n. 11. lib.*
*4.* Quæ obiiciuntur de non implemento pro parte em-
ptorum, vltra quòd non faciunt ad dubium, de quo
agitur, non sunt in facto vera, quia quoad scut. 409. 30.
fuit facta compensatio; quoad scut. 110. emptores su-
sceperunt in se onus soluendi sortes principales cen-
suum, & societatum, & pro aliis scutis 18. 75. illarum
fructus tunc decursos, quoad residuum verò scutorum
171. 95. ostenditur alia compensatio postea facta. Alia
benè sublata sunt in decisione, & per informantes
pro Virginia.

*ANNOTATIO.*

a Retrouendendi † tempore elapso quòd emptor amplius 8
non teneatur retrouendere, plenè Mantic. *de tacit. lib. 4.*
*tit. 31. à n. 34. vsque ad 41.* Surd. *cons. 52. à n. 23. vsque ad 28.*
& dixit etiam Rota in Romana Domorum 19. Ian. 1610.
coram Cardin. Sacrato, quod tamen non procedit si res
fuisset vendita modico pretio, quia tunc transacto etiam
tempore venditor potest restituto pretio redimere, Man-
tic. *dict. tit. 31. n. 40.* An autem licita sit redemptio etiam
post lapsum terminum, si intra modicum tempus mora
purgetur saltem per viam restitutionis in integrum, tra-
ctat latè Mantic. *dict. tit. 31. n. 48. & seq. & num. 54. & seq.* &
quod minori competat restitutio latè defendit Surd. *cons.*
*226. per totum.* & latè de purgatione moræ dixi *n. 10.*
b Oblationem † non sufficere in hac materia pacti de retro- 9
uendendo, sed requiri depositum plures referendo, & at-
testando de magis communi tenet Menoch. *cons. 756. n. 6.*
c Circa † hanc materiam purgationis moræ latè ex moder- 10
nis tractat Maresc. *vari. lib. 2. c. 124.* & in primis firmanda
est conclusio, quòd de æquitate Canonica admittitur
moræ purgatio, vbicumque ius alterius non est effectum
deterius, Seraph. *decis. 591. n. 7. & dec. 819. n. 7. & 12.* Veral.
*dec. 530. n. 3. par. 2. & dec. 231. n. 2. par. 5.* Rota *dec. 410. sub n. 5.*
*par. 4. in nouissimis*, & benè fuit dictum in Papien. deuolu-
tionis coram R.P.D. Pamphilio impressa penes Marches.
*de commiss. tom. 1. fol. 905.* vbi fuit dictum ante declaratio-
nem caducitatis notissimum esse ex æquitate, quam ser-
uat Rota moram posse quandocunque purgari, & ibi di-
citur fuisse sæpè decisum, & idem dixit Rota *dec. 577. n. 2.*
*par. 5. in recent.* Et hæc æquitas Canonica procedit etiam
ex æquitate iuris ciuilis, Mantic. *dec. 270. n. 4. 5. & 6.* Et pro-
cedit etiam non obstante iuramento, Veral. *dec. 230. n. 3.*
*par. 2.* Rota *dec. 728. n. 3. in fine par. 3. in nouissimis.* Guttierez
*de iuram. par. 3. cap. 17. n. 5. & n. 10.* ac etiã non obstante obli-
gatione Camerali, prout tenuit Rota *d. decis. 728. sub n. 4.*
*vers. non obstat*, in qua respondetur ad decis. Put. *456. lib. 2.*
quæ contrarium videtur sentire, & idem tenet Zacch. *de*
*obligat. Camer. q. 28. in fine.* Ac etiam procedit non obstante
oppositione iam facta de non adimplemento, & rescis-
sione, Rota *d. dec. 410. sub num. 5. vers. & etiam videtur*, imò
etiam non obstante declaratione caducitatis, de quo in-
fra *sub limit. 5.* & demum in quacunque parte iudicij ad-
mittitur

mittitur dicta purgatio moræ, Rota *d. decis. 728. n. 4. par. 4. in nouissimis.*

Limitatur autem primò non procedere, quando ius alterius est effectum deterius, vel alter aliquo modo damnum est passus, Gabr. *de transact. conclus. 1. n. 14.* Gratus *cons. 93. n. 76. lib. 1.* Gozad. *cons. 57. n. 18.* vbi dicit, quòd censetur ius effectum deterius propter expensas iam factas in lite, quod consil. in iisdem terminis secuta fuit Rota *d. decis. 410. n. 8.* Verùm etiam postquàm ius partis est effectum deterius, & est in damno, admittitur moræ purgatio, si pars morosa est parata resarcire dictum interesse, & damnum propter dictam moram passum, Rota *d. decis. 728. sub n. 4. par. 4. in nouissimis.*

Limitatur secundò non procedere, quando res non est ampliùs integra, sed executio iam est facta à iure, vel ab homine, Roman. *cons. 103. n. 4.* Grat. *cons. 93. n. 62. lib. 1.* Veral. *decis. 234. & decis. 414. part. 2.* Rota *decis. 803. vers. non obstat alia interpellatio par. 4. in nouissimis*, fuit dictum in Romana fideiussionis de repræsentando 22. Maij 1582. coram bo. me. Platto, in qua fuit dictum, quòd fideiussor non poterat purgare moram post relaxatum mandatum contra ipsum, non dicitur autem res desinere esse integra ad hunc effectum propter cessionem iuris alteri factam, Seraph. *decis. 591.* sicuti nec etiam res desinit esse integra per declarationem factam à domino super caducitate, dummodò celeri satisfactione emphyteuta moram purget, Gabr. *consil. 75. n. 7. lib. 2.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 27. sub num. 35.*

Limitatur tertiò non procedere, quando adest pactum resolutiuum contractus in casu non implementi, eo enim casu non admittitur moræ purgatio, Grat. *d. cons. 93. n. 2. lib. 1.* Veral. *dec. 230. & decis. 235. n. 1. lib. 2.* Rota *dec. 410. sub n. 7. & dec. 869. in fine par. 4. in nouissimis*, & fuit dictum in Maceraten. Dotis 5. Maij 1610. coram R. P. D. Coccino Decano, quæ limitatio est intelligenda, dummodò pars, ad cuius fauorem est appositum pactum resolutiuum, dicto pacto vti velit, aliàs ipsa nolente, vti pacto resolutiuo admittitur purgatio moræ, Seraph. *decis. 1150. n. 1.*

Limitatur quartò non procedere, quando agitur de purgatione moræ ad effectum acquirendi nouam actionem, ad istum enim effectum non admittitur moræ purgatio, quia solùm admittitur purgatio ad effectum euitandi pœnam, & caducitatem, Bart. *in l. si insulam 84. n. 54. ff. de verb. oblig.* Seraph. *dec. 1136. num. 3.* Rota *decis. 5. sub n. 12. & 13.* inter impress. penes Zacch. *de Societ. Offic.* & in Romana Societatis 5. Iunij 1604. coram R. P. D. Coccino Decano impressa penes Marches. *de commiss. tom. 1. fol. 742.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 301. n. 12.* hanc tamen limitationem declarat Mantic. *decis. 270. n. 12.* vt habeat locum, quando implementum consistit in dando, vel in faciendo id, quod facere non est difficile, diuersum est autem, quando factum est successiuum, & difficile ad perficiendum.

Limitatur quintò non procedere, quando mora est contracta in faciendo, quia grauius est delictum in omittendo, quàm in committendo, Grat. *d. consil. 93. num. 78.* Gabr. *de transact. conclus. 1. n. 23.* & dixit Rota in Romana transactionis 13. Nouembris 1609. coram R. P. D. Coccino Decano, in qua fuit dictum, quòd non poterat purgari non implementum per præstationem interesse, quando non implementum concernebat non factum, & fuit contrauentum in faciendo.

Limitatur sextò non procedere, quando contractus est initus per modum conditionis, puta, si quis promittat centum Titio, si Titius aliquid fecerit, seu dederit intra mensem, post enim lapsum dictum mensem non admittitur purgatio, Mohed. *post relat. dec. 1. n. 2. de locato*: Plura alia de hac materia purgationis moræ sunt videnda penes Marescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 134.* & in materia emphyteusis, quando possit emphyteuta celeri satisfactione moram purgare, latè tractat Corbul. *de cens. priuat. ob non solut. can. limitat. 41.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Amerina Fideiussionis.

*Veneris 21. Maij 1612.*

## ARGVMENTVM.

Fideiussoris obligatio sustinetur in multis casibus etiam si obligatio principalis sit nulla.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiussoris obligatio est nulla quando obligatio principalis est nulla.*

2 *Non procedit quando fideiussor se obligauit principaliter, & vti principalis.*

3 *Et maximè quando interuenit iuramentum.*

4 *Fideiussoris obligatio non est nulla ex nullitate obligationis principalis, quando nullitas obligationis principalis non prouenit ex defectu resultante ex iure communi, sed ex fauore speciali.*

5 *Item non est nulla obligatio fideiussoris propter nullitatem obligationis principalis, quando fideiussor se obligauit in euentum nullitatis, & inualiditatis contractus principalis.*

## DECISIO DLX.

IMpositus fuit annuus census scutorum 64. monetæ à Simonetta Clementino, vti procuratore tutoris filiorum, & hæredũ Curiæ Delphini super prædio ipsorum pupillorum, quem vendidit Orinthio Calidoro, cui impositioni, & pro obseruantia omnium in instrumento contentorum vti principales, & principaliter insolidum accesserunt Gabinus Delphinus, & Alexander Croculus; fuit ad instantiam pupillorum nullus declaratus census, & propterea Orinthius coram Aud. Cam. conuenit Gabinum, & Alexandrum pro restitutione sortis principalis, & solutione fructuum loco damnorum, & interesse, & obtinuit mandatum, pro cuius relaxatione dum instaretur, fuit adita Signatura, & causa in Rota mihi commissa, vnde dubitaui, an dictum mandatum esset relaxandum, & Orinthio tantùm informante affirmatiuè fuit resolutum, † quia licèt nul- 1
litas principalis obligationis soleat reddere nullam obligationem fideiussoris, *l. cum lex, & ibi l. fideiussor obligare. ff. de fideiuss.* attamen † hoc non procedit in casu 2
isto, in quo se principaliter obligarunt, & principales constituerunt, Alex. *in addit. ad Bart. in l. Marcellus in princ. ff. de fideiuss.* Paris. *cons. 16. n. 113. lib. 2.* Natt. *cons. 262. n. 14.* Mohed. *decis. 2. de fideiuss.* fuit dictum in vna Tudertina census 26. Maij 1600. coram bo. mem. Iusto.
† Tantò magis, quia interuenit iuramentum, Natt. & 3
Mohed. *vbi supra.* Rursus nullitas census non inficit obligationem Gabini, & Alexandri, quia census non erat nullus ex aliquo defectu proueniente secundùm iuris communis dispositionem, sed nullitas est ex iure, & fauore speciali propter dispositionem Statuti, quo casu † sustinetur obligatio fideiussoris, Paris. *d. cons. 16.* 4
*n. 111. & seq.* Grat. *cons. 81. n. 21. lib. 1.* Gabr. *de claus. concl. 10. n. 6.* faciunt tradita per Sarn. *de Annal. q. 78. n. 7.* Accedit, † quod isti se obligarunt, & teneri voluerunt in 5
euentum nullitatis, & inualiditatis contractus ex quouis capite, & defectu, & propterea tantum abest, quòd nullitas pertinat obligationem ipsorum, quòd imò faciat illi esse locum, vt dixit Rota in illa Tudertina Census.

### *ANNOTATIO.*

Circa materiam dictæ decisionis dixi *supra ad decis. 321.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Romana

## Romana Pecuniaria.

*Veneris 1. Iunij 1612.*

ARGVMENTVM.

Non indiget argumento.

*SVMMARIVM.*

1 *Pupillares pecuniæ sunt inuestiendæ, & n. 3.*
2 *Dos est inuestienda, de quo vide n. 4.*

### DECISIO DLXI.

Resolutum fuit scuta mille remanere debere, pro-
ut reperiuntur inuestita, est enim in confesso apud
partes illa prouenire ab hæreditate D. Angeli, & con-
stat fuisse deposita ad effectum, vt soluerentur D. Sil-
uiæ vxori D. Angeli in computum donationis propter
nuptias; post obitum autem Siluiæ donatio propter
nuptias ex dispositione statuti rediit ad Hieronymam
1 filiam, & hæredem Angeli; vnde † vti pecuniæ pupilla-
a res, quando non fuissent inuestitæ, deberent inuestiri, [a]
Bart. *in l. Tutor. §. si post. ff. de administr. tut. & in l. Diuus. ff. ad legem Falcid.* Rom. *cons.* 28. *n.* 1. Soc. *cons.* 2. *n.* 16. *lib.* 1.
Dec. *cons.* 178. *sub n.* 1. *vers. tertiò tenetur.* Eodem modo
dixerunt Domini esse inuestienda scu. 1100. quia etiam
ipsa fuot in hæreditate Angeli, & fuerunt consignata
in dotem D. Martiæ sorori d. Angeli, quocirca si consi-
derentur vti hæreditaria, & sic spectantia ad D. Hiero-
nymam, erunt vtique per prædictam rationem inue-
2 stienda, si † etiam considerentur vti dos D. Martiæ, con-
b uenit pariter inuestiri, [b] quatenus etiam D. Victoria oc-
casione prætensi crediti aliquid prætendere posset su-
per dictis scutis 1100. erit sibi non minus consultum
super eorum inuestimento. Voluerunt tamen Domini
fructus tàm facti, quàm faciendi inuestimenti consigna-
ri Dominæ Victoriæ vti tutrici Dominæ Hieronymæ.

*ANNOTATIO.*

3 a Quòd † pecuniæ pupillares sint inuestiendæ, & non debeant stare otiosæ, vide latè Gutierez *de tutel. par.* 2. *c.* 9. Cost. *de iur. & fact. ignor. dist.* 24. *cent.* 1.

4 b Maritus † de iure cogi non potest ad inuestiendam dotem, vt dixit Rota in Nullius Dotis 15. Decemb. 1597. coram bo. me. Litta, sicut nec etiam tenetur dare fideiussores de eadem dote, *tot. tit. ne fideiuss. dot. dent.* Bald. Nouel. *de dot. Priuil.* 29.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Gerunden. Prioratus, seu Vnionis.

*Veneris 8. Iunij 1612.*

ARGVMENTVM.

Remissoria in profanis est concedenda data releuantia etiam sine fumo, Et quando dicatur profana.

*SVMMARIVM.*

1 *Remissoria est concedenda, quando articuli sunt releuantes in materia profana.*
2 *Profana causa censetur, quando beneficium petitur vti vnitum.*
3 *Remissoria in profanis est concedenda sine fumo.*
4 *Fumum sufficienter præstant testes nulliter examinati, & n. 6.*
5 *Remissoria est concedenda, quando causa est commissa appellatione remota, & n. 7.*

### DECISIO DLXII.

Resolutum fuit Capitulo, & Vniuersitati Bisuldun
dandam esse † remissoriam, quia materiæ sunt re- 1
leuantes, vt patet ex decisione in hac causa facta 23. Ia-
nuarij 1610. & fumus in profanis † cum beneficium pe- 2
tatur vti vnitum, [a] Ægid. *decis.* 616. dixit Rota in vna a
Setdonen. Præposituræ 26. Octobris 1601. coram R.
P. D. meo Coccino, & in vna Calaguritana de locao 28.
Ianuarij 1602. coram bo. mem. Pacen. † & propterea 3
est concedenda remissoria sine aliquo fumo. † Et quan- 4
do essemus in beneficialibus, adhuc non esset dene-
ganda remissoria, quia datur sufficiens fumus ex testi-
bus nulliter examinatis, [b] Cassad. *decis.* 3. *de dilat.* Pe- b
regr. *decis.* 213. *lib.* 1. fuit dictum in Eluen. beneficij San-
cti Saluatoris 22. Martij 1604. coram me. Et † quia causa 5
est commissa appellatione remota, [c] & appositum se- c
questrum.

*ANNOTATIO.*

a Causa censetur profana, non beneficialis, quando beneficium petitur vti vnitum, de quo plura dixi *ad dec.* 174.

b Ruyn. † *cons.* 46. *n.* 10. *lib.* 4. Cassad. *decis.* 3. *n.* 2. *de dilat.* Veral. 6
*decis.* 208. *n.* 10. *par.* 1. Scraph. *dec.* 585. *n.* 1. Rota *decis.* 18. *n.* 3. & *decis.* 661. *sub n.* 1. *par.* 2. *in recent.* Et ideò etiam testes nulliter examinati præstant fumum sufficientem ad effectum supersedendi in executione Breuis, vt dixit Rota in Aurien. Parochialis coram Cardin. Lancell. impressa penes Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 436. & benè facit, quod dicit Crau. *cons.* 198. *sub n.* 11. dum dicit, quòd testes nulliter examinati concludere debent penes graues viros, qui iudicant sola facti veritate inspecta, & quòd inclinare debent animum Iudicis aliis concurrentibus.

c Et fuit † dictum in Romana Bonorum de Sodarinis 23. 7
Iunij 1603. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi considerratur, quòd aliàs ex denegatione remissoriæ sequeretur damnum irreparabile, & in Spalaten. Archidiaconatus 6. Aprilis 1609. coram R. P. D. Caualerio.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Fanen. Saluiani.

*Lunæ 27. Februarij 1612.*

ARGVMENTVM.

Actio de donatione facta inter sponsos, an, & quando sit valida.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio, quæ est captatoria matrimonij libidinis causa non valet.*
2 *Matrimonium vt quis secum contrahat, non licet propter merum lucrum inducere.*
3 *Donatio facta post contracta sponsalia, non est censenda facta ex mero lucro, neque ad effectum incitandi ad contrahendum matrimonium.*
4 *Donatio propter nuptias fit propter dotem.*
5 *Donatio propter nuptias non est purè, & simplex donatio, sed ex causa onerosa propter dotem.*
6 *Procedit etiam si in ea fuerit facta mentio futurarum nuptiarum.*
7 *Donatio facta constante matrimonio est valida propter iuramentum in ea appositum.*
8 *Donatio inter sponsos, præsumitur propter nuptias & ex sponsalitia largitate.*
9 *Præsertim, quando fit in instrumento dotali.*
10 Cap. gemma, de sponsalibus, *qualiter sit intelligendum, & an procedat stante iuramento.*

11 *Dona*

11 *Donatio propter nuptias non requirit solemnitatem Statuti* cap. 149. lib. 1.
12 *Donatio propter nuptias non requirit insinuationem.*
13 *Donatio propter nuptias est à iure permissa.*
14 *Positionibus continentibus crimen non tenetur quis respondere.*
15 *Ex Saluiano immissio non impeditur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

## DECISIO DLXIII.

Licèt multa obiicerentur contra decisionem in hac
causa factam die 14. Ianuarij anni præteriti; attamen Domini, causa pluries proposita, resoluerunt standum esse in decisis rationibus, de quibus in decisione,
& non obstare in contrarium adducta. Ad illud enim,
1 quod † dicitur donationem factam ab Antonio Dorotheæ, tanquam captatoriam matrimonij libidinis cau-
a sa non valere,[a] per text. *in l. si ita stipulatus. §. si tibi nupsero,* vbi Doctor. *ff. de verb. obligat.* responsum fuit tex-
2 tum illum, & suam materiam non applicari, † cùm loquatur, quando vnus propter merum lucrum vult inducere alium ad sibi nubendum, vt declarant ibi Bart. Bald. Angel. & Imol. & ante eos glos. magna, qui propterea dicunt secus esse, si detur, vel promittatur aliquid causa dotis, aut donationis propter nuptias, quòd etiam sentit Abb. *in cap. de illis n. 2. circa med. de condit.*
3 *appos.* Non potest † autem dici donatio hoc casu ex mero lucro, neque ex eo Dorothea inuitata ad contrahendum matrimonium, quia iam præcesserant sponsalia, quibus præcedentibus donatio eorum causa facta præsumitur, Bal. *in l. cùm veterum n. 1. vers. & tunc refert. C. de donat. ante. nupt.* Excluditur etiam causa merè lu-
4 cratiua, quia interuenit dos, † & propterea est donatio
b propter nuptias, quæ fit propter dotem,[b] vt per Bar. *in d. §. si tibi nupsero ante n. 1.* Bal. *in l. cùm multæ n. 13. C. de do-*
5 *nat. ante nupt.* quæ donatio † propter nuptias non est pura, & simplex donatio, Bal. *in d. l. cùm multæ n. 12.* sed ex causa onerosa propter dotem, Imol. *in d. §. si tibi nupsero in vers. in glos. super verbo, nec rarò,* & ante eum Bart. *ibidem,* quæ pariter procedunt si velimus hanc donationem considerari, vt augmentum dotis, quia sic etiam
6 illam appellat Antonius. Neque † obstat, quòd fuerit facta mentio futurarum nuptiarum, quia cùm id tacitè inesset, nihil alterat, Bar. *in d. §. vers. hoc non placet.* Quatenus etiam obiicitur donationem fuisse collatã in tempus futuri matrimonij, & propterea nõ valere, cùm tali tempore non possit consistere donatio inter virum, & vxorem. Placuit Dominis responsio, donationem fuisse à principio perfectam, sed resolubilem in casu non secuti matrimonij, vt benè deducunt informantes pro
7 Dorothea, † & quando etiam fuisset collata in tempus matrimonij, fuisset valida propter iuramentum in ea appositum, quod validat donationem constante matri-
c monio[c] factam ex receptissima Doctorum sententia, de qua latè per Gabr. *de donat. concl. 3. n. 1.* Clar. *in §. donatio q. 9.* Ad tex. *in cap. gemma de sponsal.* fuit responsum
8 illum loqui de pœna, de qua hic non agitur, quia † sumus in donatione propter nuptias, & ex sponsalitia largitate, prout præsumitur donatio, quæ interuenit inter sponsos, *d. l. cùm veterum,* vbi Bald. *in Summario.* Præ-
9 sertim † quando fit in instrumento dotali, *l. cùm multæ §. fin autẽ donatio talis. C. de donat. ante nupt.* Mandel. *cons. 22. n. 8.* Illustr. Card Mantic. *de tacit. & ambig. cõuent. lib.*
10 *20. tit. 4. n. 8.* Et quando † essemus in terminis *dict. c. gemma,* esset videndum, an eius dispositio procedat stante iuramento, quod negat ibi Alex. de Neuo *n. 10.* & latè comprobat Corn. *cons. 294. lib. 4.* & tradunt alij adducti per informantes. Non obstat, quòd non fuerint seruatæ solemnitates requisitæ in donatione ex dispositione
11 Statuti *in cap. 149. lib. 1.* quia non † habet locum in donatione propter nuptias, & contemplatione matrimonij factas, vt per Surd. qui alios allegat *decis. 214. n. 14. cum duobus seqq.* Cenut. *decis. 3. & 199. par. 3.* fuit dictum in vna Romana Dotis 25. Iunij 1599. coram Illustriss. Cardin. Millino,[d] & Statutum de donationibus † insi- d
nuandis cùm se restringat ad casus de iure insinuatio- 12
nem requirentes, non comprehendit donationem propter nuptias, quæ de iure eam non requirit, iuxt. tradita per Gabr. *de donat. conclus. 1. num. 32.* per Menoch. *cons. 261. n. 16.* Statutum *cap. 135.* non prohibet, imò admittit donationes inter virum, & vxorem, spõsum, & sponsam in casibus à iure permissis. Clarum est autem do-
nationem † propter nuptias esse à iure permissam, *l. si* 13
*constante l. cum multæ, & Auth. sed iam necesse C. de donat. ante nupt. l. ex morte. & Authent. hac qualitas, C. de pact. dotal.* Non facit, quod dicitur fuisse processum in causa ciuili, non finita criminali contra protestationem partis, & regulam iuris, quia causa criminalis iam erat finita, vt patet ex decreto Visitæ, & adulterium prætensum non iustificatur. Non est imputandum Dorotheæ,
quòd † positionibus non responderit, quia cùm conti- 14
nerent crimen, non tenebatur respondere, Bald. *cons. 326. n. 2. circa med. lib. 2.* Ias. *in l. transactione finitu n. 3. C. de transactio.* Ægid. *decis. 274.* ex quibus, & aliis per informantes latiùs deductis patet responsio omnibus exceptionibus, quæ contra Dorotheam dantur, licèt sufficeret dicere,
† quòd requirant altiorem indaginem, ita 15
vt non impediant immissionem ex Saluiano interdict. Rip. *in rubr. ff. de pignor. n. 19. post med.* Natt. *cons. 532. n. 4.* Menoch. *de adipisc. remed. 3. sub num. 180.* Surd. qui alios cumulat *cons. 4. n. 36.* fuit dictum in vna Viterbien. bonorum 17. Nouembris 1586. coram bo. me. Card. Pamphilio in vna Romana Saluiani Interdicti de Columna 19. Nouembr. 1599. coram Illustr. Card. Lancellotto, & in vna Bononien. dotis 8. Iunij 1603. coram bo. me Litta. Et propterea fuit resolutum dandam esse immissionem Dorotheæ solutis equiti Pompeo scutis 200. quatenus non remaneat satisfactus ex pensionibus domus ab anno 1609. vsque in præsentem diem.

### *ANNOTATIO.*

a An, & quando liceat sub spe lucri inuitare ad matrimonium contrahendum, iuxta tex. *in l. si stipulatus §. si tibi nupsero ff. de verb. obligat.* plenè tractat Guttierez *de sponsal. cap. 20. per totum,* & ante eum Sanchez *de matrim. lib. 1. disput. 33. & 34.*

b Donationes propter nuptias, quæ fiunt inter sponsos ante matrimonium contractum, censentur sponsalitiæ largitates, & sustinentur, prout fuit in hac decisione resolutum, & idem in hac eadem causa fuit confirmatum coram. R. P. D. Pamphilio 16. Martij 1618. Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 1. n. 5. ad fin. & n. 8.* quod procedit etiam si eadem die factæ donationis contrahatur matrimonium, Gabr. *cons. 82. n. 8. lib. 1.* de qua sponsalitia largitate latè per Sanchez *lib. 6. disput. 18. per totam.* & dicitur sponsalitia largitas, & valet etiam si fiat mentio de matrimonio contrahendo, nec propterea dicitur donatio collata in tempus contracti matrimonij, vt sensit Rota in hac decisione, & latiùs fuit comprobatum in prællegata decisione coram R. P. D. Pamphilio.

c Plenè Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 11. per totum.* Thes. *decis. 32. n. 9.* & secuta fuit Rota in Romana Donationis 17. April. 1592. coram bo. me. Penia, & in Aesina fideicommissi de Giorginis 14. Martij 1604. coram eodem.

d Et hoc idem tenuit Rota in hac eadem causa coram R. P. D. Pamphilio 16. Martij 1618. vbi etiam dicitur, quòd similis donatio propter nuptias non requirit insinuationem, prout etiam tenet Menoch. *cons. 261. n. 9. & seq.* Surd. *decis. 214. n. 16. vers. idem est.*

*Oliuerius Beltraminus.*

Amerina

## Amerina fideiussionis.

*Mercurij 27. Iunij 1612.*

ARGVMENTVM.

Fideiussor qui se vti principalis obligauit, remanet efficaciter obligatus, etiam si obligatio principalis sit nulla.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussoris obligatio est nulla, quando obligatio principalis est ipso iure nulla, ita vt etiam naturaliter obliget.*

2 *Procedit hoc in mero fideiussore, secus in eo, qui se principaliter, & cum iuramento se obligauit.*

3 *Fideiussor quando obligauit se vti principalis, eius obligatio non dicitur habere aliquam dependentiam ab obligatione principali, & perinde est, ac si solus se in solidum obligasset.*

4 *Census licèt sit nulliter constitutus ex eo, quia non fuerint numerata pecunia, nihilominus debitor, qui se obligauit in casu nullitatis ad omne damnum, & interesse, remanet obligatus, & numer. 5.*
*Loco damnorum, & interesse venit restitutio principalis.*

DECISIO DLXIV.

Domini steterunt in decisis esse relaxandum mandatum contra Galbinum, & litis consortem non obstante nullitate census, rationibus, de quibus in decisione. Non obstat, quod ex aduerso dicitur, quando
1 † obligatio principalis est ipso iure nulla, ita vt neque etiam naturaliter obliget, nullam etiam esse fideiusso-
2 riam, † quia hoc verum in mero fideiussore, quem est impossibile efficaciter teneri nulla existente obligatione, cui accedat, vt dicit Ceph. ex aduerso citatus *cons.* 437.*n.*28. cùm accessorium absque principali originem habere non possit, vt dicit idem *ibi n.* 32. Secus autem est in eo, qui se principaliter, & cum iuramento se obligauit, [a] eius enim obligatio nullam habet dependentiam ab obligatione alterius, sed consideratur per se sola. Et propterea decisio Mohed. 2. *de fideiuss.* & aliæ allegatæ in decisione loquuntur de nullitate obligationis illius, qui principaliter contraxit nulla habita distin-
3 ctione, † quia semper viget eadem ratio, quòd obligatus se principaliter non potest dici obligatus accessoriè, ista enim inuicem pugnant, & perinde est, ac si solus se ad solidum obligasset, vt dixit Rota in vna Romana repetitionis indebiti 16. Nouembris 1573. coram Robusterio relata *inter diuers. decis.* 102.*n.*7.*part.* 1. Et quod dicit Laur de Pinu. *cons.* 71.*nu.*4. potest procedere in casu suo, quia ibi licèt loquatur in eo, qui se obligauit vti principalis, attamen ex multis verbis per ipsum ponderatis apparet, quòd verè non promiserat vti principalis. Decisio Romana de Pronanis coram Orano non obstat, quia licèt ibi dicat, quòd contractus ab initio respectu minorum fuerat validus, attamen non dicit è conuerso, quòd si fuisset ipso iure à principio nullus, non valuisset obligatio alterius accedentis principaliter, imò contrarium sensit, dum respondendo ad regulam, quòd existente nulla obligatione principali sit etiam nulla fideiussoria; primò respondet, quòd contractus ab initio non erat omnino nullus. Secundò, quòd obligatio fideiussoris erat vti principalis, & dicit regulam prædictam has duas limitationes recipere, quas vti diuersas assignat. Non obstat, quod dicitur de defectu formæ census, quia non fuerint numeratæ, & receptæ pecuniæ, & ob id cessat obligatio præexistens, in qua posset consistere census, † quia Gabbinus, & 4
Alexander non solùm se obligarunt pro solutione in casu validitatis census, sed etiam in casu nullitatis ad omnia damna, & interesse, [b] propter quam nullitatem b
ex quocunque capite contingeret, factus fuit locus obligationi damnorum, & interesse, vt fuit dictum in Tudertina census 26. Maij 1600. coram bon. mem. Iusto, vbi dicitur hoc priùs fuisse decisum in vna Romana de Alexiis 1. Iunij 1587.

*ANNOTATIO.*

a Vide, quod dixi *supra ad decis.* 321. in hac eadem causa factam.

b Sub † promissione damnorum, & interesse comprehen- 5
ditur restitutio sortis principalis, Royn. *cons.* 141. *num.* 9. *vers. nec obstat. lib.* 1. Rota *decis.* 741. *nu.* 1. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 77. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* Gratian. *discept. forens. c.* 301. *n.* 5. & in materia census interesse satis dicitur liquidum ex ipso instrumento census, nam est taxatum ad illam quantitatem, quæ pro censu annuo conuenta fuit in instrumento, Seraphin. *decis.* 372. *n.* 1. & *decis.* 387. *num.* 6. cum aliis pluribus decisionibus cumulatis per Cinc. *de censib. fol. mihi* 36. *n.* 45. & *fol.* 161. *n.* 6.

*Oliuerius Beltraminus.*

## Perusina fideicommissi de Alphanis.

*Veneris 15. Iunij 1612.*

ARGVMENTVM.

Dos an, & quando succedat loco legitimæ, & quando pater censeatur agnouisse filiam exclusam à Statuto in suam.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitima est detrahenda de dote, quando dos succedit loco legitimæ.*

2 *Dos succedit loco legitima, vel ex dispositione Statuti, vel ex dispositione testatoris.*

3 *Dos regulariter succedit loco legitimæ in Statuto exclusiuo fæminarum.*

4 *Procedit maximè quando Statutum excludit filiam dotatam propter dotem, & vide distinctionem infra numer.* 11.

5 *Dos succedit loco legitimæ, quando testator filiam agnouit in suam relinquendo illi iure institutionis dotem, & num.* 12.

6 *Pater disponendo ad fauorem filiarum, videtur recedere à Statutaria exclusione, ita vt successio censeatur redacta ad terminos iuris communis.*

7 *Statutum exclusiuum fæminarum ita demum excludit filiam, si pater velit.*

8 *Renunciatio facta à filia bonis paternis non obstat, si pater illam instituat.*

9 *Filia an censeatur agnita in suam eo ipso, quòd fuit aliquid ei relictum iure institutionis, an verò vlterius sit necesse, quòd fiat mentio de legitima.*

10 *Dos, quando est super portionem legitimæ, non minuit portionem masculorum, licèt, quando est supra, cedat beneficio ipsorum, & eorum legitimam impinguet.*

DECISIO DLXV.

Resolutum fuit dotes filiarum testatoris detrahendas esse de legitima, non autem, vt prætenditur pro parte Alexandri, ex tota hæreditate vti æs alienum. Ratio resolutionis fuit, quia quando † dos succedit lo- 1
co legitimæ, de ipsa legitima est detrahenda, iux. communem sententiam Doctorum, de qua testantur Gabr.

*cons.21.num.10. lib.1.* Honded. *consil.63. num.125. lib.1.*
2 Quòd autem † dos succedat loco legitimæ, prouenit
vel ex dispositione Statuti, vel ex dispositione testato-
ris, Thesaur. *decision.159. numer.* 4. sed hic concurrit
vtraque dispositio. In Statuto enim exclusiuo fœmi-
3 narum regulariter † dos succedit loco legitimæ, ex
multis cumulatis per Honded. *d.cons. nu.* 126. Decian.
4 *cons.71. n.1.lib.4.* Quod maximè † procedit in Statuto
Perusino excludente filiam dotatam, & propter dotem,
a [a] Paul.de Castr. *in l.Titia centum §. Titio genero,nu.8. in fin.ff.de condit.& demonstr.* Soc. *cons.75.nu.11. vers.aliquando,& tertiò.vol.5.* Decian. *consil.106.n.3.* Paris.*cons.*
53. *num.76.lib.3.* Boss. qui communem dicit *de pub.bon. n.2.in fin.* Cæphal.*consil.245.nu.31. & seq.* Gabr. *d.consil.*
11.*n.5.* Crass. *in §.legitima.quæst.7. num.4. vers. aut verò Statutum exclud. dotatam*, & tenuit Rota in Romana de Lante prima Februarij 1577. coram fœl. record.
Clemen. VIII. & in vna Cesænatens. Bonorum 26.
Iunij 1591. coràm bon. mem. Cardinali Seraphi-
5 no, & in aliis. Ex dispositione etiam testatoris dos † hoc
casu succedit loco legitimæ, quia testator filias agnouit
b in suas, relinquendo illis iure institutionis dotes, [b] Alex.
*consil.131.lib.1.* Gabriel. *d.consil.11.sub numer.7. & 135. num.38.lib.2.* & fuit dictum in vna Albanens. legitimæ
8. Februarij 1574. coram Cotta, & in d. Romana de
6 Lante. Testator enim † hoc pacto disponendo ad eorum fauorem videtur à Statutaria exclusione recessisse,
ita vt res fuerit redacta ad terminos iuris communis,
Brun. *in tractat.de Statut. exclus.fœmin. 3.art.in 2.memb. princip.num.39.* Franc.Becc. qui alios congerit *consil.107.*
7 *num.20.* & Statutum ita † demum excludit filiam, si pa-
c ter velit, [c] Paul.de Castr. *consil. 52.sub num.2. vers.cum verò.lib.1.* Ruyn. *cons.117.nu.24. circa med.lib.3.* Gabr.
*consil.140.n.8.lib.2.* sic dicitur de filia, quæ renunciauit
8 bonis paternis, † cui renunciatio non obstat patre nolente, & illam instituente, Bart. *in l.stipulatio hoc modo concepta.num.4.* Alex. *num.8.* Ias. *num.130.ff.de verborum obligat.* Bal. *in l.pactum, quod dotali.in 3. quæst. C.d. de collat.* cum cumulatis per Gabr. *de iur.dot.conclus.2.n.27.*
Crass. *in §. successio ab intestato quæst.15. num.70.* & fuit
dictum in causa Ferrariens. Bonorum 24. Febr. 1603.
9 coram me: Dubium tamen † est inter Doctores, an filia dicatur agnita, quando fuit aliquid certum iure institutionis relictum, licèt enim Paul. de Castr. *d.cons.42.* loquatur generaliter de relicto facto filiæ, subiungens intelligi debere de filiabus omnino exclusis, & relictum non censeri factum vti extraneæ, sed vti filiæ, & Soc. *d.consil.75. nu.3. & 4 lib.3.* dicat, quòd dicitur agnita, quando fuit aliquid certum iure institutionis relictum, quod etiam voluit Ruyn. *consil.40. num.11. lib.3.* Paris. *consil 53. num.79. in fin.& n.81. lib.3.* Rub. *consil.*
156. *num.* 8. attamen quòd non sufficiat institutio in re certa, & non sit satis titulus institutionis, nisi fiat mentio legitimæ, vel de quota, tradit Rim. iun. *consil.31. nu.74.* alios referens, etiam attestans de communi, & sentit Paris. *consil.54. numer 18. 19. & 20.lib.2.* Gabr. *d. consil. 140.n 9.& seq.lib.2.* Thesau. *decis.159.num.17.* Hond. *consil. 53. numer.25. lib.2.* & in casu supradictarum decisionum institutio erat facta expressè pro legitima, & propterea quando difficultas reduceretur ad dispositionem testatoris, & prætensam agnitionem, vellem iterum Dominos consulere. Voluerunt tamen Domini illud, in quo constitutio dotium excedit partem, quæ filiabus de iure competeret in legitima, detrahendum
10 esse de tota hæreditate, quando † enim dos est super portionem legitimæ, non minuit portionem masculorum, licèt, quod est infra cedat beneficio ipsorum, & eorum legitimam impinguet, non autem hæreditatem augeat, latè Cæphal. *consil. 245. num. 34.* Modern. *de fideicom. art.38.num 18.*

*ANNOTATIO.*

a In hac † materia quando dos succedat loco legitimæ 11
Rota passim sequitur doctrinam Castr. *in l. Titio centum §.Titio genero.n.8 ff.de condit.* qui ita distinguit, aut Statutum excludit filias simpliciter, & postea mandat eas dotari, & tunc non succedit loco legitimæ, aut verò excludit filias, non simpliciter, sed cum qualitate dotationis, & tunc succedit loco legitimæ, quam distinctionem latè comprobat Soc.sen. *cons.13.numer.12.lib.3.* Gabr. *consil.11. n.4.& 5. lib.1.* Ludouic. Morot. *consil. 23.nu.7.* qui plures refert, Ioseph.de Sess. *decis.26.num.58 & seq.* & secuta fuit Rota *decis.540.part.1.diu.* & penes Seraph. *decis.959.nu.5.* & in Perusina Dotis 21. Maij 1602. coram Illustrissimo Cardinali Millino, & plenè in Firmana Legitimæ 30.
Octobris 1617. coram R.P.D. Vbaldo. Sicut etiam † dos 12
succedit loco legitimæ, quando à patre fuit relicta in testamento iure institutionis, vt firmatur in hac decisione, & præter hic allegata Rota *decis.60.n.30.& decis.66.nu.3. part.1.diuers.* latè Hond. *consil.53.num.12.lib.2.*

b Et dixi *supra sub littera A.*

c De quo dixi *supra ad decis 358.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Burgi Sancti Sepulchri.

*Lunæ 9. Aprilis 1612.*

## ARGVMENTVM.

Non indiget argumento.

*SVMMARIVM.*

1 *Partitæ quando sunt modicæ, non solet confici instrumentum, nec testes adhiberi.*

2 *Clausula* (parito iudicato) *operatur, vt quis non sit audiendus, nisi prius doceat se integrè paruisse, & latiùs num.3. vbi vide limitationem.*

## DECISIO DLXVI.

DOmini steterunt in decisis rationibus, de quibus in decisione, quia vltra † quòd partitæ sunt mo- 1
dicæ, super quibus non solent confici instrumenta, nec testes adhiberi, visæ fuerunt etiam Dominis verisimiles, & iustæ, & vbi in aliquibus remaneret scrupulus, taxatio facta ab Illustrissimo Cardinali Lancellotto, fuit tàm indulgens, & liberalis, vt omnes prædictas partitas abundè capiat, & comprehendat: Et hanc interpretationem eo libentiùs fecerunt Domini considerato effectu de quo agitur, & fine, ad quem tendunt aduersarij, qui est non solùm infringendi rem iudicatam, sed etiam annullandi subhastationem, & omnia sequuta. Additur etiam prætensam ab aduersariis restitutionem, & reintegrationem fuisse commissam cùm clausula *(parito prius, & ante omnia iudicato)* † & propterea non esse 2
audiendos, nisi priùs doceant fuisse integrè paritum,
[a] quod facere non possunt, cùm adhuc ratione iudicatæ a
remaneant debitores in scutis mille, & vltra.

*ANNOTATIO.*

a Clausula († *Parito*) tribuit iurisdictionem conditionalem, 3
ita vt antequàm sit paritum, deficiat iurisdictio, Put. *decis.* 429. *lib.1.* Rota *decis.93.part.4.in nouiss.* Gonz. *in annot. contra nullit. & attent.nu.249. & 261.* Mart. *de clau.part.1. clau.92.nu 10.* Quod tamen non procedit, quando ille, ad cuius fauorem est obtenta dicta clausula, illa non vtitur, & sic expressè, vel tacitè ei renunciat, quia tunc dicta clausula nihil operatur, Verall. *decis.125. num.2. part. 3.* & fuit dictum in Tolerana Parochialis coram R.P.D. Coccino Decano impressa penes Marches. *de commiss. tom.2. fol. 262.* Mart. *dicta clau.92.sub num.10.vers.limita,* & plu-

ra de vi, & effectu dictæ clausulæ vide penes Mart. *d. clauf.92.* & penes Marescot.*var.lib.1.cap.86.per totum.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Cæsenatens. Bonorum.

*Veneris 27. Ianuarij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Deuolutioni est locus ob tempus finitum non obstante pacto de renouando. Inuestitura ex quibus censeatur pro se, an verò pro alio acquisita, & alia de quibus in Summario.

### SVMMARIVM.

1 *Deuolutioni est locus ob tempus concessionis finitum, quia concessum ad tempus post illud censetur denegatum.*

2 *Pactum de renouando non tribuit ius aliquod reale, sed actionem tantùm personalem ad factum, vt fiat renouatio.*

3 *Stipulatio Notarij operatur, vt sine acceptatione non possit concessio reuocari, ad effectum tamen acquisitionis requiritur acceptatio.*

4 *Emptor iuuatur ex iure de nouo superuenienti venditori post factam venditionem.*

5 *Laborare quis non præsumitur contra proprium interesse.*

6 *Inuestitura ex quibus coniecturis censeatur non pro alio, sed pro se acquisita.*

7 *Ratificatus censetur actus iuxta suam naturam, & qualitatem.*

8 *Præfertur secundo loco inuestitus, qui habuit possessionem primo loco inuestito, qui non habuit possessionem.*
*Emptor secundus, qui habuit possessionem, præfertur primo emptori sine possessione, quod pluribus modis limitatur, & latè num.10.*

9 *Fides mala non præsumitur, sed bona.*

### DECISIO DLXVII.

DIe 14. Martij 1607. fuit resolutum constare de
deuolutione bonorum ad fauorem D. Marchionis
Malatestæ, cui resolutioni cùm DD. Comites de Bandis
oon acquiescerēt, & de nouo audiri obtinuissent, causa
pluries proposita tandem Domini stetetuot in decisis
1 bona † fuisse deuoluta ob tempus finitum, quia Comes
Guido de Bandis fuit inuestitus de anno 1519. pro sexaginta futuris annis, vnde elapso dicto tempore bona
ipso facto fuerunt deuoluta, quia concessum ad tempus post illud censetur denegatum, *l. Imperator. ff. de postulan. l. si vnus. §. 1.* vbi Bal. *ff. de pact.* cum cumulatis per Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gloss. 2. nu. 46.* &
in terminis emphyteusis tradit Dec. *consil. 328. in princ.*
Anchar. *cons. 118. n. 2. vers. circa primum.* Paul. de Castr.
a *consil. 263. sub num. 3. vers. primò, quia testator. lib. 2.*[a] Non
2 obstat, † pactum de renouando, quia illud non tribuit
ius aliquod reale, sed actiooem taotùm personalem ad
b factum, vt fiat renouatio, [b] Ang. *consil. 184. sub num. 3. vers. & illa verba.* Alex. *cons. 165. num. 3. vers. per prædicta. lib. 2.* Dec. *cons. 329. ante num. 1. vers. sed respondetur dupliciter.* Ruyn. *consil. 167. num. 13. lib. 1.* & tenuit Rota in alia Cæsenatens. bonorum 20. Maij 1588. coram Bubalo, & in Ariminens. bonorum 25. Ianuarij 1610. coram R.P.D. Marquemontio. Non obstat, quòd Comites Bandi de anno 1575. fuerint de nouo inuestiti, & sic durante adhuc tempore primæ inuestituræ, quæ porrigebatur vsque ad anoum 1579. Primò, quia talis inuestitura fuit per Ioannem Cinnum eorum nomine
capta, & tamen non apparet de aliqua eorum acceptatione, seu ratificatione. † Neque obstat stipulatio No- 3
tarij, quia illa licet prosit sine acceptatione ad effectum
vt reuocari non possit, ad effectum tamen acquisitionis
requiritur acceptatio, [c] iuxta veriorem sententiam, in c
quam aliàs inclinauit Rota in vna Romana fideiussionis 28. Ianuarij 1577. & firmauit expressè in vna Vrbeuetana hæreditatis 15. Iunij 1580. coram bon. mem. Cardinali Seraphino. Prout neque etiam obstat prætensa ratificatio Comitis Æneæ, quia illa restringitur ad portionem eiusdem, de qua hodie non agitur. Secuodò fuit responsum, inuestituram prædictam fuisse impetratam à Ioanne Cinno ad proprium commodum, vi-
delicet, † ad corroborandum venditionem sibi priùs 4
factam à dictis Comitibus de Bandis ex iure ipsis superueniente mediante dicta inuestitura, iux. tradita per Alex. *consi. 1. nu. 38. lib. 5.* Tiraquel. *de leg. connub. glos. 8. n. 99. & seq.* Hoc enim ostenditur ex persona ipsiusmet
Ioannis Cinoi eorū oomine accipientis, tùm † quia non 5
est credendum, quòd voluerit laborare cōtra proprium interesse, præsertim quia iunctum erat interesse Comitum validandi venditiooem, nam aliàs tenebantur de
euictione; † si intentio Comitum fuisset pro se ipsis 6
acquirere, ad quid adhibere personam Cioni, alioquin penitus extraneam mediatricem, cùm per se ipsos id facere potuissent, ad quid etiam tanta sollicitudo pro impetranda renouatione, si pro ea obtinenda supererant etiam quatuor anni. Accedit, quòd Ioannes Cinous post quatuor dies recepit aliam inuestituram oomine proprio, quod est maximum indicium per paulò ante præcedentem inuestituram noluisse aliis acquirere. Et hoc clariùs demonstrant verba expressa dictæ inuestituræ, quibus præseruantur iura ipsius Cinni, quæ præseruatio est incompatibilis cum acquisitione facienda Comitibus de Bandis, nisi quatenus per ipsam succedat confirmatio, & roboratio venditionis. Hoc etiam colligitur ex diuturnitate temporis, quo Domini de Bandis tacuerunt, & neglexerunt patiendo Ioannem Cinoum, & causam ab eo habentes possidere dicta bona, quod vtique non fecissent, si fuisset eorum intentio ius ex dicta inuestitura acquirere. Ratificatio Comitis Æneæ, vltra prædicta est intelligenda ad fauorem Ioannis Cin-
ni, cùm actus † semper censeatur ratificatus iuxta suam 7
naturam, qualitatem, & conditionem, *l. Aurelius §. testamento ff. de liber. legat.* & pro interesse, quod habebat propter euictionem bonorum venditorum. Et ista sal-
tem procedunt ad effectum, † vt Ioannes Cinnus, qui 8
ex inuestitura per eum postea suscepta acquisiuit possessionem, sit præferendus Comitibus de Bandis venientibus ex anteriori inuestitura, *per l. quoties. C. de rei*
*vendit.* [d] & ad excludendum prætensam malam fidem, d
quæ pro limitatione dictæ legis allegatur, quia vltra † 9
quòd mala fides non præsumitur, sed bona, *l. penult. C. de euict.* glos. *in cap. fin. in gloss. vlt. de præsumpt. & in l. super longi. in verbo probetur C. de prescript. long. temp.* latè Gabr. *de criminal. concl. 2. n. 26.* illa excluditur ex possessiooe longi temporis scientibus, & patientibus Bandis, & ex aliis coniecturis supra ponderatis ad ostendendum prædictam inuestituram fuisse receptam ad vtilitatem ipsius Ioannis Cinoi.

### ANNOTATIO.

a Corbul. qui alios refert *de caus. priuat. ob tempus finitum num. 1. & seq.* & fuit dictum in Ciuitatis Castelli Bonorum 21. Maij 1614. coram R.P.D. Dunozetto.

b De quo dixi *supra ad decis. 348.*

c Vide, quod de hac materia dixi *supra ad decis. 67.*

d *l. quoties Cod. de rei vendit.* † habet locum etiam in ma- 10
teria feudali, & in inuestituris, latè Rosent. *de feud. cap. 6. conclus. 9. num. 1. & seq.* Rota *d. decis. 664. num 18. part. 2. in recentior.* & sensit Rota in hac decisione: De materia *d. l.*

*quoties* plenè tractat Gabr. *de empt. conclus. 2. per totam*, vbi constituit regulam, quòd ex duobus emptoribus ille est præferendus, cui res primò est tradita, licèt fuerit posterior in tempore respectu contractus emptionis, & hanc ee lusionem pluribus modis ampliat, & limitat, & præsertim non procedit dispositio *d. legis*, quando ille, cui primo loco est facta venditio, est persona priuilegiata, puta causa pia, Seraph. *decis. 624. n. 9.* Gabr. *d. conclus. 2. num. 16. limit. 6.* secundò non procedit, quando in primo contractu fuisset inserta clausula (*constituti*) Tiraquel. *de iure constit. part. 1. numer. 21.* Honded. *consi. 52. numer. 40. lib. 1.* Menochius *consil. 1153. numer. 62.* Cæsar Barz. *decis. 66. num. 46.* & tenuit Rota in Bononiens. Immissionis 26. Nouembris 1568. coram Cardinali Lancellotto, quam tamen limitationem declara iuata id, quod tradit Tiraqu. *d. part. 1. num. 27.* Hond. *cons. 52. nu. 47. & seq. lib. 1.* Tertiò non procedit, quando secundus emptor fuisset in mala fide, Barz. *dict. decis. 66. num. 47.* Menoch. post relatos *dict. consil. 1153. numer. 64.* & sensit Rota in hac decisione, & non attenditur mala fides venditoris, sed emptoris, Hond. *dict. consil. 52. nu. 49. lib. 1.* Quartò non habet locum, quando in primo contractu quis promisit nullo modo contrauenire, & pro obseruantia obligauit omnia bona sua. Menoch. post relatos *dict. consil. 1153. num. 55 & seq.* vbi sub *numer. 67.* dicit sufficere hypothecam generalem, nam tunc succedit obligatio ad interesse, quod interesse est res ipsa deducta in contractu, vel illius æstimatio, benè Oldrad. *cons. 100. num. 4.* Hieronym. Gabr. *cons. 141. sub num. 7. lib. 1.* & Anton. Gabr. *de empt. concl. 2. num. 29. limit. 3.* & secuta fuit Rota in Romana de Mazzatostis 23. Iunij 1617. coram R.P.D. Verospio, Cæsar Barz. *dict. decis. 66. num 47.* Secundò non habet locum in contractu, seu concessione emanata à Principe supremo, ex cuius contractu transfertur dominium sine traditione, Gail. *obseruat. 45. lib. 2.* Rota *decis. 664. numer. 18. part. 2. in recentior.* Sextò non procedit, vbi venderet Clericus, vel alia persona Ecclesiastica, quia tunc semper præfertur primus emptor, Carol. de Grass. qui plures refert *de effect. Cleric. effect. 53.* qui tamen non firmat hanc limitationem, sed refert plures D D. contrarium tenentes.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Legitimæ.

*Lune 4. Iuny 1612.*

## ARGVMENTVM.

### In legitimam quæ imputentur.

*SVMMARIVM.*

1 *In legitimam non imputantur habita inter viuos, & ex contractu.*

2 *Non procedit, quando constat de voluntate donatoris, quòd donata imputentur in legitimam.*
*Donata an, & quando imputentur in legitimam, & num. 13.*

3 *Contractus totus iudicari debet, non singulæ eius partes ad dignoscendam eius iustitiam.*

4 *Legitima non comprehenditur sub generali renunciatione, nisi de ea fuerit specialis mentio.*

5 *Maximè quando de tempore renunciationis nullum ius, nec etiam in spe competebat renuncianti super legitima.*

6 *In legitimam imputantur habita ex testamento, & ex substantia testatoris.*

7 *Procedit, siue sit in mobilibus, siue in pecunia, siue in nominibus debitorum.*

7 *Valor rei diminuitur ex prohibitione alienandi.*

6 *In legitimam imputantur omnia, quæ æstimationem recipiunt.*

10 *In legitimam vt aliquid imputetur, duo copulatiuè requiruntur: Primò quod res imputanda proueniat ex substantia testatoris: Secundo ex eius iudicio, & voluntate.*

11 *Compensatio admittitur in materia quantumuis fauorabili.*

12 *Ampliatur etiam in dote.*

## DECISIO DLXVIII.

FVit conclusum ea, quæ habuit Dominus Dux ex
transactione non esse ei imputanda in legitimam,
in quam † imputari non solent habita inter viuos, & ex 1
contractu, [a] *l. si quando §. fin. Cod. de inoffic. testam. l. il-* a
*lud. Cod. de appell.* Doct. *in l. in quartam*, vbi Pic. *numer.*
*187. & seq.* Rip. *n. 143.* Berreng. *in 3. part. num. 87. ff. ad*
*leg. Falcid.* Nec facit, quòd dicitur esse imputanda iura
per auiam cessa, quatenus excedunt æquiualentem re-
compensationem, quia omisso, quòd pro parte Ducis
respondetur non procedere stante iuramento ipsius
auiæ, super hoc non est laborandum, cùm sufficiat in
facto non verificari excessum, & in dubio præsumen-
dum esse pro æqualitate, & iustitia transactionis. Nec
placuit Dominis illa contrapositio remissionum hinc
inde factarum sigillatim perpensa, † quia debet totus 2
contractus considerari, non singulæ eius partes, iux.
latè deducta per Surd. *decis. 155. numer. 4. & seq.* [b] Minùs b
etiam facit, quod † dicitur de voluntate donatricis, 3
qua stante imputantur etiam data inter viuos secun-
dùm communem opinionem, de qua per Pic. *in dicta*
*l. in quartam. num. 187.* quia voluntas auiæ in hoc non
probatur; ea enim deducitur ex eo, quòd voluit Du-
cem nihil amplius posse prætendere in bonis ipsius, sed
renunciatio prætensionum non poterat comprehende-
re ius legitimæ, tùm † quia de ea non fuit facta specialis 4
mentio, iux. decisionem in hac causa factam, tùm quia
de tempore transactionis, & viuente † auia nullum 5
ius, neque etiam in spe competebat Duci super legiti-
ma in bonis ipsius, *l. 1. §. si impuber.* vbi Bar. not. *de Coll.*
*bon.* latè Ias. *in l. 15. post num. 14. & seq. ff. de acquir. hæred.*
Aret. *in §. in suis autem numer. 6. Institut. de hæred.*
*qualit. & differen.* Dec. *consil. 19. sub num. 6. vers. quia ad*
*hoc breuiter.* [c] † Dixerunt tamen Domini imputanda c
esse vasa argentea, quæ Dux habuit ex testamento ip- 6
sius auiæ, & ex eius substantia, *l. quoniam nouella l. om-*
*nimodo, & l. scimus C. de inoffic. testament.* Bart. *in d. l. quar-*
*tam. num. 10.* Rip. *num. 140.* & alij omnes, quæ sunt æsti-
manda pondere, & arte. Et idem dicendum de scutis 4.
mil. quorum Dux constituit se debitorem D. Fuluiæ;
quicquid enim ad ipsum peruenit † ex hæreditate, siue 7
sit in mobilibus, siue in pecunia, siue in nominibus cre-
ditorum, imputandum venit, [d] Dec. *consil. 128. numer. 5.* d
Paris. *consil. 1. num. 89. lib. 3.* Curt. iun. *cons. 180. num. 5. lib.*
*2.* in dictam imputationem etiam venit liberatio Castri
à prohibitione vendendi, quia sine dubio continet no-
tabilem vtilitatem, cùm † talis prohibitio diminuat va- 8
lorem bonorũ alienari prohibitorum, ad tradita per Ti-
raq. *de retract. conuen. in præfat. numer. 21.* quæ vtilitas,
cùm sit res æstimabilis, vtique est imputanda in legi-
timam, in qua imputantur omnia, † quæ æstimatio- 9
nem recipiunt, vt fuit dictum in Bononiens. fideicom-
missi de Scappis vltima Maij 1600. coram bon. memor.
Cardinali Seraphino. Imputanda etiam esse dixerunt
Domini Rubra 420. frumenti recepta extra testamen-
tum, quia illa erant de substantia testatricis, & quatenus
imputationi videretur obstare, quòd ea non habuit ex
voluntate testatricis, † dum duo requiri videantur ad 10
imputationem, quòd res imputanda veniat ex substan-
tia testatoris, & ex eius iudicio, aut voluntate, vt per
Bero. *consil. 39. numer. 11. circa med. lib. 2.* venirent sal-
tem compensandæ cum credito legitimæ: Compensa-
tio † enim admittitur in materia quantumuis fauora- 11
bili, Surd. *de alimen. priuil. 53. num. 4.* † sicut etiam ad- 12
mittitur in dote, Bar. *in l. res iudicata §. hæredi. numer. 1.*
*ff. solut. matrimon.* Coras. *in repet. l. quis liberos. numer 261.*

*ff. de*

*ff. de rit. nupt.* qui testatur de communi, Soc. *cons.* 85. *num.*8. *lib.*1. Ber. *cons.*37 *sub num.*9 *lib.*2. Sord. *vbi supra*. Super imputatione dotis ipsius auiæ nihil fuit firmatum, sed fuit reseruatum particulariter videndum.

*ANNOTATIO.*

13 a Donata † inter viuos regulariter non imputantur in legitimam, vt præter allegata in hac decisione Craff. §. *legitima quæst.*22. *num.*1. Surd. *consil.*75. *num.*5. *& seq. & num.* 11. Peregr. qui alios refert *de fideicommiss. art.*26. *num.*125. Seraph. *decis.*568. *num.*1. hoc procedit, quando titulus donationis fuit expressus, secus autem, quando res simpliciter data fuit, nam in legitimam imputaretur, quia non præsumitur donata, Peregr. *dict. art.*36. *sub num.*125. *vers. intellige*. Seraphin. *d. decis.*568. *num.*3. *&* 4. Limitatur autem supra firmata conclusio, vt non procedat, si pater donans expressè dixerit, quòd volebat donatum imputari in legitimam, Craff. *d.* §. *legitima quæst.*22. *num.*2. *&* 6. *vers. intellige tamen*, & firmauit etiam Rota in hac decisione *num.* 3. Sed hæc declaratio debet fieri in ipso limine donationis, & declaratio ex post non suffragaretur, Surd. qui alios refert *cons.*75. *num.*11. Limitatur secundò, non procedere, quãdo donatio à principio esset nulla, & morte donantis confirmatur, ista enim sapit donationem causa mortis, & ideò imputatur in legitimam, Roland. *cons.*11. *num.*32. *lib.*2. Surd. *d. cons.*206. *num.*10. cum aliis per Peregr. *d. art.*36. *num.*124.

b Latè idem Surd. *cons.*217. *num.*6. 17. *& seq. & per totum*, fuit dictum in Bononien. Bonorum de Montematico 17. Octobris 1607. coram R. P. D. Coccino Decano.

c Cum aliis per Menoch. *cons* 526. *sub num.*9. *vers. imò nec in legitima*.

d Latè Peregr. *de fideicommiss. artic.*36. *num.*121. Surd. *consil.* 388. *num.*18. *& seq.* Gratian. *disceptat. forens. c.*448. *num.*12.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Cæsaraugustana Dedicationis.

*Mercurij 20. Iulij 1612.*

ARGVMENTVM.

Manutentio est concedenda eo modo, & forma, prout quis ante motam litem possidebat, & ad limites dictæ possessionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Manutentio non potest concedi, nisi ad limites possessionis, & num.*6.

2 *Manutentio qualificata non potest obtineri, nisi probata possessione qualitatis.*

3 *Manutentio concedi debet in eo statu, & eo modo, quo quis possidebat ante motam litem.*

4 *Actus, qui dederunt occasionem liti, non sunt habendi in consideratione.*

5 *Manutentio licèt vni parti fuerit denegata, non sequitur, quòd sit danda alteri, cùm vtrique possit denegari.*

DECISIO DLXIX.

Resolutum fuit non esse dandum mandatum de manutenendo Ecclesiæ del Pilar quoad solemnitatem processionis extra Ecclesiam in die dedicationis suæ Ecclesiæ. Nam Ecclesia Metropolitana non negat, neque prætendit, quòd illa non possit modo consueto, & prout ante litem motam celebrare, sed quòd non possit facere, cum dicta processione extra Eccle-
1 siam per viam manutentionis, † quia illa non potest
a concedi nisi ad limites possessionis, [a] in qua reperitur, & prout possedisse per priùs apparet, nec sufficit, quòd probet se aliquo modo fuisse solitam celebrare suam dedicationem, quia lis, & controuersia non est in ipsa celebratione, sed in qualitate, hoc est,
in illa solemni processione, † & propterea debet pro- 2
bari quasi possessio istius qualitatis, Bal. *cons.*447. *num.* 2. *lib.*5. cum aliis, Paris. *cons.* 152. *num.*1. *lib.*4. Non obstat, quòd dicitur celebrare dedicationem cum maiori, vel minori solemnitate non habere alterare, quia plus, & minus non differunt specie, nam respondetur, quòd an possit fieri cum ista solemnitate, videbitur in
petitorio, hodie autem cùm de manutentione agitur, † 3
illa concedi debet in eo statu, in quo reperiebatur ante litem motam, & eo modo tantùm, quo possidebat, hæc
enim est natura interdicti vti possidetis. [b] Non obstat, b
quòd à duobus annis citra Ecclesia del Pilar celebra-
uerit dedicationem cum solemni processione, † quia 4
cùm isti actus dederint occasionem litis, non sunt habendi in consideratione ad obtinendam manutentio-
nem. [c] Minùs releuat, quòd Ecclesiæ Cathedrali fue- c
rit denegata manutentio priuatiua ad Ecclesiam del Pilar, nam id factum fuit, quia non docuit de prohibi-
tione cum acquiescentia, vt dicitur in decisionibus: † 5
Et inde non sequitur, quòd sit danda manutentio Ecclesiæ del Pilar, quia vtrique denegari potest, & fuit denegata: Sicut enim illa non probauit quasi possessionem priuatiuam, ita neque ista probauit positiuam celebrandi cum processione extra Ecclesiam.

*ANNOTATIO.*

a Et quòd † manutentio non sit danda, nisi ad limites pos- 6
sessionis sequendo hanc decisionem dixit Rota in Tusculana Siluarum 26. Iunij 1619. coram R. P. D. Caoiletio, vbi Rota dixit, quòd sicut probantur actus possessorij gesti sine licentia, ita etiam erat dandum mandatum de manutenendo absque eo, quòd vlla licentia esset necessaria, & facit etiam, quod dixit Rota in Romana nullitatis Donationis 11. Ianuarij 1610. coram bo. mem. Card. Lancellotto, vbi fuit dictum, quòd manutentio tribuebat facultatem vtendi re eo modo, & in eo statu, quo priùs quis vtebatur, non autem operatur, vt quis possit alterare, & mutare qualitatem, formam, & statum rei, pro quo etiam facit illa conclusio, quòd licèt permissum sit possessori suam possessionem continuare lite pendente, hoc tamen intelligitur, dummodò vtatur eo modo, & forma, & eo statu, quo priùs vti solitus erat, Bero. *cons.* 118. *num.*7. *lib.*3. cum aliis per Lancell. *de attent. par.*2. *c.*4. *limit.*1. *num* 92.

b De quo *supra sub litera A.*

c Hoc idem dixit Rota coram Sanctissimo *supra in decis.* 4. *num.*2. & ibi dixi in annotat.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana Domorum.

*Mercurij 4. Iulij 1612.*

ARGVMENTVM.

Testes vt probent valorem ad effectum læsionis, qualiter deponere debeant.

*SVMMARIVM.*

1 *Testes instructi nihil probant, & num.*8.
*Fallit quando instruuntur ad veritatem dicendam, & num.*9.

2 *Testes de auditu à parte aduersa nihil probant.*

3 *Testes, qui cum parte aduersa allocuti sunt, redduntur suspecti.*

4 *Testes non informati de qualitatibus minuentibus valorem rei, non probant valorem, & num.*10.

5 *Læsio non attenditur, nisi de tempore venditionis.*

6 *Pretia rerum tempore variantur.*

7 *Locatio domus non probat illius valorem, maximè ad effectum læsionis.*

### DECISIO DLXX.

FVit nona Aprilis præteriti resolutum non constare
de læsione, quæ suffragetur Flaminiæ, & litis con-
sortibus, sed quia postea fuerunt nonnulli testes noui-
ter examinati, opus fuit iterum de eadem læsione age-
re, & causa super iisdem proposita Domini steterunt
in decisis. Visum enim fuit Dominis testes nihil pro-
bare; aliqui enim, & signanter tertius, quartus, & se-
a ptimus fuerunt à parte aduersa instructi, ᵃ † & nihil
1 deponunt, nisi de auditu ab ipsa, & propterea nihil
2 probant, † Caputaquen. *decis.* 264. *numer.* 8. *part.* 3.
non enim magis illis creditur, quàm crederetur ipsismet
aduersariis, ne maior fides adhibeatur copiæ, quàm
originali, vt per Aym. *consil.* 6. *numer.* 67. immo ex hu-
iusmodi instructione, quæ negari non potest, cùm il-
lam fateantur testes ipsi, contra eos est præsumendum,
3 cùm † aliàs sinistra præsumptio oriatur ex illo solùm,
b quòd cum parte sunt locuti, ᵇ Felin. *in cap. præterea*
*numer.* 12. *de testib. cogen.* Rol. *consil.* 38. *numer.* 30. *lib.* 1.
Boss. *in tit. de opposit. contra testes numer.* 31. *&* 50. Acce-
dit, quòd nec ipsi, neque alij sunt informati de stato, &
4 qualitate domorum, † quorum valorem probare co-
nantur, expressè enim negant scire confines, & quali-
tates tam intrinsecas, quàm extrinsecas, & præsertim il-
las mouentes verum valorem rei, ita vt nulla sit ha-
c benda ratio de eorum depositionibus, ᶜ Alexand. *cons.*
54. *numer.* 4. *&* 5. *lib.* 6. fuit dictum in vna Anconitana
certarum 26. Februarij 1590. coram Illustrissimo Card.
Platto, & in Ariminen. Castrorum 28. Apr. 1603. co-
5 ram bo. me. Card. Seraphino. Minùs † etiam percutiunt
tempus venditionis, vt requiritur ad effectum læsionis,
*l. si voluntate. in fin. C. de rescind. vendit. cap. ad aures. de*
*reb. Eccles. non alien.* Bar. *in l. pretia rerum* §. 1. *num.* 2. *&*
*seq.* vbi etiam Alexand. *num.* 10. *ff. ad l. Falcid.* Dec. *consil.*
309. *num.* 2. Caputaquen. *d. decis.* 264. *n.* 9. fuit dictum in
Romana rescissionis contractus 30. Octobr. 1602. coram
bo. me. Card. Pamphilio, & tertius testis vult spatio de-
cem, & octo annorum non fuisse mutatum valorem
6 domus, quod omni verisimilitudine caret, cùm † pretia
rerum tempore varientur, *l. pretia rerum. ff. ad legem*
*Falcid.* & Domini non attenderunt ad positiones vlti-
mo loco datas pro parte aduersa, quibus tamen fuit suf-
ficienter responsum, quia visæ fuerunt ad effectum de
quo agitur rescindendi venditionem ex læsione, irre-
leuantes; omnes enim tendunt vel ad probandum va-
lorem mobilium, & massaritiarum, quem pars aduersa
prætendit ascendere ad scuta quingenta, & Virginia
fatetur de valore scutorum 400. ita vt modica sit diffe-
rentia, aut ad probandum quantitatem pensionis, pro
7 qua locabatur domus; † quia vltra quòd non conclu-
dit valorem, præsertim ad effectum læsionis, vt fuit
probatum in decisione, habemus quantitatem in instru-
mento venditionis, in quo apparet pensionem medieta-
tis domus vnà cum massaritiis non excessisse scuta 60.
annua, dum ibi dicitur (*fatto buoni scudi otto, & baioc.*
*85. per la pigione decorsa dal dì primo Aprile, fino al dì 26.*
*di Maggio* 1595.) calculando pensionem ad rationem
scutorum 5. pro singulo mense, & minùs etiam. Clarum
est autem, quòd vbi esset attendenda pensio ad effe-
ctum læsionis, deberet illa inspici, quæ erat de tempore
venditionis.

### ANNOTATIO.

8 a Testes † instructi à parte non probant, Farinac. post re-
latos *de testibus quæst.* 67. *num.* 283. *& seq.* vbi constituit
regulam cum pluribus ampliationibus, & limitationi-
bus, & fuit etiam dictum in Romana Diuisionis 13. No-
9 uembris 1613. coram R. P. D. Manzanedo. Non est † ta-
men prohibitum instruere testes ad veritatem dicendam,
Farinac. *d. quæst.* 67. *num.* 287. Seraphin. *decis.* 1147. *numer.* 4.
*&* 5. vbi propterea dicitur non obstare, quòd testes vi-
derint articulos, & quòd non sit prohibita ostensio arti-
culorum testibus, vt quod sentiant pro veritate, dicant,
dixit etiam Rota in Mediolanensi. Iuris patronatus 21.
Maij 1607. coram Cardinali Lancellotto.

b Et dixi *supra sub litera A.*

c Et quòd † testis ignorans qualitates rei intrinsecas, & 10
extrinsecas non probet, Seraphin. *decis.* 1377. *num.* 5. *&*
*decis.* 1462. *num.* 4. vbi fuit dictum, quòd Rota passim se-
quitur cons. Alexand. in hac decisione allegatum, & Ro-
ta *decis.* 553. *num.* 2. *part.* 4. *in nouissimis*, & fuit dictum in
Bononiensi. de Ballis 19. Martij 1607. coram R. P. D.
Marquemontio.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Lauretana bonorum, seu prædij.

*Mercurij* 4. *Iuly* 1612.

### ARGVMENTVM.

Non indiget Argumento, nec Summario.

### DECISIO DLXXI.

CAusa iterum super eisdem proposita Domini steterunt in decisis rationibus, de quibus in decisione, contra quam pro parte Illustrissimi Cardinalis Consentini nihil opponitur. Non tamen placuit nouum motiuum, quod pro corroboratione decisionis deducitur pro parte Piissimi ex solutione quorundam fructuum nuper facta, quam allegat pro obseruantia ad declarandum intentionem Cardinalis, quia ipse sustinet litem super eo, quòd non teneatur, & propterea ex tali solutione forsan miserationis causa facta non potest induci consensus, quando de expresso dissensu apparet.

---

## Romana de Balduinis.

*Veneris* 19. *Nouembris* 1610.

### ARGVMENTVM.

Dominium, & possessio ex quibus probetur.

### SVMMARIVM.

1 *Dominium probatur ex emptione, & solutione onerum.*
2 *Item ex locatione facta vti à domino.*
3 *Testes deponentes de auditu non probant.*
*An saltem transferant onus probandi, & num.* 5.
4 *Possessio mariti præsumitur iure familiaritatis, quando constat de dominio vxoris.*
*Possessio iure familiaritatis nullum ius tribuit, nec suffragatur, & num.* 6.
*Excluditur possessio iure familiaritatis ex titulo præcedenti illius, qui possidet, etiam si ille titulus esset nullus, & num.* 7.
*Item ex multiplicitate actuum, & num.* 8.

### DECISIO DLXXII.

BOna, de quibus agitur, non fuisse in hæreditate Antonij, & Sulpitij censuerunt Domini, excepta tamen Balduina, de qua dixerunt esse particulariter agendum, nullibi enim apparet, quòd prædicti ea possederint, nec potest dici, peruenisse vti contenta in hæreditate Felicis ipsorum patris, tùm quia non constat eos paternam hæreditatem adiuisse, tùm quia re vera

non

nō fuerunt in bonis ipsius Felicis, sed potiùs Partheniæ
de Marossis eius vxoris, nam quoad vineam nuncupa-
1 tam (*la Conca*) datur instrumentum emptionis † factæ à
Iuliano Marosso, cuius ipsa fuit hæres, & ipsa viuente
Felice soluit responsiones Castellanis directis dominis
occasione dictæ Vineæ debitas, à quibus fuit quietata,
vt in quietantiis, quæ dantur. Quoad vineam autem
cum Petraria fuit exhibitum instrumentum sub die 12.
Februarij 1540. celebratum in præsentia ipsius Felicis,
2 in quo † legitur, quòd Parthenia tamquàm domina
istius Vineæ cum Petraria illam locauerat cuidam, qui
remanserat debitor, & dedit ei duas petias in solutum
contiguas dict. Vineæ. & vlterius dicitur quòd ille sol-
uens Felici non benè soluerat. Quoad domos in foro
Piscario datur illarum acquisitio facta à Marossis, &
vlterius per aliud instrumentum ostenditur, quòd vi-
uente Felice Parthenia hypothecauit, & assecurauit su-
per vna ex dd. domibus pro assecuratione dotis cuius-
dam puellæ ad fauorem Societatis Confalonis. Vlteriùs
dictæ domus fuerunt positæ pro confine, tamquàm do-
mus Partheniæ in quodam instrumento venditionis,
quod fuit celebratum viuente Felice inter tertias per-
sonas. Non obstant testes pro Cleria inducti ad proban-
dum bona prædicta fuisse possessa à Felice, quia vltra
3 quòd concludenter eam non probant † cùm omnes, vno
a tantùm excepto, loquantur de auditu, [a] *cap. licèt ex qua-
dam. cap. præterea, & cap. tàm literis. de testibus*, quando
etiam illam probarent, non releuaret probatio, quia cùm
appareat de iure Partheniæ super dictis bonis, † pos-
4 sessio Fœlicis eius viri præsumitur fuisse iure familiari-
b tatis, [b] not. *in l. qui iure familiaritatis ff. de acq. poss.* Aym.
*cons. 61. num. 2.*

### *ANNOTATIO.*

5 a Testes † de auditu non probant, de qua materia latè est videndus Farinac. *de testib. quæst. 69. num. 1. & seq.* difficultas est an saltem faciant præsumptionem talem, vt transferant onus probandi in contrarium, & plures pro vtraque parte refert Farinac. *de testib. d. quæst. 69. n. 33. &* 34. qui sub *nu. 39.* adhæret opinioni negatiuę, quam etiam latè defendit Pacian. *de probat. lib. 10. cap. 9. nu. 11. & seq.* Verùm contrariam opinionem tenuit Rota penes Put. *decis. 12. lib. 2. iuxta nouam impressionem*, quam etiam decisionem sequuta fuit Rota in Posnauiens. Decimarum 14. Ianuarij 1594. coram Gypsio, à qua opinione propter auctoritatem Rotæ non auderem in iudicando recedere, licèt re vera rationes ponderatæ à Paciano, & à Farin. pro contraria parte sint valdè vrgentes.

6 b Possessio † iure familiaritatis nullum ius tribuit, nec suffragatur, Rota *decis. 761. nu. 4. par. 2. in recent.* Aldouin. *cons. 53. num. 23.* Gratian. *disceptat. Forens. cap. 450.* & fuit dictum in Spoletana Bonorum 29. Aprilis 1616. coram R. P. D. Buratto, vbi Rota dixit huiusmodi possessionem non suffragari ad obtinendum in spolio sequendo Pontan. *de Spol. lib. 3. sub nu. 50.* nam possidens iure familiaritatis non censetur possidere sibi, sed alteri cuius familiaritatis iure vtitur, Gratian. post relat. *d. cap. 450. num. 15. in fin. & sequ.*
7 Ista † autem possessio iure familiaritatis excluditur ex titulo præcedenti illius, qui possidet, Surd. post rel. *cons. 221. nu. 29. & seq. & cons.* 483. *num.* 20. etiam si titulus ille esset nullus, & inualidus, Cæph. *cons. 4. n. 29. in fin.* Natt. *cons. 502. num. 22.* Seraph. *decis.* 130. *num. 3.* & fuit dictum supra co-
8 ram Sanctiss. *in decis. 92.* Item † excluditur ex multiplicitate actuum qui præsumuntur potius gesti nomine proprio, quàm alieno, Ripa *in cap. cùm Ecclesia. nu. 55. de caus. poss.* Cæsar de Grass. *decis. 1. nu. 3. eodem titul.* Gratian. *discept. Forens. d. cap. 450. nu. 34.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Perusina, seu Ciuitatis Castelli Dotis.

*Lunæ* 30. *Ianuarij* 1612.

### ARGVMENTVM.

Æstimatio dotis an, & quando faciat emptionem ad effectum transferendi dominium bonorum dotalium in maritum. Fructus dotis, quando debeantur, & alia de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pro Apostolis si appellans non redit intra terminum iuris, sententia transit in iudicatum, & n. 15.*
*Et nullum impedimentum, nec negligentia procuratoris excusat, & num. 13.*
*Sufficit et tamen commissio causæ infra terminum iuris, & numer. 14. vbi vide declarationem.*
*Pro Apostolis non est necesse redire, quando iudex detulit appellationi, & num. 15.*
2 *Res iudicata quando patitur nullitatem circa iustitiam non est exequenda.*
3 *Emphyteotica an æstimentur in tertia parte minus, quàm libera, an verò in sexta parte.*
4 *Æstimatio bonorum dotalium in dubio facit emptionem, & venditionem, de qua materia latè nu. 16.*
5 *Non procedit, quando apparet æstimationem fuisse factam ad alium effectum, puta, ad dignoscendum valorem bonorum.*
6 *Dilatione pendente cessat mora, & non debentur vsuræ dotales.*
7 *Fructus dotis debentur ex sola mora irregulari, in qua constituitur debitor dotis ex sola sustentatione onerum matrimonij.*
8 *Marito an soluto matrimonio debeantur vsuræ lucri dotis. Et quòd non debeantur etiam si supersint filij, & num. 17.*
9 *Maritus tenetur pro rata lucri concurrere ad expensas funeris vxoris.*
10 *Testis deponens de impensa funeris etiam non interrogatus tenetur reddere rationem, cùm non cadat sub sensu.*
11 *Valor non probatur per testes, nisi reddat rationem.*

### DECISIO DLXXIII.

DOmini dubitarunt de validitate sententiæ ad fa-
uorem D. Tyberij de Vbaldis latæ; defectus enim
terminorum substantialium appositus in facto non sub-
sistit, minùs etiam quòd fecerit † transitum in iudica- 1
tum, quia Domini Buffalini appellantes, qui obtinue-
runt dari terminum iuris, non redierunt pro Aposto-
lis infra dictum terminum, [a] *clem. quamuis. de appella-* a
*tio.* Rot. *decisio. 34. eodem titul. in antiqu.* neque causam
commiserunt, Crescent. *decis. 5. de appellat.* Noluerunt
tamen Domini illis concedere executionem † pro- 2
pter multas difficultates, quas patiebatur circa iusti-
tiam, & præsertim circa liquidationem crediti Domi-
ni Tyberij, nam quoad valorem bonorum Venazzani,
à quo præcipuè pendet dicta liquidatio, videbatur non
benè probari; licèt enim Abbas Florentius illum æsti-
mauerit in scut. 1500. attamen videtur à dicta æsti-
matione recessum per actum, qui datur in Summario
Tyberij *nu. 5.* Vltra quòd partes non benè concordant
super eo, an omnia bona Venazzani sint emphyteotica. 3
Non caret etiam scrupulo, quòd bona † emphyteotica
sint æstimanda in tertia parte minùs, quàm æstimarētur,
si essent libera, prout prætendit Tyberius, cùm aliàs Ro-
ta in Bononiens. de Ballis 19. Martij 1607. coram R. P.
D. Marquemontio dubitauerit an sufficeret diminutio b
sextæ partis. [b] Altera fuit difficultas circa fructus dotis
constante matrimonio, quia aut Tyberius eos prætun-

dit, vti effectus dominus bonorum, & in hoc Domini
non erant concordes, aliqui enim putabant illum fuisse
4 dominum propter æstimationem † quæ in dubio facit
c venditionem in dote, c *l. 1. cum glos. l. quoties, & in l. interdum, C. de iur. dot. l. ex conuentione. Cod. de pact.* Alij autem contrarium sentiebant, quia illud non procedit,
5 † quando apparet æstimationem fuisse factam ad alium
effectum, quàm inducendæ venditionis, puta cognoscendi valorum bonorum, Ias. post Cyn. Bald. & Salye. *in d. l. ex conuentione sub num. 2. vers. limita istam regulam.* Couarr. *pract. quæst. cap. 28. sub nu. 2. vers. sed ex contrario;* hîc autem dicebant fuisse factam ad effectum sciendi eorum valorem, nempè vt cognosceretur residuum, quod erat supplendum, vt in terminis est decisio Ferrarienſ. Societatis 20. Decembris 1591. coram Illustrissimo Cardinali Millino, sed præsupposito quòd bona non transiissent in dominium, an, fructus ratione dotis promissæ illi deberentur, adhuc erat inter DD. opinionum diuersitas, aliquibus existimantibus ex eo, quòd fuerunt promissi fructus, si & quatenus Iulius deficeret in solutione, & Tyberius non fecit instantiam, vt æstimarentur, non dicitur Iulius defecisse in solutione, ignorans an, & quid soluendum esset pro residuo, imò secundùm ipsos videtur. data dilatio, quamdiu fieret
6 æstimatio, & † propterea dilatione pendente, cessat
d mora, & non debentur vsuræ dotales, d *l. lecta, §. sed cùm sortis, ff. si cert. petat.* glos. *in l. si cum exceptione. in verb. triplici. ff. quod met. caus.* latè Surd. *de alimen. titul. 1. quæst. 42. numer. 50. cum pluribus seqq.* Qui autem
7 existimabant fructus deberi mouebantur † ex mora irregulari, in qua constituitur debitor dotis ex sola sustentatione onerum matrimonij, glos. *in l. de euictione.* vbi Bartol. Alexand. *num. 12.* Socin. *num. 9. & seq. ff. solut. matrimon.* Bald. *consil. 94. in princip. libr. 1.* Castrenſ. *consil. 11. num. 4. versic. quatenus autem lib. 1.* Ias. *in l. si donaturus. §. 1. num. 16. ff. de condit. ob caus.* Altera fuit
8 difficultas, an soluto matrimonio Tyberio † deberentur vsuræ lucri dotis, in qua Domini videbantur conuenire, quod non deberentur, quia tunc cessant oue-
e ra matrimonij, e Innoc. *in c. salubriter. in fin.* & ibi Abb.
9 *sub nu. 4. versic. sicut etiam. de vsur.* † Expensa etiam funerum, quæ exprimitur scutorum 200. non caret difficultate, quia illa ponitur tota in debitum Buffalinorum, cùm tantùm debuisset pro rata lucri dotis concurrere maritus, *l. in eum. ff. de relig. & sumpt. fun.* Vltra quòd vnus ex Dominis dicebat non probari expensam ascendere ad dictam summam, quia pro ea videtur tantùm benè deponere primus testis, secundus autem
10 non reddit rationem, † quam tamen debuisset etiam non interrogatus reddere, cùm hoc non sit de iis, quæ cadunt sub sensu, Bald. *consil. 286. num. 3. lib. 2.* Alexan.
11 *consil. 148. num. 4. lib. 2.* † agitur enim de valore probandi, quo casu testis semper debet reddere rationem, Rimin. sen. *consil. 138. num. 31.* Cassad. *decis. 19. sub num. 3. super reg.* Quæstio super canonibus solutis pendet ab eo, an bona essent in dominio Tyberij, quia tunc onus illos soluendi ad ipsum spectasset, & Buffalinis, qui illos soluerunt, essent restituendi. Sunt etiam aliæ difficultates excitatæ per informantes, propter quas Domini denegarunt executionem, poterunt tamen super eis de nouo audiri informantes pro Domino Tyberio.

## ANNOTATIO.

12 a Non † rediens pro apostolis infra terminum iuris, scilicet, triginta dierum, censetur renunciare appellationi, & sententia transit in iudicatum, vt præter allegata in decisione latè Scacc. *de appellat. lib. 2. quæst. 13. num. 24. & seq.* Rota *decis. 178. part. 1. diuers. & decis. 144. numer. 1. part. 2. diuers. & decis. 420. num. 2. part. 2. in recentior.* fuit dictum in Assisienſ. Canonicatus coram bo. mem. Iusto impressa penes Marchesſ. *de commiss. tom. 2. fol. 14.* & in Foroliuienſ. de Torellis coram R. P. D. Marquemontio impressa penes
Marchesſ. *de commiss. tom. 2. fol. 79.* Adeò † vt nec propter 13
impedimentum superueniens appellans excusetur, Rota *dict. decis. 144. num. 2. par. 2. diuers.* & fuit dictum in Salutiarum Pensionis 14. Nouembris 1616. coram R. P. D. Verospio, vbi etiam Rota dixit non excusare negligentiam Procuratoris, cùm quis sibi debeat imputari, quòd
negligentem Procuratorem constituerit: Sufficeret † ta- 14
men, si infrà terminum iuris appellans fecerit causam committi, nam tunc sententia non transit in iudicatum, etiam si postea pro apostolis appellans non reuertatur, Veral. *decis. 38. par. 1. & decis. 135. par. 2.* Rota *decis. 754. par. 4. in nouissimis*, & fuit dictum in Ariminenſ. Bonorum 22. Maij 1606. coram bo. mem. Litta, quod est verum, si quando fuit interposita appellatio, fuerunt etiam petiti Apostoli, nam aliàs non suffragaretur commissio causæ infra terminum iuris prout declarando dict. decis. Veralli dixit Rota in Legionenſ. Parochialis 1. Februarij 1589. coram bo. mem. Comitulo, vbi redditur ratio, quia petitio Apostolorum est de substantia appellationis. Non etiam sufficeret præsentatio commissionis signata manu Regentis, quia illa solùm probat diligentiam, & excusat à lapsu decem dierum ad committendam causam appellationis, non autem à reditu pro Apostolis, ita fuit in dictum in dict. Foroliuienſ. impressa penes Mar-
chesſ. *de commiss. tom. 2. fol. 79.* Quando † verò Iudex de- 15
tulit appellationi non tenetur appellans amplius coram eo comparere ad petendum Apostolos, Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 50. num. 203.* Seraphin. *decis. 565. num. 1.* & dixit Rota in Compostellana Parochialis 26. Iunij 1619. coram R. P. D. Dunozetto.

b Surd. *consil 452. num 76. in fine, & 77.* dicit, quòd qualitas emphyteotica diminuit sextam partem, sicut etiam pactum de retrouendendo diminuit sextam partem pretij, vt latè tenuit Rota coram Cardinali Sacrato in Auximana Bonorum 1. Iunij 1613.

c Regulariter † quando dos est data æstimata, talis em- 16
ptio facit venditionem, & transfert dominium bonorum dotalium in maritum, Surd. alios referens *consil. 225. num. 2.* Honded. *consil. 14. num. 43. & sequen. lib. 1. & consil. 41. num. 4. eodem lib. 1.* & sæpiùs dixit Rota, & præsertim in Spoletana Bonorum 6. Aprilis 1602. coram bo. mem. Penia, in Romana Assecurationis Dotis 12. Decembris 1605. coram R. P. D. Marquemontio, in Camerinenſ. Donationis 12. Maij 1606. coram eodem, & in Romana Domus 12. Decembris 1605. coram R. P. D. Coccino Decano. Quod maximè procedit, quando promissa, & constituta est dos in quantitate, & postea pro solutione assignatur res æstimata, Natt. *consil. 650. num. 3.* Cæphal. *consil. 351. nu. 11. & seq.* Rolan. *consil. 86. num. 5. & sequ. lib. 4.* Honded. *consil. 41. num. 5. & sequ. lib. 1.* Seraphin. *decis. 1107. & decis. 1332. num. 1. & 2.* Ita vt etiam si dicta res æstimata esset data pro fundo dotali, & in fundum dotalem, nihilominus illa æstimatio faceret emptionem, & transferret dominium in virum, qui solum in tali casu est debitor quantitatis, Hond. *d. cons. 41. nu. 18. lib. 1.* Facchin. *controuers. lib. 12. cap. 74. vers. Quia responsum fuit,* & dixit Rota in Romana Domus 12. Decembris 1605. coram R. P. D. Coccino Decano, & in Romana Successionis, & Alimentorum 9. Iunij 1606. coram bo. mem. Litta. Quando tamen constare posset, quòd æstimatio fuisset facta ad alium effectum, recederetur à regula supra firmata, & eo casu censetur æstimatio facta solùm ad effectum sciendi valorem, vt fuit dictum in Spoletana Bonorum 6. Aprilis 1601. coram bo. mem. Penia, & in Romana Restitutionis Dotis 10. Martij 1608. coram eodem, vbi fuit dictum sufficere, quòd id tacitè colligi possit, quod etiam dixit Rota *in decis. 30. nu. 3. inter impress.* penes Pacific. *de Saluian. Interdict. iuxta nouam impressionem.* Et hoc maximè colligeretur ex eo, si conuentum esset, quòd restitueretur dos in iisdem rebus, siue corporibus, Couar. *pract. cap. 28. num. 3.* Surd. *consil. 330. num. 25. lib. 3.* & dixit Rota in dict. Romana restitutionis Dotis, & in Sancti Seuerini Dotis 23. Martij 1618. coram R. P. D. Vbaldo, prout etiam si ex interuallo post constitutam dotem fuisset facta æstimatio, illa non faceret emptionem, vt dixit Rota *in dict. decis. 30.* impressa penes Pacif. *num. 5. & 6.*

d Facit in simili, quod annotaui supra *ad decis.* 297.*num.*10. in materia fructuum debitorum ex æquitate *l.cum abis*, qui non debentur, quando fuit data dilatio soluendi ex allegatis ibidem.

17 e Dissoluto † matrimonio non debetur marito aliquod interesse ratione dotis non solutæ, cùm illud solùm sit permissum propter æquitatem correspectiuam ad onera matrimonij, quæ considerantur solùm respectu vxoris, cui viuenti per virum subministrantur alimenta, & ideò dissoluto matrimonio cessant onera matrimonij, prout hanc opinionem tenuit Rota in tribus decision. quas refert, & sequitur Gratian. *disceptat. Forens. cap.* 429.*nu.*1.*& seq.* quod procedit etiam si remanerent filij communis matrimonij, quia, vt dixi, non considerantur onera matrimonij, nisi principaliter respectu personæ vxoris, prout latè discusso articulo comprobat Gratian. *d. cap.* 429.*per totum*, sequendo Decisiones Rotales, & *sub nu.*23. respondet ad decisionem in Senogalliens. Dotis 26. Iunij 1606. coram bo. mem. Pamphilio, quæ videbatur obstare, & hæc materia hodie latè discutitur in Rota in Tiburtina Dotis coram R.P.D. Caualerio, & causa fuit sæpè proposita, & nũquàm resoluta.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana redditionis rationis.

*Veneris 4. May 1612.*

### ARGVMENTVM.

Claudicat iudicium factum cum Tutore, seu Procuratore minus legitimo pupilli.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tutoris gesta ante confectionem inuentary non tenent in præiudicium pupilli, sed benè in præiudicium tertij.*

2 *Sententia lata ad fauorem pupilli cum Procuratore non legitimo valet, licèt non valeret contra ipsum pupillum.*

3 *Claudicat iudicium ad fauorem pupilli.*

4 *Claudicat contractus fauore pupilli.*

5 *Cum Tutore litigans debet habere copiam tutelæ, & inuentarij.*

6 *Opinio concilians contrarias sententias est tenenda.*

### DECISIO DLXXIV.

STeterunt Domini in decisis, & placuit distinctio in-
1 ter præiudicium tertij, & præiudicium pupilli, † vt
respectu tertij procedat, quod dicitur gesta per tuto-
rem, qui non confecit inuentarium, sustineri, quamuis
possit vt suspectus remoueri. Vbi autem agitur de su-
stinendo actu in damnum pupilli, procedat *decisio* Ca-
putaquen. 324. *par.* 3. quæ expressè dicit processum fa-
ctum cum tutore, qui non confecit inuentarium non
valere in præiudicium pupilli, quod etiam dicit Min-
2 sing. *obseruat.* 37. *cent. secunda*, & † istam distinctionem
benè comprobat *l. non eo minus. Cod. de Procurat.* in qua
disponitur sententiam latam ad fauorem pupilli cum
Procuratore ipsius non legitimè constituto eius fauore
a valere, licèt non contra ipsum; [a] ita enim illam sum-
mant Salyc. Alex. & Ias. Idem etiam probat *l. si tutor. Cod.
in quibus cau. restitut. in integr. non est necesse.* iuncta glos.
*ibi in versic. non potest*, quam sequuntur Bartol. Bald. Sa-
lyc. & alij. In illa enim lege cauetur, quòd sententia la-
ta cum tutore, qui non fecit solemnia, non valet in præ-
iudicium pupilli, licèt, vt dicit glos. & Doct. *ibi*, singu-
lari iure valeat, si sit pro ipso lata, & pupillus eam ra-
3 tam habere velit. † Fauore enim pupilli isto casu clau-
b dicat iudicium, [b] Ias. *in d. l. non eo minus. num.* 3. prout
4 etiam contractus, † cum sæpè, qui contrahunt cum pu-
pillis, obligentur, ipsi autem pupilli non sint obstricti,
*l. obligari. in princip. ff. de auctor. tut. Instit. eodem titul. in
fin. princip. l. Iulianus*, §. *si quis à pupillo, ff. de act. empt.*
Et propterea Marchio iustè dubitat, ne si sententia fera-
tur contra pupillos, ipsi opponant contra tutricem de
non inuentario, & non legitima administratione, cùm
præsertim Bart. *in d. l. si tutor. num.* 1. † dicat illum, qui li- 5
tigat cum tutore debere habere copiam tutelæ, & in-
uentarij. Non obstant auctoritates, & decisiones sim-
pliciter dicentes gesta per tutorem ante confectionem
inuentarij valere, licet possit vt suspectus remoueri, quia
sunt intelligendæ iuxta prædictam distinctionem in fa-
uorem, non autem in odium pupilli. Et hæc opinio † 6
est tenenda, tùm quia per distinctionem conciliat con-
trarias sententias, *l. si finita*, §. *illud. ff. de dam. infect. cap. li-
teras. de restit. spoliat.* Alexan. *cons.* 50.*nu.* 7.*lib.* 7. tùm quia
comprobatur ex supradictis. Quia tamen pro parte hæ-
redum Campritij fuit facta fides, quòd quinta Iulij
1608. per acta Cesij Notarij Vicarij Domina Portia Al-
phana noua tutrix confecit, & pro confecto haberi vo-
luit inuentarium bonorum filiorum Campritij factum
ab Helena prima tutrice, quia vidit nulla extare alia bo-
na, Domini censuerunt posse procedi cum Procuratore
à dicta Portia constituto.

### *ANNOTATIO.*

a Abb. *consil.* 89.*num.* 2.*lib.* 2. Ias. *in l. non eo minus. in princip. C. de Procurat.* latè Surd. *cons.* 9.*nu.* 13. *& seq.* qui plura in hoc proposito cumulat.

b Quòd iudicium, & contractus fauore Ecclesiæ claudicare possit, & qualiter hoc intelligatur, dixi *supra ad decis.* 467.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana fideicommissi de Pinis.

*Veneris 15. Iunij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommissi ex quibus probetur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filij positi in conditione ex Statuto Vrbis censentur vocati.*

*Procedit non solùm in descendentibus, sed etiam in transuersalibus, & nu.* 10.

2 *Filij in conditione positi censentur vocati ex coniecturis.*

3 *Inuentarium probat descripta in eo fuisse in bonis testatoris.*

4 *Identitas probatur ex duabus demonstrationibus.*

5 *Confines omnes non est necesse iustificare, sed sufficit iustificare duos.*

6 *Probatio ex aspectu, & rei euidentia præfertur quibuscumque probationibus.*

7 *Identitas probatur ex coniecturis.*

8 *Identitas probatur, si conueniant demonstrationes descripta in inuentario.*

9 *Identitas bonorum fideicommissi probatur, si constet filios, & heredes testatoris possidere in eodem loco bona, præsumuntur enim ad eos peruenisse ex eodem fideicommisso, & num.* 10.

*Identitas an probetur per dominum directum contra emphyteutam eo ipso, quòd emphyteuta possidet bona in eodem loco, & quid, si constat de noua acquisitione facta per emphyteutam, sub num.* 11.

*Identitas quando cum difficultate probari potest propter confusionem confinium, attendi debet, cuius culpa fuerit causata dicta confusio, & illi incumbet onus distinguendi confines antiquos, & num.* 12.

DECI

## DECISIO DLXXV.

DE fideicommisso non dubitatur, quia filij filiorum
Bellisarij de Pinis testatoris fuerunt positi in con-
1 ditione, & † per consequés vocati ex dispositione Sta-
2 tuti Vrbis [a] vltra plures coniecturas ponderatas per
a informantes, quæ † sufficiunt pro vocatione etiam cir-
cumscripto Statuto, ideò actum fuit tantùm de iden-
titate bonorum, quam benè probari visum fuit Domi-
nis. Nam quoad domum magnam in inuentario est de-
scripta domus magna sita in Vrbe in regione Colum-
næ in loco ( *detto la Madalena* ) cui ab vno latere sunt
bona Leonis Calciolarij, & bona Christophori magistri
3 Scholæ, ab aliis lateribus sunt viæ publicæ. † Inuenta-
b rium autem probat descripta in eo fuisse in bonis testa-
toris, [b] *l. fin. C. arbitr. tut. l. fin. Cod. de iur. deliber.* notatur
*in l. tutor, qui repertorium. ff. de administr. tut.* quod benè
præter instrumentum locationis in perpetuum panis
d. domus factæ de anno 1540. per Alteriam Saluatam
d. testatori coadiuuant tres testes, de quibus in Summa-
rio illorum de Pinis *num.* 3. qui plures assignant demon-
4 strationes; licèt † duæ tantùm sufficiant ad probandum
identitatem rei, Bart. *in l. demonstratio. num.* 14. *ff. de con-
dit. & demonstr.* Alex. *cons.* 73. *num.* 6. *lib.* 3. Socin. *cons.*
89. *num.* 1. *lib.* 1. tantò magis, quia probatur, quòd illi,
qui hodie sunt domini illarum domorum, quæ dantur
pro confinibus, sunt successores illorum, qui nominan-
tur ad istum effectum in inuentario, iuxt. tradita per
5 Aym. *cons.* 57. *num.* 7. quamuis etiam non † esset neces-
saria iustificatio omnium confinium, qui dantur in in-
uentario, sed sufficeret duos tantùm iustificare, Cæph.
*cons.* 98. *nu.* 21. cum supra adductis. Probatur etiam iden-
titas domus sitæ in Burgo in conspectu Castri Sancti
Angeli, quæ reperitur in inuentario descripta in via
Alexandrina, iuxt. bona ab vno Francisci Agazini bi-
chicrarij, & ab aliis vias publicas; probatur autem non
6 solùm ex aspectu, & rei euidentia, † quæ cæteris qui-
buscumque probationibus præfertur, *l. penult.* & ibi
Doct. *ff. fin. reg.* Bart. *in l. contra negantem. ad fin. C. ad l.
Aquil.* latè Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 4. *glos.* 1. *num.*
36. sed etiam ex testium depositione, & ex instrumen-
to emphyteusis concessæ illis de Agazinis à Capitulo
Sancti Petri, in quo assignatur pro confine domus Pau-
li de Pinis patris Bellisarij, quæ narratiua deseruit pro-
7 bationi identitatis, † quæ etiam coniecturis probatur,
Paris. *cons.* 104. *num.* 22 *&* 24. *lib.* 1. Cæphal. *cons.* 98. *nu-
mer.* 20. & dixit Rota in vna Ciuitatis Castelli Bono-
rum 4. Maij 1598 coram bo. mem. Cardinali Pamphi-
lio. Probatur etiam identitas aliarum domorum simul
iunctarum in Burgo, & canonum super eis debitorum,
quia probantur, & verificantur per testes omnes con-
fines positi in inuentario, qui testes etiam deponunt
de subrogatione modernorum confinium loco anti-
quorum in eo, quòd videtur aliqua diuersitas adesse,
vt benè animaduertunt informantes, & coadiuuatur
huiusmodi probatio ex instrumento locationis factæ
per Bellisarium Pinum fideicommittentem Nicolao
Pincaro sub die 24. Nouembr. 1592. in quo dantur pro
confine domus prædictæ v:i domus ipsius Bellisarij te-
statoris. Quoad domos in platea Montanaria non vi-
8 detur dubitandum de identitate, quia † conueniunt de-
monstrationes designatæ in inuentario, & benè pro-
bant testes, videlicet ante platea Montanaria, & retro
Mons Caprinus, qui sunt fines immutabiles, & suffi-
ciunt absque verificatione aliarum duarum demonstra-
tionum, videlicet, bonorum de Scappucciis, & bono-
rum vnius barbitonsoris, qui tamen etiam verificantur:
testes enim dicunt Dominos de Bisciis possidere hodie
bona, & illa habuisse à Dominis de Scappucciis in do-
tem D. Victoriæ vxoris D. Bernardini Bisciæ, & præ-
dictæ identitates tantò magis probantur, quia negari
non potest ex inuentario testatorem possedisse in dd. lo-
cis domos, in quibus constat filios, & hæredes, necnon
nepotes possedisse, & possidere, cùm † resultet maxi- 9
mum argumentum, quòd sint eædem domus, quas te-
stator habebat, & fideicommisso subiecit, [c] Bald. *consil.* c
89. *n.* 4. *lib.* 1. Fulgos. *consil.* 145. *colum.* 2. *vers. porrò si aliun-
de quæsissent.* Natt. *consi.* 235. *sub num.* 17. *versic. nam re-
peritur.* Marzar. *de fideicommiss. quæst.* 58. latè Peregr.
*cons.* 48. *lib.* 1. vbi *num.* 13. allegat plures concordantes.

### *ANNOTATIO.*

a Filij † in conditione positi ex Statuto Vrbis cẽsentur vo- 10
cati. Rota *decis.* 424 *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* & tale Statutum
habet locũ non solũ in descendentibus, sed etiã in trans-
uersalibus, vt fuit dictum in Albanens. Fideicommissi 13.
Ianuarij 1606. coram R.P. D. Coccino Decano, in Roma-
na Domus ad Peregrinum 11. Martij 1619. coram eodem,
& in Romana Fideicommissi de Surdis 27. Februar. 1617.
coram R.P.D. Vbaldo.

b Rota *decis.* 800. *nu.* 23. *par.* 1. *diuers. & decis.* 387. *num.* 2. *par.* 1.
*in recent. & decis.* 407. *nu.* 2. *par.* 2. *in recent.*

c Et quòd † si appareat hæredes, & ab eis descendentes 11
possidere bona in eodem loco, in quo testator possidebat,
præsumantur eadem, nisi nouus titulus exhibeatur præ-
ter hic allegata, Peregr. latè *de fideicommiss. artic.* 44 *num.*
23 *& cons.* 35. *num.* 12. *lib.* 3. Rota *decis.* 131. *sub nu.* 5. *par.* 1. *in re-
cent.* sicut in simili dicitur de emphyteuta, qui nisi exhi-
beat nouũ titulum acquisitionis factæ de bonis in eodem
loco, dominus directus habet intentionem fundatam in
omnibus bonis à vassallo ibidem possessis, Peregrin. *de fi-
deicommiss art.* 44. *nu.* 23. & fuit dictum in Ciuitatis Castel-
li Bonorum 18. Ianuarij 1605. coram R.P. D. Ortember-
go, & prius in eadem 5. Martij 1597. coram Card. Pamphi-
lio; exhibito verò alio nouo titulo acquisitionis tunc do-
minus directus non habet intentionem fundatam in om-
nibus bonis ibidem per emphyteutam possessis, sed illi
incumbit onus probandi identitatem, Surd. *cons.* 410. *sub
nu.* 34. Rota *decis.* 295. *nu.* 11. *par.* 1. *in recentior.* Verùm in ma-
teria fideicommissi Rota non admittit simpliciter, & in-
distinctè probationem identitatis ex qualitate, & posses-
sione successorum, nisi alia concurrãt sequendo cons. Ful-
gos. 145. *nu.* 2. ita dixit Rota *decis.* 706. *sub nu.* 2. *vers. nam li-
cèt, par.* 2. *in recent.* & sensit etiam in Vrbeuetana Fideicõ-
missi 7. Februarij 1620. coram R.P.D. Coccino Decano. Et
quia in hac materia probandi identitatem oritur vt plu-
rimùm difficultas iustificandi identitatem ex eo, quia
confines sunt confusi, & mutari, tunc stante huiusmodi
confusione videtur, quòd incumbat onus probandi illi,
cuius culpa, & facto causata est ista confusio, & propte-
rea ille tenebitur probare, & designare distinctè confi-
nes antiquos, prout tenent Angel. *in l. si in rem. sub num.* 4.
*de rei vendic.* Ruyn. *cons.* 50 *num* 15. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 23. *num.*
5. *in fine, & nu.* 6. *in fine, &* 7. Hieronym. de Monte *de fini-
bus regendis cap.* 43. *num* 4. 5. *&* 6. benè Simon de Pret. *de in-
terpret. vlt. volun. lib.* 5. *dub.* 4. *num* 335 *fol. mihi* 554. *volum* 2.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Conchens. decimarum de Capello.

*Lunæ* 21. *Maij* 1612.

### ARGVMENTVM.

Sẽtentia lata sine citatione quando sustineatur
ex præsentia partis, & ex conclusione in cau-
sa: Capitulum quando veniat nomine perso-
næ, & alia de quibus in Summario.

### *SVMMARIVM.*

1 *Citatio ad sententiam non est necessaria, quando fuit la-
ta partibus præsentibus, & num.* 15.

Et

*Et sufficit præsentia Procuratoris dummodò constet illum fuisse præsentem ad illum actum, & ad illum effectum, & num. 15.*

2 *Citandus non est præsens, cùm finis citationis sit comparitio.*

3 *Præsentia Procuratoris, seu partis probatur ex attestatione Notarij, quod ipso statim intimauit illis sententiam.*

*Et generaliter ex quibus præsentia Procuratoris, seu partis probetur, & nu. 16.*

4 *Item probatur præsentia partis ex eo, quòd in continenti appellauit.*

5 *Conclusio in causa supplet defectum citationis.*

6 *Persona appellatione non venit Capitulum, & nu. 17.*

*Non procedit stantibus verbis vniuersalibus, & pragnantibus, & num. 8.*

*Item nec quando materia est proportionata ad Capitulum, & num 9.*

*Venit ex identitate rationis, & propterea capitulum comprehenditur sub Statuto de duabus conformibus, & num. 18.*

7 *Tertius veniens ad causam pro suo interesse non potest mutare naturam, & statum iudicij.*

10 *Persona loquentis non venit in generali sermone, & num. 19.*

11 *Non procedit, vbi subiecta materia id dissuadet.*

12 *Item nec quando est eadem ratio in persona loquentis, quæ in alio.*

13 *Ratificatio priùs gestorum inducitur ex mandato superueniente iudicio pendente, & nu. 20. vbi declaratur quando, & qualiter procedat dicta conclusio.*

14 *Quod procedit, dummodo adsit scientia in principali priùs gestorum.*

## DECISIO DLXXVI.

PRætendebatur pro parte Decani, & Capituli Conchens. sententiam latam à Prouisore esse nullam, & attentatam. Domini reseruata cognitione attentatorum ad aliam positionem fuerunt pro validitate sententiæ, contra quam apponebatur defectus citationis,
1 & mandati, sed † quoad citationem fuit dictum, sententiam fuisse latam partibus præsentibus, & propterea
a eam non fuisse necessariam, [a] Ang. *in l. de vnoquoque circa med.* Imo. *circa fin.* Alex. *col. 1. ff. de re iud.* cum multis cumulatis per Gabr. *de citat. concl. 1. num. 396.* Cassad. *decis. 1. num. 3. de iud.* fuit dictum in vna Salamantina dimidiæ Portionis 19. Martij 1586. coram Bubalo, cùm
2 † enim finis citationis sit comparitio, præsens non est citandus, vt post Ioan. Andr. quem allegat tradit Bald. *in l. consentaneum sub num. 36. Cod. quom. & quand. iud.*
3 Quòd autem † Procurator Capituli fuerit præsens in prolatione sententiæ, patet ex attestatione Notarij, quòd
b ipse statim intimauit illi sententiam, [b] vt fuit resolutum in vna Conchens. Limitum 17. Iunij 1595. coram bo.
4 me. Card. Blanchetto, † & ex eo, quòd in continenti
c appellauit, [c] vt in d. Salamantina dimidiæ portionis, & apertiùs probant illa verba (*& mandauit Prouisor intimari dictis partibus existentibus ibidem præsentibus*) quæ verba non possunt referri ad testes iuxta intelligentiam partis aduersæ, sed sunt referenda ad procuratores partium, vt constat ex lectura. Quando etiam fuisset ne-
5 cessaria citatio ad sententiam, † illam suppleret conclusio causæ, quæ æquipollet tali citationi, iuxta noto-
d rium stylum illarum partium, [d] vt fuit sæpissimè resolutum, & signanter in vna Toletana annatarum 17. Nouembris 1589. coram Bubalo in Vlixbonens. Prioratus 22. Octobris 1601. coram bo. me. Cardinali Seraphino, & in Cæsaraogustana dedicationis 1. Martij 1610. coram me. Quòd autem fuisset in causa conclusum, benè ostendunt informantes pro Episcopo. Quoad defectum mandati Ferdinandi Materæ comparentis pro Episcopo, qui multipliciter deducitur, licèt sufficeret dicere, quòd pro Episcopo semper etiam comparuit procurator Fiscalis, & cum eo fuerunt omnia acta facta, & sententia lata, ita vt ex eius persona omnia sint valida, attamen fuit singulis obiectionibus sufficiëter responsum. Quatenus enim dicebatur mandatum non comprehendere
Capitulum, † quod appellatione personæ non venit, [e] 6
Achil. *decis. 15. de procur.* fuit responsum Capitulum non e
fuisse tractum ad iudicium, sed vltrò, ac spontè venisse; causa enim fuit introducta contra personas particulares, à quibus exigebantur decimæ, † & licèt postea 7
ad causam venerit Capitulum pro suo interesse, hoc non potuit mutare naturam, neque statum iudicij, cùm venerit in eisdem terminis, in quibus causa reperiebatur. Præterea † mandatum est contra quascumque per- 8
sonas cuiuscumque generis, ita vt propter generalitatem verborum comprehendat etiam Capitulum, Alex.
*cons. 17. num. 6. lib. 6.* præsertim † quia agitur de decimis, 9
& sic do materia proportionata ad ipsum capitulum, [f] f
Felyn. *in cap. eam te. num. 15. verf. quarta declaratio. de rescript.* Rebuff. *super concord. in rubr. de collat. §. statuimus. il secondo in ver. personis vers. licèt quando materia subiecta patitur, & in §. præfatique Ordinarij. in ver. quacumque*, faciunt tradita per Sarn. *de annal. quæst. 12.* Ad illud, quod non possit dici constitutus ad comparendum in Tribunali Episcopi, ex reg. *l. inquisitio, C. de solut.*
quòd † in generali sermone veniat persona loquen- 10
tis, [g] respondetur † regulam non procedere, vbi sub- g
iecta materia aliud suadet, Cyn. *in d. l. inquisitio.* Aym. 11
*cons. 274. post num. 12.* cum aliis per Menoch. *præs. 44.*
*num. 27. lib. 3.* & † quando est eadem ratio in persona 12
loquentis, quæ in alia, Salyc. *in d. l. inquisitio.* Cagnol. *in l. frater à fratre. num. 114. ff. de cond. indebit.* Gabr. *de verb. signif. concl. 9. num. 7.* Menoch. *cons. 161. num. 28.* Non releuat etiam, quod obiicitur Ferdinandum com-
paruisse in iudicio, antequam esset procurator, † quia 13
ex mandato iudicio pendente superueniente fuit indu-
cta ratificatio priùs gestorum, [h] *l. Iulianus, ff. qui satisd.* h
*cog.* Paul. de Castr. *in l. non potest num. 6.* vbi etiam Ang. *col. pen. vers. vltimò conclude, ff. de iud.* cum multis per
Gabr. *de iud. concl. 3. nu. 16.* & † licèt hoc procedat data 14
scientia in principali priùs gestorum, [i] vt per Gabr. *ibi* i
*num. 18.* attamen non potest dubitari de scientia Episcopi gestorum nomine suo in suo Tribunali, prout etiam non obstat, quòd d. Ferdinandus substituisset alium sine aliqua reseruatione, & propterea non potuisset postea comparere, quia substitutio fuit facta ad certum actum tantùm, omisso, quòd Capitulum semper citauit Ferdinandum, vti procuratorem Episcopi, sed hæc omnia sunt dicta ex abundanti, postquam sententia, & omnia acta sustinentur ex persona procuratoris Fiscalis.

### ANNOTATIO.

a Et quòd † sententia lata sine citatione partibus præsen- 15
tibus sit valida, Vant. *de nullitat. ex defectu citat. n. 17.* Gonz. *super reg. 8. in annotat. contra nullit. & attent. nu. 281.* & sufficit præsentia procuratoris, Seraph. *decis. 388 nu. 4.* & latè fuit dictum in Ferrariens. Decimarum 12. Decembris 1614 coram R.P.D. Pirouano, vbi etiam dicitur, quòd Procurator præsumitur interesse in audientia, vt audiat decreta, & sententias Iudicis. & ideò ibi dicitur non esse necesse, quòd ex processu constet fuisse in specie monitum, vt intelligat ea, quæ geruntur in præiudicium sui principalis, ad quod est optima decis. Capie. *1. nu. 37.* si autem constaret, quòd Procurator esset præsens in iudicio ad alium finem, tunc non sufficeret huiusmodi præsentia Procuratoris ad sustinendam sententiam sine citatione. Gabr. post relatos *de citat. conclus. 1. vers. prima ratio. num. 398.* & admittit Rota in dict. Ferrariens. Decimarum.

Præsentia † autem Procuratoris probatur ex attestatione 16
Notarij,

Notarij, vt fuit dictum in Calaguritana de Senizero 1. Iunij 1618. coram R. P. D. Pamphilio, puta si appareat quòd statim intimauit dictam sententiam, vt fuit dictum in hac decisione, quod idem etiam dixit Rota in Ferrariens. Decimarum 11. Maij 1615. coram R.P.D. Pirouano, prout etiam præsentia præsumitur si in continenti Procurator appellauit, vt fuit consideratum in hac decisione, & ponderauit etiam Rota in dicta Calaguritana de Senizero coram R.P.D. Pamphilio.

b De quo *supra sub litera A.*

c Sub eadem *litera A.*

d Et dixi *supra ad decis.* 140.

17 e Capitula, † & Collegia non venire appellatione personarum, latè tradit Gonzal. plures cumulans *super regul.* 8. *glos.* 37. *num.* 2. *& seq.* & per Rotam, vbi constituit regulam cum pluribus ampliationibus, & illam postea sex modis limitat, & in specie, quòd mandatum datum contra vnam personam, non comprehendat Collegium, nec vniuersitatem, dixit *sub num.* 9. sequendo decis. Achil. 5. *de Procurat.* cuius contrarium in hac decisione Rota resoluit propter prægnantiam verborum, & quia agebatur de materia proportionata Capitulo, & hanc limitationem deductam ex materia proportionata admittit etiam Gon-
18 zal. *d. glos.* 37. *num.* 41. Venit etiam Capitulum † nomine *personæ* ex identitate rationis, etiam si ratio non sit scripta, sed vnica assignari possit, vt fuit dictum in Romana Domus 12. Iunij 1617. coram R.P.D. Buratto, vbi propterea Rota resoluit, quòd Statutum de duabus conformibus comprehendit etiam Collegium, & Communitatem, quod etiam per priùs dixerat Rota *in decis.* 380. *num.* 2. *part.* 1. *in recentior.*

f De quo *supra sub litera E.*

19 g Persona † loquentis an, & quando censeatur comprehensa in dispositione latè Gabr. *de verbor. signif. conclus.* 9. qui regulam ponit cum nonnullis limitationibus, Gonz. *super reg.* 8. §. 2 *proœm. nu.* 38. *& seq.* qui ex hac regula infert ad plures decisiones, & per hanc eamdem regulam, resoluit Rota *decis.* 758. *sub num.* 2. *par.* 2 *in recent.* quòd fundator Cappellæ, qui apposuerat conditionem, quòd non posset præsentari nisi vnus de familia, non censebatur hoc onus sibi ipsi imposuisse.

20 h Mandatum † superueniens lite pendente inducit ratificationem retro gestorum, vt præter allegat. in decisione Vant. *de nullit. ex lib. qualiter sententia num.* 103. *vers. idem foret*, sed ad istum effectum tria concurrere debent, quæ enumerat Lancellot. *de attent. in præfat. cap.* 4 *nu.* 65. Primò, quòd Constituens habeat notitiam antea gestorum, quam etiam notitiam in istis terminis requirit Rota *decis.* 211. *sub num.* 3. *vers. tamen hoc, par.* 2. *in recentior.* Secundò quod mandatum sit factum in eadem persona, quæ se gessit vti assertus Procurator. Tertiò, quod mandatum sit speciale ad illam causam, non enim sufficit mandatum generale, vt firmauit Rota in Claraeuallens. Grani 3. Nouembris 1606. coram Card. Lancellotto; quòd tamen requisitum in decis. Pampilonens. coram R. P. D. Coccino Decano impressa penes Marches. *loco præalleg.* non fuerat simpliciter firmatum, sed solùm dictum aliquos ex dominis id sensisse. Item, quando verba mandati sonarent in futurum, non in præteritum, non sufficerent ad ratificationem retrò gestorum, vt fuit dictum in dicta Pampilonen.

i De quo dixi *supra sub litera H.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonens. Beneficij.

*Mercurij 13. Iunij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Professio ex quibus iustificetur. Narratiua, quòd quis sine iusto titulo possideat beneficium, an, & quando indigeat iustificatione.

### SVMMARIVM.

1 *Professio iustificatur ex mandato de dispensando, tum dispensatione subsecuta.*

2 *Professio probatur per testes.*

3 *Item probatur per confessionem partis emanatam in positionibus.*

4 *Positiones licet articuli nominentur, tamen si re vera constet esse positiones, de illis iudicandum est vti de positionibus.*

5 *Professio valdè redditur verisimilis ex delatione habitus, quem professi deferre solent.*

6 *Narratiua intrusionis, seu quòd quis sine legitimo titulo detineat beneficium, si est apposita in literis ad euitandam solutionem annatæ, non eget iustificatione, secus autē, si sit expressa in supplicatione, & latius sub n. 7.*

*Intrusionis narratiua quando sit iustificanda, eodem num. 7.*

### DECISIO DLXXVII.

FVit conclusum gratiam Bartholomæi esse iustificatam quoad professionem Ioannis, vt fuit resolutum
19. Nouembr. 1608. hoc enim † probatur ex mandato de 1
dispensando per eum obtento 1. Maij 1597. in quo ipse
narrat velle emittere professionem iuncta dispensatione
vigore d. mandati obtenta 14. Aprilis anni sequentis, in
qua Officialis Pampilonens. executor expressè attestatur
sibi constitisse de emissa professione solemni per testes
examinatos pro iustificatione dicti mandati: Concur-
runt † plures testes deponentes aliqui de auditu, aliqui 2
de publica voce, & fama, & adest 11. testis Canonicus
professus eiusdē Ecclesiæ pro parte aduersa examinatus,
qui deponit, quòd possunt esse tres anni parùm plus, vel
minus, quòd Io. emisit professionem solemnem in d. Ec-
clesia, † cum quo concordant confessiones ipsius ad- 3
uersarij in positionibus in actis productis, in quibus fa-
tetur, quòd sunt tres anni, & viginti quatuor dies, quòd
ipse professus fuit d. Religionem, & licèt † nominentur 4
articuli; attamen fuit in alia decisione ostensum re vera
esse positiones. Ex quibus omnibus saltem simul iūctis,
accedēte præsertim maxima verisimilitudine † ex dela- 5
tione habitus, ᵃ quem professi deferre consueuerunt per a
tantum tempus, Domini vnanimiter censuerunt probari
professionem in tempore, de quo agitur, & vacationem
ex ea resultantem, reseruarunt tamen videre, an iustifi-
cetur narratiua, & negatiua non dispensationis, sed du-
bium est, an adsit talis narratiua, & negatio dispensatio-
nis, ea enim expressè non legitur, an autem colligi possit
ex illis verbis (licèt dictus Ioannes beneficia prædicta
post vacationem huiusmodi nullo alio, saltem titulo
Canonico, aut iuris adminiculo desuper suffragante, sed
temeritate propria, & de facto detinuit, & detinet) &
tunc erit videndum, an † sint posita in literis tantùm ad 6
euitandam solutionem annatæ, donec impetrans posses-
sionem cōsequi possit, quo casu non tenetur ad aliquam
iustificationem ᵇ, vt fuit dictum in vna Legionens. Præ- b
stimonij 5. Iunij 1593. coram Pacens. & in vna Calaguri-
tana Beneficij de Ariola 26. Iunij 1595. coram bo. me.
Gypsio: An verò sint posita in supplicatione ad effe-
ctum regulæ de annali, vel ad effectum sciendi, an careat
penitus omni titulo, & non respectu possessionis, & in-
trusionis, quo casu aliter esset dicendum, vt distinxit Ro-
ta in d. Calaguritana Beneficij.

### ANNOTATIO.

a Professio an, & quando inducatur ex delatione habitus, dixi *supra ad decis.* 385.

b Narratiua † intrusionis, quæ non est expressa in suppli- 7
catione, sed solùm exprimitur in literis ad effectum euitandi solutionem annatæ non est iustificanda, Rota *decis.* 531. *num.* 2. *par.* 1. *diuers.* fuit dictum in Abulens. Beneficiorum 30. Octobris 1609. coram Cardinali Sacrato, & aliis sæpè, Gonz. *super regul.* 8. *glos.* 15. §. 1. *num.* 70. cum aliis pluribus cumulatis per Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 209. *& seq.* si tamen esset narrata in supplicatione, illa

illa esset verificanda; sicut dicitur de narratiua, quòd nullo titulo suffragante quis possideat beneficium, quæ si non est expressa in supplicatione, sed tantùm in literis, non est iustificanda, vt plenè fuit dictum in Pampilonens. Beneficiorum 14. Ianuarij 1613. coram Cardinali Saerato, & in Burgens. Canonicatus 9. Februarij coram R.P.D. Ottembergo, vbi fuit dictum, quòd huiusmodi narratiua de stylo apponitur in literis ad effectum colorandi narratiuam intrusionis, quod idem dicit Marescot. *variar. lib. 2. cap. 1. num. 28.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Ciuitatis Castelli Bonorum.

*Mercurij 1. February 1612.*

### ARGVMENTVM.

Identitas prædij qualiter probetur ex testibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Identitas rei probatur ex identitate nominis.*
2 *Testis referens se ad articulum perinde est, ac si in indiuiduo omnes qualitates in articulo contentas exprimat.*
3 *Testis referens ad articulum, & dicens in eo contenta esse vera probat, & latius num. 13.*
*Non procedit in probatione immemorabilis, num. 14.*
*Testis secundo loco examinatus potest se referri ad primum examen nullum, & probat, sub eodem num. 13.*
4 *Testes non dicuntur contrarij ex eo, quòd vnus plus altero deponat.*
5 *Testes vt probent identitatem, sufficit, quòd concordent in duabus qualitatibus.*
6 *Identitas rei potest probari per testes, licèt illi ignorent quantitatem dicta rei.*
7 *In testibus vt euitetur contrarietas, est facienda omnis possibilis interpretatio.*
8 *Testis dicens se ignorare ea de quibus supra deposuerat, intelligi debet se ignorare præter id, de quo supra deposuit.*
9 *Procedit etiam si primo loco dicat se ignorare, & postea de eodem interrogatus affirmatiuè deponat.*
10 *Identitas probatur per testes etiam si non habeant notitiam omnium confinium, sed aliquorum tantùm.*
11 *Testis non benè informatus nullam fidem meretur.*
12 *Testis deponens de credulitate non probat.*

### DECISIO DLXXVIII.

VIsum fuit Dominis constare in bonis, & hæreditate Nicolai fuisse prædium nuncupatum (*il Podere di Verna*) situm in territorio Ciuitatis Castelli. Hoc enim benè probant secundus, tertius, sextus, & septimus testes de ordine Rotæ examinati, qui omnes super primo articulo non solùm deponunt Nicolaum possedisse prædium vocatum de Verna, & sic deponunt de
1 identitate nominis, † quæ solet rei identitatem demonstrare, Bar. *in l. si in rem. ff. de rei vendic. & in l. seruum §. fin.* vbi etiam Imol. *ff. de leg. 2.* Dec. *in l. hac consultissima. n. 18. ad fin. Cod. qui testam. fac. poss.* Soc. *consil. 28. nu. 6. in fin. lib. 3.* cum aliis per Cephal. *consil. 90. num. 18.* Cassad. *decis. 5. num. 7. super reg.* sed etiam vlteriùs eum reliquisse
a se in sua hæreditate articulatum prædium, quo casu † cùm referant se ad prædium in articulo enunciatum, perinde est, ac si in indiuiduo singulas qualitates prædij in articulo positas exprimerent, Paris. *consil. 88. n. 8. &*
3 *9. lib. 3.* Et probat † testis, qui referens se ad articulum
a dicit contenta in eo esse vera, [a] Bald. *consil. 10. num. 6. lib. 5.* Rom. *in l. Celsus. in fin. ff. de vsucap.* Socin. *consil. 56. n. 11. lib. 4.* Cassad. *decis. 3. sub nu. 9. de probat.* immò etiam explicitè assignant plures confines, & demonstrationes congruentes, videlicèt, ab vna parte bona hæredum de Guagnoccis, ab alia bona Episcopatus, & à pede viam publicam. Et licèt secundus vltra prædictos confines addat etiam fossatum Abbatiæ Sancti Casciani, attamen alij hunc confinem non negant, licèt de eo non faciant mentionem, & propterea non pugnant cum depositione secundi testis, cùm testes † non dicantur contrarij 4
ex eo, quòd vnus plus altero deponat, Dec. *cons. 105. sub n. x. versic. & quando vnus testis de facto.* Ruyn. *consil. 145. n. 20. lib. 5.* Aym. *cons. 570. n. 31.* Quando etiam expressè negarent, † & in hoc dissentirent, sufficeret, quòd in 5
aliis, immò in duobus tantùm concordarent, per ea, quæ tradit Socin. *consil. 89. num. 1. lib. 1.* latè Rol. *cons. 67. nu. 18. & 19. lib. x.* præsertim concurrente nominis identitate, Ruyn. *cons. 50. num. 11. lib. 1.* Non obstat, quòd secundus testis dicat se nescire quantitatem statiorum prædij, † quia ignorantia quantitatis, & mensuræ prædij 6
non concludunt ignorantiam prædij, & eius confinium. Aliud enim est mensura prędij, aliud prædiũ, iux. tradita per Bal. *in Rubr. C. de contrah. empt. q. 22.* Minùs etiam facit, quòd tertius testis dicat prædium Vernæ fuisse olim in quatuor partes diuisum, quia dici potest, quòd dictæ quatuor partes factæ fuerint post diuisionẽ in quatuor prædia, quorum vnum possessum fuerit ab Antonio, & erit illud, de quo deponunt testes, quia retinuerit post diuisionem nomẽ Vernæ, vel potest esse, quòd post diuisionem fuerit reintegratum, & reunitum, & sic totum etiam, prout erat ante diuisionem, fuerit ab Antonio possessum, facienda † est enim omnis interpretatio 7
ad euitandam contrarietatem, *c. cùm tu*, vbi gloss. & DD. *de testibus.* Non obstat, quòd sextus testis super primo artic. deponat de confinibus articulatis, & iux. 22. dixerit se nescire confinia, † quia intelligi debet, quòd ne- 8
sciat præter eos, de quibus deponit, Caputaq. *decis. 270. n. 8. part. 3.* & non refert, † an ante, vel post negationem 9
testis affirmauerit, vt per Ruyn. *consil. 5. n. 17. lib. 4.* & ad effectum, de quo agitur, † non requiritur scientia om- 10
nium confinium, sed aliquorum; cùm per duos tantùm probetur identitas, & quando iste testis pateretur aliquam difficultatem, adsunt alij, qui benè probant; super dicto primi testis iux. 21. interrog. quòd intra fines comprehendantur terræ postea acquisitæ, non est facienda vis, quia, vt benè deducunt informantes pro Christianis, † non erat benè informatus, ita vt nullam fidẽ me- 11
reatur, Alex. *consil. 148. n. 9. lib. 5.* & in omnem euentum est vnicus, quia septimus, qui pro conteste allegatur, nihil probat, cùm † deponat de credulitate, *l. testium*, & ibi 12
gloss. & DD. *ff. de testibus. cap. quoties. eod. tit.* & eius dictum confunditur per depositionem aliorum testium concorditer affirmantium omnes terras positas intra fines designatos fuisse à Nicolao possessas.

### *ANNOTATIO.*

a Pluries † Rota tenuit hanc opinionem quòd sufficiat, 13
quòd testes deponant contenta in articulis esse vera etiam, si explicitè per extensum non deponant, Rota penes Farinac. *post 2. lib. consil. decis. 8. in princ.* & fuit etiam dictum in Coloniens. Canonicatus coram Cardinali Pamphilio impressa penes Garz. *de benefi. par. 10. c. 9. n. 74.* & in Iacens. Parochialis coram bo. mem. Penia impressa penes Marches. *de commiss. p. 2. fol. 462.* & in Zamorens. Cõfraternitatis 14. Iunij 1591. coram bo. me. Gypsio, à qua opinione toties per Rotam firmata non est recedendum, licèt plures in contrarium tenentes referat Farinac. *de testibus quæst. 80. num. 100.* Huic opinioni est conformis alia opinio, quam passim Rota seruat, quòd testis secundo loco examinatus possit se referre ad primum examen etiam si illud sit nullum, & probat, licèt in hoc secundo examine per extensum non deponat, Seraph. *dec. 147.* Rota *dec. 430. n. 4. par. 1. diuers.* & fuit dictũ in Toletana Hæreditatis 6. Iunij 1618. coram bo. me. Andrea, & ideò non est tuta decisio 720. *sub n. 4. part. 1. in recent.* vbi

contrarium fuit dictum. Conclusio autem supra firmata quòd, scilicet, sufficiat, quòd testis deponat articulum verum, non † procedit in probatione immemorabilis in qua non sufficit dicere articulum verum, nisi etiam causa reddatur, Verall. *decis.71.in fine part.2. & decis. 291. part.3.* & fuit dictum in dict. Iacens. Parochialis.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Romana extinctionis census, seu Melioramentorum.

*Veneris 24. Februarij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de materia cessionis, & præsertim quid teneatur probare cessionarius, & quid præstare cedens.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cessionarius tenetur iustificare creditum cedentis, & num. 4. vbi dicitur sufficere producere instrumentum cessionis.*

2 *Reseruatio specialis iurium quoad quædam operatur, quod quoad alia non reseruata censeatur facta omnimoda translatio.*

3 *Credens iura talia qualia tenetur præstare debitorem cessum esse verum.*

*Cedens regulariter non tenetur præstare debitorem cessum esse locupletem, ac soluendo, sed solum esse verum debitorem, & num.5.*

*Procedit etiam si cedens promiserit facere debitorem bonum, responsalem, ac etiam si promiserit de defensione, & conseruatione indemnitatis sub eodem, & num. 5.*

### DECISIO DLXXIX.

Carolus Mutus locauit de anno 1583. Alexandro Olgiato ad 15. annos quandam eius domum cum pacto, quòd Alexander teneretur dare Carolo scuta 4.mil. ad censum, ita vt eius fructus computarentur cum pensionibus domus, qui census fuit impositus. Defuncto Alexandro eius hæredes sublocarunt D. Federico Cesio d. domum, eique cesserunt iura pro dicto censu scutorum 4. mil. eo quia receperunt ab eodem pretium, & quia dicti hæredes asserebant in d. domo sublocata facta fuisse melioramenta ascendentia ad scuta 700. in circa, prout in nota, quam tradere promiserunt, cesserunt iura pro recuperatione dictorum meliorамentorum receptis eo nomine à Federico scutis 550. D. Federicus sublocauit domũ Valerio Vrsino, cui cessit omnia iura sibi quæsita ex instrumento celebrato cum hæredibus Alexandri Olgiati continente tàm iura census, quàm melioramentorum, ponens eum in locum suum in omnibus, & per omnia, & Valerius promisit extinguere nõnullos census ascendẽdo ad scuta 3400. vt apparet ex apocha inter partes confecta. Mortuo Valerio, D. Paulus Æmilius, & Æmilia Vrsini recipiendo, seu potiùs continuando prædictam sublocationem Valerio factam deuenerunt ad celebrationem instrumenti cùm D. Federico in quo præuia narratiua præcedẽtium sublocationum, ac cessionum, & cum insertione apochæ factæ cum Valerio, D. Federicus cessit omnia iura dictis DD. Vrsinis iuxta formam d. Apochæ, qui promiserunt extinguere census, prout promiserat Valerius, & in effectu ex scutis 4300. extinxerunt census vsque ad summam 3800. cùm autem D. Federicus egisset pro extinctione residui, & obtinuisset eos ab Auditor. Camer. condemnari, mandatumque decerni, & à decreto fuisset interposita appellatio, & causa mihi commissa cum clausula (*si quid exequendum*) dubitaui an mandatum Aud. Cam. esset exequendum, causaque semel, atque iterum proposita Domini 24. Febr. resoluerunt non esse exequendum; fundamentum resolutionis fuit, quia Dominus Federicus non impleuit per ipsum implenda circa prætensum creditum melioramentorum contra illos de Mutis, quia cùm fuerit illis cessum creditum prædictum, † debuit illud iustificari per exhibitionem scripturarum, vel probationum pro exactione sufficientium, [a] *l. si nomen. ff. de hered. vel act. vend. l. si plus §. vltimo ff. de euict.* fuit dictum in vna Romana pecuniaria 4. Iunij 1594. coram R. P. D. Decano, tantò magis, quia D. Paulus Æmilius egit contra Mutos pro recuperatione melioramentorum, & Muti illa negarunt, & dicitur eos obtinuisse sententiam absolutoriam contra D. Federicum. Nec potest negari D. Federicum cessisse dictum ius melioramentorum DD. Vrsinis, quia ex serie facti supra narrata de ea satis liquet, & quia sicut Vrsini promiserunt omnia, quæ Valerius promiserat in ea, sic vice versa aduersarius cessit iura contenta in d. apocha, vt sunt verba clara; item † cùm D. Federicus reseruauerit tantùm iura non concernentia domum, censetur transtulisse, & cessisse ea, quæ domum respiciebant, & sic ius melioramentorum, *l. nam quod §. si ita ff. de pon. legat.* Paris. *consil.* 150. *num.* 20. *lib.* 4. Aym. *consil.* 214. *num.* 13. Put. *decis.* 11. *numer.* 5. *lib.* 1. Accedit, quòd nisi essent cessa melioramenta, Vrsini nedum non tenerentur in aliquo, sed remanerent creditores, & soluissent plusquam tenerentur, vt benè pro ipsorum parte deducitur, quod longè distat à verisimili. Non obstat, quòd cessisset iura talia qualia, quia immò videtur præcisè cessisse melioramenta pro scutis 400. ex quo se remisit ad instrumentum, in quo dd. melioramenta explicitè continebantur, & quando † etiam cessisset iura talia qualia, adhuc tamen tenebatur præstare Mutos debitores dictorum melioramentorum, [b] vt per Illustrissimum Cardinalem Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 13. n. 9.* quia tamen pro parte D. Federici prætenditur DD. Vrsinos debere agere contra hæredes Alexandri Olgiati pro præstatione notulæ melioramentorum, vel pro repetitione pretij, poterit, si Dominis videbitur, de hoc particulariter videri.

### *ANNOTATIO.*

a Non sufficit † Cessionario exhibere instrumentum cessionis, sed debet iustificare etiam debitum cedentis ex deductis in hac decisione, & dixit etiam Rota *decis. 162. n. 6.* impressa penes Pacif. *de Salnian. iuxta nouam impressionem*, cum aliis per Aldouin. *consil. 42. num. 18. 19. & 21.* 4

b Regulariter † cedens nomen debitoris non tenetur eum præstare locupletem, ac soluendo, sed solùm esse verum debitorem, Paris. *consil. 88. num. 13. lib. 1.* latè Bec. *consil. 105. num. 13. & seq.* vbi loquitur in fortioribus terminis, quando, scilicet, cedens promiserat facere creditorem verum, bonum, responsalem, Surd. *decis. 326. n. 41.* Vincent. de Franc. *decis. 427. num. 4.* Eugen. *consil. 73.* & hoc procedit etiam si cedens promisisset de defensione, & de conseruatione indemnitatis, Bec. *dict. consil. 105. num. 14.* 5

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Montis Falisci Fideicommissi.

*Mercurij 13. Iunij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Agitur de imputatione in legitimam primo loco alienatorum.

*SVMMA*

*SVMMARIVM.*

1 *Plura sunt discutienda, tam super viribus fideicommissi, quàm super detractionibus.*

2 *In legitimam imputanda sunt primo loco alienata, quia alienans censetur alienata eligere in suam legitimam, & n. 7. vbi dicta conclusio pluribus modis ampliatur.*

*Ideò sustinentur alienationes primo loco facta, etiam si bona alienata excederent valorem legitima, & n. 8.*

3 *Procedit etiam inuito alienante.*

*Non procedit conclusio, quando alienatio fuisset facta mala fide, eo quia meliora corpora hæreditaria fuissent alienata, & num. 9.*

*In legitimam non imputantur primo loco alienata, si pretium fuit conuersum in extinguendis oneribus hæreditariis, & num. 10.*

*Item nec procedit, si testator dedisset facultatem alienandi fideicommissum, & num. 11.*

*Item nec quando alienatio fuit facta per viam vltimæ voluntatis, & num. 12.*

4 *Detractiones semel facta non possunt amplius prætendi.*

5 *Alienationes fideicommissi secundo loco facta post primas, quæ assumpserunt detractiones, possunt per fideicommissarios retractari.*

6 *Alimenta prætendens debet docere de bono iure.*

DECISIO DLXXX.

Contra prætensiones vtriusque partis fuit resolutum; videlicet contra Boncompagnos non esse locum absolutoriæ per eas peritæ. Contra Bisentios non esse ipsis subministranda alimenta, & ex-
1 pensas litis; nam quòd spectat ad absolutoriam, † visum fuit causam non esse in terminis expeditionis, & plura esse priùs discutienda tàm super viribus fideicommissi, quàm super detractionibus. Licèt enim fuerint firmata corpora fideicommisso subiecta, attamen adhuc non liquet de illorum valore, & quòd tempus in eo diiudicando sit attendendum quoad detractiones, & licèt fuerit resolutum, quæ, & quales sint faciendæ, attamen adhuc benè non liquet, ex quibus corporibus sint extrahendæ, præsertim cùm hodie asserantur nonnullæ alienationes factæ ante venditionem tenutæ Flo-
2 rentini, & clarum sit primò alienata † imputari in cau-
a sam detractionum, [a] *l. Marcellus §. res quæ, & ibi not. ff. ad Trebel.* Alex. *cons.* 178. *nu.* 4. *lib.* 5. Aret. *consil.* 18. *sub num.* 5. *vers. ex hoc sequitur.* Ruyn. *consil.* 135. *nu.* 11. *lib.* 3. Alienans enim videtur bona alienata pro legitima, & aliis detractionibus elegisse, Aret. *d. consil.* 18. *nu.* 5. Soc. *consil.* 36. *sub n.* 2. *vers. & tunc etiam dando in solutum. lib.*
3 5. cum aliis per Cæph. *consil.* 189. *num.* 19. quod † pro-
4 cedit etiam eo inuito, Ceph. *ibi n.* 10. vnde † si semel fuerunt habitæ detractiones in bonis alienatis non potuerunt amplius prætendi super aliis, *l. bona fides ff. de*
5 *reg. iur.* Cæph. *ibi num.* 24. imo sequentes † alienationes post iam consumptas detractiones veniunt à fideicommissario retractandæ, Alex. *d. consil.* 178. *num.* 4. *in fin. & num. seq.* cum concordantibus per Peregr. *consil.* 52. *nu.*
b 37. *lib.* 1. [b] Quantùm attinet ad alimenta, & sumptus litis, Domini noluerunt recedere à decisione facta 25.
6 Maij anni præteriti, quia † non constat de bono iure Bisentiorum, qui illa prætendunt, & bonum ius in eo versatur, an fideicommisso sit locus super tenuta Florentini ob detractiones, in quo res redditur multùm dubia, & Bisentij, quorum intentio fundatur super bono iure, de eo clariùs docere habent, vt consequantur alimenta.



*ANNOTATIO.*

a Et † quòd primo loco alienata imputentur in legitimam, 7
Peregrin. *de fideicommiss. art.* 39. *n.* 4. Surd. *decis.* 170. *nu.* 10. qui ampliat etiam si grauatus rem alienatam postea redimeret, Hond. *cons.* 59. *num.* 12. *lib.* 1. Aldouin. *cons.* 76. *n.* 70. Quod procedit etiam si primo loco alienata sint mobilia, Socin. sen. *cons.* 16. *num.* 13. *lib.* 3. Honded. *d. consil.* 59. *n.* 12. & etiam si fideicommissarius contradiceret, Surd. *decis.* 316. *num.* 2. & 8. & fuit dictum in Romana legitimæ
18. Maij 1617. coram R.P.D. Verospio. Propterea † su- 8
stinentur alienationes fideicommissi primo loco factæ, & in emptorem, seu singularem successorem transit ius opponendi de istis detractionibus aduersus fideicommissarium ad sustinendum alienationem, Surd. *cons.* 576. *num.* 41. & 42. Gratian. *discep. forens. cap.* 265. *nu.* 5. sequentes autem alienationes retrotractantur à fideicommissariis, Peregr. post relatos *d. art.* 39. *numer.* 4. & firmatur in hac decisione: Et alienatio primo loco facta sustinetur etiam si bona alienata excedant legitimam, dummodò pars pretij quatenus excedit legitimam inuestiatur pro cautione fideicommissariorum, vt fuit dictum in Romana
legitimæ 31. Maij 1617. coram Cardinali Sacrato. † Verùm 9
prædicta habent locum, dummodò alienatio fuerit facta bona fide, si enim mala fide esset facta alienatio, eo quia pretiosora, & meliora corpora fuissent distincta, non sustineretur dicta alienatio in præiudicium fideicommissariorum, Gabr. *de legit. conclus.* 4. *num* 10. & 11. Surd. *consil.* 128. *num.* 11. & 12 & dixit Rota in dicta Romana legitimæ 1617. coram Cardinali Sacrato.

Receditur autem à regula ab initio firmata in multis casi-
bus, & præsertim † si pretium rerum venditarum fuis- 10
set conuersum in soluendis debitis, aliisque oneribus hæreditariis, tunc enim benè sustinetur alienatio, sed alienata non imputantur in legitimam, Hond. post relatos *cons.* 59. *n.* 13. *lib.* 1. Secundò non procedit, si fideicommit-
tens dedisset facultatem alienandi, † tunc enim alienata 11
non imputarentur, latè Surd. *cons.* 71. *num.* 1. & *seq. per totum* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 416. *n.* 8. *in fine, & numer.* 9.
Tertiò † non procedit, quando alienatio fuisset facta 12
per viam vltimæ voluntatis, tunc enim non sustinetur alienatio sub prætextu, quòd res in testamento relicta fuerit electa in legitimam, quia per mortem grauati fideicommissum purificatur, & ideò non est locus ampliùs electioni legitimæ, Bald. *in l. filius, quem habentem. num.* 29. *Cod. famil. hercisc.* Cucch. *de legitim. in tit. vtrum legitima sit deducenda de singulis rebus. num* 75. *fol. mihi* 105.

b De quo dixi *supra sub litera A.*

*Oliuerius Beltramìnus.*

---

Calaguritana Beneficij de Cuatz.

*Veneris* 18. *Maij* 1612.

ARGVMENTVM.

Facultas probandi concessa vni parti debet etiam alteri concedi. Et fortiùs si fuit concessa ad fauorem actoris, & alia de quibus in Summario.

*SVMMARIVM.*

1 *Æqualitas in iudicio est seruanda, & ideo vno admisso ad probandum etiam alter admitti debet, & n. 7. & seq. vbi plura inferuntur.*

*Appellare sicut licet actori, ita etiam licere debet reo, & num. 7.*

*Ægidiana sicut non comprehendit personas Ecclesiasticas in eorum præiudicium, ita nec etiam in eorum fauorem, & num. 8.*

*Debitor, qui fuit executiuè, & per vnicam sententiam condemnatus, & exactus, an possit vnica sententia fauorabili obtenta repetere solutum, & quid seruetur in materia obligationis Cameralis, & num. 10.*

2 *Reo non debet denegari, quòd fuit actori concessum.*

3 *Ideo probationes admissa ad fauorem actoris à fortiori admitti debent ad fauorem Rei.*
4 *Appellans sicut potest vti nouis probationibus, ita etiam appellatus debet posse vti nouis defensionibus.*
5 *Appellatio est communis vtrique collitiganti.*
6 *Procedit etiam, si appellatus intra decem dies non adhaeserit appellationi.*
*Clausula* (si quid exequendum) *non potest iustificari ex nouiter deductis, & num. 11.*
*Fallit, si debitor fecit nouas probationes, & num. 12.*

## DECISIO DLXXXI.

FVit resolutum ad fauorem Mattini esse locum nouo examini in partibus ad beneficia curata, quia cùm Rota admiserit aduersarium ad nouum examen in cu-
1 ria, † vtique non potest ipsi etiam denegari admissio
a propter æqualitatem seruandam,[a] *c. nouit de Iud. & cap.*
2 *in iudiciis. de reg. iur. in 6.* Quod † enim fuit actori concessum, non debet reo denegari, *c. non debet. de reg. iur. in*
3 *6. l. non debet. ff. eod. l. fin. Cod. de fruct. & lit. expen.* † & probationes, quæ fuerunt ad fauorem actoris admissæ, à fortiori debent admitti ad fauorem rei, Dec. *consil. 162. ante fin. vers. præterea aduertendum*, præsertim quia istud examen petitum à Martino tendit ad impugnandum illud, quod ex suo nouo examine in causa appellationis prætendit Michaël appellans, vult enim ex eo, quòd ipse sit approbatus ad beneficia curata præferri Martino, qui vnà cum ipso fuerat approbatus tantùm ad simplicia, & sub isto prætextu Martino auferre beneficium, vnde meritò Martinus ad elidendam istam intentionem vult ipse etiam approbari in nouo examine
4 ad curata. Sicut autem appellans † potuit vti nouis probationibus, ita appellatus debet posse vti nouis defen-
b sionibus, Abb. *in cap. 2. n. 3. in fin. de mut. petit.*[b] Nec fa-
5 cit, quòd Martinus non appellauerit, quia † sufficit illi appellatio aduersarij, quæ communis est, *l. ampliorem.*
6 *C. de appell.* Et quod † dicitur, eum non adhæsisse appellationi infra decem dies, non facit, quia contraria loquuntur in tertio adhærente appellationi; secus autem in collitigante, cui statim atque aduersarius appellauit fuit virtus appellationis à iure communicata.

### ANNOTATIO.

7 a Ex hac † conclusione, quòd in iudiciis seruãda est æqualitas, *iux. tex. in c. non debet. de regul. iuris* Menoch. *consil. 367. n. 29.* infertur, quòd sicut licet appellare Actori, ita etiam debet licere appellare Reo, Bald. *consil. 446. colum. 2. vers. quarto pone. lib. 2.* Rota *decis. 132. ante numer. 1. part. 2. diuers.* Gratian. *decis. Marchiæ 220. n. 1. & 2. & seq.* & in materia Saluiani fuit dictum in Anconitana Hæreditatis 11. Martij 1616. coram R. P. D. Vbaldo. Hinc est,
8 quòd cùm Ægidiana non † comprehendat personas Ecclesiasticas, vt notissimum est, & aliàs dixi, ideo sicut licet personæ Ecclesiasticæ appellare in casu succumbentiæ in possessorio, ita etiam altera pars laica potest appellare in iudicio possessorio aduersus personam Ecclesiasticam ad effectum, vt seruetur æqualitas, Honded. *consil. 20. num. 2. lib. 2.* Scapuc. *de Saluian. lib. 3. quæst.*
9 *2. num. 7.* Hinc † etiam ob eamdem rationem æqualitatis seruandæ dixit Rota in Romana Societatis 25. Iunij 1610. coram Cardinali Sacrato impressa penes Marches. *de commiss. tom. 2. fol. 228.* quod Priuilegium Conuersitarum, quòd in earum causis summariè procedatur, & manu Regia, & appellatione remota habet locum tàm in fauorem Conuersitatum, quàm alterius partis secum
10 litigantis. Similiter si † vigore vnicæ sententiæ est facta executio contra debitorem, sufficiet etiam vnica sententia reuocatoria ad retractandam executionem iam factam, Vincent. de Franc. *decis. 136. per totam.* Gratian. *decis. Marchiæ 20. num. 4. & per totam.* Scapuc. *de Saluian. lib. 3. quæst. 7.* In Curia tamen in materia obligat. Camer. seruatur contrarium, licèt enim debitor fuerit executiuè exactus, tamen indiget tribus conformibus ad effectum reuocandi executionem repetendi solutum, Gonzal. *super reg. 8. glos. 6. num. 208.* benè Gratian. *in addit. ad decisiones suas Marchiæ 220.* quæ additiones reperiuntur impressæ, *& post eius 1. lib. discept. foren.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 9. sub num. 58.*
b Menoch. † *consil. 516. num. 2.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 11
*224. num. 7. & 8.* & facit in simili, quod dicitur in materia clausulæ (*si quid exequendum*) quæ licèt regulariter non possit iustificari ex nouiter deductis, Rota *decis. 64. num. 1. & 5. & decis. 162. num. 1. & decis. 260. num. 5.* inter impress. penes Pacific. *de Saluian. iuxta nouam impressionem*, & aliàs sæpè, tamen † si debitor condemnatus fa- 12
cit nouas probationes, tunc licet creditori nouis iuribus, & probationibus vti ad elidendam dictam probationem iam factam, benè Rota *decis. 168. num. 10. & 11.* inter impress. penes eumdem Pacific. fuit dictum in Anconitana Bonorum 21. Maij 1603. coram bon. mem. Iusto, & in Papiens. Pensionis 19. Nouembris 1608. coram R. P. D. Ortembergo, & passim sunt admittendæ nouæ probationes ad elidendas nouas probationes ex aduerso factas, de quo dixi *supra ad decis. 272.*

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pampilonens. Prioratus.

*Mercurij 4. Iulij 1612.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio est danda existenti in possessione auctoritate Iudicis non obstante intrusione alterius, ac etiam si de tempore immissionis alius reperiretur in possessione.

### SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo dandum est ei, de cuius possessione tempore mota litis constat.*
2 *Maximè, si fuit auctoritate Iudicis capta.*
3 *Intrusus lite pendente non potest impedire manutentionem priori possessori, qui se pro spoliato non habuit.*
4 *Possessio non potest acquiri per instrumentum alio existente in possessione.*
5 *Non procedit, quando fuit capta auctoritate Iudicis, qui priuat possessione ciuili, & naturali.*
6 *Tertius non potest opponere de nullitate, & iniustitia sententiæ, cui condemnatus paruit.*
7 *Exceptio de iure tertij regulariter non admittitur.*
8 *Iudex immittens in possessionem priuat possessione etiam absque alia expulsione.*
9 *Iudicis immissio operatur, quod primus possessor debeat suspicari se posse repelli.*

## DECISIO DLXXXII.

REsolutum fuit esse dandum mandatum † de ma- 1
nutenendo D. Celidonio, de cuius possessione tempore motæ litis constat, §. *retinendæ*, *Instit. de interdict.* tantò magis, quia constat de iustitia possessionis, cùm † capta fuerit authoritate Iudicis, *l. iustè* a
*possidet ff. de acquiren. possess.* Neque Peralta aduersarius potest manutentionem excludere sub prætextu suæ prætensæ possessionis, in qua se intrusit lite pendente, quia † vti intrusus non potest impedire quomi- 3
nus Gundisaluus, qui se pro spoliato non habuit, non manuteneatur, vt resoluit Rota coram Cardin. Lancellotto seniore in vna Barchinonen. Præceptoriarum 10. Ianuarij, & 17. Februarij 1578. Non obstat, quòd tempore, quo Gundisaluus fuit immissus, reperiebatur in possessione Gundisaluus de Campis, & per consequens

† non

4 † non potuit per instrumentum acquirere possessio-
5 nem, † quia hoc non procedit propter authoritatem
a Iudicis, qui priuat possessione ciuili. & naturali,[a] Ang.
*in l. clam possidere § qui ad nundinas n. 2. in fin.* & Rom.
*n. 3.* Imol. *num. 1.* Alex. *n. 2.* & alij *ff. de acquir. poss.* Dec.
*cōs. 103. n. 1.* tenuit Rota in vna Hipporegiens. Cappella-
niæ 3. Martij 1578. coram Lauretano, & sæpissimè in
aliis, tantò magis, quia Gundisaluus paruit sententiæ, &
actualiter possessionem dimisit, ex quo etiam sequitur
6 non posse Peraltam † obiicere nullitatem sententiæ
contra Gundisaluum latæ, quam Gundisaluus ipse ap-
probauit per paritionem, vltra quod etiam, circum-
7 scripta paritione, † hoc esset dare de iure tertij, quod
b non admittitur, [b] vt in terminis fuit decisum in vna
Thelesina beneficij 25. Iunij 1593.

### *ANNOTATIO.*

8 a Mohed. † *decis. 4. n. 4. de restit. spoliat.* Rota *decis.* 141. *n. 2. & decis. 802. n. 6. part. 1. diuers.* & Iudex immittens in possessionem priuat alium possessione etiam absque alia expulsione, Seraph. *decis. 1325. n. 1.* vbi additio dat plures concordantes, Rota *decis. 525. n. 3. & decis. 557. n. 2. part. 2. in re-*
9 *cent.* † Ac etiam dicta Iudicis auctoritas operatur, quòd primus possessor debeat suspicari se posse repelli, Rota *decis. 641. n. 7. part. 1. diuers.* Honded. *cons. 10. n. 18. lib. 1.*

b Exceptio de iure tertij, quando possit opponi, dixi *supra ad decis.* 415.

*Oliuerius Beltraminus.*

---

## Pennens. Pensionis.

*Mercurij 27. Iunij 1612.*

### ARGVMENTVM.

An, & quando sit locus examini testium post didicita testificata, & post factam publicationem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Testes non admittuntur de nouo post didicita testificata.*

2 *Et didicita dicuntur testificata ad istum effectum, quando pars habuit in suo posse processum originalem testium apertum, etiam si non fuerit facta solemnis publicatio.*

3 *Stylus Rotæ admittendi nouum examen super eisdem post data partibus summaria toleratur, quia non dantur extensa depositiones, nec panduntur nomina testium.*

4 *Testes admittuntur etiam post didicita testificata, quando fuerunt de nouo reperti, dummodò hoc plenè, & concludenter probetur.*

5 *Item admittuntur ad corroborationem, & confirmationem antiquorum.*

6 *Item etiam fauore Ecclesiæ, dummodò probetur læsio, etiam si interueniant non solùm causæ cognitio, sed etiam exacta diligentia propter timorem subornationes.*

7 *Item admittuntur, quando ex testibus productis aliqui non fuerunt examinati, dummodò tamen publicatio fuerit facta parte inuita, & reluctante.*

### DECISIO DLXXXIII.

FVit resolutum non esse locum nouo examini super
1 iisdem articulis, † quia Ioann. Dominicus didicit
a testificata, [a] *Authent. at qui semel. Cod. de probat. c. fra-*
2 *ternitatis. de testib. clem. 2. eodem tit.* † Satis enim didicisse probatur ex eo, quòd in suo posse habuit processum originalem testium apertum, glossa *in cap. constitutus. in verb. deposuit,* & ibi DD. *de testibus.* Bald. *d. Au-*



*thent. at qui semel. n. 4. in fin. vers. Adde tamen,* & ibi etiam Alberic. *n. 4. vers. secus si penes partem.* Salyc. *n. 10. versic. addit Bald. &c.* Castr. *n. 6.* Gabr. *concl. 21. n. 30. de testib.* Non enim est necessaria ad istum effectum solemnis publicatio, sed sufficit, quòd pars habuerit liberam facultatem perscrutandi depositiones testium, Bar. *in d. Authen. at qui semel. n. 18.* Vital. *in d. clem. 2. n. 114. & seqq. de testib.* Gabr. *d. conclus. n. 10.* fuit dictum in causa Ianuens. Iurisdictionis 21. Februarij anni præteriti coram
me, † in qua etiam fuit responsum ad illud, quod obi- 3
citur de stylo Rotæ admittendi probationes super eisdem post data partibus summaria testificatorū, nā illud toleratur, quia non dantur extēsæ depositiones, & non panduntur nomina testium. Non obstant limitationes ex aduerso datæ ad regulam *Authent. at qui semel,* &
aliorum iurium supra citatorum. † Nam ad primam de 4
testibus de nouo repertis respondetur non constare in casu, de quo agitur, testes fuisse de nouo repertos, & deberet hoc plenè, & concludenter probari, quia aliàs facile esset deludere regulam, vltra quod hæc limitatio in iure habet maximam difficultatem ex deductis per
informantes [b] pro parte Vrsij, cùm etiam in nouiter b
repertis vigeat timor subornationis. Alia limitatio,
quòd † noui testes admittantur post didicita testificata 5
ad corroborationem, & confirmationem antiquorum
[c] non applicatur, quia Ægyptius intendit nouas pro- c
bationes æquè principaliter facere non confirmari antiquas, quandu autem, & quomodo dicatur agi de corroboratione antiquarum probationum ad effectum, de quo agitur, declarat Nar. ex aduerso citatus *consil. 565. n. 7.* Et si limitatio intelligeretur secundùm intelligentiam partis aduersæ proculdubio destrueret regu-
lam. † Non placuit etiam limitatio deducta à fauorem 6
Ecclesiæ, [d] quia requiritur probatio læsionis, & vlte- d
rius non solùm causæ cognitio, sed magna diligensia, & exacta propter timorem subordinationis, Ægid. *decis. 38. Ecclesia, & minor.* Caput. *decis. 50. num. 5. & 6. part. 3.* Quæ non interuenerunt in casu isto, vt benè dedu-
cunt informantes. Alia limitatio, † quòd quando ex 7
testibus productis aliqui non fuerunt examinati, [e] tunc e
non obstante publicatione, possint illi examinari, non applicatur, tùm quia testes, quos Ægyptius hodie examinare intendit non fuerint producti in partibus ad examinandum, tùm quia limitatio procedit, quando publicatio fuisset facta parte inuita; & reluctante, vt latè Sutd. *consil. 8. num. 18 in fin. & seqq.* Alia bene tolluntur per informantes.

### *ANNOTATIO.*

a Quando dicantur didicita testificata ad effectum, vt non sit locus nouo examini, dixi *supra ad decis.* 497.

b Et circa hāc limitationem hinc inde plures cumulat Farin. *de testib. q. 75. n. 190. & 191.*

c Quòd post publicationē testiū admittatur etiam nouum examen ad corroborationem, & confirmationem antiquarum latè Farin. *de test. q. 75. n. 155.* & tenuit etiam Rota in Mediolanens. bonorum 31. Maij 1596. coram Cardinali Pamphilio; nouæ enim probationes admittuntur, vbi etiam aliàs de iure non essent admittendæ, quando veniunt ad coadiuuandas antiquas, de quo dixi *supra ad decis.* 272.

d De qua limitatione Gabr. *de testib. concl. 21. n. 37.* & hanc limitationem approbauit Rota in dicta Mediolanens. bonorum coram Cardinali Pamphilio, in Barchinonens. confinium 11. Maij 1602. coram Cardinali Sacrato, & in Perusina bonorum 20. Februarij 1609. coram R.P.D. Orteinbergo.

e De quo vide latè Farin. *de testibus quest. 75. num. 197.* post Gabr. *de testib. concl. 21. num. 227.*

*Oliuerius Beltraminus.*

## Mediolanens. decursus Aquarum.

*Lunæ 20. Februarij 1612.*

ARGVMENTVM

Patet ex Summario.

*SVMMARIVM.*

*Mandatum datum contra certam personam non extenditur*
1 *ad aliam personam diuersam ex clausula generali* ( Item
& ad omnes causas) *quia restringitur ad personam ex-*
*pressam, & num. 5.*

DECISIO DLXXXIV.

FVit conclusum non constare de sufficienti recognitione instrumenti anni 1491. quia quicquid sit de mandato Illustrissimi Cardinalis Commēdatarij, in quo Domini non erant concordes, mandatum Petri Ferretti citati, & comparentis nomine Carthusiæ visum fuit minus sufficiens, quia ipse fuerat ab ea constiturus specialiter, & expresse ad comparendum coram Vicario Prouisionum, & contra proclamationes à Vicario factas ad instantiam Illustriss. Cardinalis Borrhomei.
1 † Et propterea non posse trahi ad hanc causam cum Cardin. Commendatario. Nec facit clausula generalis *(item ad omnes causas)* quia restringitur ad personam in
a mandato expressam, [a] Cyn. & Bald. *in l. Procurator ad unam speciem. Cod. de Procurat.* Ias. qui communem dicit *in l. 1. n. 21. ff. de offic. Procur. Cæsar.* Nat. *consil. 197. n. 4. &* latè Surd. *consil. 160. n. 35. & seq.* Neque releuant ci-
2 tationes factæ in Hospitio Carthusiæ, † quia cum ageretur causa concernens præiudicium Monasterij, debuit fieri citatio Conuentu capitulariter congregato,
b [b] glos. *in cap. si Capitulo. in ver. factum. de concess. preb. in 6.* Alex. *consil. 219. n. 2. & 11. lib. 6.* fuit dictum in vna Laudens. deuolutionis 25. Maij 1594. coram Paren. & in vna Nouariens. Decimarum coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto. Quæ opponuntur contra instrumentum, vltra quòd non faciunt ad dubium, quod est restrictum ad recognitionem, non sunt etiam necessaria
3 ad tollendam fidem scripturæ, quia † sufficit ad hoc defectus recognitionis, *l. Publia ff. deposit. §. si quis igitur. Authen. de instrum. caut. & fid.* Bart. *in l. admonendi. nu. 26.* vbi etiam Rip. *n. 101. ff. de iur. iuran.* Aym. *consil. 73. n. 15. in fin.* Bero. *consil. 68. n. 21. lib. 3.* Caput. *decis. 117. n. 3. part. 3.* Et † recognitio, prout totus processus com- 4
pulsorialis, nulla est, quia facta cum procuratore non habente sufficiens mandatum, vt fuit dictum in Montis Regalis Iurisdictionis 24. Nouembris 1597. coram R. P. D. Decano.

*ANNOTATIO.*

a Mandatum † contra certam personam datum non exten- 5
ditur ad litem cum alia diuersa persona, etiamsi in mandato adessent clausulæ generales. Et in omnibus aliis causis, & coram quibuscumque Iudicibus, & similes, quia restringuntur ad lites cum eadem persona supra expressa, vt firmatur in decisione, & præter hic allegata Roman. *singul. 156.* vbi dicit, quòd nullus contradicit, Mant. *decis. 291. n. 4.* fuit dictum in Lucana Parochialis 21. Februarij 1603. coram R.P.D. Coccino Decano.

b Collegium, † & vniuersitatem esse citandam collegiali- 6
ter, & capitulariter iuxta gloss. *in c. si Capitulum. de concess. preben. in 6.* dixit Rota in hac decisione, & vltra in ea allegata Vant. *de nullit. ex defectu cit. n. 144.* Seraph. *decis. 1116. n. 1.* vbi fuit dictum, quòd intimatio executorialium facta quibusdam Canonicis non capitulariter congregatis non afficiebat Capitulum, quod idem etiam tenuit Rota in Terdunens. bonorum 15. Decembris 1614. coram R. P. D. Manzanedo, & in Auximana Vnionis 3. Iunij 1617. coram R.P.D. Manzanedo, vbi citatio fuerat executa contra Canonicos, qui erant in platea, & Rota dixit non censeri Capitulum legitimè citatum. Si tamen Vniuersitas nollet congregari, fieri debet instantia apud eum, qui habet facultatem congregandi, & tunc si non congregetur, valet citatio etiam non collegialiter facta, vt dixit Rota in dicta Terdunens. bonorum coram R.P.D. Manzanedo per glos. *in d. cap. si Capitulum. in verbo factum. de concess. preben. in 6.* prout regulariter ille qui præstat impedimentum quin legitimè citetur puta latitando, vel alio modo sufficit quomodocunque illum citare, & habetur in sui præiudicium pro legitimè citato, Rota *decis. 15. de iudic.* Crescent. *decis. 18. de sent. & re iudic.* Seraphin. *decis. 1094.* fuit dictum in Codubens. Archidiaconatus 27 Octobris 1606. coram Illustrissim. Cardinali Sacrato: Et hæc ad laudem, & gloriam DEI Optim. Max. & Gloriosissimæ Virginis MARIÆ.

*Oliuerius Beltraminus.*

F I N I S.

INDEX

# INDEX
# LOCVPLETISSIMVS
## MATERIARVM, ET CONCLVSIONVM, QVÆ IN HISCE Decisionibus, & Annotationibus continentur.

A.

Si agatur

Et

# Index Materiarum.

B

Validè

Supplet

# Index Materiarum.

*Sine præ-*

# Index Materiarum.

# Index Materiarum.



Commissi

Non pro

Pensionarij

Quando

Inter

Contin

*Decisiones Papales*. Yy 2 Cura

# Index Materiarum.

*Di-*

Tempus

E

# Index Materiarum.



Suspen

quare

Item

# Index Materiarum.



boni

*Frumen*

G.

Item

# Index Materiarum.

Excludit

contra

Habet

# Index Materiarum.

*Ima*

# Index Materiarum.

Non

# Index Materiarum.



L



Non

Præiudicat

Ex dj

# Index Materiarum.



Litigio

M



Commu

# Index Materiarum.

# Index Materiarum.



Decro

# Index Materiarum.



Nec

# Index Materiarum.



Requi

Item

Item

*Modicum*

# Index Materiarum.

N.

*Nupta.*

# Index Materiarum.

Omissa

P.

Patris

# Index Materiarum.



commo

# Index Materiarum.

Capi

# Index Materiarum.

Aduer

# Index Materiarum.

Hypo

Maxi

# Index Materiarum.



Fff domestica,

# Index Materiarum.

## Q

# Index Materiarum.



## R.

# Index Materiarum.



Non

# Index Materiarum.

# Index Materiarum.

Item

Non

Resolutio

# Index Materiarum.

# Index Materiarum.



Nulla

Solu

Spolia

# Index Materiarum.

# Index Materiarum.



Non

# Index Materiarum.



cessi

Es ideò

# Index Materiarum.

Item

Colo

# Index Materiarum.

Trans

V



junctis

# Index Materiarum.

*Vidua*

# Index Materiarum.

F I N I S.